www.e-rara.ch

Testamenti Veteris Biblia sacra, sive, Libri Canonici priscae Judaeorum Ecclesiae a Deo traditi, latini recens ex hebraeo facti, brevibusque scholiis illustrati ab Immanuelle Tremellio et Francisco ...

Bible (latin)
Tremellius, Emmanuel
Du Jon, François
Bèze, Théodore de

[Genève], 1596

Bibliothèque de Genève

Shelf Mark: Bb 795

Persistent Link: https://doi.org/10.3931/e-rara-2495

www.e-rara.ch
Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

Visual Library

E 29a

B.P.U.

Désinfecté le

27 mai 1939

D. N. IESV CHRISTI

TESTAMENTVM NOVVM, SIVE FEDVS NOVVM,

E Græco archetypo, Latino ſermone redditum, Theodoro Beza interprete, & jam ultimò ab eo recognitum.

Cui ex adverſo additur ejuſdem novi Teſtamenti ex vetuſtiſſima tralatione Syra, Latina tranſlatio Immanuelis Tremellii conjuncta notis ad linguæ & rerum intelligentiam. quam

Franciſcus Junius recenſuit, auxit, illuſtravitq.

BIBLIOTHÈQUE PUBLIQUE DE GENÈVE

Excudebat Ioannes Tornæſius,
IMPENSIS ANDREÆ WECHELI HÆREDUM.

CIↃ. IↃ. XCVI.

ILLUSTRISSIMO, AMPLISSIMOQUE VIRO, DOMINO FRANCISCO WALSINghamo, Equiti aurato, primo Sereniss. Reginæ in Anglia Secretario, & Lancastrensis Ducatus Cancellario, Franciscus Junius gratiam & pacem à Domino.

QUUM *ante biennium, vir Illustrissime, apud Reginam vestram serenissimam D. Johannes Junius vir clarissimus & mihi amicissimus legatione fungeretur, studium tuum erga me officiumq; maximum, quamvis ignotum & immerentem, prolixissimè ostendisti. Quam rem pietate summa & singulari humanitate conjunctam ut ex eo cognovi, commotus sum illico ad desiderium aliquod testificandi gratum animum, & spondendi (siquid a me commodè proficisci potest) officium meum. Neq; verò ex eo tempore potuit apud me intermori illa tui oblati officii, ac benevolentiæ certa recordatio: sed potiùs vires mihi semper visa est acquirere, & magis magisq; ad aureis meas accinere, me tuæ A. quasi nexu æterno addictum beneficii, non effugiturum labem ingrati animi, nisi tuum illud beneficium, tamquam æs alienum de peculio meo absolvero. Sed quid a me afferri possit, hac tenuitate? his angustiis rerum & temporum? his quotidianis occupationibus in Ecclesia, in Academia? Propterea quum & incredibile bonorum qui in Britannia tua sunt ad veritatem studium, & viri illius clarissimi ac collegæ mihi conjunctissimi D. Immanuelis Tremellii memoriam isthic sanctam & honoratam esse apud omnes verè pios esse cognoscerem, cujus præclara officia scriptis ipsius testata alii odio invidiaq; abrepti, alii κενοδοξίας & inanis gloriolæ studio, ut æstro, perciti conantur circumrodere, & culpare ea quæ nolunt, aut non intelligunt: postquam communem illam Testamenti veteris editionem recognovi, placuit etiam Syram ejusdem Tremellii eâdem percurrere, labores ipsius recensere, veritatem, quam ille sancte religioseq; protulit, ampliùs illustrare defensis quodammodo notis illius & adjectis meis, denique editionem Testamenti novi novo quodam lumine notarum mearum interstinctam Illustrissimi Amplissimiq; nominis tui præsidio in publicum simul emittere. Atq; hoc quidem officium veritati Dei, hoc charitati in Ecclesiam, hoc conjunctioni nostræ quæ mihi cum Tremellio fuit suavissima, debebam jamdiu. Hoc ipsum verò quum tua in me benevolentia sibi jure optimo vindicet, æquo certè animo tibi à me, quem tua benevolentia jamdiu reum debendi fecit, persolvi patieris. Tremellio integra relinquo sua. Quæ adtegrare tentarunt alii (nam res sacra agitur, sacris dicenda verbis) do operam ne porrò contaminentur, partim veram lectionem librorum ejus in medium exhibens, partimq; asserens interpretationes ejus. Quæ non incommodè alteram ferre possunt interpretationem, ea adnotavi: non quòd eam Immanuelem meum non vidisse putem, sed quia ille judicio suo (quod summum erat) usus est, multi verò hoc tempore varietatem desiderant usuri judicio suo, tamquam si judicio tanti viri nihil, omnia suo daturi essent meritò. Alias præterea adjeci notas, quibus veritatem Dei pro meo modulo declaravi, nec paucas, nec futuras (nisi me animus fallit) inutiles. Feci denique ut qui in Testamento vetere communem operam aliquot annos simul consumsimus, etiam communem in novo, quamvis seorsim præstitam, haberemus. Quid multa? Ego ut meum pietatis officium erga illum palàm testificer, feci causa Immanuelis, quod nunquam sum facturus mea. Arrodunt eum malevoli, & in viri benemerentis vestigia irruunt: ego tueor, & probo operam illius: factum enim illorum maximo opere improbo, qui se nunquam fore spectatos putant, nisi operæ alienæ, famæ & gloriæ insultent, & velut ἄποδες aviculæ ramos, sic illi humeros bonorum affectent unde emineant. At si quis in meam operam volet invehere, nihil laboraturus sum, ut qui sciam in hoc literarum stadio esse κοινὸν ἐρημῶ, quod vulgo dici solet: eum ego hominem sancto silentio in*

perpetuum multare statuo, fretus æquitate studii mei, bonitate conscientiæ, & vocationis jure, quæ doceor obloquentes perpeti. Sic enim egomet mecum: si quid hic bene, docebit me: si non ita bene ut confidit aut arrogat sibi, ipse verò se multabit satis, prodita in publicum aut vanitate ingenii sui, aut inscientia. Nos Veritatem Dei ministramus, qui servi illius sumus: non vanitatem hominum gemina vanitate aut pari procuramus. Eamdem itaque veritatem Dei Spiritu veritatis & lenitatis junctam cùm tu quoq, vir Illustrissime, tuo loco non desinas religiosè coram Deo hominibusq; promovere, eamdem igitur pro summo anteacto erga me officio tuo nunc à me tenuiter cultam, & tibi summissè oblatam, æquo animo accipias rogo. Quòd si officium illud altero officio hoc (ut spero) cumulaveris, profectò me totum measq; facultates omneis ampliùs tibi obstrinxeris.

Deus te, vir Illustrissime, suis donis in dies cumulet, teq; incolumem & valentem servet quàm diutissimè patriæ tuæ florentissimæ, & dilectissimæ Ecclesiæ suæ. Vale. Heidelberga Kal. Septembribus 1589.

T. A. studiosissimus Franciscus Junius.

Ioannes Tornæsius Lectori S.

QUID in hac editione a nobis præstitum sit, malo te ex operis hujus lectione, quàm a me hîc doceri. Hoc unum dicam, ne aliorum industriam & laborem videar pro meis velle venditare, in restituendis non paucis, quæ in annotationibus D. Theod. Bezæ & aliorum desiderabantur, quamvis notæ in ipso textu haberentur; ac in emendandis quamplurimis locis, quæ in eis perperam habebantur; nos non parum adjutos fuisse ab editione Feugueræana: in quibus verò a sex variis exemplaribus (quæ semper ob oculos nostros erant, dum hæc editio excudebatur) nulla medela luxationibus hujusce operis dabatur, ipsum D. Bezam consuluimus. ☞ Annotationes distinximus: Quibus præfigitur litera F. in Tremellianis, illas nunc primùm habes a D. Fr. Junio. In aliis seriem textus sequuti sumus. Ne verò ulla inde nasceretur confusio, illis, quæ propriè D. Bezæ erant, præfiximus literam B. In quibus non præfigitur, eas partim habes a Loselerio Villerio, (qui illas excerpsit tum ex ipsius D. Bezæ majoribus annotationibus, tum ex notis Joach. Camerarii;) partim a Johan. Cherpuntio & aliis. ☞ Omnes inscriptiones sunt ex paraphrasi Syriaca, exceptis epist. secundæ Petri, secundæ & tertiæ Johannis, Judę, & Apocalypseως. In his unica est interpretatio D. Bezę, quòd in paraphrasi Syriaca hæ epistolę & Apocalypsis desiderantur. Hoc te volebam.

Ordo librorum novi Testamenti.

Evangelium secundùm Matthæum.
secundùm Marcum.
secundùm Lucam.
secundùm Johannem.
Acta Apostolorum.
Pauli epistola ad Romanos.
ad Corinthios I. II.
ad Galatas.
ad Ephesios.
ad Philippenses.
ad Colossenses.
ad Thessalonicenses I. II.
ad Timotheum I. II.
ad Titum.
ad Philemonem.
ad Hebræos.
Epistola Jacobi.
Petri I. II.
Johannis I. II. III.
Judæ.
Apocalypsis Johannis.

Evangelii definitio.

EVANGELIUM *est summa beatæ illius doctrinæ, quam nobis Jesus Christus annunciavit. Quum enim Evangelium Græcis quemvis bonum & optatum nuncium declaret, propriè dici cœpit de vera illa salutis doctrina, quæ non est excogitata ab hominibus, sed e cælo ad nos allata: sicut prædictum fuit Esa.* 52.7. *ut mutua sit inter fidem & verbum prædicatum relatio, Rom.* 10.17. *Quoniam autem Christus est non tantùm hujus rei nuncius, sed etiam ille ipse in quo tota hæc felicitas residet, idcirco Evangelii nomen peculiari ratione inscriptum est quatuor istis Matthæi, Marci, Lucæ, & Johannis libellis, quibus rerum à Christo dictarum & gestarum historia continetur.*

EVANGELIUM MATTHAEI.

CAPUT PRIMUM.

1 Iesu Christi *genealogia* 18 *& nativitas: qui est Messias ille promissus servator Patribus.*

TREM. INTERPRET.

DE SCRIPTIO [1] generationis Ieschua Christi, filii [2] David, filii Abraham.

2 Abraham genuit Ischac. Ischac genuit Iaakob. Iaakob genuit Iihuda, & fratres eius.

3 Iihuda genuit Paretz & Zarah e Tamar. Paretz genuit Hetzron. Hetzron genuit [3] Aram.

4 Aram genuit Aminadad. Aminadab genuit Nachschum. Nachschum genuit Salmun.

5 Salmun genuit Baaz e Rachab. Baaz genuit Ubid e Reuth. Ubid genuit Ischai.

6 Ischai genuit David regem. David genuit Schelemun ex uxore Uriæ.

7 Schelemun genuit Rechebam. Rechebam genuit Abia. Abia genuit Assa.

8 Assa genuit Iahuschaphat. Iahuschaphat genuit Iuram. Iuram genuit Uzia.

9 Uzia genuit Iuthan. Iuthan genuit Achaz. Achaz genuit Chezakja.

10 Chezakja genuit Menasche. Menasche genuit Amun. Amun genuit Iuschia.

11 Iuschia genuit [4] Iuchanja & fratres ejus in [5] exsilio Babylonico.

12 Post exsilium autem Babylonicum Iuchanja genuit Schelateil. Schelateil genuit Zurbbabel.

13 Zurbbabel genuit Abiud. Abiud genuit Eliakim. Eliakim genuit Azur.

14 Azur genuit Zaduk. Zaduk genuit Achin. Achin genuit Eliud.

15 Eliud genuit Eliazar. Eliazar genuit Mattan. Mattan genuit Iaakub.

16 Iaakub genuit Iauseph virum Mariam, ex qua natus est Ieschua, qui vocatur Christus.

17 [6] Omnes igitur progenies ab Abraham usque ad David, progenies quatuordecim: & a David usq; ad exsilium Babylonicum, progenies quatuordecim: & ab exsilio Babylonico usque ad Christum,

BEZÆ INTERPRET.

LIBER [a] [b] * generationis Iesu Christi, filii Davidis, [c] filii Abrahami.

2 * Abrahamus genuit Isacum. * Isacus autem genuit Iacobum. * Iacobus autē genuit Iudā & fratres eius.

3 * Iudas autem genuit Pharesum & Zaramum e Thamara. * Pharesus autem genuit Esromum. Esromus autem genuit Aramum.

4 Aramus autē genuit Aminadabum. Aminadabus autem genuit Naassonem. Naasso verò genuit Salmonem.

5 Salmo verò genuit Boozum e Rachaba. Boozus autem genuit Obedem è Rutha. Obedes autem genuit Iessen.

6 * Iesse verò genuit Davidem illum regem. David autem rex ille genuit Solomonem ex ea quæ *fuerat uxor* [d] Uriæ.

7 * Solomo verò genuit Roboamum. Roboamus autem genuit Abiam. Abias autem genuit Asam.

8 Asas autem genuit Iosaphatum. Iosaphatus autem genuit Ioramum. Ioramus autem genuit [e] Hoziam.

9 Hozias autem genuit Ioathamum. Ioathamus autē genuit Achazum. Achazus autem genuit Ezeciam.

10 * Ezecias autem genuit Manassen. Manasses autem genuit Amonem. Amon autem genuit Iosiam.

11 * Iosias autem genuit Iechonlam & fratres ejus, [f] in transportatione illa Babylonica.

12 Post transportationem *autem* illam Babylonicam, * Iechonias genuit Salatielem. Salatiel autem genuit Zorobabelem.

13 Zorobabel autem genuit Abiudem. Abiud autem genuit Eljacimum. Eljacimus autem genuit Azorem.

14 Azor autem genuit Sadocum. Sadocus autem genuit Achimum. Achimus autem genuit Eliudem.

15 Eliud autē genuit Eleazarum. Eleazarus autem genuit Matthanem. Matthan autem genuit Iacobum.

16 Iacob autem genuit Ioseph hum, virum Mariæ, ex qua genitus est Iesus ille qui dicitur [g] Christus.

17 [h] Universæ igitur progenies ab Abrahamo usque ad Davidem, progenies quatuordecim: & a Davide usque ad transportationem Babylonicam, progenies quatuordecim: & à transportatione Babylonica usque ad Christum,

progenies

[a] כתבא *cethaba*, ad verbum, Scriptum generationis. sic enim est *Gen.* 5. 1. ספר *sepher*, liber, quod generale est: ex loci tamē circumstantia ad descriptionē, sive recensionem genealogiæ restringitur.

[b] דויד *David*. cum *a* breui, quum Hebraicè scribatur cū *a* longo. Solēt enim Syri, in nominib. propriis hominū & locorum, modò vocales, modò etiā cōsonantes mutare, aut contrahere, aut multiplicare, quemadmodū suis locis demonstrabitur.

[c] ארם pro רם, Aram ex Græcis: nā Hebræi & Chaldæi legūt Ram absq; a. vide Ruth 4. 19. & 1. Paralip. 2. 3.

[4] Omittit Jehojakim, Josiæ filium & patrē Jechoniæ, quem nonnulli codices annumerant ex primo Paralip. 3. & 16.

[5] Id est, sub exilium Babylonicum. ב enim pro ל, sive על *al* positum est. Constat enim Josiam nunquam demigrasse in Babyloniam, 2. Reg. 23. Nisi dicamus hac loquutione notari simpliciter eorū exsilium qui ex Josia geniti sunt. r. Simplicissimū tamē est si ix. בבל *Babylone* inesse dixeris, Græcè quidem articuli τοῦ, Syrè verò relativi ד, q. d. qui fuerunt seu vixerunt tempore deportationis Babylonicæ: hoc enim præpositione significatur propriè, ellipsis verò est frequentissima, ut infra 5. 20. & 6. 34. & Act. 7. 14. Tempore autem deportationis, id est, quo tempore facta est deportatio. Sic enim accipiendum demonstrat oppositum, *Post deportationem*. [6] Syr. hæ omnes. r. Puta quæ hic numerantur, quamvis plures re ipsa fuerint. Numerantur autē numero vnico rotundato brevitatis causā, & memoriæ adjuvandæ.

[a] 1. Jesus Christus ortus est ex Abrahamo ex tribu Juda, & ex familia David: sicut Deus promiserat.

[b] Id est, Genealogia Jesu Christi: Vel, recensio majorū ex quibus ortus est Christus. Nā Liber hoc loco est Recēsio, ex Hebræorū idiotismo: ut Gen. 5. 1. Liber generationum.

* *Luc. 3. 24.*

[c] Qui, subaudi Christus, est etiam filius Abrahami.

* *Gen. 21. 2.*
* *Gen. 25. 26.*
* *Gen. 29. 35.*
* *Gen. 38. 27.*
* *1. Par. 2. 3.*
* *Ruth. 4. 18.*
* *1. Reg. 16. 1. & 17. 12. 2. Reg. 12. 24.*

[d] Hæc circa regni exordia deformitas facere debuit ne Judæi in carne gloriarentur.

* *2. Reg. 11. 41. & 1. Par. 3. 10.*

[e] Quum Matthæus in tres classes distribueret Christi genealogiam, & singulis attribueret quatuordecim capita, liberū sibi fecit quorundā nomina præterire.

* *2. Reg. 19. 21. & 21. 18. 1. Par. 3. 11.*
* *2. Reg. 23. 34. & 24. 1. 2. Par. 36. 4.*

[f] Id est, incidit deportatio in tempora Jakimi & Jechoniæ. Nam Jechonias natus erat ante deportationem.

* *2. Reg. 24. 6. 2. Par. 37. 9.*
* *1. Par. 3. 16. 1. Esd. 1. 2. & 3. 2.*

[g] Id est, Unctus. Fit enim verē Rex, Sacerdos, & Propheta.

[h] Omnes isti suis gradibus, sicut alius alii genuit, in hac familiæ Davidis descriptione enumerati.

progenies quatuordecim.

18 [i] Iesu verò Christi nativitas ita fuit. * Quum enim mater ejus Maria[k] desponsa esset Iosepho, priusquã ipsi convenissent, comperta est prægnans esse e Spiritu sancto.

19 Porrò Iosephus vir ejus, quum esset justus, & nollet eam * ignominiæ exponere, voluit clam eam dimittere.

20 Hæc autem quum in animum induxisset, [l] ecce angelus Domini [m] in somnio apparuit ei, dicens, Iosephe fili Dauidis [n] ne metue [o] accipere Mariam [p] uxorem tuam. Nam quod in ea [q] genitum est, ex Spiritu sancto est.

21 [r] Pariet autem filium, * & vocabis nomen ejus Iesum. Ipse enim [s] * liberabit populum suum ex peccatis [t] ipsius.

22 (Totum hoc autem factum est, ut impleretur quod ait Dominus per Prophetam, dicentem,

23 * Ecce, virgo illa prægnans erit, & pariet filium, & vocabis nomen ejus Emmanuel: quod est, si interpreteris, Nobiscum Deus.)

24 Expertrectus autem Iosephus ex somno, fecit ut ei imperãrat angelus Domini, & accepit uxorem suam.

25 Sed non cognovit eam, [v] quousque peperisset filium [x] illum suum primogenitum: vocavitque nomen ejus Iesum.

progenies quatuordecim.

18 Nativitas autem Ieschua Christi ita fuit. [7] Quum desponsata esset Mariam mater ejus, Iauseph, [8] antequam consociarẽtur, inventa est in [9] utero habere e Spiritu sancto.

19 Iauseph autem maritus ejus, justus erat, & non volebat [10] publicare eam: meditabatúrque ut occultè dimitteret eam.

20 Quum autẽ hæc meditaretur, apparuit ei Angelus Domini per somnium, & dixit ei, Iauseph fili Dauid, ne metuas assumere Mariam uxorẽ tuã: id enim quod genitum est in ea, e Spiritu est sancto.

21 Pariet autem filium, & vocabis nomen ejus Ieschua. ipse enim servabit populum suum a [11] peccatis eorum.

22 Hoc autem totum quod fuit, *fuit* ut impleretur quod dictum fuerat a Domino per [12] Prophetam.

23 Nempe, Ecce virgo in [13] utero habebit, & pariet filium, & vocabunt nomen ejus Ammanuel: quod exponitur, nobiscum *est* Deus noster.

24 Quum surrexisset autem Iauseph ex somno suo, fecit sicut mandaverat ei Angelus Domini, & accepit uxorem suam.

25 Et non [14] cognovit eam [15] donec peperisset filium suum primogenitũ: & vocavit [16] *illa* nomen ejus Ieschua.

[i] B. CHRISTUS, verus Immanuel, ac proinde Iesus (id est Seruator) ex Spiritu sancto conceptus est in Virgine, sicut prædictum fuit a Prophetis.

* *Luc. 1. 27.*

[k] Sponsione tãtùm promissa. Neq; enim in eamdem domum convenerãt: tamẽ, quod ad fidem conjugii, simulac puella viro promissa erat, Judæi instar legitimę uxoris habebant.

* *Deut. 22. 1.*

[l] Interdum hujus particulæ vis hæc est, ut lectorem præparet ad aliquid insigne & mirificum audiendum.

[m] Nocturna visione.

[n] Hæc indicãt timore Dei adductum Josephum cogitasse de sponsa repudianda, sive quòd alii viro obnoxiam arbitraretur, sive quòd adulterã fovere nullo modo sibi fas aut honestum esse sciret.

[o] A parentibus videlicet, vel a cognatis traditam.

[p] Quę tibi pro uxore pacta est, & jure uxór est, licet necdum ex facto innupserit.

[q] E substantia matris, a Spiritu sancto. Nã hoc verb. Hebr. Græcis & Latinis dicitur de iis etiam in quorum ortu nullus pater intervenit.

[r] B. CHRISTUS ex eadem virgine incorrupta natus est, & Iesus vocatus ab ipso Deo per Angelum.

* *Luc. 1. 31.*

[s] Gr. servabit. Est autem interpretatio nominis Iesu.

* *Act. 4. 11.*

[t] Eorum, id est populi, collectivè.

* *Psal. 130. 8.*

[v] Particula quousque, sive donec, Hebræis de futuro etiam tempore negat, aut affirmat: ut Micol non sustulit liberos usque ad diem obitus sui, 2. Sam. 6. 23. Infrà ultimo cap. Ecce vobiscum sum usque ad consummationem seculi. Quod nota contra Helvidianos.

[x] Græcus articulus non est otiosus, & de eo filio agi significatur, cujus antè facta est mentio ab angelo: non autem ut filius hic ab aliis filiis Mariæ distinguatur: quos nullos fuisse credimus.

[7] 1. Desideratur in Syro particula גבר, nã, quæ meo judicio minimè redundat. Nam proximè præcedentia verba sunt antegressæ narrationis ἀναγνωστικά.

[8] Id est, antequam nuptiæ illorum fierẽt, & eam Joseph domum suam duceret. 2. id est uno verbo, antequam innupsisset virgo.

[9] Syrè בטנא, deducto verbo a nomine בטן venter, respondetq; hellenismo ἐν γαστρὶ ἔχουσα.

[10] Hoc est, propalam traducere.

[11] Relativum plurale nomini collectivo attribuit, ex Hebraismo.

[12] Ad verbum, per manũ Prophetæ. Nã Hebræi, Chaldæi & Syri hoc idiotismo vtuntur ad significandum cujus opera & ministerio, quóve instrumento quis utatur ad aliquid agendũ: idque ideo quòd manus actionũ instrumenta esse soleant. Estq; in hac loquutione synecdoche & metonymia.

[13] Sequitur Hellenismũ paulò antè observatum.

[14] Cognoscere, pro rem habere, tritus Hebraismus.

[15] Syra particula עד מדמא, ut etiam Hebræa עד ei respondens, non ita est accipienda, ut intelligatur quòd postquam peperisset, cum ea Joseph cõcubuerit. ita enim præteritum negat ut non ponat futurum, sicut in Genes. 28, 15. & 2. Schem. 6. ver. ult. & Psal. 110, 1. & Matth. 2. in fine. vide infrà 5. 18.

[16] Ad exprimendum enim fœmininum verbum, pronomen, *illa*, addendum fuit.

CAPUT SECUNDUM.

[1] *Magi, primitiæ gentium, Christum adorant.* [14] *Iosephus Angeli monitu, fugit cum Iesu & matre in Ægyptum.* [16] *Herodes pueros occidit.*

QUum ergo [a] * natus esset Iesus in *ea* Bethleema [b] *quæ est* Iudææ, temporibus Herodis regis, ecce [c] magi ab Oriente advenerunt Hierosolymam,

2 Dicentes, ubi est ille rex Iudæorũ qui natus est? vidimus enim ejus stellam in Oriente, & venimus ut adoremus eum.

3 His autẽ auditis Herodes rex [d] turbatus est, & tota Hierosolyma cum eo.

4 Et congregatis omnibus [e] primariis sacerdotibus, & [f] scribis populi, percontatus est ab eis ubi Christus ille nasciturus esset.

5 At illi dixerunt ei, In *ea* Bethleema *quæ est* Iudæa. Sic enim scriptum est per prophetam,

6 * Et tu Bethleema terra Iudæ, nequaquam [g] minima es inter duces Iudæ. ex te exibit dux qui [h] pascet populum illum meum Israëlem.

7 Tum Herodes clàm vocatis magis [i] exquisivit ab eis quo tempore stella apparuisset.

QUum autem natus esset Ieschua in Beth-lechem [1] Iihuda, in diebus Hiraudis regis, venerunt [2] magi ab Oriente ad Urischelem,

2 Et dixerunt, Ubi est rex Iudæorũ qui natus est? Vidimus enim stellam ejus in Oriente, & venimus ad adorandum eum.

3 Audivit autem Hiraudis rex, & conturbatus est, & tota Urischelem cum eo.

4 Et cõgregavit omnes principes sacerdotũ, & legisperitos populi, ac percõtabatur eos, ubinam nasciturus esset Christus.

5 Illi autem dixerunt, in Beth-lechem Iihuda. ita enim scriptum est in Propheta,

6 Etiam tu Beth-lechem Iihuda nõ fuisti minima inter [4] reges Iihuda. ex te enim prodibit rex qui pascet populum meum Israiel.

7 Tunc Hiraudis clàm vocavit magos, & didicit ab eis quónam tempore [5] apparuisset eis stella illa.

[a] B. CHRISTUS pauper cujus puer in præsepi reclinatus, & a suis neglectus, nihilominus celebre testimoniũ habet suæ divinitatis e cælo, & regię majestatis ab exteris: quod etiã ab eis ipsis a quibus non agnoscitur, tamen imprudẽter approbatur.

[b] Ad differentiam alterius q̃ est in tribu Zabulon, i. in Galilęa inferiore.

* *Luc. 1. 6.*

[c] Sapiẽtes. Est autem Persicũ nomen, quod in bonam partem a Persis sumebatur.

[d] Multum cõmotus, quia alienigena vi regnum occuparat: Judęi autem turbari, quia improbitas res est vesana atq; demẽs.

[e] primariis sacerdotibus, id est, iis qui erant de familia Aaronis in 24. classes distributi, 1. Paral. 24. 5. & 2. Paral 36. 14. disertè principes sacerdotũ dicuntur.

[f] Qui legem interpretabantur populo. Hebræi enim derivant a verbo quod enarrare & exponere significat.

* *Mich. 5. 1. 2.*

[g] Etiam si sis exiguum opidulum, futura es tamen Messiæ ortu nobilissima ac celeberrima.

[h] Qui reget & gubernabit. Reges enim eleganter dicuntur populi pastores.

[i] Certo & exploratè cognovit.

[1] Hoc addidit ad differentiam alterius Beth-lechem, quæ erat tribũ Zebulun, cujus meminit Josua 19, 14.

[2] Syrè מגושא *megusche*, quæ quidem vox in Talmudicis libris malè sonat, notatq; deditos artibus magicis: in Syriaco autem testamento, sicut apud Persas, vocabulũ est honestum, ac significat homines tum sapiẽtia, tũ religione claros. 5. Apollonius in epistolis, μάγους ἐπιμάστους τὸν θεὸν εἰ πίστεως, μάγους δὲ ἐν καθαρᾷ γνώσει θεοῦ, ἐν θεραπείᾳ τοῦ θεοῦ.

[3] Latini ferè interpretes scribas interpretãtur, quod Græcè vocabulum γραμματεὶς sonat: sed vim Syriaci & Hebræi nominis exprimere malui, quod declarat enarratorem sive doctorem legis. Accersit ergo Hiraudis legisperitos, sive doctores una cum sacerdotibus, quo certiùs cognoscat quid Lex & Prophetæ traderent de loco ubi nasciturus esset Messias. Hanc verò esse nominis מופר significationem, constat ex perpetuo ejus usu in libris Regum & Paralipomenon, Isaiæ & Jeremiæ, Ezræ, Nechemiæ.

[4] 1. i. proceres præfectos administrationi reipub. ut Hebraicè sonat regum appellatio. Præfecti autem pro præfecturis dicuntur μητροπολῖται.

[5] 1. i. cœpisset apparere. Sed meliùs ita verteris, *didicit ab eis quod tempus stella apparuisset eis.*

8 Et misit

8 Et misit eos in Beth-lechem, dixitq; eis, Ite, inquirite de puero diligenter: & postquam inveneritis eum, venientes renunciate mihi, ut etiam ego profectus adorem eum.

9 Illi autem quum audivissent a rege, profecti sunt. & ecce, stella illa quam viderant in Oriente, proficiscebatur ante eos vsq; dum progressa staret supra *illum locum* ubi erat puer.

10 Quum autem vidissent ipsam [6] stellam, gavisi sunt gaudio magno valdè.

11 Et ingressi sunt in eam domum, & viderunt puerum cum Marjam matre ejus: & procidentes adoraverunt eum: & aperuerunt thesauros suos; obtulerúntque ei oblationes, aurum, & myrrham, & thus.

12 Et ostensum est eis per somnium ne reverterentur ad Hiraudem: ac per viam aliam profecti sunt in regionem suam.

13 Postquam autē abivissent, apparuit Angelus Domini per somnium [7] Iausepho, & dixit ei, Surge, accipe puerum & matrem ejus, & fuge in Ægyptū: & illic esto usquedum dicam tibi. Futurum enim est *ut* Hiraudis quærat ipsum puerum ut perdat eum.

14 [7] Iauseph verò surgens accepit puerum & matrem ejus nocte, & fugit in Ægyptum.

15 Mansitq; illic [7] donec moreretur Hiraudis: ut impleretur id quod dictum est à Domino in Propheta, qui dixit, Ex Ægypto vocavi filium meum.

16 Tunc Hiraudis quum vidisset quòd [8] illusus esset à magis, iratus est valdè: & mittēs interfecit pueros omnes [9] Beth-lechemitas, & omnium finium ejus, à nato [10] duos annos, & infrà, juxta tempus quod perquisiverat à magis.

17 Tunc impletum est id quod dictum erat per Irmejam [11] prophetam, qui dixit,

18 Vox audita est in Rametha, fletus & ejulatus magnus, Rachel flens propter filios suos, & noluit admittere consolationem, propterea quòd non sunt.

19 Postquam autem mortuus esset Hiraudis rex, apparuit Angelus Domini per somnium [7] Iausepho in Ægypto,

20 Et dixit ei, Surgens accipe puerum & matrem ejus, & proficiscere in terram [7] Israël. mortui enim sunt illi qui quærebant [12] animam pueri.

21 [13] Et [7] Iauseph surgens accepit puerum & matrem ejus, & venit in terram [7] Israël.

22 Quum verò audivisset quòd Archelavas esset rex in [7] Judæa loco Hiraudis patris sui, timuit proficisci illuc: & ostēsum est ei per somnium, vt proficisceretur in regionem Galilææ.

23 Et [14] veniens habitavit in civitate quę vocabatur Natzrath: ut impleretur id quod dictum fuit per Prophetam, quòd [15] Nazarenus vocaretur.

[6] 7. nimirum stantē, ex præcedente versu. Ellipsis frequēs, ut Num. 22. 25. & 27. Jehoschu. 3. 3. & infrà 3. 16. & Luc. 22. 37.

[7] Ad verb. Usque ad mortē Hiraudis.

[8] Verbum אתכון, quo hic utitur paraphrastes, peculiare est Syræ linguæ: nec ab Hebræo בוז, quod ei in significatione respondet, longiùs discedit, quā quòd tertiam literā thematis quæ etat ז mutat in ת, ejusdem organi ptolationis. Ac ubicūq; eo utitur, semper est ז mutata in ת. vide Matth. 17. 29. & 31. Marc. 10. 34 & 31. 20 Luc. 14. 29. & 18. 31. & alibi sæpè.

[9] Ad verb. Beth-lechem, &c.

[10] Ad verb. A filio duorum annorum. Hebræa, Chaldæa & Syra phrasis admodum trita.

[11] Ad verb. Per manū Irmejæ prophetæ: ut antè observatum est in fine primi cap.

[12] Id est, vitam. Hebraismus.

[13] Copula pro adversativa particula, & Joseph, pro, At Ioseph: Quod in tribus linguis est frequentissimum.

[14] 7. i. quod vulgò dicimus, venit habitatum in civitatem. Sic enim Græcè ἐλθὼν κατῴκεσεν, pro eo quod est ἐλθὼν κατῴκησεν. frequētissima hypallage, quam præpositio εἰς indicat. Sic infrà 3. 9. & 4 13. & 5. 24. & passim.

[15] Syriaca vox est נצריא, unde manifestiùs apparet ita denominatū fuisse, non a Nazaræorum ritu (tum enim per ז zain scriberetur) sed a Nazareth urbe Galilææ, quæ נצרת cum צ tzadi, effertur. 7. Syra appellatione, quæ Hebræis est Netzer, forte & significatione communi, vt Isaiæ 11. 1. & alibi.

8 Et eis Bethlehemam dimissis, dixit, Profecti, penitus exquirite de puerulo illo: postquam autem *illum* inveneritis, renunciate mihi, ut & ego veniam & adorem eum.

9 Ipsi verò, audito rege, profecti sunt: & ecce, stella quam viderant in Oriente, præibat eis, donec venit stetitque supra *locum in* quo erat puerulus ille.

10 Visa autem stella gavisi sunt gaudio magnō valde:

11 Et ingressi domum, invenerūt [k] puerulum cum Maria matre ipsius: & prostrati [l] adoraverunt eum: [m] apertisque thesauris suis, obtulerunt ei munera, aurum, & thus, & myrrham.

12 [n] Et divinitus admoniti in somnio ne reverterentur ad Herodem, per aliam viam regressi sunt in regionem suam.

13 [o] Ipsis autem regressis, ecce, angelus Domini apparet in [p] somnio [7] Iosepho, dicens, Experrectus accipe puerulum & matrem ejus, & fuge in Ægyptum: & esto illic usquedum dixero tibi. Futurū est enim ut Herodes quærat puerulum, ad eum perdendum.

14 Ille verò experrectus accepit puerulum & matrem ejus nocte, & secessit in Ægyptum.

15 Et fuit illic usque ad obitum Herodis: ut impleretur quod ait Dominus per Prophetam, dicentem, [q] *Ex Ægypto vocavi filium meum.

16 Tum Herodes, quum vidisset *se* illusum esse à magis, excāduit valde: & missis *carnificibus* interemit omnes pueros qui erant in Bethleem, & in omni confinio ejus, à bimulis & infrà, secundùm tempus quod exquisierat ex magis.

17 Tunc [r] impletum fuit quod ait [s] Dominus per Hieremiam Prophetam, dicentem,

18 *Vox in Rhama audita est, lamentatio, & fletus: & ejulatus multus, [t] Rachel plorans filios suos, & noluit consolationē admittere *de eo* [v] quòd non sint.

19 [x] Quum autem obiisset Herodes, ecce, angelus Domini in somnio apparet [7] Iosepho in Ægypto,

20 Dicens, Experrectus accipe puerulum & matrem ejus, & proficiscere in regionē Israëlis. Mortui sunt enim qui petebant [y] animam pueruli.

21 Ille verò experrectus accepit puerulum & matrem ipsius, & venit in regionem Israëlis.

22 Quum autem audisset Archelaum regnare in Judæa pro Herode patre suo, timuit illuc abire: verùm divinitus admonitus in somnio, secessit in partes Galilææ.

23 Et quum eò venisset, [z] habitavit in urbe quæ dicitur Nazareth: ut impleretur quod dictum est per Prophetas, fore ut Nazarenus vocaretur.

[k] Hic nullus terrenus splēdor: ut sciamus spirituale esse CHRISTI regnum.

[l] Humilis & abjectæ venerationis gestus.

[m] Reconditis opibus quas attulerant.

[n] Significatione divina, etiā qui nihil rogassent. Nam χρηματίζεσθαι is dicitur quem Deus colloquio suo dignatur, etiamsi nihil tale quærat vel expectet.

[o] 8. CHRISTUS vix dum natus, incipit pro nobis crucifigi, tum in sese, tum in membris suis.

[p] Hujusmodi somnium, Spiritus sancti testimonium erat quo cōfirmabatur homo. vide Numer. 12. 6.

[q] Deus jam in CHRISTI persona ut capite, fundamento, & primogenito inter fratres suos sibi denuò gignit Ecclesiam. nunc .n. ex Ægypto prodit Ecclesia in suo capite, sicuti totum corpus inde eductum fuerat.

* *Osee 11. 1.*

[r] non intelligit Matthęus Prophetam prędixisse quid facturus esset Herodes, sed Christi adventu renovatū fuisse luctum illum quem multis antè seculis pertulerāt Binjaminitæ, vt nonnulli putant. Sed aliū aliter.

[s] Nam Deus per os prophetarum loquitur.

* *Jer. 31. 15.*

[t] Id est, Tota illa vicinia Beth-leemitica. nam in via ducēte in oppidū hoc, cujus & Ephrata nomen habet à soli fertilitate & copia frugum, Rachel Jacobi conjux in partu mortua sepultāque fuit.

[v] Id est, sublati sint, peremti: sive quòd desierint esse inter homines.

[x] 8. CHRISTUS extincto tyranno, ex Dei providentia educatur Nazarethæ: ut ex ipso etiam gentili nomine, quod ipsi propterea tributum est, constet eum esse verum illum Domini Nazaræum.

[y] Id est vitam: Hebraismus.

[z] Sibi domicilium elegit, id est, firmam stationem.

CAPUT TERTIUM.

[1] *Johannes concionatur.* [4] *Vestitus & victus ipsius.* [5] *Baptizat.* [8] *Fructus pœnitentiæ.* [10] *Securis ad radicem.* [12] *Ventilabrum. Palea.* [13] *Christus baptizatur à Johanne.*

TEmporibus [a] autem illis adfuit [b] Johannes Baptista, prædicans [c] in deserto Iudææ,

2 Dicénsque, [d] Resipiscite. appropinquavit enim [e] regnum cælorum.

3 Nam hic est ille de quo dictum est per Esaiam Prophetam, dicentem, * Vox clamantis in deserto, Parate viam Domini. [f] complanate semitas ejus.

4 * Ipse verò Iohannes habebat vestimentum suum è pilis camelinis, & zonam coriaceam circum lumbos suos. alimentũ autem ejus erat [g] locustæ & mel agreste.

5 * Tunc exivit ad eum [h] Hierosolyma, & tota Judæa, totáq; regio circumjacens Jordani:

6 Et baptizabantur ab eo in Jordane, [i] confitentes peccata sua.

7 Quum vidisset autẽ [k] multos ex Pharisæis & Sadducæis venientes ad Baptismum suum, dixit eis, * Progenies viperarum, quis vobis præmõstravit ut fugeretis à futura ira?

8 [l] Ferte igitur fructus conveniẽtes resipiscentiæ:

9 [m] Et ne putate *vobis* dicendum apud vos ipsos, * Patrem habemus Abrahamũ. [n] dico enim vobis, Deum posse etiã ex lapidibus istis excitare liberos Abrahamo.

10 * Jam verò etiam securis ad radicem arborum posita est. Omnis igitur arbor non ferens fructum bonum, exciditur, & in ignem abjicitur.

11 * [o] Ego quidem baptizo vos aqua [p] ad resipiscentiam: is verò qui ponè me venit, validior me est, cujus non sum dignus qui soleas portem: ipse vos baptizabit Spiritu sancto & [q] igne.

12 * [r] Cujus vẽtilabrum *est* in manu sua, & *qui* perpurgabit aream suam: & coget triticum suum in horreum, paleam autem exuret [s] igni inexstincto.

13 * [t] Tunc advenit Jesus à Galilæa ad Jordanem ad Johannem, ut baptizaretur ab eo.

14 At Johannes obnixè prohibebat eum, dicens, Mihi opus est ut à te baptizer, & tu venis ad me?

15 Respondẽs autem Jesus dixit ad eũ, Omitte *me* nunc, ita enim decet nos implere [v] omnẽ justitiam. Tũc omittit eum.

16 Et baptizatus Jesus ascendit statim ex aqua: & ecce, aperti sunt [x] ei cæli, & vidit Spiritum Dei descendẽtem quasi columbam, & venientem super ipsum.

17 [y] Et ecce vox *adfuit* e cælis, dicens, * Hic est filius ille meus, dilectus ille, in quo [z] acquiesco.

ILlis [1] autem diebus venit Juchannan Baptista, & prædicabat in deserto Judææ.

2 Ac dicebat, Convertimini: [2] appropinquat regnum cælorum.

3 Hic enim *ille* est [3] de quo dictum fuit [4] per manum Ischaiæ prophetæ, Vox clamantis in deserto, Parate viam Domini, & complanate semitas ejus.

4 Ipsius verò Juchannan vestimentum fuit pilorum camelorũ, & cingulum pelliceum super lumbos ejus: cibus autem ejus locusta, & mel sylvestre.

5 Tunc egrediebatur ad eum Urischelem, & universa Judæa, & omnis locus [5] circumjacens Jurdan.

6 Et baptizabantur ab eo in Jurdan fluvio, quum confiterentur peccata sua.

7 Quum vidisset autem multos ex Pharisæis & ex Seducæis qui veniebant ut baptizarentur, dixit illis, progenies viperarum, quis commonstravit vobis fugere ab ira adveniente?

8 Facite igitur fructus dignos conversione.

9 Et ne cogitetis [6] ac dicatis [7] apud vos ipsos, Quòd pater est nobis Abraham. dico enim ego vobis quòd potest Deus ex istis lapidibus suscitare filios Abrahamo.

10 Ecce enim, securis posita est ad radicem arboris: omnis arbor igitur quæ fructum bonum non facit, exscinditur & cadit in ignem.

11 Ego baptizo vos aqua ad conversionem: ille autẽ qui post me venit, validior est me, cujus non sum dignus ego ut calceamenta portem: ipse baptizat vos Spiritu sancto & igni.

12 Cujus ventilabrum in manu est, & purgat areas suas: triticúmque congregat in horrea sua, paleam verò comburit igni qui non exstinguitur.

13 Tunc venit Jeschua ex Galilæa ad Jurdã ad Juchannã, ut baptizaretur ab eo.

14 Ipse autem Juchannan prohibebat eum, & dicebat, ego opus habeo ut abs te baptizer, & tu ad me venisti?

15 Jeschua autem ipse respõdit, & dixit ei, Omitte nũc: sic enim decet nos vt impleamus omnẽ justitiã. Et tunc [8] omisit eũ.

16 Quũ ergo baptizatus esset Jeschua, protinus ascendit ab aquis: & aperti sunt ei cæli, & vidit Spiritum Dei qui descẽdit tamquam columba & venit super ipsum.

17 Et ecce vox de cælis quæ dicebat, Hic est filius meus dilectus in quo mihi complacitum est.

[a] Ad verbum, diebus, Hebr. non autem illis diebus quibus Nazareth Joseph cõmigravit, sed lõgo post tẽpore circiter 25. post annis. Nã 30. ætatis anno baptizatus fuit Jesus a Iohanne. Illis igitur diebus, quibus incola fuit adhuc Jesus urbis Nazarethæ.

[b] B. Johannes singulari sanctimonia, & extraordinaria vitæ austeritate omnium oculos in se cõvertens, Christo statim sequuturo veluti viã præparat, (sicut Esaias prædixerat) summam Evangelii pleniùs mox tradendi prænũcians.

[c] In regione saltuosa, quæ tamen incolas reciperet, ut Zachariã, Luc. 1. 40. Illic fuit domus Joabi, 1. Reg. 2. 34. & hujus deserti sex oppida numerantur, Jos. 15. 61.

[d] Μετανοεῖτε, mutari significat animo & mẽte, idq; in meliùs.

[e] Regnũ Messiæ, cujus gubernatio planè erit cælestis.

* *Esai. 40. 3. Marc. 1. 3. Luc. 3. 4. Joh. 1. 23.*

[f] Planũ & æquabile iter facite.

* *Mar. 1. 6.*

[g] Locusta cibus fuit quibusdã Orientalibus qui dicti sunt *acridophagi*, i. locustivoræ. Eust. in Od. 9 sed & aliis fuisse cibo testes sunt Moses Leuit. 11. & Plin lib. 19. nat. histor. cap. 29.

* *Mar. 1. 5. Luc. 3. 7.*

[h] Hierosolymitæ.

[i] Agnoscentes ex gratuita remissione se salutẽ consequi.

[k] B. nihil æquè nobis viam ad misericordiam & salutẽ præcludit, ac nostræ iustitiæ opinio.

* *Infrà 12. 34.*

[1] B. Vera resipiscentia est res interior, quæ in mente & animo sedem habet. [m] i. Ne existimetis causam esse cur de Abrahamo superbiatis. B. Parum fides incredulos filios nihil iuvat, nec propterea tamen Deus in suo cum sanctis patribus fœdere mendax evadit. * *Joh. 8. 39. Act. 11. 26.* [n] Incredibile erat superbis hominibus aliò posse transferri Ecclesiam: admonet verò Iohannes Domino esse in manu rationes servandæ Ecclesiæ, quas illi non putabant: ac si ex lapidibus filios sibi crearet. * *Infrà 7. 19.* * *Mar. 1. 8. Luc. 3. 16. Joh. 1. 26. Act. 1. 5. & 2. 2. & 11. 16. & 19. 4.* [o] B. Ne in signis quidem à Deo salutis nostræ causa institutis, vel in eorum administris hærendum est: sed assurgendum est ad rem ipsam. i. ad CHRISTUM, intus sua unius vi efficientem quod exteriùs figuratur. [p] Externum signũ de vita in melius commutanda admonebat, & obsignabat eorum in CHRISTUM insitionem, qua fit ut vetus homo moriatur, & novus exsurgat. Rom. 6. [q] Hîc nomẽ ignis est vice epitheti: transfertur autem ad spiritũ, quia sordes nostras nõ aliter purgat, quàm aurũ igni excoquitur. * *Luc. 3. 17.* [r] B. impiorum triumphi sempiterno cruciatu terminabuntur. [s] Hoc igni horribile tormentũ notatur: quod nec sensu hominũ hodie capi, nec verbis exprimi potest. Cujus tamen solidã ustionem ultimo die sentient reprobi. * *Mar. 1. 9. Luc. 3. 21.* [t] B. CHRISTUS nostrũ baptismum in sese sanctificat. [v] Legitimas observationes. [x] Iohanni vel etiã Christo, nam non modò utriq; visum est hoc signum, sed ipsi quoq; circumstãtũ turbæ. quod sequẽs patris cælestis oratio satis declarat. Vide Luc. 3. 22. [y] B. CHRISTI plena cõsecratio & initiatio ad mediatoris munus, Patris ipsius voce & visibili sancti Spiritus symbolo declaratur. * *1. Pet. 1. 17. Coloss. 1. 13. Infrà 17. 5.* [z] Græcũ verbum significationẽ habet præclaræ existimationis, & ejus quod valdè placet: dicit itaq; Pater, CHRISTUM unum esse, quem quum intuetur, omnem in nos conceptam indignationẽ deponat.

[1] Ad verbum, In illis autem diebus. Syra phrasis, & Chaldæa.

[2] Ad verbum, Appropinquat sibi regnum: éstque Hebraismus. Gallicè pronomen illud exprimitur. *Le royaume des cieux s'approche.*

[3] 7. Syrè, qui dictus est per manũ Ischaiæ, id est, de quo dictum est per Esaiam.

[4] Id est, ministerio, ut antè observavimus, cap. 1. 22.

[5] Ad verb. Qui circa Jordanẽ, subaudi erat.

[6] Pro, Neque dicatis.

[7] Ad verb. In anima vestra. Hebraismus frequentissimus.

[8] 7. Sivit eum, nempe baptizari. Ellipsis, ut suprà 2. 10. & confirmant sequentia.

CAPUT

CAPUT QUARTUM.

1 Tentatur Christus. 4 Scripturis convincit diabolum. 11 Angeli ei inserviunt. 12 Prædicat pœnitentiam. 18 Vocatio Petri & Andreæ. 21 Vocatio Iacobi & Ioannis. 23 Prædicat Evangelium, & sanat infirmos.

TUnc Ieschua ductus est à Spiritu sancto in desertum, ut tentaretur ab [1] adversario.

2 Et jejunavit quadraginta diebus & quadraginta noctibus, posteà verò esuriit.

3 Et accedebat ad eum [2] tentator, ac dicebat ei, Si filius es Dei, dic ut isti lapides fiant panes.

4 Ipse verò respondit, & dixit, Scriptũ est quòd nequaquam pane solo vivit [3] filius hominis, sed omni verbo procedente ex ore Dei.

5 Tunc [4] assumsit eum [5] adversarius in civitatem sanctam, & statuit eum super [6] pinnaculum templi.

6 Et ait illi, Si filius es Dei, præcipita [7] te ipsum deorsum. scriptum est enim quòd Angelis suis mandabit de te, & super manus suas tollent te ut non impingas in lapidem pedem tuum.

7 Dixit illi Ieschua, Rursum scriptum est, non tentabis Dominum Deum tuum.

8 Rursum assumsit eum [8] adversarius in montẽ, qui valde *erat* excelsus, & ostendit ei omnia regna mundi & gloriam illorũ:

9 Et dixit illi, Hæc omnia tibi dabo, si [9] procidens adoraveris me.

10 Tunc dixit illi Ieschua, [10] Apage Satana: scriptum est enim quòd Dominum Deum tuum adorabis, & eum solũ coles.

11 Tunc omisit eũ [11] adversarius, & ecce, Angeli accesserunt, & ministrabant ei.

12 Quum audisset autem Ieschua quòd Iuchannan traditus esset, migravit in Galilæam.

13 Et reliquit Nazareth, [12] venítque & habitavit in Kephar Nachũ, ad littus maris, in finibus Zabulun & Naphtali.

14 Ut impleretur quod dictum est per [13] manum Isaiæ prophetæ, qui ait,

15 Terra Zabulon, terra Naphtali, via maris, [14] transitus Iurdan, Galilæa gentiũ:

16 Populus qui sedebat in tenebris, lucem magnam vidit, & illis qui sedebant in regione & umbra mortis, lux orta est ipsis.

17 Et tunc cœpit Ieschua prædicare, & dicere, Convertimini: [15] appropinquat enim regnum cælorum.

18 Quúmque ambularet juxta littus maris Galilææ, vidit duos fratres, Schemeun qui vocatur Cipha, & Andravan fratrem ejus; qui jaciebant retia in mare (erant enim piscatores.)

19 Et dixit illis Ieschua, [16] Venite post me, & faciam vos ut sitis piscatores [17] filiorum hominis.

20 Illi autem confestim reliquerunt retia sua, [18] & sequuti sunt eum.

21 Et quum progressus esset inde, vidit alios fratres duos, Iaakub filium Zabdai, & Iuchannan fratrẽ ejus in navicula cum Zabdai patre sarcientes retia sua: & vocavit eos Ieschua.

TUnc [a] Iesus subductus fuit in desertũ à Spiritu, * ut tentaretur à diabolo.

2 Et quum jejunasset [b] dies quadraginta & noctes quadraginta, postea esuriit.

3 Et quum venisset ad eum tentator, dixit, Si filius es Dei, [c] dic ut isti lapides panes fiant.

4 At ille respondens dixit, Scriptũ est, *Non solo pane viuet homo, sed ex quovis verbo prodeunte per os Dei.

5 Tunc assumit eum diabolus in Sanctam vrbem, & statuit eum super [d] pinnas templi:

6 Dixítque ei, Si filius es Dei, dejice te ipsum deorsum. nam scriptum est, *Angelis suis mandabit de te, & *ipsi* attollent te in manus, nequando offendas ad lapidem pedem tuum.

7 Dixit ei Iesus, vicissim scriptum est, *Non [e] tentabis Dominum Deum tuum.

8 Rursum assumit eũ diabolus in montem sublimem valde, & [f] ostẽdit ei omnia regna mundi, & gloriam eorum.

9 Dixítque ei, Hæc omnia tibi dabo, si prostratus adoraveris me.

10 Tunc dicit ei Iesus, Abi Satana. scriptum est enim, * Dominum Deum tuum [g] adorabis, & ei soli seruies.

11 Tunc omittit eum diabolus: & ecce, angeli accesserunt, & ministrabant ei.

12 * [h] Quum audisset autem Iesus Iohannem traditum esse *in custodiam*, rediit in Galilæam:

13 Et relicta Nazareth, venit & habitavit in [i] Capernaumo *urbe* maritima, in finibus Zabulon & Nephthalim:

14 Ut impleretur quod dictum est per Esaiam prophetam, dicentem,

15 * Terra Zabulon & terra Nephthalim: *ad* viam [k] maris secus Iordanẽ, [l] Galilæa Gentium:

16 Populus [m] positus in tenebris, vidit lucem magnã: & positis in regione & umbra mortis, lux exorta est.

17 * Ex eo tempore cœpit Iesus prædicare, & dicere, Resipiscite. [n] appropinquavit enim regnum cælorum.

18 [o] Ambulans autẽ Iesus ad mare Galilææ, vidit duos fratres, Simeonem, qui dictus est Petrus, & Andream fratrem ejus, jacientes rete in mare: (erant enim piscatores)

19 Et dicit eis, Sequimini me, & faciam vos piscatores hominum.

20 Illi verò statim omissis retibus sequuti sunt eum.

21 Tunc progressus illinc, vidit alios duos fratres, Iacobum filium Zebedæi, & Iohannem fratrem eius, in navigio cum Zebedæo patre suo, sarcientes retia sua: & vocavit eos.

[1] Ad verbum, A pervulgante obtrectationẽ. Nam אכל vel כלא (ea enim ejus radix esse videtur) idem est quod קרא *kara*, divulgavit, promulgavit, palàm fecit, prædicavit: & קרצא *Karza* est obtrectatio quã Hebræi vocant המלשינות *malschinuth*, ut exponit auctor libri ערוך *Aruk*, & David Kimchi Hebræorum doctiss. Quæ loquutio etiam Chaldæis scriptoribus est usitata, & sæpe in novo Testamento Syro recurrit.

[2] Ad verb. qui tẽtat, id est, assuetus vt homines tentet. Participiũ pro verbali, ut sæpe fit.

[3] i. Homo. Hebr. Chald. & Syra phrasis.

[4] ℣. 1. assumens transtulit. Metalepsis Hebraica, ut infrà 27. 3. sic deinceps.

[5] Ad verb. Promulgãs obtrectationem, ut paulò antè observavi in versum 1.

[6] ℣. Syrè alã, id est, ἱερὸν, de cujus significatione cõsulẽdus Vitruvius.

[7] Ad verbum, Animam tuã. Hebraismus antè observatus cap. 2. 20.

[8] Ad verbum, Promulgator obtrectationis. Chald. phrasis & Syra, vt ℣ 1.

[9] ℣. Syrè, procideris adoraveris. Idiotismus Orientaliũ, ut Ruth 2. 10. sic infrà 8. 2.

[10] ℣. Syrè, abi tibi: Pleonasmus Hebraicus in cõstructione verborũ ἀμετάβατα frequẽs, ut sup. 3. 1. & infr. ℣. 17. & alibi passim.

[11] Ante ℣ 1. observatus loquẽdi modus, Syris & Chaldæis communis.

[12] ℣. 1. venit habitatũ. ut sup. 2. 23.

[13] i. ministerio. Hebraiss. antè 1. 22. observat.

[14] ℣. 1. secũdùm Jardenẽ: cis, vel trans fluvium, promiscuẽ. ut Jitmeję 22. 20. & passim. sic infr. ℣. ult. & 19. 1.

[15] Ad verbum, Appropinquat enim sibi. Gallicè, *Car il s'approche*. Pleonasmus Heb. Chald. & Syris frequẽs; ut sup 3. 1. [16] i. sequimini me. Hebraismus. [17] i. hominũ Hebraismus, vt ℣. 4. [18] Ad verb. Et iverũt post eũ, Hebraismus, & eodem modo paulo pòst.

[a] B. CHRISTUS omnibus modis tẽtatus, semper victor evadit, ut & nos ipsi virtute eumdẽ hostem superemus.

* *Mar. 1. 11. Luc. 4. 1.*

[b] Continuos. Nam quartus casus solet ferè cõtinuum tẽpus indicare. Singulare autẽ miraculũ edidit Deus, quũ filiũ suũ exemit a necessitate edendi: ut de Mose legitur, Exod. 24. 12.

[c] i. Jube. Quũ enim dicit Deus, perinde est atq; si imperaret.

* *Deut. 8. 3.*

[d] Ambitũ illũ quũ planũ templi tectũ ambiebatur, ne quis inde posset decidere, sicut cautum erat, Deut 22. 8.

* *Psal. 91. 12.*

* *Deut. 6. 16.*

[e] Tentant homines Deum, quũ media ordinaria a Deo constituta relinquunt ut ad sua figmẽta confugiant: tẽtat verò nos Deus quũ explorat & probat animos nostros.

* *Deut. 6. 13. 10. 20.*

[f] Notandum hîc non imbecillitate personę Christi hoc esse factum, ut Satan illi oculos perstringeret, sed voluntaria dispensatione & permissu in natura humana ejus.

[g] Duplex est adoratio: una religiosa, quæ soli Deo debetur: altera civilis, quæ ad hujus vitæ eutaxiam spectat.

* *Mar. 1. 14. Luc. 4. 14. Joh. 4. 43.*

[h] 8. Cessante præconis voce, sese patefaciẽs Dominus, plenam lucem infert mundi tenebris gratuitam peccatorum remissionem resipiscentibus offerens.

[i] Quæ multò celebrior erat quàm Nazareth.

* *Esai. 9. 1.*

[k] Tiberiadis.

[l] Sic dicta quòd vicina esset Tyriis & Sydoniis, & quòd in ea parte Solomon concessisset Tyriorũ regi viginti urbes, 1. Reg. 9. 11. vel quòd ea regiõ tẽderet Tyrũ versus ad mare mediterraneũ. [m] i. Qui versabatur. *Mar. 1. 15.*

[n] Ad vos pervenit. [o] 8. CHRISTUS de suo à nobis recessu aliquando futuro maturè cogitans, jam ab ipsis initiis suæ prædicationis discipulos sibi divinitus ascisit, pauperculos quidem illos & planè rudes, sed eorũ quæ vidissent & audissent tantò minùs suspectos testes futuros.

22 Illi autem ſtatim omiſſo navigio & patre ſuo, ſequuti ſunt eum.

23 [p] Et obivit totam Galilæam Jeſus, docens in [q] ſynagogis ipſorum, & prædicans Evangelium [r] regni, & ſanãs [s] quemvis morbum, & quemvis [t] languorem in populo.

24 Tunc emanavit fama ipſius in totam Syriam: & obtulerunt ei omnes malè affectos, variis morbis & [v] cruciatibus detentos, & [x] dæmoniacos, & [y] lunaticos, & [z] paralyticos: ſanavitque eos.

25 Et ſequuta eſt eum turba multa à Galilæa ac Decapoli & Hieroſolymis, & Judæa, & *regionibus* trans Jordanem *ſitis*.

22 Illi autem protinus reliquerunt naviculam & patrem ſuum, & ſequuti ſunt eum.

23 Et circumibat Jeſchua univerſam Galilæam, docebátque in ſynagogis illorum, & prædicabat Evangelium regni: ſanabátque omnem languorem & morbum in populo.

24 Et audita eſt fama illius in univerſa Syria. Et offerebant ei omnes eos qui [19] peſſimè afficiebantur morbis diverſis, & eos qui premebantur anguſtiis, & dæmoniacos: & [20] lunaticos: & [21] paralyticos: & ſanavit eos.

25 Et [22] ſequutæ ſunt eum turbæ multæ à Galilæa, & à [23] Decem civitatibus, & ab Uriſchelẽ, & à Judæa, & a trãſitu Jurdan.

P B. CHRISTUS corporales morbos ſanãs, ſpiritualem & ſalvificã ſuam virtutem in animis credentium obſignat.
q In cœtibus & conventibus ſacris.
r Meſſiæ.
s Id eſt, omnis generis morbos, non autem ſingulos.
t Propriè ſignificat ignaviam ſtomachi: ſed hic ſumitur pro iis morbis quibus qui ſunt correpti languent & contabeſcunt.
v βάσανος propriè eſt coticula qua aurum exploratur: transfertur ad quaſcumque quæſtiones tormentorum: hoc loco ſumitur pro morbis qui acerrimè ægrotos excruciant.
x Qui malis ſpiritibus vexantur. Dæmon enim in Scriptura in malam partem ſumi ſolet, etſi aliàs ſit nomen commune.
y Qui ad conuerſiones lunares acribus morbis corripiuntur.
z Enervatos, languentibus & debilitatis corporis membris.

19 Ad verb. Malè, malè. Nominis geminatio ex poſitivo efficit ſuperlativum, ut infrà 14. 35. Hebraiſmus.
20 Syrè ואבר אגרא *Vadebar agare*, quod ſonat, Et filium agrorũ, id eſt, hominẽ agreſtem, qui à reliquorum cõſuetudine abhorreat: ſicut legitur de Nebuchad-nezzar in Daniele.
21 Syrè משרי *Meſcharja*, à diſſolutione deducto nomine, ſicut & in Græco textu, quod præclarè paraphraſtes expreſſit.
22 Ad verb. Iverunt poſt eum.
23 Vel decem civitatum, ſubaudi regione. Regiuncula eſt, Galileæ Gentium proxima, quæ nomen accepit à decem opidis in ea ſitis, quorum nomina exprimũtur in Plin. lib. 5. cap. 18. natur. hiſt.

CAPUT QUINTUM.

1 *Qui beati.* 13 *Apoſtoli ſal & lux mundi.* 14 *Urbs ſupra montem poſita.* 15 *Lucernæ uſus.* 16 *Opera bona.* 19 *Mandatorum Chriſti impletio.* 21 *Occidere, quid.* 23 *Reconciliatio ſacrificia antevertat.* 27 *Adulterium.* 29 *Oculi erutio.* 30 *Manus abſciſſio.* 31 *Libellus abſceſſionis.* 33 *Non jurandum.* 43 *Inimici diligendi.* 48 *Perfectio.*

Quum viſiſſet autem turbam, aſcendit in montem: & quum conſediſſet, adierunt eum diſcipuli ejus.

2 [a] Tunc aperto ore ſuo docebat eos, dicens,

3 *Beati [b] pauperes [c] ſpiritu: quoniam ipſorum eſt regnum cælorum.

4 *Beati qui lugent: quoniam ipſi ſolamen recipient.

5 *Beati qui ſunt mites: quoniam ipſi terram hæreditario [d] jure obtinebunt.

6 *Beati qui eſuriunt & ſitiunt juſtitiã: quoniam ipſi ſaturabuntur.

7 Beati qui ſunt miſericordes: quoniam ipſis miſericordia tribuetur.

8 *Beati qui ſunt [e] mundo corde: quoniam ipſi Deum videbunt.

9 Beati qui ſunt pacifici: quoniam filii Dei [f] vocabuntur.

10 *Beati quos perſequuntur *homines* juſtitiæ cauſa: quoniam ipſorum eſt regnum cælorum.

11 *Beati eritis quum vos conviciis affecerint, & perſequuti fuerint, & mẽtientes dixerint quidvis mali adverſus vos, propter me.

12 Gaudete & exſultate: quoniam merces veſtra multa eſt in cælis. ita enim perſequuti fuerunt prophetas qui *fuerunt* ante vos.

13 *[g] Vos eſtis ſal [h] terræ. quòd ſi ſal infatuatus fuerit, [i] quo ſalietur? ad nihil valet ampliùs niſi vt abjiciatur foras, & conculcetur à quibuſvis.

14 Vos eſtis [k] lux mundi. Non poteſt urbs occultari ſupra montem poſita.

15 *Neque accendunt lucernam, & ponunt eam ſubter modium, ſed in cãdelabrũ: & ſplẽdet omnibus qui ſunt in domo.

Quum autem viſiſſet Jeſchua turbas, aſcendit in montem: & quum ſediſſet acceſſerunt ad illum diſcipuli ejus.

2 Et [1] aperuit os ſuum, & docebat illos ac dicebat:

3 [2] Beati pauperes ſpiritu: quoniam illorum eſt regnum cælorum.

4 Beati lugentes: quoniam [3] conſolationem accipient.

5 Beati mites: quoniam ipſi [4] hæreditatem capient terræ.

6 Beati illi qui eſuriunt & ſitiunt juſtitiam: quoniam ipſi ſaturabuntur.

7 Beati miſericordes: quoniam ipſis [5] exercebitur miſericordia.

8 Beati illi qui mundi ſunt in cordibus ſuis: quoniam ipſi videbunt Deum.

9 Beati [6] pacifici, quoniam [7] vocabuntur filii Dei.

10 Beati illi qui patiuntur perſequutionem propter juſtitiam: quoniam illorum eſt regnum cælorum.

11 Beati eſtis quum probra jecerint in vos, & perſequuti fuerint vos, & dixerint adverſus vos omne verbum malum propter me [8] in falſitate.

12 Tunc gaudete & exſultate, quoniam merces veſtra multa eſt in cælis: ſic enim perſequuti ſunt Prophetas qui fuerunt ante vos.

13 Vos eſtis ſal terræ: ſi autem eveniat ut ſal [9] infatuetur, quánam re ſalietur? ad nullam rem valet niſi ut projiciatur foras & conculcetur ab hominibus.

14 Vos eſtis lux mundi. Non poteſt abſcondi civitas quæ ſupra montem exſtructa eſt.

15 Neque lucere faciunt lucernam, & ponunt eam ſubter [10] modium: ſed ſupra candelabrum, & lucet omnibus qui in domo ſunt.

A B. CHRISTUS docet ſummũ bonum in hujus vitæ cõmodis & rebus ſecundis poſitũ nõ eſſe, ſed in cælo eſſe repoſitum iis qui ut à reliquis miſerabiliter & modis omnibus ideò vexẽtur, quòd noſint eorum mores imitari, nihilominus in Dei voluntate ſponte acquieſcunt, & quibuſvis prodeſſe ſtudent.
* *Luc. 6. 20.*
b Paupertatis nomine intelligũtur omnes conjunctæ cũ ea miſeriæ.
c Quorũ ſpiritus domiti ſũt, & qui ſeſe Deo ſubjiciunt.
* *Luc. 6. 21. Eſa. 61. 2, 3.*
* *Pſal. 37. 11.*
d Notandum eſt quod hoc loco dicitur: nã ſi hæreditatis jure cælũ poſſidemus, & idcircò hæredes ſum⁹ quia in CHRISTO gratis adoptati per fidẽ, ubi merita quę nõ nulli jactant?
* *Eſa. 65. 18.*
* *Pſal. 24. 4.*
e vel, Puri corde.
f Erunt. Heb. Significat enim Hebræis verbum vocãdi *kara*, ſic acceptũ, aliquid eiuſmodi eſſe ut idcircò ab omnibus celebretur.
* *1. Pet. 3. 14.*
* *1. Pet. 4. 14.*
* *Marc. 9. 50.*
Luc. 11. 34.
g B. Verbi præſertim miniſtros neceſſe eſt (niſi velint omnium eſſe miſerrimi) hanc viam ad ſummum bonum, & verbis & re ipſa cæteris cõmonſtrare.
h Doctrina veſtra eſſe debet ſynceritate & integritate efficax. quæ ſi talis nõ ſit, in ſua futilitate cõtemnetur & refutabitur.
i Quid tandem ſupererit quo uti poſſitis ad ſaliendũ? Sic Latini fatuos, inſulſos vocãt.
k Participando verã lucem, luceris.
* *Mar. 4. 21. Luc. 8. 16. & 11. 33.*

1 Periphraſis eſt dicere exordientis, in Hebræo textu veteris Teſtamẽti obvia.
2 Ad verbum, Beatitudines pauperibus: & ſubaudi, ſunt vel contingũt: Eſt enim nomẽ ſemper plurale, Hebræo אשרי per omnia reſpondens.
3 Hac vnica voce נתבאון *Jethbajnn*, exprimit paraphraſtes noſter: ſicut paulò poſt, Hæreditatẽ capient, vnico verbo יארתון *Jirethũ* exprimet.
4 יארתון *Jirethun*, idẽ quod יירשון *Jireſchun*, mutato ש in ת.
5 Ad verbum, Erga eos erunt miſerationes.
6 Duabus vocibus, Cultores pacis.
7 Id eſt, A Deo pro filiis agnoſcentur: ideò non vanoritulo filii dicentur, ſed reipſa erũt quod vocabũtur. Et ita intelligendum paulo infrà ℣. 19. Minimus vocabitur: & paulò pòſt, Magnus vocabitur.
8 Hebraiſmus. i. falsò. Subſtãtivũ enim nomẽ præfixo ב *Beth*, ſæpè adverbii ſignificationem aſſumit.
9 Syrum verbũ תפכחי *thepchahi*, à thema the פכח *pecha*, ſenſu reſpõdet Hebrẽo חפך *hapach*, i. mutavit: ut ſtudio paraphraſtes illud retinuiſſe videatur, ordine tantum literarum inverſo. Verti itaque poteſt, Si autem eveniat vt ſal mutetur.
10 ℣. Ab hominibus autem, id eſt, a quibuſvis: uſitato Hebraiſmo.
10 ℣. Syrè Satha, quod Hebræi Sea, vulgus Satum vocant, id eſt modium Romanum, Ioſepho, Epiphanio, & aliis teſtibus.

16 Sic luceat lux vestra coram [11] filiis hominis, ut videant opera vestra bona, & glorificent patrem vestrum qui in cælis est.

17 Ne existimetis quòd venerim, ut destruam Legem aut Prophetas: nequaquam [12] ut destruam, sed ut compleam.

18 [13] Amin enim dico ego vobis, quòd [14] donec [15] transeant cæli & terra, ſud unum aut unus apex non transibit ex Lege [16] donec omnia fiant.

19 Quisquis solverit igitur unum ex mandatis istis minimis, & docuerit sic filios hominum, [17] minimus vocabitur in regno cælorum: quisquis autem fecerit & docuerit, hic magnus vocabitur in regno cælorum.

20 Ego enim dico vobis, quòd nisi abundaverit justitia vestra amplius quàm legisperitorum & Pharisæorum, non intrabitis in regnum cælorum.

21 Audistis quòd [18] dictum sit veteribus, Non occides: qui autem occiderit, reus est judicii.

22 Ego autem dico vobis, quòd quisquis irascetur contra fratrem suum [19] temere, reus est judicii. Et quisquis dixerit fratri suo, [20] raka, obnoxius est consilio: & omnis qui dixerit, [21] fatue, obnoxius est [22] Gihannæ [23] ignis.

23 Si eveniet igitur ut offeras oblationem tuam ad altare, & illic recorderis quòd frater tuus retinet adversus te inimicitiam aliquam,

24 Relinque illic oblationem tuam juxta altare, & abi, prius reconciliare fratri tuo, & tunc redi, offer oblationem tuam.

25 Esto benevolus erga [24]* adversarium tuum citò, dum cum illo es in via: ne [25] adversarius tuus tradat te judici, & judex tradat te exactori, & incidas in domum vinctorum.

26 Et amen dico ego tibi, quòd non exibis illinc donec reddideris [26] octavum *numulum* vltimum.

27 Audistis quòd dictum fuerit vt non committas adulterium:

28 Ego autem dico vobis, quod quicumque aspexerit mulierem, ut adulteriũ committat cum ea, illico adulterium commisit cum ea in corde suo.

29 Si autem oculus tuus dexter obstaculo sit tibi, erue ipsum, & abiice abs te: expedit enim tibi ut pereat unum ex mẽ-

[11] i. Hominib⁹. Hebraismus.
[12] r. supple veni. Ellipsis frequens ex antecedẽte sermone intelligenda, ut suprà 2. 10. & 3. 15.
[13] i. Certè, Verè.
[14] r. id est, nun quã Jod unum aut unus apex trãsiturus est. Proverbialis loquendi forma, vt Genes. 49. 26. Psalm. 72. 5. & 7. & 17. & 89. 37. & 38. *Donec* autẽ semper includit antecedentia, ac non excludit sequentia, ut suprà 1. 25. & infrà 28. 20.
[15] i. Mutentur.
[16] r. i. quin omnia fiant, ut infrà 10. 23. & alibi.
[17] i. Erit. Hebraismus admodũ tritus, ut supr. vers. 7.
[18] r. nempe à Legisperitis & Pharisęis, quorum justitiam deinceps expẽdit Christus, ut meminit præcedente versu. Ellipsis frequẽs: nisi figuratam loquutionem statueris, dictum esse ab antiquis, ut Lucæ 23 15. Sequens autem membrum est ἀναστροφικὸν. quasi dicat Christus, qui verò non occiderit, aiunt Pharisæi, iudicii nõ erit reꝰ.
[19] Syrè איקא *ika* vocem εἰκῆ Græcam paraphrastes suræ linguæ accommodavit.
[20] Hãc vocem objurgantis, in Talmudicis libris, præsertim autem in libro ברכות *beracheth*, & in lib. סנהדרין *sanhedrin*, capit. חלק *chelek*, legi semper ita scriptam ריקא *rika*, vel ריקא *reka*: & sonat vacuũ, subaudi judicio, ratione, & cerebro: venitque a ריק *ratak*, quod etiã Hebraicè significat evacuate.
[21] Syrè, ללא *Lele*, videtur ab Hebræo אליל *alil* deductum א Aleph a capite sublata.
[22] Syrè גחנא *Gihanna*, ab Hebræo cõposito גיחנם *Gehinnam*, vallis hinnam. Vallis erat prope Hierusalem de nomine possessoris sui ita vocata. Quæ etiam interdum vocatur in scripturis Vallis filii Hinnon. Jos. 15 8. & 2. Reg. 23. 11. & 2. Par. 28. 3. & 39. 6. & Jer. 7. 33. & 34. Itẽ cap. 15. 16. & 19. 2. & 32. 35. In hac erat locus vocatus Topheth, in quo Jisraëlitæ, vicinorum populorum horrendam superstitionem sequuti, filios suos idolo Moloch comburebant. Vnde factum est ut postea à Chaldæis, Syris & Hebręis antiquis scriptoribus nomen ipsum Gihanna vel Gehinnam usurparetur ad significandum locum reprobis in æternum cruciandis destinatum. Ita vsurpatur in lib. Pirke aboth admodum antiquo, cap. 1. & 5.
[23] i. Ignitæ, Hebraismus.
[24] Ad verb. Dominus litis tuæ: commune nomen est vtrique parti litiganti.
[25] Ad verbum, Dominus litis tuæ: Hebraismus, ut paulò antè.
[26] i. Octava pars Assir, quæ fuit minima, nec potuit ultra dividi, quemadmodum fusius explicabitur, Mar. 12. r. Hoc autem Latinè sextantem dixeris, id est, octavam partem oboli. Syris enim ut Atticis, drachma capit 6. obolos: obolus 4. κόδραντας vel τετραχαλκίας, quadrantes: quadrans 2. chalcos: chalcus duo minuta. Græci ergo obolum per chalcos dividentes quadrantem vocant, quem Syri per minuta dividentes vocant *Sehemunna*, q. d. octavam partem, id est, sextantem oboli.

16 *Ita splendeat lux vestra coram hominibus, ut videant vestra bona opera, [l] glorificéntque Patrem illum vestrum qui *est* in cælis.

17 [m] Ne existimate me venisse ut dissolvam Legem, aut prophetas: non veni ut *eam* dissolvam, sed [n] ut *eam* impleam.

18* [o] Amen quippe dico vobis, vsquedum præterierit cælum & terra, iωta unũ aut unus apex nequaquam præterierit ex Lege, usquedum omnia facta fuerint.

19 * [p] Quisquis igitur [q] solverit unum ex mandatis hisce [r] minimis, & ita docuerit homines, minimus vocabitur in regno cælorum: quisquis autem fecerit & docuerit, iste magnus vocabitur in regno cælorum.

20 Dico enim vobis, nisi abundaverit vestra justitia* plus quàm *illa* Scribarũ & Pharisæorum, vos nequaquam ingressuros in regnum cælorum.

21 [s] Audistis dictum fuisse a veteribus, *Non occides: quisquis autem occiderit, tenebitur judicio.

22 Ego verò dico vobis, quicumque irascitur fratri suo temere, [t] tenebitur [y] judicio: quicumque verò dixerit fratri suo, [x] raca, tenebitur [y] consessu: quisquis autẽ dixerit, fatue, tenebitur [z] gehẽna [a] ignis.

23 [b] Igitur [c] si munus tuum attuleris ad altare, & illic memineris fratrem tuũ habere aliquid contra te,

24 Omitte illic munus tuum coram altari, & abi: primũ recõciliator fratri tuo, & tunc ubi veneris offer munus tuum.

25 *[d] Esto amicus adversario tuo citò, dũ es in via cum eo: nequando te tradat adversarius judici, & iudex te tradat ministro, & in custodiam conjiciatis.

26 Amen dico tibi, nequaquam exibis illinc usquedum [e] reddideris vltimum quadrantem.

27 [f] Audistis dictum fuisse a veteribus, *Non mœchaberis.

28 Ego verò dico vobis, Quicumque aspicit mulierem ut eam concupiscat, jam adulteravit eam in corde suo.

29* Quòd si oculus tuus [g] dexter facit ut [h] tu offendas, erue eum, & abjice abs te. expedit enim tibi ut pereat unũ ex mem

*1. Pet. 2. 11.
[l] Gloriam Dei prædicent.
[m] 2. CHRISTUS non venit ut novam quampiam justitiæ & salutis rationem in mũdum inveheret, sed partim ut quod ceremoniis erat adumbratum, reipsa impleret liberatis per gratiã hominibus à maledictione legis: deinde ut verum obediẽtię a Lege prescriptæ usum doceret, atque adeò vim obediendi mentibus insculperet.
[n] Ut absolutæ evadant prophetiæ.
* *Luc. 16. 17.*
[o] Verè & certè
* *Luc. 2. 10.*
[p] 3. Incipit a vera Legis expositione, quã vetustis quidẽ, sed falsis, Scribarum commentis opponit, nedum ut vel minimum præceptorum Patris velit abolere.
[q] Violaverit vel minimum præceptum Legis.
[r] Nullus censebitur in Ecclesia.
* *Luc. 11. 39.*
[s] 3. Sexti præcepti vera expositio.
* *Exod. 20. 13.*
* *Deut. 1. 17.*
[t] De diuinis judiciis & peccatorum discrimine disserẽs, orationem ad consuetam civiliũ judiciorum formam accommodat. certũ est enim hîc non agi solùm de politicis legibus.
[y] In quo sedebant triumviri, qui de pecuniariis & minimis causis cognoscebant.
[x] Incondita hominis indignãtis vox.
[y] Judicio quod ex 23. judicibus constabat, qui de gravioribus causis, & capitalibus cognoscebãt: sicut summi erant judices 71, qui de gravissimis causis cognoscebant: ut de tribu integra, vel de summo sacerdote, aut pseudopropheta.
[z] Gehennæ nomen Hebræis compositum, idem sonat ac vallis Hinnon, id est Topher, quo loco Israëlitæ soliti erant, superstitionibus vicinarũ gentiũ addicti, inaudita crudelitate suos liberos diis adolere: unde factũ est ut acciperetur pro loco cruciandis reprobis destinato. Jer. 7 31.
[a] Quatuor erant suppliciorum genera Hebræis usitata, antequã politia ab Herode everteretur, strangulatio, gladius, lapidatio, ignis: huc ergo respexit Christus, quia ignis summum erat supplicium. Quod ergo mentionem facit judicii, cõsessus, & gehennæ, ostendit peccata alia aliis graviora esse: sed omnia esse ejusmodi, ut coram Deo graves pœnas mereantur.
[b] 3. Docebant avari Pharisæi placari Deum oblationibus in Lege pręceptis, quas ipsi vorabant. Negat contra CHRISTUS Deo gratam esse cujusquã oblationem qui fratri offenso non satisfecerit: atque etiam affirmat nunquam præfractis illis fratrũ contemtoribus patefaciendum esse velut exitum ex ira & maledictione Dei priusquam fratri penitus satisfecerint.
[c] Accõmodat totum hunc sermonem ad rationem suorum temporum, quibus erectum erat Hierosolymis altare. Inepti ergo qui inde altaria exstrui colligunt, & usurpandas oblationes: ineptiores qui, quod de mutua reconciliatione dicitur, ad purgatoriũ transferunt. * *Luc. 11. 50.*
[d] Præcide omnem inimicitiarum causam.
[e] Proverbialis loquutio, qua significatur summo jure cum aliquo agi.
[f] 3. Scortator censetur coram Deo quisquis mulierẽ cõcupiscit: ac proinde oculi cõtinẽdi sunt, & membra omnia omnẽsq; adeò occasiones quibus ad malè agendum cõmoueri possumus, vel maximis cum damnis sunt vitãdæ. * *Exod. 20. 14.* * *Inf. 11. 2. Mar. 9. 47.*
[g] Dextri oculi & dextræ manus meminit, quia dextræ partes potiores sunt, & expeditiores ad quodvis scelus patrandum.
[h] Ad verbum, scandalizat. peccata enim sunt veluti scandala, i. saxa ad quæ impingimus.

bris tuis, ac nõ totum corpus tuum conjiciatur in gehennam.

30 [i] Et, si dextera tua manus facit ut tu offendas, exscinde eam, & abjice abs te. expedit enim tibi ut pereat unum ex membris tuis, ac non totum corpus tuũ conjiciatur in gehennam.

31 Dictum est autem,* Quisquis dimiserit uxorem suam, det ei [k] libellum abscessionis.

32 Ego verò dico vobis, Quisquis dimiserit uxorem suam, extra rationem [l] scortationis, facit ut ea mœchetur: & quisquis dimissam duxerit, mœchatur.

33 [m] Rursum audistis dictum fuisse veteribus,* Non [n] pejerabis, sed reddes Domino quæ tu juraveris.

34 Ego verò dico vobis, [o] ne jurate omnino: neque per cælum, quia thronus Dei est:

35 Neque per terram, quia scabellum est pedum ejus: neque per Hierosolymam, quia urbs est magni regis.

36 [p] Neque per caput tuum jures, quia non potes unum capillum album aut nigrum facere.

37 *Esto autem sermo vester, [q] etiam etiam, non non: quod autem supra hæc redundat, [r] a malo est.

38 [s] Audistis dictum fuisse,* [t] Oculum pro oculo, & dentem pro dente.

39 [v] Ego verò dico vobis,* ne obsistite [x] improbo: sed qui te [y] cędet in dexteram tuam maxillam, obverte ei & alteram:

40 Et ei qui velit tecum contendere, ac tunicã tuam capere, dimitte illi etiam pallium:

41 Et quisquis te [z] angariabit *ad* miliare unum, abi cum eo duo.

42 *Petenti abs te dato: & volentem mutuari abs te, ne aversere.

43 Audistis dictum fuisse, * Diliges proximum tuum, & odio habebis inimicum tuum.

44 Ego verò dico vobis,* Diligite inimicos vestros, benedicite eis qui devovent vos, benefacite iis qui oderunt vos, *& precamini pro iis qui vobis [a] infesti sunt, & persequuntur vos:

45 * [b] Ut sitis filii Patris illius vestri qui est in cælis. facit enim ut sol suus exoriatur super malos ac bonos, & pluit super justos & injustos.

46 Nam si dilexeritis eos qui diligunt vos, quam mercedem habebitis? nónne & [c] publicani idem faciunt?

47 Et si complexi fueritis fratres vestros solùm, quid amplius facitis? nónne & publicani ita faciunt?

48 Estote igitur vos perfecti, ut Pater vester, qui est in cælis, perfectus est.

bris tuis, [27] & non totum corpus tuum ruat in Gihannam.

30 Et si manus tua dextera obstaculo est tibi, amputa eam, & projice eam abs te. expedit enim tibi ut pereat unum ex membris tuis, & nõ totum corpus tuum ruat in Gihannam.

31 Dictum est, quòd qui dimittit uxorem suam, det illi scriptum repudii.

32 Ego autem dico vobis, quòd quisquis repudiaverit uxorem suam, excepta causa fornicationis, [28] efficit ei ut committat adulterium: & qui accipit derelictam, adulterium committit.

33 Rursum audistis quòd dictum fuerit antiquis, Non [29] mentieris in juramento tuo, persolves autem Domino juramentum tuum:

34 Ego autem dico vobis, Ne iuretis [30] omnino: non per cælos, quia solium est Dei.

35 Neque per terram, quòd scabellum sit quod est sub pedibus ejus. nec etiam per Urischelem, quia [31] civitas est regis magni.

36 Neque etiam per caput tuum jurabis: quia non potes facere in eo capillum unum cæsariei, aut nigrum, aut album.

37 Sed sit sermo vester, Est est, & Non non. quicquid est præter hæc, à malo est.

38 Audistis quòd dictum fuerit, Oculum pro oculo, & dentem pro dente:

39 Ego autem dico vobis ut non surgatis contra [32] malum: sed ei qui percutit te super maxillam tuam dexteram [33] obverte illi etiam alteram.

40 Et ei qui vult [34] contendere tecum ut accipiat tunicam tuam, relinque etiam pallium tuum.

41 Qui adigit te ad miliarium unum, abito cum illo duo.

42 Qui petit abs te, da illi: & qui mutuum petit abs te, ne prohibeas eum.

43 Audistis quòd dictum sit, Diligas proximum tuum, & odio habeas inimicum tuum:

44 Ego autem dico vobis, Diligite inimicos vestros, & bene precemini ei qui maledicit vobis, & facite quod [35] decet ei qui odit vos, & orate pro illis qui [36] ducunt vos in vincula, & persequuntur vos.

45 Ut sitis filii Patris vestri qui est in cęlis: qui oriri facit solem suum super bonos & super malos, & demittit pluviam suam super justos & super injustos.

46 Si enim diligatis eos qui diligunt vos, quod præmium est vobis? nónne etiam publicani idipsum faciunt?

47 Et si [37] salutetis fratres vestros tantùm, quid eximii facitis? nónne etiam publicani idipsum faciunt?

48 Estote igitur vos perfecti, sicut pater vester qui est in cælis perfectus est.

[i] CHRISTUS hyperbolicè docet resecandum esse quicquid nos impedit ne obsequium Deo præstemus, quale flagitat in lege sua.
*Infr. 19.7. Deut. 24.1. Mar. 10.4. Luc. 16.18. 1. Cor. 7.10.
[k] In quo causa divortii scripta erat.
[l] Scortatio hic sumitur pro adulterio.
[m] 2. Tertii ptęcepti explicatio, adversus perversam Scribarum sententiam, qui obliquas sive indirectas jurandi formas excusabant.
*Exod. 20.7. Levit. 19.12. Deut. 5.11.
[n] Pejerare, nõ significat falsum jurare, sed quod juraris non præstare, Cic. Offic. 3.
[o] i. hoc non ad substantiã, sed ad formã refertur. i. neque directè neque indirectè.
[p] Neque enim capitis nostri domini sumus.
*Iac. 5.12.
[q] Quod affirmatis, nudè affirmetis: quod negatis, nudè negetis.
[r] A conscientia mala, vel a diabolo.
[s] 2. Secundæ tabulæ summam, contrà quàm docebant Scribæ, sic ostẽdit accipiendam, ut malum malo retaliare nullo modo liceat, imò potius repetitæ injuriæ sint perferendæ, & ipsis capitalibus hostibus sit benefaciendum.
*Exod. 21.24. Lev. 24.20. Deut. 19.21.
[t] Sub. erue: ex lege talionis.
[v] Non permittit Christus ut quoquo modo vim vi repellamus, non tamen prohibet quin deflectamus ab injusta violentia. alioquin id esset acuere impiorum malitiam. *Luc. 6. 29. Levitic. 12.17. 1. Corinth. 7.
[x] Potest exponi in tertio casu, id est, illi qui malus est, vel sexto, id est, per malum, vt sit sensus, Ne pensate injuriam injuria.
[y] Etiam fuste, vel virga: quod ignominiosum est.
[z] Angariare, est cogere ad currendum, vel ad ferendum aliquid. Est autem ex nomine Persico Angari factum. Angari enim dicebantur nuncij γραμματιφόροι, tabellarii publici, diplomatis ferendis instituti, quos hodie postas dicimus. hoc interest, quòd Persis licebat, equos, naues, ipsos denique homines ad cursum rapere. Sed angariatus dicitur etiam Cyrenæus ille qui ad bajulandum crucem adactus est, infrà 27.32. *Luc. 6.27. *Luc. 23.24. alt. 7.9.60. 1. cor. 4.12.
[a] Hostium more, & violenta cum contumelia. *Luc. 6.22.
[b] 2. Argumentum duplex: unum a relatis, Qualis pater, tales liberos esse oportet: alterum a comparatis, Præstare oportet Dei filios hujus seculi filiis.
[c] Qui vectigalibus præerant, genus hominum Iudæis invidiosum, tum quòd Romanis (quorum jugum ferebant impatientissimè Judæi) operam suam locassent, tum verò quòd ferè soleant avaritiæ esse dediti publicani.

[27] i. Potiùs quàm, Hebraismus. sicut paulò inferiùs.
[28] 5. Syra phrasis, ut suprà 4 19.
[29] Periphrasis perjurii.
[30] Sic Maimoni in tractatu De juramentis, cap. 12. ait וטובה גדולה היא לאדם שלא ישבע כלל, Et optimum est homini ut non juret omnino. Gallicè, *en somme.* vel, *somme toute.*
[31] Desumpta sunt verba ex psal. 48. 3. ubi ita legitur קרית מלך רב Civitas regis magni.
[32] 5. vel improbum, id est, injurium: ut sequens exegesis docet, sed ei qui percutit te, &c. quibus in verbis latet ellipsis particulæ potiùs, apud Hebræos & Syros & Græcos in sermonibus adversativis frequẽs, ut Genes. 32. 28. & infrà 10.20. & 18.22. & Mar. 9.37.
[33] 5. i. contentus esto (ut vulgus loquitur) obvertere: sic 3. sequentibus versib. & infr. 18. 8. & 9.
[34] 5. i. cõtendẽdo accipere & tollere abs te.
[35] Ad verb. Quod pulchrum est.
[36] 5. vel agunt vos cũ violentia.
[37] Ad verb. Interrogetis de pace fratrum vestrorum, i. humaniter & officiosè salutetis eos.

CAPUT

CAPUT SEXTUM.

1 Eleemoſyna. 5 Oratio. 14 Condonandum fratri. 16 Jejunium. 19 Theſauri. 20 Pauperibus ſubveniendum. 24 Deus & divitiæ. 25 Solicitudo de victu & veſtitu tollenda. 33 Regnum Dei, & ejus juſtitia.

T.

ATtendite autem in eleemoſyna veſtra, ut non faciatis eam coram filiis hominum, quò ſpectemini ab illis:[1] alioqui præmium non eſt vobis apud Patrem veſtrum qui eſt in cælis.

2 Quando igitur facis [2] eleemoſynam, [3] ne excites [4] clamorem ante te, ſicut faciunt [5] hypocritæ in conciliis & in vicis, ut laudentur a filiis hominum. Amen dico vobis quòd acceperunt mercedem ſuam.

3 Tu autem quum facis eleemoſynã, ne ſciat ſiniſtra tua id quod facit dextera tua:

4 Ut ſit eleemoſyna tua in occulto: & Pater tuus qui videt in occulto ipſe rependet tibi in propatulo.

5 Et quum oras, non eris ſicut [6] hypocritæ, qui amant ſtare in conciliis & in angulis platearum [7] ad orandum, ut conſpicui fiant filiis hominum. amen dico vobis quòd acceperunt mercedem ſuam.

6 Tu autem quum oras, aſcende in penetrale tuum, & claude oſtium tuum, & ora Patrem tuum, qui [8] eſt in occulto: & Pater tuus qui videt in occulto, rependet tibi in propatulo.

7 Et quum oratis, ne ſitis [9] multiloqui ſicut prophani. putant enim quòd in loquacitate multa [10] exaudiantur.

8 Ne igitur ſimiles ſitis illorum. Pater enim veſter novit qua re opus ſit vobis priuſquam petatis ipſam.

9 Sic orate vos, Pater noſter qui es in cælis, ſanctificetur nomen tuum:

10 Veniat regnum tuum: fiat voluntas tua, ſicut in cælis, etiam in terra.

11 Da nobis panem [11] neceſſitatis noſtræ hodie.

12 Et remitte nobis debita noſtra, ſicut etiã nos remittimus debitoribus noſtris.

13 Et ne inducas nos in tentationem, ſed eripe nos a malo. Quia tuum eſt regnum, & potentia, & gloria in ſeculum ſeculorum.

14 Si enim remiſeritis filiis hominum [12] errata ſua, remittet etiam vobis Pater veſter qui eſt in cælis.

15 Si autem non remiſeritis filiis hominum, nec etiam Pater veſter remittet vobis errata veſtra.

16 Quum autem jejunatis vos, ne ſitis [13] atrati, ſicut qui accipiunt vultum. corrumpunt enim faciẽ ſuam, ut conſpiciantur a filiis hominum, quòd jejunent. & amen dico vobis quòd acceperunt mercedem ſuam.

17 Tu verò quum jejunas, lava faciem tuam, & vnge caput tuum:

18 Ut non conſpiciaris a filiis hominũ quòd jejunes, ſed Patri tuo qui eſt in oc-

1 Ad verbũ, Et ſi nõ. Hebraiſmus.
2 obſervatione dignum, quòd Hebræis, Chaldæis & Syris צדקא & צדקה i. juſtitia, dicatur eleemoſyna: quo docet munificẽtiam erga inopes, eſſe juſtitiæ non poſtremã partem: quæ etiã lege ſtrictè præcipitur, Deut. 15. Remã ſit autem ejuſdem nominis uſus in novo quoq; Teſtamento 2. Cor. 9. & in Evangeliis aliquib' in locis occurrit.
3 Adver. Ne clames clamorẽ. Hebraiſmus, i. Ne illud prędices ac divulges
4 r. Tremell. legebat *Keria*, clamorem: melior eſt librorũ noſtrorum lectio, *karna*, i. cornu vel tuba: ſic enim Græcè μὴ σαλπίσῃς. & facilis eſt in Syrorũ ſcriptura lapſus.
5 Hypocritę dicuntur hoc loco & ſimilibus facies aſſumere, hoc eſt, larvas induere, ut ſe trãsformẽt, quò alii appareant quã ſint: Alias hæc loquutio proſopolepſiã declarat, qua non ꝓ cauſa, ſed pro perſona judicatur: quod q faciunt, ipſi quoque hypocritæ ſunt, ut qui juſtitię ſimulẽt ſtudiũ, a quo tamen abhorrent.
6 Ad verb. Aſſumẽtes facies: ſicut paulò antè verſ. 2.
7 r. vel orando aut preces fundendo. Sic meliùs loquutio greca exprimit
8 r. vel videt in occulto, ut ἀπὸ κοινοῦ repetatur ex ſequente membro.
9 Syrè מפקקין *mepakekin*, voce (ut mihi videtur) a פוק vel פקק deducta, quæ ſignificat idẽ quod Hebraicũ יצא exivit, & ſignificat eos q delectantur multos ſermones ꝓferre, e quorum ore multa prodeunt verba, Gallicè *babillards*. 10 r. vel faciunt ipſi ut exaudiantur: quod conjugatione 4. innuitur. 11 Id enim propriè ſignificat Syra vox דסונקנן *dejunkanan*, a verbo סנק, ut conſtat ex c. 3. 14. & multis aliis novi Teſtamenti locis in quibus hoc verbum occurrit. Quare miror cur qui introductionem puerilem Syriacam ſcripſit, hanc precationis dominicæ partem transferre voluerit, Panem ſufficientiæ noſtræ &c. 12 סכלותהון *facinthehun*, Quod propriè ſignificat ſtultè & inſipiẽter facta ab illis: a primitivo סכל quod etiam Hebraicè ſignificat Stultè agere. 13 כמירא, Significat nigris veſtibus indutos, ut qui in luctu ſunt indui ſolent; inde etiam ſacerdotes idolorum dicti ſunt כומרים, quòd nigris veſtibus uterentur.

B.

ATtendite [a] ne juſtitiam veſtram exerceatis coram hominibus, ut ſpectemini ab eis: alioquin [b] mercedem non habebitis apud Patrẽ veſtrũ qui *eſt* in cælis.

2 * Itaque quum præſtabis eleemoſynam, ne curato buccina cani coram te, ſicut hypocritæ faciunt in ſynagogis & in plateis, ut gloriam conſequantur ab hominibus. amen dico vobis, retulerunt mercedem ſuam.

3 Quum verò tu das eleemoſynam, ne noverit ſiniſtra tua qd faciat dextera tua:

4 Ut ſit tua eleemoſyna in occulto: Pater autem tuus qui *te* aſpicit in occulto, reddet tibi in propatulo.

5 [c] Et quum precaberis, ne eſto ut hypocritæ. amant enim in conventibus & in [d] angulis platearum ſtantes precari, ut appareant hominibus. amen dico vobis, retulerunt [e] mercedem ſuam.

6 Tu verò quum precaris, [f] introito in conclave tuum, & clauſo oſtio tuo precare Patrem tuum in occulto: & Pater tuus qui *te* aſpicit in occulto, reddet tibi in propatulo.

7 Precantes autem [g] ne eadem blaterate ut Ethnici. putant enim fore ut ſua illa loquacitate exaudiantur.

8 Ne igitur ipſis aſſimilamini. novit enim Pater ille veſter quibus ſit vobis opus, antequam vos petatis ab eo.

9 [h] Vos igitur ita precamini, * PATER noſter qui *es* in cælis, [i] ſanctificetur nomen tuum.

10 Veniat regnum tuum: fiat voluntas tua, ſicut in cælo, *ita* etiam in terra.

11 Panem noſtrum [k] quotidianum da nobis hodie.

12 Et remitte nobis debita noſtra, [l] ſicut & nos remittimus debitoribus noſtris.

13 Et ne nos [m] inducas in tentationem, ſed libera nos ab illo * [n] malo. Quia tuum eſt regnum, & potentia, & gloria in ſecula. Amen.

14 * [o] Nam ſi remiſeritis [p] hominibus ſuos lapſus, remittet etiam vobis Pater ille veſter cæleſtis:

15 Sin autem non remiſeritis hominibus ipſorum lapſus, nec Pater veſter remittet vobis offenſas veſtras.

16 [q] Quum autem jejunatis, ne eſtote ut hypocritæ tetrico vultu: [r] deformant enim facies ſuas, ut appareant hominibus jejunare. amen dico vobis retulerũt mercedem ſuam.

17 Tu verò, quum jejunas, [s] unge caput tuum & faciem tuam lava:

18 Ut ne appareas hominibus jejunare, ſed Patri tuo qui *eſt* in occulto: & Pater

a B. Eleemoſynas ambitio irritas facit.
b Mercedis nomen paſſim in ſcripturis ſumitur pro præmio etiam gratuito: ideò fruſtra ſcholaſtici ſtatuũt meriti & mercedis relationẽ.
c B. Duo in precibus maxima vitia reprehendit, ambitionem, & inanẽ garrulitatẽ.
* *Rom. 12. 8.*
d Ad verbum in platearum angulis, i. ubi viæ deſinunt: videlicet in compitis & quadriviis, ubi ſolent homines convenire.
e Videlicet glorioſam illam prædicationẽ, quam ab hominibus conſequuntur.
f Comparativè hîc loquitur, ſignificans potius quærẽdum eſſe ſeceſſum quàm appetendam hominum frequẽtiam, quæ nos orantes videat.
g Longæ preces non damnantur, ſed vanæ, inanes, & ſuperſtitioſæ. longa enim non eſt oratio in qua nihil redundat: contra verò brevis eſſe non poteſt, quæ non proficiſcitur ex animo pio & fideli.
h B. Vera omnium Chriſtianarum precum ſumma ac formula.
* *Luc. 11. 2.*
i Sanctè colatur.
k Panis appellatione cætera omnia tolerandę huic noſtræ vitæ neceſſaria comprehẽduntur. Eum demum autem victum intelligit qui nobis frugaliter alendis ſufficiat.
l B. Condonantibus injurias, condonantur peccata, ultoribus autem parata eſt ultio
m Inferas. inducit Dominus in tẽtationem eos quos Satanæ arbitrio permittit ut cor eorum impleat. * *Infr. 13.* n Diabolo, vel ab omnib. malis & aduerſis rebus. * *Mar. 11. 25. Eccl. 28. 2.* o Antitheſis ad excitandã attentionem in doctrinæ hujus diligentia. p Æqualibus veſtris. q B. In eos qui ſanctitatis famam ex jejuniis venantur. r Non ſinunt conſpici faciem priorem, id eſt, colorẽ faciei nativum vitiant, ut appareant macra & pallida facie. s Vetuſtiſſimum fuiſſe unguentorum uſum, ex ipſius Moſis libris apparet. Nõ autem cõmendat luxum Chriſtus, ſed quicquid novum & affectatum eſt reprehendit.

tuus, qui aspicit in occulto, reddet tibi in propatulo.

19 [t] Ne thesauros recondite in terra, ubi tinea & erosio corrumpit, & ubi fures perfodiunt ac furantur.

20 *Sed recondite vobis thesauros in cælo, ubi neque tinea neque erosio corrumpit, & ubi fures non perfodiunt neq; furantur.

21 Nam vbi est thesaurus vester, illic erit etiam cor vestrum.

22 *[v] Lucerna corporis est oculus. itaq; si [x] oculus tuus [y] simplex fuerit, totũ corpus tuum [z] lucidum erit:

23 Sin autem oculus tuus malus fuerit, totũ corpus tuũ tenebrosum erit. Ergo si lumen quod est in te, tenebræ sunt, ipsæ tenebræ quantæ?

24 * [a] Nemo potest [b] duobus dominis servire. aut enim unum habebit odio, & alterũ diliget: aut uni adhærebit, & alterũ contemnet. Non potestis Deo servire & [c] mammonæ.

25 *[d] Propterea dico vobis, ne estote soliciti de anima vestra, quid esuri sitis, aut quid bibituri: neque de corpore vestro, qua re sitis induendi. nónne anima plus est quàm alimentũ, & corpus quàm vestitus?

26 Intuemini in volucres [e] cæli: non enim serunt, neque metunt, neque cogunt in horrea, sed Pater ille vester cælestis alit eas. nónne vos multo præstatis eis?

27 Quis autem ex vobis [f] solicitè cogitando potest apponere ad staturam suam cubitum unum?

28 Ac de vestitu quid soliciti estis? discite quomodo lilia agrorũ augescant: nõ [g] fatigantur, neque nent.

29 Sed dico vobis, ne Solomonem quidem [h] cum universa gloria sua, sic amictum fuisse ut unum ex istis.

30 Quòd si herbam agri, quæ [i] hodie extat, & cras in clibanũ conjicitur, Deus ita circumvestit: nónne vos multo magis, ô exigua fide præditi?

31 Ne igitur estote soliciti, dicentes, Quid edemus, aut quid bibemus, aut quo amiciemur?

32 (Nam omnia ista gentes requirũt.) novit enim Pater ille vester cælestis vos indigere his omnibus.

33 Sed quærite primò regnum Dei, & justitiam ejus, & ista omnia [k] adjicientur vobis.

34 Ne igitur estote soliciti [l] de crastino: nam crastinus *dies* solicitus erit de *rebus* suis. sufficit diei sua [m] vexatio.

culto: & Pater tuus qui videt in occulto, ipse rependet tibi.

19 Ne reponatis vobis thesauros in terra, loco ubi tinea & ærugo corrumpunt, & ubi qui fures sunt perfodiunt, ac furantur.

20 Sed reponite vobis thesauros in cęlis, ubi neque tinea neque ærugo corrumpunt, & ubi qui fures sunt, non perfodiũt, neque furantur.

21 Ubi enim est thesaurus vester, illic est quoque cor vestrum.

22 Lucerna corporis est oculus. si oculus tuus igitur fuerit simplex, etiã totum corpus tuum lucidum erit:

23 Si autem oculus tuus fuerit malus, totum corpus tuum tenebrosum erit. Si ergo lumen quod est in te, tenebræ sunt, tenebræ tuæ [14] quanto magis erunt?

24 Nemo potest duobus dominis servire. aut enim unum odio habebit, & alterum diliget. vel unum honore afficiet, & alterũ negliget. Non potestis vos Deo seruire & Mammunæ.

25 Propterea ego dico vobis, ne solicitis sitis [15] animæ vestræ, quid comedetis & quid bibetis: neque corpori vestro, quid induetis. Nónne est anima præstantior quàm [16] esca? & corpus *præstantius* quàm vestimentum?

26 Intueamini volatilia cælorum, quia non serunt, neque metũt, neque congregant in horrea, & Pater vester qui est in cælis, alit ea: nónne vos præstantiores estis illis?

27 Quis autem ex vobis, qui solicitus fuerit, potest addere ad staturam suam cubitum unum?

28 Et de vestimento quid soliciti estis vos? [17] considerate lilia agrestia, quomodo crescũt, quæ non laborant, neq; [18] nẽt.

29 Dico autẽ ego vobis, quòd ne Schelamaun quidem, in universa gloria sua, amictus fuit, sicut unum ex illis.

30 Si autem gramen agri, quod hodie est, & cras ruit in clibanũ, Deus sic vestit, nónne multo magis vos, pusilli fide?

31 Ne igitur sitis solìciti, aut dicatis, Quid comedemus? aut, Quid bibemus? aut, Quo cooperiemur?

32 Omnia enim hæc gentes quidem [19] mundanæ quærunt sibi: Pater autem vester qui est in cælis, novit quòd etiã vobis [20] necessaria sunt hæc omnia.

33 Quærite itaque primùm regnũ Dei & justitiam ejus, & omnia hæc adjiciuntur vobis.

34 Ne igitur soliciti sitis [21] in crastinũ: ipsum enim crastinum curam habebit sui ipsius. sufficit ipsi diei malum ejus.

[t] 2. Vana hominum studia ostendũtur, qui certo vitæ æternæ thesauro neglecto, in caducis & inanibus opibus congerendis vitam consumunt.
*Luc. 12. 33. 1. Tim. 6. 19.
*Luc. 11. 34.
[v] 1. Homines quantulãcunque naturæ suæ lucem malignè extinguunt.
[x] id est, Mentis judicium, vt sicut oculis corpus, ita recta ratione, id est, Spiritu Dei, illustrata tota vita nostra regatur.
[y] Integer, incorruptus, vel purus, cui opponitur posteà malus, id est, inquinatus.
[z] Oculi luce illustrarum.
*Luc. 16. 11.
[a] 3. Deus a toto homine vulgo coli.
[b] Diffidẽtibus. Nã si duo consentiant, instar vnius erunt.
[c] Id est, deliciis & avaritia. Est autem vox Syriaca, significans quęcumque ad rem pecuniariam pertinent.
[d] 2. Perversa solicitudo de hujus vitæ rebus, seria providentiæ Dei meditatione corrigitur in Dei filiis.
* Luc. 12. 22. Philip. 4. 6. 2. Timoth. 6. 8. 2. Pet. 5. 7. Psalm. 54. 23.
[e] id est, Aëreas, sive in aëre versantes. Cælum enim pro aëre in omnibus ferè linguis vsurpat.
[f] De solicitudine loquitur, quæ conjũcta est cum animi anxietate: cui annexa est ut plurimum diffidentia.
[g] Opere faciendo.
[h] In splendore regio.
[i] Quæ est in natura rerum, ut vulgò dici solet.
[k] Erunt vobis instar auctarij.
[l] Propter crastinum, Heb. ut Prov. 27. 1. Nam alioqui nullus relinqueretur Dei providentiæ locus.
[m] Afflictio.

[14] Syrè & Talmudicè, כמא idem valet ק apud Rabinos valent: verba עד אחת כמא וכמא i. Quãto magis.
[15] Id est, Vitæ vestræ. Hebraismus.
[16] סיברתא, forte venit ab Hebræo שבר mutato ש, in ס. & ita vocatur esca, quòd famam frãgat: vide Kimhi in Radicibus.
[17] Syrè אתבקו Hebraicè התבוננו. ejusdẽ est radicis בקיא quod significat consideratum, circumspectũ, peritũ: vsitatum in Rabbinis vocabulum.
[18] Syrè, עולין vnde lusum coli vocant עולא.
[19] Ad verb. Mũdi. Hebraismus.
[20] Ad verb. Requisita. Syra phrasis, cui Gallica respõdet, *Que ces choses vous sont requises.*
[21] 1. i. quæ in crastinũ sunt opus. Ellipsis est Syrè quidẽ relativi ד, Græcè verò articuli, μὴ οὖν μεριμνήσητε τὰ τῆς αὔριον: quod sequentib. verbis confirmatur, τὰ ἑαυτῆς.

CAPUT VII.

[1] *Non judicandum de proximo.* [6] *Non dandum sanctum canibus.* [13] *Via lata & arcta.* [15] *Pseudoprophetæ.* [18] *Arbor & fructus.* [24] *Domus super petram fundata.* [26] *Super arenam.*

[a] NE * [b] judicate, [c] ut ne judicemini.

[1] NE judicaveritis, & [2] non judicabimini.

[a] 3. Reprehẽdere quidem alii alios debemus, sed nec temerè neque ut sanctiores videamur, neq; vllo fratrum odio. *Luc. 6. 37. Rom. 2. 1. 1. Cor. 4. 5.
[b] Ne curiosè inquirite in aliena facta.
[c] Pœnã denunciat rigidis istis censoribus, qui tantopetè aliorum vitia excutere affectant.

[1] Proverbialis sententia, prout sus huic respõdet חמקנא hamekanne, & in סנהדרין sanhedrin. i. tractatu de judicibus cap. חלק chelek: cuius sententiæ hæc sunt verba, במדה שאדם מודד בה מודדין לו.
[2] 1. Tremel. legebat ולא: in nostris aũt libris habet דלא, ut nõ judicemini.

2 Iudicio enim quo vos judicatis, judicabimini: & mensura qua vos metimini, [3]metietur vobis.

3 Quid autem vides tu festucam quæ est in oculo fratris tui, & trabem quæ est in oculo tuo, tu non perspicis?

4 Aut quomodo dicis tu fratri tuo, Sine extraham festucam ex oculo tuo, & ecce, trabes est in oculo tuo?

5 [4]Hypocrita, [5]extrahe priùs trabem ex oculo tuo, & tunc [6]perspicacitas erit tibi ad extrahēdum festucam ex oculo fratris tui.

6 Ne[7]detis sanctum canibus: neq; projiciatis [8]margaritas vestras ante porcos, ut nō conculcent eas pedibus suis, & cōversi [9]lacerent vos.

7 Petite, & dabitur vobis: quærite, & invenietis: pulsate, & aperietur vobis.

8 Omnis enim qui petit accipit, & [10]qui quærit invenit, & illi qui pulsat aperietur.

9 [11]Aut quisnam ex vobis *est* homo, à quo petat filius suus panem, nū lapidem porrigit ei?

10 Et si piscem petierit ab eo, num serpentem porrigit ei?

11 Quòd si igitur vos qui mali estis, nostis dona bona dare filiis vestris, quanto [12]excellentius Pater vester qui est in cælis, dabit bona illis qui postulant ab ipso?

12 Quicquid vultis ut faciant vobis filii hominū, sic etiam vos facite illis. hæc enim est Lex & Prophetæ.

13 Introite per portam angustam. Lata enim est porta & spatiosa via quæ ducit ad exitium, & multi sunt ii qui ambulant per[13]medium ejus.

14 Quàm exigua est porta & angusta via illa quæ ducit ad vitam, & pauci sunt illi qui inveniunt eam!

15 Cavete a prophetis mendacibus, qui veniunt ad vos in vestimentis ovium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces.

16 A fructibus verò eorum agnoscetis eos. Nunquid [14]colligunt de spinis uvas? aut de carduis ficus?

17 Sic omnis arbor bona, fructus idoneos facit: mala verò arbor fructus malos facit.

18 Non potest arbor bona fructus malos facere, neque arbor mala fructus bonos facere.

19 Omnis arbor quæ non facit fructus bonos, exscinditur, & in ignem ruit.

20 Quapropter ex fructibus illorum agnoscetis eos.

21 Nequaquam omnis qui dicit mihi, Domine mi, Domine mi, intrabitur in

2 Quo enim judicio judicatis, judicabimini: & *qua mensura metimini, *eâdem* contrà metietur vobis.

3 Quid autem [d]spectas festucam quæ est in oculo fratris tui, trabem verò quæ est in oculo tuo non animadvertis?

4 *Aut[e] quomodo dices fratri tuo, Sine ejiciam festucam ex oculo tuo: & ecce trabes in oculo tuo?

5 Hypocrita, ejice primùm trabem illam ex oculo tuo, & tum dispicies ut ejicias festucam ex oculo fratris tui.

6 [f]Ne date *quod* sanctum *est* canibus, nec projicite [g]margaritas vestras coram [h]porcis: nequando conculcent eas pedibus suis, & conversi lacerent vos.

7 *[i]Petite, & dabitur vobis: quærite, & invenietis, pulsate, & aperietur vobis.

8 [k]Quisquis enim petit, accipit, & qui quærit, invenit: & ei qui pulsat aperietur.

9 Nam quis est ex vobis [l]homo, qui si filius ejus petierit ab eo panem, det ei lapidem?

10 Et, si piscem petierit, nū serpentem dabit ei?

11 Si vos igitur, qui mali estis, nostis [m]dona bona dare liberis vestris, quanto magis Pater ille vester, qui est in cælis, dabit bona iis qui petierint ab ipso?

12 *[n]Quæcumque igitur volueritis ut faciāt vobis homines, ita & vos facite eis. [o]ista enim est Lex & Prophetæ.

13 [p]q*Introite per angustam portam: quoniā lata est porta & spatiosa via quæ abducit in exitium, [r]multiq; sunt qui introeunt per eam.

14 Quia [s]angusta est porta, & stricta via quæ ducit ad vitam, & pauci sunt qui inveniant eam.

15 [t]Cavete verò vobis à pseudoprophetis, qui veniunt ad vos cū vestimentis [v]ovium, sed intrinsecus sunt lupi rapaces.

16 *[x]A fructibus eorum agnoscetis eos. *[y]Num colligunt ex spinis uvam, aut ex tribulis ficus?

17 Ita omnis arbor bona fert fructus bonos: putris autem arbor fert fructus putres.

18 Non potest arbor bona fructus malos ferre, neque arbor mala fructus bonos ferre.

19 *Quæcūque arbor non fert fructum bonum, exciditur, & in ignem conjicitur.

20 Nempe igitur ex fructibus ipsorum agnoscetis eos.

21 *[z]Non quisquis dicit mihi, Domine Domine, introibit in regnum cælorum,

[1] F. i. mensurabitur: passivè sumptum.

[2] Ad verbum, Assumens vultum: quod antè observatum est, cap. 6. 2.

[3] Simile legitur in tractatu סנהדרין cap. 2. his verbis, קשוט עצמך ואחר כך קשוט אחרים Orna te ipsū, & postmodū orna alios.

[4] Id est, Perspicere poteris.

[5] Multa vocabula Syri ab Hebræis mutuantur, mutatis quibusdam literis in alias, quæ eodem organo pronunciationis efferuntur: quorū duo exempla habes in hoc versu: ponit enim תתלון, pro תתנון, & מרגני תכון pro מרגליותכם, נון in ל lamed & ל lamed in נ nun converso.

[6] יבוען fortassis respondet Hebræo יפצע commutatis ejusdem organi literis, ut paulo antè ostendimus.

[7] F. nimirum omnis: id enim ex antecedēte repetitur ἀπὸ κοινοῦ hoc & sequente membro.

[8] F. Optimè Matthæus & Syrus interpres particula disjunctiva hoc in loco usi sunt, quia transivit Christus ad alterum argumentationis locum. Nā illius moniti, *Petite, & dabitur vobis*, &c. duplex affertur confirmatio: prior, à natura Dei, *quisquis enim petit, accipit*, &c. posterior, à comparatione naturæ nostræ: *Nam*, si hoc nondum capitis, ait Christus, reputate naturam vestram, *quis est vir ex vobis, qui petente à se filio suo panem, reconsit? num lapidem porrigit ei?* &c. Est autem Ellipsis contrarii hoc & sequente versu: ut infr. 15. 6. & Luc. 11. 11. & 13. 9. & 1. Tim. 4. 3. Et si præpositio *ἀνὰ* in compositione verbi *ἀναιτεῖν* minimè redundat, sed perinde sonat atque si dixeris, super petitione illius. Eundem usum particulæ, *aut*, vide infrà 11. 29. & 20. 15. & 29. 13.

[9] F. i. magis, ex Syrorum usu.

[10] Id est, per spatium quod est inter duos postes ejus. quo sensu etiam Hebræa vox אל *jad*, (cui hæc Syra respondet) legitur Zach. 4. 12. sicut exprimitur a David Kimchi Hebræorum doctissimo.

[11] F. i. colligunturuvæ, & ex Hebræorum Syrorūmque idiotismo.

[12] Sunt proverbia quæ tunc vulgò trita erant & omnium consensu recepta, nisi absque pietate nihil sunt.

*Mat. 4. 27. Luc. 6. 38.

[d] Nominatim vitium perstringit quo communiter laborant hypocritæ.

*Luc. 6. 41.

[e] Qua fronte dices.

[f] n. Pervicaces Evangelii hostes indigni ejus prædicatione.

[g] Margarites dicitur Græcis à nitore splendente, Latinis unio. In summo fuit olim pretio, nā unio Cleopatræ æstimata fuit ducentis quinquaginta millibus coronatorum: transfertur ad significandam pretiosissimā doctrinam cælestem.

[h] Hic canes & porcos intelligit, qui impio Dei contemtu delibuti nullam medicinam admittunt.

*Infr. 11. 21. Marc. 11. 24. Luc. 11. 9. Jos. 14. 13. & 18. 14. Jac. 1. 6.

[i] n. Preces certum in omnibus malis perfugium. Quia verò in iis cōcipiendis tam lenti sumus ac pigri, tribus loquendi formis eamdem rem urget Christus.

[k] Ac si diceret Christus, Deū ad nos exaudiendos ultrò paratum esse, modò precemur: expositas nobis esse ejus divitias, modò petamus.

[l] Homo quum sit, sub: cum Dei benignitate minimè comparādus.

[m] Hoc consulto expressit Christus, ne stultis pravisque desideriis precando habenas laxent fideles.

*Luc. 6. 31. Tob. 4. 16.

[n] n. Anacephalæosis interpretationis secundæ Tabulæ.

[o] Metonymicè, id est doctrina Legis & prophetarum.

[p] n. Exemplum vitæ non petendum a multitudine.

[q] Comparate vos ad restrictum & spinosum iter. *Luc. 11. 24.

[r] Nominatim dicit multos per spaciosam viam currere: quia sese homines perversis exemplis mutuò pessumdant.

[s] Angusta est & arcta via: per hanc ipsam asperam viam & transire oportet, & multa perpeti, & comprimi, & ita ingredi ad vitam.

[t] n. Cavendi doctores falsi, quorum notæ sunt falsa doctrina & mali mores.

[v] Hominum mansuetorum.

[x] Sub fructibus ipsa doctrina præcipuum locum tenet. *Luc. 6. 43. 44. *Supra 3. 10. *Rom. 7. 18. Jac. 1. 22.

[z] n. Excellentissima etiam do-

sed qui facit [a] quod vult Pater meus qui in cælis est.

22 Multi dicent mihi die illo Domine Domine, nónne *per* nomen tuum prophetavimus, & [b] in nomine tuo dæmonia ejecimus, & *per* nomen tuum multas [c] virtutes edidimus?

23 Tunc autem [d] profitebor eis, *Certè nunquam [e] novi vos. *discedite a me qui [f] operam datis transgressioni legis.

24 *[g] Quisquis igitur audit ex me sermones [h] istos, & eos præstat, assimilabo eũ viro prudenti, qui ædificavit domum suam super petram:

25 Decidit autem nimbus, & venerunt flumina, & flaverunt venti, & inciderunt domui illi: sed non cecidit. fundata enim fuerat super petram.

26 Et quisquis audit ex me hos sermones, & eos non præstat, assimilabitur viro fatuo qui ædificavit domum suam super arenam:

27 Descendit autem pluvia, & venerũt flumina, & flaverunt venti, & impegerũt in domum illam: & cecidit, & fuit [i] casus ejus magnus.

28 *Factum est autem quũ finisset Jesus sermones istos, ut percelleretur turba super doctrina ipsius.

29 Docebat enim eos ut [k] habens auctoritatem, non autem ut scribæ.

regnum cælorum, sed quisquis facit voluntatem Patris mei qui est in cælis.

22 Multi dicent mihi in illo die, Domine mi, Domine mi, nónne in nomine tuo prophetavimus, & in nomine tuo dęmonia ejecimus, & in nomine tuo virtutes multas fecimus?

23 Et tunc confitebor illis, [15] Nũquam novi vos: [16] longè discedite a me operarii iniquitatis.

24 Omnis igitur qui audit sermones hos meos, & facit eos, assimilabitur viro sapienti, qui quidem ædificavit domum suam super petram:

25 Et descendit pluvia, & venerunt flumina, ac flaverunt venti, & irruerunt in illam ipsam domum, & non corruit: fundamenta enim ejus super petrã posita erãt.

26 Et omnis qui audit sermones hos meos, & non facit eos, assimilabitur viro fatuo, qui ædificavit domum suam super arenam:

27 Et descendit pluvia, & venerunt flumina, & flaverunt venti, & irruerunt in domum illam: & cecidit, & fuit ruina ejus magna.

28 Et factum est, quum finivisset Jeschua sermones hos, obstupefactæ sunt turbæ super doctrina ejus.

29 Docebat enim eos tanquam potestatem habens, & nõ sicut legisperiti eorum & Pharisæi.

[15] מסתום לא ad verb. Aliquando non. id est, A nullo tempore novi vos: hoc est, Nunquã novi. [16] F. Syr. longè discedite vobis: Pleonasmus, de quo sup. 4. 10.

[a] Non tantùm significat vitã & mores suos ad virtutum regulam formare, sed etiã credere in Christum, sicuti habetur Joh. 6. 40. Non ergo his verbis excluditur fides, sed quasi principiũ statuitur, unde reliqua fluunt.
[b] Nomen significat celebrem illam virtutem Dei, quam testatur quisquis Deũ appellat.
[c] Ad verbum, potestates. Dicuntur autem illi excellentes effectus potestates Dei, ab effectis, quia ex illis quanta sit Dei potestas intelligitur.
[d] Palãm dicã. *Luc. 13. 25. 27.
[e] Hoc non est ignorantiæ, sed rejectionis. *Psalm. 6.
[f] qui omni vitiorum generi estis addicti, & qui ex vitiis videmini autem facere. *Luc. 6. 47.
[g] 8. Vera pietas uno Christo nititur, idcóque perstat invicta.
[h] Non speciem unam sermonum, sed totam doctrinæ summam notat.
[i] Ruina. *Mar. 1. 22. Luc. 4. 32.
[k] Ea prædictum potestate admirantur multitudo, quæ esset egregiæ & liberæ doctrinæ, dissimilis Pharisæis.

CAPUT OCTAVUM.

[1] Leprosus purgatur. [5] Centurionis fides. [10] Gentium vocatio. [12] Judæorum rejectio. [14] Socrus Petri sanatur. [19] Scriba Christum sequi volens. [23] Tempestas in mari. [28] Duo dæmoniaci sanantur. [32] Dæmones in porcos abeunt.

DEscendentem autem eum è monte, sequuta est turba multa.

2 *[a] Et ecce, [b] leprosus quum venisset adoravit eum, dicens, Domine, si velis, potes me purgare.

3 [c] Extensaq; manu tetigit eum Jesus, dicens, Volo, purgator. Statim igitur purgata fuit ejus lepra.

4 Tunc dicit ei Jesus, [d] Vide *ut* nulli dicas: sed abi, [e] ostende te sacerdoti, & offer donũ illud quod * imperavit Moses, *ut hoc sit* eis testimonio.

5 *[f] Ingressum autẽ Jesum Capernaumum adiit centurio, precans eum,

6 Et dicens, Domine, [g] puer meus [h] projectus est domi paralyticus, & vehementer torquetur.

7 Tunc dicit ei Jesus, Ego, quum venero, sanabo eum.

8 Et respondens Centurio dixit, [i] Domine nõ sum dignus ut sub tectum meũ ingrediaris: sed [k] solùm loquere, & sanabitur puer meus.

QUum autem descendisset de monte, cinxerunt eum turbæ multæ.

2 Et ecce, leprosus [1] unus [2] veniens, adoravit eum, & dixit, Domine mi, si tu vis, potes mundare me.

3 Et extendens manum suam Jeschua: admovit ei, & dixit, Ego volo: mundus esto. [3] Et eadem hora mundata fuit lepra ejus.

4 Et ait illi Jeschua, Vide ne ulli dicas: sed abi, ostende teipsum sacerdotibus, & offer oblationem tuam, sicut iussit Musche, in testimonium ipsorum.

5 Quũ ingressus igitur fuisset Jeschua in Kephar-Nachum, accessit ad eum Centurio [4] quidam, & orabat eum:

6 Et dicebat, Domine mi, puer meus decumbit domi, & est paralyticus, ac pessimè affligitur.

7 Dixit illi Jeschua, Ego venio & sanabo eum.

8 Respondit Centurio ille, & dixit, Domine mi, non sum dignus ego ut ingrediaris sub tectum meum: sed tantùm dic verbum, & sanabitur puer meus.

[1] Id est, Quidã. Hebraismus.
[2] F. Syr. venit adoravit: vide suprà in 4. 9.
[3] Ad verb. In ea hora. Chaldæa & Syra phrasis apud Evãgelistas sæpe quens.
[4] Ad verb. Unus: ut paulò antè.

*Marc. 1. 40. Luc. 5. 12.
[a] 2. Christus leprosum manu tactum sanans, declarat se nullos quãtumvis impuros peccatores ad se confugiẽtes abhorrere.
[b] Lepra, non est ille morbus quẽ Græci *elephantiasin* vocant, sed pertinacissimę scabiei genus. nisi cui fortè contrà videatur cùm ex vsu vocis in Testamento novo, tum ex sequente mandato Christi adducẽtis auctoritatem Legis, quæ est de elephantiasi, Levit. 14. Atque hoc verius.
* Manus extensio, immensæ gratiæ, & bonitatis signũ & tessera fuit. Nam in lege contagiosus erat leprosi tactus.
[d] Vetandi causa fuit, quia maturum tempus nondum advenerat.
[e] Quia nondum abrogatæ erant ceremoniæ legis, eas contemni vel prætermitti noluit Christus. *Levit. 14. 4. *Luc. 5. 14.
[f] 8. Christus proposito centurionis incircumcisi, sed excellenti fide prædito, exemplo, Judæos ad æmulationem provocat, simul prædicens eorum rejectionem, & gentium vocationem.
[g] puer nomine intelligi potest sive filius sive servus.
[h] In lecto, quasi cadaver, sicut sunt paralytici.
[i] Veritus est injuriam facere Christo, si ad hominem gentilem & impurum ingredi coẽgisset.
[k] Tantùm verbo jube.

9 Etiam ego enim vir sum qui subsum potestati, & sunt sub manibus meis milites, & dico huic, Vade, & vadit: & alteri, Veni, & venit: & servo meo, Fac hoc, & facit.

10 Quum audivisset autem Jeschua, admiratus est, & ait iis qui ibant cum ipso, Ammin dico vobis quòd ne in Israël quidem inveni [5] sicut est hæc fides.

11 Dico autem vobis quòd multi venient ab Oriente & Occidente, & accumbent cum Abrahã, & Ischak, & Jakub, in regno cælorum.

12 Filii autem regni extrudentur in tenebras externas. Illic erit fletus & stridor dentium.

13 Et dixit Jeschua Cẽturioni illi, Abi: sicut credidisti, fiat tibi. Et sanat[9] est puer ejus eadem hora.

14 Et venit Jeschua in domum Schemeun: & vidit socrum illius quòd decumbebat, & corripuerat eam[6] febris.

15 Tetigítque manum illius, & reliquit illam [7] febris: & surrexit, & ministrabat illis.

16 Quum autem esset vespera, adduxerunt ante eum dæmoniacos multos, & ejecit dæmonia eorum verbo, & omnes illos qui malè affecti erant, sanavit.

17 Ut compleretur quod dictum fuerat per [8] manum Isaiæ prophetæ, qui dixit, Quòd hic suscipiet dolores nostros, & infirmitates nostras portabit.

18 Quũ vidisset autem Jeschua turbas multas quæ [9] circumdabant se, jussit ut [10] abirent [11] in ulteriorem ripam.

19 Et accessit legisperitus [12] quidam, ac dixit ei, Præceptor mi, [13] sequar te in locũ quo tu ibis.

20 Dixit illi Jeschua, Vulpibus foveæ sunt, & volucribus cælorum [14] nidi: Filio autem hominis non est ubi fulciat caput suum.

21 Alius autem ex discipulis ejus dixit ei, Domine mi, [15] permitte mihi ut priùs abiens sepeliam patrem meum.

22 Jeschua autem dixit illi, [16] Veni post me, & sine mortuos sepelientes mortuos suos.

23 Et quum ascenderet Jeschua in navim, ascenderunt cum eo discipuli ejus.

24 Et ecce, motus magnus factus est in mari, ita ut navis operiretur à fluctibus: ipse verò Jeschua dormiebat.

25 Et accesserunt discipuli ejus ut excitarent eum: dixerúntque illi, Domine noster serva nos, perimus.

26 Dixit illis Jeschua, Cur timidi estis, pusilli fide? Tunc surrexit & repressit ventos & mare: & facta est tranquillitas magna.

27 Homines verò admirabantur & dicebant, Quis est hic? quia venti & mare obediunt illi.

9 Etenim ego sum homo sub potestate *constitutus*, habens sub me milites: & dico huic, proficiscere, & proficiscitur: & alteri, veni, & venit: & servo meo, fac hoc, & facit.

10 *Hæc* autem quum audisset Jesus, miratus est: & dixit iis qui sequebãtur, [l] Amen dico vobis, ne in Israële quidem tantam fidem inveni.

11 Dico autem vobis multos ab Oriente & Occidente venturos, & [m] accubituros cum Abrahamo & Isaaco & Jacobo in regno cælorum:

12 * [n] Filios verò regni ejectum iri in tenebras illas [o] exteras. illic erit fletus & stridor dentium.

13 Et dixit Jesus Centurioni, [p] Abi, & ut credidisti fiat tibi. Sanatúsque est puer ejus eo ipso momento.

14 * [q] Et quum venisset Jesus domum Petri, vidit socrum ejus in lecto projectam, & febricitantem.

15 Tetigítque manum ejus, & dimisit eam febris: & surrexit, ac ministravit eis.

16 *Quum autem serum *diei* esset, obtulerunt ei dæmoniacos multos, & ejecit spiritus [r] verbo, omnésque malè habentes sanavit.

17 Ut impleretur quod dictum est per Esaiam prophetam, dicentem, *Ipse infirmitates nostras accepit, & morbos portavit.

18 *Quum vidisset autem Jesus turbam multam circum sese, jussit, ut [s] abiretur in ulteriorem *ripam*.

19 [t] Et quum accessisset quidam Scriba, dixit ei, Magister, sequar te quocumq; abieris.

20 Tunc dicit ei Jesus, Vulpes habent lustra, & volucres cæli [v] nidos: [x] filius autem hominis [y] non habet ubi caput reclinet.

21 [z] Alius autem ex discipulis ejus dixit ei, Domine, permitte mihi primùm abire, & sepelire patrem meum.

22 Jesus autem dixit ei, Sequere me, & sine ut [a] mortui sepeliant mortuos suos.

23 * [b] Ipsum autem ingressum in navigium, sequuti sunt eum discipuli ejus.

24 Et ecce concussio magna facta est in mari, adeò ut navis operiretur fluctibus: ipse verò dormiebat.

25 Et accedentes discipuli excitaverũt eum dicentes, Domine serva nos, perimus.

26 *Ipse* verò dixit eis, Quid [c] timidi estis, ô exigua fide præditi? Tunc experrectus [d] objurgavit ventos & mare: & facta est tranquillitas magna.

27 Homines autem illi mirati sunt, dicentes, Qualis est iste, [e] quòd venti quoque & mare auscultant ei?

[5] Id est, Fidem huic similem.

[6] Ad verbum Ignis. i. ardor febrium.

[7] Ad verbum Ignis, ut paulò antè.

[8] Id est, Ministerio Isaiæ: qd' antè observatum fuit cap. 1. 22.

[9] Respondet Hebræo verbo חזר *chazar*, mutato ז *zain*, in ד *daleth*, ex more Chaldæorum & Syrorum.

[10] r. nimirum discipuli, quibuscũ se Christus volebat e turba recipere, ver. 23.

[11] Ad verbum, In transitum. Heb. admodũ tritus. significat ripam, vel littus quod est ex altera parte, r. ulteriore plurimùm, interdum etiam citeriore, ut suprà 4. 15. adnotavimus.

[12] Ad verb. Unus. Hebraismus antè observatus.

[13] Ad verb. Ibo post te. Hebraismus.

[14] Syra vox est, מטללא *matlala*, quasi dicas umbracula. venit enim a טלל *telal*. & Hebræo צלל *tzalal*, mutato צ *tzadi* in ט *teth* ex Chaldæa & Syra proprietate: ac ita nidi vocãtur, quòd in umbrosis dumis, vel arboribus aves nidificant.

[15] æquivalet Hebr. תכה לי, Permitte mihi: mutuatum a Græcis ἄφες.

[16] Id est, Sequere me. Hebraismus.

[l] Dictum est secundũ quid, non simpliciter.

[m] Metaphora sumta a conviviis: qui enim simul assident socii sunt in convivio. *Luc. 22. 18.

[n] Indigenas, quos vulgò vocãt naturales: quales erant Judæi.

[o] Quæ sunt extra regnum: nam in regno lux, extra regnum tenebræ.

[p] Hinc apparet quàm benignè suam gratiam effundat Christus ubi vas fidei aptũ nactus est. * *Mar. 1. 29. Luc. 4. 38.*

[q] 8. Christus varios morbos sanans, ostendit se missum à Patre, ut in eo uno remedium in quibusvis malis quæratur. *Mar. 1. 32. Luc. 4. 40.

[r] Sermone suo. id est, loquendo dumtaxat, ut ii solent, quorum summa est potestas. * *Esa. 53. 4. 1. Pet. 2. 24.*

[s] Traiicere. Capernaum enim sita erat ad lacum Tiberiadis. *Luc. 8. 37.

[t] 8 Veri discipuli Christi ad quasvis ærumnas se comparent.

[v] Ad verbum, umbracula ex ramis & frondibus contexta.

[x] Id est ego. Hebraismus duplex.

[y] Monendi causa hoc est dictum: ne tãquam a locuplete domino mercedem cathedralem & opimã exspectet scriba, quum Dominus ipse precariò degat in alienis domibus.

[z] 9. Cessent q̃ cumque hominibus debem? officia ubi jubet Dominus operam sibi impendi.

[a] Id est, increduli. Non damnat enim sepulturæ officium, sed docet, eos qui in mundo subsidiorum, atque, ut se præbeant hominibus morigeros, Deum prætereunt, similes esse mortuis, qui se in habenda mortuorum cura frustrà & inutiliter occupant: eos verò qui vocatione vitæ instruuntur, cæteras occupationes præ vocatione sua nihili facere oportere. *Marc. 4. 35. Luc. 8. 22.

[b] 9. Christus, etiamsi videatur suos interdum etiam in extremis periculis negligere, suo tamen tempore sedatis omnibus tempestatibus illos in portum perducit.

[c] Non simpliciter eos reprehendit quòd timeant, sed quòd supra modum expavescant, & timidi sint.

[d] Hebr. i. additis minis præcepit, ut Psal. 106. 9. & increpuit mare Suph. &c.

[e] i. Quòd ejus nudo imperio obsequuntur.

28 *f Et quum venisset ipse ad ulteriorem ripam, in regionem Gergesenorum occurrerunt ei duo dæmoniaci, è monumentis prodeuntes: sævi valdè, adeò ut non valeret quisquā præterire per viam illam.

29 Et ecce clamârunt, dicentes, g Quid nobis tecum, Jesu fili Dei? h venisti huc vexatum nos i ante constitutum tempus?

30 Erat autem k longè ab eis grex porcorum multorum pascens.

31 Dæmones verò precabantur eum, dicentes, Si ejicis nos, l permitte nobis abire in gregem porcorum illorum.

32 Et ait eis, Abite. Illi verò egressi abierunt in illum gregem porcorum: & ecce, ruit totus ille grex porcorum è præcipitio in mare, & mortui sunt in aquis.

33 Pastores autem fugerunt: & quum abiissent in urbem, renunciarunt omnia, & quæ dæmoniacis facta fuerant.

34 Et ecce, tota urbs illa exivit in occursum Jesu: & quum vidissent eum, rogârunt ut m digrederetur à finibus suis.

28 Et quum venisset Jeschua [17] ad ulteriorem ripam in locum [18] Gadaræorum, occurrerunt ei duo dæmoniaci, qui prodibant è sepulcris, sævi valdè: adeò ut nō posset quisquam transire per illam viam.

29 Et vociferabantur ac dicebant, [19] Quid nobis & tibi Jeschua Fili Dei? venisti huc ante tempus ut affligeres nos?

30 Erat autem procul ab illis grex porcorum multorum qui pascebat.

31 Illi ergo dæmones petebant ab eo, & dicebant, Si ejicis nos, [20] permitte nobis ut abeamus ad gregem porcorum.

32 Et ait illis Jeschua, Abite. Et confestim egressi sunt, & ingressi in porcos: & totus grex ille [21] direxit se in rupem, & deciderunt in mare, ac mortui sunt in aquis.

33 [22] Illi verò qui pascebāt, fugerunt: & ingressi sunt in urbem ac renunciârunt quicquid factum esset, & de illis dæmoniacis.

34 Et egressa est universa civitas in occursum ipsius Jeschua: & quum vidissent illum, rogabant illum ut decederet à finibus ipsorum.

*Marc. 5. 2. Luc. 8. 26.

f B. Christus homines a miserabili Satanę servitute liberatum venit: sed mundus Christo quàm ullis vel levissimis cōmodis carere mavult.

g Sub. est rei.

h Judicis sui præsentia expavefacti, de pœna sua cogitabant. Mala enim conscientia quid meriti essent ipsis tacente Christo dictabat.

i Nempe quia reprobis pœnæ luendæ tēpus nunquam maturum est. libenter enim diē ex die traherent.

k In mōte, testantibus Marco, & Luca. Gadara autem, teste Josepho libro 17. cap. 13. erat Græcanici instituti, unde mirum esse nō debet si porci illic fuerunt.

l Inde constat diabolos esse essentiales spiritus.

m Ubi vita degitur qualis est porcorum, ibi Christus non manet, sed dæmones.

17 Ad verb. Ad transitum. Hebraismus paulo antè observatus.

18 Græcus textus Matthæi habet τῶν Γεργεσηνῶν, Gergesenorum, nec ulla exemplaria in eo variant: quamquam in 5. Marci, & 8. Lucæ. Gadarenorum mēzio fiat. Oppida erāt diversa, Gadara (a quo Gadareni) & Gergessa sive Gerassa (a quo Gerasseni, vel Gergesseni:) sed ambo vicina erāt ad lacum Genezareth sita, & eorum fines erant cōmixti: ut quā in horum regionem Christus venisse legitur, in illorum quoque regionem venisse intelligendus sit.

19 f. i. quid nobis tecum? ut Ioann. 2. 4. & inf. 27. 19.

20 A Græco ἄφες: ut antè observavimus. 21 תרצת לעל לשקיפא Direxit se super rupem, ad ver. Sensus autem est, Recto impetu contendit in rupem, & inde præcipitârunt se in mare. 22 f. i. pastores, subulci. Hebraismus.

CAPUT NONUM.

2 Paralyticus sanatur. 5 Remissio peccatorum. 9 Matthæus vocatur. 10 Peccatores. 17 Vinum novum. 18 Principis filia suscitatur. 20 Mulier a fluxu sanguinis sanatur. 27 Duo cæci fide sanantur. 32 Mutus & dæmoniacus sanatur. 37 Messis, operarii.

INgressus a igitur navigium, trajecit, & venit in b suam urbem.

2 *Et ecce obtulerunt ei paralyticum in lecto projectum: quúmque c vidisset Jesus fidem eorum, dixit d paralytico, Confide fili, e remissa sunt tibi peccata tua.

3 Et ecce quidam e Scribis dicebant apud se, f iste blasphemat.

4 Et quum vidisset Jesus cogitationes eorum, dixit, Quid cogitatis mala in cordibus vestris?

5 g Utrum enim est facilius, dicere, Remissa sunt tibi peccata, an dicere, Surge & ambula?

6 Ut autem sciatis potestatem habere Filium hominis h in terra remittendi peccata (tunc dixit paralytico,) Surge, attolle tuum lectum, & abi domum tuam.

7 Tunc *ille* surrexit abiitque domum suam.

8 Turba verò quum *hoc* vidisset, mirata est, & glorificavit Deum, qui dedisset talem potestatem hominibus.

9 * i Et quum digrederetur Jesus illinc, vidit quemdam sedentem ad k telonium qui Matthæus dicebatur, & dixit ei, Sequere me. Atque *is* surgens sequutus est eum.

10 Et ecce factum est quum Jesus accumberet domi *illius*, ecce, ut multi pu-

ET ascendit in navim, & trajecit ac venit in civitatem suam.

2 Et obtulerunt ei paralyticum decumbentem in lecto: viditq; Jeschua fidem illorum, & dixit paralytico illi, l Bono sis animo fili mi, remittuntur tibi peccata tua.

3 Quidam autem ex legisperitis [2] dixerunt intra se ipsos, Hic blasphemat.

4 Jeschua autem cognovit cogitationes illorum, & dixit illis, Quid cogitatis vos mali in corde vestro?

5 Quid enim facilius est dicere? Remittuntur tibi peccata tua: aut dicere, Surgēs ambula?

6 Ut cognoscatis autem quòd potestas sit Filii hominis in terra remittendi peccata: (ait illi paralytico) Surge, accipe lectum tuum, & abi in domum tuam.

7 Et surgens abiit in domum suam.

8 Quum vidisset autem turba hæc, timuerunt, & glorificaverunt Deum quòd dedisset potestatem hujusmodi [3] filiis hominum.

9 Et quum transiret Jeschua illinc, vidit hominem desidentem [4] in loco telonii, cujus nomen Mattai, dixitque ei, [5] Sequere me. Et surrexit, abiitq; post eum.

10 Quúmque accumberent in domo, venerunt publicani & peccatores multi,

a B. Peccata sunt nostrarum afflictionum causæ, & ab uno Christo credentibus remittuntur.

b Capernaum, Nam, ut inquit Theophylact. Bethleem genuit, Nazareth educavit, Capernaum incolā habuit Christum.

* Mar. 2. 3. Luc. 5. 18.

c Id est, ex manifesto signo cognovisset.

d Non ita Christus respexit eos qui paralyticum ferebant, quin ejus quoque fidem intuitus fuerit.

e Unica à malis omnibus liberatio est, Deum habere propitium.

f Blasphemare, apud sacros scriptores, est impiè loqui: apud disertiores Græcos significat calumniari.

g Sensus est, quum nihilo facilius sit verbo corpus emortuum vegetare, quàm remittere peccata, mirum videri non debet quòd peccata remittat is, qui alterum illud præstiterit.

h Dicere voluit, ne procul quærenda sit remissio, in sua persona quasi ad manus esse hominibus exhibitam.

i Marc. 2. 14. Luc. 5. 27.

k Ad publicanorum mensam.

l B. Christus humiles peccatores ad se vocat, hypocritas fastuosos aspernatur.

l Ad verbum cordatus sis. אתלבב venit à לבב quod est cor. Sensus, recipe cor, i. animum.

2 Ad verbum בנפשהון, In anima sua, tritus Hebraismus.

3 f. indefinitè dictum, ex Hebræorum usu. Propositio In, quæ notatur litera ב beth dictioni præfixa, omittitur, ut frequenter in Hebræis quoque scriptis fit, præsertim autem quum dictio cui præfigenda erat, altera ב beth incipit.

4 f. In loco telonii ergo, vel potiùs telonarum, τῶν τελωνίου. Est autem telonarum vel publicanorum locus, teloniū.

5 Ad verbum Veni post me. Hebraismus sæpe observatus.

& accubuerunt cum Jeschua & cum discipulis ejus.

11 Et quum vidissent Pharisæi, dixerunt discipulis ejus, Quare cum publicanis & peccatoribus cibum sumit magister vester?

12 Jeschua autem quum audisset, ait illis, Non opus habent sani medico, sed ii qui malè sunt affecti.

13 Ite, discite quid sit, Miserationē requiro ego, & non sacrificium. non enim veni ut vocarem justos, sed peccatores.

14 Tunc accesserunt ad eū discipuli Juchannan, & dixerunt, Cur nos & Pharisæi jejunamus multùm, & discipuli tui non jejunant?

15 Dixit illis Jeschua, Nūquid possunt filii [9] thalami jejunare quādiu sponsus est cū illis? Veniunt autem dies quū tolletur ab illis sponsus, & tunc jejunabunt.

16 Nemo immittit assumentū *panni* novi in vestem veterē, ut non auferat [7] pleni tudo ejus de illo vestimento, & fit ruptura major.

17 Neque immittunt vinū novum in utres veteres, ut non rūpantur utres, & vinū effundatur, ac utres pereant: sed mittunt vinū novum in utres novos, & utraque conservantur.

18 Quum autē hæc loqueretur cum illis, venit primas [8] quidā, & accedens adoravit eū, & ait, Filia mea jam mortua est: sed veni, pone manū tuam super eam, & vivet.

19 Et surrexit Jeschua & discipuli ejus, & [y] sequuti sunt eum.

20 (Et ecce, mulier cujus sanguis profluxerat annis duodecim, venit à tergo illius, & tetigit extremitatem vestimenti ejus.

21 Dixit enim [10] intra sese, Etiam si tantummodo vestimentum ejus tetigero, sanabor.

22 Jeschua autem conversus vidit eam & dixit ei, [11] Bono sis animo filia mea: fides tua servavit te. Et sanata est mulier illa hora.)

23 Et venit Jeschua in domum illius primatis, viditq; [12] tibicines, & turbas quæ tumultuabantur.

24 Et dixit illis, [13] Secedite: puella enim non est mortua, sed dormit. Et deridebant illum.

25 Et quum ejecisset turbam, ingressus apprehendit illam manu ejus, & surrexit puella.

26 Et emanavit rumor hic in totā terram illam.

27 Et quum discederet Jeschua illinc, adhæserunt ei cæci duo, qui clamabant, ac dicebant, Miserere nostri fili David.

28 Quúmque venisset in domum, accesserunt ad eum illi cæci. dixit illis Jeschua, Creditis quòd ego possim hoc facere? Dicunt ei. Etiam Domine noster.

29 Tunc tetigit oculos illorum, & ait, Quemadmodum credidistis fiat vobis.

blicani & [l] peccatores qui venerant, simul accubuerint cum Jesu & discipulis ejus.

11 Quum autem *id* vidissent Pharisæi, dixerunt discipulis ejus, Quare cum publicanis & peccatoribus edit doctor ille vester?

12 Jesus autem quum *hoc* audisset, dixit eis, [m] Iis qui valent non est opus medico, sed iis qui malè *se* habent.

13 Ite verò & discite quid sit: *[n] Miserationem volo, & [o] non sacrificium. non enim veni vocatum justos, *sed peccatores ad resipiscentiam.

14 [p] Tunc adeunt eum discipuli Johannis, dicentes, *Quare nos & Pharisæi multum jejunamus, discipuli verò tui non jejunant?

15 Et dixit eis Jesus, Num possunt [q] filii thalami lugere quamdiu cum eis est sponsus? Aderunt autem dies quum tolletur ab eis sponsus, & tunc jejunabunt.

16 [r] Nullus autem indit panniculum [s] novum in vestimentum vetus: illud enim ipsius [t] supplementum tollit *aliquid* ex illo vestimento, & fit pejor fissura.

17 Neque injiciunt vinum novum in utres veteres: alioqui rumpuntur utres, & *tum* vinum effunditur, tum utres pereūt: sed injiciunt vinum novum in utres recentes, & vtraque conservantur.

18 *[v] Hæc eo loquente ipsis, ecce, quidam præfectus *synagogæ* venit, & [x] adoravit eum, dicens, Filia mea modò defuncta est: sed veni & impone manum tuam super eam, & vivet.

19 Tunc surgens Jesus sequutus est eū, & discipuli ejus.

20 Et ecce, mulier sanguinis profluvio laborans a duodecim annis, accedens à tergo, tetigit fimbriam vestimenti illius.

21 [y] Dicebat enim apud se, Si solùm tetigero vestimentum ejus, liberabor.

22 Jesus verò conversus & intuitus eā, dixit, [z] Confide filia: fides tua te liberavit. Et liberata fuit mulier ab eo momento.

23 [a] Et quum venisset Jesus domum præfecti *synagogæ*, vidissetque [b] tibicines & turbam tumultuantem,

24 Dicit eis, Recedite: non enim mortua est puella, [c] sed dormit. Et deridebāt eum.

25 Quum autem fuisset ejecta turba, ingressus prehendit manum ejus: & surrexit adolescentula.

26 Et exiit hæc fama in totam illā regionem.

27 [d] Quúmque digrederetur illinc Jesus, sequuti sunt eū duo cæci, clamantes, & dicentes, Miserere nostri [e] fili David.

28 Quum autem venisset [f] domū, adierunt eum cæci illi, & dicit eis Jesus, Creditis me hoc posse facere? Dicunt ei, Etiā Domine.

29 Tunc tetigit oculos eorum, dicens, Secundùm fidem vestram fiat vobis.

[6] i. Sponsi amici, quos in suum vsq; thalamum admittit: qui alio nomine vocantur שושבינין *schuschebinin*.

[7] i. Frustum illud pāni quod ad implēdum foramen alibi bebatur. Plenitudo, pro re quæ implet. Hebraismus.

[8] Ad verb. Unus. Hebraismus.

[9] Ad verb. iverunt post eū. antè observarum ex Hebraismo.

[10] Ad verb. in anima sua. Hebraismus. vt vers. 3

[11] Ad verb. cor data sit: quæ antè annotavimus in hoc capite 2. vers.

[12] Tibicines, Syrè זמרא *zemare* a זמר *zamar*, Tibia cecinit, quo utitur hic Evangelista, & infr. 11. 17. Porrò mos fuit valdè antiquus apud Judæos, tibicines adhibere ad luctū mortuorum, quos Talmudistæ vocāt חלילין *chalilin*, i. aulœdos, a חליל *chalil*, tibia, De hac consuetudine multa sparsim leguntur in Talmudicis libris, & in scriptis Rabinorum: præsertim autem in Talmud Hierosolymitano, tractatu De benedictionibus, cap. 3. & in tractatu De sabbatho, cap. 23. & in Baba Metzia, cap. 6. item in Rabbi Schelomonis comment. in Ezechielem, cap. 25. ubi dicit, יש דברים שעושין אותם לאבל ולשמחה אבל אין עמהם שמחה ובן חלילין לכלה ולמת: i. Sunt quę adhiberi consueverunt ad luctum, & ad lętitiam: sed nō est in eis paratio, cujusmodi sunt aulœdi pro sponsa & pro mortuo.

[13] Ad verb. Secedite vobis. Hebr. quē exprimunt Galli, *Retirez vous*.

[l] Publicanorū socii, qui Judæa in formā provinciæ redacta, operam suam Romanis ad exactionem tributorum locabant, & ideò a reliquis Judæis peccatores, id est, scelerātè perditi, vocabantur.

[m] Ironica concessio vel potiùs facta ex hypothesi, in qua offendit eos docet peccatorum intuitu, quia justitiam sibi arrogant.

*Osea 6. 6. Infr. 12. 7.

*Synecdoche, Nam sub una parte completitur propheta quicquid humanitatis fratribus debemus.

[o] Comparativè hoc dictum intellige.

*1. Tim. 1. 15.

[p] 2. Adversus pravā æmulationem in rebus mediis.

*Marc. 2. 18. Luc. 5. 33.

[q] Hebr. qui in conclave spōsi ut maximè familiares admittuntur, canentes τὰ ἐπιθ. λόμενα.

[r] Hoc de infirmis & teneris Christi discipulis, & disciplina magis erigida, quām ut pares essent ad ferendum, intelligitur.

[s] Rudem, qui fulloni traditus non fuit.

[t] Quod immissum est ad implendam fissuram.

*Mar. 2. 21. Luc. 5. 36.

[v] 3. Nullum est tam inveteratū vel insanabile malū, quod Christus vera fide tamquā manu, vel levissimè attactus, protinus non sanet.

[x] civilem honorem exhibuit: adoratio autē fuit Orientalibus communis.

[y] Singularis qdā fuit hic spiritus sancti impulsus: neque ad cōmunem regulam trahi debet.

[z] Hinc apparet fidem opus habere venia: & simul novis adminiculis erigi, ut plus roboris acquirat.

[a] 3. Christi potentię mors etiā ipsa cedit.

[b] non adhibebantur tibicines nisi morte comperta, quum scilicet exsequias jā pararent, quod faciebant Judæi ad imitationem Gentium, qui putarunt hoc esse solatium placandis manibus. [c] Ac si diceret, Mox expergefactam videbitis quam puratis mortuam. [d] 2. Christus sanatis duobus cæcis, confitemur se esse mundi lucem. [e] Davidis filium quum confiteantur, gratiæ eos aliquid apprehendisse certum est, unde ipsorum fidem quasi valdè commendabilem laudat Christus. [f] In illam domum, quam inhabitare solitus erat.

30 Et[g] aperti sunt oculi eorum: & [h] graviter interminatus est eis Jesus, dicēs, Videte nemo sciat.

31 At illi egressi [i] sparserunt ejus famā in tota illa regione.

32 k* Ipsis autem egredientibus, ecce obtulerunt ei hominem mutum, dæmoniacum.

33 Et ejecto dęmonio loquutus est mutus: & mirata est turba, dicens, [l] Nunquā apparuit tale quidpiam in Israële.

34 *Pharisæi verò dicebant, [m] Per principem dæmoniorum ejicit dæmonia.

35 *Et obibat Jesus urbes omnes ac vicos, docens in synagogis eorū, & prædicans Evangelium regni, & sanans quēvis morbum & quemvis languorem in populo.

36 *[n] Quum vidisset autem turbam, [o] commiseratione intima commotus est super eis, quòd essent dissipati & disjecti quasi oves non habentes pastorem.

37 Tunc dicit discipulis suis, *Ipsa quidem messis multa, operarii autem pauci.

38 Rogate igitur Dominum messis, ut [p] emittat operarios in messem suam.

30 Et confestim aperti sunt oculi illorum: atque inhibuit eis Jeschua, & ait, Videte ne quis sciat.

31 Illi verò exiverunt, & divulgaverūt famam ejus in tota terra illa.

32 Quúmque egressus esset Jeschua, obtulerunt ei mutum in quo erat dęmonium.

33 Et postquam exivisset dæmonium, loquebatur mutus: & admiratæ sunt turbæ, & dicebant, Quòd [14] nunquam fuit visum hujusmodi in Jisraiel.

34 Pharisæi autem dicebant, Per principem dæmoniorum ejicit dæmonia.

35 Et circuibat Jeschua [15] civitates omnes & vicos, ac docebat in synagogis eorum prædicabátque Evangelium regni, & sanabat [16] omnes morbos, & omnes dolores.

36 Quum vidisset autem Jeschua turbas, misericordia affectus est erga illas, quòd lassi essent & dissipati, sicut oves quibus non est pastor.

37 Et ait discipulis, Messis copiosa *est*, & operarij pauci.

38 Rogate igitur Dominum messis ut extrudat operarios in messem suam.

[g] Hebræi vocant oculos clausos, qui nihil vidēt: apertos qui vidēt: nēpe quia aliquod ex instrumentis opticis aut ipsū occlusum esse, aut facultatem exclusam necesse est in iis qui visu carent.

[h] Addita increpatione. Causa autem est, vel quòd alios testes miraculi habere voluit, vel in aliud tempus differre ejus famam.

[i] Reprehensione digni sunt isti, qui incōsiderato zelo ante tempus hoc spargunt.

[k] 8. Exemplum potestatis Christi in diabolum.

* *Luc. 11. 14.*

[l] Hyperbolicū est. Nam hæc vox non fuit meditata, sed quæ ex admiratione subitò erupit.

[14] Ad verb. Ab aliquando nō. Vide quæ de eo annotavimus cap. 7. 23.

[15] 7. nimirum Galilææ, sitas ad lacum Tyberiados atq; finitimas: ut ostenditur suprà 4. 13. & infrà 11. 1.

[16] 7. l. quosvis, ex omni genere, ut suprà 4. 23. & infrà 10. 1.

* *Inf. 11. 20. Mar. 3. 22. Luc. 11. 15.* [m] Hinc apparet impuros spiritus diabolo, tanquam capiti, subjici, sicut contrà caput electorum est Christus. * *Marc. 6. 6. Luc. 13. 22.* * *Marc. 6. 14.* [n] 8. Etiamsi cessent ordinarij pastores, Christus tamen Ecclesiæ suæ curam non abjecit. [o] Ex intimis visceribus profecta. * *Luc. 10. 2. Joh. 4. 36.* [p] Ad verb. ejiciat. Nam in tam sancto opere homines sunt tardissimi.

CAPUT DECIMUM.

[1] Apostolis datur gratia sanitatum. [5] Mittuntur ad prædicandum Evangelium. [13] Pax. [14] Pulveris excussio. [16] Afflictio. [22] Perseverantia. [23] Fuga. [28] Timor. [29] Passeres duo. [30] Capilli. [32] Confiteri Christum, Pax, Gladius. [35] Dissidia. [37] Amor parentum. [38] Crux. [39] Perdere animam. [40] Recipere evangelistam.

Tunc* [a] advocatis duodecim discipulis suis, [b] dedit eis potestatem adversus spiritus impuros, ut ejicerent eos, & sanarent omnem morbum & omnē languorem.

2 Porrò duodecim Apostolorum nomina sunt hæc: [c] Primus Simon qui dicitur Petrus, & Andreas frater ejus: Jacob[9] filius Zebedæi, & Johānes frater ejus:

3 Pilippus & Bartholomæus: Thomas, & Matthæus ille publicanus: Jacobus *filius* Alphæi, & Lebbæus cognominatus Thaddæus:

4 Simon [d] Cananites, & Judas [e] Iscariotes, qui etiam prodidit eum.

5 Hos duodecim misit Jesus, & addidit eis mandata, dicens, In [f] viam Gentium ne abieritis, & in urbem Samaritanorum ne ingrediamini:

6 Sed proficiscimini potiùs *ad [g] oves perditas domus Israëlis.

7 [h] Iter facientes verò proclamate, *dicentes, Appropinquavit regnum cælorum.

ET vocavit duodecim discipulos suos, & dedit illis potestatem adversus spiritus immundos, ut ejicerent eos, & ut sanarent omnem dolorem & morbum.

2 Illorum autem duodecim Apostolorum nomina sunt hæc: Primus illorum Schemeun, qui vocatur Cipha, & Andravas frater ejus: & Jaakub filius Zabdai, & Juchannan frater ejus.

3 Et Philippus & Bar-Tulmai, & Thauma, & Mattai publicanus: & Jaakub filius Chalphai: & [1] Labbi qui cognominatus est Taddi:

4 Et Schemeun Zelotes, & Jehuda [2] Secharjuta, is qui prodidit illum.

5 Hos duodecim misit Jeschua, & præcepit eis, ac dixit, in viam prophanorum ne abieritis, & in civitates Samariæ ne ingrediamini.

6 [3] Ite autem potiùs ad oves quæ perierunt de domo Jisraiel.

7 Et dum proficiscimini vos, prædicate, & dicite, Quòd appropinquaverit regnum cælorum.

* *Mar. 3. 15. Luc. 9. 1.*

[a] 8. Mittuntur Apostoli ad prædicandum Evangelium in Israël.

[b] Hic quum Evangelii præcones & signorum ministros Christus simul & conjunctim instituat, ostendit miracula nihil aliud esse quàm doctrinæ suæ sigilla, quare falsarii sunt, qui verbum à miraculis separant.

[c] Theophylac. primos dicit Petrum & Andream dictos, quòd primò vocati fuerit.

[d] Ad differentiam Simonis Petri.

[e] Vir Kerioth, id est, Keriothites. Kerioth autem erat in tribu Juda, Josue 15. 25. sed consulendæ Tremellii notæ.

[f] Ad exteras & prophanas gentes. * *Act. 13. 46.*

[g] Perditi dicuntur, qui tamen legitimi vitæ æternæ erant heredes, donec salutem in Christo recuperent.

[h] 8. Summa Evangelii sive prædicationis Apostolicæ. * *Luc. 10. 9.*

[1] 7. Sermo ἀμφιβολος, quem ita oportet construi, Σαδδαῖος, ὁ ἐπικληθεὶς Λεββαῖος. Thaddæus qui cognominatus est Lebbęus. Thaddæus Syrum nomen est, Hebræum, Judas. quamobrem a Johan. 14. 22. Judas nō Iscariotes διακριτικῶς appellatur. Huic autē cognomen fuit Libbai, id est, Corculo, vel cordato viro: cujus patri nomen fuit Jakob, fratri (opinor) Alphęi, Luc. 6. 16. & Act. 1. ideóque Judas frater Jakobi appellatur Judæ 1. quòd Jakob filius hic agnatus Alphæi esset.

[2] Secharjuta. De hoc cognomine considerandum num commodè possit cōpositum esse à שכר id est mercede, & נטה id est defecit, declinavit: ut יוטא, altera pars cognominis, sit verbum futurum passivum conjugationis tertiæ: & ita totum cognomen significet Mercede inducetur ad defectionem. Quod cognomen si a Christo accepit, ut Petrus & filii Zebedæi, declaratur & ipsum Judam & quod factus erat, optimè Christo fuisse cognitū: si verò ab aliis ei inditum est, divina providentia commendatur, sine qua illud cognomen non accepit, quod ejus proditionem adeò clarè præmonstraret. Quod autem quidam scribunt compositum esse ex איש & proprio loci nomine, & significare virum *Kjrioth*, literæ quibus scribitur in Syra paraphrasi non admittunt. Nam præterquam quòd א non est præpositum, ש quoque non est scriptum, sed ס: neque est קריותא in reliqua dictionis parte per ק & ת sed per כ & ט hoc modo כריוטא. 7. aliis Secarjut marsupium appellatur, & Secarjuta ὁ ἔχων ἀλωνάκαμον, ut Joh. 12. 6. Sed ego, omnibus expensis per anticipationem statuo appellari, quasi strangulatum dicas, qui ultrò declinaverit ad strangulationem sui, ut narratur infr. 27. 5. & Act. 1. 18. Est enim *Secar* strangulare Syris, & *Mascera* strangulatio. Alioquin Apostolorum nullus in hoc catalogo a patria, sed a sanguine, aut a vocatione, aut a studio appellatur.

[3] 7. Syrè, ite vobis: ut supr. 4. 10.

8 Morbidos sanate, & leprosos mundate, & mortuos suscitate, & dæmonia ejicite: gratis accepistis, gratis date.

9 Ne[4] comparetis aurum neque argentum, neque æs in[5] crumenis vestris.

10 Neque viatorium saccum ad iter, neque binas tunicas, neque calceamenta, neque virgam. nam dignus est operarius cibo suo.

11 In quamcũque autem vrbem aut civitatem vos intratis, interrogate quisnã dignus sit in ea, atque illic estote donec [6] exeatis.

12 Et quum ingredimini in domum, [7] salutate domesticos.

13 Et [8] si *ita* sit quòd digna sit domus, pax vestra veniet super eam: & si non sit digna, pax vestra ad vos sese convertet.

14 Qui autem non excipit vos, neque audit sermones vestros, quum exitis ex ædibus aut ex civitate illa, [9] excutite pulverem ex pedibus vestris.

15 Et ammin dico vobis, Quòd terræ Sedom & Amora erit tolerabilius in die judicii quàm civitati illi.

16 Ecce ego mitto vos velut oves inter lupos: estote igitur prudentes veluti serpentes, & synceri sicut columbæ.

17 Cavete autem à filiis hominum. tradent enim vos [10] in concilia & in synagogis suis flagellabunt vos,

18 Et ante præsides & reges adducent vos propter me, in testimonium ipsorũ & Gentium.

19 Quum autem tradiderint vos, ne sitis soliciti quomodo aut quid loquamini: dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini.

20 Non enim estis vos qui loquimini, sed Spiritus Patris vestri loquetur in vobis.

21 Tradet autem frater fratrem suũ ad mortem, & pater filium suũ, & insurgent filii adversus parentes suos, & morte afficient eos.

22 Et eritis exosi ab omni homine propter nomen meum. Is autem qui perseveraverit usque in finem, ipse [11] vivet.

23 Quum persequuntur vos in urbe [12] hac, fugite in aliam. Ammin enim dico vobis quòd non [13] absolveritis omnes ipsas urbes domus Israël, [14] donec veniat filius hominis.

24 Non est discipulus qui sit præstantior magistro suo, neque servus domino suo.

25 Sufficit ipsi discipulo ut sit sicut magister suus, & [15] servo, sicut dominus suus. Si dominum domus vocârunt [16] Beal-Zebub, quanto magis domesticos ejus?

26 Ne igitur metuatis ab eis: non enim

8 [i] Ægrotos sanate, leprosos purgate, mortuos suscitate, dæmonia ejicite: dono accepistis, dono date.

9 [k] l *Ne comparate aurum, neque argentum, neque æs in zonis vestris:

10 Neque peram ad iter, neque binas tunicas; neque soleas, neque [m] baculum. * nam dignus est [n] operarius alimento suo.

11 *[o] In quamcumque verò urbem aut vicum introieritis, exquirite quis in ea sit [p] dignus: & illic [q] manete usquedũ exeatis.

12 Introeuntes autem domum, [r] salutate eam.

13 Et si quidem fuerit domus digna, venito [s] pax vestra super eam: sin autem non fuerit digna, pax vestra ad vos revertitor.

14 *Et quicumque non exceperit vos, neque audierit sermones vestros, exeũtes domo aut ex urbe illa, *[t] excutite pulverem pedum vestrorum.

15 Amen dico vobis, tolerabilior erit conditio terræ Sodomorum & Gomorrhæorum in die judicii quàm urbis illius.

16 [v] *Ecce, ego mitto vos ut [x] oves in medium luporum: estote igitur prudentes ut [y] serpentes, & [z] simplices ut columbæ.

17 Cavete verò ab [a] hominibus. tradẽt enim vos in consessus, & in conventibus suis flagellabunt vos.

18 Sed & ad præsides ac reges ducemini mea causa, *ut hoc sit* [b] eis & Gentibus testimonium.

19 *Sed quũ tradent vos, ne estote soliciti quomodo aut quid loquamini. dabitur enim vobis illo momento quod loquamini.

20 Non enim vos estis qui loquimini, sed Spiritus Patris vestri *is est* qui loquitur in vobis.

21 Tradet autem frater fratrem ad mortem, & pater filium: & insurgent liberi in parentes, & morte multandos eos curabunt.

22 Et eritis exosi omnibus propter nomen meum: * verùm qui sustinuerit ad finem usque, is servabitur.

23 Quum autem persequentur vos in [c] ea urbe, [d] fugite in aliam. Amen enim dico vobis, nequaquam [e] obieritis urbes Israëlis quin venerit Filius hominis.

24 *Non est discipulus supra doctorẽ, neque servus supra dominum suum.

25 Sufficiat discipulo ut sit sicut doctor ipsius: & *ut* servus *sit* sicut dominus ipsius. *Si ipsum patrem familiâs [f] Beelzebulem vocârunt, quanto magis domesticos ejus?

26 Itaque ne eos timete: * [g] nihil

[4] F. i. comparatum gestetis in marsupiis vestris. Hebræa metalepsis frequens.

[5] Scriptum erat, בכיסיכם, antiquariorũ vel typographorum vitio, pro בכיסיבם. *Ii he pro vav*, quæ duæ literæ apud Syros magnam inter se habẽt similitudinem, ut facilè fuerit errare. In manuscripto erat ut nos restituimus.

[6] F. nimirum ex urbe, ut exponitur Lucæ 9. 4. q. d. ne leviter migrate de domo in domum, sed uno quasi spiritu expedite in ea urbe legationem vestram. mox in aliam discessuri.

[7] Ad verb. Rogate, *pro* pace domui: id est, Vota concipite pro felicitate eius domus. Hebraismus est in Hebræa lingua & in sacris scripturis frequẽs.

[8] F. vel si is fuerit cujus digna sit domus.

[9] Hoc in oculos incurrente symbolo anathematis, voluit ut testarẽtur quàm essent execrãdi qui oblatam salutem respuerent. Usitatum enim erat in ea gẽte verbis hujusmodi externa symbola adjungere ad magis percellendum. Non absimile est quod Nehem. cap. 5. 13. legitur: videlicet Nehemjã excussisse oram vestimenti sui in testimoniũ contra eos qui fidem datam violarant. F. vide Act. 13. 51. & 18. 6.

[10] Ad verb. In domum judiciorum, id est, in locum ubi exercentur judicia.

[11] Heb. pro salvus erit.

[12] Puto errarũ fuisse à typographo, & positum הזאת hac, pro אחרת una. sed tamen quia sensus non variatur, nihil mutare volui, præsertim quum eodem modo legatur in manuscripto. [13] Ad verb. verti. Porrò absolvere civitates, est perficere munus ad quod exsequendũ in eas missi fuerant. Gallica phrasis propè ad hanc accedit, *Vous n'aurez point fait en toutes les villes de la maison d'Israël.* F. similis loquutio est 1. Sam. 16. 11. nam infinitivus constructus cũ verbis quæ absolvere, aut perficere significant, non raro subintelligitur: ut infr. 13. 53. & 19. 1. verbum autem eundi vel proficiscẽdi hîc repetendũ est, ex mandato versic. 6. Quamobrem sic foret evidentius *non absolveritis obire omnes*, &c. [14] F. i. quin venerit, vt sup. 5. 18. [15] In Talmud, tractatu De benedictionibus, cap. 9. similis sententia legitur, דיו לעבד שיהא כרבו, Sufficit servo ut sit sicut dominus suus. [16] Execrandi Akaronitarũ idoli nomine. Christi miracula intimant, quò doctrinæ auctoritatem, cujus illa sigilla erant minimè dubia, everterent. Vide 1. Samuel. 5. 10. & 2. Reg. 1. 2.

[l] 1. Miracula verbi appendices.

[k] 1. Abjiciendæ sunt Verbũ ministris quæcumque sollicitudines vel rãtillum possint eos remorari.

[l] In hanc profectionẽ, sub. Quia vult eos nullis impedimentis retineri, & simul aliquẽ percipere gustum providentiæ Divinæ. nã ex illis domum revertis quærit Dominus, ecqd illis in via defuerit. Luc. 22. 35.

[m] *Mar. 6. 8. Lu. 9. 3. & 22. 35.*

[m] Baculum intelligit qui oneri sit ferenti: aut etiã adjumento ad lõgum iter. His enim omnib. significabat Christus, nec lõginquã, nec diuturnã profectionem à se imperari.

[n] *1. Tim. 5. 18. Luc. 10. 7.*

[n] q. d. Qui vos elegit & mittit Christus, etiã de alimẽto providebit.

[o] *Luc. 10. 8.*

[o] 1. Fœlicissimi, qui præconium Evangelii recipiunt: infœlicissimi qui rejiciunt.

[p] Ad vos recipiendos.

[q] Ne mutare hospitiũ, quod etiã ad festinationẽ spectat.

[r] Salutatio enim quidã est ad colloquendũ ingressus.

[s] Ex Hebræorũ idiotismo, qui pacis nomine omnia fausta intelligunt.

[t] *Mar. 6. 11. Luc. 9. 5.*

[t] *Act. 13. 51. & 18. 6.*

[t] Excussio pulveris erat quasi anathematis symbolum, ac ũ testatum fecissent Apostoli, tam pollutos esse loci incolas, ut cõtagione sua terram inficerent.

[v] 1. Christus docet quomodo se gerere debeant ministri sub cruce.

[x] *Luc. 10. 3.*

[x] Versabimini in summo discrimine.

[y] Serpentes quum se exosos sentiant, solicitè declinãt ac refugiũt homines sibi adversos.

[z] Qui ne injuriam quidem ulciscamini, nedũ inferatis. Ex iis autem animantium naturis admixtis, nec sinit prudentia fieri malitiosam, nec simplicitatem amentem: sed unam virtutis formã, quàm maximè licuit, ex ambobus exquisitè cõstituit.

[a] Nã in causa religionis, homo homini solet esse ferè semper lupus.

[b] Ut sint inexcusabiles, i. adversus eos & Gentes. *Mar. 13. 11. Luc. 12. 11. *Mar. 13. 11. Luc. 21. 9.

[c] In quam ingressi eritis.

[d] Non ut vitent periculũ, sed ut properent tãto magis alibi spargere Evãgelii semẽ.

[e] Ad finẽ deduxeritis. *Luc. 6. 40. Joh. 13. 16. & 15. 20. *Infr. 12. 24.

[f] Fuit Acaronitarũ idolũ, quod appellare possumus Dominũ muscarum, vel propter victimarũ copiã, muscarũ examine tẽplũ ejus scateret, vel quia auxiliũ adversũ muscas ẽ loco infestẽ esset, peritũ est abidolo. *Mar. 1. 1. Luc. 1. 17. & 12. 2.

[g] Proverbiale dictũ, hîc tã ad salutis doctrinã specialiter restrigi debet.

enim est opertum quod non sit retegendum, & nihil occultum quod non sit cognoscendum.

27 Quod dico vobis in tenebris, dicite in luce: & quod in aurem auditis, prædicate[h] in solariis.

28 [i] Et ne timete *vobis* ab iis qui trucidant corpus, animam autem non possunt trucidare: sed timete potius eum qui potest & animam & corpus perdere in gehenna.

29 Nónne duo passerculi [k]assario væneunt, & unus ex eis non cadet in terram [l] sine Patre vestro?

30 Vestri verò etiam *capilli capitis omnes numerati sunt.

31 Ne igitur timete: vos multis passerculis præstatis.

32 [m] *Quisquis igitur[n] agnoscet me coram hominibus, agnoscam & ego eũ coram Patre meo qui est in cælis.

33 Quisquis autem abnegaverit me coram hominibus, abnegabo eũ & ego coram Patre meo qui est in cælis.

34 [o p] *Ne existimate me venisse immissurum pacem in terram: non veni immissurus pacem, sed gladium.

35 *Nam veni facturus ut dissideat filius à patre suo, & filia à matre sua, & nurus à socru sua.

36 Et inimici hominis *erunt qui sunt* domestici ipsius.

37 [q r] * Qui amat patrem aut matrem supra me, non est me dignus: & qui amat filiũ aut filiã supra me, nõ est me dignus.

38 *Et qui non accipit crucem suam, ac [s] ponè me sequitur, non est me dignus.

39* Qui[t] invenerit animã suam, perdet eam: & qui perdiderit animam suã mea causa, inveniet eam.

40 [v] Qui recipit vos, me recipit: & qui me recipit, recipit eum qui misit me.

41 [x] Qui recipit Prophetã[y] nomine Prophetę, mercedẽ Prophetæ accipiet, & qui recipit justum nomine justi, mercedem justi accipiet.

42 Et quicũque potum dederit uni ex his[z] parvis poculũ frigidæ solũ, nomine discipuli, amen dico vobis, non perdiderit mercedem suam.

[h] Propalàm & in editioribus locis erant enim olim, quẽ admodum etiam hodie, in illis regionibus ædiũ summa ita fabricata, ut in illis ambulare & versari posset, sicut liquet Deut. 22. 8.

[i] Quantumvis immanes & sęvi tyranni nõ sunt nobis metuendi.

[k] Quarta unciæ parte.

[l] Non interveniente patris vestri decreto.

* *1. Schem. 14. 45. Luc. 21. 18. Act. 27. 34.*

[m] B. Confessionis publicæ necessitas & præmium.

* *Mar. 8. 38. Luc. 9. 26. & 12. 8. 2. Tim. 2. 12.*

[n] Me confessione libera agnoverit. Hìc confessio Christi in præcipuo Dei cultu censetur.

[o] Christus, qui propriè est pacis auctor, est occasio turbarum propter hominum malitiam.

[p] B. Evangelii prædicationẽ civilia dissidia consequũtur.

* *Luc. 12. 51.*

* *Mich. 7. 6.*

[q] B. Omnia sunt sine exceptione nostro erga Deum officio postponenda.

[r] Dilectionem mutuam non improbat Christus, modò ne observantiam, quæ illi debetur, humanus amor obruat.

* *Luc. 14. 26.*

* *Infr. 16. 24. Mar. 8. 34. Luc. 9. 23. & 14. 27.*

[s] Ad verb. retro me. Quod notandum est, ut qui Deum colunt cultu à se excogitato, intelligant sese non sequi Christũ, sed illi præire velle. * *Infr. 16. 25. Mar. 8. 35. Luc. 9. 24. & 17. 33. Joh. 12. 25.*

[t] Servaverit vitam, id est, qui præsenti vitæ consuluit. Servare autem vitam dicuntur qui illam ex discrimine eximunt: hæc dicuntur autem ex vulgi opinione, qui eos periisse putat qui moriuntur, quoniam de futura vita non cogitat.

[v] B. Deus sacri ministerii est auctor & vindex. * *Luc. 10. 16. Joh. 13. 20. Mar. 9. 41.*

[x] Nullum officium Christo impensum perit.

[y] Ut Prophetam.

[z] Qui coram mundo sunt viles & abjecti.

est quicquam quòd latet, quod non sit revelandum: & quod occultatur, quod non sit cognoscendum.

27 Quicquid dico vobis in tenebris, id vos dicite in luce: & quicquid in aures vestras audistis,[17] prædicate in tectis.

28 Et ne metuatis ab iis qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere: metuite autem potius ab eo qui potens est ut animam & corpus perdat in[18] Gihanna.

29 Non duo passeres [19] venduntur [20] Assar? & unus ex illis sine Patre vestro non cadit super terram.

30 Vestri autem etiam capilli, capitis vestri, omnes numerati sunt.

31 Ne igitur metuatis: passeribus enim multis præstantiores estis.

32 Quisquis ergo confitebitur me coram filiis hominum, confitebor eum ego quoque coram Patre meo qui est in cælis.

33 Qui verò negaverit me coram filiis hominum, negabo eum ego quoque coram Patre meo qui est in cælis.

34 Ne arbitremini quòd venerim ut mittam [21] tranquillitatem in terram: non veni ut immitterem tranquillitatem, sed gladium.

35 Veni enim ut dissidere faciam virum adversus Patrem suum, & filiam adversus matrem suã, & nurũ adversus socrũ suã.

36 Et inimici viri domestici ejus.

37 Qui diligit patrem aut matrem amplius quàm me, non est dignus me: & qui diligit filiũ aut filiam amplius quàm me, non est dignus me.

38 Et omnis qui non accipit crucem suam, & [22] sequitur me, non est dignus me.

39 Qui invenit animam suam, perdet eam: & qui perdiderit animam suam propter me, inveniet eam.

40 Qui recipit vos, me recipit: & qui me recipit, eum qui me misit recipit.

41 Qui recipit Prophetam in nomine Prophetæ, mercedem Prophetæ accipit: & qui recipit justũ in nomine justi, mercedem justi accipit.

42 Et quisquis ad bibendum præbet uni ex his pusillis poculum [23] frigidarum *aquarum* tantùm nomine discipuli, amen dico vobis quòd non perdet mercedem suam.

[17] Veterum & ædificiorum & præconiorum morem attingitinã ut præcones lõgè latéque vocem spargerent, cõscendebant tecta plana. Vide Deut. 22. 8. & Esa. 15. 3.

[18] De hac voce, quod satis erat annotavimus supr. cap. 5. 22.

[19] f. vel vendũtur assario. Sic enim apud Varronem lib. 7. de lingua Latina & in Glossario legitur.

[20] De valore Assar, vide in finem cap. 12. Marci.

[21] Syra vox ܫܠܝܬܐ, respondet radici Hebræ שלו mutatúmque est ש in ת, ut sæpe fit, non modò in diversis linguis, sed etiam in eadem.

[22] Ad verb. Venit post me. Hebraiss. jam sæpe observatus.

[23] f. i. frigidæ. Nam aquæ nomen Syris, ut etiam Hebræis, plurale est.

CAPUT UNDECIMUM.

[2] *Johannes mittit discipulos ad Christum.* [7] *Testimonium Christi de Johanne.* [13] *Lex & Prophetæ.* [18] *Christus & Johannes.* [21] *Chorazin, Bethsaida.* [25] *Evangelium revelatum parvulis.* [28] *Fatigati & onerati à Christo invitantur.*

ET[a] factum est, quũ finem fecisset Jesus[b] præcipiendi duodecim discipulis suis, ut digressus illinc doceret, & prędicaret in urbibus[c] eorum.

2 * Johannes autem quum audisset in vinculis opera Christi, missis duobus ex discipulis suis,

3 Dixit ei, Túne is es qui venturus erat, an alium exspectabimus?

[a] B. Christus ex suis operibus probat se esse promissum illum Messiam.

[b] Præceptis instituendi suos.

[c] Discipulorũ, id est in Galilæa, unde plerique eorũ oriũdi erãt. act. 2. 7

* *Luc. 7. 18.*

ET factum est quum finem fecisset Jeschua præcipiendi duodecim discipulis suis, progressus est illinc ad docendũ & prædicandum in civitatibus illorum.

2 Juchannan autem quum audivisset [1] in domo vinctorum opera Christi, misit [2] per manum discipulorum suorum.

3 Et dixit illi, Túne es ille qui [3] venit, aut aliósne exspectemus?

[1] Propositionẽ est expressa, ut sæpe non exprimitur, sicut annotavimus in cap. 9. 9.

[2] f. fit autẽ istud causã vitandi κακοφωνίαν ex geminatione literæ. sic v. 8.

[3] Hebraismus sæpe observatur.

[3] f. i. venturus fuit. ut sup. 2. 4.

4 Reſpondit ſeſchua, & dixit illis, Ite, renunciate ſuchannan ea quæ auditis & videtis.

5 Cæci vident, & claudi ambulant, & leproſi mundantur, & ſurdi audiunt, & mortui reſurgunt, & pauperes accipiunt evangelii nuncium.

6 Et beatus is qui non fuerit offenſus in me.

7 Quum autē abiiſſent, cœpit ſeſchua dicere turbis de ſuchannā, Quid exiiſtis in deſertum ad videndum? arundinem quæ à vento agitatur?

8 [4]Alioqui, quid exiiſtis ad videndum? hominem qui veſtibus mollibus veſtitur? Ecce qui mollibus veſtiuntur, [5] *in* domo regum ſunt.

9 Alioqui, quid exiiſtis ad videndum? Prophetam? Etiam, dico ego vobis, & excellentiorem quàm Prophetam.

10 Ipſe enim eſt de quo ſcriptum eſt, Ecce, ego mitto nuncium meum ante faciem tuam, qui diriget viam ante te.

11 Ammin dico vobis, quòd non [6] ſurrexit inter natos hominum, qui major ſit ſuchannan Baptiſta: [7] minor autem in regno cælorum, major eſt eo.

12 A diebus autem ſuchannan Baptiſtæ, & uſque nunc, regnum cælorum cum violentia accipitur, & violenti rapiunt illud.

13 Omnes namque Prophetæ & Lex uſque ad ſuchannan prophetaverunt.

14 Et, ſi vultis vos, recipite quòd is eſt Elias qui venturus erat.

15 Cui ſunt aures ut audiat, audiat.

16 [8]Cui autem aſſimilabo generationē hanc? Similis eſt pueris qui ſedent in foro, & acclamant ſodalibus ſuis.

17 Ac dicunt, Cecinimus vobis, & non ſaltaſtis: ululavimus vobis, & non [9] planxiſtis.

18 Venit enim ſuchannan, qui non [10] comedit neque bibit, & dixerunt, Dæmonium eſt illi:

19 Venit filius hominis comedens & bibens, & dicunt, Ecce, homo edax & potor vini, & amicus publicanorum & peccatorum. [11] Et juſtificata eſt ſapientia à cultoribus ſuis.

20 Tunc cœpit ſeſchua exprobrare civitatibus illis in quibus editæ fuerant virtutes ejus plurimæ, neq; converſæ fuerāt,

21 Et dicebat, Væ tibi Caurazin, Væ tibi Beth-zaida: quoniam ſi in Tzor & in Tzaidan editæ fuiſſent virtutes hæ quæ editæ fuerunt in vobis, jam olim in [12] ſacco & in cinere converſæ fuiſſent.

22 Attamen dico vobis quòd [13] Tzor & Tzaidan erit tolerabilius in die judicii quàm vobis.

23 Et tu Kephar-Nachum, ea es quæ uſque ad cælos exaltata fuiſti: uſque ad foveam deprimēris: quia ſi in Sedom editæ fuiſſent virtutes hæ quæ editæ fuerunt in

4 Et reſpondens ſeſus dixit ei, Ite & renunciate ſohanni quæ auditis & videtis:

5 Cæci viſum recipiunt, & claudi ambulant, leproſi mundantur, & ſurdi audiunt, mortui ſuſcitantur, & [d] pauperibus evangelizatur.

6 Et beatus eſt qui [e] non fuerit offenſus in me.

7 [f] Illis autem abeuntibus, cœpit ſeſus dicere turbę de ſohanne: [g] Quid exiiſtis in deſertum ſpectaturi? arundinem quæ agitetur à vento?

8 Sed quid exiiſtis viſuri? hominem mollibus veſtibus amictum? ecce, qui gerunt molles veſtes, [h] in domibus regum ſunt.

9 Sed quid exiiſtis viſuri? Prophetam? certè dico vobis etiam amplius quàm Prophetam.

10 Iſte enim eſt de quo ſcriptum eſt, *Ecce, ego mittò nuncium meum ante faciem tuam, qui [i] præparabit viam tuam coram te.

11 Amen dico vobis, non eſt ſuſcitatus inter genitos e mulieribus [k] quiſquā major ſohanne Baptiſta: ſed qui eſt minimus in [l] regno cælorum, major eo eſt.

12 *Porrò [m] à diebus ſohānis Baptiſtæ uſque nunc regno cælorum [n] vis affertur, & [o] violenti rapiunt illud.

13 Nam omnes Prophetæ & ipſa Lex uſque ad ſohannem [p] prophetārunt.

14 Et, ſi vultis *hoc* recipere: * ipſe eſt Elias ille qui venturus erat.

15 [q] Qui habet aures ad audiendum, audiat.

16 [r] * Sed cui aſſimilabo [s] gētem iſtam? [t] Similis eſt puerulis qui ſedēt in foris, & acclamant ſodalibus ſuis,

17 Ac dicunt, Tibiis cecinimus vobis, & non ſaltaſtis: [v] lamentati ſumus vobis, & non planxiſtis.

18 Venit enim ſohannes [x] nec edens nec bibens, & ajunt, Dæmonium habet.

19 Venit Filius hominis [y] edens ac bibens, & dicunt, Ecce homo edax & vini potor, publicanorum amicus & [z] peccatorum. [a] [b] Sed juſtificata eſt Sapientia à filiis ſuis.

20 * [c] Tunc cœpit cum probris increpare civitates in quibus editę fuerant plurimæ virtutes ipſius, quòd non reſipuiſſent, *dicens*,

21 Væ tibi Chorazin, væ tibi Bethſaida: nam ſi [d] Tyri & Sidone editę fuiſſent virtutes quæ editæ ſunt apud vos, olim [e] cum ſacco & cinere *ſedentes* reſipuiſſent:

22 Quinetiam dico vobis, Tyro & Sidoni tolerabilior erit conditio in die judicii quàm veſtra.

23 Et tu Capernaum, quæ es uſque ad cælum ſublata, uſque ad inferos deprimēris. nam ſi Sodomis editæ fuiſſent virtutes quæ editæ ſunt apud te, manſiſ-

[4] Ad verb. Et ſi non. Hebraiſmus frequēs, ſicut in ſequēti verſu.

[5] Præpoſitio reticetur, ſicut in principio cap. ex Hebraiſmo.

[6] r. nimirum Propheta, ex verſu 9. ut exprimitur Lucæ 7. 29.

[7] r. nempe aliis Prophetis qui in regno cęlorū futuri ſunt: quamobrem etiam minimus reddi poteſt.

[8] Familiariſſimum eſt Hebræis, Chaldæis & Syris ſcriptoribus, ut parabolas incipiant ab interrogationibus, ut videre licet in Talmud Hieroſolymitano, tractatu De benedictionib*, cap. 1. & in cōmentariis Bibliorum ſæpè.

[9] Pulcra eſt in Syra lingua alluſio in vocibus Saltaſtis & Planxiſtis: ſunt enim ambæ ejuſdē radicis, nec differunt niſi conjugatione tantùm.

[10] r. i. convixit aliis ex communi uſu, ſed vitā vixit ſolitariam & auſteram, ſuprà 3. 1. & 4. ſic deinceps. Hebraiſmus.

[11] id eſt, Quocumq; modo, & à quovis proponatur hujus ætatis hominibus ſapientia & doctrina ſalutis, id fit abſque profectu. habet tamē Deus ſuos electos quibus ea peculiariter deſtinata eſt: unde etiam filii ſapientiæ dicuntur qui eā juſtificant, approbant, coluūt, & religioſè obſervant.

[12] Cinere aſpergi & ſacco operiri antiquos conſueviſſe in graviori luctu, adeò frequentes in ſacris literis occurrit, ut opus non ſit pluribus probare.

[13] r. i. utibibus Tyro & Sidoni.

d Pauperes evangelizāntur, id eſt, pauperibus annunciatur Evangelium.

e Qui ex me nō ceperit offendiculi occaſionem.

f 8. Quæ conveniētia, quod item diſcrimē inter Prophetarū miniſterium Johannis præconiū, & plenam Evangelii lucem à Chriſto allatam.

g Admonet Chriſtus operam luſiſſe qui Johannis cauſa in deſertum profecti erant, niſi adverterēt ad ejus miniſterium & doctrinam.

h Admonet ſtultè æſtimari prophetas ex gratia & favore principū, quia illic ut plurimùm regnant adulatores.

* *Merc. 3. 1.*

i Ut ſolet fieri principibus, quo majorecū pompa eis occurratur.

k Magnitudo ad docēdi munus diſertè refertur.

l Novus eſt Eccleſię ſtatus in quo vera Dei gloria elucet: comparantur non perſonæ, ſed doctrinæ genera, præconium Johannis cum lege & prophetis, & cū illo rurſus clariſſima illa Evangelii prædicatio.

* *Luc. 16. 16.*

m Heb. i. à tēpore quo Johannes Baptiſta prædicare cœpit.

n Id eſt, quaſi impetu quodā in illud perrumpitur.

o Senſus eſt, Fit jam magnus hominū concurſus, ac ſi violēter homines irruerēt ad occupandū Dei regnum.

p Futura tantùm vaticinati ſunt, quæ nūc præſentia clarè & perſpicuè cernuntur.

* *Mal. 4. 5.*

q Hoc interponere ſolet, quoties de re ſeria tractat, ſimul tamē admonet hæc ab iis non capi quòd nimis ſurdi ſint. r 8. nulli pervicaciores Evangelii hoſtes, quàm ii quibus chariſſimū eſſe oportuit. *Luc. 7. 31. s Ætatem iſtam ſive ſeculum, pro hominibus iſtius ætatis vel ſeculi. t Accuſatur proverbii figura perverſitas ſeculi, quòd neque duris neque mollibus moveretur. v Lugubres cāntiones cecinimus. x Hoc dicit, quia illi peculiaris erat victus ratio, ut qui etiam à cibis vulgaribus abſtineret. κατὰ τὸ dictum. y Id eſt, promiſcuo more vivens. z Ut ſup. 9. 20. a Sapientes agnoſcunt Evangelii ſapientiam, quum illud recipiunt. b 8. Quod plerique repudiant, electi amplectuntur. *Luc. 10. 13. c 8. Superbi Evangelium oblatum ſuo maximo malo rejiciunt, quod parvulis cedit ſaluti. d Judæi vicinos Tyrios & Sidonios pro nefandis Dei contemtoribus habebant. e Veterum fuit conſuetudo in ſacco & cinere lugere.

sent usque ad hodiernum diem.

24 Quinetiam dico vobis, terrę Sodomorum tolerabilior erit conditio in die judicii, quàm tua.

25 * In illo tempore [f] respondens Jesus dixit, Gloriam tibi tribuo Pater Domine cæli & terræ, quòd hæc occultaveris a sapientibus & intelligentibus: & ea [g] retexeris infantibus.

26 [n] Etiam Pater, [i] quia ita placuit tibi.

27 *k l Omnia mihi tradita sunt à Patre meo: & [m] nemo novit Filium [n] nisi Pater, neque Patrem quisquam novit nisi Filius, & cuicumque voluerit Filius retegere.

28 Venite ad me omnes qui fatigati estis & onerati, & ego faciam [o] ut requiescatis.

29 Attollite jugum meum in vos, & discite à me quòd mitis sim & humilis corde: * & invenietis requiem animabus vestris.

30 * Jugum enim meum [p] facile est, & onus meum leve est.

* Luc.10.21.
f Heb. Id est, orationē continuans. nemo enim interrogaverat.
g Ministerio Christi, qui unicus est interpres universæ veritatis rerū divinarum.
h Hac particula declarat se in Patris consilio acquiescere.
i Sola voluntas Dei justitię norma.
* Io.3.35. & 13.3.
k 11. nulla nisi in uno Christo vera Dei notitia, nulla animi trāquillitas.
l Omnia sibi à patre tradita esse dicit, ut sciam? in ipso habitare Deitatis plenitudinem.
m Hoc dicit, ne sua majestas perperàm æstimetur ex hominum judicio.

te, mansisset usque in hunc diem.

24 Verumtamen dico tibi quòd terræ Sedom erit tolerabilius in die judicii quàm tibi.

25 In illo tempore [14] respōdit Jeschua, & dixit, Confiteor tibi, Pater mi, Domine cælorum & terræ, quòd absconderis hæc à sapientibus & prudentibus, & revelaveris ea parvulis.

26 Certè, Pater mi, quia sic fuit beneplacitum coram te.

27 Omnia tradita sunt mihi à Patre meo: & nemo novit Filium nisi Pater, neque Patrem quisquam novit nisi Filius, & cui beneplacitum erit Filio ut *id* revelet.

28 Venite ad me omnes vos laborantes & sustinentes onera, & ego refocillabo vos.

29 Tollite [15] jugum meum super vos, & discite à me quòd mitis sim, & sim humilis in corde meo: & invenietis requiē animabus vestris.

30 Jugum enim meum suave est, & onus meum leve est.

14 i. Loquutus est. Hebraiss. frequens.
15 Tam doctrina quàm castigationes quæ ab ea dependent, in veteri etiam Testamento Jugum vocantur: unde sumta est hæc metaphora, Thren.3.9. Rabbinis etiā usitatissima, ut in פרקי אבות *Pirke aboth*, cap.1. ad quam fortasse respexit Psalmista, Psal.2.3. Disrūpamus vincula eorum, &c.

n Nulla nisi in uno Christo vera Dei notitia, nulla animi trāquillitas. o Refocillatio, quam promittit, in gratuita peccatorum remissione sita est, quæ sola nos tranquillàt. * Jerem.6.16. * 1.Io.5.3. p Quod facilē fieri potest: nam mandata ejus gravia non sunt, quia omne quod genitum est ex Deo vincit mundum. hæc autem victoria, est fides.

CAPUT DUODECIMUM.

1 *Discipuli spicas vellunt.* 6 *Misericordia, sacrificium.* 10 *Arida manus sanatur.* 12 *Sabbathis benefaciendum.* 22 *Dæmoniacus sanatur.* 25 *Regnum divisum.* 31 *Peccatum. Blasphemia.* 33 *Arbor bona & mala.* 34 *Viperarum progenies.* 41 *Ninevitæ.* 42 *Regina Sabæ.* 48 *Veri parentes Christi.*

* Mar.2.23. Luc.6.1.
a 1. De vera sanctificatione sabbathi, & ejusdem abrogatione.
b Per id tempus. Hi autem verbis indicatur, hanc historiam non narrari juxta temporis seriē, sicut cōstat ex Mar. & Luca.
* Deut.23.25.
* 1. Sam.21.6.
c Hebræi panes facierum vocant, quia coram Domino appositi, tota hebdoma de manerent in aurea mensa huic cultui consecrata, Levit.24.6.
* Exod.29.32. levit.8.32. & 24.9.
d Intelligit jure communi.
* Num.28.9.
e Sacerdotes quum Dei opus faciūt sabbatho, tamen Legē non violāt: ergo multò minùs sabbathi Dominus, sabbathū violabit.
f Perstringit Pharisæos, quia non reputent quorsum mandatæ sint, & in quem finem spectent ceremoniæ. Est autem commune omnium ætatum vitium, quòd ceremoniis addicti homines charitatis officia pro nihilo ducant. * Osea 6.7. * Mar.3.1. Luc.6.6.
g 2. Legales ceremonias cum dilectione proximi minimè pugnare.

IN illo tempore ibat Jesus sabbatho per sata: discipuli verò ipsius esuriebant, cœperúntque vellere spicas, & edere.

2 Pharisæi verò, quum *hoc* vidissent, dixerunt ei, Ecce, discipuli tui faciunt * quod non licet facere sabbatho.

3 Ipse autem dixit eis, Nō legistis quid fecerit * David, quum esuriret ipse, & qui erant cum eo?

4 Quomodo introierit domum Dei, & panes [c] proposititios ederit, quibus vesci nō erat ipsi licitum, neque iis qui cum eo erant, sed * Sacerdotibus [d] solis?

5 Aut non legistis * in Lege, sabbathis Sacerdotes in templo [e] Sabbathum profanare, & inculpabiles esse?

6 Dico autem vobis, *quemdam* templo majorem hîc esse.

7 [f] Quòd si nosset is quid sit, * Misericordiam volo, & non sacrificium, non condemnasset is inculpabiles.

8 Nam Dominus est etiam sabbathi Filius hominis.

9 * [g] Et digressus illinc, venit in synagogam eorum.

10 Et ecce, quidam *illic* erat manū habens aridam: & interrogârunt eum, dicentes, Licētne sabbathis *quempiam* sanare? ut accusarent eum.

11 Ipse verò dixit eis, Quis erit ex vobis qui habeat ovem unam, &, si ea inci-

IN illo tempore ibat Jeschua in sabbatho [1] *in* loco seminum, & discipuli ejus esuriebant, & cœperunt [2] vellere spicas, & comedebant.

2 Pharisæi autem, quum vidissent illos, dixerunt ei, Ecce, discipuli tui faciunt id quod non licet facere in sabbatho.

3 Ipse autē dixit illis, Non legistis quid fecerit David, quum esuriret, & illi qui erant cum eo?

4 Quomodo ingressus est in domum Dei, & panem mensæ Domini comedit ipse, cui non licebat comedere, neque illis qui cum eo erant, nisi [3] sacerdotibus tantùm?

5 Aut non legistis in Lege, quòd sacerdotes in templo prophanant ipsum sabbathum, & quòd irreprehensibiles sunt?

6 Dico autem vobis quòd maior templo est hîc.

7 Si autem sciretis quidnam sit, Beneficentiam volo, & non victimam, non condemnaretis [4] eos qui irreprehensibiles sunt:

8 [5] Dominus enim sabbathi est Filius hominis.

9 Et progressus est illinc Jeschua, & venit in synagogam illorum.

10 Et vir [6] quidam erat ibi, cujus arida erat manus. Et interrogabant illum, ac dicebant, Nunquid licet in sabbatho [7] sanare? [8] ut accusarent eum.

11 Ipse autem dixit illis, Quisnam ex vobis est vir cui sit [9] ovis una, & si inci-

1 Id est, In agro sato.
2 Ad verb. Et cœperunt vellentes: est Participium pro Infinitivo, Hebræorum more. 1. quasi dicat, vixdū cœperant vellere spicas, quum Pharisæi, &c.
3 2. i. iis solùm qui Sacerdotes essent, si qui fortè erant in comitatu ipsius.
4 1. vel hos, qui insontes sunt & culpa vacant. quasi digito indicans discipulos.
5 Hæc Christi doctrina vetustis etiam patrum traditionibus explicatur & confirmatur. quamvis enim alioquin rigidiores sint in sabbathi observatione, tamē disertis verbis tradunt, סכנת נפשות דוחה את השבת. Item & פיקוח נפש דוחה את השבת. hoc est, Periculū animarū, *discrimen mortis*, pellit sabbathum. Vide Talmud volumine de sabbatho & de circumcisione. sic in Marc. 2. 27.

6 Ad verb. Vnus. Hebraismus jam sæpe observatus. 7 1. puta malè habentes. Ellipsis, ut inf. ψ.15. 8 Ad verb. Pervulgarent obtrectationem ejus: sicut observavimus suprà, cap. 4.3. 9 Syra vox ערבא aliis linguis inusitata: legitur autem eodem sensu Luc. quoque 15.4. & Johan. 2.14. & 10.3. atque hîc in versu sequenti, & alibi in novo Testamento sæpius. 1. Sic autē appellantur oves, eo quòd pascuū ipsarū in deserto est, quod Hebræi vocant ערבה.

derit

derit in [10] foveam in die ſabbathi non apprehendat & erigat ipſam?

12 Quantò autem excellentior eſt filius hominis quàm ovis? Quapropter licitum eſt in ſabbatho facere quod bonum eſt.

13 Tunc dixit illi homini, Extende manum tuam. Et extendit manum ſuam, & reſtituta eſt ſicut [11] ſocia ſua.

14 Et egreſſi ſunt Phariſæi, & conſilium ceperunt adverſus eum quomodo perderent ipſum.

15 Jeſchua autem cognovit, & ſeceſſit illinc. Et [12] ſequutæ ſunt eum turbæ multæ, & ſanavit [13] eos omnes.

16 Prohibuitque eis ne ſe manifeſtum facerent:

17 Ut compleretur id quod dictum fuerat [14] per manum Iſaiæ Prophetæ, qui dixit,

18 Ecce ſervus meus, in quo mihi complacitum eſt: dilectus meus in quo delectatur anima mea. Spiritum meum ponam ſuper illum, & judicium populis prædicabit.

19 Non contendet, & non clamabit, neque quiſquam audiet vocem ejus in plateis.

20 Arundinem quaſſatam non cõfringet, [15] & lucernam crepitantem non extinguet: donec proferat judicium ad victoriam.

21 Et in nomine ejus Gentes ſperabũt.

22 Tunc obtulerunt ei dæmoniacum [16] quemdam, qui erat mutus & cæcus: & ſanavit illum, ita ut mutus & cæcus loqueretur & videret.

23 Et admirabantur [17] univerſæ turbæ, ac dicebant, Numquid hic eſt filius David?

24 Phariſæi autem, quum audiviſſent, dixerunt, Hic non ejicit dæmonia niſi per [18] Beal-zebub principem dæmoniorum.

25 Jeſchua autem cognovit cogitationes eorum, & dixit illis, Omne regnum quod dividitur adverſus ſeipſum, deſtruetur: & omnis domus aut civitas quæ dividitur adverſus ſeipſam, non ſtabit.

26 Et ſi Satanas Satanam ejicit, [19] adverſus ſeipſum diviſus eſt: quomodo igitur ſtaret regnum ejus?

27 Et ſi ego per Beal-zebub ejicio dæmonia: filii veſtri per quem ejiciunt illa? propter hoc, illi erunt veſtri judices.

28 Et ſi per Spiritum Dei ego eijcio dæmonia, [20] appropinquavit vobis regnum Dei.

29 [21] Alioqui, quomodo poteſt quis intrare in domum potentis, & vaſa ejus diripere, niſi priùs vinxerit ipſum potẽtem? & tunc domum illius diripiet.

30 Qui non eſt mecum, contra me eſt: & qui non congregat mecum, [22] ſpargendo ſpargit.

31 Propterea dico vobis quòd omnia peccata & convitia remittentur filiis hominum: convitium autem quod eſt cõtra Spiritum, nõ remittetur filiis hominum.

32 Et quicumque dixerit verbum adverſus Filium hominis, remittetur illi:

[10] בחברא pro בחפרא voce uſitatiſſima Hebræis, ſed Syri פ mutãt in ב, ſimilis organi literã.

[11] Id eſt, Altera manus. Hebraiſm.

[12] Ad verb. Iverunt poſt eum. Hebraiſmus antè ſæpè obſervatus.

[13] f. i. earum turbarum omneis qui habebant malè: ut ver. 10.

[14] i. Miniſterio. Hebraiſmus antè ſæpè obſervatus.

[15] Pro lino poſuit lucernam, cui ex lino ellychniũ parari ſolet. Ex diverſa autem nota moribundam deſcribit lucernã quæ crepitet: ſenſu autem eodem.

[16] Ad verb. Unũ. Hebraiſm.

[17] Erat כלהתון: ſed alterũ è duobus ה *he* redũdat: quapropter כלהון poſuimus, & ita habet manuſcriptus codex.

[18] Vide de Bealzebub, Matth. 10. 25.

[19] Ad verb. Adverſus animam ſuã, Hebraiſmus.

[20] f. Syrè, appropinquavit ſibi ad vos. Pleonaſmus frequens, de quo ſuprà 4. 10.

[21] f. Syrè, aut quomodo, &c. vide ſuprà in 7. 9.

[22] Pro, Prorſus ſpargit. Hebraiſmus.

derit Sabbatho in foveam, non apprehẽdat eam & erigat?

12 Quantum autem homo præſtat ovi? Itaque licet ſabbathis benefacere.

13 Tunc dixit homini illi Protende manum tuam. Et *is* extendit: eſtque reſtituta ſana ut altera.

14 [h] Phariſæi verò egreſſi ceperunt cõſilium adverſus eum, ut eum perderent.

15 Jeſus autem quum *hoc* noſſet, [i] ſeceſſit illinc, ſequutáque eſt eum turba multa, ſanavítque eos omnes.

16 Et interminatus eſt eis ne ſe manifeſtum facerent:

17 Ut impleretur quod dictũ erat per Eſaiam Prophetam, dicentem,

18 * Ecce ſervus ille meus, quem elegi: dilectus ille meus, in quo acquieſcit anima mea: ponam Spiritum meum ſuper eum, & [k] judicium Gentibus annunciabit.

19 [l] Non litigabit, neque clamitabit, neque audiet quiſquam in plateis vocem ejus.

20 Arundinem quaſſatam nõ confringet, & linum fumigans non exſtinguet: uſquedum [m] protulerit ad victoriam judicium:

21 [n] Et in ejus nomine Gentes ſperabunt.

22 * [o] Tunc oblatus eſt ei dæmoniacus cæcus & mutus: & ſanavit eum, adeò ut qui cæcus ac mutus *fuerat*, & loqueretur & videret.

23 Et obſtupuit [p] tota turba, dicebátque, Nónne iſte eſt filius ille Davidis?

24 Phariſæi verò, quum *hæc* audiſſent, dicebant, * Iſte non ejicit dæmonia niſi per Beelzebulem principem dæmoniorum.

25 [q] Jeſus autem, quum ſciret cogitationes eorum, dixit eis, Omne regnum [r] diſſidẽs adverſus ſeſe vaſtatur: & omnis urbs aut domus diſſidens adverſus ſeipſam, non ſtabit.

26 Sed ſi Satanas Satanam ejicit, adverſus ſeipſum diſſidet: quomodo ergo ſtabit regnum ejus?

27 Et, ſi ego per Beelzebulem ejicio dęmonia, [s] filii veſtri per quem *ea* ejiciũt? propterea ipſi erunt veſtri [t] judices.

28 Sin autem per Spiritum Dei ego ejicio dæmonia, nẽpe pervenit ad vos regnum Dei.

29 [v] Nam quomodo poteſt aliquis ingredi domum potentis *alicujus*, & [x] vaſa ejus diripere, niſi primò vinxerit potentem illum, & tunc domum illius diripiet?

30 Qui non eſt mecum, adverſum me eſt: & qui non cogit mecum, ſpargit.

31 * Propterea dico vobis, quodvis peccatum & blaſphemia remittetur hominibus: [y] blaſphemia verò in [z] Spiritum non remittetur hominibus.

32 Et quiſquis loquutus fuerit adverſus Filiũ hominis, remittetur ei: quiſquis

[h] 1. Quatenus & quo reſpectu cedendum indomito impiorum furori.

[i] Id eſt, ſe ab eorum conſpectu ſubduxit, ne acueret eorum rabiẽ, tanquam porcorum & canum, ſup. 7. 6. * *Eſai. 42. 1.*

[k] Officiũ Chriſti breviter deſignat Propheta, quũ fore prædicit ut judicium Gẽtibus proferat. Judicii autem nomine compoſitum ſtatũ intelligit, quia videlicet à Chriſto vera religio erat inter Gẽtes promulganda, ejectis ſuperſtitionib^ũ. Quod ubicumq; fit, ibi regnare dicitur Dominus, & judicare, id eſt, rebus præeſſe, & illas moderari.

[l] Non erit tumultuoſus Chriſti adventus, quia regio apparatu ſplẽdoreq; externo carebit.

[m] Cũ vi quadã (fruſtrà obſiſtente mundo & Satana) feret ſententiã & judicium, qui ſe victorem declaret omnium inimicorum ſuorum.

[n] Etiam Gentibus Chriſti gratia cõmunis erit.

* *Suprà 9. 32. Luc. 11. 14.*

[o] 1. Manifeſtiſſima etiam veritas, impiorũ calumniis eſt obnoxia: ſed ea nihilominùs eſt fortiter aſſerenda.

[p] Græcũ verbum ſignificat præ admiratione apud ſe nõ eſſe, & de ſtatu mentis dejici, unde ecſtaſis.

* *Suprà 9. 34. Mar. 3. 22. Luc. 11. 15.*

[q] 1. Chriſti & Satanæ regna ſimul cõſiſtere non poſſunt.

[r] In partes diſtractum, unde naſcuntur ſeditiones.

[s] Heb. veſtrates vel veſtri, ſive de diſcipulis hoc intelligamus, ſive de exorciſtis illis quorum exẽplum refertur Act. 19. 13.

[t] Veſtra vitia (etiam tacentes) virtutibus ſuis condemnabunt.

[v] His verbis ſignificat Chriſtus fruſtrà homines liberationẽ ſperare, donec violento cõflictu ſubactus fuerit Satã.

[x] Res & ſupellectilẽ, Hebraiſ.

* *Mar. 3. 28. Luc. 12. 10. 1. Joh. 5. 13.*

[y] 1. De blaſphemia in Spiritum ſanctum.

[z] Probro afficiunt ſpiritum Dei, qui deſtinata malitia ejus gratiam & virtutem oppugnant. i. qui habitantem in ipſis ſpiritum ſcientes extinguere conantur: qui contra proprium animi ſenſum ejus donis, & virtuti obtrectant.

autem

autem fuerit loquutus adversus Spiritum sanctum, non remittetur ei [a] neque in hoc seculo, neque in futuro.

33 Aut [b] facite arborem bonam, & fructum ejus bonum, aut facite arborem putrem, & fructum ejus putrem. nam e fructu arbor cognoscitur.

34 [c] Progenies viperarum, quomodo possitis bona loqui, quum sitis mali? *[d] nã ex redundantia cordis os loquitur.

35 Bonus homo è bono thesauro cordis profert bona: & malus homo ex malo thesauro profert mala.

36 [e] Sed dico vobis, quodcumque verbum otiosum loquuti fuerint homines, de eo reddituros rationem in die judicii.

37 Ex sermonibus enim tuis justificaberis, & ex [f] sermonibus tuis condemnaberis.

38 [g] Tunc responderunt quidã è Scribis ac Pharisæis, dicentes, Præceptor, *velimus ex te signum videre.

39 Ipse verò respondens, dixit eis, Gẽs mala & [h] adulterina signum requirit, sed signum non dabitur ei nisi signum illud Jonæ Prophetæ.

40 *Sicut enim fuit Jonas in ventre ceti tres dies & tres noctes, ita erit Filius hominis in [i] corde terræ tres dies & tres noctes.

41 [k] Ninevitæ resurgent in judicio cũ gente ista, & condemnabunt eam: *quòd ipsi resipuerint ad præconium Jonæ: & ecce, plus quàm Jonas *est* in hoc loco.

42 *Regina [l] Austri surget in judicio cum gente ista, & cõdemnabit eam: quòd venerit à [m] terminis terræ ut audiret sapientiam Solomonis: & ecce, plus quàm Solomon *est* in hoc loco.

43 Cæterùm quum impurus spiritus exierit à quopiam, [n] ambulat per arida loca, quærens requiem, & non invenit.

44 Tũc dicit, [o] Revertar domum meã, unde exivi. Et quũ venit, invenit *eam* vacantem, [p] versam & ornatam.

45 Tunc abit & accipit secum [q] septem alios spiritus pejores quàm ipse *sit*: & ingressi habitant illic, * fitq; ultima conditio hominis illius deterior priore. ita etiã erit genti isti malæ.

46 *[r] Quum autem adhuc loqueretur turbæ, ecce, mater & fratres ejus adstiterunt foris, quærentes ejus colloquium.

47 Dixit autem ei quidam, Ecce, mater tua & fratres tui foris adstant, quærentes tuum colloquium.

48 Ipse verò respondens dixit illi qui *hoc* ei dixerat, quæ est mater mea, & qui sunt fratres mei?

49 Et protensa manu sua in discipulos suos, dixit, [s] Ecce mater mea & fratres mei:

50 Quisquis enim fecerit [t] quod vult Pater ille meus qui est in cælis, is est meus frater, & soror, & mater.

quicumque autem adversus Spiritũ sanctum [23] dixerit, non remittetur illi neque in seculo hoc, neque in seculo futuro.

33 Aut facite arboré bonam, & fructus ejus bonos: aut facite arborem vitiosam, & fructus ejus vitiosos. a fructibus enim suis cognoscitur arbor.

34 Progenies viperarũ, quomodo potestis vos bona loqui, qui estis mali? Ex his enim quæ abundant in corde, loquitur os.

35 Homo bonus ex thesauris bonis profert bona: & homo malus ex thesauris malis profert mala.

36 Dico enim vobis quòd de omni verbo otioso quod dixerint filii hominũ, reddituri sunt rationem in die judicii.

37 Ex dictis enim tuis justificaberis, & ex dictis tuis condemnaberis.

38 Tunc responderunt quidam ex Legisperitis, & ex Pharisæis, & dixerunt illi, Præceptor, volumus videre ex te signũ.

39 Ille autem respõdit, & dixit eis, Generatio mala & adultera signum quærit, & signum nõ dabitur ei, nisi signum Jaunan Prophetæ.

40 Sicut enim fuit Jaunan in ventre piscis tribus diebus ac tribus noctibus: sic erit Filius hominis in corde terræ tribus diebus & tribus noctibus.

41 Homines Ninivitæ surgent in judicio cum generatione hac, & condemnabunt eam: quòd ipsi conversi sint per prædicationem Jaunan: & ecce, [24] qui major est Jaunan, hîc *est*.

42 Regina Austri surget in judicio cũ generatione hac, & condemnabit eam: quòd venerit à limitibus terræ, ut audiret sapientiam Scheleiemum, & ecce, excellentior quàm Scheleiemum *est* hîc.

43 Quum autem spiritus immundus egreditur à filio hominis, circumambulat loca [25] in quibus non sunt aquæ: & quærit quietem, & non invenit.

44 Tunc dicit, Revertar in domum meam ex qua egressus sum. Et venit, reperit esse [26] vacantem, & versam, & præparatam.

45 Tunc abit, accipit secum septem spiritus alios qui se deteriores sunt: & ingrediuntur, & habitant in ea, & fit finis hominis illius pejor quàm principium ejus. sic erit generationi huic pravæ.

46 Quum autem ipse loqueretur turbis, venerunt mater ejus & fratres ejus, stantes foris, & quærentes ut loquerentur cum eo.

47 Dixit autem ei [27] quidam, Ecce, mater tua & fratres tui stant foris, & quærũt ut loquantur tecum.

48 Ipse autem respondit, & dixit ei qui renunciaverat sibi, Quæ est mater mea, & qui sunt fratres mei?

49 Et extendit manum suam in discipulos suos, & dixit, Ecce mater mea, & ecce fratres mei.

50 Quisquis enim facit volũtatem patris mei qui in cælis est, ipse est frater meus, & soror mea, & mater mea.

[a] Nec in hac vita, nec post mortem, id est, nunquam.

[b] i. aut agnoscite me bonũ esse & bene agere: aut me malum esse, ac proinde malè agere.

[c] a. Hypocritę tãdem seipsos suo testimonio produnt.

* *Luc.6.45.*

[d] Sicuti etiam veteri proverbio lingua vocata est charactec mentis.

[e] Vanæ & inutiles nugæ, in quibus pleriq; vitam terunt.

[f] Sermo perversus, ut index est latentis malitiæ, ad damnandum hominem sufficit.

[g] b. Adversus præposteros miraculorum flagitatores.

* *Infrà 16.1. Luc.11.29. 1. Cor.1.22.*

[h] Illegitimæ, quæ defecit à fœdere Abrahæ, vel quia reliquit verum Dei cultum.

* *Jonæ 2.1.*

[i] In sepulcro, id est, in visceribus terræ.

[k] b. Docet Christus tristi Judæorum exẽplo, nullos esse infœliciores quàm qui accensam in se Evangelii lucẽ exstinguunt.

* *Jonæ 3.5.*

* *1. Reg.10.1. 2. Par.9.1.*

[l] Metidiei. Loquitur autem de Regina Sabæ i. Sabęorũ: quæ regio Judææ respectu est meridionalis. 1. Reg.10.

[m] Sabæa enim sita est in extremo Arabiæ fœlicis litore, ad sauces sinus Arabici.

[n] Metaphoricè hoc dictum, quia triste diabolo exilium est, & squalido deserto simile, extra homines habitatio.

[o] Sensus est, Nunquam locum in nobis magis cõmodum. Satanæ esse, quàm dũ Christo valere jusso illum hospitem admittimus.

[p] i. mundatam scopis. Similitudo sumta ab iis quos mundities & nitor in hospitiis delectat.

[q] Septenarius numerus hîc indefinitè, ut alibi sæpè capitur. * *Heb.6.4. & 10.26. 2. Pet.2.20.* * *Mar. 3.31. Luc.8.19.*

[r] b. Docet Christus suo exemplo omnia esse gloriæ Dei posponẽda.

[s] b. Nulli nobis conjũctiores quàm qui sunt domestici fidei.

[t] Fidem præcipuè commendat, quæ sanctæ obedientiæ fons est & origo.

[23] r. putà conviciũ sive blasphemiam, ex antecedẽtibus. Sequentia autem verba perspicua sunt, si ad cõmunem in hominibus loquendi modum attendatur. Nam hoc seculum est in quo versamur: seculũ vẽturũ est, in quo versatur Deus, & quò cõtendimus victuri cũ Christo. In hoc seculo judicat Ecclesia, in illo judicat Deus. Hoc autem judicio ligãtur aut solvuntur peccata hîc ab Ecclesia, illic à Deo: ac proinde peccatoribus remittuntur, aut retinẽtur peccata sua à Deo, hîc mediatè per Ecclesiã, illic immediatè per se. His blasphemis, ajt Christus, omnino omni cognitione in omni loco & tẽpore retinentur. Nõ est cur aut rejectus à Deo larvam Ecclesiæ obtendat, aut ab Ecclesia rejectus de gratia Dei glorietur: quorũ illud Pharisæorum, hoc verò Antichristorũ est. Confer cũ Marci 3.29. Sic distinguuntur hoc & futurũ seculum, Matt. 10.30. Luc. 18.30. Ephes.1. 21. Heb.6.5. Est enim reipsa seculum illud penes Deũ: sed respectu nostri futurũ est, quia in eo revelabimur per gratiã Dei. Sed quid si κατὰ μείωσιν Hebræis frequẽtissimum intelligatur dictum. Non remittetur, id est citra ullã remissionem punietur, & in hac, & in futura vita. Sic Exod. 20. 7. Proverb. 11. 21. & 28. 20. & passim.

[24] r. vel majus quàm Jonas, aut plus quàm Jonas: indefinitè dictũ, ut est in contextu Græco, sic versu seq.

[25] r. id est, in hospita, quæ non possunt commodè habitari.

[26] דסרוק וחסים ומצבת, Id est, Ab habitatore vacuam, nitidã & adornatam. Vox quam vertimus *versam* peculiaris est linguæ Syrę, nec facilè invenitur in aliis scriptoribus. in novo verò Testamento recurrit in eodem sensu, Luc.11.25. atque ejusdem est derivationis ac significationis vox מסם. Luc.15.8.

[27] Ad verb. Homo. Hebraism.

CAPUT

CAPUT DECIMUMTERTIUM.

[1] *Parabola ſeminantis.* [11.34] *Cur in parabolis loquutus Chriſtus.* [18] *Expoſitio parabolæ.* [24] *Parabola Zizaniorum.* [31] *Grani ſinapis.* [33] *Fermenti.* [44] *Theſauri abſconditi.* [45] *Margaritæ.* [47] *Sagenæ jactæ in mare.* [53] *Chriſtus à Nazaræis non ſuſcipitur.*

IN illo autem die egreſſus eſt Jeſchua e domo, & ſedit juxta littus maris.

2 Et congregatæ ſunt ad illum turbæ multæ, adeò ut ingrederetur, & ſederet in navi, & univerſa turba ſtaret juxta littus maris.

3 Et multum loquebatur cum illis in parabolis, & dicebat, Ecce, egreſſus eſt ſeminator ad ſeminandum.

4 Et quum ſeminaret, fuit quod caderet [1] juxta viam: & venerunt aves, & comederunt ipſum.

5 Et aliud cecidit ſuper petrã, ita ut non eſſet terræ multum: & eadem hora [2] exortum eſt, propterea quòd nulla eſſet profunditas terræ.

6 Quum autem ortus eſt ſol, [3] calorem ſenſit, & quia non erat ei radix, exaruit.

7 Et aliud cecidit [4] *in* locum ſpinarum: & aſcenderunt ſpinæ & ſuffocaverunt ipſum.

8 Et aliud cecidit in terram bonam, & dedit fructus: [5] eſt quod *dedit* centum, & eſt quod ſexaginta, & eſt quod triginta.

9 Is cui ſunt aures ut audiat, audiat.

10 Et acceſſerunt diſcipuli ejus, & dixerunt ei, Quare in parabolis loqueris cum illis?

11 Ipſe autem reſpondit, & dixit eis, Quia vobis eſt datum noſſe myſterium regni cælorum, illis autem non eſt datum.

12 Illi enim cui eſt, dabitur, & reddetur abundantior: & cui non eſt, [6] etiã id quod eſt ei auferetur ab eo.

13 Propterea in parabolis loquor cum illis, quia vident & non vident: & audiũt ac non audiunt, neque intelligunt.

14 Et completur in illis vaticiniũ Iſaiæ, qui ait, Quòd audiendo audietis, & non intelligetis: & videndo videbitis, & non cognoſcetis.

15 Incraſſatum enim eſt cor populi hujus, & auribus ſuis graviter audierunt, & oculos ſuos [7] clauſerunt: ut non viderent oculis ſuis, & audirent auribus ſuis, & intelligerent corde ſuo, & converterentur, & ſanarem eos.

16 Veſtri autem beati ſunt oculi qui vident, & aures veſtræ quæ audiunt.

17 Ammin enim dico vobis, quòd multi Prophetæ & juſti concupiverunt ut viderent id quod videtis vos, & non viderunt: & audire id quod auditis vos, & non audiverunt.

18 Vos autem audite parabolam ſeminis.

19 Omnis qui audit ſermonem regni, & non intelligit ipſum, venit Malus & rapit ſermonem ſeminatum in corde ejus: hoc eſt quod ſeminatum erat [8] juxtã viam.

20 Id autem, quod ſupra petram ſeminatum fuit, eſt is qui audit ſermonem, & eadem hora cum gaudio excipit illum.

21 Non eſt autem illi radix in eo, ſed temporarius eſt: & quum fuerit afflictio

ILlo [a] verò die egreſſus Jeſus domo, ſedit apud mare.

2 Et coacta eſt ad eũ turba multa, adeò ut navigium ingreſſus ſederet. tota autem turba in littore adſtabat.

3 Et loquutus eſt eis multa per [b] parabolas, dicens, Ecce, *quidam* ſator exiit ad ſerendum.

4 Et quum is ſeminaret, alia quidem ceciderunt ſecundùm viam: & venerunt volucres, & devoraverunt ea.

5 Alia verò ceciderunt in petroſa, ubi non habebant terram multam: & ſtatim exorta ſunt, propterea quòd non habebant profundam terram:

6 Sole autẽ exorto, ardore tacta ſunt, & propterea quòd non habebant radicem, exaruerunt.

7 Alia verò ceciderunt in ſpinas: & [c] aſcenderunt ſpinæ, & ſuffocârunt ea.

8 Alia verò ceciderunt in terram bonam, & ediderunt fructum, aliud quidem centena, aliud verò ſexagena, aliud verò tricena.

9 [d] Qui habet aures ad audiẽdũ, audiat.

10 Tunc accedentes diſcipuli, dixerunt ei, Quare per parabolas loqueris eis?

11 [e] Ipſe verò reſpondens, dixit eis, [f] Quia vobis datũ eſt noſſe myſteria regni cælorum, illis autem non eſt datum.

12 *Quiſquis enim habet, [g] dabitur ei, & amplius habebit: quiſquis autem non habet: etiam quod [h] habet tolletur ab eo.

13 Propterea per parabolas loquor eis, quia videntes non vident, & audientes non audiunt, nec intelligunt.

14 *Itaque completur in ipſis prophetia Eſaiæ, quæ dicit, Auditu audietis, & non intelligetis: & videntes videbitis, & non [i] cernetis.

15 Craſſum factum eſt enim cor populi hujus, & auribus graviter audierunt, & oculis ſuis conniverunt: ne quando cernãt oculis, & auribus audiant, & corde intelligant, & ſe [k] convertant, & ſanem eos.

16 [l] Veſtri verò beati ſunt oculi, quòd videant: & aures veſtræ, quòd audiant.

17 *Amen enim dico vobis, multi Prophetæ & juſti deſiderârunt videre quæ videtis, & non viderũt: & audire quæ auditis, & non audierunt.

18 Vos igitur audite parabolã ejus qui ſeminat.

19 *[m] Quoties [n] quiſpiam audit ſermonem de [o] regno illo, & non attendit, venit ille Malus, & rapit quod ſatũ eſt in [p] corde ipſius, is eſt qui ſecundùm viam [q] ſemen excepit.

20 Qui verò in petroſa ſemen excepit, is eſt qui ſermonem audit, & eum ſtatim cum gaudio excipit:

21 Non habet autem radicem in ſeſe, ſed [r] temporarius eſt: ortáq; compreſſio-

[1] Ad verb. Juxta manũ vel locũ viæ. F. vel in ſpariũ viæ; quod eſt evidentius hîc, & infrà verſ. 19. aut etiam ad latus viæ, ut infrà 20. 30. Hebraiſmus frequens.

[2] Syrum verbũ, שוה proprié convenit e terra naſcẽtibus, & ſignificat. E terra prodire. quod ideo annotare libuit, quia a noſtris lexicis prætermittitur: quamquã Rabbi Nathan auctor ערוך Talmudici, ipſum adducit in radice שוה, atque exẽplis aliquot hanc ejus eſſe ſignificationẽ confirmat.

[3] Ad verb. Calefactum eſt.

[4] Reticetur præpoſitio ex Hebraiſmis ut antè obſervavimus, cap 9. 9. Quamquam poſſit ב poſitũ eſſe loco ב inter: quod ſæpè fit in Syra & Chaldæa lingua, tuncq; vertendum eſt, Et aliud cecidit inter ſpinas, &c. F. nã literæ ב & ת apud Hebræos, Chaldæos, & Syros plurimùm cõmutantur.

[5] Pro, Aliud centum, & aliud ſexaginta, & aliud triginta: & eodem modo paulò infrà.

[6] i. Quod putat ſibi eſſe, ut declarat Lucas cap. 8 18.

[7] Syrè, עמצו ab Hebræo עצמו, per literarum trãſpoſitionẽ. Significat autem Claudere, occludere. Quo verbo, ita literis trãſpoſitis, etiam Chaldæi ſcriptores frequenter utuntur.

[8] Ad verb Juxta manũ vel locum viæ, ut antè obſervavimus. Hebraiſmus.

[a] B. Chriſtus propoſito ſatoris ænigmate, declarat ſemen vitæ impari ſucceſſu in mundo ſeri, quòd videlicet plerique vel non admittant, vel adoleſcere nõ ſinant.

[b] i. Comparationes & ſimilitudines, quæ quamvis plerumque tẽ de qua agitur illuſtrent, tamẽ quum perpetuã metaphorã conſtituãt, ænigmaticæ ſunt.

[c] Excreverunt.

[d] Alii ſunt auriti, alii ſunt ſurdi, nec tamen ſua induſtria aptãt ſibi aures & formãt homines, ſed a Domino perforantur.

[e] B. intelligentiæ & fidei donum eſt proprium electorum, reliquis juſto Dei judicio excæcatis.

[f] Hujus diſcriminis non alia reperietur cauſa, niſi quòd ad ſe vocat Deus quos gratuitò elegit.

*Infrà 27. 29.

[g] In filiis ſuis locupletandis nunquam fatigatur Deus.

[h] Etiam quod ſe putat habere.

*Eſa. 6. 9. Mar. 4. 12. Luc. 8. 10. Joh. 12. 40. Act. 8. 26. Rom. 11. 8.

[i] Perſpicietis, ut animi etiã illam notionẽ intelligat.

[k] Hebr. id eſt, reſipiſcant.

[l] B. Potior eſt Eccleſiæ præſentis cõditio, quàm Patrum qui fuerunt ſub Lege.

*Luc. 10. 24.

*Mar. 4. 11. Luc. 8. 11.

[m] Summa eſt: doctrinam Evãgelii, quum inſtar ſeminis ſparſa eſt, non ubiq; eſſe fructiferam: quia non ſemper in terram fœcũdam & bene cultã incidit.

[n] Ad verb. Omni audiente, ut univerſalis nota ad tempus nõ ad perſonam referatur.

[o] Cæleſti & æterno.

[p] Satio iſta ad auditionẽ refertur ſine intelligentia, etiamſi cordis fiat mentio: nam ſive excipiatur ſemen animo, ſive non, qui tamẽ ſeminat, animo ſeminat.

[q] Ad verb. ſatus. Homo enim hîc dicitur ſatus, ut ager ſatus. Conſitum Latinè cõmodiùs dixeris.

[r] Ad quoddam tempus durat, eſt herba quaſi certi temporis.

ne vel

ne vel perſequutione propter ſermonẽ, ſtatim offenditur.

22 Qui verò in ſpinas ſemen excepit, is eſt qui ſermonẽ audit:ſed ſolicitudo ſeculi hujus, & [s] fallacia divitiarum ſuffocat ſermonem, qui fit fructus expers.

23 Qui verò in terram bonam excepit ſemen, is eſt qui ſermonem audit &intelligentiam intendit, qui videlicet fructum fert: editque alius quidem centena, alius ſexagena, alius verò tricena.

24 [t] Aliam parabolam propoſuit eis, dicens, Simile eſt regnum cælorum homini ſerenti bonum ſemen in agro ſuo.

25 Quum autem dormirent homines, venit ejus inimicus, & ſevit zizania inter triticum:& abiit.

26 Quum verò germinaſſet herba, & fructum edidiſſet, tunc apparuerũt etiam zizania.

27 Accedentes autem ſervi patrisfamiliâs, dixerunt ei, Domine, nónne bonum ſemen ſeviſti in tuo agro? unde ergo habet zizania?

28 Ille verò dixit eis, Inimicus quiſpiã hoc fecit. Servi autem dixerũt ei, Vis igitur abeamus & colligamus ea?

29 At ille dixit, Non: ne colligendo zizania, eradicetis ſimul cum eis triticum.

30 Sinite utraque ſimul creſcere uſque ad meſſem:& tempore meſſis dicam meſſoribus, Colligite primùm zizania, & ligate ea in faſciculos, ad exurendũ ea: triticum verò cogite in horreum meum.

31 *Aliam parabolam propoſuit eis, dicens, [v] Simile eſt regnum cælorum grano ſinapis, quod acceptum quiſpiam ſevit in agro ſuo:

32 Quod minimũ quidem eſt omnium ſeminum: quum autem excreverit, maximum eſt olerum:&arboreſcit:adeò ut veniant volucres cæli & [x] nidulentur in ramis ipſius.

33 *Aliam parabolam loquutus eſt, eis, *dicens*, Simile eſt regnum cælorum [y] fermento, quod acceptum mulier indidit in farinæ [z] ſata tria, uſquequò fermentaretur tota.

34 Hæc omnia loquutus eſt Jeſus per parabolas ad turbam:*& [a] abſque parabola nihil loquutus eſt eis.

35 Ut compleretur quod dictum fuit per Prophetam, dicentem, * [b] Aperiã per parabolas os meum: eructabo occultata à jacto mundi fundamento.

36 Tunc dimiſſa turba venit domum Jeſus, & adierunt eum diſcipuli ejus, dicẽtes, Ediſſere nobis parabolam zizaniorum agri illius.

37 [c] Ipſe verò reſpondens, dixit eis, Qui ſeminat bonum ſemen eſt Filius hominis:

38 Ager autem, eſt mundus: bonum verò ſemen, ſunt [d] filii regni: zizania verò, ſunt filii illius Mali.

39 Inimicus autem qui ſeminavit ea, eſt diabolus: *meſſis verò, conſummatio ſeculi eſt: meſſores autem, Angeli ſunt.

aut perſequutio propter ſermonem, continuò offenditur.

22 Quod autem [9] *in* loco ſpinarum ſeminatum fuit, is eſt qui audivit ſermonẽ: & cura ſeculi hujus, & deceptiones divitiarum ſuffocant ipſum ſermonem, & infrugifer redditur.

23 Cæterùm illud quod in bonam terram ſeminatũ fuit, is eſt qui audit ſermonem meum, & intelligit: & reddit fructus, & facit, [10] eſt qui centum, & eſt qui ſexaginta, & eſt qui triginta.

24 Aliam parabolam [11] propoſuit illis, & dixit, Simile eſt regnum cælorum viro qui ſeminavit ſemen bonum in agro ſuo.

25 Et quum dormirent homines, venit inimicus illius, & ſeminavit [12] zizania inter triticum, & abiit.

26 Quum autem protuliſſet herbam, & feciſſet fructus, tunc conſpecta ſunt etiam zizania.

27 Et acceſſerũt ſervi [13] domini domus, & dixerunt illi, Domine noſter, nónne bonum ſemen ſeminaſti in agro tuo? undenam ſunt in eo zizania?

28 Ille autem dixit eis, Homo inimicus fecit hoc. Dicunt ei ſervi ejus, Vis tu *ut* euntes [14] colligamus ea?

29 Ille autem dixit eis, [15] Ne, dum colligetis zizania, eradicetis cum illis etiam triticum,

30 Sinite *ut* creſcant ambo pariter uſq; ad meſſem: & in tempore meſſis dicam meſſoribus, Colligite priùs zizania, & ligate ea *in* faſciculos ut comburantur: triticum verò colligite in horrea mea.

31 Aliam parabolam propoſuit eis, & dixit, Simile eſt regnum cælorum grano ſinapis, quod accipiens homo ſeminavit in agro ſuo.

32 Et illud eſt minimũ omnium ſeminum: poſtquam autem excrevit, maximũ eſt omnium olerum, & [16] fit arbor: adeò ut venientes aves cælorum nidulentur in [17] ramis illius.

33 Aliam parabolam dixit illis, Simile eſt regnum cælorum fermento illi quod accipiens mulier, recondidit in tribus [18] ſatis farinæ, donec totum fermentaretur.

34 Hęc omnia loquutus eſt Jeſchua per parabolas ad turbas, & ſine parabolis non loquebatur cum illis.

35 Ut compleretur id quod dictũ fuerat [19] per Prophetam, qui dixit, Aperiã os meum in parabolis, & eructabo abſcondita, quæ *fuerunt* ante fundationẽ mundi.

36 Tunc dimiſit Jeſchua turbas, & venit in domum. Et acceſſerunt ad eum diſcipuli ejus, & dixerunt ei, Explica nobis parabolam illam zizaniorum & agri.

37 Ille autem reſpondit, & dixit illis, Is qui ſeminavit bonum ſemen, eſt Filius hominis.

38 Et ager eſt mundus: ſemen autẽ bonum, filii ſunt regni: zizania autem, ſunt filii illius Mali.

39 Inimicus autem qui ſeminavit ea, eſt Satanas: meſſis verò eſt conſummatio mundi: meſſores autem, Angeli.

[s] Ad verb. extra viã abductio. Quotquot autem ſunt carnis noſtræ affectus (quorum innumera eſt copia & varietas) meminerimus totidẽ eſſe noxas ad corrũpendum vitæ ſemen.

[t] B. Chriſtus alio ænigmate mali ſeminis cũ bono permixti, docet nunquam fore penitus liberã Eccleſiam ab offendiculis, tum in doctrina, tũ in moribus, donec advenerit dies ille inſtaurationi rerum omnium deſtinatus.

*Mar.4.30. Luc.13.18.

[v] B. Deus regnũ ſuũ à tenuiſſimis principiis auſpicatur, ut inſperati progreſſus meliùs illuſtrent ejus potentiam.

[x] Suprà 8.20. *Luc.13.20.

[y] Fermenti nomen, aliquãdo malè ſonat, hîc verò ſimpliciter tenenda eſt applicatio ad præſentẽ cauſam: cæterùm hæc parabola eamdem cum præcedenti ſignificationem habet.

[z] Modios quatuor & ſemis: nam ſeah mẽſura fuit rerũ aridarum, ſeſquimodium continens.

*Mar.4.34.

[a] Genus dicẽdi ſequut⁹ eſt, aptum & congruũ auditorib⁹ quos ſciebat nondũ ſatis eſſe ad diſcendũ paratos.

* Pſal.77.2.

[b] Hebr. loquar in parabolis.

[c] B. Explicatio ſuperioris ænigmatis, de bono & malo ſemine.

[d] Qui ita ſunt in Eccleſia, ut etiam ſint de Eccleſia. Regni autem ſimpliciter dicit: nã ſolùm regnum cælorum verè regnum eſt, reliqua ſunt potiùs inanes ſpecies.

*Apoc.14.15. Joel.3.13.

[9] Cum præpoſitionis tericẽtia, vel בתוך pro בין interponitur: ut paulò antè obſervavimus, ut vertendum ſit, Inter ſpinas.

[10] Pro, Alius cẽtum: ut paulò antè.

[11] F. Syrè, בחידה, ænigmaticè vel parabolicè propoſuit. ſic deinceps.

[12] Græcã vocẽ retinet, ſicut etiam infrà.

[13] F. בעל הבית, ad verbum: Latini patrẽfamiliâs vocãt. ſic infrà 52.

[14] נבבא, quod reſpõdet Hebręo קשש. Collegit. eſt autem tertia thematis, quę erat ב, mutata in נ, quod etiam in Hebręa lingua in geminatis aliquando fit, ut concurſus ſimilium literarum vitetur.

[15] F. Ellipſis frequens ὡς ὑπόφασις, & reſponſionibus quibuſque ajentibus & negantibus, cujus index eſt ſua ætiologia: ut Gen. 20. 11. & 27.20. & infrà 16. 7. & 8. & 20.7. & 25.9.

[16] In Talmud Jeroſolymitano, in tractatu De angulo agri, cap.2. legitur quemdam Simonẽ filium Halaphtha, retuliſſe ſe habere in prædio ſuo plãtam ſinapis tãtę magnitudinis ut ipſe in ſummitatem ramorũ ejus poſſet cõſcendere, veluti in ficum. Itẽ alius ibidẽ refert de alia plãta ſinapis, cujus tres eſſent rami quorum unus incurvatus fuit ad umbraculum faciendum figulis qui ſub eo in æſtate operabantur. ex quo ramo tãdem tres cabi ſeminis fuerũt collecti, id eſt, dimidius modius. Quamvis autem eximia fuerit terræ ſanctæ ubertas, nolim tamen pro compertis obtrudere: tantùm protuli ut locum aliqua ex parte illuſtrarẽ. F. ſimile de hyſſopo, infrà Joan.19.29.

[17] בסוכות. Eſt ſicut Hebraicum בענפיה: & eſt frequenter in uſu apud ſcriptores Hebræos & Talmudicos. imò etiam in Bibliis reperitur, ſed ſcriptum eſt cum ע quod literæ ס æquivalet, Jud.9.48 & 49. [18] F. vide ſuprà in 5.15. [19] Ad verb. Per manum Prophetæ.

40 Sicut igitur colliguntur zizania, & comburuntur igni, sic erit in consummatione seculi hujus.

41 Mittet Filius hominis angelos suos, & colligent e regno illius omnia scandala,& omnes facientes iniquitatem.

42 Et cõjicient illos in fornacem ignis: ibi erit ploratus & stridor dentium.

43 Tunc justi fulgebunt sicut sol in regno Patris sui. Is cui sunt aures ut audiat, audiat.

44 Rursum simile est regnum cælorũ thesauro qui est abscõditus in agro,quem quum invenit homo, abscondit quoque, & prę gaudio,abiens vendit quicquid est ei, & emit agrum illum.

45 Rursum simile est regnum cælorum homini mercatori qui quærebat margaritas optimas.

46 Quum autem invenit margaritam unam [20] pretiosam,abiens vẽdit quicquid est ei,& emit eam.

47 Rursum simile est regnum cælorum verriculo quod projectum est in mare, & ex omni genere congregat.

48 Et quum impletum est, subduxerũt ipsum ad littus maris, & sedentes, collegerunt:& [21] bonos injecerunt in vasa,malos autem projecerunt foras:

49 Sic erit in consummatione seculi: exibunt Angeli:& separabũt malos e medio justorum.

50 Et projicient illos in fornacẽ ignis: ibi erit ploratus & stridor dentium.

51 Ait illis Jeschua,Intellexistis omnia hæc?Dicunt illi,Etiam Domine noster.

52 Dixit illis,Propterea omnis legisperitus qui [22] edoctus est ad regnum cælorũ,similis est homini domino domus,qui depromit e thesauro suo nova & vetera.

53 Et factũ est ut postquã [23] finisset Jeschua sermones hos,digrederetur illinc,

54 Et veniret in civitatem suam. Et docebat illos in synagogis illorum,ita ut miratentur,& dicerent,Unde huic sapientia hæc & virtutes?

55 Nónne hic est filius fabri?nónne mater ejus vocatur Mariã,&fratres ejus,Jaakub,& Jussi,& Schemeun,& Jehuda?

56 Et sorores ejus omnes nónne apud nos sunt?unde huic hæc omnia?

57 Et offendebantur super eo. Ipse autẽ Jeschua dixit illis, Non est Propheta qui sit [24] expers honoris,nisi in civitate sua & in domo sua.

58 Et non edidit ibi virtutes multas, propter incredulitatem illorum.

[20] יקידת דמיא Ad verb. Charam pretiis, id est, Chari pretii. Hebraismus.

[21] F.vel quæ bona erãt, injecerũt in vasa; quæ autem mala,projecerunt foras.

[22] F.Syrè,discipulũ sese præbuerit;&jussus fuerit discipulus: quod etiã sonat μαθητευθείς.

[23] F.vel absolvisset; putà enunciare,Ellipsis, ut suprà 10.23.

[24] Ad verb. Qui parvº sit. hoc est, Abjectus & infimi gradus.

40 Sicut ergo colliguntur zizania, & igni exuruntur: ita erit in consummatione seculi hujus.

41 Mittet Filius hominis [e] Angelos suos, qui colligent ex ipsius regno omnia [f] offendicula, & eos qui [g] dant operam transgressioni legis:

42 Projiciẽntq; eos in [h] fornacem ignis: illic erit fletus,stridórque dentium.

43 *Tunc justi effulgebunt ut sol,in regno patris sui. Qui habet aures ad audiẽdum audiat.

44 [i] Rursus simile est regnum cælorũ thesauro occultato in agro: quem nactus quispiam occuluit,&præ gaudio quod accipit [k] ex eo, subducit *sese*, & omnia quæ habet vendit,emítque agrum illum.

45 Rursus simile est regnum cælorum cuipiam negotiatori, quærenti pulchras [l] margaritas.

46 Qui nactus quamdam magni pretii margaritam, abiit & venundedit omnia quæ habebat,& [m] emit eam.

47 [n] Rursum simile est regnũ cælorum sagenæ jactæ in mare,& quæ [o] res cujusvis generis coëgit.

48 Quam impletam *piscatores* subduxerunt in littus:& sedentes quæ bona erant in vasa collegerunt,quæ verò [p] putria extra abjecerunt.

49 Ita erit in consummatione seculi: [q] prodibunt Angeli,& [r] segregabunt malos e medio justorum:

50 Proiicientq; eos in caminum ignis: [s] illic erit fletus & stridor dentium.

51 Dicit ei Jesus, Intellexistis hæc omnia?Dicunt ei,Etiam Domine.

52 Ipse verò dixit eis, [t] Propterea [v] omnis Scriba edoctus in regno cælorum, similis est cuipiam patrifamilias qui profert e thesauro suo nova & vetera.

53 Et factũ est quum finisset Jesus parabolas istas,ut [x] solveret illinc.

54 *[y] Et quum venisset in [z] patriã suam, docuit eos in synagoga eorum: *adeò* ut [a] percellerentur, ac dicerent, Unde huic sapientia ista & [b] virtutes?

55 Nónne iste est ille fabri filius?nónne mater ejus dicitur Maria,*& [c] fratres ejus Jacobus & Joses & Simon & Judas?

56 Et [d] sorores ejus nónne omnes apud nos sunt?unde igitur isti hæc omnia?

57 Et offendebantur in eo. Jesus autem dixit eis,*Non est Propheta inhonoratus nisi in patria sua & domo sua.

58 Neque edidit illic virtutes multas, propter incredulitatem eorum.

[e] Angelis hæ partes tribuit, quia nõ adstabũt ad Dei tribunal otiosi, sed præstò se offerent ad exsequendã ejus mandata.

[f] Metonymia, eos qui designatũt turpia, & aliis nocentia facinora.

[g] Suprà 7.23.

[h] Heb. ardentem.

*Sap.1.7. Dan.12.1.

[i] B.Quãtæ sint opes regni cęlestis,paucissimi intelligũt: nec fitquisquã earum particeps, nisi qui aliarũ omniũ rerum jactura illas redimit.

[k] Reperto.

[l] Suprà 7.6.

[m] Quãvis gratuitum sit donum Dei, vita cælestis&quicquid ad eam pertinet, dicimur tamẽ eam redimere, quã volentes privamus nos carnis desideriis.

[n] B.Multi sunt in Ecclesia,qui tamen nõ sunt ex Ecclesia, ac proinde tandẽ ejicientur: Sed plena ista repurgatio in ultimum illum diẽ differtur.

[o] Quæ colligit res varias. est autem sagena retis genus.

[p] Qualia multa e maris fundo unà cũ piscibus eruuntur,ut sunt muscus & alga.

[q] Missi à Domino.

[r] Tamquam ad certum finẽ destinatos, malos siquidem morti secũdæ, electos vitæ.

[s] Scriptura nõ potest satis exprimere pœnã, quę manet impios.hic ab effectu vult horrorem incutere.

[t] B. Sedulos esse oportet, quos non solùm sibi sapere, sed etiam aliis Dei sapiẽtiam dispensare necesse est.

[v] Suprà 2.4. [x] Navigavit,ut apparet ex Lucæ 8.22. *Mar.6.1.Luc.4.16. [y] B. Homines non sola ignorantia peccant, sed ultrò sibi accersunt offendicula,ne Deo vocanti obsequantur,sdque certa cum eorum pernicie. [z] In Nazareth. [a] Suprà 7.28. [b] Relucebant hæc duo in Christo,incomprehensibilis quædam in sermone sapientia,& divina admirabilisque virtus in opere,qua quosvis sanabat. *Joh.6.42. [c] Fratres more Hebræorum vocantur consanguinei quilibet. [d] Quæ ex familia Christi erant. *Mar.6.4.Luc.4.24.Joh.4.44.

CAPUT DECIMUMQVARTUM.

[1] Herodis Tetrarchæ judicium de Jesu. [3] Johannes quare vinctus, [10] & inde capite truncatus. [13] Secedit Jesus. [18] De quinque panibus,&c. [23] Orat Christus. [24] Apostoli jactati fluctibus. [27] Fides. [30] Petrus periclitatur. [36] Fimbria vestimenti.

IN illo autem tempore audivit Hiraudis tetrarcha famam Jeschua.

ILlo [a] *tempore audivit [b] Herodes tetrarcha famam *de* Jesu.

[a] B.In Johãne exemplũ fortitudinis invictæ, quod fididuris,qui sese voluptatibus semel dediderunt: in Herodiade & ejus filia exemplum meretriciæ lasciviæ, & fœmineæ crudelitatis. *Mar.6.14. Luc.9.7.

omnes Verbi ministri imitentur:in Herode exemplum tyrannicæ vanitatis,superbiæ,ac sævitiæ, aulicæ denique conscientiæ, & miserabilis eorum servi-

[b] Secundus: nam tres fuerunt Herodes: Primus,filius Antipatri,qui Ascalonius etiam dicitur,quo regnante natus est Christus, cujus jussu interfecti sunt pueri.Alter,dictus Antipas,Magni filius,matre Malthaca seu Martaca,qui Tetrarcha dictus est,cui auctum fuit imperium,Archelao Viennam in Gallia relegato.Tertius Agrippa Magni nepos,ex Aristobulo,qui Jacobum interfecit.

2 Et dixit [c] pueris suis, Iste est Iohannes ille Baptista: [d] ipse suscitatus est ex mortuis, & propterea [e] virtutes agunt in eo.

3 *Nam Herodes prehensum Iohannem vinxerat, & conjecerat in carcerem, propter Herodiadem uxorem Philippi fratris sui.

4 Dicebat enim ei Iohannes, Non licet tibi eam habere.

5 Et quum cuperet eũ occidere, timuerat turbam, * quòd eum haberent ut Prophetam.

6 Quum autem agerentur natalitia Herodis, saltaverat filia Herodiadis [f] in medio: & placuerat Herodi.

7 Unde cum jurejurando spoponderat se daturum ei quicquid petiisset.

8 Illa verò [g] producta à matre sua, Da mihi (inquit) hîc in patina caput Iohannis Baptistæ.

9 Et contristatus fuerat rex: sed propter iusjurandum, & eos qui simul accumbebant, [h] jusserat dari.

10 Et misso *carnifice* decollaverat Iohannem in carcere.

11 Et allatum fuerat caput ejus in patina, datúmque puellæ: & *ipsa* obtulerat illud matri suæ.

12 Et quum accessissent discipuli ejus, sustulerant corpus illius, [i] illúdque sepelierant: venerántque & renunciaverant Iesu.

13 * *Hæc* igitur quum audisset Iesus, secessit illinc e navigio in desertum locum privatim: & quum *hoc* audisset turba, pedibus sequuta est eum ab urbibus.

14 [k] Et egressus Iesus vidit multam turbam: & commiseratione intima commotus est erga eos, sanavítque eorum ægrotos.

15 *Quum autem serum diei esset, adierunt eum discipuli ejus, dicentes, Desertus est locus, & tempus jam præteriit: dimitte turbam, ut abeuntes in vicos emant sibi escas.

16 Iesus autem dixit eis, Non habent necesse abire: date eis vos quo vescantur.

17 Ipsi verò dicunt ei, Non habemus hîc nisi quinque panes & duos pisces.

18 Ipse autem dixit, Adferte mihi eos huc.

19 Et jussa turba per herbas discumbere, acceptis quinque illis panibus ac duobus piscibus, [l] suspiciens in cælum [m] benedixit: & quum fregisset, dedit discipulis panes, discipuli verò turbæ.

20 Et comederunt omnes, & saturati sunt. sustulerúntque quod superfuerat fragmentorum, duodecim [n] cophinos plenos.

21 Qui autem ederant, fuêre viri quasi quinquies mille, absque mulieribus ac puerulis.

22 Et statim adegit Iesus discipulos suos inscendere in navigium, & præire sibi in ripam alteram, dum dimitteret turbam.

23 Dimissa igitur turba ascendit [o] in montem privatim, ad orandum. *Quũ au-

[c] Servis vel famulis.
[d] Hærebat passim in hominum mẽtibus hæc superstitio, redire mortuos in hanc vitam sub alia persona, vel potiùs animas mortuorum ex Pythagoræ sentẽtia μετεμψυχωσεως facta subterranea quadam volutatione, quam Iudæorum superstitio appellat Gilgul. vide Ecclesiastici 46.23. & infrà 16.14.
[e] Per virtutes intelligit vim illam & facultatem, nõ autem effecta, ut anteà sæpè. *agunt in eo*, i. efficaces sunt in eo.
*Mar.6.17. Luc.3.19.
* Infr.21.26.
[f] Palàm & publicè.
[g] Inducta priùs & persuasa.
[h] Docet hic locus cavendum esse ne quid inconsideratè quispiam promittat: deinde ne ad levitatẽ accedat cõtumacia.
[i] Etsi nihil mortuis confert honor sepulturæ, vult tamẽ ceremoniam hãc Dominus à nobis observari, ut resurrectionis pignus.
*Mar.6.12. Luc.9.10.
[k] 2. Christus quinque panibus & duobus pisciculis maximam turbã reficiens, ostẽdit nihil defuturum iis qui regnum Dei postpositis omnibus quærunt.
*Mar.6.31. Luc.9.12. Joh.6.1.
[l] Precantis gestus.
[m] Benè precatus est, & gratias egit Deo patri. Ergo benedictionis appellatione nõ intelligimus crucis signum in aërem sparsum, aut consecrationem magicam.
[n] Mensuræ genus, siccis & aridis propriũ.
[o] Precandi in omnibus locis libertas (Paul. 1.Tim.2.) non obstat quominus secretas etiã preces suo tempore concipiamus.
*Mar.6.46. Joh.6.15.

2 Et dixit servis suis, Ipse est Iuchannan Baptista. Ipse surrexit [1] a mortuis: propterea virtutes fiunt in eo.

3 Ipse namque Hiraudis ceperat Iuchannan, & vinxerat ac conjecerat [2] *in* carcerem, propter Hiraudiadem uxorẽ Philippi fratris sui.

4 Dicebat enim illi Iuchannan, Non licet ut ea [3] sit tibi uxor.

5 Et voluisset occidere eum: [4] & metuebat a populo, quia tamquam Prophetam tenebant eum.

6 Quum autem esset [5] inter natalia Hiraudis, saltabat filia Hiraudiadis coram accumbentibus, & placebat Hiraudi.

7 Propter hoc juramento pollicitus est illi quòd daturus esset ei quicquid peteret.

8 Illa autem, quia edocta fuerat à matre sua, dixit, Da mihi hîc [6] in patina caput Iuchannan Baptistæ.

9 Et indoluit rex: propter iusjurandum autem & accumbentes, iussit ut daretur ei.

10 Et [7] mittens amputavit caput Iuchannan [8] *in* carcere.

11 Et allatum est caput ejus in patina, & datum est puellæ, & attulit ipsum ad matrem suam.

12 Et accedentes discipuli ejus, sustulerunt corpus ejus, & sepelierunt: ac venientes, renunciaverunt ipsi Ieschua.

13 Ieschua autem quum audivisset, secessit illinc in navi ad locum desertum seorsum. Et quum audissent turbæ, [9] sequutæ sunt eum per aridam ab urbibus.

14 Et egressus Ieschua vidit turbas multas, & misericordia motus est erga illos, & sanavit morbidos illorum.

15 Quum autem esset vespera, accesserunt ad eum discipuli ejus, & dixerunt ei, Locus desertus est, & tempus [10] præteriit, dimitte turbas hominum, ut abeant in vicos, & emant sibi cibum.

16 Ille autem dixit eis, Non est necesse illis abire. date illis vos ad comedendum.

17 Illi autem dixerunt ei, Nihil est nobis hîc nisi quinque placentæ & duo pisces.

18 Dixit illis Ieschua, Adferte [11] illos mihi huc.

19 Et præcepit turbis discumbere super [12] terram. Et accepit illos quinque panes, & duos pisces: & respexit versus cælos, & benedixit, & fregit, & dedit discipulis suis: ipsi verò discipuli apposuerunt turbis.

20 Et comederunt omnes, & saturati sunt, & sustulerunt rèliquias fragmentorum duodecim [13] cophinos plenos.

21 Illi autem homines qui comederãt, fuerant quinque millia, præter mulieres & pueros.

22 Et statim cõpulit [14] discipulos suos ut conscenderent navim, & abirent ante se ad [15] ulteriorem ripam, dum ipse dimitteret turbas.

23 Et quum dimisisset turbas, ascendit in montem solus ad orandum. Quúmque

[1] Ad verb. Ab inter mortuos. Gall. *D'entre les morts.* vel, è domo mortuorum.
[2] Ad verb. Domum vinctorum, subaudita præpositione In, quã denotat ב dictioni præfixa. de cujus reticentia anteà admonuimus, 9.9. & 11.1.
[3] Erat דתהוא incuria typographorum, ut opinor, pro דתהוא, quod restitui ex manuscripto.
[4] Copula, pro adversativa particula, Sed metuebat, &c.
[5] Ad verb. Inter nativitatẽ Herodis. Nativitatem ponit pro convivio quod exhibebat Herodes die natali suo.
[6] Vocem retinuit Græcam πίνακι.
[7] 1. i. misit amputatum. vide suprà in 2.23.
[8] Ad verb. *In* domo vinctorum.
[9] Ad verb. Venerũt post eũ.
[10] 1. Syrè, præteriit sibi: Pleonasmus, ut suprà 4.10.
[11] 1. vel illa, quod est evidentius, nec magis abest à Græco.
[12] Ita enim erat על ארעא super terram, licèt Græcus textus habeat Super herbas. & fortassis scriptorũ incuria positum fuit ארעא terra, pro עסבא herba: sed quia idem legitur in manuscripto, nõ ausus sum mutare.
[13] Græcum κοφίνους retinuit.
[14] Erat תלמידו pro תלמידוהי omissa syllaba הי: nos autem, quia manifestus erat error, correximus, atque deinde invenimus rectè scriptum in manuscripto codice Heydelbergẽsi.
[15] Ad verbum, trãsitum: Hebraismus.

que[16] tenebræ jam essent, solus erat illic.

24 Navis autem longè aberat à terra [17] stadiis multis, quum afflictaretur multùm ab undis: ventus enim contrarius illi erat.

25 Custodia autem quarta noctis venit ad illos Jeschua ambulans super aquas.

26 Et viderũt eum discipuli ejus quòd ambularet super aquas, & commoti sunt, & dicebant quòd [18] spectrum esset: atque præ metu exclamaverunt.

27 Ipse autem Jeschua eadem hora loquutus est cum illis, & dixit, [19] Bono animo sitis: ego sum, ne timeatis.

28 Et respondit Cipha, & dixit illi, Domine mi, si tu es, jube me venire ad te super aquas.

29 Jeschua autem dixit illi, veni. Et descendit Cipha e navi, & ambulavit super aquas, ut veniret ad Jeschua.

30 Quúmque vidisset ventum [20] vehementem, timuit. Et cœpit demergi, & sustulit vocem suam, & dixit, Domine mi serva me.

31 Et eadem hora extendit manũ suam Dominus noster, & apprehendit eum, & dixit ei, Pusille fide, quare hæsitasti?

32 Quúmque conscendissent navim, conquievit ventus.

33 Et venientes qui erant in navi, adoraverunt eum, & dixerunt, Verè filius es Dei.

34 Et navigârunt, & venerunt ad terrã [21] Genesar.

35 Et agnoverunt eum viri loci illius, & miserunt [22] ad omnes vicos qui erant circa illos: & accesserunt ad eum omnes illi qui [23] pessimè afficiebantur.

36 Et petebant ab eo ut tangerent saltẽ extremitatem vestimenti ipsius. Et qui tetigerunt, sanati sunt.

tem serum diei esset, solus erat illic.

24 [P] Navigium verò jam in medio maris erat, vexatum à fluctibus. Nam ventus erat contrarius.

25 Quarta autẽ noctis [q] vigilia abiit ad eos Jesus, ambulans super mare.

26 Et eo viso super mare ambulãte, discipuli turbati sunt, dicentes, [r] Spectrum est: & præ metu clamârunt.

27 Sed statim loquutus est eis Jesus, dicens, Confidite: ego sum, ne timete.

28 [s] Respondens autem ei Petrus dixit, Domine, si tu es, jube me ad te venire super aquas.

29 Ipse verò dixit, [t] Veni. Et quum descendisset e navigio Petrus, ambulavit super aquas ut veniret ad Jesum.

30 [v] Videns autem ventum validum, timuit: & quum cœpisset demergi, clamavit, dicens, Domine [x] serva me.

31 Statim verò Jesus, extenta manu, apprehendit eum, dicítque ei, Exigua fide prædite, [y] quid dubitâsti?

32 Et quum ipsi essent ingressi navigiũ, pacatus fuit ventus.

33 Qui autem erant in navigio, veniẽtes adoraverunt eum, dicentes, Verè Dei filius es.

34 * Et quum trajecissent, venerunt in terram [z] Gennesaret.

35 [a] Et quum agnovissent eum viri loci illius, miserunt in totam circumjacentem illam regionem: & obtulerunt ei omnes malè affectos.

36 Et precabantur eum ut solùm tangerent [b] fimbriam pallii ipsius. & quotquot tetigerunt, [c] liberati sunt.

[16] Ad verbũ, Quum obscurata esset, subaudi, nox. Hebraismus. P vel sine ellipsi, obscuratũ esset, de more Hebræorum impersonaliter.

[17] Hîc quoque Græcam vocẽ retinet: sed observandũ quòd dictionibus peregrinis à duabus consonãtibus incipiẽtibus Syri, ut etiam Chaldæi, ȣ cũ *pathach* præponere solent, quia non ferunt hæ linguę in ulla dictione ut duæ cõsonantes legãtur in principio dictionis non interjecta vocali.

[18] Ad verbum, Quòd visum esset falsum. periphrasis spectri.

[19] Ad verbum, Estote cordati, ut supra 9. 2.

[20] Ad verbum, Quòd durus esset.

[21] In veteri testamento usitatum est ubique nomen גנרת: in paraphrasi verò Chaldæa, & apud antiquiores Hebræos perpetuò vocatur גנוסר: hic noster paraphrastes variatis tantùm vocalibus, גנסר vocat. Quod autem prophanis scriptoribus, ut Ptolemęo, Strabori, & reliquis Græcis, dicitur Genezareth, videtur ex duobus corruptis conflatum vocabulum. De etymo doctores Heb in libro ילמדנו (ubi describunt iter exploratorum quos misit Moses, Num 13. & præstantiam fructuum quos inde attulerunt) tradunt regionem Cineret denominatam fuisse גנוסר, quasi גנרת שר, eo quòd amœnissima & cultissima esset. Quam autem adferunt Græci nominis Hebræi rationem ex sua lingua, peregrina est & aliena. T. Id verò omnium simplicissimum videtur esse, ex Hebræo Cinnetéth hanc appellationem Genusar, vel Genezareth derivari, suffecta litera ſ in locum geminatæ ἐφονικ. ς. S. enim apud Orientales principio & medio vocum non rarò προσθετικῶς.

[22] P. purà nuncios. Ellipsis est nominis conjugati, q. d. miserunt missos, ablegaverunt legatos.

[23] Ad verbum, Qui malè malè. Superlativum enim, ut aliâs observavimus, positivi geminatione formant.

P B. Navigandum nobis per maximas tempestates, & Christus, modò eò, quò ipse jusserit, contendamus, nos nunquam deseret.

q Ad verb. custodia Indicatur tẽpus appropinquantis diei. nam veteres in quatuor vigiliis dividebãt noctem, quibus fiebant excubiæ.

r Spectrum seu phantasma est ad quod animus attrahitur specie inani, quum videre sibi aliquid videtur, quod re ipsa nihil est.

s B. Fide calcamus ipsas tẽpestates, sed Christi demũ virtute, eas ipsas vires quas nobis indidit, per eandẽ misericordiã adjuvante.

t Divinæ virtuti impossibile non fuit solidum corpus sustentare super fluctibus maris, ne mergeretur, quod notandum est contra Manichæos.

v Animadvertens, transitio à corpore ad animum.

* Petrus malè & infeliciter suam temeritatem cessisse videns, ad Christi misericordiam se confert. y Dubitatio hîc à Christo reprehenditur, quæ directè fidei contraria est. *Mar. 6. 14. z Fuit lacus vicinus Capernaumo, qui & mare Galilææ & Tyberiados dicitur: unde nomen datum regioni. a B. Christus ægrotos sanans ostendit à se petendum esse spiritualium morborum remedium: nos verò ad eum non tantùm accurrere, sed etiam alios adducere oportet. b Summa vestis ea est. c id est, A morbo liberati.

CAPUT DECIMUMQUINTUM.

1 *Mandata & doctrina hominum.* 12 *Scandalum.* 13 *Plantatio quæ eradicatur.* 14 *Cæci cæcos ducentes.* 18 *Cor.* 21 *Chananæa.* 26 *Panis filiorum. Catelli.* 28 *Fides.* 32 *Hominum quatuor millia satiantur.* 36 *Gratiarum actio.*

Tunc accesserunt ad Jeschua Pharisæi & legisperiti, qui erant ex Utischelé, & dixerunt,

2 Quare discipuli tui transgrediuntur traditiones seniorum, & non lavant manus suas quum comedunt [1] panem?

3 Respondit Jeschua, & dixit illis, Quare etiam vos transgredimini mandatum Dei, propter traditionem vestram?

4 Deus enim dixit, Honora patrem tuum, & matrem tuam. Et, qui maledixerit patri suo vel matri suæ, [2] morte moriatur.

Tunc [d] *quidam *qui* Hierosolymis *advenerant* Scribæ & Pharisæi, adierunt Jesum, dicentes,

2 Quare discipuli tui transgrediuntur [b] traditionem Seniorum? nõ enim lavant manus suas, quum [c] edunt panem.

3 [d] At ille respondens dixit eis, Quare & vos transgredimini mandatum Dei per traditionem vestram?

4 Nam Deus mandavit, dicens, *[e] Honora patrem tuum & matrem. &, * Qui maledixerit patri aut matri, [f] morte moriatur.

[1] Hebraismus, pro cibo quovis.

[2] Id est, Omnino moriatur, Nullo modo parcatur ei. Hebraismus.

[d] B. Nulli plerumque audaciores Dei cõtemtores, quã quos De[9] suos nomophylacas constituit. *Mar. 7. 1.

[b] Quæ à majorib[9] sunt quasi de manu in manum traditæ, vel quæ approbatæ sunt à senioribus, penes quos est Ecclesię gubernatio.

[c] Cibum comedunt. Heb.

[d] B. Arguitur sacrilega eorum audacia in corrumpendis Dei mandatis, idque pietatis obtentu, & legum condendarum auctoritate usurpanda. * *Exod. 20. 12. & 21. 17. deut. 5. 16.*

[e] Honoris nomine, intelligitur officii omne genus, quod à liberis parentibus debetur, hîc verò juxta proprietatem sermonis Hebraici magis pertinet ad subsidium, quàm ad salutationem ac civilia illa vitæ officia. * *Exod. 21. 17. lev. 20. 9. pro. 28. 20.* f Absque ulla spe veniæ moriatur.

5 Vos autem dicitis, [g] Quicumque dixerit patri aut matri, Donum *est* quocumque à me juvari posses, *insons erit*: & nequaquam honoraverit patrem suum aut matrem suam.

6 Et [h] irritum fecistis mandatum Dei per traditionem vestram.

7 [i] Hypocritæ, benè de vobis prophetavit Esaias, dicens,

8 *Appropinquat mihi populus hic ore suo, & labiis me honorat: cor autem eorũ procul abest à me.

9 Sed frustrà me colunt, docentes doctrinas *quæ sunt* mandata hominum.

10 *[k] Et advocata turba dixit eis, Audite, & intelligite.

11 Non quod ingreditur in os, [l] polluit hominem, sed quod egreditur ex ore, hoc polluit hominem.

12 Tunc accedentes discipuli ejus dixerunt ei, [m] Nosti Pharisæos audito isto sermone offensos fuisse?

13 Ipse verò respõdens dixit, *[n] Omnis planta quam non plãtavit Pater ille meus cælestis, eradicabitur.

14 Omittite illos: *duces sunt cæci cæcorum. quòd si cæcus cæcũ per viam duxerit, [o] ambo in foveam cadent.

15 *Respondens autem Petrus dixit ei, Edissere nobis parabolam istam.

16 Jesus autem dixit, Adhuc & vos intelligentia caretis?

17 Nondum [p] intelligitis, quicquid ingreditur in os, in ventrem cedere, & in latrinam ejici?

18 Quæ autem proficiscuntur ex ore, ex ipso corde egrediuntur, & illa polluũt hominem.

19 *Nam ex corde egrediuntur cogitationes malæ, cædes, adulteria, scortationes, furta, falsa testimonia, [q] maledicta.

20 Hæc sunt quæ polluunt hominem: illotis autem manibus vesci, non polluit hominem.

21 *Et egressus illinc Jesus secessit in [r] partes Tyri & Sidonis.

22 Et ecce, mulier [s] Chananæa à finibus illis egressa, clamitavit, dicens ei, Miserere mei Domine, fili David, Filia mea malè a dæmonio vexatur.

23 [t] Ille verò non [v] respondit ei quicquam. Tunc accedentes discipuli ejus rogarunt eum, dicentes, Dimitte eam: nam clamat post nos.

24 Ipse verò respondens dixit, *[x] Non sum missus nisi ad oves perditas [y] domus Israëlis.

25 Illa autem venit & adoravit eum, dicens, Domine [z] succurre mihi.

26 Ipse verò respondens dixit, Non est

5 Vos autem dicitis, [3] Quicũmque dixerit patri aut matri, [4] Oblatio mea *est* id unde utilitatem capias à me, & nõ honorabit patrem suum aut matrem suam.

6 Atque irritum fecistis verbum Dei propter traditionem vestram.

7 [5] Hypocritæ, benè vaticinatus fuit de vobis Isaias propheta, & dixit,

8 Populus hic labiis suis honorat me, cor autem eorum admodum remotum est à me.

9 Et frustrà timent me, quum docent doctrinas mandatorum filiorum hominis.

10 Et advocavit turbas, & dixit illis, Audite, & intelligite.

11 Nequaquam quod ingreditur in os contaminat filiũ hominis: sed quod egreditur ex ore, illud ipsum cõtaminat filium hominis.

12 Tunc accesserunt discipuli ejus, & dixerunt ei, Nosti tu quòd Pharisæi qui audierunt sermonem istum offensi sunt?

13 Ille autem respondit & dixit illis, Omnis plantatio illa quam non plantavit Pater meus qui est in cælis eradicabitur.

14 Omitte illos: cæci sunt, [6] duces cęcorum. Cæcus autem cæcum si ducat, ambo in foveam cadunt.

15 Et respondit Schemeun Cipha, & dixit illi, Domine mi, expone nobis parabolam istam.

16 Ille autẽ dixit eis, Usque nunc etiam vos non intelligitis?

17 Nescitis vos quòd quicquid ingreditur in os, in ventrem abit, & inde expulsione ejicitur foras?

18 Id verò quod ex ore prodit, ex corde egreditur, & illud contaminat filium hominis.

19 Ex corde enim ipso exeunt cogitationes malę, adulteria, cædes, stupra, furta, testimonium falsum, convitia.

20 Hæc sunt quæ contaminant filium hominis. Siquis autem comedat quum non lotæ sint manus ejus, non [7] contaminatur.

21 Et egressus est inde Jeschua, & venit in confinium Tzur & Tzaidan.

22 Et ecce, mulier Chananęa ex finibus illis prodiit clamans & dicens, Miserere mei Domine mi, fili David. filia mea pessimè agitur à dæmonio.

23 Ipse verò non [8] respondit ei verbũ. Et accedentes discipuli ejus petierunt ab eo, & dixerunt, Dimitte illam: quia clamat post nos.

24 Ille autem respondit & dixit illis, Non sum missus, nisi ad oves quæ erraverunt, e domo Israiel.

25 Illa autem venit, & adoravit eum, & dixit, Domine mi, succurre mihi.

26 Ait illi Jeschua, Non est bonum ac-

[g] Sensus est, quicquid tẽplo donavero, cedet in rem tuam, perinde enim est ac si tibi dederò: quia (ut Pharisęi nostri tẽporis loquuntur) erit tibi meritorium. Nam hac specie religionis illi ad se trãsferebãt omnia: quasi qui templo donasset, filii officium implevisset.

[h] Ad verb. spoliastis omni imperio & auctoritate quãtum quidẽ in vobis fuit. Nã alioquin, invito mundo & satana, stant præcepta Dei in Ecclesia ipsius.

[i] 5. Iidem damnãtur simulationis & superstitionis quòd in rebus externis constituant regnũ Dei.

* *Esa. 29. 13.*

* *Mar. 7. 17.*

[k] 5 Christus docet non esse ne in rebus quidẽ mediis, fovendam falsorum doctorum hypocrisin, qui animabus nostris illudunt, & causam non esse cur eorũ vocatio ordinaria nobis perstringat oculos: alioquinos unà cum illis perituros.

[l] Ad verbum, communẽ reddit, i. profanũ: Hebræi enim cõmune, i. cujus usus est vulgaris, prophanũ vocãt, quòd promiscuo usu velut inquinatum est.

[m] Christus illam scandali speciẽ quæ ab improbis accipitur sũsq; dẽque habet.

* *Joh. 15. 8.*

[n] His verbis disertè exprimit Christus primam salutis nostræ originẽ fluere ab illa gratia, qua Deus nos sibi, antè quàm creati essemus, in filios elegit. Quũ ergo ex illa sola Dei electione sit salus, reprobos perire (idque sua culpa) necesse est. * *Luc. 6. 39.*

[o] Nota utrumque addici exitio. * *Mar. 7. 17.*

[p] Summa est, cibis non pollui homines: sed sordes vitiorum intùs habere inclusas quę palàm in opera emergunt. * *Gen. 6. 5. & 8. 21.*

[q] Sumuntur hoc loco pro calumniis in proximum sparsis. * *Mar. 7. 24.*

[r] Regiones vicinas Tyro & Sidoni, id est, ea parte qua Palæstina vergit ad Phœnicen, & mare Syriacum.

[s] Ex Chananæorum stirpe, qui in Phœnicia habitabant. In hoc autẽ miraculo docemur quomodo manare cœperit ad gentes Christi gratia.

[t] 8. Quòd Christus interdũ cõnivet ad sanctas etiã preces, suæ gloriæ studio & nostro bono facit.

[v] Christo tacẽdi cõsiliũ nõ fuit ut fidẽ mulieris exstingueret, sed potiùs ut acueret ejus studiũ, & accenderet fervorẽ. * *Sup. 10. 6.*

[x] Habet hìc Christus tẽporis rationẽ: non enim ante resurrectionẽ diruta fuit maceria, ut pacẽ annũciaret Christus ipse gẽtib⁹ a regno alienis.

[y] Gẽtis Israëliticę, quæ divisa quidem erat in tribus, sed quæ ab una domo egressæ sunt.

[z] Græcum verbum propriè significat ad vocem alicujus accurrere juvandi gratia.

[3] Syrus Græci contextus verbum fermè de verbo reddit: quamobrẽ qui unum noverit, utrumq; noverit. Duæ sunt hujus loci interpretationes: una sine ellipsi, altera elliptica. Sine ellipsi, hoc modo, Qui dixerit patri aut matri suæ, quodcumque donum ex me *fuerit oblatum Domino, eo* juvaberis, vel percipies utilitatẽ ejus, nequaquã etiam *tenebitur ampliùs* honoris exhibere patri suo aut matri suę. q.d. is legi Dei fecerit satis. Altera elliptica est, ut Græci vocant ἀναφορικῶς, eãque similiter duobus modis: nã aut vnicũ statuitur aut duplex anantapodotõ. Sed quia ἀναφορικῶς extra necessitatẽ statui nec placet, nec probari potest, in primis autẽ quia hanc propositionẽ propriis verbis & ἀφελῶς Spiritus sanctus enunciat Marci 7. 11. simpliciter hoc modo hæc verba explicãda puto, Quicumq; dixerit patri, aut matri, oblatio mea est id unde utilitatem capias ex me, *ei* etiam non est honoraturus, *præterea videlicet*, patrem suum, &c. id est, non tenetur, nec habet necesse alio modo honorare parentes suos. Nã propterea etiam duplicem negationẽ Matthæus posuit, ut impudentẽ & sacrilegam Judęorum audaciam licentiãmq; vehementiùs exprimeret.

[4] Significat hac excusatione externo Dei cultu satisfieri abundẽ patrio honori, ut qui Deo aliquid obtulerit, nihil ampliùs parentibus debeat, sic enim à cupidis sacrificis edocebantur.

[5] Ad verbum, Assumentes vultum. Vide Annot. in cap. 6. 2. suprà.

[6] נגודא significat eos qui tamquã duces aliis in doctrina præeunt, quos Hebræi חכמים vocant. Hoc modo vocem נגד auctor libri ערך explicat, quum dicit נגד בר נגד significare חכם בן חכם sapientem filium sapientis: i. nempe quo etiam modo legum interpretes olim Antecessores in jure, vel Antecensores fuerunt appellati.

[7] 8. vel contaminat sive impurat se.

[8] פניה Perinde est ac עניה, id est, Respondit ei.

cipere

cipere panem filiorum, & proiicere canibus.

27 Illa verò dixit, Certè Domine mi: etiam canes comedunt de micis quæ cadunt è mensis dominorum suorum: [9] & vivunt.

[9] Paraphrastes ad magis illustrandum textum hoc verbum addidit, יתון.

28 Tunc dixit illi Ieschua, O mulier, magna est fides tua: fiat tibi sicut vis. Et sanata est filia ejus ex illa hora.

29 Et digressus est illinc Ieschua, & venit juxta mare Galileæ, & ascendit in mõtem, & sedit illic.

30 Et accesserũt ad eum turbæ multæ, cum quibus erant claudi, & cæci, & muti, & [10] mutili, & alii multi: & abjecerunt eos ad pedes Ieschua: & sanavit eos.

[10] Id enim Syrum verbũ משיבא significat, & eodem sensu legitur infrà capite 18.8.

31 Adeò ut mirarẽtur turbæ illæ quòd viderent quòd muti loquerentur, & quòd mutili redderentur sani, & quòd claudi ambularent, & quòd cæci viderẽt: & glorificaverunt Deum Israiel.

32 Ieschua autem ipse vocavit discipulos suos, & dixit illis, Miseret me hujus turbæ, quia ecce tres dies perseverârunt apud me, & non est illis quod edant: & ut dimittam eos jejunos nolo, ne fatigatione deficiant in via.

33 Dicunt ei discipuli ejus, Unde essent nobis in deserto panes ut saturemus turbam hanc universam?

34 Dixit illis Ieschua, quot panes sunt vobis? Dicunt ei, Septem, & parũ piscium minutorum.

35 Et præcepit turbis ut discumberent super terram.

36 Et accepit illos septem panes & pisces, & gratias egit ac fregit: & dedit discipulis suis, & discipuli dederunt turbis.

37 Et comederunt omnes, & saturati sunt: & sustulerunt reliquias fragmentorum, plenas septem sportas.

38 Illi verò qui comederant, fuerant quatuor millia virorum, exceptis mulieribus & pueris.

39 Et quum dimisisset turbas, ascendit in navim, & venit in fines Magedu.

bonum accipere [a] panem liberorum, & objicere catellis.

[a] Panis filiorum dicitur quicquid propriè ad illam adoptionẽ spectat, qua soli Judæi electi erant in filios: quæ autem in Christo sperãda erat benedictio residebat in vna domo Abrahæ. * Mar. 7. 31.

27 Ipsa autem dixit, Etiam Domine? etenim catelli vescuntur micis quæ cadunt è mensa dominorum suorum.

28 Tunc respondens Iesus, dixit ei, O mulier, magna *est* fides tua: fiat tibi ut vis. Et sanata fuit filia ejus ab eo momento.

29 * [b] Et digressus illinc Iesus venit juxta mare Galilææ: & quum ascendisset in montem, sedit illic.

[b] 2. Christus ubi etiam cõtemnitur, tamẽ nõ desinit esse beneficus, & in medio luporũ ovile suũ congregat & fovet. * Esa. 55. 5.

30 *Tunc adiit eum turba multa, habẽs secum claudos, cæcos, mutos, [c] mancos, & alios multos: & abjecerunt eos ad pedes Iesu: & sanavit eos:

[c] Non quibus manus esset truncata: sed quorum mẽbra debilitata essent, ut paralysi & aliis id genus morbis: aut etiam naturæ vitio. Nã posteà illis opponit sanos: nec usquã legitur Christus aut pedes, aut manus, aut alia mẽbra cuiquam largitus: quamvis id illi difficile non fuerit. * Mar. 8. 2.

31 Adeò ut turba mirata sit, quum videret mutos loquentes, mancos sanos, claudos ambulantes, cæcos videntes: & glorificârunt Deum Israëlis.

32 *[d] Iesus autem advocatis discipulis suis, dixit, [e] Commoveor misericordiaerga turbam: quia jam triduum permanent apud me, & non habent quo [f] vescantur: & dimittere eos jejunos nolo, ne viribus deficiant in via.

[d] 2. Christus repetito miraculo cõfirmat se nũquam defuturũ iis quã etiam per deserta ipsum sequuntur.

[e] Vid. sup. 9. 36.

[f] Scilicet ordinario cibo. Nã is locus erat desertus. Notãdum autem quòd in illis calidis regionib⁹ minor est edacitas, quàm sub crasso nostro & frigido aëre.

33 Tunc dicunt ei discipuli ejus, Unde nobis in deserto tot panes ut saturemus turbam tantam?

34 Dicit igitur eis Iesus, Quot panes habetis? Illi autem dixerunt, Septem, & paucos pisciculos.

35 Tunc jussit turbã discumbere humi.

36 Et acceptis septẽ illis panibus ac piscibus, quum gratias egisset, fregit, deditq; discipulis suis: discipuli verò turbæ.

37 Comederũntque omnes & saturati sunt: & sustulerunt quod superfuerat fragmentorum, septem [g] sportas plenas.

[g] Sportæ est vasis textilis genus.

38 Erant autem qui comederant, quater mille viri, absque mulieribus & pueris.

39 Tunc dimissa turba inscendit in navigium: venitque in fines Magdala.

CAPUT DECIMUMSEXTUM.

[4] *Signum Jonæ.* [5] *Fermentum Pharisæorum,* [12] *Pro doctrina.* [13] *Opinio populi de Christo.* [17] *Fides à Deo.* [18] *Petra.* [19] *Claves.* [21] *Prædicit Christus mortem suam.* [24] *Abnegatio sui. Crux.* [25] *Perdere animam.*

ET accesserunt Pharisæi & Zaddukæi tentantes eum: & petebant ab eo ut signum e cælis ostenderet sibi.

2 Ipse autem respondit & dixit illis, Quum fuerit vespera, dicitis, Serenitas futura est: rubet enim cælum.

3 Et manè dicitis, Hodiè [1] hyemalis tẽpestas futura est: rubet enim cælum triste. [2] Hypocritæ, faciem cæli nostis [3] ut judicetis, signa hujus temporis non nostis ut discernatis?

4 Generatio prava & adultera signum quærit: & signum non datur illi, nisi signum Jaunan prophetæ. Et reliquit illos, & abiit.

5 Quúmque venissent discipuli ejus in [4] ulteriorem ripam, obliti sunt ut acciperent secum panem.

*ET [a] quũ accessissent Pharisæi & Sadducæi, [b] tentantes rogârunt eum ut signum e cælo sibi ostenderet.

2 Ipse verò respondẽs dixit eis, Quando serum est diei, dicitis, Serenitas *erit*: rubet enim cælum.

3 Et manè, Hodiè *erit* tempestas: rubet enim cælum triste. [c] Hypocritæ, [d] faciem quidem cæli nostis discernere, signa verò temporum illorum non potestis?

4 *Gẽs mala & adulterina signũ requirit: sed signũ non dabitur ei nisi signũ illud* Jonę Prophetæ. Et relictis ipsis abiit.

5 *[f] Et quum venissent discipuli ejus in ulteriorem ripam, obliti fuerant sumere panes.

* Mar. 8. 11. Luc. 12. 54. sup. 12. 39.

[a] 2. Optimè convenit adversus Christũ inter impios alioqui diffidentes: sed ifdẽ invitis Christus triũphat.

[b] Ut experirẽtur an hoc posset præstare quod petebãt: sed malo animo ipsos instigante, nempe quòd speratẽt se reperturos aliquid in eo, unde justæ reprehensionis occasionẽ arripérent. Vel impellente eos diffidentia aut curiositate, quibus modis dicitur tentari Deus, id est, ad iracundiam provocari, quasi velint homines cum eo certare.

[c] Ideo hypocritas vocat, quia simulant se quærere quod ostensum cernere nolebant.

[d] Heb. facies est externa species, & quasi

[1] Hyemalis tẽpestas. * Sup. 12. 40. [2] Articulus celebritatem facti indicat. * Jona 2. 1. * Mar. 8. 10. Luc. 11. 1. [f] 2. Vitandi falsi doctores.

* סתוא significat idẽ quod חורף Heb id est, hyemem. Intelligit autẽ hoc loco pluvium, ventosum, & solito frigidius cælum. Idem legitur Actorũ 27. 1.

[3] Ad verb. Assumentes vultum: ut antè sæpe annotatũ est.

[3] F. i. nosse, & discernere: Syra phrasi, ut vet. 5. & passim.

[4] F. nẽpe sinus illius quẽ antè trajecerant: ut narratum est suprà 15. 39.

6 Iesus autem dixit eis, Videte & cavete [g] à fermento Pharisæorum & Sadducæorum.

7 Ipsi verò disceptabant inter se dicentes, Panes non sumpsimus.

8 *Id* autē quum [n] nosset Iesus dixit eis, Quid disceptatis inter vos, [i] exigua fide præditi, quòd panes non sumpsistis?

9 * Non animadvertitis, [k] neque meministis [l] quinque illos panes *hominum* quinquies mille, & quot cophinos acceperitis?

10 * Neq; septē illos panes quater mille *hominum*, & quot sportas acceperitis?

11 Quomodo non animadvertitis me non dixisse vobis de pane, ut caveretis à fermento Pharisæorū & Sadducæorum?

12 Tunc intellexerunt eum non dixisse ut caverent [m] à fermento panis, sed à fermento doctrinæ Pharisæorum & Sadducæorum.

13 *[n] Quum venisset autē Iesus in partes [o] Cæsareæ *quæ dicitur* Philippi, interrogavit discipulos suos, dicens, Quémnam esse me dicunt homines, [p] Filium hominis?

14 Illi verò dixerunt, Alii quidē [q] Iohannem Baptistam, alii verò Eliam, alii verò Ieremiam, aut unum ex Prophetis.

15 Dicit eis, Vos autem quem me dicitis esse?

16 * Respondens verò [r] Simon Petrus dixit, Tu es Christus, Filius ille Dei viventis.

17 [s] Tunc respondens Iesus dixit ei, Beatus es Simon [t] Bar-Iona: quia [v] caro & sanguis *hæc* non retexit tibi, sed Pater meus qui est in cælis.

18 *[x] Sed & ego tibi dico, Tu es [y] Petrus, & super hanc petrā ædificabo meam Ecclesiam: & [z] portæ inferorum non superabunt eam.

19 *[a] Et tibi dabo [b] claves regni cælorum: & [c] quidquid ligaveris in terra, erit ligatum in cælis, & quicquid solveris in terra, erit solutum in cælis.

20 [d] Tunc interdixit discipulis suis ut nemini dicerent, se esse Iesum illum Christum.

21 [e] Ex eo tempore cœpit Iesus indicare discipulis suis oportere se abire Hierosolymam, & multa pati à [f] Senioribus & primariis Sacerdotibus, & Scribis, & occidi, & tertio die suscitari.

22 [g] Et prehensum eum Petrus cœpit objurgare, dicens, Propitius tibi esto, Domine: nequaquam erit tibi hoc.

23 [h] At ille sese convertens dixit Petro, Abscede à me [i] Satana, offendiculo es mihi: nam non [k] sapis quæ *sunt* Dei, sed

6 Ipse autem dixit illis, Videte, diligenter cavete a fermento Pharisæorū & Zaddukæorum.

7 Illi verò reputabant intra sese, & dicebant [s] quia panem non accepissent.

8 Ieschua autē cognovit, & dixit illis, Quid cogitatis intra vos ipsos, pusilli fide, eo quòd panem non accepistis?

9 Non intellexistis hucusque? Nō memores estis vos illorum quinque panum, quinque millium, & quot cophinos sustulistis?

10 Neq; illorum septem panū quatuor millium, & quot sportas sustuleritis?

11 Quomodo non intellexistis quòd [6] nequaquā de pane loquutus sum vobis? Sed ut caveretis diligenter a fermento Pharisæorum & Zaddukæorum.

12 Tunc intellexerunt quòd non dixisset ut diligenter caverent à fermento panis, sed a doctrina Pharisæorum & Zaddukæorum.

13 Quum autem venisset Ieschua in locū Cæsareæ Philippi, interrogavit discipulos suos, & dixit: Quid dicunt de me homines, [7] qui sum Filius hominis?

14 Illi verò dixerunt, Sunt qui dicant, quòd *sis* Iochannan Baptista, alii autem Ilija, & alii Ieremja, aut unus ex Prophetis.

15 Dixit illis, Vos autem, quid dicitis quòd ego sum?

16 Respondit Schemeun Cipha, & dixit, Tu es Christus filius Dei viventis.

17 Respondit Ieschua, & dixit illi, Beatus es Schemeun filius Iauna, quia caro & sanguis non revelavit tibi, sed pater meus qui est in cælis.

18 [8] Etiam ego dico tibi quòd tu es Cipha, & super hanc [9] petram ædificabo ecclesiam meam: & portæ inferni non prævalebunt adversum eam.

19 [10] Tibi dabo claves regni cælorum. Et quicquid ligaveris in terra, erit ligatū in cælis: quicquid verò solveris in terra, erit solutum in cælis.

20 Tunc præcepit discipulis suis ut nemini dicerent quòd ipse esset Christus.

21 [11] Et ex eo tempore cœpit Ieschua indicare discipulis suis quòd futurum esset ut iret in Utischelem, & multum pateretur à senioribus & principibus sacerdotum & legisperitis, & occideretur, & die tertio resurgeret.

22 Et abduxit eum Cipha, & cœpit increpare eum, & dixit, Propitius esto tibi, Domine mi, [12] quominùs fiat tibi hoc.

23 Ipse autem cōversus est, & dixit Cipha, Abi post me Satana: offendiculum es mihi: quia non cogitas quod Dei est, sed

[g] Citiùs ignis aquæ miscebitur, quàm ut humana figmēta cum Evangelio quis cōciliet.

[h] Non ex aliis, sed vi suæ divinitatis.

[i] Infidelitatis convincuntur omnes qui Dei potentiā semel aut iterum experti in futurū tempus diffidunt.

* *Sup.14.17. Joh.6.9.*

[k] Fides donorum Dei memoriam fovet in cordibus nostris: ita nisi ea sopita sit, nunquam obrepet illorū oblivio.

[l] Tam paucis panibus quinque millia hominū saturatos esse.

* *Sup.15.14.*

[m] Hic fermēti nomē Christus simplici purōque Dei verbo opponit.

* *Mar.8.27. Luc.9.18.*

[n] B. Christus variis quidem est hominum judiciis obnoxius, sed nihilominus à suis agnoscitur.

[o] Duæ fuerunt in regione ista Cæsareæ: una Stratonis ad mare Mediterraneum, ab Herode magnificè exstructa in honorē Octavii: altera Philippi Herodis Magni ex Cleopatra filii Tetrarchæ, in honorē Tyberii, ad radices Libani. Joseph. libro decimoquinto.

[p] Per appositionem, ac si diceret dominū, Videtis me nūc ut unum quempiam ex hominum numero in mūdo versari, qd igitur de me sentiūt homines?

[q] Quod suspicatus est Herodes, sup.14.9.

* *Joh.6.69.*

[r] Petrus pro omnibus respōdet ut semper ferè aliis ferventiorem ipsum literæ Evāgelicæ prædicant. brevis autē hæc confessio totam salutis nostræ summā continet.

[s] F. vide sup. in 13.29. dicebant *nimirū ita Christū loqui*, quia panem nō accepissent: itidē sequente ver. quid cogitatis *me hæc dicere*, quòd panē nō accepistis?

[6] F. Syrè, nequaquāuit de pane *quòd* loquutus sum vobis.

[7] F. Syrè, filiū hominis? Pleonasmus est emphaticus, Hebræorum & Syrorum communis: ut Gen. 4.26. & 10. 21. & 27. 34. & Mar. 2. 7.

[8] F. nimirum ut Pater meus revelavit: sic ego cōfirmans donū Patris primùm quidem singulare in te, quòd Petrus es, tum etiam universale in Ecclesiam eidē petræ, quā fide prehendisti & sermone profiteris, optima fide incūbentem: ego igitur dico tibi, &c.

[9] כיפא Petrā significat. Est ergo allusio ad cognomen Simonis.

[10] F. Syllepsis est Hebraica in scripturis frequens: pro eo quod est, vobis omnibus clavem unam, & vestrū cuique suam. Nam re unica est clavis, ministerium verbi; ratione verò totidē sunt claves, quot ministri verbi in Ecclesia Christi: prout cuique dispēsatio mysteriorum Dei commissa est, & omnibus cadē. Sic Josuæ 1. 4. & infrà 18.35. & 22 23.

[11] Ad verbum, Ex tunc. Modus loquendi Hebræis, Chaldæis & Syris admodum familiaris.

[12] F. Syrus, ut sit tibi hoc, Ellipsis negationis post verba metus & aversationis frequens.

[t] B. Fides à gratia est, non a natura. [u] Id est, filius Johānis, vel Jonæ: vt Syrus. [v] Hoc dicto significatur naturalis hominis procreatio in tertis, ipsa creata natura non exstincta, sed per peccatū deformata: sensus ergo est, ista parefactio nō est humanæ aut terrenæ intelligentiæ: sed demōstrationis divinæ & cælestis. * *Joh.1.42.* [x] B. Ea demū est vera fides, quæ Christum confitetur, cujus etiā virtus est invicta. [y] Jesus Syriacè est loquutus: itaq; nō est usus agnominatione Petri & Petræ. usus est enim utrobiq; nomine Cepha. Sed qui Græcè scripsit, discrimine terminationis voluit Petrum, qui pars est ædificii, à Christo petra, id est, fundamēto distinguere, vel Petrum a fidei confessione quæ ecclesiæ est cōmunis, quod veteres testātur. Sic enim Theophylact. Ea confessio quam es cōfessus, fundamentū futurum est credētium. [z] Adversarii Ecclesiæ cōparantur regno munito. Itaq; per portas intelliguntur civitates munitæ consilio & propugnaculis. Sēsus est, Quicquid cōsilio vel viribus potest sata. Sic Paulus 2. Corint. 10. 4 vocat munitiones. * *Joh.20.21.* [a] B. Ministerii ecclesiastici auctoritas cælestis. [b] Metaphora sumta ab œconomis, qui claves gerūt, describitur ministrorū verbi potestas, ut Esa. 22.22. illa autē potestas cōmunis est omnibus ministris, infrà 18.18. Itaq; ministeriū Evangelicum ritē dici potest clavis regni cælorū. [c] Ligantur quorū peccata retinentur, & illis cælum clauditur, nēpē quòd fide non recipiunt Christum: cōtrà, quām beati sunt, quibus cælum apertum est, qui Christum amplexi, ab eo liberantur, & fiunt illi cohærēdes. [d] B. Priùs discendum est quām docendum. [e] B. Adversus crucis offendiculū tempestivè præparandi sunt omnium animi. [f] Dignitatis erat, non ætatis nomē. Eos designat penes quos erāt judicia, quæ Hebræi vocabulo *Sanhedrin* vocabant: ii sunt, quos à senio Senatores Latini vocant, sive in politica, sive in Ecclesiastica functione occuparentur. [g] Manus prehensum quasi deduxitur solēt familiariùs aliquid dicturi. [h] B. Adversus præposterum zelum. [i] Satan id est, adversarius, per antonomasiam Hebræis dicitur qui Græcis Diabolus, id est, calumniator, vel tentator: sed tribuitur iis qui malitia ut Judæi, Johan. 6.70. vel inconsiderato consilio & præcipite levitate aut arrogantia Dei voluntati resistunt. [k] Eo verbo significatur Petrum falsa de se persuasione peccasse.

quæ

quod est filiorum hominis.

24 Tunc dixit Jeschua discipulis suis, Qui vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & veniat post me.

25 Qui enim voluerit servare animam suam, perdet eam: & qui[13] perdiderit animam suam propter me, inveniet eam.

26 Quam enim utilitatem consequetur filius hominis, si mũdum universum acquirat, animæ verò suæ patiatur defectum? Aut quid dabit filius hominis in permutationem animæ suæ?

27 Futurum est enim ut Filius hominis veniat in gloriam Patris sui cum Angelis suis sanctis: & tunc rependet[14] unicuique secundùm opera ejus.

28 Ammin dico vobis, quòd sunt quidam qui stant hîc, qui non gustabũt mortem donec viderint Filium hominis venientem in regnum suum.

[13] v. i. voluerit perdere, sive (ut vulgò loquũtur) conté tus erit in animo suo. Sic accipi oportere docet membrum præcedens antitheton. Simile est suprà 10.39 & Act. 7.26. & infrà 28.9.

[14] Ad verb. Viro viro. Hebraismus tritus.

quæ *sunt* hominum.

24 *[l] Tunc Jesus dixit discipulis suis, Si quis vult ponè me venire, [m] abdicet semetipsum, & attollat crucem suam, ac sequatur me.

25 *Quisquis enim voluerit animam suam servare, perdet eam: quisquis autem perdiderit animam suam mea causa, [n] inveniet eam.

26 Quid enim prodest cuipiam si totũ mundum lucratus fuerit, anima verò sua mulctetur? aut quã dabit quispiam [o] compensationem animæ suæ?

27 Futurum est enim ut Filius hominis veniat cum [p] gloria Patris sui cum Angelis suis: *& tunc reddet unicuique [q] secundùm facta ipsius.

28 *Amen dico vobis, sunt quidam ex his qui hîc adstant, qui nequaquam gustabunt mortem, usquedum viderint Filium hominis venientem in [r] regnum suum.

* Supr. 10.38. Mar. 8.34. Luc. 9.23. & 10. 27.

l B. Nulli pejus sibi consulunt, quàm qui se supra Deum amant.

m Renunciet proprio ingenio & omnibus carnis affectibus.

* Supr. 10.39. Mar. 8.35. Luc. 9. 24. & 17.33. Joh. 12.25.

n Seipsum lucrifecerit: Sensus est, eos qui sui servandi causa Christũ abnegant, non modò lucrum non facere qd' captant, sed etiam ejus rei quam servatã esse volunt, id est, sui ipsius, jacturam facere, quod est damnum omnium maximum. Contrà verò qui pro Christo mori non dubitant, seipsos tandem aliquando recuperabunt. *Mar. 8.36. Luc. 9.25.

o Qua seipsum redimat.

p Suprà 6.29. *Psal. 61.12. Rom. 2.6.

q Quoties bonis operibus promittitur merces, minimè opponitur eorum meritum gratuitæ fidei justitiæ, nec salutis causa ostenditur: sed tantùm animãtur fideles ad rectè agendi studium, dum certi sunt se operam non ludere. *Mar. 9.1. Luc. 9.17.

r Per regnum intelligenda est gloria ascensionis, & quæ illam sequuta sunt. Ephes. cap. 4. vers. 10. vel prædicationem Evangelii, Marc. 9.1. cujus regni præsignificatio fuit in proximè sequente historia.

CAPUT DECIMUMSEPTIMUM.

[1] *Transformatio Christi.* [5] *Audiendus Christus.* [12] *Elias.* [13] *Johannes Baptista.* [17] *Infidelitas Apostolorum.* [20] *Fidei vis.* [21] *Oratio & jejunium.* [22] *Christus passionem suam prædicit.* [24] *Tributum solvit.*

ET post sex dies assumsit Jeschua Cipham & Jaakub & Juchannan fratrẽ ejus, & subduxit eos in mõtem excelsum seorsum.

2 Et transformatus est Jeschua ante illos: & resplenduit facies ejus tanquam sol, vestimenta autem ejus candida facta sunt sicut lux.

3 Et visi sunt illis Musche & Ilija loquentes cum illo.

4 Respondit autem Cipha, & dixit ipsi Jeschua, Domine mi, bonũ est nobis ut hîc simus: &, si vis, faciemus hîc tria tabernacula, unum tibi, & unum Musche, & unum Ilija.

5 Et quum adhuc ipse loqueretur, ecce, nubes lucida obũbravit illos: & vox facta est è nube, quæ dicebat, Hic est Filius meus dilectus, in quo complacitum est mihi: ipsum audite.

6 Et quum audivissent discipuli, prociderunt in faciem suam, & metuerunt valdè.

7 Et accessit ad illos Jeschua, & tetigit illos, & dixit, Surgite, ne timeatis.

8 Et sustulerunt oculos suos, & [i] quẽquam non viderunt nisi Jeschua solum.

9 Quũmque descenderent de monte, præcepit illis Jeschua, & dixit illis, [a] In cõspectu cujusquam ne dicatis visionem hanc, usque dum resurrexit filius hominis à mortuis.

10 Et interrogaverunt eum discipuli ejus, & dixerunt ei, Quid igitur? legisperiti dicunt, quòd Ilija oportet ut veniat priùs?

[i] Ad verb. Hominem. Heb.

[a] לעין אנש Ante oculum hominis, i. spectante quoquam, aut præsente, ne loquamini de hac visione.

[a] Exto [b] *verò post die assumit Jesus Petrum ac Jacobum & Johannem fratrem ejus, & subducit eos privatim in montem sublimem.

2 [c] Transformatúsque est coram eis, & fulsit facies ejus ut sol: vestimenta autem ejus facta sunt alba ut lux.

3 Et ecce, conspecti sunt eis Moses & Elias, cum eo colloquentes.

4 [d] Respondens autem Petrus dixit Jesu, Domine, bonum est nos hîc esse: [e] si vis faciamus hîc tria tabernacula, tibi unum, & Mosi unum, & Eliæ unum.

5 Adhuc eo loquente, ecce nubes lucida inumbravit eos: & ecce vox è nube, dicens, *Hic est Filius [f] ille meus, dilectus ille in quo acquiesco: ipsum audite.

6 Et quum *hæc* audissent discipuli, [g] ceciderunt in faciem suam, & timuerunt vehementer.

7 Tunc accedens Jesus tetigit eos, dixítque, Surgite, & ne timete.

8 Sublatis autem oculis suis, neminem viderunt, nisi Jesum [h] solum.

9 Et quum descenderent de monte, mandavit eis Jesus dicens, Nemini dixeritis [i] quod vidistis, usque quò Filius hominis à mortuis resurgat.

10 Tunc interrogaverunt eum discipuli sui, dicentes, Quid igitur Scribæ dicunt, * oportere ut Elias primùm veniat?

[a] B. Christus sic est humilis in Evangelio, ut intercà sit cæli & terræ Dominus.

[b] Lucas octo dies numerat, quibus primũ illum quo loquutus erat Christus, & ultimum quo transformatus est comprehẽdit: Marthæus verò sex intermedios. *Marc. 9.2. Luc. 9.27.

[c] Transformatio hæc non prorsus exhibuit Christum visendum discipulis, qualis nunc est in cælo, sed gustum immẽsæ illius modò p̃dictæ a Christo gloriæ præbuit, qualem ipsi capere poterant.

[d] Hebr.

[e] Marcus significat cap. 9 6. Petrum quum in ecstasin raptus esset instar hominis attoniti loquutum esse. * Supr. 3.17. 2. Pet. 1.17.

[f] Articulus Jesum à reliquis filiis distinguit: Ille enim natura Filius est, nos adoptione. ideò primogenitus dicitur inter fratres, Rom. 8.29. quia licet ipso jure sit unicus, princeps tamen est inter multos, quatenus est fons adoptionis ac caput.

[g] Proni adoratunt. Suprà 2. 11.

[h] Unus illis relinquitur Christus ut doceretur, legi & Prophetis temporalem fuisse gloriam, ut solus Christus maneat conspicuus.

[i] Quod vidissent. alioqui propriè de eo dicitur חזון, quod per quietem in somnis cernitur. *Mal. 4.5. sup. 11.14. mar. 9.11.

11 Iesus autem respondens dixit eis, [k]Elias quidẽ veniet primùm & restituet omnia:

12 Sed dico vobis, Eliam jam venisse, quem non agnoverunt, sed fecerunt ei quæcumque voluerunt: ita futurum est ut & filius hominis patiatur ab eis.

13 Tunc intellexerunt discipuli *eum* de Iohanne Baptista *hæc* ipsis dixisse.

14 [l] Et quũ venissent ad turbam, adiit eum quidam, procidens ei ad genua.

15 Et dicẽs, Domine miserere filii mei, quoniam [m] lunaticus est, & malè afficitur: nam sæpe cadit in ignem, & sæpe in aquam.

16 * Et obtuli eum discipulis tuis, nec potuerunt eum sanare.

17 Respondens autem Iesus dixit, O natio incredula & perversa, quousque tandem ero vobiscum? quousque tandem [n] tolerabo vos? adducite mihi eum huc.

18 Et increpavit dæmonium Iesus, exiitque illud ab eo: & sanatus est puer ab illo momento.

19 [o] Tunc adeuntes discipuli Iesum privatim, dixerunt, [p] Quare nos non potuimus illud ejicere?

20 Iesus autem dixit eis, Propter incredulitatem vestram. *amen quippe dico vobis, si habeatis [q] fidem quantulum *est* granũ sinapis, dicetis huic monti, Transgreditor hinc illuc: & demigrabit: & nihil [r] impossibile vobis erit.

21 [s] Hoc verò genus *dæmoniorum* non egreditur nisi per [t] precationem & jejunium.

22 * [v] Versantibus autem ipsis in Galilæa, dixit eis Iesus, Futurum est ut Filius hominis tradatur in manus hominum.

23 Et trucidabunt eum, sed tertio die suscitabitur. Et contristati sunt vehementer.

24 [x] Quum autem venissent Capernaumum, venerunt ad Petrum qui didrachma accipiunt: dixerúntque, Præceptor vester [y] non solvit [z] didrachma?

25 Dicit, Etiam. Et quum ingressus fuisset domum, prævenit eum Iesus, dicens, Quid tibi videtur [a] Simon? Reges terræ à quibus accipiunt tributa sive censum? [b] a filiis suis, an ab alienis?

26 Dicit ei Petrus, Ab alienis. Ait ei Iesus, Nempe igitur [c] liberi sunt filii.

27 Sed ne offendiculo simus eis, profectus ad mare, mitte hamum: & eum piscem qui ascenderit primus, tolle: & aperto ore ejus invenies [d] statêrem: acceptum illum da eis pro me & pro [e] te.

11 Respondit Ieschua, & dixit illis, Ilija [3] venit priùs ut omnia compleat.

12 Dico autem ego vobis quòd ecce Ilija venit, & non agnoverunt eum, & fecerunt in eum quicquid voluerunt: sic etiam Filius hominis futurum est ut patiatur ab illis.

13 Tunc intellexerunt discipuli quòd de Iuchannan Baptista dixisset ipsis.

14 Et quum venissent ad turbam, accessit ad eum [4] quidam, & incurvavit se super genua sua.

15 Et dixit ei, Domine mi, miserere mei. filius est mihi cui est [5] lunaticus *morbus*, & malè afficitur. multis enim [6] vicibus in ignem cadit, & multis vicibus in aquas.

16 Et obtuli eum discipulis tuis, & non potuerunt sanare eum.

17 Respondit Ieschua, & dixit, O generatio incredula & distorta, quousque tandem ero apud vos? & quousque tandem sustinebo vos? adducite eum ad me huc.

18 Et increpavit [7] illud Ieschua, & exivit ab eo dæmonium: & sanatus est puer ex illa hora.

19 Tunc accesserunt discipuli ad Ieschua seorsum, & dixerunt ei, Quare nos non potuimus sanare illum?

20 Dixit illis Ieschua, Propter incredulitatem vestram. Ammin enim dico vobis, quòd si esset in vobis fides sicut granum sinapis, [8] diceretis monti huic, Discede hinc, & discederet: [9] & nihil potentius vobis esset.

21 Hoc autem genus non egreditur nisi [10] per jejunium & per precationem.

22 Quum autem versarentur in Galilæa, dixit illis Ieschua, Futurum est ut Filius hominis tradatur in manus filiorum hominis:

23 Et occident eum, & die tertio resurget. Et contristati sunt valdè.

24 Quúmque venissent in Cephar-Nachum, accesserunt illi qui accipere solent [11] binas drachmas argenti capitationis, ad Cipha, & dixerunt illi, Dominus vester non dat duas drachmas suas?

25 Dixit illis, Etiam. Quúmque ingressus fuisset Cipha in domum, prævenit eum Ieschua, & dixit ei, Quid videtur tibi Schemeun? Reges terræ à quo accipiunt tributum [12] & argentum capitationis? à filiis suis, an ab alienis?

26 Dixit ei Schemeun, Ab alienis. Dixit illi Ieschua, Ergo [13] libertate sunt prediti filii.

27 Ne autem offendamus istos, abi ad mare, & projice hamum, & pisci primo qui ascenderit, aperi os, & invenies [14] statêrem. Ipsum accipe & offer pro me & pro te.

[k] Hoc debet referri ad tempus prophetiæ, q. d. Malachias nõ falsò hoc dixit: nã jam venit Elias: completum enim fuit vaticinium in Johanne Baptista veniente in spiritu & virtute Eliæ.

[l] 2. indigni quidem sunt homines Christi beneficentia, sed ipse nihilominus eos respicit.

[m] Qui certis lunæ temporibus comitialli morbo aut alio genere morbi laborant: hoc tamẽ loco ita accipiendum est, ut ad morbũ naturalem intelligamus accessisse diabolicum furorẽ. * *Mar. 9. 14. Luc. 9. 37.*

[n] Sustinebo vos: Hæc autẽ objurgatio ad scribas directa est.

[o] 3. Diffidentia interrumpit divinorum beneficiorum cursum.

[p] Mirantur discipuli ablatã sibi esse virtutem qua semel instructi fuerant, Supr. 10. 1. quũ proprio vitio ea se privarint. Nam sequitur, Jesus autem, &c. * *Luc. 17. 6.*

[q] Non fidem illam generalem & historicam intelligit: nec etiam fidem justificantem. Sed illam demum specialem, & quibusdam Christianis particularem, qua animus quodam spiritus S. impulsu ad res mirandas perficiendas impellitur, & ista vocatur fides miraculorum.

[r] Hyperbolica est loquendi formula.

[s] 2. Remedium adversus diffidentiam.

[t] Ut intelligatur attentio & diligentia precationis ardentis, quæ extra sobrietatem esse nequit. * *Infr. 20. 17. Mar. 9. 11. Luc. 9. 44.* [v] Magis ac magis præparandi sunt animi nostri adversus crucis offendiculum. [x] 2. Christus ultrò sese Cæsaris edictis subjiciens, ostendit civiles politias Evangelii doctrina minimè aboleri.

[y] Non negat, sed interrogat. [z] Qui viginti annos essent nati ad quinquagesimum, pendebant sicli sanctuarii dimidium, Exod. 30. 13. Hoc erat didrachmon Atticum, quod Judæa subacta exegerunt Romani. Solvendi autem ratio erat, ut quisque urbem eligeret quasi fixum domicilium in qua censeri vellet. Non dubium est igitur Christum venisse Capernaumum, ut in suam urbem, ad solvendum annuum illud tributum.

[a] Quòd Petrum compellat potiùs quàm alios, factũ est, quia tunc habitavit in eadem urbe, & domicilium uterq; ibidẽ habuit. Quapropter dicit Christus, *da eis pro me & pro te*: de aliis nullum verbum. [b] Per filios, non subditos, qui tributum solvebant, sed naturales filios intellige. Ergo his verbis docet, se esse regis filium. [c] Christus minimè hic de communi jure fidelium disserit: sed tantùm similitudinem petit a filiis Regum, qui unà cũ suis domesticis liberi sũt. [d] Stater erat tetradrachmon, i. quatuor drachmarũ. [e] Petrus ejus civitatis erat civis: propterea tributũ eo loco dare cogebatur.

[3] F. i. fuit venturus. sic accipi flagitat interrogatio præcedente versu. Nam verbum aut participiũ præsens, aut paulò pòst, aut necessariò futuri significationem obtinet. Sic suprà 2. 4. & 3. 11. & 11. 3. & 20. 22. & 23. & Luc. 1. 34.

[4] Ad verbum Homo. Hebraismus.

[5] Syrè כר אנרא, cujus explicationem habes suprà Matth. 4. in fine.

[6] Ad verb. Tẽporibus. Hebraismus.

[7] F. putà dæmonium, non autem puerũ. Nã relativum quandoque præit antecedenti suo.

[8] F. i. possetis dicere: ut in quæstione ostendunt hæc verba, *& non potuimus.*

[9] Ad verbum, Et aliquid nõ esset potentius vobis. Hebraismus.

[10] i. singularẽ hominum præparationem, & donum singulare Dei: ac non vocationem ordinariam.

[11] Ad verbum, Duas duas drachmas, Hebraismus. Porrò drachmam ajunt in Thalmud diversis in locis idem esse numisma quod propria gentis appellatione dicebatur מעה *meba*, quod sexta pars denarii est, & tantum argenti continet quantum est põdus sexdecim granorum hordei, ita ut duæ drachmæ, quæ cuique solvendæ erant, continerent argenti pondus 32. granorũ hordei. Stater autem proprièe gentis nomine vocabatur אסתירא *Astira*, & memoratum pondus argenti duplicabat: i. quatuor continebat drachmas.

[12] F. Hoc verò tributum neque ex lege fuit (nam mandatum Exod. 30. erat temporarium ad extructionem tabernaculi) neque tum Iudæis solùm impositum, sed omnibus quæ in orbe Rom. erant: vt evincit sermo Christi, & docet Dionysius lib. 4. Antiquit. Illa autem *ἀναλίσκωσι* in distributivis sermonibus adhiberi solent: ut Gen. 7. 2. & inf. 20. 9. & 10. [13] F. vel *aut argentum cap.* nam copula non rarò disjunctivæ significationis est, ut Exod. 21. 15.

[14] Ad verb. Filii libertatum sunt filii, i. filii sunt ii quibus convenit esse liberos. [14] De valore statêris vide paulò antè annot.

CAP

CAPUT DECIMUMOCTAVUM.

[1] *Maximus in regno Dei.* [5] *Suscipere puerulum.* [6] *Scandalizare.* [7] *Scandala.* [9] *Oculi erutio.* [10] *Angeli.* [12] *Ovis perdita.* [15] *Correptio.* [17] *Excommunicatio.* [21] *Fratri resipiscenti semper parcendum.* [23] *Parabola regis conferentis rationem cum servis suis.*

IN illa hora accesserunt discipuli ad Jeschua, & dixerunt, Quisnam maximus est in regnum cælorum?

2 Et vocavit Jeschua puerum, & statuit eum in medio illorum.

3 Et ait, Ammin dico vobis, quòd nisi conversi fueritis, & efficiamini sicut pueri, non intrabitis in regno cælorum.

4 Qui igitur demittit seipsum, sicut hic puer, [1] hic erit maximus in regno cælorum.

5 Et qui recipiet [2] similem puero huic in nomine meo, is me recipit.

6 Et omnis qui offenderit unum de pusillis istis qui credunt in me, tolerabilius fuerit ei ut sit suspensa mola asinaria ad collum ejus, & demergatur in profunda maris.

7 Væ mundo ab offendiculis. Necesse enim est ut veniant offendicula: væ autem homini [3] per cujus manum veniunt offendicula.

8 Si autem manus tua aut pes tuus offendit te, [4] abscinde eum, & projice eum à te. [5] bonum enim est tibi ut ingrediaris ad vitam [6] claudus aut [7] mutilus, & non, quum sint tibi ambæ manus aut ambo pedes, ruas in ignem æternum.

9 Et si ita sit ut oculus tuus offendat te, erue eum & projice eum abs te: bonum est tibi ut uno oculo ingrediaris ad vitã, & non, quum sint tibi duo oculi, ruas in Gihanna ignis.

10 Videte ne [8] contemnatis unum ex istis pusillis. Dico enim ego vobis, quòd angeli [9] eorum omni tempore vident faciem Patris mei qui est in cælis.

11 Venit enim Filius hominis ut [10] vivificet id quod perierat.

12 Quid videtur vobis? Si fuerint [11] alicui centum oves & aberraverit una ex eis, nónne relinquit nonaginta novem in monte, & abiens quærit eam, quæ aberraverat?

13 Et, si inveniat eam, ammin dico vobis quòd gaudeat super ea magis, quàm *super* nonaginta novem quæ non aberraverunt.

14 Sic non est voluntas coram Patre vestro qui est in cælis ut pereat unus de pusillis istis.

15 Si autem [12] peccaverit in te frater tuus, vade, [13] argue eum inter te & ipsum solum: si audierit te, lucratus es fratrem tuum.

16 Et si non audierit te, accipe tecum unum aut duos: ut per os duorum aut trium testium consistat omne verbum.

EO *ipso tempore adierunt Jesum discipuli, dicentes, Quisnam maximus est in regno cælorum?

2 [a] Et quum advocasset puerulum Jesus, statuit eum in medio eorum.

3 *Et dixit, Amen dico vobis, nisi vos converteritis, & [b] fiatis ut pueruli, ne quaquam ingrediemini in regnum cælorum.

4 Quisquis igitur summiserit sese sicut *est* puerulus iste, is est maximus ille in regno cælorum.

5 [c] Et quisquis exceperit aliquem puerulum talem nomine meo, me excipit.

6 *[d] Quisquis autem offendiculo fuerit uni ex parvis istis qui in me credunt, præstiterit ei ut suspendatur mola [e] asinaria in collo ejus, ac demergatur in profundo maris.

7 [f] [g] Væ mundo ab offendiculis. necesse est enim ut eveniant [h] offendicula: verumtamen væ homini illi per quem offendiculum evenit.

8 *Si verò manus tua vel pes tuus facit ut tu [i] offendas, exscinde ea, & abjice abs te. bonum est tibi ad vitam ingredi claudum aut mancum *potiùs*, quàm duas manus vel duos pedes habentem conjici in ignem illum æternum.

9 Et si oculus tuus facit ut tu offendas, erue eum, & abjice abs te: bonum est tibi luscũ ingredi in vitam, *potiùs* quàm duos oculos habentem conjici in gehennam ignis.

10 [k] Videte ne contemnatis aliquem ex parvis istis: * dico enim vobis, Angelos eorum in cælis per omne *tempus* [l] intueri faciem Patris mei qui in cælis est.

11 *Venit enim filius hominis ut servet quod perierat.

12 *Quid vobis videtur? si fuerint alicui homini centum oves, & erraverit una ex iis, nónne relictis ipsis nonaginta novem, profectus in montes, quærit eam quæ aberraverat?

13 Quod si acciderit ut inveniat eam, amen dico vobis, gaudet super ea magis quàm super illis nonagintanovem quæ non aberrârant.

14 Ita non vult Pater vester qui in cælis est, ut pereat ullus ex parvis istis.

15 *[mn] Si verò peccaverit [o] in te frater tuus, ito, & argue eum inter te & ipsum solum: si te audierit, lucratus es fratrem tuum.

16 Sin verò te non audierit, assume tecum adhuc unum aut duos: *ut [p] ex ore duorum aut trium testium confirmetur res tota.

[1] r. Nempe demissus est. sic Psal. 131.

[2] Ad verbum, sicut puerum hunc. r. oprimè Syrus. nã ωσεὶ aut κατ' ὁμοίωσιν dicitur qui puero similis est figuratè, aut ellipsis particulæ ὡς statuenda Hebræis frequens, ut Prover. 25. 11. & 11. 22. & infrà 26. 12.

[3] Hebraismus, pro cujus opera.

[4] r. vide suprà in 5. 39.

[5] Hebraism. est usitatissimus: pro, Melius enim est tibi ut &c. quàm quũ sint tibi ambæ manus &c. Carent enim Heb. Chaldæi, & Syri comparativis & superlativis gradibus, & pro iis positivis utuntur.

[6] חגים Idem quod חגיר claudus: sic Marc. 9.

[7] פשיג mutilum. Vide sup. cap. 15 Hebraicè dicereturכרות. & idem legitur Marci 9.

[8] תבסון sicut Hebraic. תכוו mutato *zain* in *samech*. Sũt enim literæ ad idem pronunciationis organum, (id est ad dentes) & affinè sonum pertinentes.

[9] r. id est, quos Deus mittit administros propter salutem electorũ & eorum qui cum humilitate hîc agunt, & pòst illic hereditatem salutis percepturi sunt, Heb. 1. 14

[10] r. id est, servet, ex Hebræorum usu: Gen. 6. 19. & infr. 19. 25. & Mar. 3. 4. & 8. 35.

[11] Ad verbum, Homini.

[12] אסכל Id est, stultè & insipienter egerit. Vide quæ annotata sunt in cap. 6. 14.

[13] אכיחו In arguendi significatione verbum hoc legitur in Psalmis, Proverb. & Job. & alibi apud paraphrasten Chaldæum sæpe.

* *Mar. 9. 33. Luc. 9. 46.*

[a] 2. Submissio animi, vera ad excellentiam via.

* *Infr. 19. 14. 1. Cor. 14. 20.*

[b] Significat eos pravo affectu esse occupatos, & eorũ ambitionem perstringit.

[c] Ne quis puruli exemplũ contemneret, pueros mitè commendat. metaphoricè autem pueros appellat Christus qui deposita altitudine se ad modestiã & subjectionẽ cõposuerint.

* *Mar. 9. 42. Luc. 17. 1.*

[d] 2. Fratrum quantumvis abjectorum summa nobis habẽda ratio. Qui secus fecerit graves pœnas dabit.

[e] Lapis quo fruges molunturur. Hoc autem supplicii genus peculiare erat Palæstinis, quod parabatur gravioribus scelestibus.

[f] 5. Non potest quidem vir bonus nisi per media offendicula incedere, sed omnes precidendæ sunt occasiones.

[g] Deploratio est. quasi dicas, Heu quàm malè erit mundo ob scandala offendiculâque pusillorum.

[h] Impedimenta quæ obstãt operibus bonis.

* *Supr. 5. 10. Mar. 9. 43.*

[i] Hyperbolica sunt hæc oña, & amplificandi causa huc adducta quasi dicas, Tam sedulò & constanter resistẽdum est scandalis, ut oculos potiùs eruere & manus abscindere cõveniat, quàm ut scandala foveantur.

[k] 8. Quò quispiam est infirmior, eo magis oportere illius salutẽ nobis curæ esse, Deus ipse suo exemplo nos docet. * *Psalm. 34. 8.*

[l] Loquitur more seculi hujus, ubi consistere in conspectu regis, faciémque ejus perpetuò videre posse, signum est domesticæ intimæq; familiaritatis. * *Luc. 15. 10.* * *Luc. 15. 4.* * *Lev. 19. 17. Eccl. 19. 13. Luc. 17. 3. Jac. 5. 18.*

[m] Quia de ferendis fratrũ infirmitatibus cõcionatus fuerat Christus, nunc quomodo, & in quẽ finẽ, & quatenus ferendæ sint clariùs ostẽdit.

[n] 8. Studendũ est sarciendæ concordiæ, nõ autẽ vindicandæ injuriæ.

[o] Si peccaverit ita, ut solus peccatũ fratris notis. * *Deu. 19. 15. Joh. 8. 17. 2. Cor. 13. 1. Heb. 10. 28.* Plã est, sermone ac testimonio: os enim aliquando sumitur pro sermone. Num. 5. 16. atque etiam pro tacito testimonio, scilicet quum res per se loquitur. Infr. 21. 16.

17 [q] Quòd si neglexerit eos audire, dic [r] Ecclesiæ: quòd si Ecclesiam audire neglexerit, sit tibi velut [s] Ethnicus & publicanus quispiam.

18 Amen dico vobis, *quæcumque [t] ligaveritis in terra, erunt ligata in cælo: & quæcumque solveritis in terra, erunt soluta in cælo.

19 [v] Rursum dico vobis, si duo ex vobis consenserint in terra, de omni re quam petierint, fiet eis a Patre meo qui in cælis est.

20 Ubi enim sunt duo vel tres coacti in nomine meo, illic sum in medio eorum.

21 [x] Tunc audiens eum Petrus dixit, Domine, quoties peccabit in me frater meus, & remittam ei? *an* * usque septies?

22 Dicit ei Jesus, non dico tibi usque septies, sed [y] usque septuagies septies.

23 *Propterea simile est regnum cælorum regi, qui voluit conferre rationem cum servis suis.

24 Et quum cœpisset conferre, oblatus est ei quidam debitor [z] decies mille talentorum.

25 Quum autem is non posset *hæc* reddere, [a] jussit eum Dominus ejus venundari, & uxorem ejus, & liberos, & omnia quæ habebat, & reddi *debitum*.

26 Procidens ergo servus ille adorabat eum, dicens, Domine, [b] cohibe iram adversum me, & omnia tibi reddam.

27 [c] Commotus autem intima commiseratione Dominus servi illius, dimisit eum, & mutuum remisit ei.

28 Egressus verò servus ille invenit unum ex conservis suis, qui debebat ei cẽtum denarios: & prehensum eum [d] suffocabat, dicens, Redde quod debes.

29 Procidens ergo conservus ejus ad ejus pedes, precabatur eum, dicens, Cohibe iram adversum me, & omnia reddam tibi.

30 Ille verò noluit: sed abiens conjecit eum in carcerem, quousque redderet debitum.

31 Quum autem vidissent conservi ejus quæ facta fuerant, doluerunt vehementer: & quum venissent, declarârunt domino suo omnia quæ facta fuerant.

32 Tunc eo advocato dominus ipsius dixit ei, Serve male, totum debitum illud remisi tibi, quia precatus es me:

33 Nónne oportuit & te misereri conservi tui, ut & ego tui misertus sum?

34 Et iratus dominus ejus tradidit eũ tortoribus, usquequo redderet id omne quod sibi debebatur.

35 Ita & pater ille meus cælestis faciet vobis, nisi remiseritis suo quisque fratri ex cordibus vestris, lapsus eorum.

17 Si autem etiam hos non audierit, dic [14] Ecclesiæ. Si verò etiam Ecclesiam non audierit, sit tibi sicut publicanus & sicut ethnicus.

18 Et ammin ego dico vobis, quòd quicquid ligaveritis in terra, erit ligatum in cælis: & id quod solveritis in terra, erit solutum in cælis.

19 Rursum ego dico vobis, quòd si duo ex vobis consenserint super terram de omni re quam petierint, fiet illis a Patre meo qui est in cælis.

20 Ubi enim sunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi ego sum in medio eorum.

21 Tunc accessit ad eum Cipha, & dixit ei, Domine mi, [15] quoties, si peccaverit in me frater meus, remittam ei? [16] usque ad septimam vicem?

22 Dixit illi Jeschua, Non dico tibi, usque ad septimam, sed usque ad [17] septuaginta vices septies & septies.

23 Propterea assimilatum est regnum cælorum homini regi, qui voluit ut acciperet rationem à servis suis:

24 Et quum cœpisset accipere, obtulerunt ei unum qui debitor erat unius myriadis [18] talentorum:

25 Et quum non esset illi solvendo, jussit dominus illius ut venderetur ipse, & uxor ejus, & filii ejus, & quicquid erat ei, & solveret.

26 Et procidit ille servus, adoravit eũ, & dixit, Domine mi, [19] patiens esto erga me, & omnia solvam ego tibi.

27 Et misericordia motus dominus servi illius, & absolvit eum & debitum ejus remisit ei.

28 Egressus verò est servus ille, & invenit unum de [20] conservis suis, qui debitor ei erat [21] denariorum centum. Et apprehendit illum, & strangulabat illum, & dicebat illi, Redde mihi id quod debes mihi.

29 Et procidit ille conservus ad pedes ejus, rogavit eum, & dixit, [22] Patiens esto erga me, & omnia ego solvam tibi.

30 Is autem noluit: sed abiens conjecit illum in carcerem, donec daret sibi id quod debebat sibi.

31 Quum vidissent autem conservi eorum id quod fiebat, indoluerunt valdè: & euntes manifestaverunt domino suo quicquid factum fuerat.

32 Tunc accersivit eũ dominus suus, & dixit illi, Serve nequam, illud totum debitum remiseram tibi, quòd rogasses me.

33 Nónne oportuisset ut tu gratiosus esses conservo tuo, quemadmodum ego gratiosus fui tibi?

34 Et iratus est dominus ejus, & tradidit eum [23] tortoribus, usquedum redderet quicquid debebat sibi.

35 Sic faciet vobis pater meus qui est in cælis, si non remiseritis [24] quisque fratri suo ex corde vestro peccata illius.

[q] B. Qui Ecclesiæ judicium cõtemnit, Deũ contemnit.

[r] Agit, non de quadam politia, sed de ecclesiastico cõvẽtu, nã posteà addit ligandi & solvendi potestatẽ, quæ ecclesiæ erat: respicit autem rationem sui temporis, quo penes Seniores judicium erat ecclesiæ, Joh. 9. 22. item 12. 42. item 16. 2. apud quos supplicium erat e Synagoga ejici, velut apud nos excommunicari.

[s] Profanus & a religione alienus: qui tales erant, Gentes ab Hebræis vocabantur, quorum sicut & publicanorum consuetudo fugeretur.

*1. Cor. 5. 9. 2. Thess. 3. 14. Joh. 20. 23.

[t] Suprà 16. 19.

[v] q. d. Non solùm ratum erit si aliquem excommunicaveritis: sed rursus dicovobis, si pro peccatore preces fuderitis, Deus exaudiet vos, non ecclesiam duntaxat universam, sed etiam si duo tãtùm uno consensu petierit.

[x] B. Implacabilem Deum experientur qui a fratribus quãtumvis magnis multisq; injuriis provocati, non ignoscunt.

*Luc. 17. 4.

[y] Numerus certus pro incerto: finitus pro infinito ponitur. significat Christus remittendum esse quoties resipuerit frater.

*Luc. 17. 4.

[z] Ut sit insigne discrimẽ, memoratur ingens summa sexagies centena millia aureorum coronatorum, & exigua decem aureorum, inter quæ proportio evanescit.

[a] Antiquitus erat lex, ut qui solvendo non esset, is nexus addiceretur creditori, luiturus corpore, quod ære non posset.

[b] Ne indulgeas iracundiæ tuæ erga me. sic Deus μακροθυμος in sacris literis celebratur, id est, clemens & cohibens impetum animi, Psal. 86. 5. patiens & multæ misericordiæ. [c] Supr. 6. 36. [d] Premebat fauces illius, seu collum obtorquebat.

[14] r. Id est, consilio illi à Deo & congregatione sanctorum ejus instituto, ut sit penes illud & ligandi & solvendi secundùm Deũ auctoritas: ut ostenditur hoc & sequẽte versu.

[15] Ad verbum, Quot temporibus. Syra phrasis.

[16] Ad verbum, Usque ad septem tempora.

[17] לשבעין זבנין שבע שבע Hebraicè ad verbum esset לשבעים פעמים שבעה שבעה, Loquutio Syra: & significat quatuordecim vicibus septuagies. éstq; numerus finitus pro infinito.

[18] Talentum Hebræi vocãt ככר *cicar*, Chaldæi verò & Syri כברא *cacera*: Et ut refert D. Kimchi in suo lib. Radicum, continebat libras sexaginta argẽti vel auri, aut alterius generis metalli.

[19] Ad verbum, contine erga me spiritum, id est, iram.

[20] Ad verbum, de cognominatione sua, hoc est, Qui de nomine ejusdem heri vel conditionis vocabatur. Periphrasis est cõservi. Fortassis refertur ad Hebraicam vocẽ כנה, quam Chaldæi interpretantur שמוש, id est, ministerium: quæ significatio magis esset apta, & propinqua.

[21] Denarius numisma erat Hebræis, vocatũ zuz propria appellatione: de quo legitur Lucæ cap. 15. 8. licet etiam Denara barbaro vocabulo, quod a Romanis acceperãt, vocarent. Continebat autem argenti pondus, 96. granorum hordei, id est, æquivalebat sex drachmis. s. puta denarius major: nam minor communi appellatione cum drachma fuit zuz, & pretii ejusdem fermè quoque cum drachma fuit: de qua suprà 17. 24.

[22] Ad verbum, Contine erga me spiritum, id est iram, ut paulò antè.

[23] לסנגדנא iis qui torquent, & flagellant. Sic infrà cap. 20. 19. וינגדונה & flagellabant eum.

[24] Ad verbum, Homo fratri suo, Hebraismus.

CAP

CAPUT DECIMUMNONUM.

[2] *Sanantur infirmi.* [7] *Libellus abscessionis.* [12] *Eunuchi.* [13] *Pueruli oblati.* [17] *Bonus Deus.* [20] *Mandata servanda.* [21] *Perfectus.* [23] *Diues.* [26] *Salus a Deo.* [27] *Relinquere omnia & Christum sequi.*

ET factum est, ut quum [1] complevisset Jeschua verba hæc, [2] migravit à Galilæa, & venit in confinium Judææ [3] trans Jurdenan.

2 Et convenerunt post eũ turbæ multæ, & sanavit illos ibi.

3 Et accesserũt ad eum Pharisæi, & tentabant eum, & dixerunt, An licet [4] homini ut dimittat uxorem suam [5] qualibet occasione?

4 Ille autẽ respondit, & dixit illis, An non legistis quòd is qui fecit ab initio, marem & fœminam fecit eos?

5 Et dixit, Propterea derelinquet vir patrem suum & matrẽ suam, & adhærebit uxori suę, & erunt ambo illi una caro

6 Quapropter non sunt duo, sed unum corpus. Illud igitur quod Deus conjunxit, filius hominis non separet.

7 Dicunt illi, Quare igitur Musche prę-cepit ut daremus [6] scriptum desertionis, & dimitteremus eam?

8 Ait illis, Musche [7] contra duritiem cordis vestri, permisit vobis ut dimitteretis uxores vestras: ab initio autem non fuit sic.

9 Dico autem vobis, quòd qui deserit uxorem suam [8] quæ adulterium nõ commisit, & accipit aliam, adulterium committit: & qui accipit desertam, committit adulterium.

10 Dicunt ei discipuli ejus, Si ita sit negotium inter virum & uxorem, non expedit ducere uxorem.

11 Ille autem dixit eis, [9] Unusquisque non est capax sermonis hujus, sed is cui datum est.

12 Sunt enim [10] eunuchi qui de utero matris suæ nati sunt ita: & sunt eunuchi qui ab hominibus facti sunt eunuchi: & sunt eunuchi qui seipsos fecerunt eunuchos propter regnum cælorum. Qui potens est ut capiat, capiat.

13 Tunc obtulerũt ei pueros, ut poneret manum suam super eos, ac oraret. Et prohibuerunt eos discipuli ejus.

14 Ipse verò Jeschua dixit illis, Sinite pueros venientes ad me, & ne prohibeatis eos: illorũ enim qui sunt sicut isti, est regnum cælorum.

15 Et imposuit manũ suam super illos, & abiit illinc.

16 Et veniens quidam accessit, & dixit illi, Magister bone, quid boni faciam ut sit mihi vita æterna?

17 Ille autem dixit ei, Quid vocas tu me bonum? Nullus est bonus nisi unus Deus. Si autem vis ingredi ad vitam, serva mandata:

18 Dixit illi, Quæ? Jeschua autem ait il-

[1] f. vide suprà in 10.23.
[2] Syrum verbũ est שקל, quod propriè significat attollere & levare, ut vertendũ propriè sit Levavit vel Sustulit (subaudi pedes suos) à Galilæa, &c. Similis loquutio habetur Genes. 29.1. וישא יעקוב רגליו וילך ארצה בני קדם: id est, Levavit Jaakob pedes suos, & abiit in terram filiorum Orientis.
[3] f. vel secundùm Jurdenã. vide sup 4.15.
[4] f. id est, ulli vel cuiquam. Hebraismus.
[5] Ad verb. in omni occasione.
[6] f. i. libellum repudii, ut appellatur vulgò.
[7] f. i. respectu duritiei. Sic enim accipiũt Syri præpositionẽ לוקבל, ut Latini ob, vel propter. atque hæc justa est interpretatio, ac si e regione dixeris, ut infrà, 21. 2.
[8] f. sic optimè interpretatur hæc verba μὴ ἐπὶ πορνείᾳ, ut in Complutẽsi editione extãt: nam aliæ interpretationes sic habent ut si legeretur εἰ μὴ ἐπὶ πορνείᾳ.
[9] Ad verb. Nõ omnis homo, Hebraismus.
[10] מהימנא Idẽ quod Heb. נאמן id est, fidelis: quòd eunuchorum fides deligeretur assevãdis thoris.

ET *factum est, quum finiisset Jesus sermones istos, ut [a] solveret e Galilæa, [b] & venit in fines Iudææ, secus Jordanem.

2 Et sequuta est eum turba multa, sanavitque eos illic.

3 [c] Tunc adierunt eum Pharisæi, tentantes eum, & dicentes ei, Licẽtne homini dimittere uxorem suam quavis ex causa?

4 Ille verò respondens dixit eis, Non legistis* opificem ab initio fecisse [d] masculum & fœminam?

5 Et dixisse, *Propterea derelinquet homo patrem & matrem, & [e] agglutinabitur uxori suæ: & [f] qui duo *fuerant*, erunt una caro?

6 Itaque non ampliùs sunt duo, sed una caro. quod ergo Deus [g] conjunxit, homo ne sejungat.

7 [h] Dicunt ei, Cur ergo* Moses mandavit dare libellum discessionis, & eam dimittere?

8 Dicit eis, Moses [i] pro duritia cordis vestri [k] permisit vobis dimittere uxores vestras: cæterùm a principio non fuit ita.

9 Dico autem vobis, * quicumque dimiserit uxorem suam, nisi [l] ob scortationem, & aliam duxerit, mœchatur, & qui dimissam duxerit, mœchatur.

10 Dicunt ei discipuli ejus, [m] Si tale est negotium hominis cum uxore, [n] non expedit uxorem ducere.

11 Ipse verò dixit eis, [o] Non omnes [p] sunt capaces hujus sermonis, sed *ii* quibus datum.

12 Sunt enim [q] eunuchi qui ex matris utero nati sunt ita: & sunt eunuchi qui castrati sunt ab hominibus: & sunt eunuchi qui [r] seipsos castrârunt propter regnũ cælorum. [s] Qui potest capax esse *hujus rei*, capiat.

13 * [t] Tunc oblati sunt ei pueruli, [v] ut manus eis imponeret, & precaretur: discipuli autem objurgârunt [x] eos.

14 Jesus autem ait, Omittite istos puerulos, & ne prohibete eos ad me venire. [y] talium est enim regnum cælorum.

15 Et quum imposuisset eis manus, profectus est illinc.

16 *[z] Et ecce, quidam accedẽs dixit ei, Doctor bone, quid boni faciã ut habeam vitam æternam?

17 Ipse verò dixit ei, Cur me dicis bonum? nullus est bonus, [a] nisi unus, *nempe* Deus. Si vis autem ad vitam ingredi, serva mandata.

18 Dicit ei, Quæ? Jesus autem dixit, *Nõ

* *Mar. 10.1.*
[a] Trajecit e Galilæa in fines Judeæ.
[b] Hanc regionem beneficiis suis etiam visitare voluit Christus, ut ubique salutis radios spargeret.
[c] B. Indissolubile est conjugii vinculum, nisi ob scortationem.
* *Genes. 1.14.*
[d] Nõ ait masculum & fœminas. Unde ex ordine creationis probatur individua viri cum una uxore societas, & quomodo singuli viri singulas habeant uxores.
* *Gen. 2.24.*
1. Cor. 6.16.
Ephes. 5.31.
[e] Exprimit vis Græci vocabuli, quo significatur arctissima illa cõjunctio viri & uxoris, quasi glutine conjunctorum.
[f] Qui duo erãt homines, fiũt velut unus homo. Caro autẽ per synecdochen pro toto homine seu corpore. Heb.
[g] Unde conjugium & cõjuges, quasi à jugo translatione facta.
[h] B. Non statim probat Deus quòd ciuiles leges coguntur tolerare.
* *Deut. 24.1.*
[i] Ratione vel causa vestræ duritiei.
[k] Lege scilicet politica, non morali: hęc enim perpetua est regula divinæ justitiæ, illa sese aliquãdo ut regula Lesbia inflectit.
* *Sup. 5.32.*
Mar. 10.11.
Luc. 16.18.
1. Cor. 7.11.
[l] Hoc itaq; tẽpore in adulteros latæ leges negligebãtur. repudio enim nõ fuisset op[p], si capitali supplicio diremtũ fuisset matrimonium.
[m] i. si ita se res habet de viro & uxore, seu de cõjugio, ut non ampliùs ita liberum sit repudium. [n] Durã servitutem esse putant, domi ferre morosam, rixosam, temulentam, aut simili vitio molestam mulierẽ. Itaq; loquuntur ut carnales, non ut spirituales: quare eorum stultitiã refellit Dominus. [o] B. Peculiare est cõtinentiæ donum: ac proinde perpetuæ continentiæ legẽ ne sibi quidem potest quisq; indicere. [p] i. recipiunt & admittunt, sicut dicimus locũ aliquem angustum capere [q] posse multas res q. d. Christus, Ab hac nubẽdi necessitate nõ possunt esse oẽs liberi, nisi quibus datum est divinitũs. [q] Eunuchus: nomẽ est generis, ejus species sunt, spadones, thlibiæ, & castrati; nos a cõjugio arcet defectus, quia viri nõ sunt. [r] Qui a cõjugio abstinent, & cõtinentiã servant, ex Dei sc. dono [s] Utilis omnibus admonitio: quia in eligendo vitæ genere, pauci quid sibi datũ sit reputant. * *Sup. 18.3. Mar. 10.15. Luc. 18.15.* [t] B. Ipsi etiã infantes in gratuito Dei fœdere cõprehenduntur. [v] Impositionis manuũ symbolum fuit apud Judæos familiare, quoties solennis erat precatio aliqua aut benedictio. [x] Videlicet parẽtes offerentes filios. [y] Talium dicit nõ horum: quia cõprehendit tam puellos quàm eorum similes. * *Mar. 10.17. Luc. 18.18.* [z] B. Et legem & seipsos minimè omnium norunt qui ex Lege salutem petunt. [a] Hinc discendũ est, quòd quicquid bonitatis in homine reperitur, id oportet esse ex Deo, tanquã ex fonte omnis boni. *Exo. 20.12.*

occid

occides, Non mœchaberis, Non furaberis, Non dices falſum teſtimonium,

19 Honora patrem & matrem. Et, diliges proximum tuum ut teipſum.

20 Dicit ei adoleſcens ille, [b] Omnia hæc obſervavi à juventute mea: quo adhuc deficior?

21 Ait ei Jeſus, [c] Si vis perfectus eſſe, abi, vende quæ tibi ſuppetunt, & da pauperibus: & habebis theſaurum in cælo: & adeſdum, ſequere me.

22 Quum audiſſet autem adoleſcens ille hũc ſermonem, abiit triſtitia affectus. habebat enim bona multa.

23 [a] Jeſus autem dixit diſcipulis ſuis, [d] Amẽ dico vobis, dives difficulter introibit in regnum cęlorum.

24 Rurſum verò dico vobis, Facilius eſt [e] camelum per foramen acus tranſire, quàm divitem in regnum Dei introire.

25 *His* autem auditis diſcipuli ejus perculſi ſunt valdè, dicentes, Quis ergo poteſt ſervari?

26 Intuitus autem *eos* Jeſus dixit eis, Apud homines hoc impoſſibile eſt: apud Deum autem omnia poſſibilia ſunt.

27 [f] *Tunc reſpondens Petrus dixit ei, Ecce, nos reliquimus omnia, & ſequuti ſumus te: quid ergo erit nobis?

28 Jeſus autem dixit eis, Amen dico vobis, vos qui ſequuti eſtis me, [g] in regeneratione, quum ſederit Filius hominis in throno gloriæ ſuæ, [h] ſedebitis vos etiam *inquam* in thronis duodecim,* [i] judicantes duodecim tribus Iſraël.

29 Et quiſquis reliquerit domos, aut fratres, aut ſorores, aut patrem, aut matrem, aut uxorem, aut liberos, aut agros, cauſa nominis mei, centuplicia accipiet, & vitam æternam hæreditatis jure poſſidebit.

30 [k] *Multi autem primi, erunt ultimi: & ultimi primi.

[b] In hoc adoleſcente demõſtratur nobis quanta ſit humani ingenii arrogantia & vanitas. q. d. Nihil aliud mihi proponis quàm iſta vulgaria, quorum obſervantiam mihi ab ipſa juventute vindicare poſsũ.

[c] non verè reſpõderat juvenis ſe omnia mãdata ſervaſſe: ideò veræ charitatis exẽplo propoſito, latentem in animo morbũ indicat.

[d] B. Divites peculiari Dei dono egent, ut poſſint ex Satanæ tendiculis evadere.

[e] Theoph. cameli nomine funem anchorarium intelligit. Caninius verò ex Talmudiſtis obſervat proverbialem eſſe loquutionem, & Cameli nomine animal intelligi. hæc autem ſermonis abſurditas ad emphaſin facit.

[f] B. Minimè perit quod Dei cauſa negligitur.

*Mar.10.28. Luc.17.28.

[g] Regeneratio ſumitur pro illa die, qua electi incipient novam vitam vivere, id eſt, quum animo & corpore fruẽtur illa hęreditate cæleſti.

[h] Humana ſed magnifica ſimilitudine majeſtatis plenum judicium adumbrat. *Luc.22.30.

[i] Hoc non eſt aliter intelligendum, quàm quòd fides Apoſtolorum (qui & ipſi ſunt ex Iſraële, iſque viri idiotæ, & tamen Chriſtum amplexi & miniſtri regni Dei facti) Iſraëlitis ſit ademtura omnem excuſationẽ: ſic de Ninivitis & Regina Auſtri ſup.12.41. legimus. Sed & illud addendũ tamen, quod affirmat Paul.1.Cor.6.3. & ordine judicii, quod Chriſtus extremo die laturus eſt, demõſtratur inf.25.34. & ſequentib. nẽpe a Chriſto myſtico, i.cũ Eccleſia ſua coagmẽtato per Spiritũ, judiciũ in reprobos enũciatum iri.

[k] Non modò nihil juvat, ſed etiam valdè nocet, bene cœpiſſe, niſi quis ad extremum perſeveret. *Mar.10.31. Luc.13.30.

li, Ne occidas, &, Ne perpetres adulteriũ, &, Ne fureris, &, Ne [11] teſtimonium proferas mendax:

19 Et, Honora patrem tuum & matrem tuam, &, Diliges proximum tuum ſicut [12] te ipſum.

20 Dixit ei ille adoleſcens, Hæc omnia ſervavi a pueritia mea: qua re indigeo?

21 Ait illi Jeſchua, Si vis perfectus fieri, vade, vende poſſeſſionem tuam, & da pauperibus, & erit tibi theſaurus in cælis: & [13] veni poſt me.

22 Audivit autem ille adoleſcens ſermonem hunc, & abiit mœſtitia affectus: erat enim ei poſſeſſio multa.

23 Jeſchua autem dixit diſcipulis ſuis, Ammin dico vobis, quòd difficile eſt diviti ut ingrediatur in regnum cælorum.

24 Iterum autem dico vobis quòd [14] facilius eſt camelo intrare in foramen acus, quàm diviti ut intret in regnum Dei.

25 Diſcipuli verò quum audiviſſent, perculſi ſunt valdè, & dixerũt, Quiſnam poteſt [15] vivere?

26 Intuitus eſt illos Jeſchua, & ait illis, Apud filios hominum hoc non poteſt: apud Deum autem omnia ſunt poſſibilia.

27 Tunc reſpondit Cipha, & dixit ei, Ecce, nos reliquimus omnia, & [16] venimus poſt te: quid ergo erit nobis?

28 Dixit illis Jeſchua, Ammin dico vobis, quòd vos [17] qui veniſtis poſt me, in ſeculo novo, quum ſedebit Filius hominis ſuper thronum gloriæ ſuæ, ſedebitis etiam vos ſuper duodecim ſolia, & judicabitis duodecim tribus Iſraiel.

29 Et, quiſquis relinquit domos aut fratres, aut ſorores, aut patrem, aut matrem, aut uxorem, aut filios, aut agros, propter nomen meum, [18] unum in centũ accipiet, & vitæ æternæ hæres fiet.

30 Multi autem ſunt primi, qui futuri ſunt poſtremi: & poſtremi primi.

[11] Ad verbum, Teſteris teſtimonium mẽdax.

[12] f. Syrè, animam tuam ex Orientalium idiotiſmo.

[13] id eſt, Sequere me, Hebraiſmus.

[14] Vocẽ דלי, qua hic utitur Paraphraſtes, in aliis auctoribus Chaldæis aut Talmudicisnõ legi: collatione autem locorum Novi Teſtamenti, in quibus reperitur, ejus hanc eſſe ſignificationem facilè poteſt intelligi. Reperitur autem Lucæ 18.25. & 1. ad Timoth.6.18.

[15] i. Servari. Hebraiſmus.

[16] i. Sequuti ſumus te, ut ſuprà.

[17] i. Sequuti eſtis me.

[18] i. unum auctum in centũ, ut pro illo uno quod reliquit, centum recipiat. Eadẽ phraſis Marc. 9.30. & Luc.8. 8. Et fecit fructus unum in centum, i. auctum in centum. f. vel per centum, id eſt, multiplicatum centuplo.

CAPUT VICESIMUM.

[1] *Operarii conducuntur in vineam.* [15] *Oculus nequam.* [17] *Paſſionem ſuam prædicit.* [20] *Zebedæi filii.* [22] *Calix.* [28] *Miniſter noſter Chriſtus.* [30] *Cæci duo.*

SImile [a] enim eſt regnum cælorum patrifamiliâs, qui exiit cum prima luce ad conducendos operarios *quos mitteret* in vineam ſuam.

2 Pactus autem cum operariis [b] denario in diem, miſit eos in vineam ſuam.

3 Et egreſſus circa horam tertiam, vidit alios ſtantes in foro otioſos:

4 Et illis dixit, Abite & vos in vineam, & quodcunque juſtum fuerit dabo vobis.

5 Illi autem abierunt. Rurſum egreſſus circa ſextam & nonam horam, fecit itidẽ.

6 Circa horam autem [c] undecimam egreſſus, invenit alios ſtantes otioſos, ac dicit eis, Cur hîc ſtatis totum diem otioſi?

7 Dicunt ei, Quia nemo nos conduxit.

SImile [1] eſt regnum cælorum homini [2] domino domus, qui exivit diluculo, ut mercede conduceret operarios [3] in vineam ſuam.

2 Conſtituit autem cum operariis de [4] denario per diẽ, & miſit eos ad vineã ſuã.

3 Et exivit tertia hora, & vidit alios ſtãtes in foro & otioſos.

4 Et ait illis, Ite vos quoque ad vineã, & id [5] quod æquum eſt, ego daturus ſum vobis.

5 Illi autem abierunt. Et exivit rurſum ſexta & nona hora, & fecit ſimiliter.

6 Et circiter vndecimam horam exivit, & invenit alios qui ſtabant & otiabãtur: & dixit illis, Quid ſtatis vos die hoc toto, & otiamini?

7 Dicunt ei, [6] Quia nemo mercede nos

[a] B. Deus nemini obſtrictus, quoſcũq; quãdocumque libuit, vocat. Tãtum danda eſt opera unicuique ut ad metã inoffenſo curſu, nihil in alium vel in Dei judicia curiosè inquirens, perveniat.

[b] De ſingulis in diem denariis. Denarius autem nummi Romani genus eſt, valẽs drachmã, hoc eſt, tres ſolidos Gallicos & ſemiſſem.

[c] Horam ultimam. dies enim 12. horis continebatur, quarum prima ab ortu ſolis numerari ſoleret.

[1] B. Hic deſideratur cauſalis particula, *enim*, quæ in aliis exemplaribus comparet.

[2] Hebr. pro patrefamiliâs. frequenter enim domus pro familia in Scripturis accipit.

[3] f. nẽpe operãdã, ut italoquamur. Nã cõjugata nomina & verba alia inſunt aliis poteſtate: ac propterea apud Oriẽtales ſępe reticentur, ut infr. 26.54.

[4] f. puta minore, q fermè eſt drachma: vide ſupr. 18.28.

[5] Syrum enim verbũ דלא idẽ eſt quod חנוך aut שוא Cõvenit, ut docet auctor ערוך Haruch.

[6] f. vide ſupr. in 13.29.

cond

cōduxit. Ait illis, Ite vos quoq; in vineā, & id quod æquum est, accepturi estis.

8 Quum esset autem vespera, dixit dominus vineæ œconomo suo, Voca operarios, & da illis mercedem suam, & incipe à postremis usque ad primos.

9 Et venientes illi undecimæ horæ, acceperunt [7] singuli denarium.

10 Quúmque venirent primi, arbitrati sunt quòd plus essent accepturi: & acceperunt singuli denarium, etiam ipsi.

11 Et quum acciperent, murmurabant contra dominum domus:

12 Et dicebāt, Hi postremi una hora operati sunt, & pares fecisti eos nobis qui portavimus pondus diei & æstum ejus.

13 Ille aūt respōdit, & dixit uni eorū, Mi amice, ego non ago iniquè cōtra te: nónne factū est *ut* denario conveneris mecū?

14 Accipe quod tuum est, & abi: volo autem ut huic postremo dem sicut tibi.

15 [8] An non licet mihi ut quicquid volo, faciam de meo? An oculus tuus malus est quia ego bonus sum?

16 Sic postremi, erunt primi: & primi, postremi. Multi sunt vocati, & pauci electi.

17 Futurū aūt erat ut Jeschua ascēderet in Urischelē: & assūsit duodecim discipulos suos [9] inter se & illos in via, & ait illis,

18 Ecce, ascēdimus in Urischelē, & Filius hominis tradet principib. Sacerdotū & Legisperitis, & cōdēnabūt eū ad mortē.

19 Et tradent eum Gentibus, & illudēt ei, & flagellabunt eum, & in crucē agent eum, & die tertia resurget.

20 Tunc accessit ad eum mater filiorū Zabdai, ipsa & filii sui, & adoravit eum, & petitura erat ab eo aliquid.

21 Ipse autē dixit illi, Quid vis tu? Dixit ei, Dic ut sedeant hi duo filii mei, unus à dextera tua, & unus à sinistra tua, in regno tuo.

22 Respōdit Jeschua & dixit, Vos nescitis quid petatis. potestis vos bibere poculum quod ego bibiturus sum? aut baptismate quo ego baptizor, [10] baptizabimini? dicunt ei, possumus.

23 Ait illis, Poculum meum bibetis, & baptismate quo ego baptizor baptizabimini: ut sedeatis aūt à dextera mea, & à sinistra mea, non est meum ut dem nisi illis quibus paratum fuit à Patre meo.

24 Quum autem audivissent decem, irati sunt contra hos duos fratres.

25 Et vocavit eos Jeschua & dixit eis, Scitis quòd principes gentium domini illarum sunt, & magnates illorum potestatem exercent in eas.

26 Nō autē sic erit inter vos: sed q vult inter vos ut sit magn[o], sit vobis minister:

27 Et qui vult inter vos ut sit primus, sit vobis servus.

28 Sicut filius hominis non venit ut sibi ministraretur, sed ut ministraret, & daret animam suam redemptionem pro multis.

29 Et quum egrederetur Jeschua ab Ajerichu, [11] veniebat post eū turba multa.

Dicit eis, Abite & vos in vineam: & quicquid fuerit justum accipietis.

8 Quum autem serum diei esset, dicit dominus vineę procuratori suo, Voca operarios, & redde eis mercedem, exorsus ab ultimis, usque ad primos.

9 Et quum venissent qui circa undecimam horam *conducti fuerant*, acceperunt [d] singuli denarium.

10 Quum venissent autem primi, existimārunt se plus esse accepturos: sed acceperunt ipsi quoque singuli denarium.

11 Sed quum accepissent, murmurabāt adversus patremfamiliās,

12 Dicentes, Isti ultimi unam horā *opus* fecerunt, & eos æquales nobis fecisti, qui portavimus pondus diei, & æstum.

13 Ipse verò respondens dixit uni eorū, [e] Amice, non facio tibi injuriam: nónne denario pactus es mecum?

14 Tolle quod tuum est, & abi. volo autem huic ultimo dare ut & tibi.

15 *Annon licet mihi quod volo facere in [f] meis *rebus*? an oculus tuus [g] malus est quia ego bonus sum?

16 Sic ultimi, erunt primi: & primi, ultimi. multi enim sunt vocati, pauci verò electi.

17 [h] Et ascendens Jesus Hierosolyma, assumsit duodecim discipulos suos privatim in via, & dixit eis,

18 [i] *Ecce, ascendimus Hierosolyma, & Filius hominis tradetur primariis Sacerdotibus ac Scribis, & condemnabunt eū morte:

19 [k] *Tradéntque eum Gentibus, ut illudant, & flagellent, & crucifigant: sed tertia die resurget.

20 [l] *Tūc venit ad eū mater filiorū Zebedęi cum filiis suis, adorans & petēs aliquid ab eo.

21 Ipse verò dixit ei, Quid vis? Ait ei, Dic [m] ut sedeāt isti duo filii mei, un[o] ad dexterā tuam, & alter ad sinistram, in regno tuo.

22 Respōdēs aūt Jesus dixit, Nescitis qd petatis. potestis [n] bibere poculū quod ego bibiturus sum, & [o] baptismate quo ego baptizor, baptizari? Dicunt ei, Possumus.

23 Tūc dicit eis, Poculū quidē meū bibetis, & baptismate quo ego baptizor, baptizabimini: sedere aūt ad dexterā meā & sinistram meam [p] non est meum dare, sed *dabitur* quibus paratum est à Patre meo.

24 *Et quum *hæc* audissent *alii* decem, indignati sunt de duobus fratribus.

25 Jesus aūt quū eos advocasset, ait, [q] Scitis principes Gentiū in eas [r] dominari, & magnates potestatem exercere in eas.

26 Verùm nō ita erit inter vos: sed quicumque voluerit inter vos magnus fieri, esto vester minister:

27 Et quicumq; voluerit inter vos primus esse, sit vester servus.

28 Sicut filius hominis non venit ut sibi ministretur, sed ut ministret, *dētque animam suam *in* redemptionis pretium pro multis.

29 *[s] Egredientibus autem ipsis *urbe* Jericho, sequuta est eum turba multa.

[7] Ad verb. Denarium, denariū. ut supr. 17. 24. De denario vide supr. cap. 18. 28.

[8] r. Syrè. aut non licet. vide sup. in 7. 9.

[9] בינוחי ו. Seorsim.

[10] r. l. potestis baptizari? ut postulant adjuncta omnia. sic sup. 10. 20. præsens autem illud, *baptizor*, habet paulo pòst futuri significationē, ut sup. 2. 4.

[11] Id est, Sequebatur eum.

[d] Ad verb. æqualiter denarium.

[e] Ad verb. sodalis. quo vocabulo in omnibus ferè linguis compellamus ignotos. *Sup. 19. 13. Mar. 10. 51. Luc. 13. 40. Inf. 22. 12.

[f] Sub. rebus.

[g] Nequam. i. An invides istis benignitatem meam? Hebræi enim per oculum malā invidentiā significāt, quoniam elucent potissimum in oculis tales affectus.

[h] B. Christus necessariò quidem, sed voluntariè tamē crucem adiit.

[i] B. Christum iidemùm acerbissimè persequuntur, quos minimè omnium oportuit. *Mar. 10. 31. Luc. 18. 31.

[k] B. Ignominia crucis, certum iter ad æternæ vitæ gloriam. *Joh. 15. 32.

[l] B. Contraria prorsus est ratio regni cælestis & terreni. *Mar. 10. 35.

[m] Sedete ad dextram vel sinistrā regni Christi nihil aliud est, quā primas habere & participē esse gloriæ ejus.

[n] Metonymia: poculum, pro eo quod poculo continetur. Deinde poculi nomine Hebrei modū pœnæ q̄ peccatis infligit, Psal. 1. 16. vel lætitiæ qua cumulant fideles, Ps. 23. 5. aliquando sortem sive cōditionem intelligunt, Psa. 16. 5.

[o] transferetur ad afflictiones, trāslatione Davidi familiari.

[p] Nō excluditur omnipotētia divinitatis in Christo, sed indicatur demissio ad copulationem naturæ humanæ per voluntariā œconomiam. *Mar. 10. 41. Luc. 22. 25.

[q] Christus hic nō dehortatur ne qs Rex sit, aut Magistratu fungatur, sed dehortatur ne quis inter ministros verbi sui quærat præcellentiam & potestatem.

[r] Cum quadam acerbitate. *Phil. 2. 7. *Mar. 10. 44. Luc. 18. 31. [s] B. Christus duobus cæcis solo contactu sanatis, confirmat se unum esse mundi lucem.

30 Et ecce, duo cæci sedentes apud viam, quum audivissent Iesum præterire, clamârunt, dicentes, Miserere nostri Domine, Fili Davidis.

31 Turba autem objurgabat eos ut silerẽt: illi verò magis clamabãt, dicentes, Miserere nostri Domine, Fili Davidis.

32 Et quum substitisset Iesus, [t] vocavit eos, & ait, Quid vultis faciam vobis?

33 Dicunt ei, Domine, ut aperiantur oculi nostri.

34 Commiseratione autem intima cõmotus Iesus tetigit oculos eorum: & statim visum receperunt oculi eorum, & *ipsi* sequuti sunt eum.

[t] Voce, non alterius ministerio.

30 Et ecce, cæci duo sedebant [12] juxta viam: & quum audivissent quòd Ieschua transiret, ediderunt vocem, & dixerunt, Miserere nostri mi Domine, fili David.

31 Turbæ autem increpabant eos, ut tacerent. At illi magis elevarunt vocem suam, & dixerunt, Domine noster miserere nostri, fili David.

32 Et substitit Ieschua, & vocavit eos, & ait, Quid vultis *ut* faciam vobis?

33 Dicunt ei, Domine noster, ut aperiantur oculi nostri.

34 Et misertus est illorum, & tetigit oculos eorum, & confestim aperti sunt oculi illorum, & [13] venerunt post eum.

[12] r. i. ad latus viæ: nam extra viam non erant. vide sup. 13.4.

[13] Id est, sequuti sunt eum.

CAPUT VICESIMUMPRIMUM.

[1] *Christus asinæ insidens ingreditur Ierusalem.* [12] *Vendentes ejicit.* [13] *Orationis domus.* [19] *Ficus arefacta.* [25] *Baptismus Iohannis.* [28] *Qui voluntatem Dei faciant.* [30] *Publicani & meretrices.* [33] *Vinea Dei, Iudæi.* [38] *Filius familiâs occisus ab agricolis.* [42] *Lapis angularis.*

ET* [a] quũ appropinquassent Hierosolymis, & venissent Beth-phagen ad montem olearum, tunc Iesus misit duos discipulos,

2 Dicens eis, Ite in vicum qui vobis est ex adverso, & statim invenietis asinã ligatam & pullum cum ea: solventes *eos* adducite mihi.

3 Et siquis vobis aliquid dixerit, dicite, Domino his opus est: statim autẽ mittet eos.

4 [b] Hoc autem totum factum est ut impleretur quod dictum est per Prophetam, dicentem,

5 *Dicite [c] filię Siõ, Ecce, rex tuus venit tibi mitis, & insidens asinæ, ac pullo fœtui subjugis *asinæ*.

6 Profecti autem sunt discipuli, fecerũntque sicut imperârat eis Iesus.

7 Et adduxerunt asinam & pullum, & eis imposuerunt [d] vestimenta sua, & collocarunt *ipsum* super [e] ea.

8 Plurima autem turba straverunt vestimenta sua in via: alii verò cædebant ramos ex arboribus, & sternebant in via:

9 Porrò turba, quæ præibat & quæ sequebatur, clamabat, dicens, [f] Hosanna filio David: [g] benedictus qui venit in nomine Domini: hosanna *ô qui es* in *cælis* altissimis.

10 Et quum introisset Hierosolymam, commota est universa urbs, dicens, Quis est hic?

11 Turba autẽ dicebat, Hic est Iesus ille Propheta ortus Nazaretha *urbe* Galilęæ.

12 *Et introivit Iesus in templũ Dei, [h] & ejecit omnes qui vendebant & qui emebant in templo: mensasque [i] numu-

*Mar. 11. 1. Luc. 19. 29.

[a] 2. Christus humilis de mũdi superbia triumphãs. ad veram gloriã per crucis ignominiam ascendit.

[b] Oportuit adimpleri scripturã in Christo, quia divinitus destinatũ erat ut ante passionem asino insidens ingrederet Ierusalẽ. Ideo verò prędictũ est à spiritu sancto quia futurum erat: futurum autẽ erat quia divinitùs destinatum. Destinatum verò ex scriptura prophetica colligi potest, nempè quòd ita visum sit exprimere regni Christi & qualitatem & amplitudinẽ.

*Zach. 9. 9. Esa. 62. 11. Job. 12. 15.

[c] Civitati Siõ. Hebr. frequẽs in Threnis Jerem.

[d] Vestem exteriorem.

[e] Sub vestimenta, nõ asinam.

[f] Fuit vetus acclamationis formula, qua utebantur in festo tabernaculorum, quũ ramos gestarẽt ex Dei manda to. Lev. 23. 40.

ET quũ appropinquasset Urischelẽ, & venisset in [1] Beth-page [2] juxta mõtẽ Olivarũ, misit Ieschua duos e discipulis suis,

2 Et ait illis, Ite in villam istã quę cõtra vos est, & statim invenietis asinã alligatã, & pullum cũ ea: solvite, adducite ad me.

3 Et, si [3] quis dixerit vobis aliquid, dicite illi, Pro domino nostro [4] petuntur. & confestim dimittet eos huc.

4 Hoc totum autem quod factum fuit *contigit* ut adimpleretur id quod dictum fuerat [5] per Prophetam, qui dixit,

5 Dicite filię Tzehiun, Ecce, rex tuus venit tibi mansuetus, & sedens super asinã & super pullum filium asinæ.

6 Et abierunt discipuli, & fecerunt sicut præceperat illis Ieschua.

7 Et adduxerunt asinum & pullum, & posuerunt vestimenta sua [6] super pullum, & insedit illis Ieschua.

8 Et multitudo turbarum ponebant vestimenta sua in via, alii autem cedebant ramos ex arboribus, & projiciebãt in via.

9 Turbæ autem illæ quæ [7] ibant antè eum & [8] veniebant post eum, clamabant, & dicebant, [9] Hoschanaah filio David: benedictus sit qui venit in nomine Domini, Hoschaanah in excelsis.

10 Et quum intrasset Urischelem, commota est universa civitas, & dicebant, Quis est hic?

11 Turbæ autem dicebant, Hic est Ieschua propheta, qest à Natzerath Galilęę.

12 Et ingressus est Ieschua in Tẽplum Dei, & ejecit omnes illos [10] qui vendebãt & emebant in templo, & evertit [11] men-

[1] Hujus loci meminerunt Talmudistæ, ut commemorat auctor libri ערוך Et fortasse à fonte qui ibi erat, nomen accepit. Ut enim Græci fontem πηγὴ, ita Syri, Chaldæi & Talmudistæ eum vocant פאגא vel פיגי: unde conflatũ nomen est בית פאגא, quod sonat locum fontis.

[2] r. Syrè, ad dorsum montis olivarum. sic Marc. 11. 1. & passim. atque hoc simpliciter est juxta.

[3] Ad verb. Vir.

[4] r. i. opus sunt: ex Orientalium gẽtium idiotismo, ut Mar. 11. 3.

[5] Ad verb. Per manum prophetæ, Id est, Ministerio prophetæ. Hebraismus est frequens.

[6] r. aut ita legebat in Matthæo Syrus, ἐπάνω τῶν πώλων, & posteà ἐπάνω αὐτῶν: aut (quod equidẽ malim) hæc ita reddit ἐφ' ὑποζυγίου, ut figuratam loquutionem ejus propriis verbis interpretatus sit. Nam Christum utriq; insedisse, asinæ & asello, ne verisimile quidem est: asinæ nõ insedisse illum, sed asello ejus, ex Mar. 11. & Luc. 19. est evidentissimum. Matt. verò idem hoc loco, sed figuratè, dicit per enallagen numeri. Solent. n. Hebr. vti plurali numero indefinitè, quum de re aut persona singulari agitur: ut Gen. 46. 23. & sup. 2. 20. & 9. 8. & Mar. 2. 24.

[7] Id est, Præcedebant eum.

[8] Id est sequebantur eum.

[9] Cõtracta vox est ex simplicib. הושיעה נא propter vulgatum ejus usum. Vtebantur autem ea, præsertim in festo tabernaculorum, quò gaudium suum & fiduciã ex præteriti beneficii recordatione pleniùs excitarẽt, & in posterũ sibi cõfirmarent, atque in spe Messiæ cõquiescerent. Vnde etiã factum, ut & dies illi festi, & rami quos gestarent in illis, à fausta illa & solenni acclamatione vocati sint הושענא, sicut explicatur fusiùs in Talmud, lib. de festo tabernaculorũ. Probabile ergo est, ramos, quos honoris causa præferebant ac substernebant vero Messiæ & Christo nostro, tamquã symbola illis in mentẽ induxisse recantatã illã acclamationẽ, qua gratulationem & profusam animi lætitiã ex cõspectu Dei in Messia exhibito salute & protectione sanctiùs & solenniùs testatã facerent. r. Nã alioquin hæc a populo per modũ precationis & acclamationis divinæ fuisse dicta Christo, ac nõ enunciatã de ramis appellationẽ, ostendunt Pharisæorũ verba, inf. ver. 15. 16.

[10] De prava hac emendi in tẽplo & vendendi cõsuetudine scribitur in Talmud Jerosolymitano in 1. cap. שקלים

[11] Cõsueverant. n. durante adhuc tẽplo ex antiquissima patrũ traditione (ut legitur in Talmud, tractatu De siclis, cap. 1.) vigesimaquinta die mẽsis duodecimi mẽsas collocare in tẽplo, & numularios mẽsis præficere, ut quib. dimidius siclus nõ esset ex lege Domini, Exo. 30. in prõptu invenirẽt ibi pecuniã apud numularios, sive permutatione alterius generis moneræ, sive dato pignore: & ita nulla esset in cẽsus pẽsione mora, quin totus Israël a cõmemorato die usq; ad pascha, impositũ sibi a Domino cẽsum pẽderet. Ex illa aũt pecunia (ut ibidẽ dicit) cõparabantur animalia ad ordinarias & publicas victimas & earũ libamina, itẽ necessaria ad panes ppositionũ & ligna p sacrificiis, & p cõtinuo igne alẽdo.

ſas numulariorum, & cathedras illorum qui vendebant columbas.

13 Et ait illis, Scriptum eſt, Domus mea, domus orationis vocabitur: vos autem fecíſtis eam ſpeluncam latronum.

14 Et acceſſerunt ad eum in templum cæci & claudi: & ſanavit eos.

15 Quum vidiſſent autem principes Sacerdotum & Phariſæi, mirabilia quæ fecerat, & pueros qui clamabant in templo, & dicebant, Hoſchanaah filio David, indignati ſunt.

16 Et dixerunt illi, Audis tu quid dicũt iſti? Dixit eis Jeſchua, Etiam: Nunquam legiſtis, Quòd ex ore puerorum & infantium diſpoſuiſti laudem?

17 Et dereliquit eos, & exivit e civitate in Beth-ania: & diverſatus eſt illic.

18 Manè autem facto, quum rediret ad civitatem, eſuriit.

19 Et vidit ficum unam in via, venitq; ad eam, & non invenit in ea quicquam, niſi folia tantùm: & ait illi, Ne ſint in te iterum fructus in æternum. Et continuò arefacta eſt ficus illa.

20 Et viderũt diſcipuli, & mirati ſunt, & dixerunt, Quomodo continuò arefacta eſt ficus?

21 Reſpõdit Jeſchua, & dixit illis, Ammin dico vobis, quòd ſi fuerit in vobis fides & non heſitaveritis, non tantùm hoc de ficu facietis: ſed etiam, ſi monti huic dixeritis, Tollere, & projice te in mare, fiet.

22 Et quicquid petieritis in precatione, & credideritis, accipietis.

23 Quũmque veniſſet Jeſchua in templum, acceſſerunt ad eum principes ſacerdotum & ſeniores populi dum doceret, & dixerunt ei, In qua poteſtate hæc facis tu? Et quis dedit tibi poteſtatem hanc?

24 Reſpondit Jeſchua & dixit illis, Interrogabo vos ego quoque verbum unum, &, ſi dixeritis mihi, ego quoque dicam vobis in qua poteſtate hæc facio.

25 Baptiſmus Juchannan undénam erat? [12] e cælis, an ex filiis hominum? Illi autem cogitabant [13] apud ſeipſos & dicebãt, Si dixerimus, E cęlis, dicet nobis, Propter quid non credidiſtis illi?

26 Et ut dicamus, Ab filiis hominum, metuimus a turba. Omnes enim tãquam prophetam habebant ipſum Juchannan.

27 Et reſponderunt & dixerunt ei, Neſcimus. Dixit illis Jeſchua, Neque ego dico vobis in qua poteſtate hæc facio.

28 Quid autem videtur vobis? Homini cuidam erant filii duo, & acceſſit ad priorem, & dixit illi, Fili mi, abi, hodiè operare in vinea.

29 Ille autem reſpondit & dixit, Ego nolo: poſteà autem reſipuit, & abiit.

30 Et acceſſit ad alterum, & dixit illi ſimiliter. Ille autem reſpondit & dixit, [14] Ego, domine mi. & non abiit.

31 Uter ex his duobus fecit voluntatẽ patris? Dicunt ei, Prior. Dixit illis Jeſchua, Ammin dico vobis quòd publicani

[12] 1. i. à Deo cęli, metonymicè, ex Syrorum idiotiſmo: ut Dan. 4.26. ſic Luc. 15.18. & 20.4. & 5.

[13] 1. Syrè, in animis ſuis.

[14] Conciſa oratio, in qua verbum Faciã, intelligitur.

lariorum, & cathedras vendentium columbas ſubvertit.

13 Et dixit eis, *Scriptum eſt, Domus mea, domus precationis vocabitur: at vos feciſtis eam *ſpeluncam latronum.

14 *Tũc venerunt ad eum cæci & claudi in templo, & ſanavit eos.

15 [k] Quũ vidiſſent autem primarii Sacerdotes & Scribæ miranda illa quæ fecerat, & pueros clamantes in templo, & dicentes, Hoſanna filio David, indignati ſunt.

16 Et dixerunt ei, Audis quid iſti dicãt? Jeſus autem dixit eis, [l] Etiam. nunquam legiſtis, *Ex [m] ore infantium & lactentium [n] perfeciſti laudem?

17 [o] Et eis relictis, abiit Bethaniam extra urbem, [p] & diverſatus eſt illic.

18 [q] Manè autẽ rediens in urbẽ, [r] eſuriit.

19 * Et quum vidiſſet ficum quamdam apud viam, venit ad eam, & nihil invenit in ea niſi folia ſolùm: tunc dicit ei, Ne amplius ex te fructus naſcitor in æternum. Et exaruit illico ficus.

20 Quum igitur hoc vidiſſent diſcipuli, mirati ſunt, dicentes, Quomodo illicò exaruit ficus?

21 [s] Reſpondens autem Jeſus ait eis, Amen dico vobis, ſi habueritis fidem, neque addubitaveritis, nõ ſolùm [t] hoc *quod factum eſt* ficui, facietis, [v] verumetiam ſi monti iſti dixeritis, Tollitor, & projicitor in mare, fiet:

22 *Et quæcumque precando petieritis, ſi [x] credideritis, accipietis.

23 [y] Quum autem veniſſet in templũ, primarii Sacerdotes & ſeniores populi eum docentem adierunt, dicentes, Qua auctoritate facis iſta? & quis tibi dedit iſtam auctoritatem?

24 Reſpondens verò Jeſus dixit eis, [z] Interrogabo vos & ego rẽ quamdam: quam ſi dixeritis mihi, dicam & ego vobis qua auctoritate iſta faciam:

25 [a] Baptiſma Johannis unde erat? [b] e cælo, an ex hominibus? At illi ratiocinabantur apud ſe, dicentes, Si dixerimus, E cælo: dicet nobis, Quare ergo non credidiſtis ei?

26 Sin autem dixerimus ex hominibus, timemus turbam. *omnes enim habent Johannem ut Prophetam.

27 Et reſpondentes Jeſu dixerunt, Neſcimus. Ait eis & ipſe, Nec ego vobis dicam qua auctoritate iſta faciam.

28 [c] Quid autem vobis videtur? Quidam habebat duos filios: & accedens ad priorem, dixit, Fili abi, hodie operare in vinea mea.

29 Ille verò reſpondens ait, [d] Nolo: ſed poſteà quum reſipuiſſet abiit.

30 Et accedens ille ad ſecundum, dixit itidem. Is verò reſpondens ait, Ego *abeo* domine. Sed non abiit.

31 Uter e duobus fecit quod voluit *ejus* pater? Dicunt ei, Prior. Dicit eis Jeſus, Amen dico vobis, publicani & mere-

* *Eſa. 18. 7.*
* *Iere. 7. 11. Mar. 11. 17.*
* *Luc. 19. 46.*

k 2. Uruntur in primis gloria Chriſti, quos oportuit pietatis eſſe magiſtros: ſed fruſtrà. Vel certè ſubaudio: ac ſi diceret, Vocem quã ipſi edere deberetis, exprimũt pueri.

* *Pſal. 8. 3.*

m ſup. 18. 16.

n Omnibus numeris abſolviſti. apud Davidẽ legitur firmaſti ſeu fundaſti: à quo nõ diſſentit Evangeliſta, ſi ſentẽtia ſpectetur: nam illud firmũ eſt, quod omnibus numeris eſt abſolutum.

o 2. Chriſtus ſic deſerit impios, ut tamen habeat Eccleſiæ rationem.

p Malens videlicet cum piis & fidelibus agere, quàm in urbe corrupta. ibi autem Lazarum quem a mortuis ſuſcitaverat, & Mariam & Martham habebat.

q 3. Hypocritæ tandem ſuo fuco nudabuntur.

r Chriſtum nõ ſimulaſſe eſuriem, ſed verè perpeſſum eſſe, credimus. Scimus enim carnis noſtræ infirmitatibus ſponte fuiſſe obnoxiũ: quãquam natura liber & immunis erat.

* *Mar. 11. 13.*

s 2. Fidei virtus quanta.

t Verb. Græcũ ſignificationẽ habet dubitandi & ambigendi in quodam quaſi diſcriminе cogitationum. Non eſt igitur fides, cõfuſa de Deo opinio, ſed certa perſuaſio de promiſſionib⁹ Dei.

v Non docet hic Chriſtus mõtes trãſferre, ſed certitudinem fidei tradit.

* *Mar. 11. 23. Luc. 11. 9.*

x Ad verbum credentes, ſed participium hoc loco conditionem in ſe includit.

y 3. In eos qui ordinariæ ſucceſſioni, præterita doctrina, vocationẽ alligant, & hoc falſo prætextu, Chriſto volunt os occludere.

z Aſtutia intellecta Dominus quæſtionem quæſtioni opponit, ut aſtutos in aſtutia ſua deprehendat & confundat.

a Synecdochicòs, prædicatio Johannis dicebatur baptiſma. prædicabat enim baptiſmum pœnitentiæ in remiſſionem peccatorum, Mar. 1. 4. Act. 19. 3.

b à Deo, ut conſtet ratio antitheſeos. * *Sup. 14. 1.*

c 2. Novum non eſt, omnium hominum eſſe deterrimos, quos pietatis iter aliis commonſtrare oportuit.

d Hic typum gerebat publicanorum & meretricum: quorum vita nihil aliud dicit quàm, Nolumus facere voluntatem Dei.

trices[e] præeunt vobis in regnum Dei.

32 Venit enim ad vos Iohannes[f] via justitiæ, & non credidistis ei: publicani verò & meretrices crediderunt ei. Vos autem qui *hoc* vidistis, non resipuistis posteà, ut ei crederetis.

33 [g]*Aliâ parabolam audite, Fuit quidam paterfamiliâs[h] qui pâtavit vineam, & [i] sepem circumposuit ei, [k]fodítque in ea torcular, & ædificavit turrim, & eloca vit eam[l] agricolis: ac peregrè profectus est.

34 Quum autem tempus fructuum appropinquasset, misit servos suos ad agricolas, ut ejus fructus perciperent.

35 Agricolæ verò, captis ejus servis, alium quidem ceciderunt, alium verò trucidârunt, alium autem lapidârunt.

36 Rursum misit alios servos plures prioribus, & fecerunt eis itidem.

37 Postremò autem misit ad eos filium suum, dicens, Reverebuntur filium meũ.

38 Agricolæ verò viso filio dixerunt inter se, *Iste est hæres, adeste, trucidemus eum, & obtineamus hæreditatem ejus.

39 Et captum eum ejecerunt extra vineam, & trucidârunt.

40 Quum igitur venerit dominus vineę, quid faciet agricolis illis?

41 Dicunt ei, [m] Malos ipsos malè perdet: & vineam suam elocabit aliis agricolis, qui reddent ei fructum temporibus suis.

42 Dicit eis Iesus, Nunquam legistis in Scripturis, *[n] Quem lapidem reprobârũt ædificantes, is factus est[o] caput anguli: A Domino[p] factum est istud, & est mirabile in oculis nostris?

43 Propterea dico vobis, tolletur a vobis regnum Dei, & dabitur genti quæ[q] fe rat ejus fructus.

44 Porrò qui cediderit ad lapidem istum, confringetur: super quem verò ceciderit, [r] dissipabit eum.

45 Et quum audissent primarii Sacerdotes ac Pharisæi parabolas ejus, cognoverunt *hæc* de se dici.

46 [s] Et qu ũ studerent eum prehendere, timuerunt turbam, quoniam ut prophetam eum habebat.

meretrices præcedunt vos in regnum Dei.

32 Venit enim ad vos Iuchannan per [15] viam justitiæ, & non credidistis ei: publicani autem & meretrices crediderunt ei. Vos autem, etiam quum vidissetis, non resipuistis posteà ut crederetis ei.

33 Audite aliam parabolam. Homo quidam erat dominus domus, & plantavit vineam, & cinxit eam sepe, & fodit in ea torcular, & ædificavit in ea turrim, & [16] lo cavit eam cultoribus, & [17] peregrè profectus est.

34 Quum autem appropinquaret tem pus fructuum, misit servos suos ad agricolas ut mitterent sibi ex fructibus vineę suæ.

35 Et apprehenderunt agricolæ servos ejus, & [18] fuit quem ceciderunt, & fuit quem lapidârunt, & fuit quem occiderunt.

36 Et iterum misit servos alios, & plures quàm priores: & similiter fecerunt illis.

37 Novissimè autem misit ad eos filium suum, dicẽs, [19] Iam pudebit eos ob filium meum.

38 Cultores autem quum vidissent ipsum filium, dixerunt intra se, Hic est hęres. venite occidamus eum, & retinebimus hæreditatem ejus.

39 Et apprehensum ejecerunt eum extra vineam, & occiderunt eum.

40 Quum venerit igitur dominus vineæ, quid faciet agricolis illis?

41 Dicunt ei quòd[20] pessimè perdet illos, & vineam [21] locabit aliis cultoribus, qui dent ei fructus tempore suo.

42 Dixit illis Ieschua, Nunquámne legistis in Scripturis, Quòd lapis quem reprobaverunt ædificantes, hic factus est in caput anguli: à Domino [22] factũ est illud, & est mirabile in oculis nostris?

43 Propterea dico vobis quòd auferetur à vobis regnum Dei, & dabitur popu lo qui faciet fructus.

44 Et, qui ceciderit super lapidem hunc, confringetur, & omnis super quem ipse ceciderit, [23] *conterendo* disperget eum.

45 Et quum audivissent principes Sacerdotum & Pharisæi parabolas ejus, intellexerunt quòd de se dixisset.

46 Et quærebant capere eum, & timuerunt à turba, eo quòd tamquam pro phetam [24] habebant eum.

[e] 1. Cessantibus vobis properât ad regnũ Dei, ut vos oportue rit saltem eorum exẽplum imitari. Itaq; impropriè hîc dicuntur Præ ire, quos nemo sequitur.

[f] Agens vitam justam, vel vita & moribus integer. via enim Hebræis sumi tur pro vita & moribus.

[g] 8. Ii sæpenumero sęvissimi sunt Ecclesiæ hostes, quorũ fideicommissa est. Sed Dei vo catio nec tem poribus, nec lo cis, nec perso nis certis est al ligata.

*Esai. 5. 1. 5. Jer 2. 21. Marc. 12. 1. Luc. 20. 9.

[h] Observa vineam à Deo plantatam.

[i] Diligentia Dei erga popu lum suum exprimitur.

[k] Per torcular etiâ ac turrim, intellige admi nicula quæ ad alendam popu li fidem Legis doctrinæ adjũcta fuerât, ut sacrificia & aliæ ceremoniæ.

[l] Olim sacerdo tes instituit Deus qui tamquam vineæ cultores essẽt.

*Infr. 26. 3. & 27. 1. Joh. 11. 53.

[m] Proverbialis sententia, indi cans quo sint exitu digni ma li.

Psal. 118. 22. Act. 4. 11. Rom. 9. 33. 1. Pet. 2. 7.

[n] Ut antea Ecclesia comparata fuit vineæ: ita nunc ædificio, cujus lapis est Christus: ædificantes (i. docentes scripturam) Sacerdotes, Principes populi & Seniores qui Ecclesiæ præerant.

[o] Lapis in angulo præcipuus dicitur caput anguli, qui totius ædificii juncturas sustinet.

[p] Ea res (sub. quòd lapis rejectus, sic caput) facta est a Domino, quod cum summa admiratione a nobis spectatur.

[q] Ferunt fructus regni Dei, qui edunt fructus spiritus, non carnis, Galat. 5. 22. id est, qui tota vita sua regni cælestis se cives esse comprobant.

[r] Sicut paleæ à vento dissipari solent. Utitur enim verbo quod propriè ventilando paleas de frumento minutim dispersas separare significat.

[s] 8. Impii nihil possunt nisi quod Deo libet.

[15] Subaudi, Incedens. Hebrai smus. id est, vivebat secundũ justitiam.

[16] ואחרה respondet Hebræo אחז Possedit: unde fit תאחיז, hoc est Possidendũ tradidit. Est au tem mutatum ז in *daleth* con sueto more.

[17] ויחוק i. Peregre profectus est, ut & in Marco cap. 12. 8 in eadem pa rabola, & cap. 13. 34. Peculiare est verb. Syris, quo nec He bræi nec Chal dæi utuntur.

[18] Heb. pro Aliquem cecide runt, &c.

[19] 5. vel fortè, fortasse. Sic enim particulâ hanc accipiũt Syri, ut Act. 12. 15. & 1. Cor. 16. 6.

[20] Ad verb. Ma lè malè. Super larivus enim gradus sæpe repetito positi vo suppletur.

[21] Ad verb. Possidere faciet, sive possidendum tradet.

[22] 5. vel *factus est ille*, nimirũ angulus, & *est mirabilis*, &c. Quã interpretationem magis probare vi detur Hebræi & Syri contextus cum Græco Apostolorũ Evangelistarũmque comparatio.

[23] תדריוהי respondet verbo Hebræo ורה. murato ו in ד ex more. notatur verò dispersio ex attritione, ut quũ vasis fictilis al lisi ad silicem partes huc & illuc dissiliũt.

[24] Ad verb. Tenebant eum: q̃ phrasis in Gallica quoq; lingua, & in Germanica ac Italica in usu est frequenti. Dicimus enim: *On le tenoit pour un prophete*. Italicè, *Era tenuto per un propheta*. Germanicè, *Erwart gehalten fur ein propheten*.

CAPUT VICESIMUMSECUNDUM

[2] *Nuptiarum parabola.* [9] *Gentium vocatio.* [11] *Vestis nuptialis, fides.* [16] *De censu Cæsaris interrogatus Christus,* [23] *& de resurrectione.* [32] *Deus viventium.* [36] *Mandatum maximum.* [37] *Dilectio Dei.* [39] *Dilectio proximi.* [42] *Interrogat Iesus Pharisæos de Messia.*

*Luc. 14. 16. Apoc. 19. 9.

*TUnc [2] [b] respondens Iesus, rursum loquutus est eis per parabolas, dicẽs,

ET respondit iterum Ieschua per para bolas, & dixit,

[2] 8. Vera coram Deo Eccle sia non est eorum omnium cœtus qui voce Evangelij invitantur, quum plerique servire malint hujus vitæ commodis, nec desint qui invitatores crudeliter persequantur: sed est eorum dumtaxat qui vocati parent, cujusmodi ferè sunt quos mundus minimi facit.

[b] Varii hinc & inde agitati sunt sermones quum ita cœpit dominus loqui.

2 Simile factum est regnum cælorum homini regi, qui fecit convivium filio suo:

3 Et misit servos suos ut vocarent invitatos ad convivium: & non voluerunt venire.

4 Et iterum misit servos alios, & ait, Dicite invitatis, Ecce, prandium meum paratum est, & tauri mei & saginata mea mactata sunt, & omnia sunt parata: venite ad convivium.

5 Illi autem [1] spreverunt, & abiverunt, [2] est qui in villâ suam, & est qui ad negotiationem suam.

6 Reliqui verò apprehenderunt servos illius, & [3] dolore affecerunt & interfecerunt.

7 Quum audivisset autem rex, iratus est, & misit exercitus suos, & perdidit interfectores illos, & civitatem illorum incendit.

8 Tunc dixit servis suis, Convivium paratum est, & illi qui invitati erant, indigni fuerunt.

9 Ite igitur ad exitus viarum, & quēcumque inveneritis, vocate ad conviviū.

10 Et egressi sunt servi illi in vias, & congregaverunt omnes quos invenerūt, malos & bonos. Et impletus est locus convivii discumbentibus.

11 Et ingressus est rex ut videret discūbentes, & vidit illic hominem qui non erat indutus vestibus convivii.

12 Et ait illi, socie mi, quomodo ingressus es huc, quum vestes convivii non sint tibi? Ille autem conticuit.

13 Tunc dixit rex ministris, Ligate manus ejus, & pedes ejus, & ejicite eum in tenebras exteriores: ibi erit ploratus & stridor dentium.

14 Multi enim sunt vocati & pauci electi.

15 Tunc abeuntes Pharisæi ceperunt consilium quomodo illaquearent eum in sermone.

16 Et miserunt ad eum discipulos suos cum domesticis Hiraudis, & dixerunt ei, Magister noster, novimus quòd verax es, & viam Dei in veritate doces. [4] neque accipis curam propter hominem: (non enim accipis personam *cujusquam* hominis.

17 Dic nobis ergo, Quomodo videtur tibi?

18 Jeschua autem cognovit malitiam illorum, & ait, Quid tentatis me [6] hypocritæ?

19 Ostendite mihi [7] denarium argenti capitationis. Illi autem obtulerunt ei denarium.

20 Et ait illis Jeschua, Cujus est imago hæc, & inscriptio?

21 Dicunt, Cæsaris. Ait illis, Date igitur quæ *sunt* Cæsaris, Cæsari, & quæ Dei *sunt*, Deo.

22 Quúmque audivissent, mirati sunt: & dimiserunt eum, ac abierunt.

2 Simile est regnum cælorum cuidam regi qui fecit nuptias filio suo:

3 Et misit servos suos qui vocarent vocatos ad nuptias: sed noluerunt venire.

4 Rursus misit alios servos, Dicens, Dicite vocatis, Ecce, prandium meum paravi, tauri mei & [c] altilia [d] mactata sunt, & omnia parata: adeste ad nuptias.

5 Illi autem quū *hoc* neglexissent, abierunt, alius quidem in agrum suum, alius verò ad mercaturam suam.

6 Reliqui verò prehensos servos ejus contumeliis affecerunt, & trucidârunt.

7 [e] Rex autem quum *hoc* audisset, iratus est: & missis copiis suis, perdidit homicidas illos, & urbem eorum incendit.

8 Tunc dicit servis suis, [f] Nuptiæ quidem paratæ sunt: sed qui vocati fuerant, non erant digni.

9 [g] Ite ergo ad compita viarum, & quotcumque inveneritis, vocate ad nuptias.

10 Et egressi servi illi in vias, congregârunt omnes quos invenerunt, [h] malos pariter ac bonos: & impletæ sunt nuptiæ convivis.

11 [i] Ingressus autem rex ut spectaret convivas, vidit illic quemdam non indutum veste nuptiali:

12 Tūc dicit ei, Amice, quomodo huc introisti non habens vestem nuptialem? At illi [k] os occlusum est.

13 Tunc dicit rex ministris, Ligatis pedibus & manibus ejus, tollite eum, & ejicite in tenebras extimas: *illic erit fletus & stridor dentium.

14 *Multi enim sunt vocati, pauci verò electi.

15 *Tunc profecti Pharisæi consilium ceperunt ut [l] illaquearent eum in sermone.

16 Itaque mittunt ad eum discipulos suos cum [m] Herodianis, dicentes, Præceptor, scimus te veracem esse, & viam Dei in veritate docere, nec quemquam curare: non enim [n] respicis ad personam hominum.

17 [o] Dic ergo nobis, quid tibi videtur? licet [p] censum dare Cæsari, an non?

18 Cognita autem Jesus malitia eorū, ait, Quid me tentatis, hypocritæ?

19 Ostēdite mihi numisma census. Ipsi verò obtulerunt ei [q] denarium.

20 Tunc dicit eis, Cujus est imago ista & inscriptio?

21 Dicunt ei [r] Cæsaris. Tunc dicit eis, *[s] Reddite ergo quæ sunt Cæsaris Cæsari, & quæ sunt Dei Deo.

22 Quum igitur *hoc* audissent, [t] mirati sunt: & omisso eo abierunt.

[1] Idem quod בוז spreverunt, mutato *Zain* in *Samech*, quia eodem organo pronunciatur, ut sup. notavimus.

[2] Id est, Quidā. Hebraismus capite superiore notatus 35.

[3] F. Id est, malis gravibus & dolorificis.

[4] F. i. nō laborans sollicitè cujusquam hominis causa, quum veritatē liberè enuncies: sic enim verba hæc κατὰ τὴ oportet accipi.

[5] F. Hic desideratur pars altera versus, quæ ex nostris libris restituetur hoc modo, Licéne dari Capitationem Cæsari, nēcne? κῆνσον autē, i. censum ubiq; Syrus accipit pro capitatione seu pecunia indicta in singula capita quæ mandato Cæsaris fuerant recensita & descriptione cōprehensa. Atque hæc capitatio, Dione teste, ab Augusto duobus modis fuit instituta, nēpe in patresfam. vel domos singulas, & in personas vel capita singularia quæque. Quod autē de Herodianis hoc loco dicitur, id simpliciter sic accipiē dū puto: Pharisæos quū adhuc Christum suis artibus ex nullo argumēto Legis deprehēdere potuissent, cum administris Herodis Tetrarchæ cōmunicaris cōsiliis, quamvis de cætero essent inimicissimi, convenisse ut eū in quæstione civili ad jus Cæsaris pertinente deciperēt imprudentem. Itaq; discipulos suos Pharisæi submiserunt, tamquam simplice animo Christum de jure cōsulturos eausā suæ cōscientiæ: Herodianos verò, tamquam ignotos testes sermonū illius, ut deinde nomē Christi deferrēt ad Cęsarem. Optimè ergo Syrus domesticos Herodis interpretatus est.

[6] F. Syrè, acceptores vultus.

[7] F. Denarium sanctuarii intellige duobus vulgarib. æquivalentem, i. didrachmum. Nam publicani per vulgareis denarios numerabant, Sacerdotes verò per duplareis, i. didrachmū. Qui numus quum jamdiu a Judæis in res sacras numeratus esset, & paulo antè a Cæsare in rem suā interversus, sperabant quadruplatores fore, ut apertè Christus nō Cæsaris, sed Dei esse affirmaret, Herodianis testibus. Sed utrumque solvebat Christus commodissimè, dicendo, reddite Cæsari quæ sunt Cæsaris, & quæ Dei sunt, Deo.

[c] Irenæus saginata: Græcum enim verbum de animalibus dicitur, quæ accuratè aluntur ut pinguescāt, & magis idonea sint ad suavitatem ciborum.

[d] Utitur verbo sacrificiis familiari, quod trāsfertur ad alias etiam epulas: solebant tamē & convivia à sacrificiis auspicari.

[e] 3. Triste contemtorū Christi exitium.

[f] Hoc ostendit Judæos incredulos propria culpa periisse. Nā vocati respondere noluerunt, invitati venire neglexerunt, & oblatam Dei gratiam malignè contemserunt: ideò cælestib⁹ bonis indignos se prorsus reddiderunt.

[g] 8. Deus priores nihil tale cogitantes vocat.

[h] Vocatio generalis offert Evangelium quibusvis, sed eorum qui intrārunt vita non est expers inquisitionis.

[i] 3. In ista etiam paucitate nonnulli sunt rejectitii, qui videlicet vitæ novitate fidē nō approbant.

[k] Ad verbum, Capistratus fuit, id est prorsus obmutuit, quasi frenovel capistro injecto. Condemnatio ex propria conscientia.

*Supr. 1. 12. 6. 11. 42. Inf. 23. 10.

*Supr. 20. 18.

*Mar. 12. 13. Luc. 20. 26.

[l] Irretirent in verbis seu oratione. verbum Græcum deductum a laqueis quæ a venatoribus figūtur.

[m] Qui cum Herode novam quandam religionem ex Paganismo & Judaismo cōflabant.

[n] Hebr. Nō moveris specie. i. apparentia.

[o] 8. Christianos oportet magistratib. etiam impiis & exactoribus parēre, sed ita ut Deo salva sua auctoritas maneat.

[p] Census est facultatum æstimatio, pro cujus ratione in provinciis vectigalibus tributum solvebatur: sumitur autem hoc loco pro tributo.

[q] Supr 17. 24. fit mentio drachmę: hic verò denarii, quum drachma septima parte superet denarium. Hanc diversitatem sic conciliare licet: denarius solvebatur Romanis in tributum pro ratione census, drachma templo viritim, quod Judęa subacta ad se transtulerunt Romani.

[r] In numismate solebant principes Romani se scribere Parthicos, Asiaticos, Syriacos, &c. a subjugatis videlicet gentibus.

*Rom. 13. 7.

[s] Persolvite. Quòd si parendum est magistratui profano, certè multò magis obedire oportet sancto & Christiano.

[t] Non est sapientia, non prudentia neque consilium adversus Dominum, Proverb. 21. 30.

23 [v] *In illo die adierunt eum Sadducæi, * [x] qui dicunt non esse resurrectionem: & interrogarunt eum,

24 Dicentes, præceptor, *Moses dixit, Si quis mortuus fuerit non habẽs [y] filios, ejus frater ducet affinitatis jure uxorem ejus, & [z] suscitabit sobolem [a] fratri suo.

25 Fuerunt autem apud nos septem fratres: & primus uxore ducta obiit: & quũ nõ haberet semen, reliquit uxorem suam fratri suo.

26 Similiter etiam secundus & tertius, usque ad illos septem.

27 Post omnes autem mortua est & mulier.

28 In resurrectione ergo cujus ex illis septem erit uxor? omnes enim habuerũt eam.

29 Respondens autem Jesus dixit eis, Erratis, neque Scripturas scientes, [b] neq; potentiam Dei.

30 Nam in resurrectione neque uxores ducunt, neque nuptum dantur: sed sunt [c] ut angeli Dei in cælo.

31 De resurrectione verò mortuorum nõ legistis quod vobis dictum est à Deo, dicente,

32 *Ego sum Deus Abrahami, & Deus Isaaci & Deus Jacobi? [d] Deus nõ est Deus mortuorum, sed viventium.

33 Et quum *hoc* audisset turba, perculsa est super doctrina ipsius.

34 [e] *Pharisæi verò, quum *eum* audissẽt os occlusisse Sadducæis, coacti sunt in unum:

35 Tunc interrogavit *eum* quidam ex ipsis Legis interpres, tentans eũ & dicẽs,

36 Præceptor, quod est mandatum magnum in Lege?

37 Jesus autem dixit ei, * Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & [f] ex tota anima tua, & ex tota cogitatione tua.

38 Istud est primum & magnum mandatum.

39 Secundum autẽ simile est huic, *Diliges proximum tuum ut te ipsum.

40 Ab istis duobus mandatis tota Lex & Prophetæ pendent.

41 [g] *Coactis autem Pharisæis, interrogavit eos Jesus.

42 Dicẽs, Quid vobis videtur de Christo illo? [h] cujus filius est? Dicunt ei, Davidis.

43 Dicit eis, Quomodo ergo David per [i] Spiritum vocat eum Dominum, dicẽs,

44 *Dixit Dominus Domino meo, Sede ad dextram meam, usquedum [k] posuero inimicos tuos scabellum pedũ tuorũ?

45 [l] Si ergo David vocat eum Dominum, quomodo filius ejus est?

46 Et nemo poterat ei respondere [m] quicquam: neque ausus fuit quisquam ab illo die ampliùs illum interrogare.

23 In illo die accesserunt ad eum [8] Zadukæi, & dixerunt ei, [9] Nõ est resurrectio mortuorum. & interrogaverunt eum,

24 Et dixerunt ei, Magister noster, Musche dixit nobis quòd, Si quis moriatur dum non sunt ei filii, accipiat frater ejus uxorem ejus, & exsuscitet semẽ fratri suo.

25 Erant autem apud nos fratres septẽ: primus accepit uxorem, & mortuus est: & quia non erant ei filii, reliquit uxorem ejus fratri suo.

26 Similiter etiam ille secundus, ipse quoque tertius, & usque ad septimum eorum.

27 Novissimè autem omnium mortua est etiam mulier.

28 In resurrectione igitur, cui ex istis septem erit uxor? omnes enim ipsi acceperunt eam.

29 Respõdit Jeschua, & dixit illis, Erratis vos, quòd non novistis Scripturas neque virtutem Dei.

30 In resurrectione enim mortuorum non accipient uxores, neque uxores fient maritis, sed sicut angeli Dei in cælis erũt.

31 De resurrectione verò mortuorum non legistis id quod dictum est vobis à Deo, qui dixit,

32 Ego sum Deus Abraham, Deus Ischak, Deus Jaakub? At Deus nequaquã est mortuorum, sed viventium.

33 Et quum audivissent turbæ, stupebant super doctrina ejus.

34 Pharisæi autem quum audivissent quòd silentium imposuisset Zadukæis, congregati sunt pariter.

35 Et interrogavit eum unus ex eis, qui erat Legisperitus, tentans eum.

36 Præceptor noster, quod pręceptum maximum est in Lege?

37 Jeschua autem dixit illi, Ut diligas Dominum Deum tuũ ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex omni virtute tua, & ex tota cogitatione tua.

38 Hoc est præceptum maximum, & primum.

39 Secundum quod simile est illi, est, Ut diligas proximũ tuum sicut teipsum.

40 In his duobus præceptis pẽdet Lex & Prophetæ.

41 Quum congregati autẽ essent Pharisæi, interrogavit illos Jeschua,

42 Et dixit, Quid dicitis vos de Christo? cujus filius est? Dicunt ei, Filius David.

43 Ait illis, Et quomodo David per Spiritum vocat eum Dominum? Dicit enim,

44 Dixit Dominus Domino meo, Sede [10] a dextera mea, usquedum posuero inimicos tuos sub pedibus tuis.

45 Si igitur David vocat eum Dominũ, quomodo filius ejus est?

46 Et non potuit quisquam dare ei responsum: neque quisquam [11] ausus est rursum ex eo die interrogare eum.

[v] B. Christus asserit resurrectionẽ carnis, adversus Sadducæos.
* *Marc. 12. 19. Luc. 20. 27.*
* *Act. 23. 6.*
[x] Hinc perspicitur hortẽda Judaicæ Ecclesiæ cõfusio, q̃ religionis Antistites futuræ vitæ spem tollebant, ut post carnis interitũ homines à brutis nihil different.
* *Deut. 25. 5.*
[y] Ad verb. liberos, quorũ appellatione veniunt & filiæ. sed quia quod ad familiæ rationẽ attinet, qui filias reliquerit, perindè est atq; si nihil reliquisset (nõ enim illæ numerabantur in familia) liberorum nomine intelliguntur filii, Deu. 25. 5. Exod. 3. 6.
[z] Heb. restituet semen fratri suo, satis liberis, i. posteritatem.
[a] Fratris nomine cõtinentur & alii gradus proximiores, ut cognati & patrueles, aliiq; ex eadem cognatione.
[b] Ergo Sadducæi resurrectionem negãtes, Dei virtutẽ ignorabant, quæ potissimũ resurrectione declaratur.
[c] Nõ dicit incorporeos fore homines (ita enim nõ amplius essent homines) sed quemadmodum Angeli, jam non ducant uxores neque nubãt.
* *Exod. 3. 6.*
[d] Abraham, Isaac & Jacob mortui quidẽ erant, non autem Deo. tantùm enim isti seculo & carni erant mortui: Deo autem vivebant, & etiãnum illi vivũt.
[e] B. Evangeliũ minimè abolet Legis præcepta, sed stabilit potiùs.
* *Mar. 12. 28.*
* *Deut. 6. 5. Luc. 10. 27.*
[f] Heb. legunt, Deut. 6. 5. corde, anima & viribus, Marc. 12. 30 & Luc. 10. 27. anima corde viribus, & cogitatione.
* *Levitic. 19. 18. Marc. 12. 31.*
[g] B. Christus sese Davidis quidem filium secundùm carnem, sed alia etiam ratione Davidis Dominum, & verum Deum esse apertè ostendit.
* *Mar. 12. 35. Luc. 20. 41.*
[h] Ex cujus gente seu familia. Hebræi enim posteritatem filios vocant.
[i] Vide Marc. 12. 36. * *Psal. 110. 1.*
[k] Faciam ut sint, Hebr.
[l] Concludit Christus aliquid in Messia promisso superius esse humanitate.
[m] Sup. 22. 1

[8] De Zadukæorũ secta scribit quidam Rabbi Nathan in cõmẽtariis libelli quẽ vocant פרקי אבות (i. sentẽtias patrũ) quod nomen traxerunt a quodã צדוק *Tzadok* discipulo Antigoni, inter antiquos Hebræos doctores celeberrimi, qui tẽpora Esræ proximè sequutus est. Solebat autẽ hic Antigonus suę scholę sæpius inculcare illud dictum quod in cõmemorato libello cap. 1. habetur, אל תהיו כעבדים המשמשים את הרב על מנת לקבל פרס, &c. Nolitis sicut servi q̃ ministrãt Domino obcõditionẽ quòd acceptuti sine præmiũ. Quod dictum postea Tzadok ille ejus discipulus, aut ignorantia aut improbitate depravavit, hinc perperã colligens, quũ neq; benefactis præmia, neque malefactis pœnæ repositæ essent, nihil hominis post mortẽ reliquũ manere, sed animã in auras diffluere, corpus aũt absque ulla instaurationis spe interire. Nomẽ ergo suũ *Tzadok* צדוק cũ hæresi ad suos sequaces transfudit. Nihil verò verius aut purius doceri potuit directo observãtiæ legis fine & cultus Dei, quàm quòd Antigon* suit inculcabat, Deum propter se esse diligendum, & amplectendã propter ipsum quam præscribit justitiam.
[9] Sic. n. est in textu ואמרין לה לית חית מיתא: quod nisi similiter legeretur in manuscripto Syro codice, dicerem errore pro דאמרין דלית חית מיתא posita, Qui dicunt q̃ nõ est resurrectio mortuorũ. qa tamẽ textus aliter habebat, & inter errata, nulla hujus loci fiebat mentio, textum ut est reliqui in versione, & admonuisse lectorem satis habui.
[10] F. simplicissimum verò id videtur fore, si pronomen לה acceperis pro לנפשה, i. sibi, apud se, & cum animo suo. Etenim fieri non potest, ut qui de resurgentium conditione quæsituri erant, tam intempestivè resurrectionem negarent futuram esse.
[11] F. Syrè, sede tibi. Pleonasmus, de quo suprà in 4. 10.
אמרת Idem, & eodem sensu legitur Marc. 12. 34.

CAP

CAPUT VICESIMUMTERTIUM.

1 Scribæ docentes populum legem Mosis, quales. 5 Phylacteria, Fimbriæ. 7 Salutationes. 8 Fratres. 9 Pater. 10 Doctor. 11 Minister. 13 Claudere regnũ cælorum. 14 Comedere domus viduarum. 15 Proselytus. 16 Jurare per templum. 23 Decimare mentham. 25 Purgare exteriorem poculi partem. 27 Sepulchra dealbata. 33 Serpentes, Viperæ. 37 Gallina.

TUnc Jeschua loquutus est cum turbis & cum discipulis suis,

2 Et dixit illis, Super cathedrã Musche sederunt Legisperiti & Pharisæi.

3 Quicquid igitur dixerint vobis ut servetis, servate & facite: secundùm opera verò eorum ne faciatis. Dicunt enim, & non faciunt.

4 Et colligant sarcinas graves, & imponunt in humeros filiorum hominis, ipsi autem digito suo nolunt attingere ea.

5 Et omnia opera sua faciunt ut conspiciantur a filiis hominum. Dilatant enim phylacteria sua, & producunt fimbrias vestimentorum suorum.

6 Et amant primum accubitum in cœnis, & primum consessum in synagogis:

7 Et [1] pacem in plateis, & ut vocentur ab hominibus Rabbi.

8 Vos autem ne vocemini Rabbi. unus est enim magister vester, vos autẽ omnes, fratres estis.

9 Et patrem ne vocetis vobis in terra: unus est enim Pater vester qui est in cælis.

10 Neque vocemini [2] duces: quoniam unus est dux vester Christus.

11 Is autem qui maximus est inter vos, erit vobis minister.

12 Qui enim exaltaverit seipsum, demittetur, & qui demiserit seipsum, exaltabitur.

13 Væ vobis Legisperiti & Pharisęi [3] hypocritæ, quia comeditis domos viduarũ prætextu quòd longas preces funditis, propterea accipietis [4] judicium majus.

14 Væ vobis Legisperiti & Pharisæi [5] hypocritæ, quia vos clauditis regnum cælorum ante filios hominum: vos enim non intratis, & illos qui intrant, non finitis intrare.

15 Væ vobis Legisperiti & Pharisæi [6] hypocritæ, quia circumitis mare & aridam, ut faciatis unũ proselytum: & quum fuerit factus, facitis eum [7] filium Gihanna, [8] duplo magis quàm vos.

16 Væ vobis ductores cæci, quia dicitis quòd qui juraverit per templum, [9] nihil est: qui autem juraverit per aurum quod est in templo, reus est.

17 Stulti & cæci: quid enim majus est, aurum, an templum quod sanctificat aurum?

TUnc Jesus loquutus est turbæ & discipulis suis,

2 [a] *Dicens, In cathedra Mosis [b] sedent Scribæ & Pharisæi:

3 [c] Omnia ergo quæ dixerint vobis ut servetis, servate & facite: sed secundùm opera eorum ne facite. dicunt enim, [d] & nõ faciunt.

4 *[e] Ligant enim onera gravia difficiliáque portatu, & imponunt in humeros hominum: digito autem suo nolunt ea movere.

5 [f] Omnia verò opera sua faciunt ut spectentur ab hominibus. dilatant enim [g] *phylacteria sua, & producunt [h] fimbrias palliorum suorum.

6 *Amãtq; primos accubitus in cœnis, & primos consessus in conventibus:

7 Et in foris salutationes, & vocari ab hominibus [i] Rabbi, Rabbi.

8 [k] Vos autem ne [l] vocamini Rabbi. [m] vnus est enim doctor vester *nempe* Christus: omnes autem vos, fratres estis.

9 [n] *Et patrem vestrum ne *quemquam* vocate in terra: unus est enim Pater vester qui in cælis est.

10 Nec vocemini [o] doctores, unus enim vester est doctor, *nempe* Christus.

11 [p] Sed qui maximus est vestrûm, sit minister vester.

12 *Porrò qui sese extollet deprimetur: & qui sese deprimit, extolletur.

13 [q] Sed væ vobis Scribæ & Pharisæi [r] hypocritæ, [s] quoniã precluditis regnum cælorũ hominibus: *vos enim [t] nõ introitis, nec [v] introëuntes finitis introire.

14 [x] **Væ vobis Scribæ & Pharisæi hypocritæ, quoniam exeditis domos viduarum, ídque [y] in speciem utentes longis precibus: propterea auferetis graviorem condemnationem.

15 Væ vobis Scribæ & Pharisæi hypocritæ, quoniam circumitis mare & [z] terrã, ut faciatis unum [a] proselytum: & quum fuerit factus, facitis eum [b] filium gehennæ duplo magis quàm vos *istis*.

16 Væ vobis duces cæci, qui dicitis, Quisquis juraverit per tẽplum, nihil est: quicumque autem juraverit per aurum templi, [c] reus est.

17 Stulti & cæci, utrum enim majus est, aurum, an templum [d] quod sanctificat aurum?

[1] Id est, Salutationẽ in foris quã nomine שלום, i. pacis, Hebræi, Chaldæi, & Syri, concipiunt.

[2] גמרברנא דבר quod est duxit.

[3] Ad verb. Assumentes vultum: ut antè sæpè notavimus.

[4] Judicium pro condemnatione, genus pro specie: ac si diceretur, Accipietis condemnationẽ, & supplicio afficiemini duriore.

[5] Ad verb. Assumentes vultum, ut paulò antè.

[6] Ad verb. Assumentes vultum.

[7] Hebraissmus, pro Dignum Gehenna, id est, æterno supplicio.

[8] Syra vox est, אתעפא: sed mutato כ in ע ex linguæ proprietate, venit ab כפל: quod significat duplum, & א principio est additum juxta linguæ tũ Chaldææ tum Syriacæ usum.

[9] Crimirum peccati, ut habeatur reus, ex proximè sequente membro antitheto.

[a] B. Audiendũ quod flagitiosi etiã doctores ex Dei verbo purè docuerint, ita tamen ut pravi eorũ mores vitẽtur. *2. Esd. 8. 4.

[b] Quoniam is ordo fuerat à Deo institutus, ideò etiãsi hypocritæ & mercenarii irrepsissent in hũc ordinem, ex eorũ tamen ore volebat Dominus audiri verbum suum.

[c] Nimirũ tradẽtes Mosis doctrinam, quam profitẽtur, hoc enim indicat metaphora sedis, quã illi ut doctores Mosaicæ disciplinæ occupãrãt.

[d] Qui præstant eleemosynam, qui precantur, qui jejunant, aut ceremoniarum aliquid perficiunt, & id eo ut ab hominibus spectentur, nõ ut Deo probentur, perinde sunt apud Deũ ac si nihil prorsus facerent. *Luc. 11. 46. act. 15. 10.

[e] B. Hypocritę plerumq; severissimi sunt eorũ exactores, quæ ipsi maximè negligunt.

[f] B. Hypocritæ ambitiosi.

[g] Filum erat, vel vitta hyacinthina, in fimbria anguli, quo cõspecto memoria edictorũ legitimorum conservaretur: unde Phylacterion, quasi cõservatoriũ dictum, Num. 5. 38. vel erant laminæ aut membranulæ quædã ex Dei instituto frõti alligatæ, Exo. 13. 16. Deu. 6. 8. quo ritu abusi sunt postea Judæi, similes illis qui hodie de collo amuleta suspẽdũt, in quibus initium Evangelii secundùm Johannem inscriptum est: quod olim Antiochena Synodus damnavit. *Num. 15. 38. deut. 6. 8. & 22. 12.

[h] Ad verb. contorti fititione quàm fastuosus fuerit titulus declaratur. Dicebantur autem Rabbi, qui per impositionem manuum declarabantur sapientes.

[i] Rab, eminentem declarat, & qui multorũ sit instar. ex repegulare ministrorũ Dei ornamentum.

[k] B. Modestia sinilorum cincinni, qui ab extrema vestium ora pendebant. *Mar. 12. 38. luc. 11. 43. & 20. 46.

[l] Ne ambiatis: alioquin non damnat Dominus quin honorem suũ exhibeamus Magistratui vel Magistris. August. De sermone verbi Domini, ex Matthæi 11. cap.

[m] Videtur alludere ad locum Esaiæ, cap. 54. vers. 13. & Jeremiæ, cap. 31. vers. 34.

[n] Respicit Judæorum consuetudinem, apud quos Rabbini vocabantur Patres nostri. *Mala. 1. 6.

[o] Apparet Scribas titulos ejusmodi perlibenter captasse, quos vers. decimosexto vocat duces cæcos.

[p] Hæc clausula ostendit Christum non sophistlcè litigasse de vocibus, sed rem potiùs spectasse: ne quis ordinis sui oblitus, plusquam par est, sibi usurpet. *Luc. 14. 11. & 18. 14.

[q] B. Hypocritæ ferre non possunt ullos sese meliores.

[r] Vehementer aliquos increpans Christus hoc nomine utitur, ut intelligatur nihil esse simulatione atque falsitate in religione exsecrabilius.

[s] Regni cælestis ostium apertum erat per advẽtum Evangelicæ prædicationis: quod Scribæ ante homines claudebant. *Luc. 11. 52.

[t] Id est, non creditis in Christum.

[v] Pedem habentes in limine, id est, cupientes ingredi, eos ab ejus ingressu, hoc est, a fide Evangelii arceris tum sinistra legis interpretatione, tum etiam excõmunicationis comminatione & terrore.

[x] B. Hypocritis familiare est zeli prætextu ad avaritiam & rapacitatem abuti. *Marc. 12. 40. luc. 20. 47.

[y] Ad verb. prætextu longum precãtes. Conjunctio & duplicem notat improbitatem: unam quòd viduarum bona exederent: alteram quòd id prætextu pietatis fieret.

[z] Arida dicitur pars illa terræ, quam Dominus nobis ad habitandũ concessit.

[a] Proselytus erat qui patria relicta superstitione Judaismum erat amplexus, quasi adventitiũ dicas.

[b] Qui gehennæ addicitur. Hebr. Quid autem sit gehenna, suprà cap. 5. 22.

[c] Obnoxius est mulctæ peccata autem Syriaca lingua dicuntur debita. cõsta autem Syriacè loquutum Dominum.

[d] Facit ut aurum, quod est usui sacro destinatum, sanctum habeatur.

18 Et, Quiſquis juraverit per altare, nihil eſt: quicumq; autem juraverit per donum quod eſt ſuper ipſum, reus eſt.

19 Fatui ac cæci, utrum enim majus eſt, munus, an altare quod ſanctificat munus?

20 Qui ergo juraverit per altare, jurat per ipſum & per omnia quæ ſuper illud ſunt.

21 *Et qui iuraverit per templum, jurat per ipſum & per eum qui habitat in eo.

22 Et qui juraverit per cælum, jurat per [e] thronum Dei & per eum qui ſedet ſuper ipſum.

23 [f]* Væ vobis Scribæ & Phariſæi hypocritæ, qui decimatis mentham & anethum & cuminum, & omittitis quæ [g] graviora ſunt Legis, judicium & miſericordiam ac [h] fidem: hæc oportuit [i] facere, & illa non omittere.

24 Duces cæci, [k] qui percolatis culicē: camelum autem deglutitis.

25 * [l] Væ vobis ſcribæ & Phariſæi hypocritæ, qui purgatis exteriorem poculi patinæq; partem, intus autem *illa* plena ſunt rapina & intemperantia.

26 Phariſæe cæce, purga primùm quod eſt intra poculum & patinam, ut id quoque quod extra eſt, purum fiat.

27 Væ vobis Scribæ & Phariſæi hypocritæ, qui aſſimiles eſtis ſepulcris [m] dealbatis, quæ extrà quidem apparent ſpecioſa, intus verò plena ſunt oſſibus mortuorum, omnique immunditia.

28 Ita & vos extrà quidem apparetis hominibus juſti, intus autem pleni eſtis hypocriſi & iniquitate.

29 [n] Væ vobis Scribę & Phariſęi hypocritæ, qui ædificatis ſepulcra Prophetarū, & ornatis monumenta juſtorum.

30 Et dicitis, Si fuiſſemus temporibus patrum noſtrorum, non fuiſſemus eorum ſocii in cæde Prophetarum.

31 Itaque teſtamini adverſus voſmetipſos, vos eſſe filios eorum qui Prophetas occiderunt.

32 [o] Vos quoque complete menſuram patrum veſtrorum.

33 Serpentes, progenies viperarū, quomodo effugere poſſitis condemnationem [p] gehennæ?

34 [q] Propterea ecce, [r] ego mitto ad vos Prophetas, & Sapientes, & Scribas, & ex ipſis *nonnullos* trucidabitis & crucifigetis: & ex ipſis nōnullos flagellabitis in cōventibus veſtris, & perſequemini oppidatim.

35 [s] Ut veniat ſuper vos omnis ſanguis [t] juſtus, effuſus ſuper terram a ſanguine Abel juſti uſque ad ſanguinem Zachariæ filii [v] Barachiæ, *quem occidiſtis inter tēplum & altare.

36 [x] Amen dico vobis, venient hæc omnia ſuper ætatem iſtam.

37 [y]* Ierusalem, Ierusalem, trucidatrix Prophetarum, & lapidatrix eorum qui

18 Et, Qui juraverit per altare, nihil eſt: qui autem juraverit per oblationem quæ eſt ſuper illud, reus eſt.

19 Stulti & cæci: quid enim majus eſt, oblatio, an altare quod ſanctificat oblationem?

20 Qui juraverit igitur per altare, jurabit per ipſum, & per omnia quæ ſunt ſuper ipſum.

21 Et qui juraverit per templū, jurabit per ipſum, & per eum qui habitat in eo.

22 Et qui juraverit per cælum, jurabit per ſolium Dei, & per eum qui ſedet ſuper ipſum.

23 Væ vobis Legiſperiti & Phariſæi [10] hypocritæ, quia decimatis [11] mentham & anethum, & cuminum, & omiſiſtis gravia Legis, judicium, miſericordiam, & fidem. hæc autem oportebat ut faceretis, & illa non omitteretis.

24 Ductores cæci, qui excolatis culicē, & deglutitis camelum.

25 Væ vobis Legiſperiti, & Phariſæi [12] hypocritæ, quia mūdatis id quod exterius eſt poculi [13] quæ ſunt anſæ: intrinſecus autem plena ſunt rapina & iniquitate.

26 Phariſæi cæci, mūdate priùs interius ipſius poculi & patinæ, ut ſit etiā exterius earum mundum.

27 Væ vobis Legiſperiti & Phariſæi [14] hypocritæ, quia ſimiles eſtis ſepulchris [15] dealbatis, quæ foris videntur ſpecioſa, intus verò plena ſunt oſſibus mortuorum & omni impuritate.

28 Sic etiam vos foris videminī filiis hominum tamquam juſti, & intus pleni eſtis iniquitate & [16] fictione.

29 Væ vobis Legiſperiti & Phariſæi hypocritæ, quia ædificatis ſepulchra prophetarum, & ornatis locum ſepulturæ juſtorum.

30 Et dicitis, Quòd ſi fuiſſemus in diebus patrum noſtrorum, non [17] fuiſſemus eis ſocii in [18] ſanguine prophetarum.

31 Itaque teſtes eſtis contra vos ipſos quòd filii ſitis illorum qui occiderūt prophetas.

32 Et etiam vos implete menſuram patrum veſtrorum.

33 Serpentes progenies viperarū, quomodo [19] effugietis à judicio Gihanna?

34 Propter hoc, ecce ego mitto ad vos prophetas, & ſapientes, & Legiſperitos: ex illis vos occiditis, & in crucem agitis, & ex illis flagellatis in ſynagogis veſtris, & peſequimini de civitate in civitatem.

35 Ut veniat ſuper vos omnis ſanguis juſtorum, qui effuſus eſt ſuper terram, a ſanguine Habel juſti, uſq; ad ſanguinem Zecharjah filii [20] Barechejah, quem occiditis inter templum & altare.

36 Ammin dico vobis quòd venient hæc omnia ſuper generationem iſtam.

37 [21] Uriſchelem, Uriſchelem, occidēs prophetas, & lapidans eos qui mittuntur

*1. Reg. 1. 11. 2. par. 6. 2.

[e] Si cælum eſt ſolium Dei, ſequitur illum eſſe extra rerū omnium univerſitatem.

[f] 3. Hypocritæ in minutisanxii, præcipua ex profeſſo negligunt.

*Luca 11. 42.

[g] In quibus plus eſt momenti.

[h] Conſtantiam in promiſſionibus.

[i] Occupatio qua prævenit Chriſtus eorū calumniam.

[k] Proverbialis ſententia, qua pulchrè exprimitur putida in rebus minutis hypocritarum anxietas: q. d. vos eſtis iis ſimiles, qui ſi fortè culex in vinum illorum inciderit, excolant vinū, ne cum vino animalculum illud haurientes ſtrangulēturtintereà camelum animal craſſum & immane nō modò comedunt, ſed ne deglutire quidē dubitant.

*Luca 11. 39.

[l] 3. Hypocritæ, de externis plus æquo ſoliciti, interiora prorſus aſpernantur.

[m] Opere tectorio inductis.

[n] 3. Hypocritæ ex juſto Dei judicio, ſeipſos aſpergunt dedecore, quum maximè volūt ſcelera ſua tegere.

[o] Proverbium Hebraicū, quo ſignificatur, Pergite vos quoque imitari majores veſtros, ut tandē veſtra improbitas ad ſummum gradum perveniat.

[p] Suprà 5. 22.

[q] 3. Hypocritæ crudeles.

[r] Hinc apparet miniſtros ſalutis nō venire niſi mittantur divinitus.

[s] 3. Exitus eorum qui zeli prætextu Evāgelium perſequuntur.

[t] Juſtorum.

[v] Jojadæ, qui & Barachias, i. benedictus Dei dicebatur.

*2. Par. 24. 22.

[x] Nunquam enim inultus ſanguis relinquitur, qui ad Deum clamet pro vindicta Gen. 4. 10. [y] 3. Ubi maxima Dei miſericordia, ibi ſumma perfidia, & tandem ſeveriſſima Dei judicia. *Luc. 13. 34.

[10] Ad verb. Aſſumentes vultum.

[11] כנעא Mentha: aliàs legitur כנא, ut commemorat ארוך.

[12] Ad verb. Aſſumentes vultum. Hebraiſmus.

[13] ורזוכורא: Id eſt, Quæ ad anſam vaſis pertinent. 1. Sed quid ſi cū Maſio, ex contextu Græco, pro paropſide acceperis? eſt enim paropſis vel potiùs eſcarium vas profundū (gabaram Latini vocant) hoc nomine appellatū à profunditate ipſius, poſito ן pro ר. mutatione apud Chaldæos & Syros frequentiſſima. Hoc malim.

[14] Ad verb. Aſſumētes vultū.

[15] מכלשא legitur in ערוך per ק. in textu autem eſt ſcriptum per כ. מכלשא. q. fortaſſe libratiis facilior fuit lapſus in Syriacis characteribus ob eorum ſimilitudinem. Sic enim pingitur *Caph*, ut non abſimili admodum figura à *Keph* delineetur. Quamquā non ita novū ſit literas ejuſdem pronunciationis inter ſe commutari. Si quid conjectura valeat, malim priorē lectionem ſequi. Quamquā manuſcriptus quoque Syrus codex legat *Caph*.

[16] Ad verb. Aſſumtione vultus, i. hypocriſi.

[17] 1. Syrè exſtitiſſemus exſtitiſſemus, vel fuiſſemus fuiſſemus; i. ullo pacto fuiſſemus [illegible] Chaldæis & Syris frequens.

[18] Id eſt, effuſione ſanguinis. Hebraiſm.

[19] 1. vel effugiatis, id eſt, poſſitis effugere.

[20] 1. i. Joiadæ, Multi enim binomines ſunt in Scripturis, ſed plurimùm nominibus dicti quæ idem ſignificent: ut ſunt Jojada, quem agnovit Jehova; & Jeberecja, vel Berecja, cui benedicit Jah; itémq; Jochanā, cui gratificatur Jah. 1. Chro. 6. 9. Quòd autem hujus nomen potiùs quàm alterius adfertur in hoc argumento, eo videtur factum, quòd de hujus nomine & hiſtoria ex ſacris Scripturis conſtaret: in primis autē quòd hic pronunciaſſe legitur morieus, cognoſcat Jehova & repoſcat, 2. Chro. 24. 22 ſicut & Hebeli ſanguis de terra vocem edidiſſe, Gen. 4. 10. & Hebræ. 12. ſic enim aſſeritur Dei veritas non negligētis clamores pauperum, Pſalm. 9. [21] Ita in textu Syriaco perſonæ mutantur, ut principium verſus ſit in ſecunda perſona, O Uriſchelem, Uriſchelem: & deinde ſequatur tertia perſona, Lapidans eos qui mittuntur ad ſe. Poſteà redit ad ſecundam perſonam. Niſi quis malit dicere erratum typographi eſſe, & לה, Ad ſe, poſitum eſſe pro לבר, Ad te: nihil tamen mutare volui, quum idem manuſcriptus codex haberet,

ad ſe,

ad se, quot vicibus volui ut congregarem filios tuos sicut congregat gallina pullos suos sub alas suas, & non voluistis?

38 Ecce relinquitur vobis domus vestra deserta.

39 Dico enim vobis quòd non videbitis me[22] deinceps, donec dicatis, Benedictus sit qui venit in nomine Domini.

[22] Ad verbum, Ex nunc. Hebraismus.

ad te missi sunt, quoties[z] volui congregare liberos tuos, *quemadmodum gallina cōgregat pullos suos sub alas, & noluistis?

38 [a] Ecce, relinquetur vobis domus vestra deserta.

39 Dico enim vobis, nequaquam me videbitis ab hoc tempore, usquedum dicatis, [b] Benedictus qui venit in nomine Domini.

[z] De externo ministerio loquitur, & quatenus in genere fuit ipse huic gēti servādæ promissus, de qua etiā fuit peculiariter jā inde à promissione Abrahæ facta, solicitus. *4. Esd. 1. 1.

[a] Præsens tēpus pro futuro. Nam templi vastationem & totius politiæ interitum denunciat. [b] Figuratè videtur Christus perstringere eorum vanam hypocrisin qui quotidie ex Psalmo canebant, Benedictus qui &c. interea ludibrio habebant oblatum sibi redemptorem. Ergo se ad illos venturum negat, donec ad conspectum ejus Majestatis trepidi, serò exclament verè esse filium Dei.

CAPUT VICESIMUMQUARTUM.

[1] *Destructio templi.* [4] *Signa adventus Christi.* [13] *Iniquitas.* [23] *Pseudochristi.* [29] *Signa consummationis seculi.* [31] *Angeli.* [32] *Ficus.* 37 *Tempora Noë.* [42] *Vigilandum.* [45] *Servus.*

ET egressus est Jeschua e tēplo ut abiret, & accesserūt discipuli ejus, ostendentes ei structuram ipsius templi.

2 Is autem dixit, An non videtis hæc omnia? Ammin dico vobis, non relinquetur hîc lapis super lapidem qui non destruatur.

3 Et quum Jeschua sederet super montē Olivarum, accesserunt discipuli ejus, & dixerunt inter se & illum, Dic nobis quādo hæc erunt, & quódnam est signum adventus tui & consummationis seculi.

4 Respondit Jeschua, & dixit illis, Cavete ne quis seducat vos.

5 Multi enim venient in nomine meo, & dicent, Ego sum Christus, & multos seducent.

6 Audituri enim estis [1] bella & rumorem bellorū. Videte ne turbemini. Oportet enim ut hæc omnia fiant: sed nondum finis.

7 Consurget autem gens contra gentem, & regnum contra regnum, & erunt fames, & mortes, & *terræ* motus[2] in singulis locis.

8 Hæc autem omnia, initia sunt dolorum.

9 Tunc tradent vos in afflictionem & occident vos, & eritis exosi ab omnibus gentibus propter nomen meum.

10 Tūc offendiculum patientur multi, & odio habebunt[3] alter alterum, & tradēt alter alterum.

11 Et multi prophetæ mendaces surgent, & seducent multos.

12 Et propter abundantiam iniquitatis, recedet dilectio multorum.

13 Qui perseveraverit autem usque ad finem, is[4] salvus erit.

14 Et prædicabitur hoc Evangeliū regni in universo mundo, in testimonium omnium gentium, & tunc veniet consummatio.

15 Quum autem videritis signum abominationis desolationis, quod dictū fuit in Daniele Propheta quòd stet in loco sancto, is qui legit, consideret.

16 Tunc illi qui in Judæa sunt, fu-

[1] קארסא. Et sic in altero loco Marci 13. 7. pro קרבא, id est Prælio, ponit. Cæterū quū his duobus tārùm locis in Novo testamēto hoc nomen occurrat, suspicio suboriri potest depravati nominis, קרבא in קארסא posito ס pro ב, & interposito א. Sed manuscriptus quoq; codex Heydelbergēsis idem habet. 1. nec verò malè pro concursu vel conflictu ponitur, ut Judi. 5. 21.

[2] Ad verbum, In loco, loco. Hebraismus.

[3] Ad verbum, Unus unum, & sic paulò pòst.

[4] Ad verbum, Vivet. Hebraismus.

ET [a] *egressus Jesus e templo, abibat: & accesserunt discipuli ejus, ut ostenderent ei ædificia templi.

2 [b] Jesus autem dixit eis, Nónne videtis hæc omnia? amen dico vobis, non relinquetur hîc lapis super lapidem, qui nō dissolvatur.

3 Sedente autem eo in monte Olearū, adierunt eum discipuli privatim, dicētes, Dic nobis, quando hæc erunt, & quod *erit* signum adventus tui, & consummationis seculi?

4 [c] Et respondens Jesus dixit eis, * Videte nequis vos seducat.

5 Multi enim veniēt sub nomine meo, dicentes, Ego sum Christus ille, multósq; seducent.

6 Futurum est autem ut audiatis bella, & rumores bellorum: videte, ne turbemini. oportet enim omnia *hæc* fieri, sed nondum erit finis.

7 [d] Insurget enim gens in gentem, & regnum in regnum: & erunt fames, & pestilentiæ, & terræmotus singulis locis.

8 [e] Hęc autem omnia principium *erunt* dolorum *partus*.

9 *Tunc tradent vos afflictioni, & trucidabunt vos: & eritis exosi omnibus gētibus propter nomen meum.

10 Et tunc offendentur multi: & alius alium prodet, & odio habebit alius alium.

11 [f] Et multi pseudoprophetæ exorientur, ac seducent multos.

12 Et quoniam multiplicata erit iniquitas, refrigescet charitas multorum.

13 [g] Sed qui sustinuerit ad finem usq;, is servabitur.

14 [h] Et prædicabitur istud Evangelium regni [i] in toto terrarum orbe, ut sit testimonio omnibus gentibus: & tunc veniet finis.

15 *Quum ergo videritis [k] abominationem illam vastatricem quæ dicta est * per Danielem Prophetam, positam in loco sancto: (qui legit, [l] animadvertat)

16 Tunc qui in Judæa *fuerint*, fu-

[a] Duo in hoc capite præcipuè narrantur, Alterum, urbis Jerusalem excidium, & futuræ vastationis signa, à vers. 1. usque ad 29. Alterum, de extremo die & fine mundi. * *Mar. 13. 1. luc. 21. 5. & 19. 44.*

[b] 2. Prædicitur urbis & quidē in primis templi diruti o.

[c] 2. Ecclesiæ perpetuum erit certamen cum infinitis calamitatibus & offendiculis, atque adeò cū falsis prophetis, donec idem victoriæ & triumphi dies advenerit. * *Ephes. 5. 6. colos. 2. 28.*

[d] Id verum apparuit Cæsareæ, Scythopoli, Ascalone, Ptolemaide, Alexandriæ, posteà Damasci. Joseph. lib. 7. de bello Iudaico, de fame quæ Jerosolymis invaluit, idem Antiquit. lib. 20. cap. 2.

[e] Ac si diceret, Nemo speret his tametsi gravissimis plagis adhuc divinæ satisfactum iræ, atque vindictæ. * *Sup. 10. 17. luc. 21. 12. joh. 15. 20. & 16. 2.*

[f] Prædixit & Petrus 2. cap. 2. 1. de iis, quorum præcipui fuere Praxeas, Valentinus, Novatus, Arius, Manes, Donatus, Nestorius, Pelagius, Eutyches, & quos nobis dedit seductio Mahometi & corruptio papistica. [g] 2. Mundo & Satana frustrà furentibus, ubique propagabitur Evangelium, & qui constanter crediderint, servabuntur. [h] 2. Deleta funditus urbe Jerusalem, non abolebitur, sed ad fines usque orbis terrarum protendetur Christi regnum. [i] Synecdoche, tam apud gentes, quàm apud Judæos. In hos enim duos populos totus terrarum orbis dividitur. * *Mar. 13. 14. luc. 21. 20.* [k] Ad verbum, abominationem desolationis, i. quam omnes propter fœditatem atque turpitudinem, exsecrando aversentur. Loquitur autem de idolis in templo collocatis, vel, ut alii volunt, respexit ad depravationem doctrinæ in Ecclesia. Nisi fortè ex Luca (quod verisimilius videtur esse.) Rom. copias abominandas intellexeris obsidentes Hierosolyma, & desolationem regioni toti ac genti apportantes. * *Dan. 9. 27.* [l] Secum consideret.

giant in

giant in montes.

17 Qui [m] in solario, non descendat ut sumat quicquam e domo sua.

18 Et qui in agro, non revertatur retrò ut sumat vestimenta sua.

19 [n] Væ autem prægnantibus & lactantibus per illos dies.

20 Orate verò ne fiat fuga vestra hyeme, *neque [o] sabbatho.

21 Erit enim tunc afflictio magna, qualis facta non fuit à principio mundi ad hoc usque tempus, [p] neque unquam fiet.

22 [q] Et nisi decurtati fuissent dies illi, periret [r] omnis caro: sed propter electos decurtabuntur dies illi.

23 Tunc siquis vobis dixerit, *Ecce, hîc Christus, aut hîc: ne credite.

24 Excitabuntur enim pseudochristi & pseudoprophetæ, & edent signa magna & miracula: ita ut seducant [s] (si fieri possit) etiam electos.

25 Ecce, prædixi vobis.

26 Itaque si dixerint vobis, Ecce, in deserto est: ne egredimini. Ecce, in conclavibus, ne credite.

27 Sicut enim fulgur exit ab Oriente, & apparet usque in Occidentem, ita etiam erit adventus Filii hominis.

28 [t] * Ubicumque enim fuerit [v] cadaver, illuc congregabuntur aquilæ.

29 [x y] * Statim autem post compressionem dierũ illorum sol obscurabitur, nec dabit luna splendorem suum, & stellæ cadent è cælo, & potestates cælorum concutientur.

30 Tunc apparebit [z] signum Filii hominis in cælo, & tunc [a] omnes tribus terræ [b] plangent, *& videbunt Filium hominis [c] venientem in nubibus cæli cum potentia & gloria multa.

31 * *Is* verò mittet Angelos suos cum tubæ voce magna, & cogent electos ejus à [d] quatuor ventis, a cælorum extremo ad eorum extremum.

32 [e] A ficu autẽ discite parabolam: quũ jam ramus ejus tener fit, & folia germinat, nostis propè esse æstatem:

33 Ita & vos, quũ videritis hæc omnia, scitote *illum* propè esse & ad fores.

34 Amen dico vobis, nequaquam præteribit [f] ætas hæc usquedum omnia ista facta sint.

35 * [g] Cælum & terra præteribunt: sermones autem mei nequaquam præteribunt.

36 [h] De die autem illo & hora nemo scit, ne Angeli quidem cælorum: sed pater meus solus.

37 Sicut autem *erant* dies Noë, ita erit & adventus Filii hominis.

38 *Sicut enim diebus qui præcesserũt diluvium [i] edebant & bibebant, uxores

giant in [5] montem:

17 [6] Et qui in tecto est; non descendat ad accipiendum quod est in domo sua:

18 Et is qui in agro est, non revertatur post se ad accipiendum vestem suam.

19 Væ autem in utero habentibus, & illis quæ lactant, in illis diebus.

20 Orate ne sit fuga vestra in hyeme, neque in sabbatho.

21 Erit enim tunc afflictio magna, qualis non fuit ab initio mundi, & usq; nunc, neque futura est.

22 Et [7] nisi decurtati essent dies illi, nõ salva esset omnis caro: propter electos autem decurtabuntur dies illi.

23 Tunc, si quis dixerit vobis, Ecce hîc est Christus, aut hîc: ne credatis.

24 Surgent enim Christi mendaces, & prophetæ falsi: & dabunt signa magna, ut decepturi sint (si fieri posset) etiam electos.

25 Ecce, priùs dixi vobis.

26 Si igitur dixerint vobis, Ecce, in deserto est: ne exeatis. vel, Ecce, in penetralibus est: ne credatis.

27 Sicut fulgur exit ab oriente, & conspicitur usque ad occidentem, sic erit adventus Filii hominis.

28 [8] Ubi autem fuerit corpus, illic congregabuntur aquilæ.

29 Statim autem post afflictionem dierum illorum, sol obscurabitur, & luna nõ ostendet splendorem suum, & stellæ cadent de cælo, & virtutes cælorum commovebuntur.

30 Et tunc conspicietur [9] signum Filii hominis in cælo. Et tunc plangent omnes generationes terræ, & videbunt Filium hominis veniẽtem super nubes cæli cum virtute & gloria magna.

31 Et mittet Angelos suos cum [10] tuba magna, & congregabunt electos ejus a quatuor ventis, a summitate cælorum usque ad summitatem illorum.

32 A ficu autem discite parabolã, quia cõfestim ubi rami ejus teneri sunt, & [11] apparent folia ejus, cognoscitis quòd appropinquet æstas.

33 Ita etiam vos, quum videritis hęc omnia, scitote [12] quòd [13] appropinquet ad portam.

34 Ammin dico vobis, quòd non præteribit generatio hæc donec ista omnia fiant.

35 Cælum & terra præteribũt, sed verba mea non præteribunt.

36 De die autem & hora illa nemo novit, nec etiam Angeli cælorum, [14] nisi Pater tantùm.

37 Sicut autem dies Nuach, sic erit adventus Filii hominis.

38 Sicut enim erant ante diluvium comedentes & bibẽtes, & accipientes uxo-

m In superiore domus parte.

n Proverbiales sunt hæ formulæ.

* *Act.1.12.*

o Non licebat Sabbatho itet facere. Joseph. lib.15. vide in Act.1.12.

p Quia, sicuti una repulsa Christi, tot præsertim scelestæ contumaciæ & ingratitudinis circumstantiis implicita, præ omnibus ætatum omnium peccatis maximè detestabilis fuit: sic etiam æquum fuit illius vindictæ atrocitate alias omnes superari.

q q d. Si domino visum esset ut calamitas illa ut erat vehemens, ita fuisset diuturna, & tantum hostibus permisisset sævire quantum libuisset, nemo prorsus ex gẽte illa evasisset.

r de Judæis intellige, non de toto genere humano.

* *Mar.13.21. luc.17.23.*

s Hoc additum est incutiendi timoris causa, quò magis solicitè intenti essent fideles ad cavendum. Notandũ autem illud est, quòd salutis nostræ firmitas non in nobis, sed in arcana Dei electione locatur.

t 8. Unicum remedium adversus mundi furores, sese unà cum Christo aggregate.

* *Luc.17.37.*

v Christus, qui celeriter & illustri præsentia aderit, ad quem omnes, aquilarum instar, aggregabuntur.

x Impiorũ securitatem æterna condemnatio, piorũ autem miserias perpetua fœlicitas suo tempore excipiet.

y Nunc de adventu suo mũdique fine respondet Christus discipulis. * *Mar.13.24. luc.21.25. esa.11.10. ezech.32.7. joel 2.31. & 3.15.* z Sũma gloria & majestas, quæ testabitur Christum illum Dominum cæli & terræ, adventare ut orbem terræ judicet.

a Omnes gentes. Alludit ad dispersionẽ, de qua Gen.10. & 11. vel ad Israëliticæ gentis distributionem. b Tanto dolore afficientur, ut seipsos plangant, id est, feriant: transferur hoc ad luctum. * *Apoc.1.7. dan.7.13. zach.12.19.* c Nubibus insidentem, velut sublatus est in cælum. * *1. Cor.15.52. 1. Thes.4.16.* d Quatuor partibus orbis. e 2. Si Deus certum ordinem naturæ præscripsit, multo magis suis æternis judiciis: sed eum non intelligunt, ac etiam irrident impii, pii verò observant & exspectant. f Suprà 11.16. Vel ætas Apostolorum: atque ita intelligentur hæc de capta Judæa: vel ætas fidelium, Christo & Evangelio credentium, ut de mundi fine accipiantur: quod præcedentia & sequentia postulant. * *Mar.11.12.* g 8. Jam incipit Dominus judicium quod tandem complebit. h 8. Satis sit nobis scire constitutum esse à Deo ultimum diem instaurationis. Quando enim is sit futurus, nostro bono, omnibus occultavit, ut tanto magis vigilemus, ne deprehendamur sicut olim accidit in diluvio. * *Luc.17.28. gen.7.5. pet.3.20.* i Significanter Evangelista verbo vtitur quod proprium est brutis. fore enim indicat ut ejus temporis homines instar brutorum sint ventri dediti: alioqui edere & bibere per se vitium non est.

5 r. id est, mõtana, ἐνταλαιπωρίας, ut apud Hebræos. Sequentia autem verba, qui in tecto est, præsens tẽpus loco futuri habent, qui in tecto fuerit: & sic seq.

6 Mutilatus erat hic locus in Syro testamẽto impresso, ita ut deesset ultima vox decimi septimi versiculi, & totus 18. excepta voce postrema, quæ in fine 17. versiculi loco omissæ dictionis sufficiebatur: ita ut finis 18. versiculi, decimum septimum finiret: nos verò ex manuscripto Syro codice, quem illustriss. elector Palatinus ex bibliotheca sua exhibuit, restituimus locum.

7 r. id est, nisi Deus accelerasset excidium perfidæ gentis istius, non esset passura justũ ullum vivere: adeò fervet studio opprimẽdi bonos, & oppressiones magnas excitatura est. Atque hactenus de Judęæ subversione. Sequitur de adventu Christi primùm ad suos in spiritu gratiam, secundò ad omnes in carne judiciũ effecturi.

8 Sentẽtia proverbialis sumta ex Job.39. in fi. cap. וכאשר חלליים שם הוא.

9 נישח pro נסח Signum. nam ש cum puncto in sinistro latere, sæpe venit loco ס.

10 r. vel clangore magno: quod locus videtur postulare.

11 Quæ quum apparet, i. Quũ revirescunt ac repullulãt. quo sensu etiam in Luca 21.30. habetur.

12 Id est, præ foribus est.

13 r. Syrè, advenit sibi, nimirum adventus ille Christi, de quo rogaverant discipuli principio capitis: nã eò referri postulat Syri verbi genus. Pleonasmus ut suprà 4.10. 14 r. id est, sed. Atque hoc modo Syrus propriè interpretatur particulam, εἰ μὴ.

res &

res & tradentes viris, usque ad diem quo ingressus est Nuah [15] in arcam.

39 Et non cognoverunt donec venisset diluvium, & auferret universos ipsos: sic erit adventus Filii hominis.

40 Tunc duo erunt in agro: unus abducetur, & alter relinquetur.

41 Et duæ erunt molentes in [16] mola, una abducetur, & altera relinquetur.

42 Vigilate ergo, quia nescitis qua hora veniet Dominus vester.

43 Hoc autē scitote, quòd si sciret dominus qua vigilia vēturus esset fur, vigilaret, & non sineret ut penetraretur domus sua.

44 Ideo etiam vos estote parati: quia ea hora qua non putatis, venturus est Filius hominis.

45 Quisnam est servus fidelis & prudens, quem cōstituit dominus super suos domesticos, ut det illis cibum in tempore suo?

46 Beatus servus ille: [17] quia quum venerit dominus ejus, inveniet eum quòd fecit sic.

47 Ammin dico vobis, constituet eum super omnia quæ sunt ei.

48 Si autem dixerit servus ille malus in corde suo, Dominus meus tardat venire:

49 Et cœperit percutere cōservos suos, & fuerit comedens & bibens cum ebriis:

50 Veniet dominus servi illius in die qua nō putavit, & in hora quam nō novit:

51 Et [18] dividet eum, & ponet partem ejus cum [19] hypocritis. illic erit ploratus & stridor dentium.

[15] בולא. Pro arca tantū hic legitur, & Luc. 17.27. f. à capiendo sic dicta Syris, ut Latinis capsa.

[16] f. vel molarum loco, id est, pistrino, sive, ut magis propriè in Glossario dicitur, molettina.

[17] f. vel quem quum venerit dominus ejus, inveniet ita facientem. Hîc enim subjectio est ad quęstionem præcedentis versus. hoc signo, ait Christus, cognoscetur servus ille.

[18] f. nempe à sorte aliorum: id autem est, separabit.

[19] Ad verb. Assumentibus vultum.

ducebant & nuptum dabant, ad eum usq; diem quo ingressus est Noë in arcam:

39 Nec agnoverunt diluvium usq; dum venisset, & sustulisset omnes: ita erit & adventus Filii hominis.

40 [k] * Tunc duo erunt in agro: unus accipietur: & alter relinquetur.

41 [l] Duæ molentes in pistrino, una accipietur, & altera relinquetur.

42 [m] * Vigilate ergo, nescitis enim qua hora Dominus vester venturus sit.

43 * Illud autem scitote, si sciret paterfamiliâs [n] qua vigilia fur venturus sit, vigilaret, nec sineret perfodi domum suam.

44 Propterea & vos estote parati: quia qua hora non putatis, Filius hominis vēturus est.

45 * Quis igitur est fidelis servus & prudens, quem præfecit dominus famulitio suo, ut det illis alimentum in tempore?

46 Beatus servus ille, quem, quum venerit dominus ejus, invenerit ita facientem.

47 Amen dico vobis, omnibus quæ sibi suppetunt præficiet eum.

48 Quòd si dixerit servus ille malus in corde suo, Differt dominus meus adventum:

49 Cœperitque verberare conservos, quinetiam edere & bibere cum ebriis:

50 Veniet dominus servi illius die quo non exspectat, & qua hora non novit.

51 Et [o] separabit eum, ac partem ei assignabit cum hypocritis: * illic erit fletus & stridor dentium.

[k] B. Adversus eos qui sibi pollicentur Deum omnibus fore misericordem, ut securè intereà delicientur. *Luc. 17.31. 1.thes. 4 17.

[l] Græcæ & Barbaræ mulieres molebāt & coquebant. Plut. in lib. Problem.

[m] B. Exemplū horrendæ hominū securitatis in iis de quibus illos oportuit maximè esse solicitos. *Mat. 12.31. *Luc. 12.19. 2.thes. 5.2. apo. 16.18.

[n] Ad verbum, qua custodia, sup. 14.25. *Luc. 12.42.

[o] Sub. à reliquis: vel in duas partes secabit, quod genus erat supplicii atrocissimum: & nūc apud barbaros usurpatur. Sic Justinus scribit Esaiam à Judæis serra lignea esse dissectū. Ejus supplicii exempla habentur 1. Sam. 15. 33. & Dan. 3. 29. * Sup. 13. 42. infr. 21. 10.

CAPUT VICESIMUMQVINTUM.

[1] *Virgines exspectantes sponsum.* [13] *Vigilandum.* [14] *Talenta servus tradita.* [24] *Servus nequam.* [30] *Extremum judicium quale.* [40] *Benedicti.* [41] *Maledicti.*

TUnc assimilabitur regnum cælorum decem virginibus, quæ acceperunt lampades suas, & exierunt in occursum sponso & sponsæ.

2 Quinque autem ex eis prudentes erant, & quinque fatuæ.

3 Et, quæ fatuæ erant, acceperunt lampades suas, & non acceperunt secum oleum.

4 Illæ verò prudentes assumserunt oleum in vasis cum lampadibus suis.

5 Quum differret autem sponsus, dormitaverunt omnes, & dormierunt.

6 Et media nocte factus est clamor, Ecce sponsus venit: exite ad occurrendum ei.

7 Tunc surrexerunt omnes virgines, [1] & apparaverunt lampades suas.

8 Dixerunt autem fatuæ illæ prudentibus, Date nobis de oleo vestro, quia ecce exstinguuntur lampades nostræ.

9 Responderunt prudentes illæ, & dixerunt, [2] Ne non sufficiat nobis & vobis. Sed ite ad vendentes, & emite vobis.

10 Et quum irent ad emendum, venit sponsus: & quæ paratæ erant, intraverunt cum eo in domum nuptiarum, & clausa est janua.

11 [3] Tandem autem etiam venerunt aliæ illæ virgines, & dixerunt, Domine noster, Domine noster, aperi nobis.

[1] f. vel ut appararent: atq; haud scio an huic interpretationi cū sequētibus meliùs cōveniat.

[2] Concisa oratio: subauditur enim: Nolumus dare, ne non &c. f. vide sup. in 13. 29.

[3] Ad verb. In fine. Hebraismus.

TUnc [a] erit simile regnum cęlorum decem virginibus, quæ sumtis lampadibus suis [b] exierunt in occursum sponsi.

2 Quinque autem ex eis erant prudentes, & quinque fatuæ.

3 Quæ erant fatuæ, sumtis lampadibus suis, non ceperant oleum secum:

4 Prudentes verò ceperant oleum in vasis suis unà cum suis lampadibus.

5 Morante autem sponso, [c] nictârunt omnes, ac dormierunt.

6 Media verò nocte clamor ortus est *dicentium*, Ecce, sponsus venit, exite in occursum ejus.

7 Tunc surrexerunt omnes illæ virgines, & adornârunt lampades suas.

8 Fatuæ verò prudentibus dixerūt, Date nobis ex oleo vestro: quia lampades nostræ exstinguuntur.

9 Responderunt autem prudentes illę, dicentes, *Nequaquam*, ne non sufficiat nobis & vobis: [d] ite verò potiùs ad eos qui vendunt, & ipsæ vobis emite.

10 Quum autem abirēt emptum, venit sponsus: & quæ paratæ erant, introiverūt cum eo ad nuptias: clausāque est janua.

11 Posteà verò veniunt & reliquæ virgines, dicentes, Domine, domine, aperi nobis.

[a] B. Petenda est à Deo virtus quæ nos per tenebras incedentes ad extremum usque veluti fax deducat: alioqui si fastidio torpescamus, ipsi quoq; excludemur.

[b] Nuptiarum pompa solebat noctu ferè celebrari, idque à puellis.

[c] Oculis somno gravatis.

[d] Non significat hic locus quòd justi in fine seculi misericordiæ sint fatuos aliquò emptū hoc oleum: sed ostendit nihil tum rationis futurum qua negligentiam suam resarcire queāt qui imparati erūt in adventu Christi. Per ironiā enim vel exprobrationem hæc intelligi debent.

12 Ipse

12 Ipſe verò reſpondens ait, Amen dico vobis, non novi vos.

13 *Vigilate itaque, quia neque illum diem, neque illam horam ſcitis, qua Filius hominis veniet.

14 *[c] *Ita* enim *eſt* ut *quum* quiſpiam peregrè proficiſcens vocavit ſervos ſuos, & tradidit eis quæ ſibi ſuppetebant.

15 Et huic quidem dedit quinque talenta, alii autem duo, alii verò vnum: unicuique ſecundùm ipſius [f] facultatem: & peregrè profectus eſt ſtatim.

16 Profectus autem qui quinque talēta acceperat, negotiatus eſt ex iis: & [g] fecit altera quinque talenta.

17 Itidem & qui duo acceperat, lucratus eſt & ipſe altera duo.

18 Qui autem unum acceperat, abiit & defodit *illud* in terram, & occultavit pecuniam domini ſui.

19 [h] Poſt multum verò tempus venit dominus ſervorum illorum, & confert rationem cum eis.

20 Tunc accedēs is qui quinque talenta acceperat, [i] attulit altera quinque talēta, dicens, Domine, quinque talenta tradidiſti mihi, ecce, altera quinque talenta lucratus ſum ex iis.

21 Dixit autē ei dominus ejus, Benè *eſt*, ſerve bone & fidelis: in exiguo fuiſti fidelis, ſuper multa te conſtituam: [k] ingredere in gaudium domini tui.

22 Accedens autem & qui duo talenta acceperat, ait, Domine, duo talenta tradidiſti mihi, ecce, alia duo lucratus ſum ex iis.

23 Ait ei dominus ejus, Benè *eſt*, ſerve bone & fidelis, in exiguo fuiſti fidelis, ſuper multa te cōſtituam: ingredere in gaudium domini tui.

24 Accedens autem & qui unum talentum acceperat, ait, Domine, noveram te hominem [l] durum eſſe, qui metas ubi non ſeviſti, & inde cogas ubi non ſparſiſti:

25 Itaque timens abii & occultavi talentum tuum in terra: ecce, habes quod tuum eſt.

26 [m] Reſpondens autem dominus ejus dixit ei, [n] Serve male & ignave, ſciebas me metere ubi non ſevi, & inde cogere ubi non ſparſi:

27 Oportuit ergo te tradere pecuniam meam [o] menſariis: & ego quum veniſſem recepiſſem meum cum fœnore.

28 Tollite ergo ab eo talentum, & date ei qui habet decem talenta.

29 (*Omni enim qui habet, dabitur, & *is* exuberabit: qui verò non habet, etiam quod habet, tolletur ab eo.)

30 Et inutilem ſervum ejicite *in tenebras illas extimas: illic erit fletus & ſtridor dentium.

31 [p] Quum autem venerit Filius hominis cum gloria ſua, & omnes S. Angeli cum eo, tunc ſedebit in throno gloriæ ſuæ.

32 Et cogentur coram eo omnes gentes, & ſeparabit eos, alteros ab alteris, ut paſtor ſeparat oves ab hœdis.

12 Ille autem reſpondit & dixit illis, Ammin dico vobis quòd non novi vos.

13 Vigilate itaque, quia neſcitis diem illum neque horam.

14 Sicut enim homo [4] qui peregrè profectus eſt, vocavit ſervos ſuos, & tradidit illis poſſeſſionem ſuam.

15 [5] Eſt cui quinque [6] talenta, & eſt cui duo, & eſt cui unum, [7] unicuique juxta facultatem ſuam: & peregrè profectus eſt ſtatim.

16 Abiit autem ille qui acceperat quinque talenta, & negotiatus eſt per ea, & lucratus eſt quinque alia.

17 Et ſimiliter ille qui duo, negotiatione acquiſivit alia duo.

18 Is verò qui acceperat unum, abiens fodit in terram, & abſcondit argentum domini ſui.

19 Poſt tempus verò multum venit dominus illorum ſervorum, & accepit ab illis rationem.

20 Acceſſitq; is qui acceperat quinque talenta, & obtulit quinque alia, & dixit, Domine mi, quinque talenta dederas mihi: ecce quinque alia lucratus ſum præterea.

21 Dixit ei Dominus ejus, Euge ſerve bone & fidelis, in modico fidelis fuiſti, ſuper multum te conſtituam: intra in gaudium domini tui.

22 Et acceſſit ille cui duo erant talenta, & ait, Domine mi, duo talenta dederas mihi, ecce, duo alia lucratus ſum præter ea.

23 Dixit ei dominus ejus, Euge ſerve bone & fidelis, in modico fidelis fuiſti, ſuper multum conſtituam te: intra in gaudium domini tui.

24 Acceſſit autem etiam is qui acceperat unum talentum, & ait, Domine mi, noveram te quòd homo ſis durus, & metas ubi non ſeminaveris, & colligas inde ubi non ſparſeris.

25 Et territus ſum, & abiens abſcondi ipſum talentum tuum in terra. Ecce, [8] habes quod tuum eſt.

26 Reſpondit dominus ejus, & dixit ei, Serve male & piger, noveras me quòd metam ubi nō ſeminaverim, & colligam inde ubi non ſparſerim:

27 [9] Oportuiſſet te ut [10] projeciſſes argentum meum ſuper menſam: & veniſſem, & exegiſſem quod meum eſt cum uſura ejus.

28 Auferte igitur ab eo talētum, & date illud ei cui ſunt decem talenta.

29 Illi enim cui eſt, dabitur, & augebitur ei: cui verò non eſt, etiam id quod nō eſt auferetur ab eo.

30 Servum autem otioſum ejicite in tenebras exteriores: ibi erit ploratus & ſtridor dentium.

31 Quum venerit autem Filius hominis in gloria ſua, & omnes Angeli ſancti ejus cum eo, tunc ſedebit ſuper thronum gloriæ ſuæ.

32 Et congregabūtur ante eum omnes gentes, & ſeparabit [11] eos [12] unum ab altero, ſicut paſtor qui ſeparat oves ab hœdis.

33 Et

*Sup.24.41. Mar.13.33. *Luc.19.12.

[f] 2. Chriſtus teſtatur magnum quidem fore intervallū inter ſuum ad patrem diſceſſum & reditū ad nos, ſed ſe nihilominus eo die ſubducturum rationes accepti & expenſi, non modò cum rebellibus, ſed etiam cum ſuis domeſticis, qui acceptis donis pro ignavia uſi nō fuerint.

[f] Prudentiam & peritiam in negotiando, i. qūa præditi erant.

[g] i. lucratus eſt.

[h] Licet poſt multum temporis, venturus eſt tamen Chriſtus ad judicium, nequis negligentiùs ſe gerat, tamquam eo non ſtatim vēturo.

[i] Narrat ſimpliciter Chriſtus quid apud homines fieri ſolet. Interim ne fatigemur benè agendo, pronūciat non irritum eorū laborem qui ſe fideliter in ſua vocatione exercuerint.

[k] i. adeſdum, ut percipias fructum benignitatis meæ. Gaudiū autem Domini reciprocatur, Johan. 15. 11. ut gaudium illud meum in vobis maneat, & gaudium veſtrum impleatur.

[l] Græcè, auſterum, quem Comici vocāt ſeverum.

[m] Tantùm ſignificat Chriſtus nihil excuſationis fore eorum deſidiæ qui & dona Dei ſupprimūt & ætatē ſuam conſumunt in otio.

[n] Ubi malum & pigrum vocat, indicat, nō tam ex metu ſeveritatis ipſius, quàm ex propria ſocordia & pigritia negotiationē deſtrectaviſſe.

[o] Quos trapezitas vocant, qui menſulis propoſitis pecuniā fœnore locant.

*Sup.13.12. Luc.8.18. & 19.26. Mar.4.25. *Sup.8.12. & 22.13.

[p] 3. Futuri æterni judicii graphica deſcriptio.

[4] 1. vel peregrè proficiſcens, aut profecturus. Eſt autē hic verſus ἀναφορικὸς, cujus ſuppleri oportet ſubjectionem hoc modo, ita eſt Chriſtus, vel ita facit filius hominis. Explicatio verò rationum quas init cum ſervis ſuis primùm inſtituitur à ℣. 31. ad finem uſque cap.

[5] Id eſt, Alicui duo, alicui quinque, ut autē obſervatum eſt.

[6] De valore talenti vide annotata ſuprā cap. 18. 24.

[7] Ad verb. Viro viro. Hebraiſm.

[8] Ad verb. Eſt tibi quod tuū eſt.

[9] Ad verb. Opus fuiſſet tibi, id eſt, Debuiſſes.

[10] Pro Expoſuiſſes. Exprimit morē eorum qui numulariis locāt pecuniā ſuam.

[11] 5. i. unumquemque virū ex eis: hoc enim poſtulat generis differentia.

[12] Ad verb. Unum abunum. Hebraiſm.

33 Et statuet oves a dextra sua, & hœdos a sinistra sua.

34 Tunc dicet rex iis qui *erũt* a dextra sua, Venite benedicti patris mei, possidete regnum quod paratũ fuerat vobis a constitutione mundi.

35 Esurivi enim, & dedistis mihi ad edendum: & sitivi, & dedistis mihi potum: hospes fui, & collegistis me.

36 Nudus fui, & operuistis me: ægrotus fui, & [13] visitastis me: & in domo vinctorũ fui, & venistis ad me.

37 Tunc dicent ei illi justi, Domine noster, quando vidimus te quòd esurires, & pavimus te? aut quòd sitires, & potum dedimus tibi?

38 Et quando vidimus te quòd hospes esses, & collegimus te? aut quòd nudus esses, & cooperuimus te?

39 Et quando vidimus te ægrotum aut in domo vinctorum, & venimus ad te?

40 Et [14] respondebit rex, & dicet eis, Ammin dico vobis quòd sicut fecistis uni ex istis fratribus meis pusillis, mihi fecistis.

41 Tunc dicet etiam iis qui erunt à sinistra ejus, [15] Discedite à me maledicti in ignem æternum, qui paratus est illi [16] delatori & angelis ejus.

42 Esurivi enim, & non dedistis mihi ad comedendum: & sitivi, & non dedistis mihi potum:

43 Et hospes fui, & non collegistis me: & nudus fui, & non operuistis me: & ægrotus fui, atque in domo vinctorum fui, & non visitastis me.

44 Tunc respondebunt etiam illi, & dicent, Domine noster, quando vidimus te esurientem, aut sitientem, aut hospitem, aut nudum, aut ægrotum, aut in domo vinctorum, & non ministravimus tibi?

45 Tunc respondebit & dicet illis, Ammin dico vobis quòd sicut non fecistis uni ex his pusillis, etiam mihi non fecistis.

46 Et abibunt hi in supplicium æternum, & justi in vitam æternam.

[13] p. vel invisistis, id est, visentes curavistis, μεριμνησάτε. Hinc enim שעורא Episcopus & curator a Syris appellatur, sic infr. ℣. 43.

[14] Ad verb. Respondit, & dixit, &c. Sed cõjunctio copulativa præterito præfixa Hebræorum more ipsum mutat in futurum, quod alioqui rarò in lingua Syra fit.

[15] p. Syrus, abite vobis. Pleonasm. ut suprà 4. 10.

[16] לאכרא קרצא. Vide quæ notata sunt in cap. 4. Sumitur pro diabolo.

33 [q] Et statuet, oves quidẽ ad dextram suam, hœdos autem ad sinistram.

34 Tunc dicet Rex iis qui ad dexteram ipsius *erunt*, Adeste [r] benedicti Patris mei, [s] possidete regnum paratum vobis à jacto mundi fundamento.

35 * Esurivi enim, & dedistis mihi *quo* vescerer: sitivi, & dedistis mihi potum: hospes eram, & collegistis me:

36 Nudus, & amicivistis me, *ægrotavi, & invisistis me: in carcere eram, & venistis ad me.

37 Tunc respondebunt ei [t] justi, dicẽtes, Domine, quando te vidimus esurientem, & aluimus? aut sitientem, & dedimus tibi potum?

38 Quando autem te vidimus hospitem, & collegimus te? aut nudum & amicivimus?

39 Aut quando te vidimus ægrotũ, aut in carcere, & venimus ad te?

40 Et respondens Rex dicit eis, Amen dico vobis, quatenus id fecistis uni ex istis fratribus meis minimis, mihi fecistis.

41 Tunc dicet etiã iis qui ad sinistram *erunt*, *[v] Exsecrati, abite à me in [x] ignem æternum, qui paratus est diabolo & angelis ejus.

42 Esurivi enim, & non dedistis mihi *quo* vescerer: sitivi, & non dedistis mihi potum:

43 Hospes eram, & non collegistis me: nudus, & non amicivistis me: ægrotus, & in carcere *eram*, & non invisistis me.

44 Tunc ipsi quoque respondebunt ei, dicentes, Domine, quando te vidimus esurientem, aut sitientem, aut hospitem, aut nudum, aut ægrotum, aut in carcere, & non ministravimus tibi?

45 Tunc respondebit eis dicens, Amen dico vobis, quatenus *id* nõ fecistis uni ex istis minimis, nec mihi fecistis.

46 *Et abibunt isti ad supplicium æternum: justi verò ad vitam æternam.

[q] Hæc separatio etiã suprà aliquot similitudinibus proposita est, per ventilationem & purgationẽ aceæ, 3. 12. per zizania, 3. 48. & per sagenã missam in mare.

[r] Beati & fœlices, quos Pater meus beneficiis suis cumulavit.

[s] Si est hæreditas, obvenit quia filii Dei sumus, nõ natura quidem, nõ meritis, sed adoptione gratuita: salus igitur manat ex gratuita misericordia, non meritis aut dignitate.

* *Esai. 58. 7. Ezec. 18. 7.*

* *Eccl. 7. 39.*

[t] Quos versu 34. vocaverat benedictos patris, nunc justos dicit, ut sciamus justitiam ex æterna Dei institutione fluere.

* *Psal. 6. 9. Sup. 7. 23. Luc. 11. 27.*

[v] Ad verb. exsecrandi.

[x] Hujus ignis cognitio judici ipsi relinquenda est: magis autem curandũ ut qualis sit ne in futurũ experiamur.

* *Dan. 11. 6. Ioh. 5. 29.*

CAPUT VICESIMUMSEXTUM.

[3] Consilium Sacerdotum contra Christum. [6] Christo pedes unguntur. [14] Illum vendit Judas. [26] Institutio Cœnæ. [34] & [69] Petri abnegatio. [38] Tristis Christus, [47] osculo proditus, [57] ad Caiapham ducitur, [64] fatetur se Christum, [67] cõdemnatus conspuitur. [69] Petrus Christum abnegat.

ET factum est ut quum consummasset Jeschua omnes sermones hos, diceret discipulis suis,

2 Scitis quòd post biduum Petzcha fit, [1] & Filius hominis traditur ut in crucem agatur.

3 Tunc congregati sunt principes Sacerdotum, & Legisperiti, & Seniores populi in atrium principis Sacerdotum, qui vocabatur Cajapha.

4 Et consilium inierunt [2] de Jeschua, ut dolo caperent eum, & occiderent eum.

5 Et dicebant, Non in die festo, ne sit tumultus in populo.

[1] p. vel, Filius autem hominis traditur crucifigẽdus, puta die ipso Paschatis. Iam enim Christus apertè prædicit quod discipulis sæpiùs, sed obscuriùs, indicaverat. suprà 16. 21. & alibi. itaq; καλῶς ante membrũ istud arbitror statui oportere.

[2] p. vel contra Jeschuam.

ET * [a] factum est quum finisset Jesus omnes istos sermones, dixit discipulis suis,

2 Scitis post biduum Pascha fore, & Filius hominis prodetur ut crucifigatur.

3. * [b] Tunc coacti sunt primarii Sacerdotes & Scribæ & Seniores populi in aulam [c] Pontificis maximi qui dicebatur Caiaphas.

4 Et simul consultârunt ut Jesum dolo prehenderent, & trucidarent.

5 Dicebant autem, Non [d] in festo, ne tumultus fiat in populo.

festum intelligitur, cujus primus & octavus dies ita sancti erant, ut omnino cessandum esset, quamvis totus ordo Sanhedrin aliter cẽsuerit. Dei providentia tamẽ accidit, ut eo tempore pateretur Christus, scilicet ut sui æterni sacrificii Israëlem totum testem haberet.

* *Mar. 14. 1. Luc. 22. 1.*

[a] 2. Christus ad mortẽ ultrò properãs, testatur se obedientia sua voluntaria Adami transgressionẽ expiaturum.

* *Ioh. 11. 47.*

[b] 2. Non homines, sed ipse Deus decrevit quo tempore crucifigendus esset Christus.

[c] Sup. 2. 4.

[d] Festi nomine totum Azymorum fe-

6 *[e] Quum autem Jesus esset in Bethania in domo Simonis leprosi,

7 [f] Venerat ad eum mulier habens [g] alabastrum unguenti gravis pretii, & effuderat in caput ipsius accumbentis.

8 *Hoc* autem videntes discipuli ejus [h] indignati sunt, dicentes, Quorsum [i] perditio hæc?

9 Potuit enim istud unguentum venire magno, & dari pauperibus.

10 [k] Quum autem *hoc* cognovisset Jesus, ait eis, Quid molestiam exhibetis isti mulieri? opus enim bonũ operata est erga me.

11 *[l] Semper enim pauperes habebitis vobiscum: me verò non semper habebitis.

12 [m] Quòd enim hæc unguentum hoc injecit corpori meo, ad funerandum me fecit.

13 Amen dico vobis, Ubicumque prædicatum fuerit hoc Evangelium in toto mundo, etiam quod hæc fecit, dicetur ad memoriam ipsius.

14 * Tunc profectus unus ex duodecim, qui dicebatur Judas Iscariotes, ad primarios Sacerdotes:

15 Ait eis, Quid vultis mihi dare, & ego vobis eum tradam? Ipsi verò appenderunt ei triginta argenteos *numos*.

16 Et ex eo tempore quærebat opportunitatem ad eum prodendum.

17 *[n] [o] Primo autem *die* azymorum accesserunt discipuli ad Jesum, dicentes ei, Ubi vis paremus tibi ad edendum Pascha?

18 Ipse verò dixit, Abite in urbem ad quendam, & dicite ei, Præceptor dicit: Tempus meum propè est, apud te faciam Pascha cum discipulis meis.

19 Et fecerunt discipuli sicut præceperat eis Jesus: & paraverunt Pascha.

20 Quum autem serum diei esset, [p] discubuit cum duodecim.

21 *Et edentibus ipsis, dixit, Amen dico vobis, unus vestrûm me prodet.

22 Tunc contristati vehemẽter, cœperunt singuli eorum ipsi dicere, Num ego *ﬧ* sum, Domine?

23 Ipse verò respondens ait, Qui [q] intingit mecum manum in catino, is me prodet.

24 Filius quidem hominis abit, sicut scriptum est de eo: væ autem homini illi per quem Filius hominis proditur: bonũ erat homini illi si natus non fuisset.

25 Respondens autem Iudas qui [r] pro-

6 Quúmq; esset Jeschua in Bethaniah in domo Schemeun leprosi,

7 Accessit ad eum mulier [1] super quam erat [4] alabastrum unguenti aromatici, magni pretii: & effudit illud super caput Jeschua recumbentis.

8 Viderunt autem discipuli ejus, & [5] indignati sunt, & dixerunt, Ad quid perditio hæc?

9 Poterat enim vendi illud *unguentum* magno: & daretur pauperibus.

10 Jeschua autem cognovit, & dixit illis, Quid molesti estis mulieri isti? opus bonum operata est erga me.

11 Omni enim tempore pauperes vobis sunt vobiscum, [6] ego autem non omni tempore [7] sum vobis.

12 Hoc autem, quòd misit aromaticum hoc in corpus meum, [8] tamquam ad sepeliendum me fecit.

13 Et ammin dico vobis quòd ubi prædicabitur Evangelium hoc meum in toto mundo, dicetur etiam id quod fecit hæc, in memoriam ejus.

14 Tunc abiit unus e duodecim, qui vocabatur Jihuda Secharejuta, ad principes Sacerdotum:

15 Et dixit illis, Quid vultis dare mihi, & ego eum trado vobis? Illi autem constituerunt ei triginta [9] argenteos.

16 [10] Et ex eo tempore quærebat [11] sibi opportunitatem ut traderet eum.

17 In die autem primo azymorum accesserunt discipuli ad Jeschua, & dixerunt ei, Ubi vis ut paremus tibi ut comedas Petzcha?

18 Ipse autem dixit illis, Ite in civitatem ad quendam, & dicite ei, Præceptor noster dicit, Tempus meum appropinquat, apud te facio Petzcha cũ discipulis meis.

19 Et discipuli ejus fecerũt sicut præceperat illis Jeschua, & paraverunt Petzcha.

20 Et quum esset vesper, [12] discumbebat cum [13] discipulis suis.

21 Et quum comederent dixit, Ammin dico vobis quòd unus ex vobis [14] prodit me.

22 [15] Et contristati sunt valdè, & cœperunt dicere [16] unusquisque ex eis, Nunquid ego domine mi?

23 At ipse respondit, & dixit, Qui intingit manum suam mecũ in catino, hic prodet me.

24 Et Filius hominis vadit, sicut scriptum est de eo: væ autem homini illi cujus manu Filius hominis proditur. tolerabilius fuisset homini illi si nõ esset natus.

25 Respondit Jihuda proditor, & dixit,

*Mar.14.1. Joh.11.2.&12.3.

[e] B. Christus inexspectato facto peccatricis mulieris, convivas admonet vicinæ suæ mortis ac sepulturæ, cujus odor vivificus esset omnibus peccatoribus ad ipsum confugientibus. Judas autem ex hoc ipso arripit exsequendi sui nefarii cõsilii occasionem.

[f] Hæc enim gesta erãt antequam Christus veniret Jerosolymam, aliqui tamen putãt duas historias ab evãgelistis recenseri.

[g] Alabastra dicta sunt vascula unguentaria, quòd alabastriten lapidẽ vetereres plerumque excavarent ad eos usus, quoniam optimè servare incorrupta unguenta traditur. Plinius lib.13 cap.1.

[h] Synecdoche. Judas enim ideò commotus dicitur, Joh.12.4.

[i] Inutilis profusio.

[k] B. Non temerè damnandum quod extra ordinem agitur.

*Deut.15.11.

[l] B. Christus in seipso semel unctus, semper est in pauperibus ungendus.

[m] Id est, effuso hoc unguẽto in corpus meum, hæc illa fecit ad me sepeliendum.

*Marc.14.10. Luc.22.4.

*Mar.14.12. Luc.22.7.

[n] B. Christus verè nos in patriam mox introducturus, ac proinde legalem typum abrogaturus, Legi tamen satisfacit, neglecta contraria traditione & consuetudine Judæorum, simúlque ostẽdit sic omnia mox esse eventura hominum ministerio, ut æternum Dei decretum ea gubernaverit. [o] Is fuit dies primi mensis decimusquartus. primus autem azymorum debuit esse decimusquintus, sed quia hujus diei vespera Romano more referebatur ad diem præcedentem, Judæorum more ad sequentem diem pertineret: ideo dicitur primus azymorum. [p] Quia ex præscripto legis calceati erant, & baculum gestabant tamquam festinabundi, inde cõjicitur non recubuisse comedentes Pascha, sed stetisse, quum alioquin sumpturi cibum calceos exuebant: loquitur itaque hoc loco non de Paschate, sed de Cœna, quæ peracto solenni ritu Paschatis adornata est.

*Mar.14.18. Luc.22.14. Joh.13.21. [q] Id est, quem mea mensa dignabar: alludens ad locum Psal.41.10 quod non est ita accipiendum, quasi eo ipso tempore quo hæc à Domino dicebantur, Judas manum haberet in patina (fuisset enim indubitatum signum) sed ad mutuum convictum refertur.

[r] i. qui in eo jam totus erat, ut proderet.

quod prima fronte videtur cum divino instituto pugnare: præcipitur enim Exod.12.3. ut edentes pascha, lumbos accinctos, pedes calceatos ac baculum teneant manu, & ut citò comedant: quæ fieri nequeunt à discumbentibus. Sed sciendum est ibi præcipi qua ratione exituri ex Ægypto, prima illa vice comedant pascha, paulò antè quàm exeant ex Ægypto, & iter ingrediãtur, quia ita exigebat illius temporis necessitas. Sed in Lege deinde, ubi præcipitur vt cerimonia illa agni Paschalis quotannis renovetur, ea non adduntur. Quapropter omnes Hebr. doctores, tum antiqui, tum recentes, summo consensu dicunt mandatum illud de aspergendis sanguine postibus, de induendis calceis, ac cingendis lumbis, atque sumendis baculis, & cum festinatione comedendo agno, non se extendisse ad generationes sequuturas, sed tantùm fuisse illius noctis qua egressuri erant ex Ægypto. Imò antiquissima fuit apud eos traditio (quod in Talmud, tractatu de paschate cõmemoratur) ut manducaturi pascha, in signum libertatis adepræ discumberent. Nihil igitur contra divinum institutum in cœna Christi factum est: quia sequutus est Christus illam paschatis institutionem quam Deus voluit in suo populo tunc servari.

[1] F. vel penes quam erat alabastrũ sparsorium sive (ut in Glossario dicitur, proximè Syrã vocem) adundatoriũ, ex quo liquores exũdant atque effunduntur. Hoc Syræ vocis etymon.

[4] אלבסטרא Sic in Marci cap. 4.

[5] ad verbum, Indignatio fuit eis Hebraismus.

[6] Syra verba ita sonant. Me autẽ apud vos esse non omni tempore est. id est, Nõ est futurum perpetuum ut apud vos sim.

[7] F. id est, adsum.

[8] F. vide suprà in 18.5.

[9] Observant Hebræi, ubicumq; in Scripturis argenteorũ fit mentio, non expressa numismatis argẽtei specie, intelligi siclum sanctuarii æquivalentem quatuor denariis, de quorũ valore suprà capit. 18.28. scripsimus. Atque huic Hebræorum sententiæ patrocinantur Chaldæi paraphrastæ Onkelos & Jonathan, qui in suis paraphrasibus addunt explicationis causa nomen, שלע. id est, Sicli Sanctuarii. Vide passim in ipsorum paraphrasibus: præsertim verò Onkelon in Gen. cap. 20. 16. & Jonathã 2.Reg.6.25.

[10] Ad verbum, Ex tunc. Hebraismus.

[11] אלעא. Opportunitas, & in Marc.14. & in Luc.22.

[12] Christum discubuisse memorant Evangelistæ in cœna qua pascha comedit.

in suo populo tunc servari. [13] F. alii legunt, cum duodecim discipulis suis. & suprà 2.4. sic etiam vers.28. [15] Ad verb. Ex nunc tristitia fuit eis. [14] F. i. mox proditurus est: præteus loco paulò pòst futuri, ut ℣.15. & 18. [16] Ad verbum, Unus, unus ex eis.

Nunquid

Numquid ego sum domine mi? Dixit illi Jeschua, Tu dixisti.

26 Quum autem ederent, accepit Jeschua panem, & benedixit, ac fregit, & dedit discipulis suis, & ait, Accipite, comedite: hoc est corpus meum.

27 Et accepit poculum, & gratias egit, & dedit illis, & dixit, Accipite, bibite ex eo omnes.

28 Hic est sanguis meus Testamenti novi, qui [17] propter multos effunditur in remissionem peccatorum.

29 Dico autem vobis quòd non bibam [18] ex hoc tempore de hoc producto vitis, usque in diem in quo bibam illud vobiscum novum in regno Dei.

30 Et laudes dixerunt, & exierunt in montem Olivarum.

31 Tunc dixit illis Jeschua, Vos omnes offendemini in me hac nocte. Scriptũ est enim, Percutiam pastorem, & dispergentur oves gregis.

32 Postquam autem surrexero præcedam vos in Galilæam.

33 Respondit Cipha, & dixit illi, Etiãsi omnis homo offensus fuerit in te, ego nunquam offendar in te.

34 Ait illi Jeschua, Ammin dico tibi, quòd hac nocte, antequam canet gallus, tribus vicibus abnegabis me.

35 Dixit ei Cipha, Si fuerit mihi moriendum tecum, non negabo te. Et similiter etiam omnes discipuli dixerunt.

36 Tunc venit cum illis Jeschua in locum qui vocatur [19] Ged-Siman, & dixit discipulis suis, Sedete hîc donec abiens orem.

37 Et accepit Cipha, & duos filios Zabedai, & cœpit mœstus esse, & tristitia affici.

38 Et ait [20], [21] Tristis est anima mea usq; ad mortem. exspectate me hîc, & vigilate mecum.

39 Et abiit paululum, & procidit in faciem suam & orabat, ac dicebat, Pater mi, si possibile est, transeat à me poculum hoc: verumtamen [22] non sicut ego volo, sed sicut tu.

40 Et venit ad discipulos suos, & invenit eos dormientes, & ait Cipha, Sic non potuistis ut una hora vigilaretis mecum?

41 Vigilate & orate, ut non intretis in tentationem. spiritus promtus est, corpus autem est infirmum.

42 Rursum abiens secunda vice oravit, & dixit, Pater mi, si non potest *fieri* ut hoc poculum trãseat nisi bibam illud, fiat voluntas tua.

43 Et veniens, iterũ invenit illos dormientes: oculi enim eorum gravati erant.

44 Et reliquit eos, & abiens iterum, oravit tertia vice, & eumdem sermonem dixit.

debat eum, dixit, Num [u] ego sum, rabbi? Dicit ei, [s] Tu dixisti.

26 [t] *Edentibus autem eis, Jesus quum accepisset panem, & [v] benedixisset, fregit *eum*, deditque discipulis, & ait, Accipite, comedite: hoc [x] est corpus meum.

27 Et accepto poculo, ac gratiis actis, dedit eis, dicens, Bibite ex eo [y] omnes.

28 [z] Hoc est enim sanguis meus, Novi [a] fœderis, qui pro multis effunditur in remissionem peccatorum.

29 Dico autem vobis, Non bibam ab hoc tempore ex hoc fructu vitis, usque ad diem illum quum ipsum bibã vobiscum novum in regno Patris mei.

30 Et quum hymnum cecinissent, exierunt in montem Olearum.

31 *[b] Tunc dicit eis Jesus, Omnes vos ista nocte offendemini in me. [c] Scriptum est enim, *Percutiam pastorem, & dispergentur oves gregis.

32 Postquam autem suscitatus fuero *præibo vobis in Galilæam.

33 [d] Respondens verò Petrus dixit ei, Etiamsi omnes offendantur in te, ego nũquam offendar.

34 Dixit ei Jesus, *Amen dico tibi, ista nocte antequam gallus vocem mittat, ter me abnegabis.

35 Dicit ei Petrus, Etiamsi oportuerit me mori tecum, non te abnegabo. Similiter & omnes discipuli dixerunt.

36 [e] *Tunc venit Jesus cum eis in locũ qui dicitur Gethsemane: & dicit discipulis, Sedete hîc usquequo profectus precatus fuero illic.

37 Et assumto Petro & duobus filiis Zebedæi, cœpit contristari, & [f] gravissimè angi.

38 [g] Tunc dicit eis Jesus, Undiquaque tristis est anima mea usque ad mortem: manete hîc, & vigilate mecum.

39 Et progressus paululùm, procidit in faciem suam, precans, & dicens, [h] Pater mi, si possibile est, [i] abeat a me [k] poculum istud: verumtamen non ut ego volo, sed ut tu.

40 [l] Tunc venit ad discipulos, & repetit eos dormientes: & dicit Petro, Itáne non potuistis unam horam vigilare mecum?

41 Vigilate & orate, ne introëatis in tẽtationem. [m] spiritus quidem est promtus, sed caro infirma.

42 Rursum secũdò abiit, & precatus est dicens, Pater mi, si non potest hoc poculum abire à me quin bibam ipsum, fiat voluntas tua.

43 Et quũ venisset reperit eos rursum dormientes: erant enim oculi eorum gravati.

44 Et relictis eis, rursum abiit: & precatus est [n] tertiò, eumdem sermonem loquutus.

[17] f. vel pro multis.

[18] Ad verb. Ex nunc. Hebraismus.

[19] f. Syrè, Gedsiman, unica voce. Sic enim appellabatur locus in quem cõportabatur & asservabatur oleitas (ut Catonis utamur voce) in olivarum monte.

[20] f. Syrè additur *illa*, in nostris exemplaribus.

[21] Ad verbum, Tristitia est animæ meæ.

[22] f. supple *fiat*. Ellipsis supplenda ex ℣. 42.

[u] Ego nõ dico quòd tu me sis proditurus, malitiam tuã nõ revelo, sed tu ipse hoc dicis.

[t] B. Christus veteris fœderis promissiones reipsa mox impleturus, novũ fœdus novis quoq; mysteriis sancit. *1. Cor. 11. 24.

[v] Marcus dicit, gratias egisse. Itaque benedicere, nõ est murmuratione magica, aut vi verborũ cõsecrare, mutantur tamen panis & vinũ nõ natura, sed qualitate. fiũt enim corporis & sanguinis Christi symbola, nõ sua natura, nec vi verborũ, sed Christi institutione, quæ recitari & explicari debet, ut habeat fides qd amplectatur & in verbo & in elementis.

[x] Metonymicè, ita tamen ut per fidẽ ac spiritualiter modò à credentibus verè recipiatur Christus cum suis donis, ita ut unũ cum illo fiant.

[y] Cõtra Christi institutionem faciunt, qui calicem sustulerunt.

[z] Videlicet poculum seu vinum, est sanguis meus. sacramentaliter nimirum. sic Luc. 22. 20.

[a] Vel fœderis, i quod novum sancitur. In fœderibus enim sanciendis adhibebãtur vini libationes.

*Marc. 14. 27. Io. 16. 32. & 18. 8.

[b] B. Christus sollicitus de suis potiùs quàm de seipso, prædicit ipsorum fugã, monet ut mox sperent meliora.

[c] Zac. 13. 7.

* Zach. 13. 7.

*Mar. 14. 28. & 16. 7.

[d] Imperitia & propriæ infirmitatis ignorãtia, causa est cur ita cristas erigimus, & nos aliis ambitiosè præferimus. Hîc verò in Petro insigne documentũ habemus nostræ audaciæ, ubi sumus extra teli jactũ. *Iob. 11. 12.

[e] B. Christus discipulorũ infirmitati consulens, aliis in tuto relictis tres tantùm assumit suæ angustiæ testes futuros, & in locum proditioni destinarum ultrò progreditur. *Mar. 14. 32. Luc. 22. 39.

[f] Verbum quo utitur significationem habet ingentis doloris & maximæ atque mortiferæ tristitiæ. quod ut indicat veritatem humanæ naturæ quæ mortem, quæ contra naturam invasit, fugiebat, sic ostendit Christum (cæterùm à peccato immunem) has horribiles pœnas sustinuisse, quia sentiret iram Dei in nos accensam propter peccata, quæ in ipso ulciscebatur.

[g] B. Christus verus homo pœnas nobis Dei defectoribus debitas luituras, à suis deseritur. luctatur terribiliter cum maledictionis Dei horrore: ex quo tandem victor evadens efficit ut mors non sit ampliùs nobis formidabilis.

[h] Sic Moses petiit deleri de libro viræ, Exo. 32. 32. & Paulus optavit anathema fieri, Rom. 9. 3. Non fuit igitur hæc deliberata Christi oratio, sed vis & impetus doloris ei vocem extorsit hypotheticam, cui statim addita fuit correctio.

[i] Prætereat me & intactum relinquat.

[k] i. quod impendet, quod offertur, & quod paratum est, Heb. pro ira Dei & suppliciis, Sup. 20. 22.

[l] B. Imago humanæ securitatis.

[m] Per spiritus promptitudinem intelligit affectum animi qui gubernatur à Spiritu sancto.

[n] Unde facilè colligi potest, aliud quidpiam à mortis cruciatu ipsum exhorruisse.

45 Tunc venit ad discipulos suos, & dicit eis, [o] Dormite quod superest, & requiescite: ecce, appropinquavit hora illa, & Filius hominis proditur in manus peccatorum.

46 [p] Surgite, eamus: ecce appropinquavit qui me prodit.

47 *Et adhuc eo loquente, ecce, Judas, unus ex duodecim, venit, & cum eo turba multa cum gladiis & fustibus, à primariis Sacerdotibus & Senioribus populi.

48 Is verò qui prodebat eum, dederat eis signum, dicens, Quem osculatus fuero is est, prehendite eum.

49 Itaq; statim quũ venisset ad Jesum, dixit, Ave rabbi. Et deosculatus est eum.

50 At Jesus dixit ei, [q] Amice, quorsum ades? [r] Tunc accesserũt, & manus injecerunt in Jesum, & prehenderunt eum.

51 Et ecce, unus ex iis qui *erant* cũ Jesu, extensa manu distrinxit gladium suum: & percusso servo Pontificis maximi, abstulit auriculam ejus.

52 [s] Tunc ait ei Jesus, Converte gladium tuum in locum suum. * quicumque enim [t] acceperint gladium, gladio peribunt.

53 [v] An putas me non posse nunc precari Patrem meum, qui huc sistat mihi plures quàm duodecim legiones Angelorum?

54 [x] Quomodo ergo implerẽtur* Scripturæ, *quæ dicunt* sic oportere fieri?

55 In illa hora dixit Jesus turbæ, Ut adversus latronem exivistis cum gladiis & fustibus, ut comprehenderetis me. quotidie apud vos sedebam docens in tẽplo, nec prehendistis me.

56 Hoc autem totum factum est ut* implerentur Scripturæ Prophetarum. Tunc discipuli omnes, relicto eo, fugerunt.

57 [y] *Illi verò prehensum Jesum abduxerunt [z] ad Caiapham Pontificem maximum, ubi Scribæ & Seniores coacti erant.

58 Petrus autem sequebatur eum è longinquo usque in aulam Põtificis maximi, & ingressus intrò, sedebat cum ministris, ut videret finem.

59 *Primarii verò Sacerdotes & Seniores & totus consessus quærebant falsum testimonium contra Jesum, ut eum morte afficerent:

60 Et non invenerunt: etiam quum multi falsi testes accessissent, non invenerunt. Postremò verò advenientes duo falsi testes,

61 Dixerunt, Iste dixit, [a] *Possum destruere templum Dei, & triduò ipsum ædificare.

62 Et quum exsurrexisset Põtifex maximus dixit ei, Nihil respõdes? quid *est quod* isti adversum te testificantur?

63 Jesus autem silebat. Et respondens Pontifex maximus dixit ei, Adjuro te per Deum viventem, ut dicas nobis an tu sis Christus ille Filius Dei.

64 Dicit ei Jesus, Tu dixisti. quinetiam dico vobis, [b] Ab hoc tempore videbitis

[o] Quia hactenus apud vos verba perdidi, jam vos hortari desinam: sed vbicumq; vobis per me dormire licebit, hoc tamẽ vobis hostes non permittent, sed invitos cogent ad vigilandum.

[p] 1. Christus ultrò capiẽdũ se præbet, ut voluntaria obedientia voluntariam Adami defectionem luat.

*Mar. 14. 41. Luca 22. 47. Joh. 18. 1.

[q] Reprehensio ironica, & objurgatio increpãs Judam. Nõ enim ignorabat causam advẽtus ipsius.

[r] 1. Christus capitur ut liberemur.

[s] 1. Vocationẽ oportet esse zeli regulam.

*Gen. 9. 6. Apoc. 13. 10.

[t] Accipere gladium dicũtur quibus à Domino non traditur, id est, qui præter vocationem gladio utuntur.

[v] 1. Christus ideò captus, quia capi voluit.

[x] Per eperotesin tacitæ objectioni respõdet, nẽpè cur à Patre in extremo periculo subsidium nõ petat, & respõdens interrogat. His etiam verbis cõmendatur scriptura, quòd præcipuè ad hoc respiciat, ut Christus nostra peccata expiet.

*Esai. 53. 10. *Suprà 31.

[y] 1. Christus innocens damnatur à Põtifice ejus impietatis, cujus nos rei sumus.

*Mar. 14. 53. Luc. 22. 54. Joh. 18. 24.

[z] Ab Anna ad Caiaphã, apud quem coactus fuit cœtus, Ioan. 18. 13.

*Mar. 14. 55.

[a] Non dixerat, Possum destruere, sive destruam: sed, Solvite, pro solvetis sive destrueris: solutionẽ templi illis tribuẽdo, non sibi. Præterea non dixerat, templũ hoc manu factum, sed templum sui corporis intellexerat.

*Joh. 2. 19.

[b] Distinguit hæc particula priorem Christi adventum à posteriore quem exspectamus.

45 Tunc venit ad discipulos suos, & ait illis, Dormite quod superest, & requiescite, ecce appropinquat hora, & Filius hominis traditur in manus peccatorum.

46 Surgite, eamus: ecce, appropinquat is qui prodit me.

47 Et dum ipse loqueretur, ecce, Jihuda proditor, unus è duodecim, venit, & turba cum eo multa, cum gladiis & fustibus, à principibus Sacerdotum & Senioribus populi,

48 Et dedit illis signum Jihuda proditor, & dixit, Ille quẽ osculatus fuero, ipse est, eum apprehendite.

49 Et confestim accessit ad Jeschua, & ait, [23] Pax domine mi. Et osculatus est eum.

50 Ipse autem Jeschua dixit illi, [24] Obsidne est quòd venisti, socie mi? Tunc accesserunt, & injecerũt manus suas in Jeschua, & ceperunt eum.

51 Et ecce, unus ex iis, qui erant cum Jeschua, extendit manum suam, & exemit gladium, & percussit servum summi Sacerdotis, & abstulit auriculam ejus.

52 Tunc dixit ei Jeschua, Cõverte gladium in locum suum. omnes enim qui acceperint [25] gladium, gladio peribunt.

53 [26] An putas tu quòd non sum potens ut petam à Patre meo, & constituat mihi nunc plusquam duodecim legiones Angelorum?

54 Quomodo ergo implebuntur Scripturæ, [27] quòd sic oportet ut fiat?

55 In illa hora dixit Jeschua turbis, Tãquam contra grassatorem exivistis in gladiis & fustibus, ut apprehenderetis me: quotidie apud vos in templo sedens fui & docens, & non apprehendistis me.

56 Hoc autem quod factum est, [28] ut implerentur scripta Prophetarum. Tunc discipuli omnes deseruerunt eum, & fugerunt.

57 Et illi qui ceperunt Jeschua, duxerunt eum ad Caipha principem Sacerdotum, ubi Legisperiti & Seniores congregati erant.

58 Schemeun autem Cipha [29] ibat post eum a longè usq; ad atrium summi Sacerdotis, & ingressus, sedit intùs cum ministris, ut videret finem.

59 [30] Princeps autem Sacerdotum, & Seniores, & congregatio tota quærebant contra Jeschua testes, ut traderent eum morti.

60 Et non invenerunt. Et venerunt [31] testes mendaces, postremò autem accesserunt duo,

61 Et dicebant, [32] Hic dixit, Potens sum ego ut dissolvam templum Dei, & in tribus diebus ædificem illud.

62 Et surrexit princeps Sacerdotum, & dixit ei, Nullum respondes tu responsum? Quid testantur isti contra te?

63 Jeschua autem tacebat. Et respondit princeps Sacerdotum, & ait illi, Adjuro ego te per Deum vivum ut dicas nobis si tu es Christus Filius Dei.

64 Ait illi Jeschua, Tu dixisti. Dico autem vobis quòd [33] ex hoc tẽpore videbitis

[23] 1. Salvus sis domine mi, Hebraica & Syriaca salutatio.

[24] Sic enim sonant verba עלמי דאתית חברי: quasi dicat, Hocne illud est propter quod venisti?

[25] 1. Syrè, spatha. Nam inde vocabulũ spathæ [illegible] factum est.

[26] 1. Syrè, Aut putas &c. vide sup. in 7. 9.

[27] 1. supple quibus scriptũ est. Ellipsis cõjugati, de qua suprà in 20. 1.

[28] 1. Ellipsis frequens in cõjunctis membris: hoc autẽ quod factum est, factum est ut implerẽtur Scripturę prophetarum: sic Rom. 12. 6. & 2. Cor. 1. 6. & 2. 10. & 5. 13. Atque hoc pacto videtur legisse Syrus, [illegible], &c.

[29] 1. Sequebatur eum. Hebraismus.

[30] 1. Syrè, Principes. in libris nostris.

[31] 1. Syrè, multi testes, ex libris nostris, convenienter Græco.

[32] Id est, Loquutus est, Hebraismus.

[33] Ad verb. Ex nunc.

Filium

Filium hominis sedentem à dextra virtutis, & venientem in nubibus cæli.

65 Tunc princeps sacerdotũ laceravit vestimenta sua, & ait, Ecce, blasphemavit. Quid deinceps nobis necessarii testes? Ecce, jam audistis blasphemiam ejus.

66 Quid vultis vos? Responderunt, & dixerunt, Reus est mortis.

67 Tunc exspuerunt in faciem ejus, & percutiebant eum. Alii autem cædebant eum,

68 Et dicebant, Vaticinare nobis Christe, Quis est qui percussit te?

69 Cipha autem sedebat foris in atrio: & accessit ad eum ancilla[34] quędam, & dixit ei, Etiam tu cum Jeschua eras Natseraja.

70 Ille verò negavit corã omnibus eis, & dixit, Non novi ego quod tu dicas.

71 Quúmque exivisset in vestibulũ, vidit eum alia, & dixit[35] illis, Ibi fuit etiam hic cum Jeschua Natseraja.

72 Et iterum negavit cum jurejurãdo, [36] Non novi ego ipsum hominem.

73 Post paululum autem accesserunt illi qui stabant, & dixerunt Cipha, Verè etiam tu ex illis es. nam etiam sermo tuus notum facit te.

74 Tunc cœpit exsecrari & jurare. Nõ novi istum hominem. Et in illa hora cantavit gallus.

75 Et recordatus est Cipha sermonis Jeschua quem dixerat ei, Antequam cantet gallus, tribus vicibus negabis me. Et egressus foras flevit amarè.

[34] Ad verb. Una.

[35] Id est, ministris ad ignem cum Petro se calefaciẽtibus.

[36] r. supple dicens. Ellipsis supplenda hîc & ℣. 74. ex ℣. 70.

*Filium hominis sedentem ad [c] dexteram potentiæ *Dei*, & venientem in nubibus cæli.

65 Tunc Pontifex maximus [d] dirupit vestimẽta sua, dicens, blasphemavit: quid ampliùs egemus testibus? ecce, nunc audistis blasphemiam ejus.

66 Quid vobis videtur? Ipsi verò respõdẽtes dixerũt, Tenetur mortis pœna.

67 *Tunc inspuerunt in faciem ejus, & colaphos ei inflixerunt: alii verò bacillis eum ceciderunt.

68 Dicentes, Vaticinare nobis Christe, quis sit qui te percussit.

69 [e] *Petrus autem sedebat [f] extra in aula: & accessit ad eum quædam ancillula, dicens, Et tu cum Jesu Galilæo eras.

70 Ipse verò negavit coram omnibus, dicens, Nescio quid dicas.

71 Eum autem egrediẽtem in vestibulum vidit alia *ancilla*: & dixit iis qui *erant* illic, Et iste erat cum Jesu Nazareno.

72 Tunc rursus negavit cum jurejurãdo, *dicens*, non novi hominem.

73 Paulò pòst autem accesserunt qui astabant, & dixerunt Petro, Verè & tu ex ipsis es. nam & loquutio tua te manifestũ facit.

74 Tunc cœpit seipsum [g] devovere & jurare, *dicens*, Non novi hominem. Et statim gallus misit vocem.

75 Et recordatus est Petrus verborum Jesu, qui dixerat ei, Priusquam gallus vocem mittat, ter me abnegabis. Et egressus extrà, flevit amarè.

*Sup. 16. 27. Rom. 14. 10. 1. Thess. 4. 16.

[c] Id est, Deo assidentẽ, pari scilicet honore præditum. vel à dexteris potentiæ suæ. id est, in potestate maxima: dextra enim Hebręis quiddam potẽtius indicat.

[d] More apud Judæos recepto, qui illud facere tenebãtur, ubi à quopiam Israelita audissent blasphemiam in Deum, idque ex traditione Talmudis, libro de Magistratibus, titulo De quadruplici morte. *Esa. 50. 6.

[e] B. Petrus mirabili Dei providentia horum omniũ futurus testis, ad singularis constantiæ exemplum suæ incredulitatis experientia præparatur. *Mar. 14. 66. Luc. 22. 55. Ioh. 18. 25.

[f] i. Extra eum locum in quo Pontifex sedetat, non autem extra domum: nam inde paulò pòst in vestibulum sese recipit.

[g] Id est, Iurando seipsum exsecrati.

CAPUT VICESIMUMSEPTIMUM.

[1] *Pilato vinctus Christus traditur.* [5] *Iudas seipsum strangulat.* [19] *Uxor Pilati.* [20] *Barabbas petitur.* [24] *Pilatus lavat manus.* [29] *Christus spinis coronatur.* [34] *crucifigitur.* [40] *convitiis incessitur.* [50] *emittit spiritum.* [57] *sepulchro imponitur.* [62] *custoditur à militibus.*

QVum autem mane esset, consilium ceperunt contra Jeschua principes Sacerdotum & Seniores populi, quomodo morti traderent eum.

2 Et vinxerunt eum, & duxerunt eum ac tradiderunt eum Pilato præsidi.

3 Tunc Jihuda proditor quum vidisset quòd damnatus esset Jeschua, pœnituit eũ & [1] abiens reddidit ipsos triginta argenteos principibus Sacerdotum & Senioribus,

4 Et dixit, Peccavi quòd tradidi sanguinem innoxium. Illi autem dixerunt ei, [2] Quid ad nos? tu noveris.

5 Et projecit argentum illud in templo, & recessit, & abiens strangulavit seipsum.

6 Principes autem Sacerdotum acceperunt ipsum argentum, & dixerunt, Non licet nobis ut mittamus ipsum in locum oblationum, quia pretium sanguinis est.

7 Et ceperunt consilium, & emerunt illo agrum figuli pro loco sepulturæ peregrinorum.

8 Propter hoc vocatus fuit ager ille [3] Villa sanguinis, usq; in præsentem diem.

9 Tunc impletum fuit id quod dictum

[1] r. Syrè, abiit retulit, ἀπέρριψεν, sic commodè Græca metalepsis redditur, ut sup. 4. 5.

[2] Ad verbum, Nos quid ad nos.

[3] r. vel ager sanguinis, χωρίον, ut exponitur Act. 1. 19.

MAne *autem quum esset, consilium ceperunt omnes primarii Sacerdotes & Seniores populi adversus Jesum, ut eum morte afficerent.

2 Et vinctum eum abduxerunt, ac tradiderunt Pontio Pilato præsidi.

3 [a] Tunc Judas, qui eũ prodiderat, quũ vidisset eum damnatum esse, [b] pœnitens, retulit triginta argenteos *numos* ad primarios Sacerdotes, & Seniores,

4 Dicens, Peccavi, prodito sanguine innoxio. At illi dixerunt, Quid ad nos? tu videris.

5 Ipse verò projectis *illis numis* argenteis in templum, secessit: & profectus *strangulavit *sese*:

6 Primarii autem Sacerdotes acceptis *numis* illis argenteis, dixerunt, Non licet eos immittere in [c] corbanan, quoniam pretium sanguinis est.

7 Consilio autem capto, emerunt ex eis agrum illum figuli, ad sepulturam [d] hospitum.

8 Quapropter vocatus est ager ille, * ager sanguinis, usque in hodiernum diem.

9 (Tunc impletum est quod dictum est

*Mar. 15. 1. Luc. 22. 66. Ioh. 18. 28.

[a] B. Exemplum horrendi judicii Dei in eos tum qui Christum vendunt, tum qui Christum emunt.

[b] Judas dicitur pœnitẽtia ductus fuisse, non quòd resipuerit, sed quòd illi displicuerit admissum facinus, ut sæpè Deus reprobis oculos aperit, ut sua mala sentire incipiant, ac horrere. *Act. 1. 18.

[c] Templi ærarium. verbũ est Syriacum.

[d] Peregrinorũ & hospitum, quibus etiam mortuis conjũgi religio erat Judæis. *Act. 1. 19.

per [c] Jeremiam Prophetam, dicentem, *Et [f] acceperunt triginta *numos* argēteos, pretium æstimati, qui æstimatus fuit à filiis Israël.

10 Et dederunt eos ad *emendum* illum agrum figuli, [g] sicut injunxit mihi Dominus.)

11 [h]*Jesus autem stetit coram præside, & interrogavit eum præses, dicens, Tú *ne* es rex ille Judæorum? Dixit autem ei Jesus, Tu dicis.

12 Et quum ipse accusaretur a primariis Sacerdotibus & Senioribus, nihil respondit.

13 Tunc dicit ei Pilatus, Non audis quàm multa adversum te testificentur?

14 Et non respondit ei ad ullum verbū: ita ut miraretur præses valdè.

15 [i] Præses autem singulis festis cōsueverat turbæ dimittere unum vinctum, quem voluissent.

16 Habebant verò tunc vinctum insignem, qui dicebatur Barabbas.

17 Ipsis igitur cōgregatis, dixit eis Pilatus, Utrum vultis dimittā vobis? Barabban, an Jesum qui dicitur Christus?

18 [k] Sciebat enim quòd per invidiam tradidissent eum.

19 Sedente autem eo in tribunali, misit ad eum uxor ejus, dicens, Nihil tibi *rei sit* cum justo illo: multa enim passa sum hodie in somnio propter eum.

20 *Primarii verò Sacerdotes & Seniores persuaserunt turbæ ut peteret Barabban, Jesum verò perderet.

21 Respondens autem præses dixit eis, Utrum e duobus illis vultis ut vobis dimittam? Ipsi verò dixerunt, Barabban.

22 Dixit eis Pilatus, Quid igitur faciam Jesu qui dicitur Christus? Dicunt ei omnes, Crucifigatur.

23 Præses autem ait, At enim quid mali fecit? At illi ampliùs clamabant, dicentes, Crucifigatur.

24 [l] Videns autem Pilatus se nihil proficere, sed majorem tumultum fieri, accepta aqua [m] abluit manus coram turba, dicens, Innoxius ego sum a sanguine hujus justi: vos videritis.

25 Et respondens universus populus dixit, [n] Sanguis ejus super nos & super filios nostros.

26 Tunc dimisit eis Barabban: Jesum autem quum flagellasset, tradidit ut crucifigeretur.

27 * Tunc milites præsidis, quū abduxissent Jesum in prætorium, coëgerunt ad eum universam cohortem.

28 [o] Et quū exuissent eum, [p] circumposuerunt ei chlamydem [q] coccineam:

29 Et coronam è spinis contextam imposuerunt ejus capiti, & [r] arundinem in dextram ejus: & genu ante eum summisso, illudebant ei, dicentes, Ave rex Judæorum.

30 Et quum inspuissent in eum, cepe-

fuerat [4] per Prophetam qui dixit, Triginta argēteos pretium pretiosi, quem [5] spreverunt ii qui sunt e filiis Israiel.

10 Et dedi ipsos in agrum figuli, sicut præcepit mihi Dominus.

11 Ipse autem Jeschua stabat corā præside: & interrogavit eum præses, & dixit ei, Tu es rex Judæorum? Dixit ei Jeschua, Tu dixisti.

12 Et quum [6] accusarent eum principes Sacerdotum & Seniores, nullum responsum ille respondit.

13 Tunc dixit ei Pilatus, Non audis tu quàm multa testificentur contra te?

14 Et non dedit ei responsum, ne uno quidem verbo: & propterea admiratus est *Pilatus* valdè.

15 Quolibet autē festo solitus erat præses ut solveret vinctum unum populo, illum quem ipsi vellent.

16 Vinctus autem erat illis vinctus *quidam* insignis, qui vocaretur Bar-Abba.

17 Quúmque essent congregati, dixit illis Pilatus, Quem vultis vos ut solvam vobis? Bar-Abbam, an Jeschua qui vocatur Christus?

18 Sciebat enim Pilatus quòd ex invidia tradidissent eum.

19 Quum sederet autem præses super solium suum, misit ad eū uxor ejus, & dixit ei, [7] Nihil sit tibi & illi justo: multum enim passa sum in somnio meo hodie propter eum.

20 Principes autem Sacerdotū & Seniores persuaserunt turbis *petere* ut solveret eis Bar-Abbam, [8] Jeschua autem perderent.

21 [9] Et respondit præses, & ait illis, Quē vultis vos ut solvam vobis è duobus illis? Ipsi verò dixerunt, Bar-Abba.

22 Dixit eis Pilatus, At Jeschua qui vocatur Christus quid faciam? Dixerunt omnes, Crucifigatur.

23 Ait illis Pilatus, Quid autem quod malum sit, fecit? Illi verò ampliùs clamaverunt, & dixerunt, Crucifigatur.

24 Pilatus autem quum videret quòd quicquam non proficeret, sed magis vociferatio fieret, accepit aquas, abluit manus suas in conspectu congregationis, & dixit, Innoxius sum a sanguine hujus justi: vos cognoscetis.

25 Et responderūt universus populus, & dixerunt, sanguis ejus super nos, & super filios nostros.

26 Tunc solvit illis Bar-Abba. Et verberavit flagellis Jeschua, & tradidit illis eum ut crucifigeretur.

27 Tunc milites præsidis duxerunt Jeschua in prætorium, & congregaverunt apud eum universam cohortem.

28 Et exuerunt eum, ac induerunt eum chlamyde coccinea.

29 Et intorserunt coronam spinatū, & imposuerunt capiti ejus, & arundinem in dextra ejus. Et incurvabant se super genua sua ante eum: & illudebant ei, & dicebant, Pax sit ô rex Judæorum.

30 Et conspuebāt in facie ejus, accipie-

runt

[c] Quum hæc prophetia legatur apud Zachariam aut librariorū culpa, aut quorūdam inscitia, nomen Jeremiæ irrepsisse fatendum est, forsan ex margine, quū literarū cōpendia *jem* & *zam* vicina sint. In Syriaca verò paraphrasi nullū adscribitur Prophetæ nomen.

*Zach.11.n.

[f] Sequitur Evangelista nō verba, sed sententiam Prophetæ, quam ostēdit impletam esse.

[g] Hac particula confirmat Matthæus non sine Dei providentia hoc esse factū, quia dum aliò tendūt inscii, cōplent oraculum. sic enim Deus errorem hominum ad sui decreti exsequutionē flectere novit.

[h] 1. Christus tacet accusatus, ut non accusemur, nostrum errarū agnoscens, simul suam innocentiam silentio probās.

*Mar.15.2. Luc.23.3. Joh.18.33.

[i] 2. Christus ab eodem judice priùs absolvitur quàm damnetur, ut eum constet justū pro injustis mori.

[k] Christi innocentia undiq; meruit testimonium, Judæ, Pilati, hujus uxoris, Annæ, testium, satellitū, magorum, Chananæorū, Samaritanorum, Centurionum, & deinde latronis in cruce pendentis.

*Mar.15.11. Luc.23.18. Joh.18.40. Act.3.14.

[l] 3. Christus judicis testimonio absolutus, damnatur tamen ab eodem judice, ut coram Deo absolvamur.

[m] Veteribus moris erat, in hominū cæde aliisve mactationibus aqua abluere manus, expiationis gratia.

[n] Si quid peccabitur in eo occidendo, nos & posteritas nostra pœnas luamus. *Mar.15.16. Joh.19.1.

[o] 3. Christus ignominiam subit peccatis nostris debitam. Interim tamen occulta Dei providentia ab iis ipsis rex designatur à quibus afficitur contumelia. [p] Superinjicitur enim chlamys & circumvolvitur, carens nimirum manicis. [q] Apud Johannem & Marcum fit mentio purpuræ, quæ & ipsa suaviter rubet. Ad ludibrium autem petulantia prophana militum ita vestivit Jesum, qui rex perhiberetur. [r] loco regalis sceptri.

[4] Ad verb. Per manū Prophetæ. r. de eo autē quòd in contextu Græco nomen Jeremiæ additur, in sacris Parallelis diximus. In sequent. autem verbis defuit vox una à Tremellianis exēplaribus. Locū ergo sic ad verbum legeris, Accepi triginta argenteos (pretiū illius pretiosi vel honorati quem definiverant, i. æstimaverant pretio) à filiis Israielis. Parēthesin autem hîc statuo, qa manifestò per appositionē dicūtur, & ex antecedēntibus Zachariæ verbis πρὸς ἐξουσιν depromta sunt. Nam Syrorum ܦܫܩ & spernere, & decidere, sive præcisè definire aliquid significat.

[5] Videtur Syrus interpres in Græco textu, ἐτιμήσαντο pro ἐτιμήσαντο legisse, & forsitasse in exemplaribus quibus usus est, ita scriptum erat.

[6] 7. Syrus, calumniosè accusarent. vide suprà in 4.1.

[7] Ad verbum, Nō tibi & illi justo. Hebraismus, quē sequūtur & Chaldæus, & Syrus frequenter. Vult dicere, Absiste ab eo: quia innoxius est. Noli condemnare justū, nec quicquam rei tibi sit cum eo. r. vide suprà in 8.29.

[8] Id est, peteret ut perderetur.

[9] Id est, Loquutus est. Hebraismus admodum frequens.

bántque arundinem, & percutiebát eum in capite ejus.

31 Quúmque [10] illusissent, spoliarunt eum chlamyde, & induerunt eum vestimentis suis, & duxerunt eum ut crucifigeretur.

32 Et quum exirent invenerunt virum Kurinæum, cujus nomẽ erat Schemeun: hunc adegerunt ut ferret crucem ejus.

33 Et venerunt in locum qui dicitur Gagultha, quod interpretatur cranium.

34 Dederúntque ei ut biberet acetum quod mixtum erat [11] cum absinthio: & gustavit, & noluit bibere.

35 Et [12] quum crucifixissent eum, dispertiverunt vestimenta ejus sorte.

36 Et sedebant & servabant eum illic.

37 Et posuerunt supra caput ejus causam mortis ipsius in scripto, HIC EST ✠ESCHUA REX ✠UDÆORUM.

38 Et crucifixi sunt cũ eo duo latrones, unus a dextera ejus, & unus a sinistra ejus.

39 Illi autem qui transibant conviciabantur ei, & movebant capita sua.

40 Et dicebant, Qui destruis templum, & ædificas ipsum tribus diebus, libera [13] animam tuam, si filius es Dei, & descende de cruce.

41 Similiter etiam principes Sacerdotum illudebant cum Legisperitis & senioribus & Pharisæis, ac dicebant,

42 Alios servavit, seipsum servare non potest. Si Rex Israielis est, descendat nũc a cruce, ut videamus & credamus in eum.

43 Spem habet in Deo, liberet eum nunc, [14] si vult eum: dixit enim Filius sum Dei.

44 Similiter etiam grassatores illi qui crucifixi erant cum eo, exprobrabant ei.

45 A sexta autem hora factæ sunt tenebræ super universam terram usque ad horam nonam.

46 Et circa horam nonam clamavit ✠eschua voce alta, & ait, Deus, Deus, ad quid dereliquisti me?

47 Quidam autem ex iis qui stabant illic, quum audivissent, dicebant, Iste Iliah vocat.

48 Et in illa hora accurrit unus ex eis, & accepit spongiam, ac implevit eam aceto, & posuit eam in arundinem, & potum præbebat ei.

49 Reliqui autem dicebant illi, [15] Sinite videamus, num veniat Iliah ad liberandum eum.

50 Ipse autem ✠eschua iterum clamavit voce elata, & emisit spiritum suum.

51 Et illico [16] facies portæ templi fissa

[10] F. Syrè, illusissent ei. Pronomen in Tremellianis defuit, ut & vers. 41.

[11] Vel, Cum felle. Nam eadem vox utrumque significat, propter insignem in utroque amaritudinem. Commemorat autẽ Rabbi David Kimhi in lib. R. ad morte plectendi morem solitum fuisse potionẽ præbeti ex succo absinthii accelerandæ mortis causa.

[12] Quod reliquum est versiculi trigesimiquinti in Græco textu, Syri ne in manuscriptis quidem exemplaribus habent: quæ ita scribe rẽtur דיתמלא מרם דאתאמר ריר נביא דפלגו נחתי ב נ חחוך ועל לבושי ארמיו פסא. Ut impleret id quod dictum est per manum prophetæ, Partiti sunt vestimenta mea inter sese, & super vestem meam jecerunt sortẽ.

[13] Id est, Teipsum.

[14] Id est, Si delectatur eo. Hebraicè אם חפץ בו.

[15] Syrus paraphrastes habebat שבוקו נחוא: quasi prius verbum esset plurale: sed existimarem litetã Vau, quæ secundo verbo נחוא præfigi debuit, priori verbo שבוק fuisse affixam, atque ita perperam ex singulari verbo plurale factum esse, nisi manuscriptus codex Heydelbergẽsis idem haberet.

[16] Quod in Græco textu dicitur καταπετασμα, & exponitur a quibusdam velum, ab aliis verò aulæum, Syriacus textus pluribus circumscribit, & vocat Faciem portæ templi, idque constanter ubicumque habetur in Novo testamento. Appellatur autem facies portæ templi, quia ingredientibus frontis instar in oculos incurreret, atque partem portæ anteriorem contegeret. Hoc modo per synecdochen templum designabit partem ejus sacratiorem, id est, sanctum sanctorum. Facies portæ templi, id est Sacrarii.

runt arundinem illam, & verberabant caput ejus.

31 Et postquam illusissent ei, exuerunt eum chlamyde, induerúntque vestimentis suis: & abduxerunt eum ut crucifigerent.

32 *Exeuntes autẽ invenerunt quemdam Cyrenæum, nomine Simonem: hũc [s] angariaverunt ut attolleret crucem ejus.

33 *[t] Et quum venissent in locum qui dicitur Golgotha, quod est calvariæ locus,

34 [v] Dederunt ei acetum bibendum cum felle mistum: & quum gustasset noluit bibere.

35 [x] *Postquam autem crucifixerunt eum, partiti sunt ejus vestimenta. sortem jacientes, ut impleretur quod dictum est a propheta, *Partiti sunt sibi vestimenta mea, & super vestem meam jecerunt sortem.

36 Et sedentes servabant eum illic.

37 Et imposuerunt super caput ejus crimen ipsius scriptum, [y] [z] HIC EST ✠ESUS REX ILLE ✠UDÆORUM.

38 [a] Tunc crucifiguntur cum eo duo latrones: unus ad dexteram, & alter ad sinistram.

39 [b] Qui verò præteribant conviciabãtur ei, moventes capita sua.

40 Et dicentes, *Tu qui destruis templũ, & triduo ædificas, serva temetipsum: Si filius Dei es, descendito e cruce.

41 Similiter autem etiam primarii Sacerdotes illudentes cum scribis & senioribus, dicebant,

42 Alios servavit, seipsum non potest servare. si rex Israëlis est, descendat nunc e cruce, & credemus ei.

43 *Confidit in Deo, eruat ipsum nunc, si placet ei. dixit enim, Filius Dei sum.

44 Id ipsum autem etiam [c] latrones qui crucifixi erant cum eo, exprobrabant ei.

45 [d] A sexta autem hora tenebræ factæ sunt super [e] universam regionem, usque ad horam nonam.

46 Circiter verò horam nonam exclamavit ✠esus voce magna, dicẽs, [f] *Eli, Eli, lama-sabachthani? Hoc est, Deus mi, Deus mi, cur [g] deseruisti me?

47 Quidam autem illic stantium quum *hoc* audissent, dicebant, [h] Eliam vocat iste.

48 Et statim currens quidam ex eis, *quum acceptam spongiam implevisset aceto, & circumposuisset calamo, dedit ei ut biberet.

49 Reliqui verò dicebant, Sine, videamus an veniat Elias servaturus eum.

50 [i] ✠esus autem quum rursum clamasset voce magna, emisit spiritum.

51 [k] *Et ecce, [l] velum templi fissum

*Mat. 11. 21. Luc. 23. 26.

[s] Suprà cap. 5. ver. 42. i. coëgerunt Simonem ad ferendum onus crucis: unde constat tam duriter antea afflictum fuisse Jesum, ut virib. ad crucem in itinere ferendam fuerit destitutus. Nam illum gestasse crucem scribit Johannes.

*Mar. 11. 22. Joh. 19. 17.

[t] B. Educitur extra urbem, ut in cæleste regnum intro ducamur.

[v] B. Christus nullum usquã solamen invenit, ut omni cõsolatione in eo tepleamur.

[x] B. Fit maledictio, ut in ipso benedicamur: nudatus suis etiã vestibus, ut ipsius nuditate ditemur.

*Mar. 11. 22. Joh. 19. 26.

*Psal. 22. 19.

[y] B. Pronunciatur verus Messias ab iis ipsis à quibus reiicitur.

[z] Græcis & Latinis literis scriptus fuit titulus (quæ certè gentium sunt) ad ostendendum hunc regem non Judæis tantùm, sed & gentib. imperaturum.

[a] B. Pendens medius inter latrones Christus judicatus, jam tum incipit mundum judicare.

[b] B. Christus ut plenè pro nobis satisfaceret, nõ tantũ corporis, sed etiã summos animi cruciatus sustinuit & vicit.

*Joh. 2. 19.

*Psal. 22. 9. Sap. 2. 18.

[c] Synecdoche: alter enim solus conviciabatur, vide Luc. 23. 39.

[d] B. Cælum ipsum præ horrore obtenebratur, & Jesus in inferorum gurgitem immersus eiulat, & inrere à irridetur.

[e] Judæorum dumtaxat, si enim universum terrarum orbem occupassent illæ tenebræ, proculdubio hujus prodigii meminissent rerum gestarum scriptores. Meminerunt autem Phlegon, Tertullianus, & Eusebius, memoriãmque publicam in actis Romæ exstare tradiderunt. Suum cuique judicium esto.

[f] Primus est versus Psal. 22. in quo David, qui personam Christi gerebat expostulat. *Psal. 22. 2.

[g] In hac scilicet calamitate. Hæc autem exclamatio humanæ naturæ propria peccato quidem experti, sed quæ iram Dei sustineret debitam peccatis nostris.

[h] Ad nomen Eli alludunt, non ex ignoratione linguæ, sed ex prophana petulãtia. Illa autem verba ideò recitavit, ut ista amarissima paronomasia intelligeretur. *Psal. 69. 22.

[i] B. Christus superatis cæteris hostibus, tandem etiam mortem ipsam lacessit.

[k] B. Christus etiam mortuus se Deum omnipotentem esse vel ipsis hostibus confitentibus, demonstrat. *2. Paral. 3. 14.

[l] Aulæum illud intelligit, quo dividebantur Sancta sanctorum a Sancto.

est in duas partes à summo usque ad imum: & terra mota est, & petræ fissæ sunt.

52 Et[m] monumenta aperta sunt: & multa corpora[n] sanctorum qui dormierant, [o] surrexerunt.

53 Qui egressi e monumentis post resurrectionem ejus, introierunt in sanctam urbem, & apparuerunt multis.

54 Centurio verò & qui cum eo servabant Jesum, viso terræ motu & iis quæ facta fuerant, timuerunt vehemẽter, dicentes, Verè Filius Dei erat iste.

55 Erant autem illic mulieres multæ e longinquo spectantes, quæ sequutæ fuerant Jesum a Galilæa, ministrantes ei.

56 Inter quas erat Maria Magdalene, & Maria mater Jacobi, & Jose, & mater filiorum Zebedæi.

57 [p]*Quum autem serum diei esset, venit homo dives Arimathæensis, nomine Josephus, qui & ipse discipulus fuerat Jesu:

58 Is adiit Pilatum, & petiit corpus Jesu. Tunc Pilatus jussit reddi corpus.

59 Et Josephus quũ accepisset corpus, involvit illud sindone pura:

60 Posuitque in monumento suo novo quod exciderat in petra: & advoluto saxo magno ad ostium monumenti, abiit.

61 Erat autem illic Maria Magdalene & altera illa Maria, sedentes contra sepulcrum.

62 [q][r] Postero autem die, qui est post Parasceven, coacti sunt Primarii Sacerdotes & Pharisæi ad Pilatum,

63 Dicentes, Domine, meminimus[s] planum illum dixisse quum adhuc viveret, Tertio post die suscitabor.

64 Jube ergo muniri sepulcrum usque in diem tertium: nequando veniant discipuli ejus nocte, & furentur eum, dicántque populo, Suscitatus est e mortuis: & erit ultimus error pejor priore.

65 Dixit eis Pilatus, [t] Habetis custodiã: abite, munite sicut scitis.

66 Ipsi autem profecti munierunt sepulcrum, obsignato lapide, cum custodia.

est[17] in duo, a summo ipso usque ad imum: & terra mota est, & petræ fissæ sunt.

52 Et sepulcra aperta sunt, & corpora multa sanctorum qui obdormierant, surrexerunt.

53 Et egressi sunt, & post resurrectionẽ ejus ingressi sunt in urbem sanctam, & conspecti sunt multis.

54 Centurio autem & qui cum eo erant, qui servabant Jeschua, quum vidissent motionem *terræ* & illa quæ fiebant, metuerunt valdè, & dixerunt, Verè iste erat Filius Dei.

55 Erant autem mulieres multæ quæ spectabant e longinquo, quæ[18] venerant post Jeschua a Galilæa, & ministrabant ei.

56 Quarum una erat Mariam Magdalitha, & Mariam mater Jaakub & Jause & & mater filiorum Zebedai.

57 Quum esset autem vespera, venit vir dives à[19] Ramatha, cujus nomen erat Jauseph, qui etiam ipse discipulus fuerat factus Jeschua.

58 Iste accessit ad Pilatum, & petiit corpus Jeschua, & præcepit Pilatus ut daretur ei corpus,

59 Et accepit Jauseph corpus ipsum, & involvit ipsum in[20] sindone linea munda.

60 Posuitque ipsum in sepulcro novo quod erat ei, quod effossum erat in petra, ac devoluto lapide magno objecerunt ostio sepulcri, & abierunt.

61 Erant autem ibi Mariam Magdalitha, & Mariam altera, quæ sedebant e regione sepulcri.

62 Die verò[21] crastina, quæ est post parasceven, congregârunt se principes sacerdotum & Pharisæi ad Pilatum.

63 Et dicunt ei, Domine noster, memores sumus quòd ille impostor dicebat quum viveret, Post tres dies ego resurgam.

64 Præcipe igitur diligẽtes *esse* circa sepulcrum usque ad diem tertium, ne veniant discipuli ejus & furentur eum nocte, & dicant populo quòd[22] ex mortuis resurrexit: & sit error posterior pejor quàm prior.

65 Dixit illis Pilatus, Sunt vobis custodes: abite,[23] diligentes sitis sicut vos nostis.

66 Ipsi autem profecti, diligentes fuerunt circa sepulcrum,[24] & obsignârunt lapidem ipsum cum[25] custodibus.

m i. fissis petris monumenta sunt aperta, ut hoc symbolo doceretur mortem esse devictam. mortuorum autem resurrectio sequuta est resurrectionẽ Christi, ut apparet ex proximo sequente versiculo.

n Sanctos intellige qui in Christi venturi fide mortui fuerant.

o Hoc nostra causa factum est, ut resurrectionis nostræ daretur testimonium non tantùm in Christo, sed etiam in fratribus nostris.

p 2. Christus non clàm, sed præsidis consensu ab homine celebri, loco nõ procul sito, in monumento novo sepelitur, ut de vera ipsius morte ambigi non possit.

*Mar. 15. 42. Luc. 23. 50. Joh. 19. 38.

q 3. Ipsius Christi interfectoribus sepulcri custodia committitur, quò minùs possit de ejus resurrectione dubitari.

r i. in ipso sabbatho. Notandum autẽ est istos, ut malitiæ suæ cõtra Christum inserviant, sabbathum violare.

s Seductorem, vel præstigiatorem.

t Præsidiarios milites, templi nimirũ custodes designat.

17 Id est, in duas partes.

18 Id est, Sequutæ fuerant.

19 5. & præfixo ℵ Syrè, Arama tha: unde corruptum est ἀρι μαθαίας nomẽ. Fuit autẽ hoc Benjaminitarũ opidum, nõ procul Jerosolymis & Gibeone, Josuæ 18. 25.

20 Eamdem vocem ℵ'ℵ'ℵ in eadem significatione leges infr. Luc. 23. 53.

21 5. i postera, ex Hebræorũ & Syrorũ usu.

22 Ad verb. Ab inter mortuos. Gal. bene exprimit Syra phrasis, *D'entre les morts.*

23 5. vel attendite ad custodiam.

24 i Duplici ratione munierũt sepulchrũ, apponendo scilicet sigillum ad ostiũ ejus, & collocando militum custodiam.

25 קסטודיא quasi custodia, voce a Latinis mutata, sicut & in Græco contextu.

CAPUT VICESIMUMOCTAVUM.

[1] *Mulieres sepulcrum adeunt.* [2] *Angelus.* [8] *Christus conspicitur à mulieribus.* [18] *Mittit Apostolos ad prædicandum.*

*Mar. 16. 1. Joh. 20. 11.

EXtremo*[a] [b] autem Sabbatho, quum [c] lucesceret in primum *diem* hebdomadis, venit Maria Magdalene & altera illa Maria, ut spectarent sepulcrum.

[1] VEspere autem[2] in sabbatho, cujus *vespera* lux prima est in septimana, venit Mariam Magdalitha & Mariam altera, ut spectarent sepulcrum.

a Exeunte jam Sabbatho, id est sub diluculum, more scilicet Romanorum, qui diem naturalem ab ortu solis ad sequentem ortum numerant: non autem Hebræorum, qui a vespera ad vesperam.

b 2. Christus profligata in ipso sepulcro morte sua vi resurgit: quod mox Angelus testificatur.

c 1. Primi à sabbatho diei illucescente diluculo: primus autem dies ille est, quem Dominicum vocamus.

1 Vespera τὸ τῆς ὁλοκλήρου τῆς νυκτὸς τέμους designat: licet propriè significet principium noctis. Atq; hoc loco significat noctis partem autoræ proximam, sicut in Marc. c. ult. expressiùs sumitur. 2. Etsi haud scio an loquutionem Græcã, ἐν τῇ μιᾷ τῶν σαββάτων, meliùs simus interpretaturi hoc modo, finita hebdomade illa, qua Christus passus est videlicet: quemadmodum ἐν τῇ ἐρήμῳ, pro eo quod est de nocte, finito die elapsóq; dicebat Thucydides. Nã ἐν quidẽ ubicumq; solũ est, vesperã vel serũ significat: sin aũt cõstructionẽ adjunctã habet, aut seri tẽporis, aut præterlapsi accipit significationẽ. Totũ itaq; locũ evidentiorẽ fore arbitror, Finita aũt hebdomade, quũ prope esset ut illucesceret ad diẽ primũ hebdomadis. 2 Ad verb. In sabbatho. Sed lingua Syra & Talmudica ac etiam Hebraica, septimana dicitur sabbathum, & dies singuli in ea denominantur ab ordine, prima sabbathi, secunda sabbathi &c. A sabbatho enim tota septimana ob eximiam dignitatem denominatur. Hoc sensu pharisæus ille apud Luc. 18. jactabat inter reliqua sua benefacta, quòd bis in sabbatho jejunaret, id est, Bis in septimana.

2 Et ecce magnus motus factus est. Angelus enim Domini descendit de cælo, & quum accessisset devolvit petrã ab ostio, & sedebat super illud.

3 Erat autem aspectus ejus tamquam fulgur, & indumentum ejus album erat sicut nix.

4 Et præ timore ejus concussi sunt illi qui custodiebant, & facti sunt sicut mortui.

5 Respondit autem Angelus, & dixit mulieribus, Vos ne timeatis: Scio enim ego quòd Jeschua qui crucifixus fuit, vos quæritis.

6 Non est hîc: surrexit enim sicut dixit. Venite, spectate locum in quo positus erat Dominus noster.

7 Et abite [3] celeriter, dicite discipulis ejus, quòd surrexit a [4] mortuis. Et ecce, præit vobis in Galilæam: illic videbitis eum. Ecce, ego dixi vobis.

8 Et abierunt celeriter à sepulcro cum timore & gaudio magno, & cucurrerunt ut renunciarent discipulis ejus.

9 Et ecce, Jeschua occurrit eis, & dixit eis, Pax vobis. Illæ autem [5] accesserunt *ac* apprehenderunt pedes ejus, & adoraverunt eum.

10 Tunc dixit eis Jeschua, Ne timeatis: sed abite, renunciate fratribus meis ut abeant in Galilæam: & illic visuri sunt me.

11 Quum autem abirent, venerunt quidam e custodibus illis in urbem, ac renunciarũt principibus sacerdotum quicquid factum fuerat.

12 Et congregati sunt cum senioribus, & ceperunt consilium: dederúntque argenti non modicum custodibus,

13 Et dixerunt eis, Dicite, Discipuli ejus venientes furati sunt eum nocte quũ dormiremus.

14 Et, si auditum fuerit hoc apud præsidem, nos persuadebimus ei: vos autem sine solicitudine esse [6] jubemus.

15 Illi autem quum accepissent argentum, fecerunt sicut docuerant eos: & divulgatus est sermo iste inter Judæos usq; in hodiernum diem.

16 Discipuli autem undecim profecti sunt in Galilæam, in montem uti constituerat eis Jeschua.

17 Et quum vidissent eum, adoraverunt eum: *quidam* autem ex eis dubitaverant.

18 Accedens Jeschua loquutus est cum eis, & dixit eis, Data est mihi omnis potestas in cælo & in terra. [7] Et sicut me misit Pater meus, etiam ego mitto vos.

19 Ite ergo, docete omnes populos, & baptizate eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti:

20 Et doceté eos ut custodiant quicquid mandavi vobis. Et ecce, ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem seculi. Amen.

[3] Ad verb. in celeritate Hebr. [4] Ad verb. De inter mortuos: Gallicè *D'entre les Morts.* F. vel e loco mortuorum.

[5] F. vel accesserunt apprehensuræ: quod magis probo, ex Ioann. 20. 17. sic etiam Græca illa, κρατῆσαι αὐτοῦ ἐκρατησαν expono, volebãt prehendere, ut supr. 16. 25. adnotavimus.

[6] Syrè, Faciemus, i. Securos reddimus, & solicitudine liberamus.

[7] Hæc in Syriaco habentur: quę in Matth. non leguntur in Græcis & Latinis exemplaribus.

2 Et ecce, terræmotus factus est magnus. [d] Angelus enim Domini quum descendisset e cælo, accessit, & avolvit saxum ab ostio, sedebátque super illud.

3 Erat autem visus ejus ut fulgur, & vestimentum ejus album sicut nix.

4 Custodes autem perculsi sunt præ ipsius timore, & facti sunt sicut mortui.

5 Respondens autẽ Angelus dixit mulieribus, [e] Vos *vero* ne timete. Scio enim vos Jesum crucifixum quærere.

6 Non est hîc: resurrexit enim prout dixit. Adeste, videte locum ubi jacebat Dominus:

7 Et citò profectæ dicite discipulis ejus eũ resurrexisse a mortuis. Et ecce præit vobis in Galilæam: illic eum videbitis: [f] ecce dixi vobis.

8 Tunc egressæ citò a monumento cũ timore & gaudio magno, currebant ut renunciarent discipulis ejus.

9 [g] Ut autem proficiscebãtur ut *hoc* renunciarent discipulis ejus, ecce, Jesus occurrit eis, dicens, Avete. Illæ verò accesserunt, & prehenderunt pedes ejus, & adoraverunt eum.

10 Tunc ait eis Jesus, Ne timete: abite, renũciate fratribus meis ut abeant in Galilæam, illic me videbunt.

11 [h] Euntibus autem ipsis, ecce, quidam ex custodia venerunt in urbem, & renunciãrunt primariis Sacerdotibus omnia quæ facta fuerant.

12 Ipsi verò congregati cum Senioribus, consilióque capto, numos multos dederunt militibus,

13 Dicentes, Dicite, Discipuli ejus nocte venerunt, & eum furati sunt, nobis dormientibus.

14 Quòd si hoc [i] auditum fuerit apud præsidem, [k] nos persuadebimus ei, & securos vos præstabimus.

15 Ipsi verò accepta pecunia fecerunt sicut erant edocti: & divulgatus est ille sermo apud Judęos usque ad hodiernum diem.

16 [l] Undecim autem illi discipuli profecti sunt in Galilæam, in montem ubi constituerat eis Jesus.

17 Et quum vidissent eum, adoraverũt eum: quidam autem dubitaverunt.

18 Et quum accessisset *ad eos* Jesus, loquutus est eis dicens, *[m] Data est mihi omnis potestas in cælo & in terra:

19 *[n] Profecti ergo docete omnes gentes, baptizantes eos in [o] nomen Patris & Filii & Spiritus sancti.

20 Docentes eos servare omnia quæ mandavi vobis: & ecce, ego vobiscum sum [p] omnibus diebus usque ad consummationem seculi, Amen.

[d] Non Christi causa venit Angelus, tamquã sine ejus opera non posset exire sepulcrũ: sed ut fides fieret mulieribus & Apostolis Christum resurrexisse.

[e] Emphaticè mulieres confirmat, perterritis scilicet militibus.

[f] q d. Ite, experiemini ita esse, ut dixi, si diffiditis, vestra est culpa: ego quod verum scio, vobis manifestavi.

[g] B. Christus ipse post resurrectionem apparet, & missis ad discipulos muliebribus, ostendit se curã eorum non abiecisse.

[h] B. Quo magis sol lucet, eo magis excæcãtur impii.

[i] Periculum enim erat ne deferrentur.

[k] Placabimus eum, & vos omni solicitudine liberabimus.

[l] B. Discipulis quoque apparet Christus, quos etiã Apostolos designat.

[m] *Joh. 17. 2. Hebr. 2. 8. Sup. 11. 27.*

[m] Hujus admonuit discipulos, quò alacriùs Evangelium prædicãdũ susciperẽt, quum ejus se legatos agnoscerent, qui omnium potestatem habet.

[n] *Mar. 16. 15.*

[n] B. κηρύλλειν apostolatus, doctrinæ à Christo traditæ per orbem terrarũ promulgatio, & sacramentorum administratio: quarũ rerum efficacia non a ministris, sed a Domino pendet.

[o] Invocato Patre, & Filio, & Spiritu sancto.

[p] In omne tempus: intelligitur autem hic locus de modo præsentiæ Spiritus, quo se suãque nobis communicat, cæterũm corpore abest.

Finis Evangelii sancti prædicationis Mattæi, quod prædicavit Hebraicè in regione Palæstina.

EVANG

EVANGELIUM SANCTUM
ANNUNCIATIONIS MARCI
EVANGELISTÆ.

CAPUT PRIMUM.

4 Baptizat Johannes. 6 Vestitus & victus ipsius. 9 Baptizatur Jesus, 12 tentatur, 14 prædicat Evangelium, 16. 21. 39 docet in synagogis, 23 sanat dæmoniacum, 29 socrum Petri, 32 multos infirmos, 40 leprosum.

BEZÆ INTERPRET.

PRINCIPIUM Evangelii Jesu Christi Filii Dei.

2 [a] Ut scriptum est in [b] Prophetis, *Ecce, ego [c] mitto nuncium illum meum [d] ante faciem tuam, qui parabit viam tuam coram te.

3 [e]* Vox clamantis in deserto, Parate viam Domini, complanate semitas ejus.

4 *[f] Baptizabat Johannes in deserto, & prædicabat [g] baptismum resipiscentiæ ad remissionem peccatorum.

5 *Et exibat ad eum omnis Judaica regio ac Jerosolymitæ, & baptizabantur omnes ab eo in Jordane flumine, [h] confitentes peccata sua.

6 Indutus autem erat Johannes pilis camelorum, & zona coriacea circa lumbos suos: *& edebat locustas & mel sylvestre.

7 [i]* Et prædicabat, dicens, Venit ponè me qui validior me est, cujus non sum dignus qui [k] incurvatus solvam corrigiam solearum.

8 *Ego quidem [l] baptizavi vos aqua: ipse verò baptizabit vos Spiritu sancto.

9 [m]* Et factum est diebus illis, ut Jesus, quum venisset Nazaretha *urbe* Galilææ, baptizatus sit in Jordane a Johanne.

10 [n] Et *is* statim [o] ascendens ex aqua vidit findi cælos, & Spiritum quasi columbam descendere super eum.

11 Et vox exstitit e cælis, Tu es filius ille meus dilectus, in quo acquiesco.

12 [p]* Statimque Spiritus eum [q] expellit in desertum.

13 Et fuit illic in deserto dies quadraginta, tentante eum Satana: erátque cum feris: & Angeli ministrabant ei.

14 *[r] Postquam autem traditus fuit Johannes in custodiá, venit Jesus in Galilęam, prędicans Evangelium regni Dei:

15 Et dicens, expletum est tempus, &

[a] 1. Johannes præit Christo, sicut prædictũ est a Prophetis.
[b] Metonymia, id est, in libris Prophetarum. Malachiæ scilicet & Esaiæ.
*Mal. 3.1.
[c] Tẽpore præsenti utit Propheta de re futura tam certus quàm si eã cerneret.
[d] Metaphora sumta a Regũ consuetudine, qui solent habere suos anteambulones.
[e] Hebraismus, pro, Vox clamans, aut clamatura dicet.
*Isa. 40.3. Luc. 3.4. Johan. 1.18.
*Mat. 3.1.6.
[f] 2. Summa doctrinæ Johannis, aut potiùs Christi, remissio peccatorũ & emendatio vitæ.
[g] Multa erant apud Judæos genera lavacrorum, hic autem agitur de singulari lavacro, quod veri Baptismatis omnes habet partes, resipiscentiam & remissionem peccatorum.
*Mat. 3.1.
[h] Cõfiteri peccata sua ab Hebræis dicũtur qui se modis omnibus peccatores esse profitentur & veniã à Deo petunt.
*Levi. 11.22.
[i] 3. Johannes & omnes ministri in Christum Dominũ respiciunt.
*Mat. 3.11. Luc. 3.16. Joh. 1.27.

TREM. INTERPRET.

PRINCIPIUM Evangelii Jeschua Christi, Filii Dei.

2 Sicut scriptum est in Isaia Propheta, *nempe*, Ecce, ego mitto nuncium meũ ante faciem tuam, qui præparabit viam tuam.

3 Vox clamãtis in deserto, Parate viam Domini, & exæquate semitas ejus.

4 Erat Juchannan in deserto baptizans, & prædicans baptismum pœnitentiæ in remissionem peccatorum.

5 Et exibat ad eum universa regio Judææ, & omnes [1] filii Urischelem, & baptizabat eos in Jordane flumine, quum confiterentur peccata sua:

6 Ipse autem Juchannan indutus erat vestimento pili camelorum, & [2] cinctus erat zona pellicea in lumbis suis: & cibus ejus erat [3] locustæ & mellis sylvestris.

7 Et prædicabat, ac dicebat, [4] Ecce, post me venit qui validior est me, is cui non sum dignus ut me incurvans solvam corrigias calceamentorum ejus.

8 Ego baptizavi vos aqua, ipse verò baptizabit vos Spiritu sancto.

9 Et factum est in diebus illis: venit Jeschua à Natserath Galilææ, & baptizatus est in Jurdanan à Juchannan.

10 Et statim quum ascendisset ex aquà, vidit quòd divisi sunt cæli, & Spiritum tamquam columbam, qui descendit super eum.

11 Et vox facta est de cælo, Tu es Filius meus dilectus, in te complacitum est mihi.

12 Et statim deduxit eum Spiritus in desertum.

13 Et fuit ibi in deserto diebus quadraginta, tentatus à Satana: erátque cum feris, & ministrabant ei Angeli.

14 Postquam autem [5] traditus esset Juchannan, [6] venit Jeschua in Galilæam, & prædicabat Evangelium regni Dei:

15 Et dicebat, impletum est tempus, &

[1] Id est, Cives Urischelẽ. Hebraismus.
[2] 2. Ellipsin ἀπὸ λεγομένου participii, quæ est in contextu Græco, ita supplet Syrus elegantissimè: de hac autem in Grãmatica Hebr. diximus. sic Joan. 19.40. & Rom. 14.21.
[3] 2. vel locustarum. Singulari numero legebat Tremellius.
[4] 3. Sequitur me. Hebraismus.
[5] 2. Nempe in custodiam.
[6] 2. Syrè, venit sibi. Pleonasmus, de quo in Matt. 4.10. sic versic. seq.

[k] Voluit Evangelista infirmi servi conditionem significare. *Act. 1.5. & 2.4. & 11.16. & 19.4. [l] Docet vim omnem baptismi à Christo manare, qui intus baptizat. [m] 2. Christus baptismum nostrum in sese consecrat. *Matth. 3.14. Luc. 3.22. Johann. 1.33. [n] 2. Vocatio Christi e cælis ut capitis Ecclesiæ. [o] Videlicet Johannes qui descenderat in aquam cum Jesu.
[p] 2. Christus tentatus vincit. *Matth. 4.1. Luc. 4.1.
[q] Non significatur expulsio violenta, sed vis divina, quæ Christum (qui ad illud usque tempus ut privatus vixerat) nova persona induit, ac luctæ proximæ & ministerio præparavit. *Matth. 4.12. Luc. 4.14. Johann. 4.43. [r] 2. Johanne capto, plenè se prodit Christus.

approp

appropinquat regnum Dei. Convertimini, & credite Evangelio.

16 Quúmque ambularet circum vicina loca maris Galilææ, vidit Schemeun & Andream fratrem ejus, qui jaciebant retia in mare, (erant enim piscatores)

17 Et dixit eis Jeschua, [7] Venite post me, & faciam vos piscatores filiorum hominum.

18 Et illico reliquerunt retia sua, & [8] iverunt post eum.

19 Et quum progressus esset paululum, vidit Jaakub filium Zebedai & Juchannan fratrem ejus, ipsos quoque in navigio, qui reficiebant retia sua.

20 Et vocavit eos: & illico reliquerunt Zabedai patrem suum, cum mercenariis, [9] & venerunt post eum.

21 Et, quum ingrederentur Cephar-Nachum, statim docebat in sabbathis in synagogis illorum.

22 Et mirabantur in doctrina ejus. docebat enim eos tamquam potestatem habens, & non sicut Legisperiti eorum.

23 Et erat in synagoga eorum vir in quo erat spiritus immundus: & exclamavit,

24 Et dixit, [10] Quid nobis & tibi Jeschua Nazarene? Venisti ad perdendum nos? Novi ego te qui sis: *nempe* sanctus ille Dei.

25 Et cohibuit eũ Jeschua, & dixit, Occlude os tuum, & exi ab eo.

26 Et [11] dejecit eum spiritus impurus, & clamavit voce alta, ac exiit ab eo.

27 Et admirati sunt omnes: & quærebant [12] unus cum altero, & dicebant, Quid est hoc? Quæ est hæc doctrina nova, quòd per potestatẽ etiam spiritibus impuris præcipit, & obediunt ei?

28 Et statim egressa est fama ejus in omnem locum Galilææ.

29 Et egressi sunt e synagoga, & venerunt in domum Schemeun & Andreæ, cum Jaakub & Juchannan.

30 Et socrus Schemeun decumbebat in [13] ardore febris, & loquuti sunt ei de illa.

31 Et accedens apprehendit eam manu ejus, & erexit eam: & statim reliquit eam [14] ardor febris, & ministrabat eis.

32 Vespere autem in occasu solis adduxerunt ad eum omnes illos qui malè afficiebantur, & dæmoniacos.

33 Et civitas universa congregata erat ad ostium.

34 Et sanavit multos qui malè afficiebantur morbis diversis, & dæmonia multa ejecit: & non sinebat ipsa dæmonia ut loquerentur eo quòd novissent eum.

35 Et in aurora antevertens surgere valdè manè, abiit in locum desertum, & orabat ibi.

36 Et quærebant eum Schemeun & qui cum eo erant.

37 Quúmque invenissent eum, dixerunt ei, Omnes homines quærunt te.

38 Dixit eis, [15] Ite in oppida, & in urbes propinquas: quia etiã illic prædicabo. ad hoc enim veni.

39 Et prædicabat in omnibus synago-

[7] i. Sequimini me. Hebraismus.

[8] i. Sequuti sunt eum. Hebraismus.

[9] i. Sequuti sunt eum. Hebraismus.

[10] f. i. quid nobis tecum: vide in Matt. 8. 29.

[11] f. nempe lacerans, ut Græcus contextus habet.

[12] Ad verb. Unus cum uno. Hebraismus.

[13] Ad verb. In igne, i. In ignita febre.

[14] Ad verbum, Ignis.

[15] f. i. eamus. Enallage est personæ, secundæ pro prima, ite, pro eamus. Eo autẽ fit hęc Enallage, q. Orientales imperativo primæ personæ carent.

appropinquavit regnum Dei: resipiscite, & credite Evangelio.

16 *[s] Ambulans autem apud mare Galilææ, vidit Simonem & Andream fratrẽ ejus, jacientes rete in mare, (erant enim piscatores)

17 Et dixit eis Jesus, Sequimini me, & faciam ut sitis piscatores hominum.

18 Et *ipsi* statim omissis retibus suis, sequuti sunt eum.

19 [t] Tunc progressus illinc paululùm, vidit Jacobum *filium* Zebedęi, & Johannem fratrem eius, qui & ipsi in navigio sarciebant retia:

20 Statímque vocavit eos: & *ipsi* omisso patre suo Zebedæo in navigio cum mercenariis, sequuti sunt eum.

21 *Et ingrediuntur [v] Capernaumum: statímque sabbatho ingressus Jesus in synagogam, docebat.

22 *Et percellebantur super doctrina ejus. docebat enim eos ut auctoritatem habens, & non ut Scribæ.

23 [x]*Fuit autem in synagoga eorum quidã in quo erat [y] spiritus impurus: qui exclamavit,

24 Dicens, Ah, quid nobis tecum Jesu [z] Nazarene? venisti [a] ut perderes nos: novi te quis sis, *nimirum* [b] Sanctus ille Dei.

25 Et objurgavit eũ Jesus, dicens, Obmutesce, & exi ex eo.

26 Tunc, quum discerpsisset eum spiritus impurus, & clamasset voce magna, exiit ex eo.

27 Et expaverunt omnes, ita ut mutuò [c] quærerent inter se, dicentes, Quid est hoc? [d] quæ doctrina nova hæc, quòd per [e] potestatem imperat etiam spiritibus impuris, & auscultant ei?

28 Emanavit autem fama ipsius statim in totam regionem circumjacentem Galilææ.

29 [f]*Et statim e synagoga egressi, venerunt domum Simonis & Andreæ cum Jacobo & Johanne.

30 [g] Socrus autem Simonis decumbebat febricitans: & statim dicunt ei de illa.

31 Tunc accedens erexit eam, prehensa manu ejus: & dimisit eam febris statim, & ministravit eis.

32 Quum autem serum *diei* esset, occidente sole, adducebant ad eum omnes malè affectos & dæmoniacos.

33 Et civitas tota coacta erat ad ostium.

34 Et sanavit multos malè affectos variis morbis: & dæmonia multa ejecit, & nõ [h] sinebat dicere dæmonia quòd ipsum nossent.

35 Et manè, valdè multa nocte quum surrexisset exiit, & abiit in desertum locum, & [i] illic precabatur.

36 Et prosequuti sunt eum Simon & qui cum ipso erant.

37 Et quum invenissent eum, dicunt ei, Omnes te quærunt.

38 Tunc dicit eis, Eamus in contigua [k] opidula, ut & illic prædicem. ad hoc enim sum egressus.

39 Et prædicabat in synagogis eorum

*Matth. 4. 18. Luc. 5. 2.

[s] 2. Vocatio Simonis & Andreæ.

[t] 2. Vocatio Jacobi & Johannis.

*Mat. 4. 19. Luc. 4. 31.

[v] Ab urbe Nazareth.

*Matt. 7. 28. Luc. 4. 32.

[x] 2. Annunciat doctrinã qua sola expellitur Satan e mundo: quod etiã miraculo confirmat.

*Luc 4. 33.

[y] Ex substantia sua appellatus spiritus: ex ingenio autem atq; moribus impurus, immundus.

[z] Natus erat in urbe Bethleẽ, sed errore vulgi Nazarenus dictus est, quia educatus esset in Nazareth.

[a] Satan a Deo perpetuæ quidẽ condemnationi addictus est, non tamen ante extremũ judicium plenè cruciabitur.

[b] Alludit ad nomen illud quod Pontificis maximi tiaræ inscriptum erat, Exod. 28. 36.

[c] velut attoniti.

[d] Novam doctrinam appellant non exprobrandi causa, sed quia aliud in ea solitum & extraordinariũ agnoscunt.

[e] id est, pro suo jure vel imperio.

[f] 2. Variis sanatis morbis, demonstrat se veram vitam in mundum attulisse.

*Mat. 8. 14. Luc. 4. 38.

[g] Monemur hoc exemplo, & sanctos flagella domini experiri, & id tam in Patris gloriam quàm ipsorum salutem.

[h] Non enim est dæmoniorum Evangelium prædicare. Quamobrẽ etiam Paulus ægrè fert Pythonis testimonium, Act. 16. 18.

[i] Vide Matth. 14. 23.

[k] Vicos qui essent instar urbium.

rum in tota Galilæa: & dæmonia ejiciebat.

40 [i]* Venitq; ad eum leprosus precans eum, eique ad genua procidens, ac dicens ei, Si velis, potes me purgare.

41 Jesus autem commiseratione intima commotus, extensa manu, tetigit eũ, & dixit ei, [k] Volo: purgator.

42 Et quum *hæc* dixisset, statim abiit ab eo lepra, & purgatus fuit.

43 Et graviter interminatus ei Jesus, statim ablegavit eum:

44 [l] Dixitque ei, Vide *ut* nemini quicquam dicas: sed abi, ostende te ipsum [m] Sacerdoti, & offer pro purgatione tui quæ *imperavit Moses, ut hoc sit eis testimonio.

45 *Ille verò egressus cœpit prædicare multa, & rem divulgare, ita ut jam nõ posset Jesus manifestè introire in civitatem: sed foris in desertis locis erat, & veniebant ad eum undique.

[i] 2. Curato leproso ostendit se idcircò venisse, ut mundi sordes suo contactu eluat.
*Matth. 8. 2. Luc. 5. 12.
[k] Qualem se leproso ex fide oranti præstitit, talem se & nobis simili fide orantibus præstabit.
[l] 3. Testatur se non ambitione, sed solius Patris gloriæ & amoris in miseros peccatores studio duci.
[m] Omnes posteri Aaronis de lepra judicare poterant.
*Lev. 14. 4.
*Luc. 5. 15.

gis eorum in tota Galilæa, & ejiciebat dæmonia.

40 Et venit ad eum leprosus, & procidit ad pedes ejus, & petebat ab eo, dixitq; illi, Si tu vis, tu potes me mundare.

41 Ipse autem Jeschua ipsius misertus est, & extendens manum suam, tetigit eũ, & dixit, Ego volo: esto mundus.

42 Et in illa hora abiit ab illo illius lepra, & mundatus est.

43 Et prohibuit ei, & subduxit eum:

44 Ac dixit ei, Vide [16] ne cuiquam *hoc* dicas: sed abi, ostende te ipsum Sacerdotibus: & offer sacrificium pro purgatione tui, sicut præcepit Musche, in testimoniũ illorum.

45 Ille autem quum egressus esset, incipiebat prædicare multùm: & divulgavit sermonem illum, ita ut non posset Jeschua manifestè ingredi in civitatem. Sed foris erat in loco deserto, & veniebãt ad eum ex omni loco.

[16] Ad verb. Ne homini hoc dicas. Hebraismus.

CAPUT SECUNDUM.

2. 5 Paralyticus remissis peccatis sanatur. 14 Matthæi vocatio. 19 Jejunia & afflictiones prædicuntur. 23 Discipuli spicas vellunt. 26 Panes propositionis.

ET *[a] rursus intravit Capernaumum interjectis *aliquot* diebus, & auditũ est eum [b] domi esse.

2 Statimque coacti sunt multi, *adeò* ut jam non caperent *eos* [c] ne ea quidem *loca* quæ *erant* ad ostium: & loquebatur eis sermonem *Evangelii*.

3 Tunc venerunt ad eum ferentes paralyticum, qui à quatuor portabatur.

4 Et quum non possent ei appropinquare propter turbam, detexerunt tabulatum *loci* in quo erat, eóque perfosso, *funibus* [d] demiserũt [e] grabbatum in quo paralyticus jacebat.

5 Quum autem vidisset Jesus fidem eorum, dixit paralytico, Fili, remissa sunt tibi peccata tua.

6 Erant autem illic quidam ex Scribis sedentes, & [f] ratiocinantes in cordibus suis,

7 Quid iste ita loquitur blasphemias? *quis potest remittere peccata, nisi solus Deus?

8 Et quum statim cognovisset Jesus spiritu suo, eos ita ratiocinari apud se, dixit eis, Quid ista ratiocinamini in cordibus vestris?

9 Utrum est facilius, dicere paralytico, Remissa sunt tibi peccata: an dicere, Surge, & attolle grabbatum tuum, & ambula?

10 Ut autem sciatis filium hominis habere potestatem remittendi peccata in terra, (ait paralytico)

11 Tibi dico, surge, & attolle grabbatũ tuum, & abi domum tuam.

12 Tunc *ille* statim surrexit: sublatóque in humeros grabbato, egressus est coram omnibus: adeò ut [g] obstupescerẽt omnes, & glorificarent Deum, dicentes, Nunquã tale quicquam vidimus.

13 [h]* Et egressus est rursus ad mare: totáque turba veniebat ad eum, ac docebat eos.

[a] Matth. 9. 1. Luc. 5. 18.
[a] 1. Christus sanato paralytico demonstrat homines amissas omnes vires in se uno per fidem recuperare.
[b] In domo in qua commorari solebat. nã Capernaumũ sibi elegerat ad habitandũ, relicta Nazaretha.
[c] Nec domus nec vestibulũ eos caperet.
[d] Superiore parte testi perfossa (quæ plana erat) demiserunt paralyticum in inferiorẽ partem, ubi Christus cõcionabatur: alioqui enim in ejus conspectum illis perrumpere non licebat.
[e] Sic Latini vocant lectos viliores, in quibus meridiari solebant veteres, non autem vel accumbere, vel nocte quiescere.
[f] In animis suis, in utramque partem de eo facto disputantes.
*Esa. 43. 25. Joh. 14. 4.
[g] Ad vet. mentem loco moverent.
[h] 2. Evangeliũ superbos offendit, humiles servat.
*Matt. 9. 9. Luc. 5. 27.

ET ingressus est rursus Jeschua Ephar-Nachum [1] post *aliquot* dies: & quum audivissent quòd domi esset,

2 Congregati sunt multi, adeò ut non posset capere eos [2] ne *locus* quidem ante portam: & loquebatur cum eis sermonem.

3 Et venerunt ad eum, & adduxerunt ad eum paralyticum [3] latum inter quatuor.

4 Et quia non potuerunt accedere ad eum propter turbam, ascenderunt ad tectum, & abstulerunt operimentum loci ubi erat Jeschua, & demiserunt lectum in quo jacebat paralyticus.

5 Quum vidisset autem Jeschua fidem eorum, ait paralytico illi, Fili mi, remissa sunt tibi peccata tua.

6 Erant autẽ ibi *quidam* ex Legisperitis & Pharisæis qui sedebãt & ratiocinabantur in corde suo,

7 Quidnã iste loquitur blasphemiam? Quisnam potest remittere peccata, nisi [4] unus Deus?

8 Jeschua autem cognovit spiritu suo quid illi ratiocinarentur apud seipsos, & dixit eis, Quid vos ratiocinamini hæc in corde vestro?

9 Quódnam facilius est dicere paralytico, Remittuntur tibi peccata tua, an dicere, Surge, accipe grabbatum tuum, & ambula?

10 Ut sciatis autem quòd potens est Filius hominis in terra remittere peccata, (ait paralytico)

11 Tibi dico ego, Surge, accipe lectum tuum, & abi in domum tuam.

12 Et surrexit eadem hora, & accepit lectum suum, & egressus est in conspectu omnium eorum: adeò ut miratentur omnes & laudarent Deũ, dicentes, Nunquam vidimus hujusmodi.

13 Et egressus est rursus ad mare, & tota illa turba veniebãt ad eũ, & docebat eos.

[1] 5. Ellipsis Hebræis & Syris frequens: ut Genes. 4. 3. & 24. 55. nam vox illa simpliciter & per se indefinita est.
[2] 1. Ne vestibulũ quidem domus.
[3] 1. Qui à quatuor ferebatur.
[4] 5. vide in Matt. 16. 13.

14 Et

14 Et quum transiret, vidit Levi filium Calephai, qui sedebat [5] ad telonium, dixitque ei, [6] Veni post me. Et surgens [7] profectus est post eum.

15 Et factum est ut quum accumberet in domo illius, multi publicani & peccatores accumberent cum Jeschua & cum discipulis ejus. Erant enim multi qui [8] venerant post eum.

16 Et Legisperiti ac Pharisæi, quum viderent eum quòd comederet cum publicanis & cum peccatoribus, dixerũt discipulis ejus, Quid ille cum publicanis & peccatoribus comedit & bibit?

17 Quum audivisset autem Jeschua dixit eis, Non opus habent sani medico, sed isti qui [9] pessimè affecti sunt. Non veni ut vocarem justos, sed peccatores.

18 Discipuli autem Juchannan & Pharisæorum jejunabant, & venerunt ac dixerunt ei, Quare discipuli Juchannan & Pharisæorũ jejunant, discipuli verò tui [10] quos habes, non jejunant?

19 Ait illis Jeschua, Nunquid possunt [11] filii thalami, dum sponsus cum eis est, jejunare? Nequaquam.

20 Venient autem dies quum ablatus fuerit sponsus ab eis, tunc jejunabunt in illo die.

21 Nemo immittit assumentum panni novum, & insuit in vestimentum vetus, ne [12] plenitudo illa ejus de veteri detrahat, & fiat scissura major.

22 Neque quisquã immittit vinum novum in utres veteres: ne vinum disrumpat utres, & utres pereant ac vinum effundatur, sed mittunt vinum novum in utres novos.

23 Et factum est ut quum ambularet Jeschua in sabbatho [13] in loco seminum, discipuli ejus ibant, & vellebant spicas.

24 Et dixerunt ei Pharisæi, [14] Vide quid faciunt in sabbatho, aliquid quod non liceat.

25 Dixit eis Jeschua, Nunquámne legistis quid fecerit David quũ [15] in necessitate esset, & esuriret ipse & qui cum eo erant?

26 Quomodo ingressus est in domũ Dei, quum Abiathar esset princeps sacerdotũ, & panẽ mensæ Domini comedit ipse, quẽ non licebat comedere nisi sacerdotibus, & dedit etiam iis qui secum erant?

27 Et dixit eis, Sabbathum [16] propter filium hominis creatum est, non autem filius hominis propter sabbathum.

28 Igitur dominus est, vel etiam sabbathi filius hominis.

14 Et quum prętergrederetur, vidit [1] Levin Alphæi *filium* sedentem ad [k] teloniũ: dixitque ei, Sequere me. Et *is* surgens sequutus est eum:

15 Et factum est ut quum Jesus accumberet in domo illius, multi etiam publicani & peccatores simul discubuerunt cum Jesu & discipulis ejus: erant enim multi, & sequuti fuerant eum.

16 Quúmque scribæ ac Pharisæi vidissent eum sedentem cũ publicanis & peccatoribus, dixerunt discipulis ejus, Quid *est* quod cum publicanis & peccatoribus edit ac bibit?

17 Et quum *hoc* audisset Jesus, dicit eis, [l] Iis qui valent non opus est medico, sed iis qui malè *se* habent. * non veni ut vocarem justos, sed peccatores ad resipiscentiam.

18 [m] Discipuli autem Johannis ac Pharisæorum jejunabant: veniunt igitur & dicunt ei, Quare discipuli Johannis & Pharisæorum jejunãt, tui autem discipuli non jejunant?

19 * Tũc ait eis Jesus, Num possunt filii thalami, quo *tempore* cum ipsi est sponsus, jejunare? quamdiu habẽt secum sponsum, non possunt jejunare.

20 Venient autem dies quum sublatus erit ab eis sponsus, & tunc jejunabunt illis diebus.

21 Sed nemo panniculum impexum insuit vestimento veteri: alioquin, illud ipsius supplementum novum tollit *aliquid* ex vetere *vestimento*, & fit pejor fissura.

22 Et nemo iniicit vinum novum in utres veteres: alioqui vinum effunditur, & utres pereunt: sed vinum novum in utres recentes injiciendum est.

23 [n] * Factũ est autem ut ipse præteriret Sabbatho per sata, & cœperunt discipuli ejus iter faciendo vellere spicas.

24 Tunc Pharisæi dixerunt ei, Ecce, cur faciunt Sabbatho quod non licet?

25 Et ipse dixit eis, Nunquam legistis * quid fecerit David quum egeret, & esuriret ipse, & qui cum eo *erant*?

26 Quomodo ingressus sit [o] domum Dei sub [p] Abiathar Pontifice maximo, & panes proposititios ederit, quos non licet edere * nisi Sacerdotibus, & dederit etiã iis qui secum erant?

27 Dixit etiã eis, [q] Sabbathum propter hominem factum est, non homo propter Sabbathum.

28 Itaque filius hominis est etiam [r] Sabbathi dominus.

[5] Ad ver. in loco vectigalis.
[6] i. Sequere me.
[7] i. Sequutus est eum.
[8] i. Sequuti erant.
[9] Ad ver. Malè malè. Vocis in geminatio valetad auxesin.
[10] Ad ver. Qui tibi sunt. F. i. qui sequuntur te.
[11] Vide in Mat. cap. 9. 15.
[12] F. i. supplementum, Hebræo more.
[13] i. In agro sato.
[14] F. Simplicius fortasse futurum est. si Ellipsis in Græco & Syro cõtextu statuat, hoc modo, הן מה עבדו, i. הא מה עבדו: & Syrè additur ל. Ecce, cur faciũt Sabbathis ipsis id quod non licet? Sabbatha enim plurali numero indefinitè pronunciant ad exaggerandum factum.
[15] F. Syrè egeret ac fameret.
[16] Sanioruṁ quoque Hebræorum sententia hac in parte Christi doctrinæ consentit. Nam licet externam sabbathi observationem superstitiosè exigant, ubi tamẽ periculũ mortis intervenit, etiamsi nõ sit usque adeò evidens, sabbathum violari posse ajunt: & eum maiori laude dignum putant qui alios in eo violãdo antevertexit. Hæc passim in Talmud leguntur tractatu De sabbatho: & aliqua repetũtur ea de re quoq; in tractatu De circũcisione, ubi hæc verba sæpe repetuntur, videlicet, סכנת נפשות דוחה את השבת : פקוח נפש דוחה את השבת : Id est, Periculum animarum pellit sabbathum: &, Periculũ animæ, i. *vitæ*, pellit sabbathum. Idem pluribus verbis affirmat etiam Maimoni, post Talmudicos, summæ auctoritatis scriptor apud Hebræos, in tractatu De sabbatho, præsertim cap. 1. & 2. & tractatu De circũcisione, cap. 1. Ac plurima subjungit diversa exempla ad hanc doctrinam illustrandam. sic in Matth. 12. 8.

[1] B. Alterum Matthæi nomen. Vulgare enim fuit Hebræis binomines & trinomines esse.
[k] Telonæ ii erant qui vectigalia redimebant: telonium autem significat redemptionem vectigalis, & locum ubi telonæ præsidebant.
[l] Qui sunt integris viribus.
* 1. Tim. 1. 15.
[m] B. Superstitiosi & hypocritæ in rebus medilis temerè pietatis summã collocãt, q quadruplici ratione reprehẽdũtur: Primũ, quia non spectantes quid ferant cujusq; vires, temerè quasvis leges de his reb. statuant.
* Mat. 9. 14. Luc. 5. 31.
[n] B. Secundò, quòd inter leges de his reb. à Deo positas, & leges de rebus per se illicitis sancitas, nullum discrimẽ cõstituũt.
* Matt. 12. 1. Luc. 6. 1.
* 1. Sam. 21. 6.
[o] Domum Dei appellavit locum in quo erat tabernaculum vel arca Domini.
[p] 1. Sam. 21. 1. vocatur Achimelech, filius ejus Abiathar. at ex aliorum locorum collatione docetur, utrumque binominem fuisse. vide 1. Par. 24. 2. 2. Sam. 8. 17. 2. Sam. 15. 29. 1. Reg. 2. 26. 2. Reg. 15. 18. Ergo uterq; modò Achimelech, modò Abiathar appellatus est.
* Exod. 29. 31. Lev. 8. 31. & 24. 9
[q] Tertiò, quia finis præstantior est eo qd ad finem ordinatur: ac proinde hoc illi oportet cedere, & cõformari utilitati illi.
[r] Sabbathum in sua habet potestate, ut possit pro suo imperio illi dominari.

CAPUT TERTIUM.

[1] *Arefacta manus sanatur.* [6] *Pharisæi cum Herodianis consilium ineunt.* [10] *Tactu Christi sanantur multi.* [11] *Ad Christi conspectum dæmones genibus ejus accidunt.* [14] *Duodecim Apostoli.* [24] *Regnum adversus sese divisum.* [29] *Blasphemia in Spiritum sanctum.* [33] *Parentes Christi.*

ET ingressus est rursus Jeschua in synagogam: & erat illic vir quidã cujus

ET [a] [b] * introivit rursus in synagogam: erátque illic quidam arefactam

[a] Pertinet hæc historia ad superiorẽ quoq; locũ de recto usu feriarum.
[b] B. Quart ò quòd ceremonialẽ legẽ (moralis appendicẽ) morali præferebant, quum e contrario ex ista petere oportuerit verũ ceremonialis usum.
* Mat. 12. 9. Luc. 6. 6.

manum habens:

2 Et obſervabant an Sabbatho ſanaturus eſſet eum: ut ipſum accuſarent.

3 Tunc ait homini habenti manum are factam, Surge in medium.

4 [c] Eis autem dixit, Licet ſabbatho benefacere, an malefacere *cuipiam*? hominē ſervare, aut trucidare? Ipſi verò ſilebant.

5 Et quum circumſpexiſſet eos cum ira, [d] ſimul dolens quòd [e] occalluiſſet cor eorum, dicit homini, Extende manū tuam. Et *is* extendit: reſtitutáque eſt manus ejus ſana ut altera.

6 [f] Tunc egreſſi Phariſæi, ſtatim cum [g] Herodianis conſilium inierunt adverſus eum, ut eum perderent.

7 Sed Jeſus cum diſcipulis ſuis ſeceſſit ad mare: & magna multitudo ſequuta eſt eum a Galilæa, & a Judæa,

8 Et Hieroſolymis, & ab Idumæa, & *regione quæ eſt* trans Jordanem: & qui circa Tyrum ac Sidonem *habitabant*, magna multitudine, quum audiſſent quanta faceret, venerunt ad eum.

9 Ipſe autem dixit diſcipulis ſuis ut navigiolum ſibi ſemper adeſſet propter turbam, ne ipſum opprimerent.

10 Multos enim ſanaverat, adeò ut inciderent in eum, ut ipſum tangerēt quotquot tenebantur [h] flagellis.

11 Et [i] Spiritus impuri quum eum conſpexerant, accidebant ei *ad pedes*, & clamabant dicentes, Tu es Filius ille Dei.

12 Ipſe verò multùm interminabatur eis, ne ipſum manifeſtum facerent.

13 * Tunc aſcendit in montem, & advocavit ad ſe quos ipſe voluit: & venerūt ad eum.

14 [k] Et [l] conſtituit duodecim ut ſecum eſſent, & ut mitteret eos ad prędicandum *Evangelium*:

15 Et ut haberent poteſtatem ſanandi morbos, & ejiciendi dæmonia.

16 Primum Simonem: (cui impoſuit nomen Petrum)

17 Et Jacobum *filium* Zebedæi, & Johannem fratrem Jacobi (& impoſuit eis nomina [m] Boanerges, quod eſt filii tonitrui)

18 Et Andræam, & Philippum, & Bartholomæum, & Matthæum, & Thomā, & Jacobum Alphæi *filium*, & [n] Thaddęum, & Simonem Cananiten.

19 Et Judam Iſcarioten, qui & prodidit eum. [o] venerúntque domum.

20 Convenit autem rurſum turba, adeò ut ne capere quidem cibum poſſent.

21 [p] Et quum *hæc* audiſſent [q] ipſius propinqui, venerunt ut prehenderent eum: dicebant enim eum [r] apud ſe non eſſe.

22 Scribæ verò qui Hieroſolymis deſcenderant, dicebant, Certè habet Beelzebulem, & certè * per principem dęmoniorum ejicit dæmonia.

23 Quum autem eos advocaſſet, dixit eis per parabolas, Quomodo poteſt Satanas Satanam ejicere?

24 Neque ſi [s] regnum adverſus ſeſe diſſideat, poteſt ſtare regnum illud:

manus arida erat.

2 Et obſervabant eum ut ſi ſanaret eum in ſabbatho, accuſarent eum.

3 Et dixit illi viro cujus manus erat arida, Surge in medium.

4 Dixit autem illis, [t] Licet in ſabbatho facere quod bonum eſt, an quod malum eſt? Animam [u] ſervare, an perdere? Ipſi autem ſilebant.

5 Et intuitus eſt eos cum ira, quum doleret ei propter duritiem cordis eorum, & dixit illi viro, Extende manum tuam. Et extendit, & reſtituta eſt manus ejus.

6 Et egreſſi ſunt Phariſæi ea ipſa hora cum domeſticis Hiraudis, & conſiliū ceperunt contra eum quomodo perderent eum.

7 Et Jeſchua cum diſcipulis ſuis profectus eſt ad mare. Et populus multus ex Galilæa premebat eum, & ex Judæa,

8 Et ex Uriſchelem, & ex Edom, & [x] ex altera ripa Jordanam, & e Tzur, & e Tzaidan turbæ multæ quæ audiverant quicquid feciſſet, venerunt ad eum.

9 Et dixit diſcipulis ſuis ut admoverent ad ſe navigium, propter turbas, ne ſe opprimerent.

10 Multos enim ſanaverat, ita ut irruerent in eum quò tangerent eum.

11 Et ii quibus erant [y] plagæ ſpirituum immundorum, ex quo vidiſſent eū, procidebant, & clamabant, ac dicebant, Tu es Filius Dei.

12 Et multum cohibebat eos ne ſe manifeſtum facerent.

13 Et aſcendit in montem, & advocavit eos quos voluit: & venerunt ad eum.

14 Et elegit duodecim ut eſſent ſecum, & ut mitteret eos ut prædicarent.

15 Atque ut eſſent poteſtatem habentes [z] ut ſanarent morbo affectos, & ejicerent dæmonia.

16 Ei indidit Schemeun nomen Kipha:

17 Et Jaakub filio Zebedai, & Juchannan fratri Jaakub indidit nomen Benai-Regeſchi, quod eſt filii [6] fragoris.

18 Andream quoque *elegit*, & Philippū & Bar-Thulemai, & Mattai, & Thauma, & Jaakub filium Calephai, & Taddi, & Schemeun Zelotem.

19 Et Jihuda [7] Secharjutha, illum qui prodidit eum. & venerunt in domum.

20 Et congregatæ ſunt turbæ rurſum, adeò ut non poſſent [8] panem comedere.

21 Et audierunt [9] propinqui ejus, & egreſſi ſunt ad apprehendendum eum. Dicebant enim [10] quòd a ſeſe diſceſſiſſet.

22 Et legiſperiti illi qui ex Uriſchelem deſcenderant, dicebant, [11] Baalzebub eſt in eo, & per principem dæmoniorum ejicit dæmonia.

23 Et vocavit eos Jeſchua, & per parabolas dixit eis, Quomodo poteſt Satanas Satanam ejicere?

24 Si enim regnum contra ſeipſum dividatur, non poteſt ſtare regnum illud:

[c] Nullum opus facies in Sabbatho dicit lex, tamē quia addit, Memento ut diem Sabbathi ſanctifices, ea opera Sabbatho facere licet, quæ Dei potiùs ſūt quàm noſtra.

[d] Homines quū injuriā ſactam ſibi dolent, in iram erumpunt. Idque nō ſine vitio: at Chriſtus ſine vitio iratus eſt. & indoluit nō tā propter injuriam illatam, quàm propter illorū improbitatē, illum itaque capiebat adverſariorum cōmiſeratio, ideò cōdoleſcere dicitur.

[e] Quaſi callus obduruiſſet, ita ut ſaluari doctrinæ ampliùs locus nō eſſet.

[f] 2. Quo magis premitur veritas, eo magis emergit.

[g] Matt. 22.16.

[h] Morbis, quibus, ut flagellis, homines flagellat Deus.

[i] In iis videlicet quos invaſerāt. Vel metonymicè pro iis qui à ſpiritibus exagitabantur.

* *Infr. 2.7. Matt. 10.1. Luc. 9.1.*

[k] 2. Duodecim diſcipuli ſegregātur ad futuri Apoſtolatus tyrocinium.

[l] Elegit ac deſignavit duodecim, qui ſecū familiariter verſarentur.

[m] Sic Chriſtus vocavit filios Zebedæi, quia illis daturus erat ſonoram vocem, quam tonarent in toto orbe.

[n] Qui etiam a Lucā dicitur Judas, ad cujus differentiā, proditor dicitur Iſcariotes.

[o] Apoſtoli in contubernium recepti, in domum venere, ut poſthac cū Chriſto verſarentur.

[p] 2. Nulli infenſiores Evangelii hoſtes quā quos minimè oportuit.

[q] Ad verb. & ab eo erāt, i. genti les ſeu propinqui. qui enim mēte eſſent capti ad agnātos deducebantur.

[r] Mentis non eſſe compotem. * *Matth. 9.34. & 12.24. Luc. 11.14.*

[s] Si regnum diſtractum fuerit in partes.

[t] 2. Aliis in libris additur, quoque.

[u] Ad ver. Vivificare. 2. vide in Matt. 18.11.

[x] Ad verb. & ex tranſitu Jordanis. Hebraiſmus.

[y] 1. Qui correpti erant ſpiritibus immundis.

[z] 2. i. ſanandi morbos, & eiiciēdi dæmonia: quod eſt euidentius.

[6] 2. vel tonitru.

[7] De hoc cognomine annotatum eſt Matt. 10.14.

[8] i. Cibum. Heb. tritus.

[9] i. ſanguine ei conjuncti.

[10] Ad ver. Egreſſus eſſet extra ſe, Insaniret, & apud ſe non eſſet.

[11] Vide de Baalzebub, Matt. 10.25.

25 Et, si domus contra seipsam dividatur, non potest domus illa stare.

26 Et, si id est quòd Satanas surgit contra seipsum & divisus est, non potest stare, sed divisus est.

27 Nemo potest intrare in domum potentis & diripere [12] vasa ejus, nisi priùs potentem ipsum vinciat: & tunc domum ejus diripiet.

28 Ammin dico ego vobis, quòd omnia peccata & blaspemiæ quibus blasphemabunt filii hominum, remittentur eis:

29 Qui autem blasphemaverit contra Spiritum sanctum, non est ei remissio in æternum, sed reus est judicii quod est in æternum.

30 [13] Eo quòd dicerent quòd Spiritus impurus esset in eo.

31 Et venerunt mater ejus, & fratres ejus, stantes foris: & miserunt ut vocarent eum ad se.

32 Sedebat autem circa eum turba, & dixerunt ei, Ecce, mater tua & fratres tui foris quærunt te.

33 Et respōdit & dixit eis, Quæ est mater mea, & qui sunt fratres mei?

34 Et intuitus est eos q̃ sedebāt juxta se, & ait, Ecce mater mea, & ecce fratres mei.

35 Qui enim fecerit volūtatē Dei, ipse est frater meus, & soror mea, & mater mea.

[12] i. Arma & utensilia domus.

[13] r. Ætiologia est positaô ἀποβατικῶς, & cū vers. 23. apranda. Quapropter etiam statui commodè ellipsis potest, hæc igitur dicebat iis, eo quòd dicerent, &c.

25 Neque si domus contra semetipsam dissideat, potest stare domus illa:

26 *Sic* quoque si Satanas insurrexit & dissidet adversus semetipsum, stare non potest, sed finem habet.

27 Non potest quisquam potentis *alicujus* [t] vasa, ingressus domum ejus, diripere, nisi primò validum illum vinxerit: & tunc domum ejus diripiet.

28 [y] *Amen dico vobis, quævis peccata remittentur filiis hominū, & blasphemiæ quibuscumque blasphemârint:

29 Sed quicumque blasphemârit in Spiritum sanctū, non habet remissionem in æternum, sed tenetur æterno judicio.

30 Dicebant enim, Spiritum impurum habet.

31 ** Veniunt igitur [y] fratres & mater ejus: & foris stantes, miserunt ad eum, & eum vocârunt.

32 Sedebat autem circa eum turba: *illi* verò dixerunt ei, Ecce, mater tua & fratres tui foris quærunt te.

33 Tunc respondit eis, dicens, Quæ est mater mea, aut fratres mei?

34 Et quum circumspexisset in circuitu eos qui circumsedebant, ait, Ecce mater mea, & fratres mei.

35 Quicūque enim fecerit quod Deus vult, is est frater meus, & soror mea, & mater.

[t] Cujuscumq; generis instrumenta.

[y] B. Soli extra spē salutis qui cognitū Christum malitiosè oppugnant. * *Matt. 12. 31. Luc. 12. 10. 1. Joh. 5. 16.*

* *Mat. 12. 46. Luc. 8. 19.*

[x] B. Diversa est prorsus spiritualis & carnalis cognationis ratio.

[y] Fratrum nomine, omnes qui ejusdem sunt cognationis intelligunt Hebræi.

CAPUT QUARTUM.

[1] Parabola seminantis. [14] Ejusdem expositio. [18] Spinæ. [21] Lucerna. [26] Sementis jacta in terram. [31] Granum sinapis. [38] Dormit Christus in puppi.

RUrsus autem [1] inceperat docere juxta maris littus, & congregatæ sunt ad eum turbæ multæ: adeò ut conscendēs sederet in navigio in mari: & universa turba stabat in terra juxta maris littus.

2 Et docebat eos per parabolas multū: dicebátque in doctrina sua:

3 Audite, ecce egressus est seminator ad seminandum:

4 Et, quum seminaret, [2] fuit quod caderet juxta viam, & venit avis, & comedit ipsum.

5 Aliud autem cecidit super petram, ita ut nō esset terra multa: & statim [3] exortum est, quòd non esset profunditas terræ.

6 Quum autem [4] oriretur sol, exustum est, & propterea quòd non esset ei radix, exaruit.

7 Et aliud cecidit [5] *in* locum spinarum: & ascenderunt spinæ, ac suffocaverunt illud, & fructum non edidit.

8 Aliud autem cecidit super terram bonam, & ascendit, & crevit, & edidit fructus [6] aliquod triginta, & aliquod sexaginta, & aliquod centum.

9 Et dicebat, Is cui sunt aures ut audiat, audiat.

10 Quum essent autem ipsi soli, interrogaverunt eum ii qui cum eo erant, cum suis duodecim, de parabola ista.

11 Et dixit eis Jeschua, Vobis datum est nosse secretum regni Dei, extraneis verò omnia in parabolis fiunt:

[1] Ad verb. Incipiebat docens. Hebr.

[2] i. Quoddam.

[3] Vox Syriaca est בלץ, quā puto respondere Chaldaicæ בלט (id est, Crevit, eminuit, ortus est) permutatione literæ ט in צ.

[4] r. vel ortus fuisset: quod postulare videtur sequentia.

[5] Præpositionē hanc quæ litera ב notatur, omittere sæpe solent Hebræi, Chaldæi, Syri, præsertim autem quum dictio cui præfigēda esset, incipit a ב, ne concursu literarum κακοφωνία nascatur.

[6] Ad verb. Est quod triginta, & est quod centum.

ET * rursus cœpit docere apud mare: & coacta est ad eum turba multa, adeò ut ipse navigium ingressus sederet in mari. tota autem turba apud mare in terra erat.

2 Et docebat eos per parabolas multa, dicebátque eis in doctrina sua:

3 [a] Audite, Ecce, *quidam* sator exiit satum:

4 Et factum est inter serendum, aliud quidem cecidit secundùm viam: venerúntque volucres cæli, & devoraverunt illud.

5 Aliud verò cecidit in petrosa, ubi nō habebat terram multam: & statim exortū est, propterea quòd non habebat profundam terram:

6 Sole autem exorto, ardore tactum est, & propterea quòd non habebat radicem, exaruit.

7 Et aliud cecidit in spinas: & ascenderunt spinæ, ac suffocarūt illud, & fructum non edidit.

8 Et aliud cecidit in terram bonam, edidítque fructum assurgentem ac crescentem: & tulit aliud tricena, & aliud sexagena, & aliud centena.

9 Tunc dixit eis, Qui habet aures ad audiendum, audiat.

10 Quū aūt esset solus, interrogârūt eū q̃ circū eū erāt cū duodecim, de parabola.

11 Et dixit eis, [b] vobis datum est nosse mysterium regni Dei: iis autem qui [c] foris sunt, per parabolas omnia *ista* fiunt:

* *Matt. 13. 1. Luc. 8. 4.*

[a] B. Eadē quidem Evangelii doctrina ubique seritur, sed nō pari successu: hominū quidem vitio, sed occulto Dei judicio.

[b] Arcanum, sive secretū, non cōmunicandū profanis.

[c] i. extetis, alienis & non nostris.

*Esa.6.9. Matt.13.14. Luc.8.10. Joh.12.40. Act.28.26. Rom.11.8.

12 *Ut videntes videant, & non cernant: & audientes audiant, & non intelligant: nequando *se* convertant, & remittantur eis peccata.

d Vel, Quomodo igitur.

13 Præterea dixit eis, Nescitis parabolam istam? d & quomodo omnes parabolas cognoscetis?

14 Sator ille, sermonem serit.

15 Isti autem sunt qui juxta viam *semen excipiunt*, in quibus *videlicet* seminatur sermo: sed postquam audierunt, statim venit Satanas, & tollit sermonem qui seminatus fuerat in cordibus eorum.

16 Et isti sunt similiter qui in petrosa semen excipiunt: qui *videlicet* quum audirent sermonem, statim cum gaudio excipiunt eum:

*1 Tim.6.17.

e Ad hujus vitę negotia pertinentes.

17 Et non habent radicem in sese, sed temporarii sunt: deinde orta afflictione aut persequutione propter sermonem, statim offenduntur.

f 2. Etiamsi lucem Evangelii respuat mundus, tamen est accēdenda, vel ob hāc unam causam, ut ejus scelera patefiant.

18 Hi sunt autem qui in spinas semen excipiunt, hi sunt, *inquam*, qui sermonem audiunt:

* Mat.5.11. Luc.8.16. & 11.33.

19 Sed sollicitudines* e seculi hujus, & fallacia divitiarum, & cupiditates quæ in cæteris rebus *versantur*, introeuntes suffocant sermonem, isq; redditur fructus expers.

g Subaudi in Prophetis de me, qd no sit manifestādū a vobis. Est & hæc generalis sententia, sed hīc a Christo apertissimè ad suū negotium usurpata.

20 Hi sunt verò qui in terram bonam semen exceperunt, qui *videlicet* audiunt sermonem, & excipiunt: & fructum ferūt, aliud tricena, aliud sexagena, aliud centena *grana*.

*Mat.7.2. Luc.6.38.

21 f Dixit etiam eis, *Num lucerna venit ut subter modium ponatur, aut subter lectum? nónne ut candelabro imponatur?

h 3. Quo liberaliùs communicamus à Deo accepta, eò fit ipse erga nos liberalior.

22 g *Non est enim quicquā occultum quod non sit manifestum futurum, neq; *quod* abscōdatur, sed *oportet* ut in apertum veniat.

*Mat.10.26. Luc.8.17. & 12.2.

23 Si quis habet aures ad audiendum audiat.

24 h Præterea dixit eis, Videte quid audiatis: *qua mēsura metimini, vobis metietur, & adjicietur vobis qui auditis.

*Mat.13.12. & 25.29. Luc.8.18. & 19.26.

i 8. Dominus serit & metit, ratione quadā hominibus prius ignota.

25 *Qui enim habet, dabitur ei: & qui non habet, etiam quod habet, tolletur ab eo.

26 i Item dicebat, Ita est regnum Dei ut si quispiam jaciat semen in terram,

k i. Semente facta transigat secutus dies ac noctes, minimè dubitās quin semē germinet, quod noctu & interdiu crescit.

27 Et k dormiat, & exsurgat nocte ac die: & semen germinet, & assurgat l quomodo ipse nescit.

l Ministrorum officium est agrum studiosè colere, successum deo commendare. Vis enim illa qua semen adolescit, occulta est, quæ ex fructu tantùm agnoscitur.

28 m Sponte enim terra fructū fert, primùm herbam, deinde spicam, deinde plenum frumentum in spica:

m Nomen pro adverbio, quo significatur aliquid fieri vi quadā seipsam movente.

29 Quū autē prodiderit *sese* fructus, statim mittit messores quoniā adest messis.

30 n *Dicebat etiam, Cui *rei* assimilaverimus regnum Dei? aut qua collatione cōtulerimus illud?

n 8. Deus cōtrà quàm soleant homines à minimis auspicatus, in maxima desinit.

31 Velut grano sinapis: quod quum seritur in terra, minimum est omnium seminum quæ in terra sunt:

*Matt.13.31. Luc.13.19.

32 Sed quum satum fuerit, assurgit, & fit maximū omnium olerum: editque ramos magnos, ita ut possint sub ejus umbra volucres cæli nidulari.

*Matt.13.34.

33 *Et talibus multis parabolis loque-

12 Ut videntes videant, & non cernāt: & audientes audiant, & non intelligant: ne convertantur, & remittantur 7 peccata eis.

7 F. alii, ipsorū peccata: & rectè.

13 Et dixit eis, Ignoratis vos parabolā hanc? Et quomodo parabolas omnes cognoscetis?

14 Seminator qui seminavit, sermonē seminavit.

15 Ii autem 8 qui sunt juxta viam, illi sunt in quibus seminatus est sermo, & ex quo audiverunt, illicò venit Satanas, & aufert sermonē qui seminatus est in corde eorum.

8 F. vel qui seminati sunt (ex sequente versu) aut conseruntur semine.

16 Et ii qui super petram seminati sunt, illi sunt qui ex quo audiverunt sermonē, statim cum gaudio accipiunt eum.

17 Et non est eis radix in seipsis, sed 9 temporarii sunt, & ex quo facta est tribulatio aut persequutio propter sermonem, statim offenduntur.

9 Ad ver. Temporis. Hebraismus quo substantivum rectum in adjectivi locum succedit.

18 Ii autē qui inter spinas seminantur, illi sunt ii qui audiverunt sermonem:

19 Et curæ seculi hujus, & seductio divitiarum, & reliquiæ cupiditatum aliarū ingredientes suffocāt ipsum sermonem, & infructuosus fit.

20 Et ii qui in terra bona seminati sunt, illi sunt qui audiunt sermonem, & accipiunt, & edunt fructus 10 cum triginta, & cum sexaginta, & cum centum.

10 i. Trigecuplum, sexagecuplum.

21 Et dixit eis, 11 Num venit lucerna ut subter modiū ponatur, aut subter lectū? Nónne fit ut super candelabrum ponatur?

11 Hebraica phrasis & Syriaca, pro Non solet poni lucerna &c. quæ in Græco textu servatur.

22 Non enim est quicquam quod occultum sit, quod non sit revelandum: neque fit *quicquam* in abscondito, 12 & non reveletur.

12 F. vel quod non reveletur. Græcè ἀλλ' ἵνα εἰς φανερὸν ἔλθῃ, sed ut reveletur, factū est. ellipsis supplēda ex antecedente mēbro.

23 Si cui sunt aures quibus audiat, audiat.

24 Et dixit eis, Videte quid audiatis. In ea mensura qua vos metimini, remetietur vobis, & 13 adjicietur vobis ipsis qui auditis.

13 F. vel adjicietur vobis, illis nempe qui audiunt.

25 Ei enim cui est, eidem dabitur: & ei cui nō est, etiam id quod est sibi, aufertur ab eo.

26 Et dicebat, Ita est regnum Dei ut 14 homo quum jaciat semen in terram:

14 Ad ver. vir. Hebraismus.

27 Et dormiat, 15 & surgat nocte & die, & semen crescet & longum fiet, quum ipse nesciat.

15 Hæc & sequētia verba, futura sunt in Syro textu: qa futuro tempore consuetudo exprimitur apud eos, ut etiam apud Hebræos: nos autem in versione Latinorum morem sequuti sumus, qui id faciunt per præsens.

28 Terra enim producit ei fructum, & primùm fit herba, 16 & deinde spica, postremò autem triticum impletur in spica.

16 Ad ver. Post illud.

29 Postquam autem impinguatus fuerit fructus, 17 statim venit falx, quia adest messis.

17 Subaudi, a messore immissa. Hebraisme. F. al. immittit falcem.

30 Et dicebat, Cui assimilabimus regnum Dei? Et quanam comparatione cōparabimus illud?

31 Velut granum est 18 sinapi, quod quū seminatum est in terra, minus est omnibus seminibus quæ sunt super terram.

18 Vide de sinapi annotata in Mat. cap. 13. 32.

32 Et, ex quo seminatum est, assurgit & fit majus omnibus oleribus: & facit ramos magnos, ita ut possit in umbra ejus habitare avis.

33 Parabolis, 19 quæ sunt sicut hæ, loqueb

19 i. His similibus. Hebraicè כמלות

loquebatur cum eis Jeschua, parabolis *inquam* prout poterant audire.

34 Et absque parabolis non loquebatur cum eis: discipulis verò suis, [20] inter se & illos, interpretabatur omnia.

35 Et ait eis in illo die vespere, [21] Trãseamus [22] in littus oppositum.

36 Et dimiserunt turbas, & [23] deduxerunt eum quum in navigio esset, & navigia alia erant cum eis.

37 Et factus est turbo magnus, & ventus ac fluctus irruebant in navigium, [24] & proximum erat ut impleretur.

38 Ipse autem Jeschua super cervical dormiebat [25] in posteriore parte navigii: & venientes excitaverunt eum, & dixerunt ei, Domine noster, non est cura tibi quòd perimus?

39 Et surrexit, & repressit ventum, & ait mari, Desine, obmutesce tu. Et desiit ventus, & facta est tranquillitas magna.

40 Et dixit eis, Quare timidi fuistis? & quare non est in vobis fides?

41 Et timuerunt timore magno: ac dicebant [26] alius ad alium, Quisnam iste est, cui venti & mare auscultant?

[20] F. i. In privato, vel seorsim.
[21] F. Syrè, trãseamus nobis. Pleonasmus, ut Matt. 4.10.
[22] Ad verb. In transitum illũ, quasi digito ostendat adversum mari sejus littus. Hebraismus.
[23] F. Sic Græcũ παραλαμβάνουσι optimè exponit Syrus, est enim metalepsis, ut Matth. 4.5.
[24] i. Parum aberat quin impleretur.
[25] i. In puppi.
[26] Ad verb. Unus uni. Hebraismus.

batur ei sermonem *Evangelii* [o] prout poterant audire.

34 Absque parabola verò non loquebatur eis: privatim autem discipulis suis [p] explicabat omnia.

35 *Dixit autem eis die illo, quum serum *diei* esset, Trãseamus in ulteriorem *ripam*.

36 Dimissa igitur turba acceperunt eũ ut erat in navigio: sed & alia navigiola erant cum eo.

37 [q] Tunc oritur turbo venti magnus: & fluctus irruebant in navigium, ita ut jam impleretur.

38 Erat autem ipse in puppi, cervicali indormiens: tunc expergefaciunt eum, dicúntque ei, Magister, non est tibi curæ quòd perimus?

39 Experrectus igitur objurgavit ventum, dixitq; mari, Sile, obmutesce. Tum quievit ventus, factáque est tranquillitas magna.

40 Dixit autem eis, Quid ita timidi estis? quomodo fidem non habetis?

41 Et timuerunt timore magno, dicebántque alius ad alium, Quisnam iste est, quod etiam ventus & mare auscultét ei?

[o] Pro auditorũ captu.
[p] Ad ver. solvebat, nempè tãquã ænigmatum nodos.
* *Matt. 8. 23. Luc. 8. 22.*
[q] Qui cum Christo navigant, etiamsi videatur ille periclitãtibus suis ilertere, tamen in tempore ab ipso expergefacto servantur.

CAPUT QUINTUM.

[1] *Dæmoniacus sanatur.* [6] *Dæmon agnoscens Christum.* [9] *Legio dæmoniorum,* [13] *in porcos intrat.* [22] *Jairi filia.* [25] *Mulier à fluxione sanguinis sanatur.* [26] *Medici.* [34] *Fides.* [39] *Dormire.*

1 ET venerũt [2] in oppositum littus maris in locum Gadaræorum.

2 Et quum egressus esset e navigio, occurrit ei e loco sepulcrorum vir in quo erat spiritus impurus.

3 Et habitabat *in* loco sepulcrorum, & catenis nemo poterat vincire eum.

4 Quia [3] quoties compedibus & catenis vinciebatur, catenas frangebat, & cõpedes rumpebat, & nemo poterat domare eum.

5 Et omni tempore, nocte & die in loco sepulcrorum & in mõtibus erat, & vociferabatur, & collidebat seipsum in lapides.

6 Quum vidisset autem Jeschua eminùs, currens adoravit eum:

7 Et exclamavit voce elata, ac dixit, [4] Quid mihi & tibi Jeschua Fili Dei excelsi? Adjuro ego te per Deũ ut non torqueas me.

8 (Dicebat enim ei, Exi a filio hominis spiritus impure)

9 Et interrogavit eum, [5] Quomodo est nomen tuum? Dixit ei, Legio est nomen nostrum, eo quòd multi sumus.

10 Et petebat ab eo valdè ne emitteret se extra illum locum.

11 Erat autem illic ad montem grex magnus porcorum qui pascebat.

12 Et petebant ab eo dæmones illi, & dicebant, Mitte nos in hos porcos ut in eos introëamus.

13 Et permisit eis, & egressi sunt spiritus illi impuri, & introiverunt in porcos. Et cucurrit grex ille in rupem, & corruit in mare, [6] & suffocati sunt *porci* in aquis.

14 Et, qui pascebant eos, fugerunt, &

[2] F. Alii, & venit. Sed hoc melius.
[2] Ad verb. In transitum. Hebraismus.
[3] Ad ver Omni quãdo, subaudi, tempore.
[4] 5. vide in Matt. 8. 29.
[5] i. Quódnam est tibi nomẽ? quomodo vocatis? Quod autem posteà adjicitur, *legio est nomen nostrum*, id non singulare est individui alicujus nomen, sed commune multitudinis. Quapropter etiam exponit Syrus, *legio est nomen nostrum*; non autem, *mihi nomen est*, ut habet Græcus.
[6] F. libri nostri addunt, quasi bis mille porcorũ: quod respondet Græco.

ET * [2] venerunt in ulteriorem *ripam* maris, in regionem Gadarenorum.

2 Egresso autẽ ipsi e navigio, statim occurrit è monumẽtis quidam in quo erat spiritus impurus:

3 Qui domicilium habebat in monumentis, & ne catenis quidem quisquam poterat eum vincire:

4 Propterea quòd sæpe pedicis & catenis vinctus fuerat, sed discerptę fuerant ab eo catenæ, & pedicæ contritæ: neque quisquam potuerat eum domare.

5 Et per omne *tempus* erat die ac nocte in montibus & in monumentis clamans, & concidens seipsum lapidibus.

6 Quum vidisset autem Jesum procul, cucurrit & adoravit eum:

7 Et clamans voce magna dixit, Quid mihi tecum Jesu Fili Dei altissimi? [b] adjuro te *per* Deum ne me torqueas.

8 (Dicebat enim ei Jesus, exi spiritus impure ex isto homine)

9 Tunc interrogavit eum, Quod tibi nomen *est*? Et respondit dicens, Legio mihi nomen *est*: quia multi sumus.

10 Et multũ [c] precabatur eum ne ipsos mitteret extra illam regionem.

11 Erat autem illic apud [d] montes grex porcorum magnus pascens.

12 Et precati sunt eum omnes *illi* dæmones, dicẽtes, [e] Mitte nos ad porcos, ut in eos introëamus.

13 Et permisit eis statim Jesus. Egressi verò spiritus illi impuri introierunt in porcos: & ruit ille grex e precipitio in [f] mare, (erant autem quasi bis mille) & suffocati sunt in mari.

14 Qui verò pascebant porcos, fugerunt,

* *Matt. 8. 28. Luc. 8. 26.*
[2] Christi virtutem admirãtur multi, qui tamen vel levissimæ rei jactura redemtã nolint.
[b] id est, Confirma mihi, interposito jurejurando, fore ut non me vexes.
[c] Is Dæmon, qui etiam pro cæteris legatione fungebatur.
[d] Hæc tota regio maxima ex parte est aspera, intercursantibus montibus Galaad.
[e] Volebant dęmones incolas illius regionis porcorum jactura ad male dicendum Deo impellere.
[f] Erat stagnum illius regionis de quo Strab. lib. 16. Est in Gadaride stagnum aquæ pessimæ, qua degustata, pecora pilos, ungulas, & cornua amittunt.

runt, & renunciârunt in urbem & in agros. Et *illi* egressi sunt ut viderent quid illud esset quod factum fuerat.

15 Veniunt igitur ad Jesum, & conspiciunt eum qui fuerat dæmoniacus sedentem ac vestitum, & sanæ mentis, eum *inquam* qui habuerat legionem: & timuerunt.

16 Et qui *id* viderant, narraverunt eis quomodo actum esset cum dæmoniaco, & de porcis.

17 [g] Tunc *illi* cœperunt eum rogare ut abiret ex finibus ipsorum.

18 Ipso verò ingresso in navigium, rogabat eum ille qui fuerat dæmoniacus ut esset cum ipso.

19 Jesus autem non permisit ei, sed ei dixit, Abi domum tuam ad tuos, & eis renuncia quanta tibi Dominus præstiterit, & quòd misertus sit tui.

20 Abiit igitur *ille*, & cœpit prædicare in Decapoli quanta ipsi fecisset Jesus: & omnes mirabantur.

21 Et quum Jesus rursum trajecisset navigio in ulteriorem *ripam*, coacta est turba multa ad eum: erátque apud mare.

22 *Et ecce, venit [h] unus ex præfectis synagogæ, nomine Jairus: & quum vidisset eum, accidit ad pedes ejus.

23 Et multum precabatur eum, dicens, Filiola mea in extremum adducta est: *rogo* ut venias, & imponas ei manus, ut servetur: & vivet.

24 Abiit igitur *Jesus* cum eo: & sequebatur eum turba multa, & comprimebát eum.

25 [i] (Tunc mulier quędam quæ erat in fluxione sanguinis *ab* annis duodecim:

26 Fuerátque multa perpessa a multis medicis, & impenderat omnia sua, & nihil adjuta fuerat, sed potiùs in deterius venerat:

27 Quum audisset de Jesu, venit in turba a tergo, & tetigit vestimentum ejus.

28 Dicebat enim, Si vel vestimenta ejus tetigero, servabor.

29 Et statim exaruit fons sanguinis eus: & sensit corpore se sanatam esse ex eo flagello.

30 Statim autem Jesus quum apud se cognovisset vim illam quæ ex se ipso prodierat, conversus in turba, dixit, Quis tetigit vestimenta mea?

31 Et dixerunt ei discipuli ipsius, Vides turbam te comprimentem, & dicis, Quis me tetigit?

32 *Ipse* verò circumspiciebat ut videret eam quæ hoc fecerat.

33 Mulier autem timens & tremens, quum sciret quod in se factum fuerat, venit, & accidit ei *ad pedes*, dixítque ei [k] omnem veritatem.

34 Ille autem dixit ei, Filia, fides tua te servavit: abi cum pace, & esto sana ex flagello tuo).

35 Adhuc eo loquente veniunt *quidam* [l] a præfecto synagogæ, dicentes, Filia tua mortua est: quid amplius [m] vexas magistrum?

36 [n] Jesus autē, statim ut audiit hūc sermonem qui dicebatur, dicit pręfecto synagogæ,

[g] Typum hi Gadareni gerunt omnium qui terrena curant: hi ut indigni sunt opib. cælestibus, ita illas etiam ultrò oblatas aversantur, & quamlibet sævos dæmonas, quàm Jesum Christum auctorē salutis, ferre malunt.

[h] *Matth. 9. 18. Luc. 8. 41.*

[h] Hinc apparet non temerè convenisse cœtus singulis sabbathis, sed certos homines solitos fuisse multitudini moderati in singulis synagogis, ubi Moses explicabat (Act. 14. 21.) à doctoribus, qui Pharisęi & Scribæ dicebantur, Matt. 23. 2.

[i] B. Vera fide quamvis imbecilla, vel levissimè attactus Jesus, virtute sua nos sanat.

[k] i. Rem totam ita ut gesta erat.

[l] Ab ædibus principis.

[m] i. Defatigas, vel molestia afficis.

[n] B. Patres suis etiam liberis promissiones vitæ per fidem apprehendūt.

renunciaverunt in civitatem, & etiam [7] in agros. Et egressi sunt ad videndum id quod factum fuerat.

15 Venerúntque ad Jeschua, & viderunt illum [8] cujus fuerant dæmonia, vestitum & modestum, & sedentem, illum *inquam* in quo fuerat legio, & timuerunt.

16 Et narraverunt eis ii qui viderant, quomodo factum esset ei cujus erant dæmonia, & etiam de illis porcis.

17 Et cœperunt petere ab eo ut [9] abiret a limitibus ipsorum.

18 Et quum ascendisset in navigium, petebat ab eo is cujus fuerant dæmonia, ut cum ipso esset.

19 Et non permisit ei, sed dixit ei, Abi in domum tuam ad viros tuos, & renuncia eis id quod fecit tibi Dominus, & quòd misertus est tui.

20 Et abiit, & cœpit predicare in Decapoli id quod fecisset sibi [10] Deus. Et omnes mirabantur.

21 Quúmque transivisset Jeschua navigio in ipsum [11] littus oppositum, [12] congregatæ sunt ad eum turbæ multæ, quum esset juxta mare.

22 Et venit quidam cujus nomen *erat* Juarasch, ex principib. synagogæ: quúmque vidisset eum, procidit ad pedes ejus:

23 Et petebat ab eo valdè, & dicebat, Filia mea malè affecta est: veni, pone manum tuā super eam, & sanabitur: ac vivet.

24 Et abiit cum eo Jeschua. Et adhærebat ei turba multa, premebántque eum.

25 (Mulier autem quædam, quæ fuerat in fluxu sanguinis annis duodecim:

26 Quæ multum perpessa fuerat a medicis multis, & insumserat quicquid erat sibi, & nihil fuerat adjuta, sed etiam magis affligebatur:

27 Quum audisset de Jeschua, venit in densitate turbæ a tergo ejus, & tetigit vestimentum ejus.

28 Dicebat enim, Si modò vestimentū ejus tangam, [13] salva sum.

29 Et illico aruit fons sanguinis ejus, & sensit in corpore suo quòd sanata esset à flagello suo.

30 Jeschua autem statim cognovit in seipso quòd a se vis exivisset: & conversus est ad turbam, & ait, Quis tetigit vestimenta mea?

31 Dicunt ei discipuli ejus, Vides turbas quæ opprimunt te, & dicis, Quis tetigit me?

32 Et circumspiciebat ut videret quísnam hoc fecisset.

33 Mulier autem ipsa timēs & tremēs, quæ sciebat id quod factum esset sibi, veniens procidit ante faciem ejus, & dixit ei omnem veritatem.

34 Ille autem dixit ei, Filia mea, fides tua [14] servavit te. Abi in pace, & esto sana à flagello tuo.)

35 Et, adhuc eo loquente, venerunt ex domesticis principis synagogæ & dixerunt, Filia tua mortua est: ad quid igitur fatigas magistrum?

36 Jeschua autem audivit sermonem quem dixerunt: & dixit illi principi synagogæ,

[7] Vel, In pagos.

[8] i. Qui obsessus fuerat à dæmonibus.

[9] ℣. Syrè, abiret sibi. Pleonasmus, ut Matt. 4. 10.

[10] ℣. alii, *Jeschua.*

[11] Ad verb. trāsitum. Hebr. antē notatus.

[12] ℣. alii addunt, rursus congregatæ sunt, &c.

[13] Ad verb. Viva sum. Hebr.

[14] Ad verb. Vivificavit te. Hebraismus.

nagogæ, Ne metuas: solummodo crede.

37 Neque permisit cuiquam ut abiret secum, nisi Schemeun Cipha, & Jaakub, ac Juchannan, fratri Jaakub.

38 Et venerunt in domum illius principis synagogæ, & vidit quòd tumultuarentur, & flerent, & ejularent.

39 Ingressúsque est, & dicit eis, Cur tumultuamini & fletis? puella non est mortua, sed dormit.

40 Et deridebāt eum. Ipse autē Jeschua exire fecit omnes eos, & accepit patrem puellæ & matrem ejus & eos qui secum erant, & intravit illuc ubi jacebat puella.

41 Et apprehēdit manum puellæ, & dixit ei, Puella surge.

42 Et in illa hora surrexit puella, & ambulabat. Erat enim Filia [15] annorum duodecim, & admirabantur admiratione magna.

43 Et præcepit eis multùm ne quis cognosceret illud, dixitq; ut darent ei ad comedendum.

[15] Id est, nata duodecim annos. Hebraiſ.

nagogæ, Ne metue, [o] solūmodo crede.

37 Neque permisit ut se quisquam unà sequeretur nisi Petrus & Jacobus & Johannes frater Jacobi.

38 Venit igitur domum præfecti synagogæ, & tumultum conspicit, flentes & ejulantes multùm.

39 Et ingressus dicit eis, Quid tumultuamini & fletis? puella non est mortua, sed dormit:

40 [p] Et deridebant eum. Ipse verò, ejectis omnibus, assumit patrem & matrem puellæ, & [q] eos qui secum erant, & ingreditur *eò* ubi erat puella jacens.

41 Prehensáque manu puellæ, dicit ei, Talitha cumi: quod est, si interpreteris, Puella (tibi dico) surge.

42 Et statim surrexit puella, & ambulabat: erat enim annorum duodecim. & obstupuerunt stupore magno.

43 *Ipse* verò multùm imperavit eis ne quis id resciret: dixitq; ut daretur puellæ quo vesceretur.

[o] His verbis apertè indicat, se nihil omnino quærere, quàm unā fidem, sine qua impossibile est Deo placere: Heb. 11. 5.

[p] 1. Indigni sunt Christi irisores, qui fidē ipsius bonitatis testes.

[q] Tres discipulos.

CAPUT SEXTUM.

[2] *Prædicans Christus à suis in patria contemnitur.* [6] *Incredulitas Nazarethanorū.* [7] *Mittuntur Apostoli.* [13] *Ejiciunt dæmonia, ungunt ægrotos.* [14] *Judicium Herodis de Christo.* [18] *Johannes quare conjectus in carcerem.* [22] *Saltare.* [27] *Johannes decollatus:* [29] *sepultus.* [30] *Apostoli reversi à prædicatione.* [34] *Christus docet in deserto:* [37] *pascit populum quinque panibus.* [48] *Apostoli vexantur in mari.* [56] *Sanantur infirmi tactu vestimenti Christi.*

ET egressus est illinc Jeschua, ac venit in civitatem suam: & adhærebant ei discipuli ejus.

2 Quúmque esset sabbathum, cœpit docere in synagoga: & multi qui audierunt, mirati sunt, & dicebant, Unde huic ista? Et quæ est sapientia quæ data est ei, ut virtutes hujusmodi per manus ejus fiant?

3 Nónne erat iste faber, filius Mariā, & frater Jaakub, & Jusi, & Jihuda, & Schemeun? Et nónne sorores ejus hîc sunt apud nos? Et offendebantur in ipso.

4 Dixitq; eis Jeschua, Non est propheta [1] qui sit parvus, nisi in regione sua & loco fratrum suorum, & in domo sua.

5 Neque poterat facere illic ne unam quidem virtutem, nisi quòd ægrotis paucis imposuit manum suam, & sanavit *eos*.

6 Et mirabatur ob defectum fidei eorum. Et circuibat [2] per agros, docens.

7 Et vocavit suos duodecim, cœpitq; mittere eos [3] duos duos: & dedit eis potestatem adversus spiritus impuros, ut ejicerent eos.

8 Et præcepit eis ut non acciperent quicquam ad iter, nisi virgam tantùm: nō [4] viatorium saccum, neque panem, neque æs in crumenis suis.

9 Sed calcearent soleas, neque induerent duas tunicas.

10 Et dixit eis, In quam domum ingressi fueritis, illic estote usquedum exiveritis illinc.

11 Et quicumque non receperint vos, & non audiverint vos, quū egrediemini

[1] Id est, Qui parvi fiat, & despectui habeatur.

[2] Vel per pagos.

[3] Id est, Binos, Gallicè *deux à deux*. Hebraiſmus.

[4] תרמלא propriè significat saccum quo utuntur, qui iter faciūt ad imponendum cibū necessarium ad iter, ut apparet in paraphrasi Chald. in Ruth, cap. 2. 17.

ET *[a] egressus est illinc, venitq; in patriam suam: & sequuti sunt eum discipuli ejus.

2 Quúmque advenisset Sabbathū, cœpit in synagoga docere: multiq; audientes percellebantur, dicentes, Unde huic ista? & quæ est hæc sapientia quæ data est ei, quòd etiam [b] virtutes tales per manus ejus edantur?

3 Nónne iste est faber ille, filius Mariæ, frater Jacobi & Jose & Judæ & Simonis? nónne & [c] sorores ejus hîc sunt apud nos? & offendebantur in ipso.

4 Dicebat autem eis Jesus, * Non est propheta [d] inhonoratus nisi in patria sua, & inter cognatos, & domi suæ.

5 [e] Neque potuit illic virtutem ullam edere, nisi *quòd* quum paucis ægrotis imposuisset manus, sanavit *eos*.

6 * Mirabatúrque propter incredulitatem eorum, & circuibat vicos in orbem, docens.

7 [f] * Tunc advocavit duodecim illos, cœpitq; eos mittere [g] binos: deditq; eis potestatem *adversus* spiritus impuros.

8 [h] Et præcepit eis ut nihil sumerent ad iter, nisi virgam tantùm, non peram, non panem, non æs in zona:

9 Sed *ut* calcearentur * [i] sandaliis: & ne [k] induerentur binis tunicis.

10 Et dicebat eis, Ubicumque introieritis domum, [l] illic manete, usquedum exeatis illinc.

11 [m] * Et quicumq; non exceperint vos, neque audierint vos, egressi illinc, * ex-

* *Matt. 11. 14. Luc. 4. 16.*

[a] 1. Mundus incredulus nihil quidem de Christi virtute detrahit, sed oblata ejus efficacia seipsū privat sciens ac prudens.

[b] Per virtutes intelligit mirifica illa Christi facta, quæ divinam ipsius virtutē declarabant.

[c] Hebræorum more, qui per fratres & sorores intelligunt agnatos omnes.

* *Joh. 4. 44.*

[d] Non tantùm cui justus non tribuitur honor, sed & qui afficitur contumelia.

[e] Neq; voluit. ad divina enim opera requiritur accipientis fides. ergo hinc sequitur homines incredulos, & ingratos quasi Deo manus vincire ne ipsis opem ferat.

* *Matt. 9. 11. Luc. 11. 22.*

[f] 2. Peculiari legatione præparātur ad generalem illum Apostolatum.

* *Matt. 10. 1. sup. 3. 14. Luc. 9. 1.*

[g] Ad verbum, duo, duo, Heb. 1. singula ablegavit Apostolorum paria.

[h] 2. Fidis pastoribus ne de rebus quidem alioqui ad hanc vitam necessariis cogitandum, si vel tantillum eos remorentur. * *Act. 11. 1.* [i] Sandalium propriè est calceamentum muliebre quod plantas pedum modò tuebatur ab injuria, supernè ansulis quibusdam aut funiculis alligatum. [k] Id est, vestes sibi assumerent mutatorias, scilicet, ut expeditiores essent ad hanc obeundam peregrinationem. [l] 3. Ne in ista subita peregrinatione immutetis hospitia vestra. [m] Dominus servorum suorum severissimus vindex. * *Mat. 10. 14. Luc. 9. 5.* * *Act. 13. 51. & 18. 6.*

cutite pulverem qui suberit pedibus vestris, ut hoc sit testimonium adversus eos. Amen dico vobis, tolerabilior erit Sodomorum *conditio* aut Gomorrhorum in die judicii, quàm urbis illius.

12 Egressi igitur *illi* proclamabant [n] ut resipiscerent *homines*.

13 Et dæmonia multa ejiciebant, * ungebántque [o] oleo multos ægrotos, & sanabant *eos*.

14 * [p] Audivit autem *hæc* rex Herodes, (clarum enim factum erat nomen ejus) dixitq;, Iohannes ille qui baptizabat, suscitatus est ex mortuis, & propterea [q] virtutes agunt in eo.

15 Alii dicebant, Elias est. Alii verò dicebant, Propheta est, vel unus ex prophetis [r] illis.

16 [s] * Quũ igitur *hæc* audisset Herodes, ait, Iste est Iohannes quem ego [t] decollavi: ipse suscitatus est ex mortuis.

17 Ipse enim Herodes missis *satellitibus* prehenderat Iohannem, & vinxerat eum in carcere, propter Herodiadem uxorem Philippi fratris sui, quia duxerat eam uxorem.

18 Dicebat enim Iohannes Herodi, *Non licet tibi habere uxorem fratris tui.

19 Herodias autem [v] imminebat ei, & cupiebat eum trucidare: nec poterat.

20 Herodes enim metuebat Iohannem: sciens eum *esse* * virum justum ac sanctum, & observabat eum; auditóque eo multa faciebat, & [x] libenter eum audiebat.

21 Quum igitur dies opportunus adesset, quo tẽpore Herodes in natalitiis suis cœnam faciebat proceribus suis [y] ac chiliarchis & primariis Galilææ:

22 Et introisset filia ipsius [z] Herodiadis, ac saltasset, placuissetq; Herodi, & simul accumbentibus, rex ait puellæ, Pete à me quodcumque volueris, & dabo tibi.

23 Juravitq; ei, Quodcumque à me petieris, dabo tibi, usque ad dimidium regni mei.

24 At illa [a] egressa dixit matri suę, Quid petam? Illa verò dixit, Caput Iohannis Baptistæ.

25 *Puella* igitur cum festinatione statim ad regem ingressa, *id* petiit dicens, Velim [b] ut iam nunc des mihi in patina caput Iohannis Baptistæ.

26 Rex autẽ valdè tristis factus, noluit *tamen*, propter jusjurandum & eos qui simul accumbebant, eam aspernari.

27 Et statim rex misso [c] spiculatore, imperavit ut afferretur caput ejus.

28 Ille verò abiit, ac decolavit eum in carcere: attulitque caput ejus in patina, & dedit illud puellæ, & puella dedit illud matri suæ.

29 Quúmque *hoc* audissent discipuli ejus, venerunt, & sustulerunt cadaver ejus, & posuerunt in monumento.

30 * Coacti sunt autem Apostoli ad Iesum, & annunciaverunt ei omnia, & quæ egerant, & quæ docuerant.

31 [d] Et dixit eis, Venite vos seorsim in desertum locum, & requiescite paululum. Erant enim multi venientes & abeuntes:

inde, excutite pulverem qui est sub pedibus vestris in testimoniũ illorum. Et amen dico vobis, quòd erit tolerabilius Sedum & Amurra in die judicii quàm urbi illi.

12 Et egressi sunt, & prædicaverunt ut converterentur.

13 Et dæmonia multa ejiciebant: ac ungebant oleo ægrotos multos, & sanabant.

14 Et audivit Hiraudis rex de Ieschua (innotuerat enim ei nomen ejus) & dicebat, Iuchannan Baptista surrexit [s] à mortuis: propter hoc virtutes fiunt per eum.

15 Alii dicebant, Iliah est: & alii, Propheta est sicut unus ex prophetis.

16 Quúmque audivisset Hiraudis, dicit, Iuchannan est, cujus ego amputavi caput: ipse surrexit [6] à mortuis.

17 Ipse enim Hiraudis miserat *ac* apprehenderat Iuchannan, ac conjecerat in locum vinctorum, propter Hiraudiah uxorem fratris sui Philippi quam acceperat.

18 Dicebat enim Iuchannan Hiraudi, Non licet tibi ut accipias uxorem fratris tui.

19 Ipsa autem Hiraudiah [7] impugnabat eum, & volebat interficere eum: nec poterat.

20 Hiraudis enim metuebat à Iuchannan, eo quòd sciebat quòd vir esset justus & sanctus, & observabat eũ, & [8] multa audiebat ab eo, & faciebat, & libenter audiebat eum.

21 Et factũ est certo quodã die, quum Hiraudis [9] in domo nativitatis suæ cœnam fecisset proceribus suis & chiliarchis, & primoribus Galilææ.

22 Et ingressa esset filia Hiraudiah: saltaret placerétque ipsi Hiraudi & iis qui discumbebant cũ eo: & dixit rex puellæ, Pete a me id quod volueris, & dabo tibi.

23 Et juravit ei, Quicquid petieris a me, dabo tibi, usque ad dimidium regni mei.

24 Tunc egressa est, & dixit matri suæ, Quid petam ab eo? Dixit ei, Caput Iuchãnan Baptistæ.

25 Et illico ingressa est cum solicitudine ad regem, & dixit ei, Volo hac hora ut des mihi in patina caput Iuchannan Baptistæ.

26 Et tristitia fuit multa regi: propter autem juramentum & propter accumbẽtes noluit [10] fraudare eam.

27 Sed illico misit rex [11] spiculatorem, & præcepit ut adferret caput Iuchannan. Et abiit, & amputavit caput Iuchannan in loco vinctorum.

28 Et [12] adduxit in patina, ac dedit puellæ: & ipsa puella dedit matri suæ.

29 Et audiverunt discipuli ejus, & venientes acceperũt cadaver ejus, & posuerunt in loco sepulchri.

30 Et congregati sunt Apostoli ad Ieschua, & retulerunt ei quicquid fecissent, & quicquid docuissent.

31 Et ait eis, Venite, abeamus in desertũ seorsim, & quiescite paululùm. Erãt enim multi qui abibant & veniebant: nec erat eis op

[n] Hæc summa & caput prædicationis Johannis, Christi, & Apostolorũ fuit, quod diligẽter animadvertendũ est.

* Jac. 5. 14.

[o] Oleum illud, symbolũ fuit mirificæ illius virtutis. Non autem medicamentũ quo morbos curarent. Porrò quum jampridem temporarium illud donũ cessárit, ceremonia quæ alicubi retinetur, est inutilis.

* Mat. 14. 1. Luc. 9. 7.

[p] B. Evangeliũ pios cõfirmat, impios perturbat.

[q] Hoc loco virtutis nomen, pro vi faciendorum miraculorũ sumitur.

[r] Veteribus.

[s] 2. Vide annotata apud Matt.

* Luc. 3. 19.

[t] Id est, cui caput jussi amputari.

* Lev. 18. 16.

[v] Occasiones captabat quibus nocetet.

* Mat. 22. 26.

[x] Tyrãnus libenter audiebat in se sententiam ferri, sed semen cadebat in loca petrosa.

[y] Chiliarchi, Græcè sonat eos qui millenis præfecti sunt, ut militum tribunos intelligas.

[z] Quam Herodias sustulerat, nõ ex Herode Antipa, sed ex Philippo: illam Josephus Salomen vocat.

[a] Non enim solebãt mulieres cum viris accumbere.

[b] Ad verb. ex hac, videlicet hora.

[c] Spiculatores erant regis satellites, à spiculis gerendis dicti.

* Luc. 9. 18.

[d] 1. Christũ vel per ipsa deserta sectantibus non modò nihil deerit, sed etiam multum supererit. Et quàm turpe ab eo qui vitam æternã donat, hanc caducam non exspectare?

[5] Ad verb. Ab inter mortuos: cui respondet Gallica phrasis, *d'être les morts*, ut antè observatum. F. vel à domo mortuorum: sic etiam altero pòst versu.

[6] Ad verb. Ab inter mortuos, ut paulò antè.

[7] Subaudi verbis: hoc est, Acriter minitabatur ei. Hoc enim sensu idẽ verbum sæpe legitur, Act. 4. & Epist. Pet. cap. 2.

[8] 1. Ejus hortatu & consilio multa faciebat.

[9] 1. In domo ubi celebrabat epulum natalitiorum suorum. F. etsi nihil obstat, quominùs τῆς γενέσεως appellatione locus & tempus nativitatis conjunctim possint intelligi: quod sibi voluisse videtur Syrus.

[10] F. 1. recusare contra fidem datam. Hæc enim propria est Syri verbi significatio.

[11] F. sic vocant Tacitus & Jurecos. l. divus, §. 1. ff. de bonis damnatorum. Glossariũ vetus, spiculator à ἀποκεφαλίζων, δήμιος. sic lege pro spiculatus. Sic autem à spiculo quod circumferebat miles decollãdi artifex appellatur: hoc enim fuit illius διάκονον. Etsi σπεκουλάτορ hic & apud Suidam scribitur per ε, quia frequẽtata est apud veteres cùm in sermone, tũ in scriptura i & e permutatio: unde & speculatoriam caligam Tertullianus appellavit.

[12] F. vel attulit.

eis opportunitas ne ad comedēdum quidem.

32 Et abierunt in locum desertum navigio seorsim.

33 Et viderunt eos multi abeunteis, & agnoverunt eos, & in arida occurrerunt ex omnibus civitatibus, & anteverterunt eum illuc.

34 Et egressus Jeschua vidit turbas multas, & misertus est super eis, quòd similes essent ovibus quibus nō est pastor. Et incipiebat docere eos multa.

35 [13] Quúmque esset tempus multum, accesserunt ad eum discipuli ejus, & dixerunt ei, Hic locus desertus est, & tempus multum est *progressum*.

36 Dimitte eos ut abeant in agros qui circumjacent eis, & in pagos, & emant sibi panem. Nō enim est eis aliquid ad comedendum.

37 Ille autem dixit eis, Date ipsis vos ad edendum. Dicunt ei, [14] Ibimus ememus ducentorum denariorum panem, & dabimus eis *ut* edant?

38 Ille autem dixit eis, Abite, videte quot panes sunt vobis hîc. Et quum vidissent, dicunt ei, Quinque panes, & duo pisces *sunt nobis*.

39 Et præcepit eis ut discumbere facerent unumquemque [15] discumbentes discumbentes super herbam.

40 Et discubuerūt [16] *per* discubitus discubitus, qui *erant* cēteni centeni, & quinquageni quinquageni.

41 Et accepit quinque illos panes, & duos pisces, & suspexit in cælum, & benedixit ac fregit panem: deditque discipulis suis ut apponerent illis. Illos quoque duos pisces partiti sunt illis omnibus.

42 Et comederunt omnes, & saturati sunt.

43 Et sustulerunt fragmentorum duodecim cophinos plenos, & de piscibus.

44 Erant autem qui comederant panē, quinque millia virorum.

45 Et statim coēgit discipulos suos ut ascenderent in navigium, & abirent ante se [17] in adversum littus Beth-zaida, dum dimitteret ille turbas.

46 Et quum dimisisset eas, abiit in mōtem ad orandum.

47 Quum autem esset vespera, navigium erat in medio mari, & ipse solus super terram.

48 Et vidit eos quòd seipsos [18] vexatēt remigantes: (ventus enim eis contrarius erat) & in custodia quarta noctis venit ad eos Jeschua ambulans super aquas, & volebat præterire eos.

49 Illi autem viderunt eum quòd ambularet super aquas, & putaverunt [19] quòd visio esset falsa, & clamaverunt.

50 Omnes enim viderunt eum, & timuerunt. Et eadem hora loquutus est cū eis, & dixit eis, [20] Bono animo estote: ego sum: ne timeatis.

51 Et ascendit ad eos in navigium, & desiit ventus: & valdè admirabantur, & stupescebant apud seipsos.

[13] i. ejus sermones protracti fuissent in multum tempus, & serum esset.

[14] f. i. euntésne emturi essem[9] cibum ducētis denariis, &c.

[15] f. i. distributis ordinibus per numeros certos discumbētes, ut exponitur sequente versu. Est enim hæc distributiva loquendi forma Hebrēis & Syris receptissima, vide in Matt. 17. 24.

[16] i. diversos ordines, quò interordinium aliquod esset inter discumbētium series, ad apponēdos & colligendos panes.

[17] Ad verbum, In transitum. Hebraismus antè notatus.

[18] Vox Syriaca est דדין, quæ propriè significat arantes: sed per metaphoram ab agricolis ad nautas trāsfertur, ut etiam apud Latinos poētas, qui dicunt Sulcare equor. f. remigantes autem, id est, remigio vehemēntissimo. Sic enim participia plerumq; ponuntur ἐπιτατικῶς.

[19] Spectri periphrasis est & inanis visionis.

[20] Syrè, cordati estote.

& [e] ne cibum quidem capere ipsis vacabat.

32 *Abierunt igitur in desertum locum navigio seorsim.

33 Vidit autem eos abeuntes turba, & agnoverunt eum multi: & pedibus ex omnibus civitatibus concurrerunt illuc, prævenerúntque eos, & convenerunt ad eum.

34 *Tunc egressus vidit turbā multam Jesus, & commiseratione intima commotus est super eis, quoniam erant ut oves non habentes pastorem: cœpitq; eos docere multa.

35 *Quum autem jam [f] multus dies esset, adierunt eum discipuli ejus, dicentes, Desertus est locus iste, & iam multus dies est:

36 Dimitte eos, ut abeuntes in circumjacentes agros ac vicos, emant sibi panes: nam quo vescantur non habent.

37 At ille respondens dixit eis, Date vos ipsis quo vescantur. Tunc dicunt ei, *Num* [g] profecti emerimus [h] ducentis denariis panes, & dederimus eis quo vescantur?

38 Ipse verò dixit eis, Quot panes habetis? abite & videte. *Et *illi* re cognita, dixerunt, Quinque, & duos pisces.

39 Tunc imperavit eis ut facerent discumbere omnes [i] per convivia super viridi gramine.

40 Discubuerunt igitur sigillatim per [k] areolas, *partim* centeni & *partim* quinquageni.

41 Et acceptis quinque illis panibus, ac duobus illis piscibus, quum suspexisset in cęlum, [l] benedixit, ac fregit panes: deditq; discipulis suis ut illis apponerent: & duos pisces partitus est omnibus.

42 Comederúntque omnes, & saturati sunt.

43 Et sustulerunt fragmentorum duodecim cophinos plenos, & ex piscibus.

44 Erant autem qui comederant quasi quinquies mille viri.

45 [m] Et statim coēgit discipulos suos inscendere navigium, & præire in ulteriorē *ripam* Bethsaidæ oppositam, dum ipse dimitteret turbam.

46 Et quum amandasset eos, abiit in montem ad precandum.

47 *Quum autem serum *diei* adesset, erat navigium in medio mari, & ipse solus in terra.

48 Viditq; eos vexatos in *navigio* [n] provehendo: (erat enim ventus eis contrarius) & circa [o] quartam vigiliam noctis venit ad eos, ambulans super mare: volebátque eos præterire.

49 Illi verò viso eo ambulante super mare, putārunt spectrum esse: & exclamaverunt:

50 (Omnes enim videbant eum, & turbati sunt) sed statim loquutus est cum eis, & dixit, Confidite, ego sum, ne timete.

51 Tunc ascendit ad eos in navigium, quievitq; ventus: & *ipsi* [p] multo magis apud sese obstupescebant, & mirabantur.

[e] Ad verb. nō erat tempus, id est, opportunitas ad mādūcandum. Hîc autem cōsiderāda est Christi humanitas, qui suorū imbecillitatem agnoscēs & irremissorū láborum molestiam, spatium & locum dat quiescendi.

*Matth. 14. 13. Luc. 9. 10.

*Matth. 9. 36. & 14. 14. Luc. 9. 11.

*Matt. 14. 15.

[f] Horarū numero jam aucto, ad verb. quum jā hora multa fieret, id est, vergēte ad noctē die.

[g] Interrogatio cum admiratione atque adeò cū ironia conjuncta, qua utūtur qui indignantes negant se aliquid facturos.

[h] Ducentorum denariorū est pecunia hodie usitata, coronatorum vel ducatorum quasi 20.

*Matt. 14. 17. Luc. 9. 13. Joh. 6. 9.

[i] Ad verb. per convivia, convivia, Hebræorum more, qui carent distributivis, Supr. 6. 7. Convivia autem vocat distinctiones ordinum eorum qui accubuerunt.

[k] Vel areolatim, ad verb. areolis, areolis Heb. ut suprà.

[l] id est, Gratias egit Deo Patri, & nomen ejus invocavit.

[m] g. Fidos servos Dei post leves labores manet gravissima tēpestas, quam absens corpore Christ[9] virtute præsens, sic moderatur, ut quo tēpore & qua ratione minimè exspectāt, in fœlicitatis portū provehantur. Vera Ecclesiæ in hoc mundo fluctuantis imago.

*Matt. 14. 23. Joh. 6. 16.

[n] Provehunt remis nauta navigium, id est, remis agunt.

[o] Nox in quatuor custodias erat divisa.

[p] Tantum abest, ut quum cognovissent spectrum non esse, desierint obstupescere, ut etiam multò magis quàm anteà sint perculsi, quum viderent ventos ac mare ipsius imperio acquievisse.

52 [q] Non

52 [q]Non enim intellexerãt *quod factum fuerat* illis panibus : quoniam cor eorum stupidum erat.

53 Et quũ trajecissent venerunt in terram Genezaret, & appulerunt.

54 [r] Tunc ipsis egressis è navigio, statim agnito eo,

55 Percursa tota illa circumjacente regione, *homines loci illius* cœperũt in grabbatis malè affectos circũferre ubi audiebant eum esse,

56 Et quocumque introisset in vicos, aut urbes, aut agros, in foris ponebant ægrotos : & precabantur eum ut vel fimbriam pallii ipsius tangerent : & quotquot tangebant [s] eum, [t] servabantur.

[q] Miraculum illud quinque panum, vel nõ perceperant, vel non satis consideraverant, adeò ut virtus ista Christi illis nõ minus esset nova, quàm si miraculo illi recẽns facto non interfuissent.

[r] B. Christus in patria rejectus, ex improviso ad eos appellens à quibus minimè exspectabatur, recipitur magno ipsorum bono.

[s] Vel eam, sub. fimbriam.

[t] Recuperabant sanitatem.

52 Non enim intellexerunt de pane illo, propterea quòd cor eorum [21] crassum erat.

53 Et quum transivissent [22] oppositum littus, venerunt in terram [23] Genesar.

54 Et quum egressi essent e navigio, eadem hora conspicati sunt eum homines ejus loci.

55 Et cucurrerunt per totam illam regionem, & cœperunt adducere eos [24] qui pessimè affecti erant, ferẽtes eos in grabbatis eò ubi audiebant quòd ille esset.

56 Et quocumque introivisset in pagos & in civitates, in foris ponebãt infirmos, & petebant ab eo ut saltem fimbriam vestimenti ejus tangerent. Et omnes qui tãgebant eum, sanabantur.

[21] Id est, Stupidũ. F. vel nubilum, obnubilatum, obductũ vel offusum nube.

[22] Ad verbum, Transitum, Heb.

[23] De Genesar vide Matt. 14. 34.

[24] Ad verb. Malè malè. Vox geminata loco superlativi, ut antè notatum.

CAPUT SEPTIMUM.

[a] *Apostoli reprehenduntur comedentes illotis manibus.* [4] *Pharisæorum doctrina de lotionibus.* [6] *Hypocritæ,* [8] *à quibus præcepta hominum, præceptis Dei præferuntur.* [10] *Parentes honorandi.* [14] *Quæ sunt quæ verè coinquinant hominem.* [25] *Chananæa.* [32] *Surdus mutus sanatur.*

TUnc * [a] coguntur ad eum Pharisæi, & quidam ex Scribis, qui venerant Hierosolymis.

2 [b]Et quum vidissent quosdam ex discipulis ejus [c]pollutis manibus (id est illotis) [d]edere panem, conquesti sunt.

3 Nam Pharisæi & omnes Judæi, nisi [e]pugno laverint manus, non edunt, [f]tenentes traditionem seniorum.

4 [g]Et à foro *venientes*, nisi loti fuerint, non edunt. Et alia multa sunt quæ acceperunt tenenda, *nempe* lotiones poculorum, & [h] sextariorum, & æramentorum & lectorum.

5 Deinde interrogarunt eum Pharisæi & Scribæ, Quare discipuli tui non [i] ambulant secundùm traditionem Seniorũ, sed illotis manibus edunt panem?

6 [k]Ille verò respondens dixit eis, Benè certè prophetavit Esaias de vobis hypocritis: ut scriptum est, *Populus iste labiis me honorat, cor autem eorum procul abest a me.

7 [l] Frustrà verò me colunt, docentes doctrinas, *quæ sunt* mandata hominum.

8 [m] Nam omisso mandato Dei, tenetis traditionem hominum, lotiones [n] sextariorum & poculorum: aliáque similia hujusmodi multa facitis.

9 [o]Præterea dixit eis, [p] *Sanè* bellè abolетis mandatum Dei, ut traditionem vestram servetis.

10 Moses enim dixit, *Honora patrem tuum & matrem tuam, &, *Qui maledixerit patri vel matri, [q] morte moriatur.

11 Vos autem dicitis, Si dixerit quispiã patri vel matri, [r] Corban (id est donum)

*Matt. 15. a.

[a] B. Nulli magis resistũt sapientiæ Dei, quàm quos oportuit omniũ esse sapientissimos : idque suarum traditionum zelo, quoniam nulla in re sibi magis quàm in superstitione (id est commentitio Dei cultu) homines placent.

[b] Disputationi de verbo Dei & doctrina sana subjũgitur tractatus de traditionibus humanis.

[c] Ad verb. cõmunibus. Pharisæi siquidem illotis manib9 cibũ capi nolebant, quòd illas communi rerũ attrectatione pollui existimarent. Mat 15. 11.

[d] i. comedere cibum. Heb.

[e] Iterum atque iterum: metaphora ducta à pugilibus qui iteratis pugnis decertant, πυγμὴ enim est illa pugna: vel de Judęis dicitur, qui pugnũ palma lavãdo fricarẽt: quod isti miseri adhuc in more habent.

[f] Studiosè observantes.

[g] i. & à forensibus negotiis ne cibum quidem capiunt nisi priùs sese in aquas demerserint. [h] Horum appellatione intelliguntur omnis generis vasa, quotidianis usibus destinata. [i] Non instituunt vitam Heb. Apud Heb. enim via est genus vitæ. [k] B. Hypocrisis perpetua superstitionis comes. *Esai. 29. 13. [l] B. Quo magis fatagunt superstitiosi, eo magis delirant dũ sibi promittunt se Deum demereri. [m] B. Superstitiosorum commenta Legem Dei non modò non perficiunt (ut ipsi non sine blasphemia vulgo pertuadent) sed etiam penitùs tollunt. [n] Sextarius dicitur quòd sit sexta pars congii, quæ mensura apud antiquos tam liquidis quàm aridis serviebat. [o] B. Vera religio superstitioni ex diametro repugnans, in spirituali cultu consistit : & omnes veræ religionis hostes, quantumvis alte radices egisse videantur, evellentur. [p] Ironia. *Exod. 20. 12. Deut. 5. 16. Ephes. 6. 2. *Exod. 21. 17. Lev. 20. 9. Pro. 20. 20. [q] Sine spe veniæ morte mulctetur. [r] Matth. 15. 5.

E T congregati sunt ad eum Pharisæi & Legisperiti, qui venerant ex Hierosolymis.

2 Et viderunt quosdam ex discipulis ejus qui comedebant panem non lavantes manus suas, & conquesti sunt.

3 (Omnes autem Judæi & Pharisæi, nisi diligenter laverint manus suas, non edunt, [1] quia retinent traditiones seniorum.

4 Et e foro *venientes* nisi abluant se, non edunt. Et multa alia sunt quæ acceperunt ut observent, *nempe* lotiones poculorum, & lagenarum, & vasorum æris, & lectorum)

5 Et interrogaverunt eum Legisperiti & Pharisæi, Quare discipuli tui [2] non ambulant secundùm traditiones seniorum, sed quum non lavent manus suas, comedunt [3] panem?

6 Ille autẽ dixit eis, Benè de vobis vaticinatus est Isaiah propheta, [4] hypocritæ, sicut scriptum est, Populus iste labiis suis honorat me, cor autem eorum valdè remotum est à me.

7 Et frustrà reverentiam exhibent mihi, docentes doctrinas mãdatorum filiorum hominis.

8 Dereliquistis enim mandata Dei, & retinetis traditiones filiorum hominis, *nempe* lotiones poculorum & lagenarum, & multa quæ his similia sunt.

9 Dixit *etiam* eis, Egregiè rejicitis mandata Dei, ut stabiliatis traditiones vestras.

10 Musche enim dixit, Honora patrem tuum & matrem tuam, &, Qui maledicit patrem aut matrem, [5] morte moriatur.

11 Vos autem dicitis, Si dixerit quispiã patri suo aut matri suæ, [6] Oblatione mea

[1] Videtur hinc etiam nomen obtinuisse פרישים, id est, Pharisæorum, à פרש, quod est Explicavit, Exposuit: quòd, non ut Tsadukæi, τῷ ῥητῷ insisterent, sed quæ in commentariis doctores tradidissent, amplecterentur. F. Sed olim Patres aliter senserunt. Hieronymus in Matth. 22. Pharisæi traditionum & observationũ, quas illi Δικαιώματα vocant, justitiã præferebant: unde & divisi vocabantur a populo. Epiphanius in Panario. alii. Forma certè nominis vincit passivam esse illius significationem.

[2] Id est, Non vivũt. Hebraismus admodũ frequens.

[3] Id est, Cibũ.

[4] Ad verbum, Assumẽtes vultum, ut sæpe notatum est.

[5] i. Omnino moriatur. Hebraiſ.

[6] Oratio est cõcisa : & supplenda aliqua sunt, hoc modo videlicet, Persuadetis filiis quòd satisfaciant parentibus, siquid ex suis facultatibus Deo sponte offerãt, eo quòd oblatione illa favorem Dei concilient parentibus: præposita vestra doctrina filios avertitis a pietate erga parentes. F. Etsi commodè quoque sine ellipti vel anantapodoto exponi potest hoc modo, vos autem dicitis, si dixerit quispiã patri suo aut matri suæ, oblatione mea quæ est à me juvaberis, & hunc ampliùs nõ finitis quicquã facere, &c. i. hũc immunem ab omni officio reliquo & pietate in parẽtes pronũciatis. vide in Mat. 15. 6.

mea

quæ est a me juvaberis.

12 Et non sinitis eum ut faciat aliquid patri suo aut matri suæ.

13 Et rejicitis sermonem Dei propter traditionem quam tradidistis: & similia his multa facitis.

14 Et vocavit Jeschua turbam universam, & ait eis, Audite me vos omnes, & intelligite.

15 Non est quicquam quod extra filiũ hominis est, & ingreditur in eum, quod possit polluere eum: sed id quod egreditur ab eo, id est quod polluit filium hominis.

16 Is cui sunt aures ut audiat, audiat.

17 Quum autem introisset Jeschua in domum a turba, interrogaverunt eum discipuli ejus de parabola ista.

18 Dixit eis, sic etiã vos hebetes estis? Ignoratis vos quòd quicquid extrinsecùs ingreditur in filium hominis, [7] non potest polluere eum?

19 Quia in cor ejus non introit, sed in ventrem ejus: & ejicitur in secessum, qui purgat omnem escam.

20 Id autẽ quod egreditur a filio hominis, illud polluit filium hominis.

21 [8] E medio enim, *hoc est* e corde filiorum hominis, exeunt cogitationes malæ, adulterium, scortatio, furtum, cædes,

22 Avaritia, malitia, fraus, [9] fœtor, oculus malus, maledicẽtia, superbia, amentia.

23 Hæc omnia mala ab interno exeũt, & polluunt filium hominis.

24 Inde surrexit Jeschua, & venit in confinium Tzur & Tzaidan, & ingressus est in domum quamdam: nec volebat ut quisquam hoc sciret: & non potuit latere.

25 Illico enim audivit mulier quædam de eo, cujus filiæ spiritus erat impurus, & veniens procidit ante pedes ejus,

26 (Illa autem mulier prophana erat ex Phœnice Syriæ) & petebat ab eo ut ejiceret dæmonium ex filia sua.

27 Et dixit ei Jeschua, Sine *ut* priùs saturentur filii. Non enim bonum est ut accipiamus panem filiorum, & projiciamus canibus.

28 Ipsa autem respondit, & dixit ei, Etiã Domine mi, etiam canes sub mẽsa comedunt micas filiorum.

29 Et dixit ei Jeschua, Abi: propter istũ sermonem [10] exiit dæmon a filia tua.

30 Et abiit domum suam, & invenit filiam suam jacentem in lecto: & exiverat ab ea dæmonium ejus.

31 Rursus egressus est Jeschua e cõfinio Tzur & Tzaidan, & venit ad mare Galilææ in confinium Decapolis.

32 Et adduxerunt ad eum surdũ quemdam balbutientem, & petebant ab eo ut poneret super eum manum.

33 Et extraxit eum à turba seorsim, & [11] injecit digitos suos in aures ejus, & spuit, ac tetigit linguam ejus.

34 Et suspexit in cælum, & ingemuit, dixitq; ei, Adaperitor.

7 r. Syrè, non est potens cõtaminans.

8 r. vel ab interno, ut exponitur versu 23. sive intrinsecùs.

9 Ab effectu designat ebrietatẽ, quæ hominem fœtidũ reddit. Eodem sensu accipitur 1. Pet. 4.3. r. videtur enim interpres ad propriam vocis ἀσελγείας notationẽ respexisse: quia mollia & effœminata Selgitarum in Pamphylia corpora perdito luxu lasciviãq; diffluebãt putrescebãntque. Hinc ἀσελγείας nomẽ. Auctor Vlpianus in Demosthenẽ.

10 r. Syrè, abiit sibi: Pleonasmus, ut Matt. 4.10.

11 r. vel ingessit, sive immisit.

est quocumque à me juvari posses, *insons erit*.

12 [s] Nec permittitis ampliùs eum quicquam præstare patri suo aut matri suæ:

13 [t] Irritum facientes sermonem Dei traditione vestra quam tradidistis: & similia hujusmodi multa facitis.

14 * Advocata etiã tota turba, dixit eis, Audite me omnes, & attendite.

15 Nihil est extra hominem quod ingrediens in eum, possit eum polluere: sed quæ egrediuntur ex eo, illa sunt quę polluunt hominem.

16 Siquis habet aures ad audiendum, audiat.

17 Et quum introisset domum *digressus* a turba, interrogârunt eum discipuli ejus de parabola.

18 Tunc dicit eis, Itáne & vos intelligentia caretis? non intelligitis quicquid extrinsecùs ingreditur in hominem, non posse eum polluere?

19 Nõ enim ingreditur in cor ejus, sed in ventrem: & in latrinam abit, [v] purgans omnes escas.

20 Dicebat autem, quod ex homine egreditur, illud polluere hominem.

21 * Intùs enim, ex corde hominũ malę cogitationes egrediuntur, adulteria, scortationes, cædes,

22 Furta, [x] augendæ rei artes, [y] scelera, dolus, protervia. [z] oculus malus, obtrectatio, superbia, amentia.

23 Omnia hæc scelera intùs exeunt, & polluunt hominem.

24 [a] * Et illinc surgens abiit in [b] confinia Tyri ac Sidonis: & ingressus domũ, neminem volebat *hoc* scire: sed non potuit latere.

25 Quum enim de eo audisset mulier, cujus filiola habebat spiritum impurum, venit, & accidit ad pedes ejus:

26 (Erat autem mulier [c] Græca, [d] Syrophœnissa gente) & rogavit eum ut dęmonium ejiceret ex filia sua.

27 Jesus autem dixit ei, Sine priùs saturari liberos: non est enim bonum accipere panem liberorum, & objicere [e] catellis.

28 Ipsa verò respondit, & dixit ei, [f] Etiã Domine: sed enim catelli edunt sub mẽsa ex micis puerorum.

29 Tunc dixit ei, Propter istum sermonem abi, exiit dæmonium ex filia tua.

30 Quum autem *illa* abiisset domum suam, invenit dæmonium exisse, & filiam projectam super lectum.

31 [g] Tunc regressus e finibus Tyri ac Sidonis, venit ad mare Galilææ, per medios fines [h] Decapolis.

32 Et offerunt ei surdum [i] difficulter loquentem: & precantur eum ut imponat ei manum.

33 *Ipse* verò quum [k] abduxisset eum è turba privatim, misit digitos suos in auriculas ejus: & quum spuisset, tetigit linguã ejus.

34 Et quum suspexisset in cælum, [l] ingemuit, dixitque ei, Ephphatha, quod est, Adaperitor.

s 1. Qui pecuniam misit in Gazophylacium, huic dicitis. nõ esse jam opus ut quicquã impertiat egentibus parentibus, quòd præcepto Dei sit factũ satis: & interim superstitione deterretis parentes, ne audeant a filiis exigere quod semel Deo dicatum videtur, ne sacrilegio sese reddant obnoxios.

t Id est, vestris constitutionibus populum onerantes efficitis ut sanctissima Dei præcepta negligat populus tamquã antiquata & abrogata.

* Matt. 15.10.

v Quod enim in latrinã vadit dicitur expurgare omnes cibos, quoniã est cibi fæx, & purgamẽtum.

* Gen. 6.5. & 8.21.

x Omnis generis versutiæ, quibus alii ex aliorum incõmodis sua captãt cõmoda.

y inveterata malitia.

z Vide Matth. 20.15. Heb. pro invidia.

a 8. Quod oblatum repudiant superbi, hoc velut extorquent modesti, & humiles peccatores.

* Matt. 15.21.

b In extremos Palæstinæ fines, vicinos Tyro & Sydoni.

c Religione Prophana.

d Vicina Damasco.

e Utitur diminutivo, ut maiore cum contemtu loqui videatur.

f Quasi dicat, Ita se res habet ut tu dicis. nam sanè debet esse catellis si vel micas excipiant. micas igitur peto, non filiorum panẽ.

g 8. Sicut nos initio Patet in uno filio ad hanc vitã condidit, ita etiam in eodem uno ad futuram vitam instaurat.

h Regiuncula erat, sed dicta à decem urbibus, quas intercursant & cingũt tetrarchiæ, Plinius lib. 5. cap. 18.

i Balbum.

k Acceptum ab illorum manibus. l Hinc perspicitur quàm singularis fuerit Christi amor erga homines quorum miseris ita condoluit.

35 Et statim adapertæ sunt ejus aures: & solutum est vinculum linguæ ipsius, & loquebatur rectè.

36 Et interdixit eis ne cui dicerent. sed [m] quantumcumque ipse eis interdixisset, multo magis [n] *hoc* prædicabant.

37 Et supra modum percellebantur, dicentes, Benè omnia fecit: facit ut & surdi audiant, & muti loquantur.

35 Et eadem hora adapertæ sunt aures ejus, & solutum est vinculum linguæ ejus, & loquutus est planè.

36 Et admonuit eos ut hoc nemini dicerent: & quo magis ipse admonebat eos, illi magis prædicabant.

37 Et vehementer mirabantur, & dicebant, Omnia benè facit, surdi facit ut audiant, & qui non loquuntur ut loquantur.

[m] Quo plus.

[n] Sub. quàm si ille nō prohibuisset.

CAPUT OCTAVUM.

[1] *Miraculum septem panum.* [11] *Iudæi signa quærunt.* [15] *Cavendum à doctrina Pharisæorum.* [22] *Cæcus sanatur.* [27] *Varia populi opinio de Christo.* [29] *Apostolorum de Christo confessio.* [31] *Prædicit mortem suam Christus.* [33] *Petrus, satan.* [35] *Animam servare & perdere.* [38] *Erubescere Christum.*

Diebus [a] *illis, quum multa omnino turba esset, nec haberēt quo vescerentur, advocatis Jesus discipulis suis, dixit eis,

2 Intima misericordia commoveor erga turbam: quia jam triduum manēt apud me, nec habent quo vescantur.

3 Quòd si dimisero eos jejunos [b] domū suam, [c] deficient in via. quidam enim ex eis procul venerunt.

4 Responderunt autem ei discipuli ejus, [d] Unde istos quispiam possit hîc satiare panibus in deserto?

5 Interrogavit autem eos, Quot panes habetis? Ipsi verò dixerunt, Septem.

6 Tunc denunciavit turbæ ut discumberet humi: & acceptis septem illis panibus, [e] quum gratias egisset, fregit, deditq; discipulis suis ut *eos* apponerent: & apposuerunt turbæ.

7 Habebant autem pisciculos paucos: & quum benedixisset, dixit ut hos etiam apponerent.

8 Comederunt autem, & saturati sunt: & sustulerunt fragmentorum quæ superfuerant, septem sportas.

9 Erant autem qui comederant, quasi quater mille: dimisitq; eos.

10 * Et statim ingressus in navigium cum discipulis suis, venit in partes Dalmanutha.

11 [f] [g] *Prodierunt autem Pharisæi, cœperúntque altercari cum eo, quærentes ab eo signum e cælo, ipsum tentando.

12 Ipse verò [h] quum altè ingemuisset spiritu suo, dixit, Cur gens ista signum requirit? amen dico vobis, [i] si dabitur isti genti signum.

13 *Et eis relictis, ingressus rursus navigium, abiit in ulteriorem *ripam.*

14 *Fuerant autem obliti discipuli sumere panes, & panem non nisi unum habebant secum in navigio.

15 [k] Tunc edixit eis, dicens, * Videte, cavete à fermento Pharisæorum, & [l] fermento Herodis.

16 [m] Disceptabant igitur alii adversus alios, dicentes, Panes non habemus.

17 *Id* autē quum nosset Jesus, dixit eis, [n] Quid disceptatis quòd panes nō habetis? nondum animum advertitis, nec intelligentia præditi estis? adhuc stupidum habetis cor vestrum?

18 Quum oculos habeatis non cernitis?

IN illis autem diebus, quum turba multa esset, nec esset aliquid quod comederent, advocavit discipulos suos, & dixit eis,

2 Miseret me turbæ hujus, quia ecce tribus diebus manserunt apud me, nec est eis quod comedant.

3 Etsi [1] eveniat ut dimittam eos jejunos in domos suas, lassi [2] *fient* in via. [3] Aliqui enim ex eis e longinquo venerunt.

4 Dicunt ei discipuli ejus, Vndénam potest quis hîc in solitudine saturare pane hos omnes?

5 Et interrogavit hos ipse, Quot panes sunt vobis? Dicunt ei, Septem.

6 Et præcepit turbis ut discumberent super terram: & accepit septem illos panes, & benedixit, & fregit, ac dedit discipulis ut apponerent: & apposuerunt turbis.

7 Et erant pisces pauci, & etiam super eis benedixit: & jussit ut apponerent eos.

8 Et comederunt, & saturati sunt, & sustulerunt reliquias fragmētorum sportas septem.

9 Erant autem homines qui comederant, quasi quatuor millia.

10 Et dimisit eos, & ascendit statim in navigium cum discipulis suis, & venit in locum [4] Dalmanutha.

11 Et egressi sunt Pharisæi, & cœperūt disputare cum eo, & petebant ab eo signū e cælo, tentantes eum.

12 Et ingemuit spiritu suo, & dixit, Quid quærit signum generatio hæc? amen dico vobis quòd [5] non dabitur signū generationi huic.

13 Et reliquit eos: & ascendit in navigium, & abierunt [6] in illud littus.

14 [7] Et obliti fuerant ut acciperent secum panem: & nisi una placenta non erat cum eis in navigio.

15 Et præcepit eis, dixitq; eis, Videte, cavete a fermento Pharisæorum & a fermento Hiraudis.

16 Et [8] disceptabant unus cum altero, ac dicebant, [9] Quia panis non est nobis.

17 Jeschua autem *id* cognovit, & dixit eis, Quid disceptatis vos quòd panis non sit vobis? [10] Non usque nunc intelligitis vos, & non consideratis vos? Quousque cor durum erit vobis?

18 Et oculi sunt vobis, & nō videtis? &

[a] 3. Vide anno. apud Matt. 15. 32.

* *Mat. 11. 21.*

[b] Domū scil. suam unumquemque.

[c] Ad verb. exsolventur. in deliquio enim animi nervi resolvuntur.

[d] Ex quo loco? versabantur enim in solitudine.

[e] Vide Matth. 14. 19. & 16. 26.

* *Mat. 15. 19.*

[f] 3. Obstinati doctrinæ Evāgelicæ hostes tot jampridem editis miraculis non credētes, nova requirunt. Christus autem iratus eos planè deserit.

[g] Hebræis familiaris loquutio, qua significatur Pharisæos eo cōsilio profectos domo ut eum aggrederētur.

* *Matth. 16. 1.*

[h] Ex ipsis animi penetralibus profecta sunt ista suspiria, quòd Dominus istorū tanta infidelitate esset vehementer commotus.

[i] Ecliptica oratio, Hebræis familiaris, in qua subaudiri debet, Patiar haberi mēdax, vel aliquid simile, quū plenam sententiā cōcipiunt, addunt, Hæc faciat mihi Dominus.

* *Matt. 16. 4.*

* *Matt. 16. 1.*

[k] 8. Cavendum potissimùm ab iis, qui verbū Dei adulterant, quocūque gradu, sive in Ecclesiā, sive in civili politia polleant.

* *Matth. 16. 6.*

[l] Vide Matth. 22. 16.

[m] 2. Terrenis addicti, ad cælestia quantumvis manifestè proposita, prorsus caligant.

[n] vide Matth. 16. 8.

[1] Syrè, Fiat. Vel, Fit.

[2] r. vel lassi forent, deferiscerentur in via præ lassitudine, id est, fieri posset ut defessi in via deficerent: hoc enim potentiali modo accipiēdum est, ut Gen. 27. 42.

[3] r. Syrè, viri: & ita passim.

[4] r. quæ regio sita est inter Decapolin & lacum Genezareth, ut ex adjunctis patet.

[5] r. Græcè, εἰ δοθήσεται. Si pro non, ut apud Hebræos in juramentis plurimùm: ut Heb. 3. 11.

[6] Ad verb. Ad illū transitum, Id est, Oppositum littus illi unde solverāt.

[7] Syrè, Erraverant. Sēsus autē est, per errorē oblivioni tradiderant. Idem verbum legitur eodem sensu ad Hebr. 7.

[8] Id est, Collatis cōgitationibus disputabant.

[9] r. Ellipsis, de qua in Matth. 13. 29. hæc dicit, inquiunt illi, quia panis non est nobis.

[10] Id est, Nōdum, Hebraismus.

aures

aures ſunt vobis, & non auditis? neque memores eſtis?

[n] Aliter diſtinguitur in Græco.

19 [n] Quum illos quinque panes frangerem quinque millibus, quot cophinos fragmentorum plenos ſuſtuliſtis? Dicunt ei, Duodecim.

20 Dixit eis, Et quum ſeptem quatuor millibus, quot ſportas fragmentorum plenas ſuſtuliſtis? Dicunt ei, Septem.

[12] Id eſt, Nondum, Hebraiſ.

21 Dixit eis, Quomodo [12] non uſque nunc conſideratis?

22 Et venit Beth-Tſaida, & adduxerũt ad eum cæcum, petebántque ab eo ut eum tangeret.

23 Et apprehendit manum cæci, & eduxit eum extra pagum, & ſpuit in oculos ejus, ac impoſuit manum ſuam, & interrogavit eum quídnam videret.

[13] Video homines eſſe, quia ambulát: & ſimiles eſſe arboribus, quia erecta ſunt ſtatura.

24 Et aſpexit, & ait, [13] Video filios hominis ſicut arbores, qui ambulant.

25 Iterum poſuit manum ſuam ſuper oculos ejus: & reſtitutus eſt, & videbat omnia dilucidè.

26 Et dimiſit eum domum ſuam, & dixit, Neque in pagum iſtum ingredieris, neque dices cuiquam in pago.

27 Et ingreſſus eſt Jeſchua & diſcipuli ejus in pagos Cæſareæ Philippi: & interrogabat diſcipulos ſuos in via ac dicebat eis, Quid dicunt homines de me quòd ſim?

28 Illi autem dixerunt, Quod *es* Juchãnan Baptiſta: & alii, quòd *es* Iliah: & alii, unus ex Prophetis.

29 Dixit eis Jeſchua, Vos autem quid dicitis de me quòd ſim? Reſpondit Schemeun Cipha, & dixit ei, Tu es Chriſtus filius Dei viventis.

30 Et interdixit eis ne cui *hoc* dicerent de ſe.

31 Et incipiebat docere eos quòd futurum eſſet ut Filius hominis pateretur multum, & ut reprobaretur a ſenioribus & a principibus ſacerdotum & a Legiſperitis, & occideretur, & tertio die reſurgeret.

32 Et apertè eum ſermonem loquebatur. Et accepit eum Cipha, & cœpit increpare eum.

33 Ille verò cõverſus eſt, & intuitus eſt diſcipulos ſuos, ac reprehẽdit Schemeun, & ait, [14] Abi poſt me Satana: quia non cogitas quod divinum *eſt*, ſed quod *eſt* filiorum hominis.

[14] 1. Syrè, abi tibi. Pleonaſmus, de quo Matth. 4. 19.

34 Et vocavit Jeſchua turbas cum diſcipulis ſuis, & dixit eis, Qui vult [15] venire poſt me, abneget ſeipſum, & tollat crucẽ ſuam, & [16] veniat poſt me.

[15] Id eſt, Me ſequi, Hebraiſ. ut paulò poſt.

[16] Id eſt, Sequatur.

35 Quicumque enim voluerit [17] ſervare animam ſuam, perdet eam: & quicumque [18] perdiderit animam ſuam propter me & Evangelium meum, [19] ſervabit eam.

[17] Ad verb. Vivificare: ex Hebræorum uſu.

[18] 1. vide in Matth. 16. 25.

[19] Ad verb. Vivificabit eum.

36 Quo enim juvatur filius hominis ſi mundum univerſum lucretur, & animæ ſuæ jacturam faciat?

37 Aut quam dabit filius hominis cõpenſationem animæ ſuæ?

38 Quiſquis enim erubuerit me, & ſermones meos in generatione hac pecca-

& quum aures habeatis, non auditis? neque memores eſtis?

19 * Quum quinque illos panes fregi illis quinquies mille, quot cophinos fragmentis plenos ſuſtuliſtis? Dicũt ei, Duodecim.

20 Quum autem ſeptem illos *panes* illis quater mille, quot ſportas fragmentis plenas ſuſtuliſtis? Illi verò dixerunt, Septem.

21 Tunc dixit eis, [o] Quomodo *hæc* non intelligitis?

22 [p] Venit autem [q] Bethſaidan: & obtulerunt ei cæcum, & precati ſunt eum ut ipſum tangeret.

23 Tunc prehenſa manu cæci, eduxit eum extra vicum: & [r] quum inſpuiſſet in oculos ejus, impoſuiſſétque ei manus, interrogavit eum ecquid videret.

24 Qui quum ſuſpexiſſet, dixit, [s] Video homines inſtar arborum ambulantes.

25 Deinde rurſum impoſuit manus oculis ejus, [t] fecitq; ut *denuò* oculos attolleret: & reſtitutus fuit, viditq; procul & dilucidè omnes.

26 [v] Tunc Jeſus miſit eum domum ſuã, dicẽs, Neque in vicum illum ingreditor, neque *hæc* dicito cuiquam in vico.

27 [x] * Egreſſus eſt autem Jeſus ac diſcipuli ejus in vicos Cæſareæ *quæ cognominatur* Philippi: & in via interrogavit diſcipulos ſuos, dicens eis, Quémnam eſſe me dicunt homines?

28 Illi verò reſponderunt, Johannem Baptiſtam: & alii Eliam: alii verò unum ex Prophetis.

29 Tunc ipſe dixit eis, Vos autem quẽ me dicitis eſſe? Reſpondens verò Petrus dicit ei, Tu es ille Chriſtus.

30 [y] Tunc [z] interminatus eſt ut nulli *id* dicerent de ſe.

31 [a] Et cœpit eos docere quòd oporteret Filium hominis multa pati, & reprobari à ſenioribus & primariis Sacerdotibus ac Scribis, & trucidari: & [b] tribus pòſt diebus reſurgere.

32 [c] Et apertè eum ſermonem loquebatur. Tunc prehenſum eum Petrus cœpit objurgare.

33 Ipſe verò converſus, & intuitus diſcipulos ſuos, objurgavit Petrum, dicens, [d] Abſcede a me Satana: nam [e] nõ ſapis quę Dei *ſunt*, ſed quæ *ſunt* hominum.

34 [f] Et quum advocaſſet turbam cum diſcipulis ſuis, dixit eis, * Quicumq; vult pone me venire abdicet ſemetipſum, & tollat crucem ſuam, ac ſequatur me.

35 * Quiſquis enim voluerit animã ſuã ſervare, perdet eam: quiſquis autem perdiderit animam ſuam caula mea & Evangelii, is ſervabit eam.

36 [g] Quid enim profuerit cuipiam ſi lucratus fuerit mundum totum, & anima ſua mulctetur?

37 Aut quam dabit quiſpiam compenſationem animæ ſuæ?

38 * Nam quemcumq; puduerit mei ac meorum ſermonum in gente iſta adultera

[o] Qui fieri potest ut hæc tã apertá tãmque manifesta non intelligatis?

[p] 2. Vera imago noſtræ regenerationis, quæ in nobis à mundo ſegregatis, paulatim à Chriſto perficitur.

[q] Hæc erat Galilææ civitas, ex qua Petrus & Andræas & Philippus Apoſtoli erant. Joh. 1. 44.

[r] Quòd Chriſtus non momento (ut ſæpe facere ſolitus eſt) ſed paulatim cæco viſum reſtituit, hoc ideo factũ eſſe probabile eſt, ut documentũ in hoc homine ſtatuere: liberæ ſuæ diſpenſationis, nec ſe adſtrictum eſſe ad certam normã, quin hoc vel illo modo virtutem ſuam proferat.

[s] Motum hominum percipiebat, quum formã ipſam nõ diſtingueret.

[t] i. Itercũ juſſit ut reipſa explorarет reſtẽ cerneret.

[v] 2. Miracula Chriſtus non vult à doctrina ſeparari.

[x] 2. Multi Chriſtum laudant, qui tamen eũ ſua laude ſpoliant.

* *Matt. 16. 13. Luc. 9. 19.*

[y] 2. Chriſtus ſua momenta prædicationi Evangelii prefixit.

[z] Additis minis prohibuit.

[a] 2. Chriſtus nec invitus neque ex inſpetato, ſed præſcius & volẽs, noſtri cauſa paſſus eſt quicquid eſt paſſus.

[b] tertio poſt die.

[c] 2. Nulli magis inſaniunt quàm qui extra verbũ Dei ſapiunt.

[d] Diſcede ex meo conſpectu.

[e] Non eſt iſta prudentia divina, ſed humana.

[f] 2. Diſcipulos Chriſti oportet domitis carnis affectibus, quicquid oneris imponit Dominus, fortiter ſuſtinere.

* *Mat. 10. 38. & 16. 24.*

Luc. 9. 23. & 17. 24. * *Matth. 10. 39. & 16. 25.* *Luc. 9. 24. & 17. 33.* *Joh. 12. 25.*

[g] Omnium hominum ſtultiſſimi ſunt qui hujus vitæ uſuram æternæ fœlicitatis jactura redimunt. * *Matth. 10. 33.* *Luc. 9. 26. & 12. 8.*

& peccatrice, Filium etiam hominis pudebit ejus, quãdo venerit in gloria patris sui cum Angelis illis sanctis.

trice & adultera, Filius quoque hominis [20] erubescet eũ quum venerit in gloriam patris sui cum Angelis ejus sanctis.

præpositio ἐν fieri postulat.

[20] F. vel pudebit ejus, quum venerit, in gloria Patris sui: quod Græca

CAPUT NONUM.

[2] *Transfiguratio Christi.* [7] *Christus audiẽdus.* [11] *De Elia & Johanne Bapt.* [14] *Dæmoniacus sanatur.* [23] *Fides omnia potest.* [31] *Prædicit Christus mortẽ suam.* [34] *Quis maximus inter Apostolos.* [36] *Christus puerum accipit in ulnas.* [42] *Scandalizare.* [50] *Sal. Pax.*

PRætereà *dixit eis, Amen dico vobis, sunt quidam ex iis qui hîc astant, qui nequaquam gustabunt mortem, usquedum viderint [a] regnum Dei venisse cum potentia.

2 *[b] Sexto verò pòst die assumit Jesus Petrum & Jacobum & Johannem, & subducit eos in montẽ sublimem seorsim solos: & transformatus fuit coram eis.

3 Et vestimenta ejus facta sunt [c] coruscantia, candida valdè ut nix, qualia [d] non potest fullo in terra dealbare.

4 Et visus est eis Elias cum Mose, qui colloquebantur cum Jesu.

5 Tunc respondens Petrus dicit Jesu, Rabbi, bonum est nos hîc esse: faciamus igitur tabernacula tria, tibi unum, & Mosi unum, & Eliæ unum.

6 Nec enim sciebat quid loqueretur: erant enim [e] exterriti.

7 Et exstitit nubes quæ inumbravit eos: venítque vox e nube, dicens, Hic est Filius ille meus, dilectus ille, ipsum audite.

8 Et repentè quum circumspexissent, non ampliùs viderunt quemquã, nisi solum Jesum secum.

9 [f] * Quum verò descenderent e monte, interdixit eis ut nemini narrarent quæ viderant, nisi postquam Filius hominis a mortuis resurrexisset.

10 *Ipsi* igitur hanc rem [g] continuerunt apud se, mutuò quærẽtes, quid illud esset, [h] A mortuis resurgere.

11 [i] Et interrogârunt eum dicentes, Cur Scribæ dicũt oportere ut * Elias priùs veniat?

12 Ipse verò respondens dixit eis, Elias quidem postquam priùs venerit, restituet omnia: sed * ut scriptum est de Filio hominis, *oportet* ut multa patiatur, & pro nihilo habeatur.

13 [k] Sed dico vobis, & Eliam venisse, & *ipsos* ei fecisse quęcumque voluerunt, sicut scriptum est de eo.

14 * Et quũ venisset ad discipulos *suos*, vidit turbam multam circa eos, & Scribas cum eis altercantes.

15 Et statim tota turba viso eo expavit: & accurrentes salutaverunt eum.

16 [l] Tunc interrogavit Scribas, Quid altercamini inter vos?

17 Et respondens quidam e turba dixit, Magister, adduxi filium meum ad te, habentem spiritum mutum.

18 Qui ubicumque eum corripuerit, [m] lacerat eum: *ipse* verò spumat, & stri-

ET dicebat eis, Ammin dico vobis quòd sunt quidam qui hîc stant, qui non gustabunt mortem donec viderint regnum Dei venisse cum potestate.

2 Et post sex dies accepit Jeschua Cipham & Jaakub & Juchannan, & subduxit eos in montem excelsum seorsim, & transformatus est ante oculos eorum.

3 Et resplendebat vestimentum ejus, candidúmque erat valdè, sicut nix: sicut filii hominis candidum facere in terra nõ possunt.

4 Et cõspecti sunt illis Musche & Iliah loquentes cum Jeschua.

5 Et dixit ei Cipha, Domine mi, bonum est nobis ut hîc simus, & faciamus tria tabernacula, tibi unum, & Musche unum, & Iliah unum.

6 Non autem sciebat quid diceret: erãt enim in pavore.

7 Et facta est nubes, & obũbrabat eos, & vox facta est e nube, quæ dixit, Hic est filius meus dilectus, ipsum audite.

8 Et repentè, quum aspicerent discipuli, neminem viderunt nisi Jeschua solum secum.

9 Et quum descenderent de monte, præcipiebat eis ut nemini dicerẽt id quod viderant, nisi postquam resurrexisset Filius hominis [1] a mortuis.

10 Et continuerunt sermonem istum apud sese, & quærebant quisnam esset hic sermo, *nempe* postquam resurrexisset a [2] mortuis.

11 Et interrogabant eum, & dicebant, Quid igitur dicunt Legisperiti quòd Iliah oportet ut veniat priùs?

12 Dixit eis, Iliah venturus est priùs ut ŏmnia restituat: [3] & sicut scriptum est de Filio hominis, *oportet* ut multùm patiatur & contemnatur.

13 Sed dico vobis quòd etiam Iliah venit, & fecerunt adversus eum quicquid voluerunt, sicut scriptum est de eo.

14 Et quũ venisset ad discipulos suos, vidit apud eos turbam multã, & Legisperitos disputantes cum eis.

15 Et eadem hora universa turba viderunt eum, & stupuerunt, & accurrentes [4] salutaverunt eum.

16 Et interrogavit Legisperitos, Quid altercamini cum eis?

17 Et respondit unus è turba, & dixit, Magister, adduxi filium meum ad te, cui est spiritus qui non loquitur.

18 Et quum apprehendit eum, prosternit eũ & lacerat, & stridet dentibus suis, &

[a] Regnum Dei vocat tempus illud quo Deus in Ecclesia sua patefacto Evãgelio, regnum suũ veluti inchoaturus erat: quod statim à resurrectione fieri cœpit, frustrà fremente mũdo. Anteà verò, quũ Christus adhuc infimus hominũ esset, paucis quibusdam discipulis, issque infirmissimis, eũ assectantibus, quodãmodo sepulta erat Regis nostri potestas.

* *Matth. 16. 28. Luc. 9. 27.*

[b] B. Christi mox in cruce exinaniẽdi, cęlestis gloria, visibilibus symbolis, Eliæ & Mosis præsentia & colloquio, ipsiúsq; adeò Patris voce, coram tribus discipulis, testibus omni exceptione majoribus, asseritur.

[c] Quasi scintillas emittẽtia.

[d] i. nullus fullo.

[e] i. præ metu apud se non erant.

[f] B. Dominus sua tempora Evangelii promulgationi definivit.

* *Matt. 17. 9.*

[g] Quasi cum labore.

[h] Non de universali illaquę futura est resurrectione quærebant, sed quod de peculiari illa sua resurrectione dixerat, non intelligebant.

[i] B. Stulta Rabbinorum opinio de Eliæ adventu refellitur.

* *Mal. 4. 1.*

* *Esa. 53. 4.*

[k] Nomen Eliæ Thesbitæ ad Johannem Baptistam transtulerat Malachias, quia ipse in collapso Ecclesiæ statu restaurando similis Eliæ futurus erat, quasi dicat Christus, Vera fuit promissio de venturo Elia, quæ etiam impleta fuit: sed jam à Scribis repudiatus fuit Elias, cujus inane nomen falsò mihi opponunt. * *Matth. 17. 10. Luc. 9. 32.*

[l] B. Christus miraculo confirmat etiam indignis, se venisse ut satanæ rabiem cohibeat.

[m] Interno dolore vexat, sicut in colico dolore accidere solet.

[1] Ad verb. Ab inter mortuos. Gallicè, *D'entre les morts*, vel e domo mortuorum.

[2] Ad verb. Ab inter mortuos, ut suprà.

[3] F. vel, & quomodo scriptũ est de Filio hominis, fore ut multùm patiatur contemnatúrque? in hanc sententiam, Putatísne ergo Pharisæorum sententiam cũ rei veritate planè convenire? Nã Eliam quidem fatẽtur verbis: sed neq; ipsum præsentem agnoverũt, neque administrationem & operationem ejus. Quòd si illum minimè noverunt omnium, nõ est cur ex illorũ verbis sententiãque de regno Christi judicetis. Etenim fuit præcursoris illius administratio, ut restituat omnia ante adventũ Regis spiritualis, ac non carnalis, restitutione. Isti de carnali putant. Quomodo autem, si de carnali accipitur, de regno Christi scriptũ est fore ut Christus patiatur multa? Hoc enim si verum est, ut est, ecqui restitutio illa carnalis intelligenda est?

[4] Ad verbum, Rogaverunt de pace ejus; Hebraismus.

arescit

arescit. dixíque discipulis tuis ut ejicerent illum, & non potuerunt.

19 Respondit Jeschua, & dixit ei, O generatio [5] incredula: usquequo ero vobiscum? & usquequo tolerabo vos? Adducite illum ad me.

20 Et adduxerunt illũ ad eum. Quúmque vidisset eum spiritus, eadẽ hora prostravit eum, & cecidit super terrã, & volvebat se, & lacerabat.

21 Et interrogavit Jeschua patrẽ ejus, [6] quantum ei tempus esset ex quo sic maneret. Dixit ei, Ecce, ab infantia sua.

22 Et temporibus multis abjicit eum in ignem & aquas, ut perdat eum: sed, quod possis juva me, & miserere mei.

23 Dixit ei Jeschua, Si potes tu credere, omnis res potest fieri ei qui credit.

24 Et eadẽ hora exclamavit pater pueri flens, & dixit, Ego credo: succurre defectui fidei meæ.

25 Quum vidisset autem Jeschua quòd accurreret populus qui congregaretur ad se, objurgavit illum spiritum impurum, & dixit ei, Spiritus surde, qui non loqueris, ego præcipio tibi, egredere ab eo, & rursus ne ingrediaris in eum.

26 Et clamavit dæmonium illud multum, & contrivit eum, & exivit: factúsq; est tamquam mortuus, adeò ut multi dicerent, Mortuus est.

27 Ipse verò Jeschua [7] apprehendit eũ manu ejus, & erexit eum.

28 Quum ingressus autẽ esset Jeschua domum, interrogaverunt eum discipuli ejus seorsim, Quare nos non potuimus ejicere illum?

29 Et dixit eis, hoc genus ulla re exire non potest, nisi jejunio & oratione.

30 Et quum egressus esset inde, transibant per Galilæam, & nolebat ut quisquã [8] hoc sciret de se.

31 Docebat enim discipulos suos, & dicebat eis, Filius hominis [9] traditur in manus filiorum hominis, & interficient eũ, & quum interfectus fuerit, die tertio resurget.

32 Illi autem nesciebant eum sermonẽ, & timebant ut interrogarent eum.

33 Et venerunt in Kephar-Nachum: & quum intrâssent in domum, interrogabat eos, Quídnam disputabatis in via inter vos?

34 Ipsi verò silebant: contenderant enim in via [10] unus cum altero, quis [11] maximus esset inter eos.

35 Et sedit Jeschua, vocavítque duodecim, & dixit eis, Is qui vult esse primus, ut sit postremus [12] cujusque, & minister cujusque.

36 Et accepit puerum unum, & statuit eum in medio, tulitq; eum in ulnas suas, & dixit eis,

37 Quisquis excipit *aliquem qui sit* sicut hic puer, in nomine meo, me excipit: & is qui me excipit, nequaquam [13] me excipit, sed eum qui me misit.

38 Dixit ei Juchannan, Domine mi, vidimus quendam qui ejicit dæmonia per nomen tuum, & prohibuimus eum propterea quòd non adhæreat nobis.

[5] Ad verb. Quę non est fidelis.

[6] Id est, Quantum temporis elapsum esset ex quo cœpisset sic affligi.

[7] Uno verbo exprimit, qd duobus Græcus contextus exponit. Nam אקים significat priùs jacentem erigere, & erectum stabilire.

[8] r. nempe se iter per Galilæam facere.

[9] 9. i. mox tradetur. vide in Matth. 2. 4.

[10] Ad verbum Unus cũ uno.

[11] Ad verbum, Magnus. Positivus pro superlativo ex Hebræorum idiotismo Chaldæis quoque & Syris communi.

[12] Ad verbum, Omnis hominis. Hebraismus, ut statim pòst.

[13] r. solum nẽpe. Ellipsis frequens in mẽbris antitheticis, ut Genes. 32. 28. & infrà 13. 11. & Johann. 12. 44.

det dentibus suis, & exarescit. Et dixi discipulis tuis, ut eum ejicerent, sed non potuerunt.

19 Ipse verò respondens ei dixit, O natio incredula, quousq; apud vos ero? quousque tolerabo vos? adducite eum ad me.

20 Illum igitur adduxerunt ad eum. Et eo [n] conspecto, statim spiritus [o] discerpsit eum: & *ille* quum cecidisset in terram, volutabat sese spumans.

21 Tunc interrogavit *Jesus* patrẽ ejus, Quantum temporis est quòd hoc accidit ei? Ipse verò ait, Ab infante.

22 Et sæpe eum tum in ignem abjecit, tum in aquas, ut perderet eũ. Sed si quid potes, succurre nobis, intima misericordia commotus erga nos.

23 Jesus autem dixit ei, Si potes hoc credere, [p] omnia fieri possunt credenti.

24 Pater verò pueri statim clamans cũ lacrymis dixit, Credo, Domine: succurre incredulitati meæ.

25 Quum vidisset autem Jesus turbam simul accurrere, objurgavit spiritum illũ impurum, dicens ei, [q] *Tu* spiritus mute & surde, ego tibi impero, Exi ab eo, & ne ampliùs ingreditor in eum.

26 [r] Et quum clamasset *spiritus*, multúmque discerpsisset eum, exivit: & *ille* factus est quasi mortuus, adeò ut multi dicerent, Certè mortuus est.

27 Jesus verò prehensa manu ejus, erexit eum: & *ille* surrexit.

28 [s] Quum autem esset ingressus domum, discipuli ejus interrogârunt eũ privatim, Cur nos non potuimus *spiritum* illum ejicere?

29 *Ipse* verò dixit eis, Hoc genus *dæmoniorum* [t] nulla re potest exire nisi precatione & jejunio.

30 *Et illinc egressi, [v] unà iter faciebant per Galilæam: nec volebat ut quisquam *id* sciret.

31 [x] Docebat enim discipulos suos & dicebat eis, Filius hominis tradetur in manus hominum, qui trucidabunt eum: sed trucidatus, tertio die resurget.

32 Ipsi verò ignorabant hoc dictum, & timebant eum interrogare.

33 [y] *Venit igitur Capernaumum. & quum venisset [z] domũ, interrogavit eos, Quid in via inter vos disceptabatis?

34 Ipsi verò siluerunt: nam alii adversus alios disseruerant in via, quis *esset futurus ipsorum* maximus.

35 Et quum consedisset, vocavit duodecim illos, & dixit eis, Si quis vult primus esse, erit omnium ultimus, & omniũ minister.

36 Et acceptum puerulũ statuit in medio eorum: eóque in ulnas recepto, dixit eis,

37 Quisquis unum ex talibus puerulis exceperit meo [a] nomine, me excipit: & quicumque me exceperit, [b] non me excipit, sed eum qui misit me.

38 [c] *Respõdit autem ei Johannes, dicens, Præceptor, [d] vidimus quemdam per nomen tuum ejicientem dæmonia, qui non sequitur nos: & prohibuimus eum, quia non sequitur nos.

[n] Protinus ac Jesus adductũ puerum aspexisset, spiritus cœpit suo more sævire.

[o] Id est, vellicavit cũ sensu gravissimo.

[p] Nihil est quod non velit & possit Christus ei qui in ipsum credit.

[q] Spiritui malo eam malitiã exprobrat, qua puero & auditum & sermonẽ ademerat: illíque indignatur, non puero, quòd opera Dei vitiarit.

[r] B. Quo Christi virtus propior, eo impotẽtiùs furit Satãn.

[s] B. Fide, ac proinde precibus & jejunio opus est ad Satanam ex vetere possessione dejiciẽdum.

[t] Nulla alia ratione.

* *Matth. 17. 22. luc. 9. 22.*

[v] Id est, adjunctis sibi discipulis.

[x] B. Sedulò quidẽ nos præmonet Christus ne improvisis malis opprimamur, sed incredibilis est hominis socordia.

[y] B. Sola humilitas attollit.

* *Matth. 18. 1. luc. 9. 46.*

[z] In quam solitus erat divertere.

[a] Mea causa, quòd mihi hunc honorẽ habeat.

[b] Non tam me excipit quàm, &c.

[c] B. Deus ordinariẽ vocationis auctor agit extra ordinem quoties libet. Probatur autem extraordinaria vocatio à doctrina & effectis.

* *Luc. 9. 49.*

[d] Quòd mali etiam potuerint Christi nomine dæmones ejicere, inde patet, quòd quidã dicturi sint Christo, Domine, Domine, nonne per nomẽ tuũ prophetavimus & per nomen tuũ dæmonia ejecimus? &c. Mat. 7. 22.

39 Jeſus autem ait, Ne illum prohibete. *nullus enim eſt qui edat virtutem per nomen meum, & poſſit citò malè loqui de me.

*1.Cor.12.3.

40 [e] Nam qui non eſt contra nos, pro nobis eſt.

41 *Quiſquis enim potum dederit vobis poculum aquæ in nomine meo, *id eſt* quòd ſitis Chriſti, amen dico vobis, nequaquam perdiderit mercedem ſuam.

42 [f] *Et quiſquis offendiculo fuerit uni ex parvis iſtis qui credunt in me, bonũ eſſet ei potiùs ſi circumponeretur ſaxum molare circa collum ejus, & projiceretur in mare.

43 * Quòd ſi manus tua facit ut tu offendas, abſcinde eam: bonum eſt tibi ad vitam ingredi mancum *potiùs*, quàm duas manus habentẽ abire in gehennam, *id eſt* in ignem illum inextinctum.

44 *Ubi vermis [g] eorum non interit, & ignis non extinguitur.

45 Et ſi pes tuus facit ut tu offendas, abſcinde eum: bonum eſt tibi ingredi in vitam claudum, *potiùs* quàm duos pedes habẽtem projici in gehennam, *id eſt* in ignẽ inextinctum.

46 Ubi vermis eorum non interit, & ignis non extinguitur.

47 Et ſi oculus tuus facit ut tu offendas, erue eum: bonum eſt tibi introire in regnum Dei luſcum, *potiùs* quàm duos oculos habentem projici in gehennam ignis:

48 Ubi vermis eorum non interit, & ignis non extinguitur.

49 [h] Nam omnis *homo* [i] igne ſalietur: *& omnis oblatio ſale ſalietur.

50 * Bonus eſt ſal: ſi verò ſal inſulſus fuerit, quónam ipſum condietis? [k] habete in vobisipſis ſalem, & pacem habete alii cum aliis.

39 Dixit eis Jeſchua, Ne prohibeatis eum, Non eſt enim quiſquam qui faciat virtutes per nomẽ meum, & poſſit citò dicere adverſum me id quod malum eſt.

40 Qui non eſt igitur contra vos, pro vobis eſt.

41 Quiſquis enim bibendum præbuerit vobis poculum aquæ dumtaxat eo nomine quòd Chriſti eſtis, ammin dico vobis quòd non perdet mercedem ſuam.

42 Et quiſquis offenderit unum ex iſtis parvulis qui credunt in me, tolerabilius eſſet ei ſi injecta eſſet mola aſinaria ad collum ejus, & projiceretur in mare.

43 Si autem offendiculo eſt tibi manus tua, abſcinde eam: tolerabilius eſt tibi mutilo, ut ingrediaris in vitam, quàm dũ tibi ambæ manus, abeas in gihannah:

44 Ubi vermis eorum non moritur, & ignis eorum non extinguitur.

45 Et, ſi pes tuus offendiculo eſt tibi, abſcinde eum: tolerabilius eſt tibi ut ingrediaris ad vitam claudus, quàm, dũ ſunt tibi ambo pedes, ruas in gihannah:

46 Ubi vermis eorum non moritur, & ignis eorum non extinguitur.

47 Et, ſi oculus offendiculo eſt tibi, erue eũ: tolerabilius eſt tibi ut uno oculo ingrediaris in regnum Dei, quàm, dũ ſunt tibi duo oculi, ruas in gihannah ignis:

48 Ubi vermis eorum non moritur, & ignis eorum non extinguitur.

49 [14] Omnis enim *res* igne ſalitur, & omnis victima ſale ſalietur.

50 Bonum eſt ſal: ſi autem ſal infatuatus fuerit, quónam ſalietur? Sit in vobis ſal, & in tranquillitate ſitis unus cum altero.

[e] Eſt proverbialis & Chriſtiana ſententia, qua monemur nõ rejiciendos eos qui vel tantillum veræ Dei notitiæ retinent, etſi ſe adhuc infirmos oſtendãt. 1.Corint.12. 3. Quod autem Matth. 12. 30. dicit Chriſtus, qui nõ eſt mecum adverſum me eſt, &c. ad eos pertinet qui ſe illius hoſtes eſſe ipſo facto jam declarant.

*Matth.10.42.

[f] 2. Deus adeò ſeverus eſt offendiculorũ ultor, ut quodvis damnum ferendum ſit potiùs quàm vel omnino cuipiam objiciendum offendiculum.

*Matth.18.6. luc.17.1.

*Matt.5.29. & 18.8.

*Eſa.66.24.

[g] Eorum ſcilicet, qui in eã flammam erũt conjecti.

[h] 2. Oportet nos à Deo veluti ſale macerari, tum ut ſimus victimæ ipſi grates, tum ut mutuò cõjuncti, alii alios ſaliamus.

[i] Vocat ignem ſanam & incorruptã doctrinã. 1. Cor. 3.13. alludit autem ad præceptum legis. quaſi dicat, Quemadmodum olim ſine ſale nulla hoſtia Deo accepta erat, ſic quiſquis ſe ritè offerre Deo voler, neceſſe eſt ut tam igne quàm ſale (i. verbo incorrupto) condiatur.

*Levit.2.13.

*Matth.5.11. luc.14.14.

[k] Quia ſal acrimonia ſua mordet, ideò ſtatim admoner ſic temperandam eſſe conditutam, ut pax interim ſalva maneat.

[14] Hortatur ad vitam incorruptam, ſumta à ſacrificiis ſimilitudine, quæ partim ſale, partim igne à corruptione purgabantur. Eſt autem impropria loquutio Igni ſaliri, ſed qua commodè, quid ignis & ſal commune habeãt, explicat, nempe quòd à putredine conſervent. F. videtur tamen ex ſermone Græco ſic potiùs reddendus eſſe locus, Omnis enim homo ſalietur igne, &c. loquutio autem eſſe metaleptica, ſalietur igne, pro eo quod eſt, igne purgabitur à malo, & tamquã ſale vindicabitur à corruptione ſua. Duo enim homini ſunt opus: unũ, ut homo ſpiritu ignis & fervoris abſcindat à ſe omne malum, quod antè hortabatur Chriſtus: alterum, ut quaſi ſale conditus à corruptione ampliùs ſuperventura vindicetur. Fiebat autem utrumque in ſacrificiis: & idem fieri à piis Chriſtus præcipit, quos ſacerdotes effecit coram Deo & Patre, ut hoſtiæ vivæ & acceptæ ſint in conſpectu ejus.

CAPUT DECIMUM.

[1] Uxor ob ſolam fornicationem dimittenda. [13] Parvuli Chriſto offeruntur. [17] A divite interrogatur Jeſus quomodo vita æterna poſſideatur. [28] Apoſtoli relinquentes omnia propter Chriſtum. [33] Chriſtus prædicit mortem ſuam. [35] Filiorum Zebedæi petitio. [45] Bartimæus cæcus ſanatur.

ET *illinc [a] digreſſus, venit in fines Judææ per oram Jordanis: & convenit rurſum turba ad eum: &, ut conſueverat, rurſum docebat eos.

2 Tunc accedentes Phariſæi interrogârunt eum an liceret viro uxorẽ dimittere: tentantes eum.

3 Ipſe verò reſpondens dixit, Quid vobis mandavit Moſes?

4 Ipſi autem dixerunt, * Moſes permiſit libellũ abſceſſionis ſcribere, & dimittere *uxorem*.

5 [b] Tunc reſpondẽs Jeſus dixit eis, Pro duritia cordis veſtri ſcripſit vobis [c] mandatum iſtud.

6 A principio verò creationis, *maſculum & fœminam fecit Deus.

ET ſurrexit inde, & venit in cõfinium Judææ [1] in adverſam ripã Jurdan. Et venerunt illuc ad eũ turbæ multæ: docebátque eos rurſum ſicut conſuetus erat.

2 Et acceſſerunt Phariſæi tentantes eũ, & interrogaverunt, Num licet viro ut dimittat uxorem ſuam?

3 Dixit eis, Quid præcepit vobis Muſche?

4 Ipſi autem dixerunt, Muſche permiſit nobis ut ſcribamus [2] ſcriptum dimiſſionis & dimittamus.

5 Reſpondit Jeſchua, & dixit eis, [3] Cõtra duritiem cordis veſtri ſcripſit vobis mandatum iſtud.

6 A principio autem maſculum & fœminam fecit eos Deus.

7 Propter

*Matt.19.1.

[a] Quum ſurrexiſſet, i. profectus, ſeu digreſſus: Hebræis enim ſedere idem eſt quod habitare, ſurgere quod proficiſci.

*Deut.24.2.

[b] 8. Repudia quæ lex toleravit, Deus tamen nunquã probavit.

[c] Vide Matth. 19.8. Moſes ſiquidem præceptũ non dedit de repudiãdis uxoribus: ſed potiùs cõtra inflexibilẽ maritorũ duritiem proſpexit.

*Gen.1.27. matt.19.4.

[1] Ad verbum, In tranſitum, Hebraiſmus.

[2] Iſt eſt, libellum repudii.

[3] F. vide in Matth.19.8.

7 Propter hoc deseret vir patrẽ suum & matrem suam, & adhærebit uxori suæ.

8 Erúntque ambo una caro. Igitur non sunt duo, sed una caro.

9 Quod itaque Deus conjunxit, filius hominis ne separet.

10 Et interrogaverunt eum rursus discipuli ejus in domo super hoc.

11 Et dixit eis, Quisquis reliquerit uxorem suam, & acceperit aliam, adulterium commisit.

12 Et si mulier reliquerit maritum suũ, & [4] facta fuerit alterius, committit adulterium.

[4] F. i. nupserit alteri, Hebraiss.

13 Et offerebant ei infantulos, ut tangeret eos: discipuli autem ejus reprimebant eos qui offerebant illos.

14 Ieschua autẽ quũ vidisset, indignatus est, & dixit eis, Sinite parvulos ut veniant ad me, & ne prohibeatis eos: illorũ enim, qui sicut isti sunt, est regnum Dei.

15 Ammin dico vobis, quòd quisquis nõ acceperit regnum Dei sicut parvulus, non ingredietur in illud.

16 Et sustulit eos in ulnas suas, & posuit manum suam super eos, & benedixit eis.

17 Et quum descẽdisset in viam, accurrit quidam: procidit super genua sua, & petebat ab eo, & dixit, Præceptor bone, quid faciam ut hæres sim vitæ æternæ?

18 Dixit ei Ieschua, Quid vocas tu me bonum? non est bonus nisi unus Deus.

19 Mandata nosti, Non adulterium cõmittas, Ne fureris, Ne occidas, & ne proferas testimonium falsum, Ne iniquè agas, Honora patrem tuum & matrem tuam.

20 Ille autem respondit, & dixit ei, Præceptor, hæc omnia custodivi à pueritia mea.

21 Ieschua autẽ intuitus est eum, & [5] dilexit eum, & dixit ei, Unum deest tibi: abi, vende quicquid est tibi, & da pauperibus: & erit tibi thesaurus in cælo, & accipe crucem tuam, [6] & veni post me.

[5] F. vel & amicè prehendit eum, καὶ μετέλαβεν. Sic enim Syris pariter & Græcis hoc verbum accipitur, אחד & ἀγαπᾶν. Atque haud scio an hæc interpretatio meliùs cõsilio Christi & argumento sequenti respõdeat. Varinus, ἀγαπᾷν ἀποδιγνῶσκω.

[6] Id est, Sequere me. Hebraismus.

22 Ille verò mœstus factus est in hoc sermone, & abiit [7] afflictus: erant enim ei divitiæ multæ.

[7] Ad verb. Quũ esset afflictio ei.

23 Intuitus est autem Ieschua discipulos suos, & ait eis, Quàm difficile est illis quibus sunt divitiæ, ut ingrediantur in regnum Dei!

24 Discipuli autem mirabantur ad sermones ipsius. Et respõdit rursus Ieschua, & dixit eis, Filii mei, quàm difficile est eis qui confidunt in divitiis suis, ut ingrediantur in regnum Dei!

25 Facilius est camelo ut ingrediatur in foramen acus, quàm divitem ingredi in regnum Dei.

26 Illi verò ampliùs admirabantur, & dicebant inter sese, Quis potest saluus esse?

27 Intuitus est autem eos Ieschua, & ait eis, apud filios hominis hoc non est possibile, sed apud Deum. cuncta enim possibilia sunt apud Deum.

28 Et cœpit Cipha dicere, Ecce, nos reliquimus omnia, & adhæsimus tibi.

29 Respondit Ieschua, & dixit, Ammin

7 *Propterea relinquet homo patrem suum & matrem, & agglutinabitur uxori suæ. * Gen. 2. 24. 1. cor. 6. 16. ephes. 5. 31.

8 Et qui duo *fuerant*, erunt caro una. Itaque non sunt ampliùs duo, sed una caro.

9 *Quod ergo Deus conjunxit, homo ne sejungat. * 1. Corint. 7. 10.

10 Et domi rursum discipuli ejus eadem de re interrogârunt eum.

11 *Ipse* verò dixit eis, *Quicumque dimiserit uxorem suam, & duxerit aliam, mœchatur adversus [d] eam. * Matth. 5. 32. & 19. 9. luc. 16. 18. 1. cor. 7. 10.

[d] Quam videlicet repudiavit. adulter enim est alteri consuescens.

12 Et, si mulier dimiserit virum suum, & nupserit alteri, mœchatur.

13 [e] * Tunc obtulerunt ei puerulos ut tangeret eos: discipuli verò objurgabant eos qui offerebant.

[e] B. Deus pro suâ bonitate non tãtùm patres, sed etiam eorum liberos in federe cõprehendit, ac proinde ipsis benedicit. * Matth. 19. 13. luc. 18. 15.

14 Quod quum vidisset Iesus, indignatus est, & dixit eis, Sinite puerulos venire ad me, & ne prohibete eos. [f] talium enim est regnum Dei.

[f] B. Malitia pueros fieri oportet, ut ingrediamur regnum cælorũ.

15 Amen dico vobis, quicumque non exceperit regnũ Dei ut puerulus, nequaquam in id ingredietur.

16 Et quum accepisset eos in ulnas, impositis in eos manibus, benedixit eis.

17 [g] [h] Egrediente autem ipso *ut sese daret* in viam, *quidam, quum accurrisset, & [i] accidisset ei ad genua, interrogavit eum, Præceptor bone, quid faciam ut vitam æternam possideam?

[g] B. Duo inprimis fugiẽda æternã vitã seriò quærentibus, opinio videlicet de suis meritis, quæ ex vera Legis consideratione intelligitur & refellitur: divitiarum amor, qui multos alacriter etiam currẽtes è medio cursu revocat.

[h] Quum iter ipse iniret. * Matt. 19. 16. luc. 18. 18.

[i] Vide Matth. 17. 14.

18 Iesus autem dixit ei, Cur me dicis bonum? nullus est bonus, nisi unus, *nempe* Deus.

19 Mandata nosti, * Ne mœchator, Ne occidito, Ne furator, Ne falsum testimonium dicito, Ne [k] damno afficito *quemquam*, Honora patrem tuum & matrem. * Exod. 20. 13.

[k] Nec vi, nec fraude, nec alia quavis ratione.

20 Ille verò respondens dixit ei, Magister, hæc omnia observavi a juventute mea.

21 Iesus autem eum intuitus, dilexit eũ, & dixit ei, Unum te deficit: abi, quæcumque habes vende, & da pauperibus: & habebis thesaurum in cælo: & veni, sequere me, sublata *in humeros* cruce.

22 Ille verò mœstus factus propter hũc sermonem, abiit contristatus: habebat enim possessiones multas.

23 Et quum circumspexisset Iesus, dicit discipulis suis, Quàm difficulter qui opes habent, in regnum Dei introibunt!

24 Discipuli verò expaverunt ad hos sermones ipsius. Iesus autem rursum respondens dixit eis, Filii, quàm difficile est eos qui confidunt opibus, in regnum Dei introire!

25 Facilius est camelum per foramen acus transire, quàm divitem in regnum Dei introire.

26 Illi verò ampliùs percellebantur, dicentes inter se, Et quis potest servari?

27 Intuitus autem eos Iesus dicit, Apud homines hoc fieri non potest, sed non apud Deum: nam omnia fieri possunt apud Deum.

28 [l] * Tunc Petrus cœpit dicere, ecce nos reliquimus omnia, & sequuti sumus te.

[l] B. Præ Christo omnia negligere, certũ est ad vitam æternam iter, modò nequid in via deficiat. * Matth. 19. 27. luc. 18. 28.

29 Respondens autem Iesus ait, Amen

dico vobis, nullus est qui reliquerit domum, aut fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut uxorem, aut liberos, aut agros, mea causa & Evangelii,

30 Quin accipiat [m] centuplicia nũc isto tempore, domos, & fratres, & sorores, & matres, & liberos, & agros, & [n] cum persequutionibus, & in seculo vẽturo vitam æternam.

31 *Multi autem primi, erunt ultimi: & ultimi, primi.

32 *[o] Erant autem in via ascendentes Hierosolyma: & præibat eis Jesus, & expavescebant, & *eum* sequendo terrebantur. Ipse verò assumtis rursum duodecim, illis cœpit dicere quæ sibi erant eventura.

33 *Dicens*, Ecce, ascendimus Hierosolyma, & Filius hominis tradetur principibus Sacerdotum & Scribis: & condemnabunt eum morte, tradẽtque eum Gentibus:

34 Et *ipsæ* illudent ei, & flagellabunt eũ, & inspuent in eum, & trucidabunt eum: sed tertia die resurget.

35 [p] * Tunc accedunt ad eum Jacobus & Johannes filii Zebedæi, dicentes, Magister, [q] velimus ut quicquid petierimus, præstes nobis.

36 Ipse verò dixit eis, Quid me vultis vobis præstare?

37 Illi autem dixerunt ei, Da nobis ut unus ad dexteram tuam & alter ad sinistrã tuam sedeamus in gloria tua.

38 Jesus autem dixit eis, Nescitis quid petatis. potestis bibere poculũ quod ego bibo, & [r] baptismo quo ego baptizor, baptizari?

39 Ipsi verò dixerunt ei, possumus. Jesus autem dixit eis, Poculum quidẽ quod ego bibo, bibetis: & baptismate quo ego baptizor, baptizabimini:

40 Sed sedere ad dextram meam & ad sinistram meam, non est meum dare, sed *dabitur* quibus paratum est.

41 Et quum *hæc* audissent *alii* decẽ, cœperunt indignari de Jacobo & Johanne.

42 [s] Jesus autem quum eos advocãsset, dixit eis, [t] * Scitis eos [v] qui censentur imperare Gentibus, dominari in eas: & earum magnates potestatem habere in eas.

43 Verùm non ita erit inter vos: sed quicumque voluerit fieri magnus inter vos, sit minister vester.

44 Et quicumq; voluerit ex vobis fieri primus, sit omnium servus.

45 Nam & Filius hominis non venit ut sibi ministraretur, sed ut ministraret, & daret animam suã redemptionis pretium pro multis.

46 [x] Tunc veniunt Hiericho: * eóque egrediente ab Hiericho, ac discipulis ejus, & turba multa, [y] filius Timæi Bartimæus cæcus sedebat apud viam mendicans.

47 Et quum audisset ipsum esse Jesum illum Nazarenum, cœpit clamare, & dicere, Fili Davidis Jesu, miserere mei.

48 Objurgabant autem eum multi ut sileret: ille verò multo magis clamabat,

dico vobis, nemo est qui reliquerit domos, aut fratres, aut sorores, aut patrẽ, aut matrem, aut uxorẽ, aut liberos, aut agros propter me, & propter Evangelium meũ,

30 Quin accipiat [8] unum in centũ nunc in tempore hoc, domos, & fratres, & sorores, & matres, & liberos & agros, cum persequutionibus, & in seculo venturo vitam quæ est in æternum.

31 Multi autem primi, erunt postremi: & postremi, primi.

32 Quum ascenderẽt autem in via versus Urischelem, Jeschua ipse antecedebat eos. & mirabantur, & [9] ibãt post eum [10] timentes. Et accepit duodecim suos, & cœpit dicere eis id quod futurum erat ut evéniret sibi.

33 Nempe, Ecce ascendimus Urischelem, & filius hominis [11] traditur principibus sacerdotum & Legisperitis: & condemnabunt eum ad mortem, & tradẽt eum Gentibus.

34 Et illudent ei, & flagellabunt eum, & conspuent in faciem ejus, & occident eũ: & in die tertio resurget.

35 Et accesserunt ad eum Jaakub & Juchannan filii Zabedai, & dixerunt ei, Præceptor, volumus ut quicquid petierimus facias nobis.

36 Dixit eis, Quid cupitis *ut* faciam vobis?

37 Dicunt ei, Da nobis ut unus sedeat a dextra tua, [12] & alter a sinistra tua in gloria tua.

38 Ipse autẽ dixit eis, Nescitis quid petatis. potestis vos bibere poculum quod ego bibo, & baptismo quo ego baptizor, [13] baptizari?

39 Dicunt ei, Possumus. Dixit eis Jeschua, Poculum quod ego bibo, bibetis: & baptismo quo ego baptizor, baptizabimini.

40 Ut autem sedeatis a dextra mea & a sinistra mea, non est meum [14] dare, nisi illis quibus paratum est.

41 Et quum audivissent decem [15] cœperunt murmurare adversus Jaakub & Juchannan.

42 Et vocavit eos Jeschua, & dixit eis, Scitis quòd ii qui reputantur capita Gentium, domini earum sint, & magnates earum dominentur super eas.

43 Non autem sic erit inter vos: sed qui vult in vobis [16] fieri magnus, erit vobis minister.

44 Et qui ex vobis vult esse primus, erit servus omnis hominis.

45 Etenim Filius quoque hominis nõ venit ut ministraretur sibi, sed ut ministraret, & daret animam suam redemtionem pro multis.

46 Et venerunt Irichu. Et quum egressus esset Jeschua ab Irichu, ipse & discipuli ejus & turba multa, Timai filius Timai, cæcus, sedebat juxta viam, & mendicabat.

47 Et audivit quòd Jesus esset Nazarenus, & cœpit clamare, & dicere, Fili David, miserere mei.

48 Et reprimebãt eum multi ut sileret. Ille autem magis clamabat, & dicebat, Fili David,

m Centies tantumdem, nẽpe quoad verum usum & commoda hujus vitæ, si modò illa non ex copia & cupiditate nostra metiamur, sed ex Dei voluntate.

n In mediis etiã persequutionibus.

* *Mat. 19.30. Luc. 18.30.*

* *Mat. 20.17. Luc. 18.31.*

o n. Rursus discipuli ad invictam patiẽtiam præparãtur mortis imminentis, & simul certò sequuturæ vitæ denunciatione.

p n. omnino priùs certandũ est, quàm triũphandum.

* *Matt. 20.20.*

q Rogamus. Hæc autem testantur quàm ferociat caro, & quanta cupiditate aspiret ad honores.

r Vide Matth. 20.26.

s n. Magistratus secundùm Deũ suis subjectis imperãt: pastores autẽ non ad dominandum, sed ad serviẽdum vocati sunt, præeunte ipsis Dei Filio, quatenus & ipse fuit volũtatis Patris minister.

t q.d. Quoties auditis de regno cælorum, quod utique spirituale est, nec minùs differt à regno mundi, quàm terra differt à cælo, nolite vobis fingere talem speciem rerum qualem videtis in regnis terrenis. Scitis enim, &c.

* *Luc. 22.25.*

v Quibus decretum est & constitutum.

x n. Christus unus fide invocatus, cæcitatem nostrã sanat.

* *Matt. 20.29. Luc. 18.35.*

y Exponit quid significet Bartimæus, nẽpe Filium Timæi, unde apparet istũ vulgo celebrem fuisse, sicut ille de quo Joh. 9.1.

8 Id est, Unum auctum in cẽtum. Hebraismus. Vide annot. in Matt. 19.29. id autẽ est, cum cẽtesimo, ut Plinius loquitur, vel centuplum tantum.

9 Id est, Sequebantur.

10 F. vel timẽtes, quum accipiens suos duodecim cœpisset dicere eis, &c.

11 F. Id est, mox tradetur, vide in Matth. 2.4.

12 Ad verb. Unus.

13 F. per ellipsin literæ ל. Sic enim loquuntur Syri, potestis ut baptizemini: pro eo quod nos dicimus, potestis baptizari. Sic præcedẽte membro.

14 F. dare *vobis*, sed illis quibus p. ita Syrus cũ Græco consentiens.

15 Ad verb. Cœperunt murmurantes. Syra phrasis.

16 Pro maximus. positivus pro superlativo, ut antè notatum.

Fili David, miserere mei.

49 Et stetit Jeschua, & præcepit ut vocarent eum. Et vocarunt cæcum, & dicunt ei, [17] Bono sis animo: vocat te.

50 Ipse autem cæcus abjecit vestimenta sua: & surgens venit ad Jeschua.

51 Et dixit ei Jeschua, Quid vis ut faciã tibi? Ipse autem cæcus dixit, Domine mi, ut videam.

52 Et Jeschua dixit ei, Videto: fides tua [18] servavit te. Et statim visus restitutus est ei: & abibat per viam.

[17] Ad ver. Cordatus esto.

[18] Ad ver. Vivificavit te. Hebr.

Fili Davidis, miserere mei.

49 Tunc Jesus quum substitisset, jussit eum vocari. vocant igitur cæcum, dicentes ei, Confide, surge: vocat te.

50 Ipse verò abjecto pallio suo quum surrexisset, venit ad Jesum.

51 Et respondens dixit ei Jesus, Quid vis tibi faciam? Cęcus autem ait ei, [z] Rabboni, ut visum recipiam.

52 Jesus autem dixit ei, Abi, [a] fides tua te servavit. Statim igitur recepit visum, & sequebatur Jesum in illo itinere.

[z] Id est, Magister, ut Joham interpretatur 20.16.

[a] Certè fides nos salvos reddit, nõ opera, nõ merita nostra. Nam divinæ misericordiæ & gratuitæ gratiæ est, quòd vivimus.

CAPUT UNDECIMUM.

[1] Christus ingreditur Jerusalem vectus asello. [13] Ficus infructuosa maledicitur. [15] Ejiciuntur templo vendentes & ementes. [23] Virtus fidei. [24] Fides orationis. [25] Peccata fratri remittenda. [27] Sacerdotes petunt qua auctoritate Christus faciat quæ facit. [30] Baptismus Johannis unde.

ET quũ appropinquaret Urischelem juxta Beth-Page & Beth-Aniah ad montem Olivarum, misit duos ex discipulis suis.

2 Et dixit eis, ite in pagum illum qui contra nos est: & statim eadem hora qua ingrediemini in eum, invenietis pullum qui alligatus est, cui nemo ex filiis hominis insedit, solvite, adducite eum.

3 Et si quis dixerit vobis, Cur facitis hoc? Dicite ei, Quia pro Domino nostro [1] petitur. & statim mittet eum huc.

4 Et abeuntes, invenerunt pullum qui vinctus erat ad januam foris in platea. Et quum solverent,

5 Quidam ex eis qui adstabant, dixerunt eis, Quid facitis quòd solvitis pullum?

6 Ipsi verò dixerunt ei sicut mandaverat eis Jeschua: & illi dimiserunt eos.

7 Et adduxerunt pullum ad Jeschua: & injecerunt super eum vestimenta sua, & sedit super eum Jeschua.

8 Multi autem ponebant vestimenta sua in via: & alii cædebant ramos ex arboribus, & ponebant in via.

9 Et qui ante eum & qui post eum erant clamabãt, & dicebant, [2] Huschaanah, benedictus est qui venit in nomine Domini.

10 Et benedictum sit regnum quod venit patris nostri David: Huschaanah.

11 Et ingressus est Jeschua in Urischelem in templum, & consideravit omnia. Quum esset autem tempus vespertinum, ingressus est in Beth-Aniah cum duodecim.

12 Et die postero quum egrederetur ex Beth-Aniah, esuriit.

13 Et vidit ficum unam e longinquo, in qua erant folia, & venit ad eam [3] ut *videret* si inveniret in ea aliquid: & quum venisset, non invenit in ea nisi folia. Tempus enim non erat ficuum.

14 Et dixit illi, Deinceps & in perpetuum nemo ex te fructus comedat. Et audiverunt discipuli ejus [4] & venerunt in Urischelem.

15 Ac ingressus est Jeschua in templum Dei, & cœpit ejicere eos qui emebant & vendebant in templo: [5] & evertit mensas

[1] r. i. desideratur, & opus est eo: ut Matt. 21. 3.

[2] Vide Matt. c. 21. 9.

[3] r. Ellipsis frequẽs apud Hebræos & Syros ante particulas si & ne, visurus si inveniret, &c. i. in oratione ὅτοῦ ποιῆ & ἀποκριθῶ: ut Genes. 3. 22. & infr. 14. 2.

[4] r. Hæc verba omnino præstat aptari sequenti versui.

[5] Vide de hoc, annot. in Mat. cap. 21, 12.

QUum [a] * autem appropinquarent Hierosolymis ad Bethphage & Bethaniam apud montem Olearum, misit duos e discipulis suis,

2 Et dicit eis, Abite in vicum qui vobis est ex adverso: & statim ut ingrediemini in eum, invenietis pullum ligatum, in quo [b] nullus hominum sedit: solvite eũ & adducite.

3 Quòd si quis vobis dixerit, Cur hoc facitis? dicite, quoniam eo opus est Domino: & eum statim hûc mittet.

4 Abierunt igitur & invenerunt pullum ligatum ad ostium foris in bivio: & solverunt eum.

5 Tunc quidam eorum qui illic adstabant, dixerunt eis, Quid facitis qui solvitis pullum?

6 Ipsi verò dixerunt eis prout mandarat Jesus: & *illi* dimiserunt eos.

7 *Adduxerunt igitur pullum ad Jesum, & injecerunt ei pallia sua, & insedit ei.

8 Multi verò pallia sua straverunt per viam: alii autem frondes cædebant ex arboribus, & sternebant in viam.

9 Et qui præibant, quique sequebantur, clamabant dicentes, Hosanna, [c] benedictus qui venit in nomine Domini.

10 [d] Benedictum regnum patris nostri David, quod venit in nomine Domini: hosanna *ô qui es in cælis* altissimis.

11 *Et ingressus est Hierosolymam Dominus, & in templum: quúmque circumspexisset omnia, & [e] vespera jam hora esset, abiit ad Bethaniam cum illis duodecim.

12 *Et postero die quum exissent Bethania, esuriit.

13 [f] Quúmque procul vidisset ficum habentem folia, venit *visurus* videlicet num inveniret aliquid in ea: & quum venisset ad eam, nihil invenit nisi folia, non enim erat tempus ficuum.

14 Tunc [g] respondens Jesus dixit ficui, Ne ampliùs ex te in seculum quisquam fructum comedat. Et *hoc* audierunt discipuli ejus.

15 [h] Veniunt igitur Hierosolymam. Et ingressus Jesus in templum, cœpit ejicere eos qui vendebant & emebant in tem-

[a] 2. Viva spiritualis in terris regni Christi imago. *Mat. 21. 1. Luc. 19. 29.*

[b] Nondum nullus homo.

Joh. 12. 14.

[c] Bene sit ei qui ad nos venit divinitùs, & a Deo missus. Omnia autem hæc respiciunt promissiones de venturo Messia, quamvis quod ipsius regnum esset non intelligerent.

[d] Fœlix ac prosperum sit.

Mat. 21. 20. Luc. 19. 45.

[e] Tempus vespertinum.

Mat. 21. 19.

[f] 2. Exemplum ultionis quæ hypocritas manet.

[g] Hîc manifestè apparet Hebraismus. nam alioqui nemo dicatur ficui respondere.

[h] 2. Christus reipsa ostendit se verè esse Regem illum ac Pontificem, ac proinde cẽplà & divini cultus vindicem.

plo, & mēſas numulariorum, & cathedras vendentium columbas ſubvertit.

16 Nec ſinebat ut quiſquam deportaret [i] vas per templum.

17 Et docebat dicens eis, Nónne ſcriptum eſt, *domum meam domum precationis [k] vocatum iri ab omnibus Gentibus? * vos autem eam feciſtis ſpeluncam latronum.

18 Et *hoc* audierunt Scribæ & primarii Sacerdotes, & quærebant, quomodo eum perderent. timebant enim eum, quia tota turba percellebatur ſuper doctrina ipſius.

19 Quum verò veſpera advenisſet, egreſſus eſt Ieſus extra urbem.

20 [l] *Et manè [m] iter facientes prope ficum, viderunt eam exaruiſſe radicitùs.

21 Tunc recordatus Petrus dixit ei, Rabbi, ecce, ficus illa cui imprecatus es, exaruit.

22 Et reſpondens Ieſus dixit eis, Habete [n] fidem Dei.

23 Amen enim dico vobis, quicumque dixerit monti huic, Tolle te & projice te in mare: nec addubitaverit in corde ſuo, ſed crediderit futura quæ dicit, fiet ei quicquid dixerit.

24 *Propterea dico vobis, quæcumque precantes petitis, credite [o] vos accepturos: & erunt vobis.

25 * Et quum [p] adſtiteritis precantes, remittite ſi quid habetis adverſus aliquem: ut & Pater ille veſter qui in cælis *eſt*, remittat vobis offenſas veſtras.

26 Nam ſi vos non remiſeritis, nec Pater ille veſter qui in cælis *eſt*, remittet offenſas veſtras.

27 [q] *Tunc veniunt rurſus Hieroſolymam: & quum ipſe ambularet in templo, veniunt ad eum primarii Sacerdotes & Scribæ & Seniores:

28 Et dicunt ei, Qua auctoritate iſta facis? & quis tibi dedit auctoritatem iſtam, ut hæc facias?

29 Ieſus autem reſpondens dixit eis, Interrogabo vos & ego rem quandam. Reſpondete igitur mihi, & dicā vobis qua auctoritate hæc faciam.

30 Baptiſma Iohannis e cælo erat, an ex hominibus? reſpondete mihi.

31 Ratiocinabantur autem apud ſe, dicentes, Si dixerimus, E cælo: dicet, Quare ergo non credidiſtis ei?

32 [r] Sed ſi dicamus, Ex hominibus: timemus populum. omnes enim ſentiebant de Iohanne, eum verè Prophetam fuiſſe.

33 Tunc reſpondētes dicunt Ieſu, Neſcimus. Et Ieſus reſpondens dicit eis, Nec ego dicam vobis qua auctoritate hæc faciam.

numulariorum, & cathedras eorum qui vendebant columbas.

16 Neque ſinebat ut quiſquam deportaret vaſa per templum Dei.

17 Et docebat, & dicebat eis, Nónne ſcriptum eſt, Domus mea, domus orationis vocabitur omnibus gentibus? vos autem feciſtis eam ſpeluncam latronum.

18 Et audiverunt principes Sacerdotum & Legiſperiti, & quærebant quomodo perderent eum. Timebant enim ab eo, quia univerſus populus mirabantur in doctrina ejus.

19 Et quum ſerum eſſet, egreſſi ſunt extra urbem.

20 Et manè quum tranſirent, viderunt ficum illam aridam à radice ſua.

21 Et recordatus eſt Schemeun, & dixit ei, Domine mi, Ecce, ficus illa quam exſecratus es, aruit.

22 Et reſpondit Ieſchua & dixit eis, Sit in vobis fides Dei.

23 Ammin dico vobis, quòd is qui dixerit monti huic, Tolle te, & cade in mare, nec hæſitaverit in corde ſuo, ſed crediderit quòd fiet id quod dixit, fiet ei quod dixerit.

24 Propter hoc dico vobis quòd quicquid oratis & petitis, credite quòd [6] accipitis: & fiet vobis.

25 Et quū ſtatis ad orandum, remittite id quod eſt vobis adverſus aliquem: ut etiam pater veſter, qui eſt in cælo remittat vobis delicta veſtra.

26 Si verò vos non remittitis, nec etiā Pater veſter, qui eſt in cælo, remittet vobis delicta veſtra.

27 Et venerunt rurſus Uriſchelem. & quum ambularet in templo, venerunt ad eum principes Sacerdotum, Legiſperiti, & Seniores.

28 Et dicunt ei, In qua poteſtate hæc facis? & quiſnam dedit tibi poteſtatem hanc ut hæc facias?

29 Ipſe autem Ieſchua dixit eis, Interrogabo ego vos quoq; ſermonem unum ut dicatis mihi, & ego dicam vobis in qua poteſtate hæc facio.

30 Baptiſmus Iuchannan undenam eſt? E cælo, an ex filiis hominis? dicite mihi.

31 Et ratiocinabantur [7] in ſeipſis, & dicebant, Si dixerimus ei, quòd eſt e cælo, dicet nobis, Et quare non credidiſtis ei?

32 Et ſi dixerimus [8] quòd eſt e filiis hominis, metus eſt a populo. Omnes enim [9] tenebant ipſum Iuchannan quòd verè propheta eſſet.

33 Et reſponderunt & dixerūt Ieſchua, Neſcimus. Dixit eis, Ego quoque non dico vobis in qua poteſtate hæc facio.

i i. inſtrumentum ullū, prophanum videlicet, cuiuſmodi plurima habebāt iſti, quibus atriū templi cœperat eſſe pro foro.
* Eſa. 56. 7.
k Palām erit, & habebitur.
* Jerem. 7. 11.

l h Fidei vis lōgè maxima: cohæret autem cum fide charitas.
* Mat. 21. 19.
m Juxta ipſam ficum iter facientes. erat enim in via, ut dicit Matt.
n Fides Dei, eſt quæ Deo habetur. Id eſt certum eſſe, Deū præſtiturum quod promiſit.
* Matt. 7. 7. Luc. 11. 9.
o Ad ver. quod accipitis. tempus autē præſens quaſi rem exhibet.
* Matt. 6. 14.
p i. quum apparueritis coram altari. Hinc diſce, Nihil æquè a nobis Deum requirere, quā mutuam dilectionem, ut alii aliis diſimus: hoc eſt, ut ſua imago & bonitas inter nos luceat.
q 8. Ordinariæ ſucceſſionis obtentu jampridem oppugnatum Evangelium.
* Matt. 21. 14. Luc. 20. 1.

r n. Merces malæ cōſcientiæ, timere eos quibus timori eſſe licuit.

6 F. i. accepturi eſtis. vide in Matt. 2. 4.

7 F. Syrè, cum animis ſuis: ut etiam paſſim.

8 F. In Græco textu ſermo eſt anantapodotos, ut apud Hebræos, Græcos, & Latinos ſæpe. Sed ſi dixerimus, ab hominibus eſt, qd nobis fiet? aut aliquid ſimile, ut Lucæ 13. 9. & 22. 42. niſi quis fortè legere malit ἐρωτήσωμεν, ſed dicamūsne, ex hominibus? deinde ſequatur ætiologia cur hoc non expediat fieri: quod genus ellipſeos notavimus in Mat. 13. 29. Syrus verò ſenſum expreſſit omiſſo hoc figurato loquendi genere: itaque rē expoſuit, at nō vim & φάσιν argumentationis iſtius.

9 i. Habebant. Galli Syram phraſin apiè exprimunt. *Ils tenoyent Jean pour un vray prophete.* Etiā Germani, *Sie hielten Johannem für ein propheten.*

CAPUT DUODECIMUM.

1 De Vinea. 10 Chriſtus, lapis reprobatus a Iudæis. 13 De tributo dando Cæſari. 18 Sadducæi negantes reſurrectionem. 28 Primum mandatum. 33 Dilectio Dei & proximi præponitur ſacrificiis. 36 Chriſtus, filius Davidis. 38 Cavendum a Scribis & Phariſæis. 42 Vidua paupercula.

*Mat. 21. 33. Luc. 20. 9. Eſa 5. 1. Jerem. 2. 21.

* ET [a] cœpit eis per [b] parabolas dicere, Vineam plantavit quidam, & circū-

ET cœpit loqui cum eis per parabolas. Vir quidam plantavit vineam, & circum

a n. Dei vocatio nec locis nec perſonis nec temporibus certis eſt ſine exceptione adſtricta.

b Parabola apud Evangeliſtas non tantùm collationem aut comparationem, ſed etiam ænigmata & allegorias ſignificat.

circumdedit eam sepe, & fodit in ea torcular, & exstruxit in ea turrim, & possidendã eam tradidit agricolis, & peregrè profectus est.

2 Et misit ad agricolas servum suum in tempore, ut de fructibus vineæ acciperet.

3 Illi autem percusserunt eum, & dimiserunt eum vacuum.

4 Et misit rursum ad eos servum alium: & etiam illum lapidaverunt & contuderunt, & remiserunt cum ignominia.

5 Et misit rursum alium, & etiam illum occiderunt: & multos servos alios misit, & *aliquos* ex eis percusserunt, *aliquos* autẽ ex eis occiderunt.

6 [1] In fine autem unus filius dilectus erat ei, & misit eum ad illos tandem. dicebat enim, [2]]am [3] erubescent à filio meo.

7 Illi verò agricolæ dixerunt apud seipsos, Hic est hæres: venite, occidamus eũ, & erit nostra hæreditas.

8 Et accipientes occiderunt eum, & ejecerunt extra vineam.

9 Quid igitur faciet dominus vineę? Veniẽs perdet illos agricolas, & dabit ipsam vineam aliis.

10 Atque ne Scripturam quidem hanc legistis? Lapis quem reprobaverunt ædificantes, factus est in caput anguli:

11 A Domino [4] factum est istud, & est mirabile in oculis nostris?

12 Et quærebant prehendere eum, ac timebant a populo. norãt enim quòd adversus ipsos dixisset parabolam hanc. & reliquerunt eum, & abierunt.

13 Et miserunt ad eum [5] quosdam ex Legisperitis, & ex domesticis Hiraudis, [6] ut illaquearent eum in sermone.

14 Illi autem venerunt, & interrogaverũt eum, Magister, scimus quòd verax es, neque suscipis curam cujusquam. nõ enim respicis vultus filiorum hominis, sed in veritate viam Dei doces. Licet dare argentum capitationis Cæsari, an non? demus, an non demus?

15 Ipse autem novit dolum eorum, & dixit eis, Quid tẽtatis me? Adferte mihi denarium: videam.

16 Et attulerunt ei. Dixit eis, Cujus est imago hæc, & inscriptio? Illi autem dixerunt, Cæsaris.

17 Dixit eis]eschua, Quæ *sunt* Cæsaris, Cæsari date, & *quæ* Dei, Deo. Et admirati sunt de eo.

18 Et venerunt [7] Zaddukæi ad eum, qui dicunt quòd resurrectio mortuorum non est. Et interrogaverunt eum, & dixerunt,

19 Præceptor, Musche scripsit nobis, Quòd si moriatur frater alicujus, & relinquat uxorem, & filios non relinquat, accipiat frater ejus uxorem ejus, & exsuscitet semen fratri suo.

20 Septem fratres erant: primus accepit uxorem, & mortuus est, & nõ reliquit semen.

21 Et secũdus accepit eã & mortuus est, neq; ipse relinquẽs semẽ: & tertius similiter.

22 [8] Et septem illi acceperunt eam, neq; reliquerunt semen. ultima omnium mortua est etiam ipsa mulier.

23 In resurrectione ergo cujus ex eis

posuit sepem, & fodit lacum, & ædificavit turrim, & elocavit eam agricolis: ac peregrè profectus est.

2 Misitq; servum ad agricolas *suo* [c] tempore, ut ab agricolis acciperet ex fructu vineæ.

3 Illi verò captum eum cæciderunt, ac remiserunt inanem.

4 Et rursum misit ad eos alium servum, *& illi* huic quoque lapidato, caput comminuerunt, & remiserunt dedecoratum.

5 Et rursum alium misit: & illum trucidârunt, multósque alios, hos quidem cædentes, illos verò trucidantes.

6 Quum ergo unum adhuc haberet filium suum dilectum, misit etiam illum ultimum ad eos, dicens, Reverebuntur filium meum.

7 Illi verò agricolæ dixerunt inter se, Iste est hæres: venite, trucidemus eum, & nostra erit hæreditas.

8 Et captum eum trucidârunt, & ejecerunt extra vineam.

9 Quid ergo faciet Dominus vineæ? Veniet, & perdet agricolas, & dabit vineam aliis.

10 Ne hanc quidem Scripturam legistis, *Quem lapidem reprobaverunt ædificantes, is factus est caput anguli:

11 A Domino factum est [d] istud, & est mirabile in oculis nostris?

12 [e] Studebant igitur eum prehendere, sed timuerunt turbam: norant enim eum adversus ipsos illam parabolam dixisse. itaque omisso eo abierunt.

13 *[f] Et miserunt ad eũ quosdam e Pharisæis & Herodianis ut eum [g] irretirent captum [h] sermone.

14 Illi verò quum venissent, dicunt ei, præceptor, scimus te veracem esse, neque curare quemquam: [i] non enim respicis ad personam hominũ, sed in veritate [k] viam Dei doces: Licet censum Cæsari dare, an non? [l] demus, an non demus?

15 Ipse verò, quum sciret eorum hypocrisin, dixit eis, Quid me tentatis? proferte mihi denarium, ut videam.

16 Illi verò protulerunt. Tunc dicit eis, Cujus est imago ista & inscriptio? Illi verò dixerunt ei, Cæsaris.

17 Et respondens]-sus dixit eis, *Reddite quæ *sunt* Cęsaris, [m] Cęsari: & quæ Dei *sunt* Deo. Et admirati sunt super eo.

18 * [n] Tunc veniunt ad eum Sadducæi, qui dicunt non esse resurrectionem: & interrogarunt eum, dicentes,

19 Præceptor, *Moses scripsit nobis, ut si cujus frater mortuus sit, ac reliquerit uxorem, [o] & filios non reliquerit, accipiat ipsius frater uxorem ejus, & excitet [p] semẽ fratri suo.

20 Septem ergo fratres fuerunt: ac primus accepit uxorem, & moriens non reliquit semen.

21 Et secundus accepit eam, & mortuus est, & ne ipse quidem reliquit semen: & tertius itidem.

22 Et acceperunt eam septem illi, neque reliquerunt semen: ultima omnium mortua est & mulier.

23 In resurrectione ergo, postquam resurre

[1] Ι. i. postremò, tandem.
[2] Ι. vel fortè, ut in Matt. annotavimus.
[3] Id est, filium meum verecũdè revereburtur.
[4] Ι. Vel facta est hæc. & est mirabilis, &c. ut in Mat. diximus.
[5] Adver. Viros, Hebraismus.
[6] Verbum Syriacum Venati significat. Vult ergo dicere, Venatorũ more insidiabantur ei ut ipsum in sermone caperent. Vide Matt. 12.15 in textu.
[7] Vide de Zaddukæis Matt. 22.23.
[8] i. Omnes, singuli ex septem fratribus.

[c] Tẽpore quo colligi fructus solent.
*Psal. 118.22. Esa. 28.16. Mat. 21.42. Act. 4.11. Rom. 9.33. 1. Pet. 2.6.
[d] i. Res ista. vide Mat. 21.42. Est autem Hebraismus.
[e] Affectabãt & mirificè cupiebant.
*Matt. 22.15. Luc. 20.20.
[f] 8. Evãgelium Magistratui imperium cũ Dei cultu conjungit.
[g] Verbo a venatoribus sumto utitur Evangelista.
[h] Potest hoc referri vel ad eorum orationẽ qui Christo insidiabãtur, vel ad Christi responsionẽ, qua illi sperabant fore ut sese in laqueos induceret, vel ad utrosque.
[i] Non ita ex externis judicas ut ea tenebras offundãt veritati.
[k] Qua ad Deũ pervenitur, id est, sancti mores. & cum lege Dei consentientes.
[l] Iterata interrogatio capriosa. Nã urgent responsum, quasi futurum sit ut si respõderit nõ dandum, daturi non sint, sin dandum, daturi:
Rom. 13.7.
[m] Incertũ est casũne factum sit, an data opera, quòd Deo bis additur articulus: Cæsari nequaquã, tãquam Cæsarẽ velut incertũ & ignotũ nominet (quod multi sint ejus nominis) Deũ velut certum designet.
*Matth. 22.21. Luc. 20.25.
[n] 8. Carnis resurrectio, adversus Sadducæorum insciitiam & malitiam asseritur.
*Deut. 25.5.
[o] Vide Mat. 24.
[p] Semen, posteritatẽ, sive prolem quam frater fratri suscitat, non sibi: eo quòd in mortui nomẽ transit quod nascitur.

surrexerint, cujus eorum erit uxor? nā septem habuerunt eam uxorem.

24 Tunc respondens Jesus dixit eis, ¶Nónne propterea erratis quòd non scia tis Scripturas, neque potentiam Dei?

25 Postquam enim à mortuis resurrexerint, neque uxores ducunt, neque nuptum dantur: sed sunt ut Angeli qui in cælis *sunt*.

26 De mortuis verò, quòd suscitandi sint, non legistis in libro Mosis, quomodo in rubo loquutus sit ei Deus, dicens, *Ego *sum* Deus Abrahami, & Deus Isaaci, & Deus Jacobi?

27 Nō est Deus *Deus* mortuorum, sed Deus viventium: vos ergo multùm erratis.

28 [r]*Et quum accessisset quidam e Scribis qui audierat eos disceptantes, & sciebat eum benè illis respondisse, interrogavit eum *dicens*, quod est primum omnium mandatum?

29 Jesus autem respondit ei, [s] Primum omnium mandatorū *est*, *Audi Israël, Dominus Deus noster, Dominus unus est.

30 Diliges igitur Dominum Deum tuū ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota cogitatione tua, & ex totis viribus tuis. hoc est primum mandatum.

31 Et secundum *illi* simile, hoc *est*, *Diliges proximum tuum ut teipsum. majus istis aliud mandatum non est.

32 Tunc dixit ei Scriba ille, Benè, præceptor, in veritate dixisti. nā unus est Deus, nec alius est præter eum:

33 Et diligere eum ex toto corde, & ex tota intelligentia, & ex tota anima, & ex totis viribus: ac diligere proximum ut seipsum, plus est quàm omnia [t] holocautomata & sacrificia.

34 Tum Jesus quum vidisset eum cordatè respondisse, dixit ei, [v] Non longè es a regno Dei. Et nemo ampliùs audebat eum interrogare.

35 * [x] Et respondens Jesus dicebat, docens in templo, quomodo dicunt Scribæ Christum esse filium Davidis?

36 Nam ipse David dixit [y] per Spiritum sanctum, * Dixit Dominus domino meo, Sede ad dexteram meam, usquedum posuero inimicos tuos scabellum pedum tuorum.

37 Ipse ergo David dicit eum dominū: unde igitur filius ejus est? Et multa turba audiebat eum libenter.

38 [z] * *Ipse* autem dicebat eis [a] in doctrina sua, Cavete à Scribis, qui [b] amant [c] stolati ambulare, & salutationes in foris,

39 Primósque consessus in cōventibus, & primos accubitus in cœnis.

40 *Qui devorant domos viduarum, & in speciem utuntur longis precibus: [d] isti auferent gravius judicium.

41 [e] * Et quum sedisset Jesus ex adverso gazophylacii, spectabat quomodo turba immitteret [f] æs in gazophylacium: multi igitur divites injiciebant multa.

42 Et quum venisset quædam vidua

¶ Interrogatio vim habēs affirmationis. *Exod. 3. 6. Mat. 22. 32.*

[q] Sacrificia sive externi cultus nunquā placuerunt Deo nisi præeuntibus necessariis officiis.

*Mat. 22. 31.

[s] Primariū ac præcipuum.

*Deut. 6. 4. *Levi. 19. 18. Mat. 22. 39. Rom. 13. 9. Gal. 5. 14. Jac. 2. 8.*

[t] Sacrificiorū genus quæ tota adolebāt Deo. Sacrificia autem, erant ea sacrificia, in quibus pars aliqua sacerdotibus & convivio decidebant. Comprehenditur verò his duobus sacrificiorū generib. universus ille ceremonialis cultus, in quo nōnulli hypocritæ summā pietatis collocabant.

[v] regnum Dei capitur hic, p Evāgelio, pro notitia Dei per Christum. Deū enim nosse, & illi fidere per Christum, est esse in regno Dei.

*Matt. 22. 42. Luc. 20. 41.

[x] B. Christus ex ipso Davide, unde ortus erat secundùm carnem, deitatem suam probat.

[y] Ad ver. in spiritu sancto. Est in hoc dicēdi genere energia, quo significatur non tā Davidē loquutū fuisse, quàm Spiritū sanctū, qui quodāmodo Davidem ipsum possederit.

*Psal. 110. 1.

[z] B. Nō temerè pastorū mores pro exemplo sunt sequendi.

*Mat. 23. 6. Luc. 11. 43. & 20. 45.

[a] Inter docendum.

[b] i. Amant, ut Mat. 13. 4. summo studio cōtendunt.

[c] Stola, amictus est mulieris ad talos demissus: sumitur autē in genere pro vestimēto ad ornatum compositō: hoc tamen loco videtur significari exterior illa vestis fimbriata, cujus fit mentio Deut. 22. 12.

erit uxor? Ipsi enim septem acceperunt eam.

24 Dixit eis Jeschua, Nónne propterea erratis vos, qui non cognoscitis Scripturas, neque virtutem Dei?

25 Quum enim surrexerint a mortuis, non accipient uxores, [9] neque uxores etiam erunt viris, sed sicut Angeli qui sunt in cælo, ipsi sunt.

26 De mortuis verò quòd resurgant, nónne legistis in libro Musche, quomodo de rubo dixerit ei Deus, Ego sum Deus Abrahami, & Deus Ischaak, & Deus Jaakub?

27 Neque est Deus mortuorum, sed viventium. vos igitur multùm erratis.

28 Et accessit quidam ex legisperitis, & audivit eos quòd disputarent, & vidit quòd benè reddidisset eis responsum. Et interrogavit eum, Quódnam est mandatum primum omnium?

29 Dixit eis Jeschua, Primum ex omnibus mandatis *est*, Audi Israël, Dominus Deus noster, Dominus unus est.

30 Et, Diligas Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota cogitatione tua, & ex tota virtute tua: hoc est mandatum primum.

31 Et secundum quod simile est ei, Diliges proximum tuum [10] sicut teipsum. Mandatum aliud quod majus sit istis non est.

32 Dixit ei ille legisperitus, Pulchrè Domine mi, & veritatem dixisti, quòd [11] unus est, & non alius præter eum.

33 Et quòd diliget eum homo ex totó corde, & ex tota cogitatione, & ex tota anima, & ex tota virtute: & *quòd* ut diligat proximum suum sicut seipsum, majus sit quàm omnia holocausta & victimæ.

34 Jeschua autem vidit eum quòd sapienter redderet responsum: & respondit, & dixit ei, Non es procul à regno Dei: & nemo ausus est ut rursus interrogaret eum.

35 Et respondit Jeschua, & dixit docens in templo, Quomodo dicunt Legisperiti quòd Christus filius est Davidis?

36 Ipse enim David dixit per Spiritum sanctum, Dixit Dominus Domino meo, Sede a dextra mea usquedum posuero inimicos tuos scabellum sub pedibus tuis.

37 Ipse igitur David vocat eum Dominum meum: & quomodo filius ejus est? Et universa turba audiebat eum libenter.

38 Et in doctrina sua dicebat eis, Cavete a Legisperitis, qui affectant [12] in stolis ambulare, [13] & amant pacem in plateis:

39 Et primos consessus in synagogis [14].

40 Qui comedunt domos viduarum, propterea quòd prolixas faciunt precationes suas: qui accipient [15] judicium majus.

41 Et quum sederet Jeschua e regione [16] gazophylacii, spectabat quomodo turbæ injicerent nummos in gazophylaciū. Et multi divites injiciebant multum.

42 Et venit vidua quædam pauper:

[9] Id est, Non nubent. Hebraismus.

[10] r. Sytè, sicut animā tuam. Hebraismus, ut vers. 33.

[11] Subaudū Deus. r. hæc autem verba sunt ætiologica, cur Deū unum sic amari oporteat, & principaliter.

[12] i. Lōgis vestibus, gravitatis & modestiæ opinionē apud vulgus aucupantur, ut in honore habeātur.

[13] i. Ambitiosē captant salutationes. vide Mat. cap. 23. 7.

[14] r. Hic addūt libri nostri ea verba quæ in Græco habentur, & primos accubitus in cœnis.

[15] i. condemnationem maiorem. Hebraismus.

[16] i. Domus thesauri, ut paulo infrà.

* Deut. 6. 4. * Levi. 19. 18. Mat. 22. 39. Rom. 13. 9. Gal. 5. 14. Jac. 2. 8. [t] Sacrificiorū genus quæ tota adolebāt Deo. Sacrificia autem, erant ea sacrificia, in quibus pars aliqua sacerdotibus & convivio decidebant. Comprehenditur verò his duobus sacrificiorū generib. universus ille ceremonialis cultus, in quo nōnulli hypocritæ summā pietatis collocabant. [v] regnum Dei capitur hic, p Evāgelio, pro notitia Dei per Christum. Deū enim nosse, & illi fidere per Christum, est esse in regno Dei. * Matt. 22. 42. Luc. 20. 41. [x] B. Christus ex ipso Davide, unde ortus erat secundùm carnem, deitatem suam probat. [y] Ad ver. in spiritu sancto. Est in hoc dicēdi genere energia, quo significatur non tā Davidē loquutū fuisse, quàm Spiritū sanctū, qui quodāmodo Davidem ipsum possederit. * Psal. 110. 1. [z] B. Nō temerè pastorū mores pro exemplo sunt sequendi. * Mat. 23. 6. Luc. 11. 43. & 20. 45. [a] Inter docendum. [b] i. Amant, ut Mat. 13. 4. summo studio cōtendunt. [c] Stola, amictus est mulieris ad talos demissus: sumitur autē in genere pro vestimēto ad ornatum compositō: hoc tamen loco videtur significari exterior illa vestis fimbriata, cujus fit mentio Deut. 22. 12. * Mat. 23. 14. Luc. 20. 47. [d] In istos feretur sentēcia gravior. [e] B. Officia secundùm Deum præstita, non ex pretio externo, sed ex cordis affectu æstimantur. * Luc. 21. 1. [f] Pecuniam quocumque metallo, more scilicet Romanorum, apud quos initio fuit æs signatum. Gazophylacium autem, arca erat in quam pecuniæ, & voluntariæ oblationes conjiciebantur in usum templi Domini, 2. Reg. 12. 9.

injecit

injecit duo [17] manin *assires*, quæ sunt [18] octavæ.

43 Et vocavit Jeschua discipulos suos, & dixit eis, Ammin dico vobis, quòd hæc vidua pauper plus quàm omnes homines qui injiciunt, injecit in gazophylacium.

44 Omnes enim ex eo quod superest eis injecerunt: hæc verò ex penuria sua quicquid erat ei, injecit totam substãtiam suam.

pauper; injecit minuta *æreola* duo, quod est quadrans.

43 Tunc *ille*; quum advocasset discipulos suos, dixit eis, Amen dico vobis, vidua hæc pauper plus immisit quàm omnes *ali* qui miserunt *pecuniam* in gazophylacium.

44 Nam omnes ex eo quod ipsis redundat, immiserunt: hæc verò e penuria sua immisit omnia quæ habebat, totum *nempè* victum suum.

[17] Dum percurro omniũ numismatum Hebræorum nomina, & singulorum valoré expendo, nullum invenio quod præcisè 8. minora numismata contineat præter assir, (cujus Lucas meminit 12. & Mat. 10.) & valet quartã partem drachmę, i. tãtum argenti quantum est pondus quatuor granorum hordei. Distributum autem in 8. partes, constituit minutulos numos quos vocant perutoth: quorũm quisque si ex argento esset, non plus ponderis habet quàm dimidium granum hordei. sed propter ejus pàrvitatem solebat fieri ex ære. Quum ergo tantùm assir inter antiqua illa Judęorum numismata octo numulos, qui dicuntur perutoth, (id est minimi & individui) contineret, videtur Evangelista, quum dicit mulierem duo manin injecisse, (quæ sunt octava numismatis cujus nomen reticet) necessariò intelligere assir, quod nomen expressi perspicuitatis gratia. [18] 5. i. sextãtes: ut in Matth. 5.26. adnotavimus.

CAPUT DECIMUMTERTIUM.

[1] De destructione urbis Jerosol. [9] Persequutiones propter Evangelium. [10] Evangelium prædicandum omnibus Gentibus. [26] De adventu Christi ad judicium. [33] Vigilandum & orandum.

ET quum egrederetur Jeschua e templo, dixit ei unus ex discipulis suis, Præceptor ecce, vide hos lapides, & hæc ædificia.

2 Jeschua autem dixit ei, Vides tu hæc ædificia magna? non relinquetur hîc lapis super lapidem, qui non diruatur.

3 Et quum sederet Jeschua in monte Olivarum e regione templi, interrogaverunt eum Cipha & Jaakub & Juchannan & Andreas seorsim.

4 Dic nobis quando hæc fient, & quod est signum quum appropinquaverint hæc omnia ut consummentur.

5 Ipse autem Jeschua cœpit dicere eis, Videte nequis fallat vos.

6 Multi enim venient in nomine meo, & dicent, Ego sum: & multos fallent.

7 Quum autem audieritis bella, & rumores bellorum, ne timeatis: futurũ enim est ut id fiat. sed nondum finis.

8 Surget enim gens contra gentem, & regnum contra regnum, & erũt *terræ* motus [1] in singulis locis, & erunt fames & tumultus. Hæc sunt principia dolorum.

9 Respicite autem vos [2] animam vestram: tradent enim vos in judiciis, & in synagogis eorum flagellabimini, & ante reges & præsides stabitis propter me in testimonium illorum.

10 Antè autem futurum est ut promulgetur [3] Evangelium in omnibus Gentibus.

11 Quum adduxerint autem vos ut tradant vos, ne [4] prævenientes solliciti sitis quid loquuturi sitis, neq; meditemini: sed id quod datum fuerit vobis in illa hora, ipsum loquimini. non enim [5] vos estis loquentes, sed Spiritus sanctus.

12 Tradet autem frater fratrem suum in mortem, & pater filium suũ: & insurgent filii adversus parentes suos, & morte afficient eos.

13 Et eritis exosi ab omni homine propter nomen meum: qui autem perseveraverit usque in finem, ipse [6] salvus erit.

14 Quum autem videritis adveniente abominationem desolationis, eam

[1] Ad ver. In loco, loco Hebr.

[2] i. Vosipsos. Anima enim alicujus pro seipso, nõ tantùm Hebraicè, sed etiam Chaldaicè & Syrè dicitur, quod perpetuò in Novo Testamẽto observare licet: nec opus est ubicumq; recurrit id repetere.

[3] Alii, Evangelium meum.

[4] Syrè, præveniatis, solliciti sitis, προμεριμνᾶν, φροντίζειν μὴ ἐμπίπτειν. vide in Mat 4.9.

[5] Sc. nempè solùm. vide suprà in 9.37.

[6] i. Vivet, Hebraismus.

QUum * [a] autem egrederetur e templo, dixit ei quidam e discipulis ejus, Præceptor, vide quales lapides, & qualia *ista sint* ædificia.

2 Tunc Jesus respondens dixit ei, * Vides ista magna ædificia? non relinquetur lapis super lapidem, qui non dissolvatur.

3 Et quum sederet in monte Olearum ex adverso templi, interrogârunt eum privatim Petrus & Jacobus & Johannes & Andreas,

4 Dic nobis quando hæc erũt, & quod signum *erit* quando futurum est ut hæc omnia finem habeant.

5 Jesus autem eis respondens cœpit dicere, * Videte ne quis vos seducat.

6 Multi enim veniẽt sub [b] nomine meo, dicentes, Ego sum *Christus*: multósque seducent.

7 Quum autem audieritis bella & rumores bellorum, ne turbamini, oportet enim *ista* fieri. at nondum *erit* finis.

8 Surget enim gens in gentem, & regnum in regnum: erúntque terræmotus singulis locis, & erunt fames ac turbæ,

9 Principia *erunt* dolorum *partus* ista. sed cavete vos vobisipsis: tradent enim vos in consessus & conventus: cædemini, & coram præsidibus ac regibus sistemini propter me, *ut hoc sit* [c] testimonio adversus eos.

10 Et apud omnes gentes oportet primùm prædicari Evangelium.

11 * Quum autem vos tradẽdo duxerint, ne [d] antè solicitiestote quid dicturi sitis, [e] neque meditamini: sed quicquid datum fuerit vobis illo momento, id loquimini. non enim estis vos qui loquimini, sed Spiritus sanctus.

12 Tradet autem frater fratrem ad mortem, & pater filium: & insurgent liberi adversus parentes, & eos curabunt morte mulctandos.

13 Et eritis odio omnibus propter nomen meum: [f] sed qui sustinuerit ad finem usque, is servabitur.

14 * Quũ autem videritis abominationem illam vastatricem, quæ dicta est a

*Daniele

* *Matt. 24. 1. Luc. 21. 5.*

[a] 2. Prædicitur templi, urbis, atque adeò totius gentis excidium, & Ecclesię jactatio: additur tamẽ cõsolatio multiplex: & tandẽ futura mundi consũmatio describitur.

* *Luc. 19. 43.*

* *Ephes. 5. 6. 2. Thess. 2. 3.*

[b] Id est, qui nomen meũ mutuabuntur.

[c] Ut vobis auditis, tãtò magis convincantur, ne possint ignorantiam prætexere.

* *Mat. 10. 19. Luc. 12. 11. & 21. 14.*

[d] Non prohibetur cogitatio, sed anxia illa solicitudo quę à diffidentia proficiscitur. vide Mat. 6. 27

[e] Artificiosa ista dicendi ratione, quid dicturi sitis.

[f] Præceptũ est & consolatio in adversis omnibus. Docet enim & quid faciendum, & quid sperandũ sit, quum nihil adversi ex voluntate Patris possit accidere piis, quod non sit optimũ & fœlicissimum.

* *Mat. 24. 15.*

*Daniele Propheta, [g] positam ubi non oportet (qui legit animadvertat) *tunc qui *fuerint* in Judæa, fugiant in montes:

15 Qui verò *fuerit* in solario, ne descendat domum, nec ingrediatur ut quicquam sumat e domo sua.

16 Et qui fuerit in agro, ne revertatur retrò, ut sumat pallium suum.

17 Væ autem prægnantibus & lactantibus per illos dies.

18 Orate verò ne fiat fuga vestra hyeme.

19 [h] Erunt enim dies illi *tales* afflictio, qualis ea non fuit a principio rerum conditarum quas cōdidit Deus, usque ad hoc tempus, neque fiet.

20 Et nisi Dominus decurtasset dies illos, omnis caro periret: sed propter electos quos elegit, decurtavit dies illos.

21 * Tunc autem si quis dixerit, Ecce hîc Christus, vel, ecce illic, ne credite.

22 Surgent enim pseudochristi & pseudoprophetæ: & edent signa ac miracula ad seducendum, si fieri possit, etiam electos.

23 Vos autem cavete. Ecce, prædixi vobis omnia.

24 * Cæterùm per illos dies: post afflictionem illam, sol obscurabitur, nec dabit luna splendorem suum.

25 Et stellæ cæli excident, & potestates quæ in cælis *sunt* concutientur.

26 Et tunc videbunt Filium hominis venientem in nubibus cum potentia multa & gloria.

27 *Ipse* verò tunc mittet Angelos suos, & suos electos coget a quatuor ventis, ab extremo terræ usque ad extremum cæli.

28 A ficu verò discite parabolam, Quũ ramus ejus jam tener fit, & germinat folia, nostis propè esse æstatem:

29 Ita & vos, quum hæc videritis fieri, scitote *illum* propè esse & ad fores.

30 Amen dico vobis, nequaquam præterierit hæc ætas usquedum facta sint hæc omnia.

31 Cælum & terra præteribunt, sermones autem mei nequaquam præteribunt.

32 [i] Sed de die illo ac [k] hora nemo scit, ne Angeli quidem qui in cælo sunt, neq; ipse Filius, sed Pater.

33 *Cavete, vigilate, & orate: nescitis enim quando tempus illud sit futurum.

34 *Nam filius hominis ita est* ut quispiam qui peregrè abiens relicta domo sua, dataque servis suis potestate, ac suo cuique opere, [l] janitori mandavit ut vigilaret.

35 Vigilate igitur: (nescitis enim quando dominus domus veniet, vespere, an media nocte, an in gallicinio, an manè)

36 Ne quum repentè venerit, inveniat vos dormientes.

37 Quæ autem dico vobis omnibus dico, Vigilate.

quæ dicta est in Daniil Propheta, stantem ubi non oportet, (qui legit animadvertat) tunc qui in Judæa erunt, fugiant in montem:

15 Et qui in tecto est, non descendat, nec ingrediatur ad tollendum aliquid e domo sua.

16 Et is qui in agro est, non convertat se [7] post tergum suum, ut tollat vestem suam.

17 Væ autem in utero habentibus, & eis quæ lactant in illis diebus.

18 Orate autem ne sit fuga vestra in hyeme.

19 Erit enim in diebus illis afflictio qualis non fuit a principio creationis *rerum* quas creavit Deus, & usque nunc, neque erit.

20 Et nisi Dominus esset qui decurtavit dies illos, [8] non viveret [9] ulla caro: sed propter electos quos elegit, decurtavit dies illos.

21 Tunc si quis dixerit vobis, Ecce, istic est Christus, & ecce illic: ne credatis.

22 Surgent enim christi falsi & prophetæ mendaces: ac dabunt signa & prodigia, & in errorem inducent (si possibile esset) etiam electos.

23 Vos autem cavete. Ecce, anteà dixi vobis omnia.

24 In illis autem diebus post afflictionem illam sol obscurabitur, & luna non dabit splendorem suum.

25 Et stellæ cadent de cælo, & virtutes cæli commovebuntur.

26 Et tunc videbunt filium hominis venientem in nube cum potestate magna & gloria.

27 Et tunc mittet Angelos suos, & congregabit electos suos à quatuor ventis, a [10] capite terræ, & usque ad caput cæli.

28 A ficu autem discite ænigmata, quia quum tener est ramis suis, & manifestatur folia ejus, cognoscitis quòd appropinquat æstas.

29 Sic etiam vos, quum videritis hæc quòd fiant, scitote [11] quòd propè est ad portam.

30 Ammin dico vobis, quòd non præteribit generatio hæc usquequo omnia fiant.

31 Cælum & terra præteribunt, & verba mea non præteribunt.

32 De die autem illo, & de hora illa nemo novit, nec etiam Angeli cælorum, neque Filius: [12] nisi Pater.

33 Videte, vigilate, & orate: non enim nostis quando sit tempus.

34 Est enim sicut vir [13] qui peregrè profectus, & reliquit domum suam, dedítque potestatem servis, [14] & unicuique opus suum, & janitori præcepit ut esset vigilans.

35 Vigilate igitur, quia ignoratis quando [15] venit Dominus domus, serò, an medio noctis, an in gallicinio, an manè.

36 Ne veniat repentè, & inveniat vos dormientes.

37 Id autem quod vobis dico, omnibus vobis dico, Estote vigilantes.

*Dan.9.27.
[g] Quum profanæ gentes civitatem Dei; ipsomq; templum non modò contaminabũt suo ingressu, sed etiã funditus everterẽt.
*Luc.21.20.

[h] Hebræorum dicendi genus, cujus magna est emphasis: ita enim significatur fore, ut toto illo tempore calamitas calamitatẽ excipiat, perinde ac si tẽpus ipsum ipsa esset miseria. sic Amos 5.20. dicit diem Domini fore tenebras, nõ lucẽ.
*Matth.24.23. Luc.21.8.

*Ezech.32.7. Esa.13.10. Joel.2.10.31. & 3.15.

[i] 2. Non est cuiquẽ ultimus ille dies inquirendus, quem solus Pater novit: sed cavendũ potiùs, ne nos imparatos opprimat.
[k] De illo puncto temporis.
*Mat.24.42.
[l] Atriensis servos, & janitorem in tanta servorum multitudine in primis habere cõsueverant veteres.

[7] 9. i. retrorsum.
[8] i. Salva fieret. Hebraismus.
[9] 7 Syrè, omnis caro. Hebraismus, ut Psal.143.2.
[10] Caput utrobique pro extremitate accipit.
[11] i. In foribus.
[12] 7. vel, sed Pater: ut Syra voce significatur, & Græca etiam εἰ μὴ.
[13] Vide Matt. 21.33.
[14] Ad verb. viro, viro. Hebraismus.
[15] 7. i. venturus est. vide in Matt.2.4.

CAPUT

CAPUT DECIMUMQUARTUM.

[1] Conſilium Sacerdotum adverſus Chriſtum. [3] Mulier ungens caput Chriſti unguento. [12] Paſchæ præparatio. [22] Inſtitutio Cœnæ. [41] Chriſti captivitas. [43] Judas oſculo prodit Chriſtum. [53] Chriſtus coram Caiapha. [66] Petri negatio.

POſt duos autem dies futurum erat Petſcha azymorum: & quærebant principes Sacerdotũ & Legisperiti quomodo dolo prehenderent eum, & occiderent eum.

2 Ac dicebant, [1]Non in feſto die, ne tumultus ſit in populo.

3 Et quum ipſe eſſet in Beth-Ania, in domo Schemeun Leproſi, quum accumberet, venit ad eum mulier: [2] ſuper quam erat alabaſtrum unguenti nardi præſtantis, magni pretii, & illa aperuit ipſum, & effudit ipſum ſuper caput Jeſchua.

4 Erant autem quidam ex diſcipulis ejus quibus diſplicuit apud ſeſe: ac dixerunt, Ad quid facta eſt perditio hujus unguenti?

5 Poterat enim vendi plus quàm trecẽtis [3] denariis, & dari pauperibus. Et irascebantur adverſus eam.

6 Ipſe autem Jeſchua dixit, Sinite eam: cur moleſti eſtis ei? Opus bonum operata eſt erga me.

7 Omni tẽpore enim pauperes ſunt vobis vobiſcum, & quando vultis, poteſtis benefacere eis: ego autem non omni tempore ſum vobiſcum.

8 [4]Id quod erat huic, operata eſt. [5]Et antevertit, adeò [6] ut ad ſepulturam aromate condiret corpus meum.

9 Et ammin dico vobis, quòd ubicumque prædicabitur Evangelium meũ hoc in univerſo mundo, id quoque quod operata eſt hæc, dicetur in memoriam ipſius.

10 Jihuda autem Secarjutha, unus ex duodecim, venit ad principes ſacerdotũ, ut proderet eis Jeſchua.

11 Illi verò quum audiviſſent gaviſi ſunt, & polliciti ſunt argentum quod daturi eſſent ei, & quærebat ſibi opportunitatem ut proderet eum.

12 Et die [7] primo Azymorum in quo immolant Judæi Petſcha, dicunt ei diſcipuli ejus, Ubi vis ut abeũtes prẽparemus tibi ad comedendum petſcha?

13 Et miſit e diſcipulis ſuis, & dixit eis, Abite in civitatem: & ecce, occurret vobis homo qui bajulat vas aquæ. [8] Abite poſt eum.

14 Et quò ingreſſus fuerit, dicite domino domus, Dominus noſter dicit, Ubi eſt domus convivii ubi comedam cum diſcipulis meis Petſcha?

15 Et ecce, indicabit vobis cœnaculum magnum quod ſtratum eſt, & paratum: ibi præparate nobis.

16 Et egreſſi ſunt diſcipuli ejus, & venerunt

ERat* [a] autem Paſcha, & Azyma duobus pòſt diebus, & quærebant primarii Sacerdotes & Scribæ quomodo eũ dolo prehenſum trucidarent.

2 Dicebant autem, Non [b] in feſto, ne tumultus ſit populi.

3 Quum autem Jeſus eſſet apud Bethaniam in domo Simonis Leproſi, accumbente eo, venerat mulier habens alabaſtrum unguenti nardi liquidæ multi pretii: & confracto alabaſtro, effuderat ei in caput.

4 [c] Quidam autem indignabantur apud ſeſe, & dicebant, Quorſum perditio iſta unguenti facta eſt?

5 Nam poterat hoc venire ampliùs quàm [d] trecentis denariis, & dari pauperibus. Et fremebant in eam.

6 Jeſus autem ait, Omittite eam: quid ei moleſtiam exhibetis? bonum opus operata eſt erga me.

7 [e] Semper enim pauperes habetis vobiſcum, & quandocumque volueritis, poteſtis eis benefacere: me verò non ſemper habebitis.

8 [f] Hæc quod potuit fecit: occupavit enim ungere meum corpus ad funerationem.

9 Amen dico vobis, ubicumque prædicatum fuerit Evangeliũ hoc in toto mundo, etiam id quod iſta fecit, dicetur in memoriam ipſius.

10 [g] * Tunc Judas Iſcariotes, unus ex illis duodecim, abiit ad primarios Sacerdotes, ut eum ipſis proderet.

11 Illi verò *eo* audito gaviſi ſunt: & polliciti ſunt ſe pecuniam ei daturos. Quærebat igitur quomodo opportunè eum proderet.

12 [h] * Primo autem die Azymorum, [i] quando [k] Paſcha [l] mactabatur, dicunt ei diſcipuli ipſius, Ubi vis ut profecti paremus ut edas Paſcha?

13 Tunc mittit duos e diſcipulis ſuis, & dicit eis, Abite in urbem, & occurret quidam bajulans amphoram aquę: ſequimini eum:

14 Et quocumque introierit, dicite patrifamilias, Præceptor dicit, Ubi eſt diverſorium ubi paſcha cum diſcipulis meis edam?

15 Tunc ipſe vobis mõſtrabit [m] cœnaculum magnũ ſtratum, paratum: illic parate nobis *paſcha*.

16 Abierunt igitur diſcipuli ejus, ve-

[1] F. ſupple videndum, ne iſto die putà faciamus id quod quærimus vel procuramus fieri. Eliipſis ἀπὸ κοινοῦ frequens: ut Geneſ. 3. 12. vide ſuprà in 11. 11.

[2] F. Id eſt, cui, vel penes quã erat.

[3] De denario, vide Matth. 18. 28.

[4] Id eſt, quod erat in ejus facultate ut faceret, id ipſum fecit.

[5] F. Id eſt, προέλαβε μυρίσαι, prævenit unctione ſepulturã meã, ante ſepulturam unxit, qp in officio ſepulturæ fieri ſolet.

[6] Quum hic & in pleriſque aliis locis utriuſque teſtamenti mẽtio fiat unctionis mortuorum, lotionis, ſudarii, veſtiũ quibus mortui involvebãtur, & quorundam aliorum ſepeliendi rituum, qui a noſtris diverſi ſunt, non erit inutile eos hic, ut deſcribuntur a Rabbi Moſche, filio Maimon, volumine ſecundo ſui operis, cujus titulus eſt Maimoni in tractatu de luctu capit. 4. adſcribere. Hæc verbotũ ejus eſt ſententia: Mos eſt in Iſraele circa mortuos & eorum ſepulturam, ut quũ quis mortuus eſt, ejus oculos occludant, & ſi os habuerit apertum, claudatur, faſcia maxillis circumligata, ne iterum aperiatur. Obthuratur etiam locus per quem excrementa ejiciuntur, ſed hoc poſtquam corpus fuerit lotum. Unguentis deinde ex diverſis aromatum generibus confectis ungitur, & detonſo capite, convolvitur corpus albis veſtibus lineis ad hoc ipſum paratis, & quæ non ſint magni pretii, ut poſſit æqualitas ſervari inter divites & pauperes. Tegitur quoque facies mortui priuſquam imponatur pheretro, ſudariolo, cujus pretium non excedat quartam partem ſicli. Pheretro deinde impoſitum, humeris hominum geſtatur uſque ad ſepulturam & ibi antequam corpus tradatur ſepulturæ, quædam recitantur a majoribus eorum ad hoc conſcripta, quibus divina juſtitia commendatur, & hominum peccata exaggerantur quibus mortem commeriti ſunt, ac oratur Deus ut ita juſtitiam ſuam exerceat, ut ſe miſericordem quoque eſſe obliviſci nolit. Poſteà cadaver ſimul cum pheretro, in quo ſupinum jacet, in fovea poſitum tegitur. Denique ad lugentes itur, & quædam apud eos recitantur ad eos conſolandum. Quibus peractis abeunt quiſque ad ſua negotia: nec ullum diſcrimen apparet inter divites & pauperes, inter nobiles & ignobiles, nec in ſepultura mortuorum, nec in conſolatione viventium.

[7] F. Id eſt, decimoquarto menſis primi, quo fermentati panes definunt ex lege Exodi 12.

[8] Id eſt, Sequamini eum, Hebr.

* Matt. 26. 2. Luc. 22. 1.

[a] 8. Dei voluntate contra hominum conſilium accidit, ut Chriſtus captus die Paſchæ ſolenni immolaretur, ut figuræ reſpõderet veritas ex omni parte.

[b] Vide Matt. 26. 5.

[c] 8. Temeraria judicia coram Deo irrita.

[d] Quinquaginta tribus libris Francicis, vel ſex Anglicanis.

[e] 8. Chriſtus ſemel atque iterum in ſe ungi ſuſtinuit certã ob cauſam: vult autem in pauperibus quotidiè ungi.

[f] 8. Occulto Spiritus inſtinctu mulier Chriſtum ungens, proximã ejus mortem ac ſepulturam omnibus ponit ob oculos.

[g] 8. Avaritia zelo charitatis tecta, prodẽdi ac crucifigendi Chriſti occaſio.

* Mat. 26. 14. Luc. 22. 4.

[h] 8. Chriſtus factus ſub Lege pro nobis Paſcha, celebrat ex Legis præſcripto: & ſimul edito miraculo declarat ſeſe mox in carne paſſurum, nihilominus Deum eſſe.

* Mat. 26. 17. Luc. 22. 7.

[i] Quo die nimirum ad veſperam quæ initium erat decimi quinti. Vide Matth. 26. 17.

[k] Metonymia ſacramentis familiaris, id eſt, agnum illum paſchalem, cujus mactatio in feſto Paſchę certis ritibus fiebat.

[l] Mactare ſolebant.

[m] Græca vox ſignificat contignationem ædium ſuperiorem, cuicumque uſui deſtinatam: quia verò ſolebant in ea parte domus cœnare, cœnaculum vocârunt.

nerúntque in civitatem, & invenerunt *omnia* prout dixerat eis: & paraverunt Pascha.

17 Et quum serum *diei* esset, venit cum duodecim.

18 [n]*Quumq; discubuissent, & ederẽt, ait Jesus, Amen dico vobis, unus ex vobis prodet me, qui edit mecum.

19 Ipsi verò cœperunt contristari & ei dicere sigillatim, Num ego? Et alius, Num ego?

20 Ipse autem respondens dixit eis, Unus ex duodecim [o] qui *manum* intingit mecum in catinum, *me prodet.*

21 Filius quidem hominis abit, prout scriptum est de eo: sed væ homini illi per quem filius hominis proditur: bonum erat [p] homini illi si natus non fuisset.

22 *Et [q] edentibus ipsis, quum accepisset Jesus panem, & benedixisset, fregit, dedítque eis, & ait, Accipite, edite: hoc est corpus meum.

23 Et accepto poculo, quum gratias egisset, dedit eis: & biberunt ex eo omnes.

24 Et dixit eis, Hoc est sanguis meus Novi illius fœderis, qui pro multis effunditur.

25 Amen dico vobis, [r] non bibam ampliùs ex fructu vitis usque ad diem illum quum ipsum bibam novum in regno.

26 Et quum hymnum cecinissent, exierunt in montem Olearum.

27 [s] *Tũc dicit eis Jesus, Omnes offendemini in me nocte ista. Nam scriptũ est, *Percutiã pastorẽ, & dispergentur oves.

28 *Sed postquam suscitatus fuero, prę-ibo vobis in Galilæam.

29 [t] Petrus autem dixit ei, Etiamsi omnes offendantur, at non ego.

30 Tunc dicit ei Jesus, Amen dico tibi, hodiè nocte ista, priusquàm [v] bis gallus vocem miserit, ter abnegabis me.

31 At ille [x] multò magis dicebat, Si me oportuerit commori tibi, haudquaquam te abnegabo. Itidem autem etiam omnes dicebant.

32 [y] *Veniũt igitur in locũ cujus nomẽ *est* Gethsemane. Tunc dicit discipulis suis, Sedete hîc usquedum precatus fuero.

33 Et assumit Petrum & Jacobum, & Johannem secum: cœpítque expavescere, & gravissimè angi.

34 Et dixit eis, Undequaque tristis est anima mea usque ad mortem: manete hîc, & vigilate.

35 Progressusq; paululùm, procidit in terram: & oravit ut, si fieri posset, abiret ab ipso hora illa.

36 Dixítque, [z] Abba, Pater, omnia fieri abs te possunt: transfer a me istud poculum. verùm non quid ego velim, sed quid tu.

37 [a] Tunc venit, & invenit eos dormiẽtes: dicítque Petro, Simon, dormis? non potuisti unam horam vigilare?

38 Vigilate & precamini, ne introëatis in tentationem. spiritus quidem promtus *est*, sed caro infirma.

39 Et quum rursum abiisset, precatus est, eundem sermonem loquutus.

runt in civitatem, & invenerunt sicut dixerat eis, & paraverunt Petscha.

17 Et quum esset serum, venit cum duodecim suis.

18 Quúmque accumberent, & ederent, ait Jeschua, Ammin dico vobis, quòd unus qui comedit mecum, ipse proditurus est me.

19 Ipsi verò cœperunt tristitia affici, & dixerũt ei [9] quisq; sigillatim, Nũquid ego?

20 Ipse autem dixit eis, Unus ex duodecim qui intingit mecum in catino.

21 Et Filius hominis abit, sicut scriptum est de eo: væ autem homini illi per cujus manum proditur Filius hominis. tolerabilius fuisset illi homini si non fuisset natus.

22 Et quum ipsi ederent, accepit Jeschua panem, & benedixit, ac fregit, ac dedit eis, dixítque eis, Accipite: hoc est corpus meum.

23 Et accepit poculum, & gratias egit, ac benedixit, ac dedit eis. Et biberunt ex eo omnes.

24 Et ait eis, Hic est sanguis meus Testamenti novi, qui pro multis effunditur.

25 Ammin dico vobis, quòd rursus nõ bibam [10] ex producto a vite usque ad diem illum in quo bibam ipsum [11] de novo in regno Dei.

26 Et laudes dixerunt, ac egressi sunt in montem Olivarum.

27 Et ait eis Jeschua, Vos omnes offendemini in me hac nocte. scriptum est enim, Percutiam pastorem, & dispergentur oves ejus.

28 Sed quum surrexero, præcedam vos in Galilæam.

29 Dixit ei Cipha, Si omnes offensi fuerint, at non ego.

30 Dixit ei Jeschua, Ammin dico tibi, quòd tu hodie in nocte hac, antequam cantet gallus duabus vicibus, tribus negabis me.

31 Ille autem amplius dicebat, Si fuerit mihi moriendum tecum, non negabo te, Domine mi. Et sicut ipse, etiam omnes discipuli dixerunt.

32 Et venerunt in locum qui vocatur [12] Gad-Siman, & dixit discipulis suis, Sedete hîc donec ego orem.

33 Et accepit secum Cipha & Jaakub & Juchannan, & cœpit mœstus esse & affici tristitia.

34 Et dixit eis, Tristis est anima mea usque ad mortem. Exspectate me hîc, & vigilate.

35 [13] Et accessit paululùm, & procidit in terram, & orabat ut, si posset, transiret a se hora illa.

36 Et dixit, [14] Pater, mi Pater, omnia potes tu, transire fac a me poculum hoc: [15] nõ voluntas mea *fiat*, sed tua.

37 Et veniens invenit eos dormientes: & ait Ciphæ, Schemeun dormis? Non potuisti una hora vigilare?

38 Vigilate & orate ut non intretis in tentationẽ. spiritus voluntarius & promtus est, sed corpus infirmum.

39 Et abiens rursus, oravit, & eumdem sermonem dixit.

[n] B. Abrogatur typus legalis mox reipsa implendus, & in ejus locũ substituuntur ἀντίτυπα novi fœderis, ad consummationẽ usque mundi duratura.
*Mat. 26. 20. Luc. 22. 14. Joh. 13. 21.

[o] Qui mecum vesci consuevit. Non enim hoc expressit, quid tum ageret Judas, sed his verbis indicavit ad quãtam familiaritatẽ admissus esset, qui ex eadem patella cum Christo peteret intinctum.

[p] Vide Mat. 26. 24.
*Mat. 26. 26. 1. Cor. 11. 24.

[q] Describit nunc Marcus cœnam salutari doctrina refertissimam.

[r] q. d. Nullum vinum posteà, juxta præsentis vitę consuetudinem, cum discipulis suis gustaturum.

[s] B. Christus prædicit se mox à suis deserendum eos minimè tamẽ deserturum.
*Joh. 16. 32.
*Zach. 13. 7.
*Inf. 16. 7.

[t] B. Humanę temeritatis & imbecillitatis tristissimum in prestantissimo homine exemplũ proponit.

[v] Bis refert ad cantum galli. nam ut infrà vers. 68. apparebit, Petrus semel Christum abnegavit, antequam gallus primùm vocẽ misisser, rursus bis ante secundum & tertiũ galli cantum. Solent autem galli ter canere, nempè media nocte, declinãte, & ipso diluculo. Sic conciliandus est hic locus cum aliis Evãgeliis.

[x] Illa conduplicatio vehementem Petri asseverationẽ magis exprimit.

[y] B. Christus in carne pro nobis assumta, horrificos illos maledictionis Dei terrores subiens, calicem ex Patris manu accipit, quẽ mox ipse justus pro injustis exhauriat.
*Mat. 26. 30. Luc. 22. 39.

[z] Fuit hæc cõduplicatio recepta eo tempore quũ idiomata permiscerentur. Abba autẽ Syriacum est.

[a] B. Horrendum humanæ socordiæ exemplũ in ipsis a Christo electis discipulis.

[9] Ad ver. Unus unus. Hebraismus. Gallicè diceretur *Un à un*, id est, Unus post alium.

[10] Ad verb. Ex partu, sive fœtu vitis: vel a genito vitis.

[11] F. nam Syrus Græcum nomen καινὸν accipit adverbialiter, interpretatione peracommoda.

[12] F. vel Gadsiman conjũcta voce, ut legit Syrus. vide in Matt. 26.

[13] In Matt. est, Et abiit paululùm, subaudi a discipulis suis. Hîc verò dicitur accessisse, subaudi ad locum quẽ nominavit, nempè ad Gad-Siman.

[14] Hæc amabilis Dei appellatio plurib. locis recurret, Rom. 8. 15. Gal. 4. 6. Porrò ingeminatio non solùm in Hebræa lingua, sed in quibusvis etiã linguis vehementiam notat. sicut etiam qd ea simplex nõ est, sed aliquid additur, ut hîc Pater, Pater mi, *vel noster*, quo meliùs fiducia declaretur.

[15] F. al. verumtamen non volũtas mea, mea inquã, sed tua fiat: vel nõ voluntas mea, q. mihi, sed quod tibi voluntatis est fiat illud.

40 Et

40 Et reverſus eſt rurſum: veniens invenit eos dormientes, quia oculi eorum gravati erant, neque ſciebant quid dicerent ei.

41 Et venit tertia vice, & dixit eis, Dormite quod ſupereſt, & requieſcite. appropinquat finis, & [16] venit hora. ecce, traditur Filius hominis in manus peccatorum.

42 Surgite, abeamus: ecce, appropinquat is qui prodit me.

43 Et dum ipſe loqueretur, venit Jihuda Secarjutha, unus ex duodecim, & populus multus cum gladiis & fuſtibus a principibus Sacerdotum & Legiſperitis & ſenioribus.

44 Et dedit eis ſignũ proditor ille qui prodebat, ac dixit, Ille quem oſculor, is eſt: apprehendite eum circumſpectè, & abducite eum.

45 Et eadem hora acceſſit & dixit ei, Domine mi, Domine mi, & oſculatus eſt eum.

46 Illi verò injecerunt in eum manus, & apprehenderunt eum.

47 Unus autem ex illis qui adſtabant, exemit gladium, & percuſſit ſervum principis Sacerdotis, & abſtulit auriculam ejus.

48 Ipſe autem Jeſchua reſpondit, & dixit illis, Sicut contra graſſatorem egreſſi eſtis contra me cum gladiis & fuſtibus, ut apprehenderetis me.

49 Quotidiè apud vos fui quum docerem in templo & non apprehendiſtis me. Sed ut complerentur Scripturæ, [17] factum eſt hoc.

50 Tunc deſeruerunt eum diſcipuli ejus, & fugerunt.

51 Et adoleſcens quidam veniebat poſt eum, & amictus erat [18] ſindone nudus. Et apprehenderunt eum.

52 Ipſe verò reliquit ſindonem, & effugit nudus.

53 Et abduxerunt [19] eũ ad Kajapha principem Sacerdotum: & congregati ſunt ad eum omnes principes Sacerdotum, & Legiſperiti & Seniores.

54 Schemeun autem e longinquo [20] veniebat poſt eum, uſque in medium atrii principis Sacerdotum, & ſedebat cum miniſtris, & calefaciebat ſe e regione ignis.

55 Principes autẽ Sacerdotum, & tota congregatio eorum, quærebant contra Jeſchua teſtimonium ut morti traderent eum: & non invenerunt.

56 Quum enim multi teſtarentur contra eum, non erant paria teſtimonia eorum.

57 Quidam autem ſurrexerunt contra eum teſtes mendaces, & dixerunt,

58 Nos audivimus eum quòd dixerit, Ego diſſoluturus ſum templũ hoc quod eſt factum manibus, & in tribus diebus ædificaturus ſum aliud quod non erit factum manibus.

59 Neque etiam ſic par erat teſtimoniũ eorum.

60 Et ſurrexit princeps Sacerdotum in medium, & interrogavit Jeſchua ac dixit, Non reddis tu reſponſum? Quid teſtantur contra te iſti?

[16] r. al. venit hora quum ecce tradit, &c.

[17] r. Ellipſeos πλήρωμα, quod adhibuit Syrus: qua de Ellipſi, vide in Matt. 26. 56.

[18] Id eſt, Nudus erat, nullaſque alias habuit veſtes præter ſindonem, qua amictus erat.

[19] r. al. eum, nẽpe Jeſum ad Kajaphã, &c. πρὸς αὐτόν.

[20] Id eſt, ſequebatur eum.

40 Reverſus autem invenit eos rurſum dormientes, (erant enim oculi eorum gravati) neque ſciebant quid ei reſponderent.

41 Et venit tertiò, dicítque eis, Dormite quod ſupereſt, & requieſcite: ſufficit, venit hora: ecce, traditur Filius hominis in manus peccatorum.

42 Surgite, eamus: ecce, qui prodit me, appropinquavit.

43 [b] *Et ſtatim, adhuc eo loquente, adeſt Judas qui erat unus e duodecim, & cũ eo turba multa cum gladiis & fuſtibus, a primariis Sacerdotibus & Scribis & Senioribus.

44 Dederat autem eis iſte, qui eum tradebat, [c] commune inter ipſos ſignum, dicens, Quemcumque oſculatus fuero, is eſt: prehendite eum, & abducite [d] tutò.

45 Quum igitur veniſſet, ſtatim accedens ad eum, dixit ei, Rabbi, Rabbi: ac deoſculatus eſt eum.

46 Illi verò injectis in eum manibus prehenderunt eum.

47 Quidam autem ex iis qui adſtabant ſtricto gladio percuſſit ſervum Pontificis maximi, & abſtulit ejus auriculam.

48 Reſpondens autem Jeſus dixit eis, Ut adverſus latronem exiſtis cum gladiis & fuſtibus ad comprehendendum me.

49 Quotidiè eram apud vos in templo docens, nec prehendiſtis me. Sed *oportet* ut impleantur Scripturæ.

50 Tunc relicto eo, omnes fugerunt.

51 [e] [f] Quidam autem juvenis ſequebatur eum, amictus ſindone ſuper nudum *corpus*, & prehenderunt eum juvenes.

52 Ipſe verò derelicta ſindone, nudus effugit ab illis.

53 *Tunc abduxerunt Jeſum ad Pontificem maximum: cum quo convenerunt [g] omnes primarii Sacerdotes, & Seniores & Scribæ.

54 Petrus autem e longinquo ſequutus eſt eum intrò [h] uſque in aulam Pontificis maximi: & conſidebat cum miniſtris, & calefaciebat *ſeſe* ad ignem.

55 [i] *Primarii verò Sacerdotes, & totus conſeſſus quærebant teſtimonium adverſus Jeſum, ut eum morte mulctarent: nec inveniebant.

56 Nam multi falſum teſtimonium dicebant adverſus eum: ſed non erant [k] paria ipſorum teſtimonia.

57 Tunc quidam ſurrexerunt, & falſa teſtati ſunt adverſus eum, dicentes,

58 Nos audivimus eum dicentem, *Ego deſtruam templum hoc quod eſt manibus factum, & intra triduum abſque manibus factum aliud ædificabo.

59 Sed ne ſic quidem par erat teſtimonium eorum.

60 Tunc Pontifex maximus quũ aſſurrexiſſet in medium, interrogavit Jeſum, dicens, non reſpondes quicquam? quid *illud eſt quod* iſti adverſum te teſtificantur?

[b] 1. Sicut homines Deum conditorẽ ſuũ deſertum ac proditũ ſcientes & volentes ſua laude ſpoliârũt: ita Chriſtus volẽs pro injuſtis ſatisfacturus, a ſuis deſertus, proditione familiaris ſui capitur tãquam latro, ut pœna peccato reſpondeat, & nos verè proditores, deſertores ac ſacrilegi ex diaboli laqueo eximamur.

*Mat. 26. 47. Luc. 22. 47. Joh. 18. 3.

[c] Græca vox ſonat commune ſignum de cõpoſito datum, cujuſmodi ſũt quę milites vocant ſymbola, quorum alia ſunt vocalia, alia muta.

[d] Ita diligẽter, ut elabi non poſſit.

[e] 1. omnia pietatis prætextu licent in Chriſtũ graſſantibus.

[f] Hinc apparet iſtos in capiẽdo & deducendo Chriſto immani violentia graſſatos, & ea quæ totã viciniam commovit, adeò ut ad ſtrepitum iſtius tumultus adoleſcens quiſpiã ſeminudus e lecto accurrerit, cui iſti furioſi ne quidem pepercerint.

*Mat. 26. 57. Luc. 22. 54. Joh. 18. 24.

[g] Coactũ fuit ſummum concilium quum accuſaretur Chriſtus ut blaſphemus, & pſeudoprophetа: tertiũ enim crimẽ læſæ majeſtatis confictum fuit a Sacerdotibus, ut Pilatum ad eũ damnandum adigerent.

[h] Amoris argumentum eſt quòd Petrus ſequiẽ Dominum: timoris, quòd eminùs ſequitur: ſtultitiæ & incogitantiæ, quòd inſerit ſe gregi aulicorũ pontificis.

[i] 1. Chriſtus adeò innocens ut ne falſis quidem teſtibus opprimi potuerit, tandem Deum Patrem confeſſus damnatur impietatis coram Pontifice, ut nos qui Deum abnegavimus, verè impii, coram Deo abſolvamur. *Mat. 26. 59.

[k] Non congruebant. *Joh. 2. 19.

61 Ipse verò silebat, & nihil respondit. Rursum Pontifex maximus eũ interroga vit, & dixit ei, Túne es ille Christus filius illius [l] Benedicti?

62 Jesus autem dixit, Ego sum: * & videbitis filium hominis sedentem ad dexteram potentiæ *Dei*, & venientem cum nubibus cæli.

63 Pontifex maximus verò disruptis vestibus suis dixit, quid adhuc nobis opus est testibus?

64 Audistis blasphemiam: quid vobis videtur? Illi verò omnes contra eum judicârunt, ipsum teneri mortis pœna.

65 [m] Et cœperunt quidam inspuere in eum, & obtegere faciem ejus, & colaphos ei infligere: & dicere ei, Vaticinare: [n] ministri verò bacillorum ictibus eum cędebant.

66 [o] * Quum verò Petrus esset in aula inferiùs, venit quædam ex ancillis Pontificis maximi:

67 Et quum vidisset Petrum se calefacientem, intuita in eum, dixit, Et tu cum Nazareno Jesu eras.

68 Ipse verò negavit, dicens, Non novi *illum*, neque scio quid tu dicas. Et exivit extrà in [p] vestibulum: & gallus vocem emisit.

69 * Tunc [q] ancilla quum rursus vidisset eum, cœpit dicere iis qui adstabant, Hic est *unus* ex ipsis.

70 Ipse verò rursum negavit. Et rursus paulò pòst qui adstabant dixerunt Petro, verè ex ipsis es: etenim Galilæus es, & loquutio tua similis est.

71 Ipse autem cœpit exsecrari & jurare, *dicens*, Non novi hominem istum quem dicitis.

72 * Tunc secundò gallus vocem emisit. & recordatus est Petrus verborũ quæ dixerat ei Jesus, Priusquam gallus vocem bis miserit, ter me abnegabis. Et quum *se* [r] proripuisset, flevit.

61 Ipse verò Jeschua tacebat, & nihil respondebat ei. Et rursus interrogavit eũ princeps Sacerdotum, ac dixit, Es tu Christus filius illius [21] Benedicti?

62 Ipse autẽ Jeschua dixit ei, Ego sum: & videbitis filium hominis sedentem a dextera virtutis *Dei*, & venientem in nubibus cæli.

63 Princeps verò Sacerdotum laceravit tunicam suam, & dixit, Quid deinceps nobis necessarii sunt testes?

64 Ecce, ex ore ejus audivistis blasphemiam. Quid videtur vobis? Illi verò judicaverunt quòd reus esset mortis.

65 Et cœperunt quidam [22] exspuere in faciem ejus: & obtegebant vultum ejus, & percutiebant eum, dicebántque, Vaticinare. Et ministri cędebãt eum super maxillas ejus.

66 Et quum Schemeun *esset* inferiùs in atrio, venit una puella Principis Sacerdotum:

67 Vidit eum quòd calefaceret se, & intuita est eum, & dixit ei, Tu quoque cum Jeschua eras Natzaraja.

68 Ipse verò negavit, & dixit, Non novi quid tu dicas. Et exivit foras ad vestibulum: & cantavit gallus.

69 Et vidit eum rursus [23] puella illa, & cœpit dicere illis qui adstabant, quòd etiam iste ex ipsis esset.

70 Ipse verò rursum negavit. Et post paululum ii qui adstabant dixerunt Ciphæ, Verè ex ipsis es: es enim quoque Galilæus, & sermo tuus est similis.

71 Ipse autem incipiebat exsecrari & jurare, Non novi ego hominem hũc quem vos dicitis.

72 Et eadem hora cantavit gallus secũda vice. & recordatus est Schemeun sermonis Jeschua quem dixerat ei: nempè, Antequam cantet gallus duabus vicibus, tribus negabis me. [24] Et incepit ut fleret.

[l] Dei, q omni laude dignus est.
* *Mat. 24. 30.*

[m] B. Christus omne contumeliarum genus nostro nomine sustinẽs, æternũ decus in se credituris acquirit.
[n] Apparitores enim bacillos gestabant.
[o] B. Triste exẽplum tum humanæ imbecillitatis, tum divinæ misericordiæ, spiritũ pœnitentiæ & fidei suis electis donantis.
* *Mat. 26. 69. Luc. 22. 55. Joh. 18. 25.*
[p] In locum aulæ proximum.
* *Mat. 26. 71. Luc. 22. 56. Joh. 18. 25.*
[q] Ex diligenti Evãgelistarum comparatione intelligitur Petrum agnitum fuisse a multis, suggerentibus ancillis, imò apud Lucam quum agitur de secũda abnegatione, fit mentio servi & non ancillæ.
* *Mat. 26. 71. Joh. 18. 26.*
[r] Foras sub. Fuerat enim Petrus intuitu Christi & galli clamore velut ex profundissimo somno expertrectus.

[21] Filius Benedicti, i. Dei. Sic enim in communi sermone, & in scribendo, Judæi epitheto pro nomine Dei proprio יהוה usurpant, ne si hoc familiariùs utantur, prophanent. Quæ etiam ratio est, ut השם, id est, nomen illud, loco ipsius, usurpent ac scribant אלהים, ידוד, pro אלהים, יהוה, & in notandis numeris (qd sanè superstitioni affine est) ponunt יה, pro יהוה, quò omni ex parte ab ineffabili nomine abstineant.
[22] Ad ver. Exspuentes. Heb. antè sæpè observatus.
[23] F. Sic interpretatur quidẽ Syrus, tamquã si Græcus articulus ὁ ὠδίκει demõstrativus esset vel ἀναφορικὸς. Etsi haud scio an secus oporteat accipi ex aliorum Evangelistarum comparatione.
[24] Id est, Et incepit flere.

CAPUT DECIMUMQUINTUM.

[1] *Quæ Christus sub Pilato præside passus sit.* [11] *Barabbas Christo præfertur.* [15] *Christus traditur a Pilato ut crucifigatur.* [17] *spinis coronatur.* [19] *conspuitur & irridetur.* [21] *Simon Cyrenæus portat crucem Christi.* [27] *Christus crucifigitur inter duos latrones.* [29] *convitiis afficitur.* [37] *expirat.* [43] *Joseph sepelit Christum.*

STatim* [a] autem, manè consilio inito, summi sacerdotes cum senioribus & Scribis, totúsque consessus, vinctum Jesum abduxerunt: [b] tradiderúntque Pilato.

2 [c] Et interrogavit eũ Pilatus, Túne es ille rex Judæorum? Ipse verò respondens dixit ei, Tu dicis.

3 Et accusabant eum primarii Sacerdotes de multis.

4 * Pilatus autem rursus interrogavit eum, dicens, Non respondes quicquam? ecce, quàm multa adversus te testificantur.

5 Jesus autem nihil ampliùs respondit, adeò ut miraretur Pilatus.

6 [d] Cęterũ singulis festis dimittebat eis unũ ex vinctis, quemcũque postulassent.

ET statim manè inierunt consilium principes sacerdotum, cum senioribus ac Legisperitis, & cum tota congregatione: & vinxerunt Jeschua, & adduxerunt eum ac tradiderunt eum Pilato præsidi.

2 Et interrogavit eum Pilatus, Túne es [1] rex Judæorum? Ipse verò respondit ac dixit ei, Tu dixisti.

3 Et accusabant eum principes sacerdotum in multis.

4 Ipse autẽ Pilatus rursus interrogavit eum, & dixit ei, Nõ reddis tu responsum? Vide quàm multa testificentur contra te.

5 Ipse verò Jeschua [2] aliquod responsum non dedit, ita ut miraretur Pilatus.

6 Solitus erat autẽ omni festo solvere illis vinctum unum quem postularent.

* *Matt. 27. 1. Luc. 22. 66.*
[a] Ad verb. ad ipsum mane.
[b] Non licebat illis capitali supplicio aliquem afficere. nam capitaliũ criminum illis erepta fuerat cognitio, primùm ab Herode Magno, posteà a Romanis, anno 40. ante templi eversionẽ: ideò Pilato tradunt Jesum.
[c] B. Christus vinctus apud Judicis terreni tribunal publicè. nõ suorũ (ut ex ipsius judicis ore cõstitit) sed nostrũm omnium peccatorum reus ad crucem damnatur: ut nos nocentissimi a nostrorum peccatorum noxa liberati, coram Dei ipsius solio in publico ipsorum quoque Angelorum consessu absolvamur. * *Mat. 27. 12. Luc. 23. 3. Joh. 18. 33.*
[d] Conatus Præsidis significatur, qui innocentem Christum liberare studuit, sed frustrà: vincebatur enim ab improbitate Judaica. Deinde non agebat Pilatus tanta constantia quanta decuit judicem.

[1] F. Syr. rex ille.
[2] Id est, nullũ responsum dedit. Hebraism.

7 Et erat quidam qui vocabatur Bar-Abba, qui vinctus erat cum seditiosis illis qui cædem in seditione perpetraverant.

8 Et clamaverunt populus, & cœperunt petere sicut solitus erat facere eis.

9 Ipse verò Pilatus respondit, & dixit eis, Vultis dimittam vobis regem Iudæorum?

10 Noverat enim Pilatus quòd ex invidia tradidissent eum principes sacerdotum.

11 Principes verò sacerdotum ampliùs solicitaverunt turbas *petere* Bar-Abbam solveret eis.

12 Ipse autem Pilatus dixit eis, Quid igitur vultis ut faciam ei quem vocatis regem Iudæorum?

13 Ipsi verò rursus clamaverunt, Crucifige eum.

14 Ipse verò Pilatus dixit eis, [3] Quid enim quod malum sit, fecit? Et illi ampliùs clamabant, Crucifige eum.

15 Pilatus verò voluit facere voluntatem turbarum, & solvit eis Bar-abbam. Et tradidit eis Ieschua flagellatum ut crucifigeretur.

16 Milites autem adduxerunt eum intra atrium quod erat prætorium, & vocaverunt universam cohortem.

17 Et induerunt eum purpura. & intortam imposuerunt ei coronam spinarum.

18 Et cœperunt [4] salutare eum, Pax *sit* ô rex Iudæorum.

19 Et percutiebant eum in capite ejus arundine, & expuebant in faciem ejus, & incurvabant se super genua sua, & adorabant eum.

20 Et quum illusissent ei, spoliârunt eum purpura, & induerunt eũ vestimentis suis, & duxerunt eum ut crucifigerent eum.

21 Et adegerunt quemdam qui transibat, Schemeun Kurinaiensem, qui veniebat ex agro, patrem Alecsandri & Ruffi, ut ferret crucem ejus.

22 Et adduxerunt eum in Gagultha locum, qui interpretatur Cranium.

23 Et dederunt ei ad bibendum vinum in quo erat mixta myrrha: ipse verò non accepit.

24 Et quum crucifigerent eum, dispertiverunt vestimenta ejus, & projecerunt super ea sortem, quis quid acciperet.

25 Erat autem hora tertia quum crucifigerent eum.

26 Et scripta erat causa mortis ejus in scripto, HIC EST REX IUDÆORUM.

27 Et [5] crucifixerunt duos latrones, unum à dextera ejus, & unum a sinistra ejus.

28 Ac impleta est scriptura quæ dicit, Cum iniquis reputatus est.

29 Sed & illi qui transibant, convitiabantur ei: & movebant capita sua, ac dicebant, Vah qui solvis templum, & ædificas illud in tribus diebus.

30 Libera teipsum, & descende de cruce.

31 Et sic etiam principes sacerdotum ridebant [6] unus cum alio, & Legisperiti, ac

[3] F. Ellipsis negationis est, quam ostendit *ἀμὴν*, pro eo quod est, non faciam. quid enim, &c. vide in Matt. 13. 29. & 25. 9.

[4] Ad verb. Rogare de pace ejus. Hebraismus jam sæpiùs annotatus.

[5] F. al. crucifixérunt cum eo: Græcis verbis conveniétiùs.

[6] Ad verb. Unus cum uno. Hebr.

7 Erat verò quidam qui dicebatur Barabbas, vinctus cum seditionis sociis, qui cædem per seditionem fecerant.

8 Et vociferans turba cœpit petere *ut faceret* prout semper ipsis fecerat.

9 Pilatus autem respondit eis, dicens, Vultis dimittam vobis regem illum Iudæorum?

10 (Noverat enim eum per invidiam traditum fuisse a Primariis sacerdotibus)

11 Primarii verò sacerdotes concitârunt turbam ut potiùs Barabbam ipsis dimitteret.

12 Tum Pilatus respondens, rursum dixit eis, Quid ergo vultis faciã isto quem dicitis regem Iudæorum?

13 Ipsi verò rursum clamaverunt, Crucifige eum.

14 Pilatus autem dicebat eis, Enimverò quid mali fecit? Illi autem ampliùs clamaverunt, Crucifige eum.

15 Pilatus igitur volens turbæ satisfacere, dimisit eis Barabbam, & Iesum flagellatum tradidit ut crucifigeretur.

16 [c] Milites verò abduxerunt eum intra aulam, id est prætorium, & convocaverunt totam cohortem:

17 [f] Et induerunt eum purpura, & circumposuerunt ei plexam coronam spineam:

18 Et cœperunt eum salutare, *dicentes*, Ave rex Iudæorum.

19 Et verberabant ejus caput calamo, & inspuebant in eum, ac summissis genibus adorabant eum.

20 Quum autem illusissent ei, exuerũt eum purpura, & induerunt eũ suis ipsius vestimentis: eduxerúntque ut crucifigerent eum.

21 [g] *Prætereà angariârunt prætereuntem quemdam Simonem Cyrenæum (venientem rure, patrem Alexandri & [h] Rufi) ut attolleret crucem ejus.

22 [i] *Duxerúntque eum in locum Golgotha: quod est, si interpreteris, Calvariæ locus.

23 Et dederunt ei bibendum myrrhatum vinum: ipse verò non sumsit.

24 [k] *Quúmq; crucifixissent eum, partiti sunt vestimenta ejus, jacta sorte super ea, quis quid tolleret.

25 Erat autem hora tertia quando crucifixerunt eum.

26 Erátque inscriptio criminis ipsius inscripta *his verbis*, REX ILLE IUDÆORUM.

27 Crucifixerunt etiam cum eo duos latrones, unum ad dexteram, & alterum ad sinistram ejus.

28 Et impleta est scriptura quæ dicit, *Et cum [l] sceleratis numeratus est.

29 Qui verò præteribant, convitiabantur ei, moventes capita sua, & dicentes, *Vah, *Tu* qui destruis templum, & triduò ædificas:

30 Serva teipsum, & descẽde e cruce.

31 Similiter autem & primarii Sacerdotes illudentes, dicebant alii ad alios cũ

[c] Notavit priùs quid Dominus passus sit a ministris Judæorum in palatio Pontificis: jam docet quid, condemnatus a ministris Ethnici præsidis, a Gentibus, inquam, in prætorio sustinuerit: deinque quomodo ductus sit ad suppliciũ crucis.

[f] B. Christus hominum peccata sublaturus, qui Dei ipsius soliũ usurpare sunt conati, affectãti regni dãnatus, sub falsa regni specie deridetur: ut nos contrà verè futuri æterni reges, ex Dei ipsius manu coronam gloriæ accipiamus.

[g] B. Impiorum rabiei nullus modus. Intereà verò vel ipsa Christi sub crucis pondere laborantis imbecillitas arguit agnũ ad sacrificium dei.

*Mat. 27. 32. Luc. 23. 26.

[h] Notos & celebres in Ecclesia Dei istos fuisse oportet quorum nuda nomina Marcus exposuerit.

[i] B. Christus extra terrenæ Jerusalẽ septa educitur in locum morticiniis pollutum, nõ in sese quidem, sed in nobis contaminatissimus, propter imposita ipsi nostra peccata: ut nos sanguine ejus expiati, in cæleste sacratium introducamur.

*Mat. 27. 33. Luc. 23. 33. Ioh. 19. 18.

[k] B. Christus nudus in crucem attollitur & tamquam sceleratorũ sceleratissimus omnibus contumeliis afficitur, ut ejus justitia induti, & maledictione benedicti, & una oblatione sanctificati, in

cælum usque attollamur. *Matt. 27. 31. Luc. 23. 34. Ioh. 19. 23. *Esa. 53. 12.

[l] Ad verb. ex legibus, id est, legis prævaricatoribus. *Joh. 2. 19.

Scribis, Alios servavit, seipsum servare non potest.

32 Christus ille rex Israëlis descendat nunc e cruce, ut videamus & credamus. Et qui crucifixi erant cum eo, probris afficiebant eum.

33 [m] Quum verò advenisset hora sexta, tenebræ factæ sunt super [n] totam regionem usque ad horam nonam.

34 [o] Et hora nona clamavit Jesus voce magna, dicens, *Eloi, Eloi, lamma sabacthani? quod est, si quis interpretetur, Deus mi, Deus mi, cur me deseruisti?

35 Et quidam adstantium quum audissent, dicebant, Ecce, Eliam vocat.

36 Cucurrit autem quidam, *& impleta spongia aceto, & arundini circumposita dedit ei potum, dicens, Sinite: videamus an veniat Elias ad eum detrahendum.

37 Jesus verò emissa voce magna, [p] exspiravit.

38 [q] Et aulæum templi fissum est in duas partes, à summo usque ad imum.

39 Quum vidisset autem Centurio qui adstabat ipsi ex adverso, eum ita emisso clamore exspirasse, dixit, Verè homo iste Filius erat Dei.

40 [r] Erant autem etiam & mulieres e longinquo spectantes, inter quas erat Maria Magdalene, & Maria Jacobi parvi & Jose mater, & Salome:

41 Quæ, etiam quum esset in Galilæa, *sequutæ fuerant eum, & ministraverant ei: aliæq; multæ quæ simul cum eo ascenderant Hierosolyma.

42 *Quum autem serum *diei* jam esset, quoniam erat parasceve, hoc est, [s] ante sabbathum)

43 [t] Veniens Josephus Arimathæensis, honoratus Senator, qui & ipse exspectabat regnum Dei, [v] fidenti animo introiit ad Pilatum, & petiit corpus Jesu.

44 Pilatus autem miratus est si jam mortuus esset: & advocato Centurione, interrogavit eum: an jamdudum mortuus fuisset.

45 Et *re* cognita ex Centurione, donavit corpus Josepho.

46 Is autem emit sindonem, & detractum eum involvit sindone: deposuitque in monumento quod erat excisum e petra: & advolvit saxum ad ostium monumenti.

47 Maria Magdalene verò & Maria *mater* Jose spectabant ubi poneretur.

dicebant, Alios [7] servavit: seipsum non potest servare.

32 Christus rex Israiel descendat nunc de cruce, & videbimus, ac credemus in eum. Quin & illi qui crucifixi erant cum eo, exprobrabant ei.

33 Quúmq; esset hora sexta, factæ sunt tenebræ super universam terram, usque ad horam nonam.

34 Et hora nona clamavit Jeschua voce elata, & ait, Il, Il, Lemana Schevaktani: quod est, Deus meus, Deus meus, ad quid deseruisti me?

35 Et quidam qui audierunt ex iis qui adstabant, dicebant, Iliah vocavit.

36 Cucurrit autem quidam, & implevit spongiam aceto, & alligavit arundini, ut potum præberet ei. Et dixerunt, Sinite, videamus an veniat Iliah deposituru eum.

37 Ipse verò Jeschua clamavit voce elata, & reddidit *spiritum*.

38 [8] Et facies portæ templi fissa est in duo a summo usque ad imum.

39 Quum vidisset autem Centurio ille qui stabat juxta eum, quòd sic clamasset, & reddidisset *spiritum*, dixit, Verè iste homo Filius erat Dei.

40 Erant autem mulieres procul quæ spectabant, Mariam Magdelaitha, & Mariam mater [9] Jaakub parvi ac Jusse, & Schalum.

41 Quæ quum esset in Galilæa, [10] adhærebant ei, & ministrabant ei, & aliæ multæ quæ ascenderant cum eo in Urischelem.

42 Quúmque esset serum Parasceves quæ est ante sabbathum,

43 Venit Jauseph ille qui erat à Rametha, honorabilis senator, qui etiam ipse exspectabat regnum Dei: & confidẽtiam sumsit, ac ingressus est ad Pilatum, petiitq; corpus Jeschua.

44 Pilatus autem miratus est si jã mortuus esset: & vocavit centurionem illum, ac interrogavit eum, utrum ante aliquod tempus mortuus esset.

45 Et quum didicisset, dedit corpus illius Jausepho.

46 Et emit Jauseph lineum pannum: & deposuit illum ac involvit illum in eo, posuitque illum in sepulcro quod erat effossum in rupe, & devolvit lapidem super ostium sepulcri.

47 Mariam verò Magdelaitha & Mariam [11] illa quæ erat Jusse viderunt vbi positus esset.

[m] B. Ira Dei peccata nostra in Filio sponsore nostro vẽ dicantis, tenebrarum horrore sanciitur.

[n] Ad verbum, Terram. terræ autem nomine Hebr. more Palæstinam intelligit. itaque amplificatur prodigii novitas, quòd in plenilunio, Paschatis scilicet tempore, & sole reliquum orbem illustrante, atque adeò in ipso meridie, ille orbis angulus in quo tantum facinus parraretur, in densissimis tenebris delituerit. vide in Matth. 27. 45.

[o] B. Christus cum Satana, cum peccatis, cum morte denique, horrenda illa maledictione Dei armatis, potenter luctãs, corpore pendens in cruce, summis doloribus oppresso, animo in inferorum gurgitibus demerso, emergit tamẽ vociferans, & quamvis accepto a morte vulnere, ad tempus vita privatus, summa & ima cõcutiens, velo templi fisso, extortóque a suis carnificibus testimonio, victorem sese ac Dominum omnium mox declaratum iri, reliquis adhuc obstinatis & irridentib. hostibus denunciat.

*Psal. 22. 1. Matth. 27. 46.

*Psa. 69. 22.

[p] Se verè hominem esse testificans.

[q] Cessare debent umbræ simul atque prodit corpus, & veritas, Col. 2. 17. nec enim ampliùs erat necesse, ut ullus Sacerdos intraret in sancta sanctorum (quæ velo illo distinguebantur a reliquis partibus templi) semel immolata victima, quæ sola sufficit pro expiandis totius mundi peccatis, nobisque omnibus cælum ipsum, quod per sancta sanctorum significabatur, aperuit. Hebr. 9. 24.

[r] B. Christus magno cum virorum pudore, qui Dominum deseruerant, testes etiam mulieres sibi delegit, ut quæ fuerint omnium istarum rerum spectatrices. * Luc. 8. 2. * Matt. 27. 17. Luc. 23. 50. Joh. 19. 38.

[s] Dies quæ sabbathum antegreditur.

[t] Plenus auctoritatis, ex concilio Sanhedrin, vel forsan qui adscitus esset in concilium a Pilato: sicut mos erat præsidibus provinciarum aliquos interdum in concilium adsciscere ad explicandas privatorum controversias.

[v] Si quis expendat quantum periculum ultrò subierit Joseph, quàm fidenti fuerit animo intelliget.

[7] Ad ver. Vivificavit. ut paulò post Vivificare.

[8] Vide annot. in Mat. 27. 51.

[9] F. i. filii Chalphai sive Alphæi: qui minor dictus est, non per comparationem cũ Jakobo Zabdai vel Zebedæi filio, sed cum patruo ipsius Jakobo, fratre Chalphai, qui Jehudam vel Taddæum & Josen genuit. Nã hæc Mirjam Alphæo viro suo viduata, honestè Christũ prosequuta est, filio & cognatis suis comitata. vide in Mat. 10. 3.

[10] F. vel adhæserant ei, & ministraverãt ei.

[11] F. i. mater Jacobi minoris & Jose, ut ver. 40. sed hoc διὰ συνεκδοχὴν, & evidentiùs: nã è diverso mater Jakobi itidem appellatur, infr. 16. 1.

CAPUT DECIMUMSEXTUM.

[1] Christi resurrectio. [9] Christus apparet Mariæ Magdalenæ, & aliis. [15] Mittit Apostolos ad prædicandum. [19] Ascensio Christi.

*Luc. 24. 1. Joh. 20. 1.

*ET exacto intercedente Sabbatho, Maria Magdalene & Maria Jacobi

ET quum transivisset sabbathum, Mariam Magdelaitha, & Mariã Jaakub,

& Schal

& Schalum, [1] emerant aromata, ut venientes ungerent eum.

2 In aurora autem in prima *die* [2] in sabbatho, venerunt ad locum sepulcri, quum oriretur sol.

3 Et dicebant apud seipsas, Quis verò devolvit nobis lapidem ab ostio loci sepulcri?

4 Et intuitæ viderunt quòd devolutus esset ille lapis: magnus enim erat valdè.

5 Et ingressæ sunt in locum sepulcri, ac viderunt adolescentem qui sedebat à dextera, & amictus erat stola candida: & absterritæ fuerunt.

6 Ipse verò dixit eis, Ne timeatis: Jeschua Natzrai quæritis qui crucifixus est: [3] surrexit, non est hîc. ecce locus ubi positus erat.

7 Sed abite, dicite discipulis ejus & Ciphæ quòd ecce præcedit vos in Galilæâ: illic videbitis eum sicut dixit vobis.

8 Et quum audivissent, fugerunt, & egressæ sunt a sepulcro. apprehēderat enim eas stupor & tremor. & nemini quicquā dicebant: timebant enim.

9 In aurora autem, in primo *die* [4] in sabbatho, surrexit, & conspectus est primùm Mariam Magdelaitha illi ex qua septē dæmonia ejecerat.

10 Et illa, profecta nunciavit iis qui cū ipso fuerant qui lugebant & flebant.

11 Et illi quum audirent quod dicerent *mulieres* quòd viveret & conspectus esset sibi, non crediderunt eis.

12 Post hæc conspectus est duobus ex ipsis in similitudine alia, quū ambularent, & irent in pagum.

13 Et illi abeuntes dixerūt reliquis: neque illis crediderunt.

14 Postremò autē conspectus est [5] duodecim accumbētibus, & exprobravit parvitatem fidei eorum, & duritatem cordis eorum, quòd illis, qui vidissent ipsum [6] quòd surrexisset, non credidissent.

15 Et ait eis, Abite in mundum universum, & prædicate [7] Evangelium inter omnes creaturas.

16 Is qui credidit, & baptizatur, [8] servatur: & is qui non credidit, condemnatur.

17 Signa autem eos qui credunt, hæc sequentur, In nomine meo dæmonia ejicient: & linguis novis loquentur:

18 Et serpentes tollent: &, si venenum mortis biberint, non molestum erit eis: & manus suas imponent super infirmos, ac sanabuntur.

19 Jeschua autē Dominus noster, postquam loquutus est cum eis, in cælū ascendit, & sedit a dextera Dei.

20 Illi verò egressi sunt, & prædicaverunt in omni loco: Dominúsque auxilio erat eis, & confirmabat sermonem eorum per signa quæ faciebant.

[1] Præteritum perfectum per plusquamperfectū convertì, quò clariùs appareret cōsensus inter hunc Evangelistam & Lucam, qui diserte narrat aromata coëmta fuisse pridie quàm ad ungendum Christum mulieres exirent. Quòd si reddidissem, Et quū transiisset sabbathum, emerūt &c. videretur Marcus dicere mulieres exacto sabbatho & aromata emisse & ad sepulchrū profectas esse: quod minimè convenit cū verbis Lucæ. Sciūt autē omnes qui Hebræam linguā attigerūt, omnes præteritorū species sub una contineri. ᾠ. Etsi μετελθοῦσαι id verbū sic potest accipi, ἐγέρασαι, id est, ἀναστάσαι ἀπὸ μνήματος: nā ipsa nocte comparavisse & confecisse credibile est, non autē in die sabbathi.

[2] Sabbathum pro septimana sumitur, ut in rio Matth. 28. annotavimus.

[3] ᾠ. Syr. surrexit tibi. Pleonasmus, ut adnotavimus in Matth. 4. 10.

[4] Id est, In septimana.

[5] Certū est Judam proditorē non ampliùs fuisse in illorū consortio, atq; ideò undecim tantùm erant: sed tamen in Syriaco textu dicūtur duodecim, non qd plenus tūc esset numerus, sed ex usu scripturę maxima pars totius nomen retinet. Subtiliùs etiā dici posset respici Dei ordinationem quæ integra adhuc manebat. ᾠ. Simile est 1. Cor. 15. 5. amat enim Scriptura numeri usitati rotundationem.

[6] ᾠ. vel quū surrexisset: id est, suscitatum.

[7] ᾠ. al. Evangelium meum.

[8] Ad verb. vivit.

mater & Salome emerant aromata, ut venientes ungerent eum.

2 Et valdè manè, [a] primo die hebdomadis, veniunt ad monumentum, exorto sole.

3 Dicebántque inter sese, Quis avolvet nobis saxum ab ostio monumenti?

4 [b] Intuitæ verò conspiciunt saxum esse avolutum: nam erat magnum valdè.

5 [c] *Ingressæ igitur in [d] monumentum, viderunt juvenem sedentem ad dexterā, amictum stola candida: & expaverunt.

6 Ipse verò dixit eis, Ne expavescite: Jesum quæritis Nazarenum illum qui fuit crucifixus: suscitatus est, non est hîc: [e] ecce locus ubi posuerant eum.

7 Sed abite, dicite discipulis ejus & Petro, *ipsum* [f] præire vobis in Galilæam: [g] illic eum videbitis, *prout dixit vobis.

8 Tunc digressæ citò, fugerunt à monumēto: tenebat enim eas tremor & stupor. neque cuiquam quicquam dicebant: timebant enim.

9 [h] Quum autē resurrexisset Jesus, manè, primo die hebdomadis, *apparuit primùm Mariæ Magdalenæ, *ex qua ejecerat septem dæmonia.

10 Illa profecta annunciavit iis qui cum ipso fuerant, lugentibus ac flentibus.

11 Illi verò quū audissent eum vivere, & conspectū fuisse ab ea, non crediderūt.

12 [i] Posteà autem *duobus ex ipsis ambulātibus apparuit [k] alia forma, quum rus proficiscerentur.

13 Et illi abierunt, & annunciaverunt reliquis: *qui* ne illis quidem crediderunt.

14 *[l] Postremò verò unà sedētibus ipsis undecim conspicuū sese prębuit, & exprobravit incredulitatem eorum, & cordis duritiem: eo quòd iis qui ipsum conspexerant suscitatum non credidissent.

15 [m] Et dixit eis, *Profecti in mundum universum, prædicate Evangelium [n] omni creaturæ.

16 Qui crediderit & baptizatus fuerit, servabitur: *qui verò non crediderit, condemnabitur.

17 Signa autem eos qui crediderint, hæc consequentur, *Per nomē meum dęmonia ejicient: *linguis loquētur [o] novis:

18 *Serpentes tollent: & si quid lethale biberint, nequaquam nocebit eis: *ægrotis manus imponent, & benè habebunt.

19 * [p] Dominus igitur postquā loquutus fuisset eis, sursum receptus est in cælū, & sedit ad dextram Dei.

20 Illi verò profecti prædicārūt ubiq;, *Domino cooperante, & sermonem *eorum* confirmante per signa [q] subsequētia.

[a] Prima die est in hebdomada, proximè sequēs Sabbathū, nimirū illa quam nos ob resurrectionis memoriam appellamus dominicam.

[b] Quum sepulcrum versūs convertissent oculos.

[c] 2. Angeli resurrectionis Dominitestes. *Matth. 28. 1. joh. 20. 12.

[d] In spelunca, in qua excisū erat sepulcrū.

[e] Hinc sequitur Christum etiam post resurrectionē verè corpus humanū habuisse, id est, quod in uno loco esset, quæ est humani corporis proprietas. alioquin non verè dixisset Angelus, resurrexit, nō est hîc: quare apparet Christi corpus pluribus in locis simul esse non posse.

[f] Pertinet & hoc ad veritatem corporis Christi cōfirmandam. motus enim ille localis veritatem corporis ostendit, nec illud simul pluribus in locis esse posse, quò etiam pertinet quod ait, *illic eum videbitis*, &c.

[g] Certum locū denotat. *Matt. 26. 32. suprà 14. 28.

[h] 2. Christus ipse Mariæ Magdalenę apparet, discipulorum incredulitatem exprobrans. *Joh. 20. 16. *Lucæ 8. 2.

[i] 2. Christus duobus aliis discipulis apparet, & tandē etiā ipsis undecim Apostolis. *Lucæ 24. 13.

[k] Luc. 24. 13. *Luc. 24. 36. joh. 20. 19.

[l] Non respexit temporis seriem Evangelista, sed naturationis distributionem, quam facit triplicem: prima complectitur quomodo mulieribus apparuerit, secunda discipulis, tertia Apostolis: ideò dicit postremò. [m] 2. Designantur Apostoli, definito ipsorum munere, docendi videlicet quæ audierant, & sacramenta instituta administrandi: addita edēdi miracula potestate. *Matth. 28. 29. [n] Non Judæo nec in Judæa tantùm, sed omnibus hominibus & ubique, idque omnes (scilicet) Apostoli. *Joh. 12. 48. *Act. 16. 18. *Act. 2. 4. & 10. 46. [o] Novas linguas appellat, non recenter fabricatas, sed peregrinas & quas nunquam anteà nossent, qui singularis spiritus munere repentè euadebant earum periti. Act. 2. 11. *Act. 28. 5. *Act. 28. 8. *Luc. 24. 51. [p] 2. Christus in tertis suo munere defunctus, in cælum ascendit, inde Ecclesiam suam apostolica doctrina variis signis confirmata, ad fines usque seculorum gubernaturus. *Heb. 2. 4.

[q] Sub. doctrinam. Itaque doctrina præire, miracula subsequi debent.

Finitum est Evangelium sanctum prædicationis Marci, qui loquutus est ac prædicavit Latinè Romæ.

EVANGELIUM SANCTUM
PRÆDICATIONIS LUCÆ
EVANGELISTÆ,

qui loquutus est, & prædicavit Græcè in [1] Alecsandria magna.

[1] F. Ita scribitur in veteribus monimentis: ut antè nos Fulvius Ursinus in suis notis in M. Tulliū observavit.

CAPUT PRIMUM.

[1] *Præfatur Lucas.* 5 *Zacharias & Elizabeta.* 15 *Johannes qualis futurus.* 20 *Zacharias ob incredulitatem mutus efficitur.* 26 *Angelus salutat Mariam, & annūciat Christi nativitatem.* 39 *Maria visitat Elizabetam.* 46 *Canticum Mariæ.* 68 *Canticum Zachariæ nuncians Christum promissum venisse.* 76 *Johannis officium.*

BEZÆ INTERPRET.

QUONIAM [a] multi [b] aggressi sunt [c] componere narrationē earum rerum, quarum [d] plena fides nobis facta est,

2 Prout [e] tradiderunt nobis qui à principio spectatores ipsi & ministri fuerunt sermonis:

3 Visum est etiam mihi, omnia [f] altè *repetita* penitùs [g] assequuto, [h] ordine *illa* ad te scribere, [i] præstantissime Theophile:

4 Ut [k] agnoscas earum rerum [l] veritatē quas auditione accepisti.

5 FUIT [m] [n] diebus [o] Herodis illius regis Judææ, Sacerdos quidam nomine Zacharias, * ex [p] classe Abiæ: uxor verò ipsius *erat* ex filiabus Aaron, & nomen ejus Elizabeta.

6 Erant autem justi ambo in [q] conspectu Dei, [r] incedentes in omnibus [s] mandatis & constitutionibus Domini [t] inculpatè.

7 Nec erat eis proles, eo quòd esset Elizabeta sterilis, & ambo provecti jam essent ætate.

8 Factum est autem ut quum is sacerdotio fungeretur in ordine suæ classis ante Deum,

9 Secundùm ritum functionis sacerdotalis, sortitus sit *munus* suffitus faciendi, ingrediendo in [v] templum Domini.

10 * Tota verò multitudo populi foris precabatur tempore suffitus.

11 Visus autem est ei Angelus Domini, stans ad dexteram altaris suffitus.

12 Et Zacharias *eo* viso turbatus est, & timor incidit in eum.

13 Dixit autem ei Angelus, Ne time Zacharia. Nam exaudita est deprecatio tua: uxórque tua Elizabeta gignet tibi filium, & vocabis nomen ejus Johannem.

14 Et *is* erit tibi gaudio & exsultationi,

[a] B. Lucas hujus historiæ testes oculatos laudat.
[b] Ad verb. in manus sumserūt, (quasi dicat) idque non præstiterunt. Hic autē notādum est Lucam non exprimere illos multos de rebus parùm cō pertis scripsisse: sed rerum certitudinem sibi vendicantem modestè certam illis & indubitatam fidem derogare.
[c] id est, describere, vel ordinare.
[d] Ad verb. plenè certiorati sumus. Plerophoria enim est certissima animi persuasio. Intelligit autē pseudoapostolos & pseudoevangelistas, quales fuerūt jam tunc permulti: non autem Matthæum & Marcum, ante quos ipsū scripsisse probabile est.
[e] Non fuit Lucas oculatus testis, itaq; minimè is fuit cui cū Cleopa Dominus apparuit, tamen non à Paulo tantùm, sed ab alijs etiam Apostolis edoctus fuit.
[f] Longè altiùs Lucas exorsus est Evangeliū quàm alii.
[g] Ad verb. diligenti attentione assequuto.
[h] i. distinctè & distributè, ut ij solent qui ad scribendam historiam aliquod judicium adferunt.

TREM. INTERPRET.

QUONIAM multi voluerunt scribere narrationes rerum gestarum illarum de quibus nos persuasi sumus,

2 Prout tradiderunt nobis ii qui a principio fuerūt spectatores & ministri ipsius sermonis.

3 Visum est etiā mihi, propterea quòd proximus fui accuratè omnibus, ut omnia ordine suo scribam tibi excellens Theauphile:

4 Ut agnoscas veritatem sermonū eorum in quibus edoctus fuisti.

5 FUIT in diebus Hiraudis Regis Jihuda sacerdos [2] quidam, cui nomen erat Zachariah, ex ministerio familiæ Abia: & uxor ejus ex filiabus Aharun, cujus nomen erat Elischevah.

6 Ambo autem justi erant coram Deo, & incedentes in omnibus mandatis ejus, & in rectitudine Domini, sine reprehensione.

7 Filius autem non erat eis, propterea quòd Elischevah sterilis esset, & ambo provecti in diebus suis essent.

8 Factum est autem quum sacerdotio fungeretur in ordine ministerii sui coram Deo,

9 Secundùm consuetudinem sacerdotii, evenit ei ut [3] poneret aromata. Et ingressus est in templum Domini.

10 Omnis autem congregatio populi orans erat foris tempore [4] aromatum.

11 Et conspectus est Zachariah angelus Domini stans a dextra [5] altaris aromatum.

12 Et cōturbatus est Zachariah quum videret eum, & timor incidit super eum.

13 Et dixit ei Angelus, Ne timeas Zachariah, quia exaudita est oratio tua, & uxor tua Elischevah pariet tibi filium, & vocabis nomen ejus Juchannan.

14 Eritq; tibi [6] gaudium & exsultatio:

[2] Ad verb. unus.
[3] Hebraismus est, ut suffitum faceret, hoc est, ut offerret suffitum.
[4] i. Suffitus.
[5] i. Altaris quod dicebatur thymiāmatis, F. siue uno verbo thymiaterii.
[6] F. i. gaudio & exsultationi. Hebræorū & Syrorum phrasis.

[l] Vel potentissime. Fuit ergo Theophilus vir primariæ nobilitatis aut præcipuo dignitatis loco.
[k] Pleniorem cognitionem habeas eorum quæ anteà utcumque cognoveras. [l] Ad verb. non labascentem firmitatem. [m] B. Johannes alter Elias futurus Christi apparitor, ex stirpe Aaronis, utroque celebri & inculpato parente, præter ordinem naturæ adhibito duplici miraculo concipitur, ut homines tempestivè ad audiendum ejus præconium, secundùm Prophetarum prædictiones, excitentur. [n] Heb. id est, temporibus. Quo exprimitur quàm brevis sit & caduca regum potestas. [o] Herodis scilicet Magni. * 1. Para. 24. 1. [p] Distributi enim fuerunt in classes posteri Aaronis, 1. Par. 24. 1.
[q] Vera justitiæ nota, scilicet quæ Dei judicio probatur. [r] id est, viventes Heb. Est enim vita nostra instar viæ in qua nobis pergendum est quousq; ad metam pervenerimus. [s] In moali & ceremoniali lege. [t] Quos nemo jure culpare potuisset. Hoc autem loco describuntur fructus, non autem causa justificationis, quæ fides est, eāque sola. [v] Populus in atrio quum esset, foris autem dicatur fuisse, ingressus verò templum Zacharias, ab atrio distingui hoc loco templum necesse est. * *Levi. 16. 17. exod. 30. 7.*

& multi

& multi gaudebunt de ejus nativitate.

15 Erit enim magnus coram Domino, & vinum & siceram non bibet: & Spiritu sancto implebitur adhuc existens in ventre matris suæ.

16 Et multos ex filiis Israjel convertet ad Dominum Deum ipsorum.

17 Et ipse [7] præcedet eum in Spiritu, & in virtute Iliah Prophetæ: ut convertat cor patrum super filios, & eos qui sunt [8] contumaces, ad cognitionem rectorum: & præparabit Domino populum perfectum.

18 Et dixit Zachariah ad Angelum, Quomodo noscam istud? Ego enim sum senex, & uxor mea provecta in diebus suis est.

19 Et respondit Angelus, & dixit ei, Ego sum [9] Gabriil, qui adsto coram Deo, & missus sum ut loquar tecum, & nunciem tibi hæc.

20 Deinceps eris tacitus, neque poteris loqui usque in diem quo hæc fient, eo quòd nō credidisti sermonibus meis, qui implebuntur tempore suo.

21 Populus autem stabat, & exspectabat Zachariah, & mirabantur de mora ejus [10] quæ *fieret* in templo.

22 Quum egressus autem esset Zachariah, non poterat loqui cum eis: & intellexerunt quòd visionem vidisset in templo. & ipse innuebat nutu eis, & [11] mansit quasi mutus.

23 Et quum impleti essent dies ministerii ejus, ivit in domum suam.

24 Et factum est post dies eos in utero concepit Elischeva uxor ejus: & occultabat se ipsam mensibus quinque, ac dicebat,

25 Nempe hæc fecit mihi Dominus in diebus quibus respexit me, ad auferendū [12] opprobrium meum quod est inter filios hominis.

26 In mense autē sexto missus est Gabriil Angelus à Deo in Galilæam in civitatem cujus nomen Natzrath,

27 Ad virginem quæ desponsata erat viro cujus nomen erat Jauseph [13] de domo David, & nomen virgini erat Mariam.

28 Et ingressus est ad eam Angelus, & dixit ei, Pax tibi, plena gratia: Dominus noster tecum: benedicta inter mulieres.

29 Illa verò quum vidisset, conturbata est in sermone ejus, & cogitabat cujusnā esset [14] pax ista.

30 Et dixit ei Angelus, Ne timeas Mariam: invenisti enim gratiam apud Deum.

31 Ecce enim, [15] concipies in utero, & paries filium: & vocabis nomen ejus Jeschua.

32 Hic erit magnus, & filius Excelsi vocabitur: & dabit ei Dominus Deus solium David patris ipsius.

33 Et regnabit super domum Jaakub in æternum, & regno ejus finis non erit.

34 Dixit Mariam ad Angelum, Quomodo fiet istud, quia vir non est co-

[7] Ad verb. Ibit ante eum.

[8] Ad verb Qui non persuadētur, vel, Qui non acquiescunt, subaudi veritati.

[9] Nusquam in veteri Testamēto in libris antēcaptivitatem Babylonicā scriptis, propria Angelorū nomina exprimuntur: imò interrogati de suo nomine leguntur recusasse id indicare. At post trāsmigrationem in Babylonem, & in veteri & in novo Testamēto eorum nomina expressa ponuntur. Unde illud R. Simonis filii Lakisch in Talmuld Jerosolymitano in volumine De principio anni, cap. 1. Patres nostri nomina Angelorū secum adduxerunt ex Babylone.

[10] i. Quòd tam diu maneret in templo, hoc est, in sacratiori parte templi. 1. non auctē in sacratissima, quæ ἁγια ἁγίων, id est, sancta sanctorum vel sanctuariū aut sacratium vulgò appellatur. Huc enim nemo ingrediebatur, nisi Sacerdos summus, & suo tempore.

[11] F. i. obmutuit ad tempus (ut ℣. 20. dicebat Angelus) quamvis per se nō mutus.

[12] i. Quo afficior ab hominibus ob sterilitatem meā.

[13] F. ἀμνήστοι de virgine aut Josepho dictū, etsi de virgine. aut de utroq; dici & argumentum postulat, & Chrysostomus optimè interpretatus est, & cōfirmat generis recensio.

[14] i. Salutatio. Nam quæ hactenus Angelus protulit, in Syriaco verba sunt salutantis, & benè precantis. F. Sic enim Græcè quoque εἰρήνη appellatur antecedentis sermonis totius argumentum.

[15] Ad verb. Accipies uterum. Syra phrasis.

* multíq; super ejus nativitate gaudebunt.

15 Erit enim magnus [y] in cōspectu Domini, & vinum [z] siceramque non bibet: & Spiritu sancto implebitur etiam à ventre matris suæ:

16 * Multósque filiorum Israël [a] convertet ad Dominum Deum ipsorum.

17 Nam ipse præcedet in [b] conspectu ejus, [c] cum spiritu & virtute Eliæ, ut convertat [d] corda patrum in filios, & rebelles ad [e] prudentiam justorum: ut paret Domino populum instructum.

18 Tunc dixit Zacharias Angelo, Quo *argumento* istud noscam? ego enim sum senex, & uxor mea provecta est ætate.

19 Et respondens Angelus dixit ei, Ego sum Gabriel qui [f] adsto in conspectu Dei: missusque sum ut te alloquar, & hæc tibi læta nunciem.

20 Et ecce, silebis, nec loqui poteris *ad eum* usque diem quo hæc fiant: eo quòd non credidisti sermonibus meis, qui implebuntur tempore suo.

21 Erat autem populus exspectans Zachariam: & mirabantur quòd is tardaret in templo.

22 *Ille* verò egressus nō poterat eis loqui: & agnoverunt eum visionem vidisse in templo. Nam ipse innuebat eis: permānsitq; mutus.

23 Et factū est, ut impleti sunt dies ministerii ipsius abiit domum suam.

24 Post illos autem dies concepit Elisabeta uxor ejus: & occultavit se menses quinque dicens,

25 Nempe ita mihi fecit Dominus diebus quibus *me* intuitus est, [g] *ut* auferret probrum illud meum inter homines.

26 [h] Mense autem sexto missus est Angelus Gabriel à Deo in urbem Galileæ cui nomen Nazaretha,

27 * Ad virginem [i] desponsam viro cui nomen erat Josephus, ex [k] domo Davidis: nomen autem virginis *erat* Maria.

28 Ingressus igitur Angelus ad eam, dixit, Ave [l] gratia dilecta: Dominus tecū *est*: benedicta tu inter mulieres.

29 Illa verò quum *eum* vidisset, [m] perturbata est super ejus sermone: & cogitabat qualis esset salutatio ista.

30 Tunc dixit ei Angelus, Ne time Maria: [n] es enim in gratia apud Deum.

31 * Et ecce, concipies in utero, & paries filium: * & vocabis nomen ejus Jesum.

32 Hic erit magnus, & Filius Altissimi [o] vocabitur, dabitque ei Dominus Deus sedem Davidis patris ipsius,

33 * Regnabitque in domo Jacobi in æternum, & regni ejus non erit finis.

34 Dixit autem Maria ad Angelum, [p] Quomodo erit istud, quandoquidem

[x] Hoc gaudium pertinet non ad aliquā diem Johānis natali instituēdam: sed simpliciter eam animi lætitiam describit Angelus, quæ postea à versu 55. & sequentibus explicatur.

[y] Hebr. quo significatur quædam singularis præstantia. Sic Nemrod Gen. 9. 10. dicitur robustissimus venator corā Domino.

[z] Quicquid inebriare potest.

* *Mal. 4. 5. matt. 11. 14.*

[a] Faciet ut multi resipiscētes se convertant ad Dominum, à quo descíverant.

[b] Velut solēt qui reges antegrediuntur, quos ubi videas, sentis nō procul abesse regem. Quum autem addit, Ejus, hinc colligitur æterna Christi Deitas: priùs enim mentionē Dei fecerat versu præcedenti: ut agnoscamus, esse illum Deū qui loquutus est per Malachiam.

[c] Metonymicē, pro donis Spiritus: causa pro effectis.

[d] Synecdochicōs fore dicit, ut tollat omnis generis inimicitias, unde solēt sequi in vita maximæ perturbationes.

[e] Prudentia & bonitas, duæ sunt causę, quibus maximè adduci possint, ut patres revereantur.

[f] i. qui appareo. Hebræi enim ministros principū adstare dicunt, id est paratos esse ad capessenda principum imperia.

[g] Sterilitatem probro fuisse apud Judæos testatur hic Elisabeth. Causa autem fuit omnibus quidem benedictionis divinæ conscientia, Judæis verò Christus nondum mundo exhibitus, quem quisque exoptabat ex sua familia descēdere.

[h] Angelus nasciturō Domino inserviens, ad virginem Mariam mittitur, in qua Filius Altissimi Davidi promissus virtute Spiritus sancti concipitur. * *Matth. 1. 18.*

[i] id est, sponsione promissam.

[k] Domus appellatio etiā eos comprehendit qui vel cognatione attingebant familiam Davidis, vel ex ipsius fratribus erant oriundi. Quod autem de Josepho dicitur, de Maria quoque intelligendum est: alioquin Christus non posset dici ex lumbis Davidis prodiisse.

[l] Ad verb. reddi posset, Gratiæ & favoris plena. subjicitur autem exegeticè, quisnam sit ille favor: Dominus est tecum.

[m] Re tam insolenti commota.

[n] Ad verb. invenisti. Hebræi enim invenire gratiam eos dicunt qui sunt in gratia. * *Esa. 7. 14.* * *Infrà 2. 21. matth. 1. 21.*

[o] i. declarabitur. Quum enim Filius esset ab æterno, suo tempore manifestatus est in carne. * *Dan. 7. 14. 27. mich. 4. 7.*

[p] Rei magnitudo cogit, ut sciscitetur Virgo, non quod diffidentia moveatur, imò quum tantùm de modo concipiendi roget, constat cæteris credidisse.

virum

virum non [q] novi?

35 Et respondens Angelus dixit ei, Spiritus Sanctus [r] superveniet in te, & virtus Altissimi inumbrabit te: propterea *id* etiã quod nascetur ex te [s] sanctum, [t] vocabitur Filius Dei.

36 Et ecce, Elisabeta [v] cognata tua, & ipsa concepit filium in senectute sua: & [x] hic mensis est sextus ipsi quæ vocabatur sterilis.

37 Quia apud Deum non erit ullũ [y] verbum quod fieri non possit.

38 Dixit autem Mariã, Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundùm verbum tuum. Et abiit ab ea Angelus.

39 [z] Surgens verò Maria per eos dies, profecta est in [a] montanam *regionem* cum festinatione in [b] urbem Iuda.

40 Et ingressa est domum Zachariæ, & salutavit Elisabetam.

41 Et factum est, ut audivit Elisabeta salutationem Mariæ, [c] subsiliit fœtus in utero ejus, & repleta est Spiritu sancto Elisabeta.

42 Exclamavitq; voce magna & dixit, Benedicta tu inter mulieres, quia [d] benedictus fructus uteri tui.

43 Et unde hoc mihi, ut veniat mater Domini mei ad me?

44 Ecce enim, ut exstitit vox salutationis tuæ in auribus meis subsiliit fœtus exsultans in utero meo.

45 Et beata *est* quæ credidit: nam perficientur ea quæ dicta sunt ei [e] a Domino.

46 [f] Tunc ait Maria, [g] Magnificat anima mea Dominum,

47 Et exsultat spiritus meus super Deo servatore meo.

48 Quia [h] respexit [i] humilem ancillam suam: ecce enim ex hoc *tempore* beatam me prædicabunt omnes [k] ætates:

49 Quia [l] magnificè mecum egit potẽs ille cujus sanctum *est* nomen:

50 Et cujus misericordia [m] in omnes ætates *parata est* [n] timentibus ipsum.

51 * Forte facinus fecit [o] brachio suo: * [p] dissipavit superbos [q] cogitatione cordis ipsorum.

52 Detraxit [r] potentes e thronis, & extulit [s] humiles.

53 * [t] Famelicos implevit bonis, & divites ablegavit inanes.

54 * [v] Suscepit Israëlem [x] puerum suum, ut memor esset misericordiæ.

55 * (Prout [y] loquutus est patribus nostris, *nimirum* Abrahamo, & [z] semini ejus) in æternum.

56 Mansit autem Maria cum illa quasi menses tres: & *posteà* revertit domum suam.

57 [a] Elisabetæ verò completum est tẽpus ad pariendum: & peperit filium.

[q] Hebr. Quo honesto vocabulo cum viro cõgressionem significãt: sensus autem est, quî fiet istud? nam quum ea sim quæ futura sit Christi mater, satis intelligo, id futurum esse debere sine congressu viri. Edoctã etenim erat Virgo sancta è virgine nasciturum Messiam.

[r] id est, efficiet sua vi Spiritus sanctus ut gignas.

[s] Purum & ab omni labe immune. nã qui erat sublaturus peccatum, peccati expers esse debuit.

[t] Declarabitur, vel manifestabitur.

[v] Etiãsi Elisabeta ex tribu esset Levi, cognata tamen Mariæ esse potuit. nã quum caveretur ut filiæ haberent viris suarum tribuum, ne scilicet tribuũ distributiones confunderentur, non impediebant quin ex aliis tribubus Leviræ vxores ducerẽt: Leviis enim nulla portio assignata fuit in terræ divisione.

[x] id est, Sextũ jam agit mensem ex quo cõcepit.

[y] id est, Quicquid Dominus dixerit.

[z] Elizabeta Johannem, & Maria Christũ in utero gestãtes sancto Spiritu afflatæ, mutuò sibi gratulantur.

[a] Quæ exposita erat ad meridiem Hierosolymorum.

[b] idest, Hebrõ, quæ olim Cariath arbe dicta fuit, quę una fuit ex urbibus quæ fuerunt concessæ Levitis in tribu Juda, & quę in montibus Juda fuisse traditur Jos. 14. & 21. 9.

[c] Fuit hic motus extraordinarius.

[d] Benedictus est Christus humanæ naturæ respectu.

gnitus mihi?

35 Respondit Angelus, & dixit ei, Spiritus Sanctus veniet, & virtus Excelsi obteget te. Propter hoc is qui [16] nascitur ex te, sanctus est, & Filius Dei vocabitur.

36 Et ecce, Elischeva cognata tua, etiã ipsa in utero concepit filium in senectute sua, & hic mensis sextus est ipsi quæ vocatur sterilis.

37 Quia non est difficile Deo quicquã.

38 Dixit Mariam, Ecce ego sum ancilla Domini: fiat mihi juxta sermonem tuum. Et abiit Angelus ab ea.

39 Surrexit autem Mariam in diebus illis, & profecta est sedulò in montem, in civitatem Iudææ.

40 Et ingressa in domum Zachariah, [17] & salutavit Elischevam.

41 Et factum est quum audiret Elischeva [18] salutationem Mariam, exsultavit infans in ventre ejus, & impleta est Spiritu sancto.

42 Et clamavit voce elata, ac dixit ipsi Mariam, Benedicta tu inter mulieres, & benedictus est fructus [19] ventris tui.

43 Unde mihi hoc ut mater Domini mei veniat ad me?

44 Ecce enim, quum incidit vox [20] salutationis tuæ in aures meas, cum gaudio magno exsultavit infans in ventre meo.

45 Et beata ea quæ credidit, quia complementum fit [21] illis quæ dicta sunt illi a Domino.

46 Et ait Mariam, Magnificat anima mea Dominum.

47 Et lętatur spiritus meus in Deo [22] servatore meo.

48 Quia respexit humilitatem ancillæ suæ. Ecce enim deinceps beatitudinẽ tribuent mihi generationes omnes.

49 Quia fecit mihi magna is qui potẽs est, & sanctum nomen ejus.

50 Et gratia ejus in progenies & generationes erga eos qui timent ipsum.

51 Fecit victoriam brachio suo, & dispersit superbos in cogitatione cordis ipsorum.

52 Detraxit potentes e thronis, & exaltavit humiles.

53 Esurientes saturavit bonis, & divites dimisit vacuè.

54 Audivit Israjel servum suum: & recordatus est gratiæ suæ.

55 Sicut loquutus est cum patribus, cum Abraham, & cum semine ejus in æternum.

56 Mansit autem Mariam apud Elischevam quasi menses tres, & reversa est in domum suam.

57 Erat autem ipsi Elischevæ tempus ut pareret, & peperit filium.

[16] f. l. nascituros est. vide in Matth. 2. 4.

[17] Ad verb. Interrogavit de pace. Hebraismus paulò antè observatur, & qui frequentissimè recurrit.

[18] Ad verb. Pacem, ut priùs.

[19] f. Syr. quì in utero tuo, puta, conceptus est.

[20] Ad verb. pacis.

[21] f. vel illarũ rerum quæ dictæ sunt, &c. atque hoc evidentius.

[22] Ad verb. Vivificante me.

[e] Sensus est, fide locum dari promissionibus divinis, ut suum in nobis effectum obtineant. [f] B. Christus afflictorum redemtor, superborum ultor, Patribus promissus, reipsa tandem exhibitus. [g] Altè & magnificè prædicat. [h] Gratuito amore est complexus. [i] Ad verb. humilitatem, id est, abjectam meam conditionem. Non ergo prædicat sua merita Virgo, sed gratiam Dei, suprà 14. [k] Vide Matth. 11. 16. [l] Ad verb. Magnifica, seu ingentia facinora. [m] Ad verb. ætates ætatum, id est, in perpetuum, vel ad posteros usque in mille secula. [n] Piè ac religiosè viventibus. Hebraism. * *Esa. 51. 9. psal. 11. 10.* [o] Pleonasmus Hebræis familiaris. Sumitur autem brachium pro robore. * *Esa. 29. 15.* [p] Quasi palea à vento dissipatur. [q] i. dissipavit eos & cogitationes ipsorum, vel per cogitationes ipsorum, ut malum consilium fuerit consultori pessimum. [r] Opibus aut potestate insignes. [s] Abjectos & viles. Tales autem sunt re vera pauperes spiritu, id est, qui sibi coram Deo nihil tribuunt. * *1. Schem. 2. 6. psalm. 34. 11.* [t] Qui ad extremam redacti sunt inopiam. * *Esa. 30. 18. & 41. 8. & 14. 1.* [v] Prostratum, manu sua sublevavit. [x] Servum suum. * *Gen. 17. 19. & 22. 11. psalm. 132. 11.* [y] id est, Pollicitus est. [z] Posteritati. [a] B. Johannis nativitas novis miraculis illustratur.

59 Et aud

58 Et audiverunt vicini ejus, & [23] filii cognationis ejus, quòd magnificasset Deus gratiam suam erga eam: & gaudebant cum ea.

59 Et factum est in die octava, & venerunt ad circumcidendũ puerum: & vocabant eum nomine patris sui Zachariah.

60 Et respõdit mater illius, & dixit eis, Non sic, sed vocabitur Iuchannan.

61 Et dixerunt ad eam, Non est quisquã qui vocetur in genere tuo nomine hoc.

62 Et [24] innuerunt patri ejus quomodo vellet ut nominarent eum.

63 Et petiit tabellas, & scripsit, ac dixit, Iochannan est nomen ejus. Et miratus est quisque.

64 Et illicò apertum est os ejus, & [25] lingua ejus: & loquutus est, ac benedixit Deo.

65 Et factus est timor super omnes vicinos eorum, & in [26] universo monte Iudææ ista dicebantur.

66 Et omnes qui audiverunt cogitabant in cordibus suis, & dicebant, Quidnam erit puer iste? Et manus Domini erat cum eo.

67 Et impletus est Zachariah pater ejus Spiritu sancto, prophetavitq;, ac dixit,

68 Benedictus sit Dominus Deus Iisrajel, qui visitavit populum suum, & fecit ei salutem:

69 Et erexit nobis cornu salutis in domo David servi sui.

70 Sicut loquutus est per os Prophetarum suorum sanctorum, qui *fuerunt* a seculo:

71 [27] Quòd redemturus esset nos ab inimicis nostris, & de manu omniũ [28] inimicorum nostrorum.

72 [29] Et exercuit gratiam suam cum patribus nostris, & recordatus est pactorũ suorum sanctorum,

73 Et juramenti quod juravit Abrahæ patri nostro, quòd daturus esset nobis,

74 Ut servaremur de manu hostium nostrorum, & sine timore serviremus coram eo,

75 Omnibus diebus nostris in rectitudine.

76 Et tu puer, Propheta excelsi vocaberis: ibis enim ante faciem Domini, ut præpares vias ejus.

77 Ut det scientiam vitæ populo suo, in remissionem peccatorum suorum:

78 Per viscera gratiæ Dei nostri, quibus visitavit nos oriens ex alto:

79 Ad lucendum iis qui in tenebris & in umbris mortis sedent, ut dirigeret pedes nostros in viam pacis.

80 Puer autem crescebat & corroborabatur Spiritu: & in deserto erat usque in diem ostensionis ejus apud Iisrajel.

58 Et audierunt accolæ & cognati ejus, Dominum magnifica misericordia sua usum esse erga eam: * & ei gratulabantur.

59 Et factũ est, ut die octavo venerint ad circumcidendum puerulum. Vocabant autem eum ex nomine patris ipsius, Zachariam.

60 Sed respondens mater ejus ait, Nequaquam: sed vocabitur Iohannes.

61 Et dixerunt ad eã, Nemo est in cognatione tua qui vocetur isto nomine.

62 [b] Innuebant autem patri ejus [c] quid vellet eum vocari.

63 Isq; postulata tabella scripsit, dicẽs, * Iohannes est nomen ejus. Et mirati sunt omnes.

64 [d] Apertum est autem os ejus illico, & lingua ejus: & loquebatur benedicens Deo.

65 [e] Ortus est igitur timor omnibus accolis eorum: & in tota montana regione Iudææ divulgata sunt omnia [f] verba ista.

66 Et omnes qui audierunt, [g] reposuerunt *ea* in corde suo, dicentes, Quisnam puerulus hic erit? [h] Manus autem Domini erat cum eo.

67 Et [i] Zacharias pater ejus repletus est Spiritu sancto: prophetavitq;, dicens,

68 * [k] Benedictus Dominus Deus Israëlis quòd [l] invisserit & [m] redemerit populum suum.

69 * Et [n] erexerit cornu salutis nobis in domo Davidis pueri sui:

70 * Prout loquutus est per os sanctorum, qui a [o] seculo fuerunt, Prophetarum suorum,

71 *Fore ut nos* servaret ex inimicis nostris, & e manu omnium qui oderunt nos.

72 Ut uteretur misericordia erga patres nostros, [p] ac memor esset fœderis sui sancti:

73 Et * jurisjurandi quod juravit Abrahamo patri nostro, *nimirum se* daturum nobis,

74 Ut sine metu, e manu inimicorum nostrorum liberati, serviamus ipsi.

75 * [q] Cum sanctitate & justitia in ipsius conspectu, cunctis vitæ nostræ diebus.

76 Tu verò [r] puerule, Propheta Altissimi vocaberis: præibis enim ante faciem Domini, ut pares vias ejus.

77 Et [s] des cognitionem salutis populo ejus, per [t] remissionem peccatorum ipsorum.

78 Ex [v] intima misericordia Dei nostri, qua invisit nos * is qui [x] prodit ex alto:

79 [y] Ut appareat iis qui in tenebris & umbra mortis positi sunt, ad dirigendos pedes nostros in [z] viam pacis.

80 Ipse autẽ puerulus crescebat & corroborabatur Spiritu: fuitque in desertis ad eum usque diem quo se ostenderet apud Israëlem.

23 i. Consanguinei, nati ex eodem genere, & sanguine cõjuncti. Hebraismus.

24 g. i. Innuentes consuluerunt, nutu rogaverunt. Metalepsis.

25 g. Nempe soluta & explanata. Sed hoc Syrus interpres non addidit, quia verbum antecedens apud Hebræos & Syros communiter ori & linguæ tribuitur. Est autẽ verbum illud פתח, qd & aperire sonat, & aperiẽdo solvere.

26 f. i. tota regione montana, in qua fuit urbs Hebron. Sic enim mõtis nomen accipitur etiam ὀνομαστικῶς.

27 g. Periphrasis σωτηρίας, quã deinceps post cornu salutis Zacharias subjicit commodissimè.

28 f. Syrè, osorum, vel eorũ qui oderunt nos.

29 f. Syrè, ut faciat gratiam *communicatam* cum patribus nostris, & recordetur, &c.

* *Supra 14.*

b Signis & nutibus petebant.

c id est, Quo nomine.

* *Supra 13.*

d Restitutus est illi usus vocis.

e Hic timor reverentiã significat, quę ex sensu divinę potentiæ manavit. Sic enim reverẽter considerandæ sunt Dei opera, ut seriò nos afficiant.

f Quicquid dictum aut factũ fuerat.

g Diligenter & attentè considerârũt, & velut infixerunt animo.

h id est, præsens Dei favor, & singularis quędam virtus in eo apparebat.

i n. Johannes vixdum natus, auctoritate Spiritus sancti, muneri suo initiatur.

* *Infr. 2. 30.*

* *Matt. 1. 22.*

k Omni laude dignissimus.

l Quòd ipse se memorem re ipsa declaravit populi sui, adeò quidẽ ut ipse è cælo descenderit, ut præsens eos invisseret, & redimeret.

m Persoluto lytro, id est, nostrę redemtionis pretio.

* *Psal. 132. 17.*

n Cornu Hebræis, robur significat, metaphora à cornupetis ductas: erigere autem robur Israëlis, est quum vires Israëlis collapsæ videbãtur esse, regnũ tamen Israëliticum prostratis adversariis asserere.

* *Psal. 132. 18. Ierc. 23. 6. & 30. 10.*

o A mundo condito.

p Ut re ipsa ostẽderet se memorem esse.

* *Gen. 22. 16. Ier. 31. 33. Hebr. 6. 13. 17.*

* *1. Pet. 1. 18.*

q Sanctitas hic, pietatis officia designat, quæ spectant ad priorẽ legis tabulã: Justitia autẽ ad omnia charitatis officia extenditur, quia non aliud exigit à nobis Deus in secunda legis tabula, nisi ut cuique reddamus quod suum est.

r id est, quantumvis hodiè tantillus sis.

s id est, aditum patefacias.

t Remissio peccatorum est modus quo nos Deus servat. Rom. 4. 7.

v Propter intimam, & ipsis visceribus hærentem misericordiam.

* *Mala. 4. 2. Zach. 3. 9. & 6. 12. sup. 17.*

x Alludit ad locos Jerem. 23. 5. & Zach. 3. 8. & 6. 12. Dicitur autem germen ex alto, id est, divinitùs ad nos missum, non sicut alia sunt germina quæ è terra germinant.

y Vide Matth. 4. 16.

z Id est, In eam viam quæ ad veram fœlicitatem deducit.

CAPUT SECUNDUM.

1 Censetur tota terra à Cæsare Augusto. 7 Nascitur Christus in Bethlehem. 13 Canticum Angelorum. 21 Christus circumciditur. 22 Puerperæ Mariæ purgatio. 28 Simeon suscipit Christum. 29 Canticum Simeonis. 36 Anna prophetissa. 40 Puer Christus 46 cum doctoribus disputat.

FActum [a] est autē diebus illis, ut prodiret edictum a Cæsare Augusto, ut [b] describeretur [c] totus terrarum orbis.

2 (Hæc descriptio prima facta est præsidente Syriæ Cyrenio)

3 Ibant igitur omnes ut describerētur, [d] in suam quisque urbem.

4 Ascendit autem etiam Ioseph à Galilæa, ex urbe Nazareta; in Iudæam, * in [e] urbem Davidis quæ vocatur Bethlehema, propterea quòd erat ex domo & familia Davidis:

5 Ut describeretur cum Maria despōsa sibi uxore, quæ erat prægnans.

6 Factum est autem quum essent illic, ut explerentur dies ad pariendum.

7 Peperit igitur filium suum [f] primogenitum, & fasciis eum involvit, reclinavitq; eum in præsepi: eo quòd non erat eis locus in diversorio.

8 [g] Erant autem pastores in eadem regione [h] excubantes, & [i] agentes vigilias noctis super gregem suum.

9 Et ecce, Angelus Domini [k] supervenit ipsis, & gloria Domini circūfulsit eos: & timuerunt timore magno.

10 Tunc dixit eis Angelus, Ne timete: ecce enim [l] evangelizo vobis gaudiū magnum, quod erit toti populo:

11 *Nempe* natum esse vobis hodiè Servatorem, qui est Christus Dominus, in urbe Davidis.

12 Hoc autem vobis signum *erit*, Invenietis infantem fasciis involutum, jacentē in præsepi.

13 Et repentè adfuit cum Angelo multitudo [m] exercituum cælestium, laudantiū Deum, & dicentium,

14 Gloria in *cælis* altissimis Deo, & in terra pax, in homines [n] benevolentia.

15 Et factum est, ut discesserunt ab eis Angeli in cælum, tunc pastores illi dicerent alii ad alios, Eamus sanè Beth-lehemam usque, & videamus [o] factum istud quod Dominus notum fecit nobis.

16 Venerunt igitur festinantes, & invenerunt Mariam & Iosephum, & infantem jacentem in præsepi.

17 *Eo* autem viso, divulgaverūt *id* quod dictum fuerat ipsis de puerulo illo.

18 Et omnes qui audierunt, mirati sunt ea quæ ipsis dicta fuerant a pastoribus illis.

19 Maria verò ista omnia conservabat, [p] conferens *ea* in corde suo.

20 Reversi sunt autem pastores, glorificantes & laudantes Deum super omnibus quæ audierant & viderant, prout ipsis dictum fuerat.

21 * [q] Et quum advenisset dies octavus

FActum est autem in diebus illis, & exiit edictum ab Augusto Cæsare, ut describeretur universus populus [1] possessionis ejus.

2 (Hæc descriptio prima fuit in præfectura Kyrini in Syria)

3 Et ibat quisque ut describeretur, in urbem suam.

4 Ascenderat autem Iauseph quoque a Natzrath Galilææ, in Iudæam, in civitatē David quæ vocatur Bethlechem (quia erat ex domo & ex genere David)

5 Cum Mariam sponsa sua, quum in vētre haberet: ut ibi describeretur.

6 Et factum est ut quum esset illic, cōplerentur dies ejus ut pareret.

7 Et peperit filium suum primogenitū: ac involvit eum linteolis, & posuit eum in præsepi: quia non erat eis locus [2] ubi habitabant.

8 Pastores autem erant in eo loco, qui habitabant ibi, & custodiebant custodias noctis pro gregibus suis.

9 Et ecce, Angelus Dei venit ad eos, & gloria Domini resplenduit super eos, & timuerunt timore magno.

10 Et dixit eis Angelus, Ne timeatis: ecce enim annuncio vobis gaudium magnum, quod erit universo mundo.

11 Natus est enim vobis hodiè [3] Servator, qui est Dominus Christus, in civitate David.

12 Et hoc vobis signum: Invenietis puerum involutum linteolis, & positum in præsepi.

13 Et repentè conspecti sunt cum Angelo exercitus multi cælorum laudantes Deum, & dicentes,

14 Gloria Deo in excelsis, & super terram pax, & [4] nuncium bonum erga filios hominis.

15 Et factum est, ut quum abivissent ab eis Angeli in cælum, loquerentur pastores [5] unus cum alio, & dicerent, Descendamus usque in Bethlechem, & videamus verbum hoc quod factum est, quemadmodum Dominus ostendit nobis.

16 Et venerunt festinanter, & invenerunt Mariam & Iuseph, & puerum qui positus erat in præsepi.

17 Et quum vidissent, manifestaverunt sermonem qui dictus fuerat illis de illo puero.

18 Et omnes qui audierunt, mirati sunt de his quæ dicebantur sibi à pastoribus.

19 Mariā verò conservabat omnia verba hæc, & conferebat in corde suo.

20 Et reversi sunt pastores illi glorificantes & laudantes Deum super omnibus quæ viderant & audierant, sicut dictum fuerat eis.

21 Et [6] quum implerentur octo dies,

a 1. Filius Dei, forma servi accepta exinanitus, in stabulo pauper nascitur. Idem tamen per Augustum regem hujus mundi maximū (quāvis nihil tale cogitantē) sibi cūnas præparat in Bethlehem, ut Prophetæ prædixerant.

b Id est, Ut descriptis omniū civitatum capitibus, intelligeretur, quæ cujusq; regionis, urbis, familiæ, domus, facultates essent.

c Quàm latè pateret imperium Romanum.

d Hoc est, in suam cujusq; patriam, vel in eam urbem ubi tota familia sedē & domicilium habebat.

* *Joh. 7. 41.*

e In qua natus & educatus fuerat David.

f Primogenitus dicitur ante quem nullus alius editus est ab iisdē parentibus, etiam si nullus post eum unquā procreatus fuerit.

g 2 Pueruli in præsepi jacentis deitatem & officium Angeli ipsi pastoribus declarārt, neglecto potē tum fastu.

h Foris & sub dio pernoctantes.

i Ad verb. custodientes custodias. Nox enim quatuor custodiis, id est, vigiliis dividebatur.

k Repentè venit, quum nil tale illi sperarent.

l Lætus vobis adsum nūcius ingentis gaudii.

m Copiæ Angelorum, quibus tamquam militibus circumsepta est Dei majestas.

n Propensa erga homines Dei voluntas, bona, infinita, & gratuita.

o Ad verb. verbum istud, id est, istud totum negotium de quo audivimus. p Diligenter secum omnia ista expendens. * *Gen. 17. 18. Levit. 12. 3.*

q 2. Christus Ecclesiæ caput, sub Lege factus, ut nos (quod & ipsum Jesu nomē indicat) à maledictione Legis liberaret, circumcisus, obsignat in sui ipsius carne Patrum circumcisionem.

1 Id est, Ditionis, sive dominii quod ipse obtinebat.

2 1. Syrē, ubi considebāt vel cōmorabantur, putà in diversorio. Sic sequente ver.

3 1. vel redemptor: sed illud latius, & magis respōdet Græco σωτὴρ: etsi (ut notat Cicero in Verrē) Latina ulla voce non potest satis exprimi.

4 Græcum nomen εὐδοκία duobus verbis declarat paraphrastes, atq; exprimit quo modo benevolentiæ Dei quæ in nato Messia patefacta est, fructus & efficacia hominibus possit applicari, nēpe prædicatione. Aut certè distinguit interpretando Dei benevolētiam, qua res à se cōditas, & in primis humanum genus cōplectitur, à particulari illa & eximia quā erga electos in evangelio manifestavit. Si quis tamē malit vocē absq; metathesi simpliciter accipere pro interno animi sensu & cogitatione, idem prorsus declarabit quod vox Græca εὐδοκία, Voluntas bona 1. hoc malim: nam מבר etiam meditari & deliberare est.

5 Ad verb. Unus cum uno, Hebraismus.

6 Id est, Quum octavus dies jā advenisset, quo ex Lege pueri circumciderētur. Impleri enim nō significat protēsus expleri & eximi, ut jam præterierit dies octavus, sed impletur quum incipit. Circumcisio enim octavo die fieri debuit præcisè. Atque ita frequenter verbum implendi in Scriptura sumitur, ut Gen. 25. 24.

ut circ

ut circumcideretur puer, vocatum est nomen ejus Jeschua, quod vocatum fuerat ab Angelo priusquam conciperetur in ventre.

22 Et quum impleti essent dies [7] purificationis eorum secundùm legẽ Musche, adduxerunt eum in Urischelem, ut sisterent eum coram Domino.

23 Sicut scriptum est in lege Domini quòd omnis masculus adaperiens vulvam sanctus Domini vocabitur.

24 Et ut darent victimam secundùm id quod dictum est in lege Domini, [8] par turturum, aut duos pullos columbæ.

25 Vir autem quidam erat in Urischelem cujus nomen Schemeun, & vir iste erat rectus & justus, & exspectabat cõsolationem Jisrajel, & Spiritus sanctus erat super eum.

26 Et dictum fuerat ei à Spiritu sancto quòd non visurus esset mortem usquedũ videret Christum illum Domini.

27 Hic ipse veniebat per Spiritum in templum: & quum adducerent parentes ipsum Jeschua puerum ut facerent pro eo sicut mandatum est in Lege,

28 Accepit eum in ulnas suas, & benedixit Deo, ac dixit,

29 Deinceps dimitte servum tuum, Domine mi, juxta sermonem tuum, in pace.

30 Quia ecce viderunt oculi mei [9] gratiosum tuum,

31 Quem parasti ante faciem omnium gentium.

32 Lumen ad revelationem populorũ, & gloriam [10] populo Jisrajel.

33 Jauseph autem & mater ejus mirabantur super iis quæ dicebantur de eo.

34 Et benedixit eis Schemeun, ac dixit Mariam matri ejus, Ecce, hic positus est in casum & erectionem multorũ in Jisrajel, & in signum contradictionis.

35 In animam autem tuam pertransibit lancea, ut revelentur cogitationes cordiũ multorum.

36 Hanna autẽ prophetissa, filia Penuil, ex tribu Aschir, ipsa quoq; senior in diebus suis erat, & septem annis cum viro suo vixerat à virginitate sua.

37 Et erat vidua quasi annorum octoginta & quatuor. Et non abscedebat a tẽplo: & in jejunio & in oratione serviebat die & nocte.

38 Et ipsa quoque adstitit eadem hora, & gratias egit Domino: & loquebatur de illo cum omni homine qui exspectabat liberationem Urischelem.

39 Et quum perfecissent omnia prout est in [11] lege Domini, reversi sunt in Galilæam, in Natzrath civitatem suam.

ad circumcidendum puerulum, *vocatum est nomen ejus Jesus, quod vocatum fuerat ab Angelo priusquam ipse in utero conciperetur.

22 [7] Et quũ impleti fuissent dies [8] purgationis Mariæ, *secundùm legem Mosis, adduxerunt eum Hierosolymam, ut sisterent eum Domino,

23 (Prout scriptum est in lege Domini, *Omnis masculus [t] primogenitus, sanctus Domino erit)

24 Et ut darent oblationem, * secundùm *id* quod dictum est in Lege Domini, par turturum, aut duos pullos columbarum.

25 [v] Et ecce, quidam erat Hierosolymis cui nomen Simeon: *erátque* homo iste [x] justus ac religiosus, exspectans consolationem Israël: & [y] Spiritus sanctus erat super eum.

26 Fuerátque ipsi [z] divinitùs nunciatũ a Spiritu sancto, *ipsum* nõ [a] visurum mortem, priusquam vidisset Christum illum Domini.

27 Is igitur venit impulsore Spiritu in templum. Et quum introducerent puerulum Jesum [b] parentes, ut ejus causa facerent quod ex Lege consuetum erat:

28 Tunc ipse recepit eum in ulnas suas, & benedixit Deo, & dixit,

29 Nunc [c] dimittis servum tuum Domine, [d] secundùm verbum tuum, cum pace:

30 Quia [e] viderunt oculi mei [f] salutem tuam,

31 Quam parasti [g] in oculis omnium populorum:

32 Lumen [h] detegendum Gentibus, & gloriam populi tui Israëlis.

33 Josephus autem & mater ejus mirabantur super iis quæ dicebantur de eo.

34 Et benedixit eis Simon, dixítque Mariæ matri ejus, * Ecce [i] positus est iste [k] casui & resurrectioni multorum in Israël, & in [l] signum cui contradicatur:

35 (Quin & tuam ipsius animam [m] trajiciet gladius) [n] ut detegantur ex multis cordibus cogitationes.

36 [o] Erat etiam *quædam* Anna prophetissa, filia Phanuelis ex tribu Aseris, provecta in multam ætatem, postquam vixisset cum viro annos septem à virginitate sua.

37 Et *quum esset* vidua quasi annorum octoginta quatuor, non abscedebat à tẽplo, jejuniis ac deprecationibus colens *Deum* noctem ac diem.

38 Hæc igitur eo ipso momento quum supervenisset, vicissim palàm agnoscebat Dominum, & loquebatur de eo omnibus qui redemtionem expectabant Hierosolymis.

39 At *illi* ut perfecerunt omnia secundùm Legem Domini, reversi sunt in Galilæam, in urbem suam Nazaretam.

[7] Aut est synecdoche Hebræis familiaris (ut Judicũ 12.7. & Zachariæ 9.9.) aut innuit & matrem præteritis quadraginta diebus ritu purificationis defunctam, & simul masculũ filium primogenitum jam mense natum, ex Legis præscripto in sanctuario repræsentasse, & cõstitutã redemtionem persolvisse. De utroque habes Levi. 12. Num. 18. F. Nõ enim id lex imperat: ut præcisè quũ mensem primum natus est infans, sistatur & offeratur Domino; sed tantùm aptus esse dicitur qui offeratur. Ac proinde si à matre alebatur (quæ pura erat ex lege quadragesimo demum die) eadem impuritate ceremoniali tenebatur, nec antè sistebatur quã impleta esset matris purificatio: sin ab alterа nutrice, jã die trigesimo offerri eum & sisti Domino fuit legitimũ, si ea vacaret impuritiã.

[8] Hæc fuit pauperũ oblatio, Levit. 12. ver. ultimo. Nulla verò fit mentiõ pretii redẽtionis, quia unum idémq; cõstitutum erat omnibus sine discrimine tam pauperibus quã divitibus.

[9] F. i. gratiæ & salutis effectorem ex decreto tuo.

[10] F. alii, populo tuo Jsrajel.

[11] F. i. in Scriptura sacra veteris Testamẽti, atque canonica. Nam tota illa etiam appellatur lex, ut Matth. 5.18. & Joan. 10.34. Comprehenduntur itaque hac loquutione ea omnia quæ Matthæus cap. 2. narrat ex Prophetarum prædictionibus consummata, ad finem usque capitis illius.

*Sup. 1.31. Matth. 1.21. Joh. 7.22.

[7] F. Christus, cui imposita erant omnia nostra peccata, Deo secundùm Legem oblatus, & Mariam & nos omnes in sese purificat.

[8] Scilicet ut Legem implerent, alioquin impura non reddita erat Virgo.

*Levit. 12.6.

*Exod. 13.2. Num. 18.16.

[t] Ad verb. adaperiens matricem, id est, qui primus nascebatur.

*Levit. 12.6.

[v] 2. Simeon publicè in tẽplo, Messiæ advẽtũ, Israëlis magna ex parte rejectionem, & Gentium vocationẽ surdis prædicit.

[x] Pietas & justitia referuntur ad duas Legis tabulas: itaque duabus his partibus constat integritas vitæ. Vide suprà cap. 1.75.

[y] i. Ornatus erat donis Spiritus. Metonymia.

[z] Vide Matth. 2.12. Accidit autem procul dubio Simeoni, dum diligenter plenitudinem temporum scrutaretur, id ipsum quod Danieli Dan. 9.2.

[a] Heb. i. non sensurũ mortem.

[b] Joseph & Maria. Loquitur autem ex vulgi opinione.

[c] Potestatẽ mihi facis discedendi ex hac vita, ut patribus meis adjungar.

[d] Secundũ id quod mihi expollicitus.

[e] i. quod ipsis oculis vidi. Antea enim animo videbat, ut de Abrahamo dicitur, Vidit diem meum, & gavisus est.

[f] Ad verb. Id quo salus cõtinetur.

[g] Ad verb. Ante faciem tamquam signum aliquod edito loco positum, quò convertantur omniũ oculi.

[h] Quod Gentibus illucescat. * Esa. 8.14. Rom. 9.32. 1. Pet. 2.8.

[i] Pro scopo est destinatus & constitutus à Deo.

[k] Casum reproborum sua pereuntium culpa, resurrectionem electorum quibus datur ut credant.

[l] i. Scopum, quem omnes certatim figere contendant.

[m] i. Sævissimis vulnerabit doloribus. Hæc admonitio ad confirmandum sanctæ virginis animum valere debuit, ne mœrori succumberet, ubi ventum esset ad tam acres pugnas, quæ illi fuerunt obeundæ.

[n] Hoc passionis Christi tempore manifestum fuit: nam qui in speciem tantùm Christum amplexi fuerant, suam hypocrisin denudârunt.

[o] 2. Additur Simeoni altera testis, & quidem omni exceptione major, omnes ad excipiendum exhibitum Messiam invitans.

40 Puerulus autem crescebat,&corroborabatur Spiritu, [p] implebatúrque sapientia: & Dei gratia erat super eum.

41 [q] Ibant verò parentes ejus quotánis Hierosolymam* in festo Paschæ.

42 Quum igitur factus esset annorum duodecim,ipsiq; ascendissent Hierosolymam secundùm morem illius festi:

43 Et peregissent illius dies, revertentibus ipsis, [r] substiterat puer Iesus Hierosolymis: & hoc nescivit Iosephus nec mater ejus.

44 Existimantes autem eum esse in comitatu, ierunt viam *unius* diei:& requirebant eum inter cognatos & inter notos.

45 Et quum eum nō invenissent,reversi sunt Hierosolymam quærentes eum.

46 Et factum est,triduo pòst ut invenirent eum in templo, sedentem in medio Magistrorum,& audientem eos &eos interrogantem.

47 Percellebantur autem omnes qui eū audiebant,super intelligentia & responsis ejus.

48 Et eo viso facti fuerunt *parentes ejus* attoniti:& dixit ad eum mater ipsius, Fili, cur ita fecisti nobis?ecce,pater tuus & ego anxii quærebamus te.

49 [s] Tunc dixit ad eos, [t] Quid est quòd quærebatis me? *an* nesciebatis oportere me in iis esse quæ Patris mei sunt?

50 Sed ipsi nō intellexerunt verba quæ ipsis fuerat loquutus.

51 [v] Descendit autem cum eis venitq; Nazarethā:& erat eis subjectus. Et mater ejus cōservabat verba hæc omnia in corde suo.

52 Iesus verò proficiebat sapientia, & statura, ac gratia apud Deum & homines.

40 Puer autem crescebat, & corroborabatur spiritu, ac implebatur sapientia, & gratia Dei erat super eum.

41 Et homines [12] illius quolibet anno ibant in Urischelem in festo Petscha.

42 Quúmque esset [13] filius annorum duodecim, ascenderunt sicut soliti erant ad festum.

43 Et quum completi essent dies, [14] reversi sunt. Ieschua autem puer remansit in Urischelem: & Iauseph & mater ejus nesciebant.

44 Existimabant enim quòd cum [15] comitibus eorum esset: & quum ivissent itinere diei unius, quærebant eum apud homines suos, & apud quemcumq; qui notus esset eis.

45 Et non invenerunt eum: & reversi sunt iterum in Urischelem, & quærebant eum.

46 Et post tres dies invenerunt eum in templo sedentem in medio doctorum, & audientem ab eis, & interrogantem eos.

47 Et mirabantur omnes qui audiebāt eum,super sapientia ejus,& super responsis ipsius.

48 Quúmque vidissent eum, mirati sunt: & dixit ei mater ejus, Fili mi, quare fecisti nobis sic?nā ecce,ego & pater tuus cum anxietate multa quærebamus te.

49 Dixit eis,Quid quærebatis me? nesciebatis vos quòd in domo Patris mei oportet me esse?

50 Ipsi autem non intellexerunt sermonem quem dixerat eis.

51 Et descendit cum eis, ac venit in Natzrath: & erat subjectus eis. Mater autem cōservabat omnes sermones in corde suo.

52 Ieschua autem crescebat statura sua & sapientia sua,ac gratia apud Deum & filios hominis.

[p] Vis illa divina sese pro ætatis progressu in homine Christo exerebat.

[q] 8. Extraordinario facto, Scribæ & Pharisæi ad audiēdam suo tempore Christi sapientiam excitantur.

* *Deut.16.1.*

[r] Non ex inobedientia, sed ut ostenderet quale esset suū officium, ad quod à patre missus erat.

[s] 8. Minimè quidem negligenda, sed tamen Dei gloriæ secundùm vocationē nostram postponenda sunt quæcumq; hominibus officia debemus.

[t] Summa hujus reprehensionis est, officiū quod Deo patri suo debet, omnibus humanis obsequiis longè præferendum esse.

[v] 8. Christus, verus homo, per omnia nobis similis factus excepto peccato.

[12] Nempè loci Natzareth. Hebraiſ. hoc est, Cives Natzareth. [13] vel necessarii ejus,& conjuncti sanguine, οἱ γονεῖς & συγγενεῖς. sic ver.44.

[13] Id est, Natus duodecim annos. Hebraiſ.

[14] [15] Syrè, reversi sunt sibi. Pleonasmus, de quo in Matthæ. 4. 10. sic ver.45.

[15] Ad ver. Cum filiis comitatus eorū. Hebr.

CAPUT TERTIUM.

[4] Iohannes hortatur ad resipiscentiam. [15] Testimonium ipsius de Christo. [20] Herodes illum tandem in carcerem includit. [21] Christus baptizatur. [23] Catalogus majorum Christi.

ANno [a] autem decimoquinto imperii Tiberii Cæsaris, Pontio Pilato procurante Iudæam, tetrarcha Galilææ Herode, Philippo autem ipsius fratre tetrarcha Iturææ & Trachonitidis regionis, & Lysania Abilenes tetrarcha,

2 *Sub Pontificibus maximis [b] Anna & Caiapha, factum est verbum Domini ad Iohannem Zachariæ filium,in deserto.

3 *Venit igitur in omnē regionem circumjacentem Iordani, [c] prædicans Baptismum resipiscentiæ ad remissionem peccatorum:

4 Ut scriptum est in libro sermonum Esaiæ Prophetæ, dicentis, * Vox vociferantis in deserto, Parate viam Domini, complanate semitas ejus.

5 Omnis vallis implebitur, & omnis mons & collis deprimetur: & quæ curva

ANno autem quintodecimo imperii Tiberii Cæsaris, in præfectura Pōtii Pilati in Iudæa, quum [1] tetrarcha *esset* Hiraudis in Galilæa, & Philippus frater ejus tetrarcha in Ituria, & in regione Trachauna, ac Lusania tetrarcha Abilenes,

2 In principatu sacerdotii Channan, & Cajaphæ, factus est sermo Dei ad Iuchannan filium Zachariah in deserto.

3 Et venit in universam regionem quæ est circa Iurdanan, prædicans baptismum cōversionis in remissionem peccatorum:

4 Sicut scriptum est in libro sermonum Isajah Prophetæ, qui dixit, Vox clamantis in deserto, Parate viam Domini, & dirigite [2] in planitiem semitas Deo nostro.

5 Omnes valles implebuntur,&omnes montes & colles deprimentur: & erit

[a] 8. Johannes tempore à Prophetis prædicto prodiens, jacit exhibiti Evāgelii fundamenta, vera Legis observatione, & gratuita in Christo ponè ipsū adventāte misericordia ꝓposita, addito etiā baptismo efficaci tū regenerationis tum remissionis peccatorū symbolo.

* *Act.4.6.*

[b] Hic vocatur à Josepho Annanus. Duos autem Pontifices quū nominat Lucas, res adeò turbatas & confusas fuisse significat, ut nemo tunc verus esset pontifex: sed ambitione & tyrannica potentia laceratum fuisse sacrum munus. * *Matth.3.2. Mar.1.4.* [c] Hæc loquendi forma ostendit, Sacramentum non esse mutam ceremoniam, quæ pompam aliquam sine doctrinā ostenret, sed habere verbum Dei annexum, quod externam ipsam ceremoniam vivificat. Verbum intelligimus non quod magicis susurris exorcista quispiam demurmuret, sed quod clara & diserta voce pronunciatum ad fidem ædificandam valeat. * *Esa.40.3. Joh.1.23.*

[1] Duabus vocibus Syrus Græcum nomen exprimit, quum pro tetrarcha ponit רישא רבועיא, id est, principē quartæ partis.

[2] In planitie, additum est in Syriaco textu, quod non est in Græco aut in Latinis versionibus: quia nō verba Prophetæ singula, sed sentēriam ejus referunt. paraphrastes autem noster prophetā verbum è verbo exprimit.

tumultus in humilem *locum*, & locus asper in planitiem.

6 Et videbit omnis caro [3] salutem Dei.

7 Et dicebat ad turbas eorum qui veniebant ad se ut baptizarentur, Progenies viperarum, quis ostendit vobis fugere ab ira futura?

8 Facite igitur fructus qui digni sint conversione. Et ne cœperitis dicere apud vosipsos, Pater est nobis Abraham. Dico enim vobis quòd ex istis lapidibus potest Deus suscitare filios Abrahamo.

9 Ecce autem, securis posita est [4] super radices arborum. Omnis igitur arbor quę fructus bonos non facit, exscinditur, & in ignem ruit.

10 Et interrogabant eum turbæ, ac dicebant, Quid igitur faciemus?

11 Respōdit ac dixit eis, Is cui sunt duæ tunicæ, det illi cui non est: & is cui est cibus, similiter faciat.

12 Et venerūt etiam publicani ut baptizarentur, & dicunt ei, Magister, quid faciemus?

13 Ipse verò dixit eis, Ne [5] quæratis aliquid amplius quàm illud quod mādatum est vobis quærere.

14 Et interrogabant eū exercentes militiam, & dicebant, Quid faciemus etiam nos? Dixit eis, Ne contra quemquam insolescatis, & ne quemquam opprimatis, & vobis sufficiant [6] stipendia vestra.

15 Quum autem [7] spem collocaret populus in Iuchannan, & omnes cogitarent in cordibus suis quòd fortè ipse esset Christus,

16 Respondit Iuchannan, & dixit eis, Ecce, ego baptizo vos aquis: venit autem post me is qui validior est me, cujus non sum dignus ut solvam corrigias calceamentorum: ipse baptizabit vos Spiritu sancto & igni.

17 Qui tenet ventilabrum in manu sua, & purgat areas suas: & triticum congregat in horrea sua, & paleam cōburet igni qui non extinguitur.

18 Multa autem etiam docebat alia & evangelizabat populo.

19 Hiraudis autem tetrarcha, qui arguebatur à Iuchannan propter Hiraudiah uxorem Philippi fratris sui, & propter omnia mala quæ faciebat,

20 Adjecit etiam hoc super omnia illa, & conclusit Iuchannan in domo vinctorum.

21 Factum est autem quum baptizaretur universus populus, vt Ieschua quoque baptizaretur. Et quum oraret, apertum est cælum,

22 Et descendit Spiritus sanctus super eum in similitudine corporea columbæ: & vox facta est de cælo quæ dixit, Tu es filius meus dilectus, in te complacitum est mihi.

23 Ipse autem Ieschua erat quasi natus annos triginta: & putabatur filius Iauseph, [8] filii Heli,

24 Filii Mattath, filii Levi, filii Malki, filii Iani, filii Iauseph,

[3] Ad verbum, Vitam. Hebraismus.

[4] F. vel ad radicem arborū, id est, arboris uniuscujusq;. Syllepsis Hebraica, de qua in Matt. 16. 19.

[5] F. vel poscatis, id est, exigatis.

[6] Syrum nomē à Græco ὀψώνιον deflexum est, quod declarat militum quævis stipēdia, præsertim verò quæ in annona posita erant. F commoda Latini appellarunt.

[7] F. vel in exspectatione esset populus de Iuchannan.

[8] F. vel filius Heli, id est, nepos, ex Maria virgine θεοτόκῳ natus. Sic enim Græca verba cōmodè accipi possūt, ὢν, ὡς ὑπενόμιζον υἱὸς Ἰωσὴφ τοῦ Ἡλὶ, &c. qui erat (ut putabatur filius Iauseph) filius Heli, &c. ut Matthæus Josephi, Lucas Mariæ pertexat genem. Docti viderint. Nam idē Matthan, sive Matthath, videtur pater fuisse Jakobi, Alphæi, & Heli: ex Jakobo autem Joseph, ex Heli verò Maria descendisse.

sunt, fient *via* recta, & asperæ viæ *fient* planæ.

6 Videbitq; omnis [d] caro salutem Dei.

7 Dicebat igitur turbæ venienti ut baptizaretur ab ipso, *Progenies viperarum, quis præmonstravit vobis ut fugeretis à futura ira?

8 Ferte igitur fructus convenientes resipiscentiæ, & ne cœperitis dicere apud vos ipsos, Patrem habemus Abrahamum. dico enim vobis, posse Deum etiam ex lapidibus istis excitare liberos Abrahamo.

9 Iam verò etiam securis ad radicem arborum posita est: omnis ergo arbor nō ferens fructum bonum, exciditur, & in ignem abjicitur.

10 Et interrogavit eum turba: dicens, Quid igitur faciemus?

11 Respondens autem dixit eis, *[e] Qui habet duas tunicas, impertiat non habenti: & qui habet escas, similiter faciat.

12 Venerunt autem & publicani ut baptizarentur: & dixerunt ei, Magister quid faciemus?

13 Ipse verò dixit eis, Nihil amplius quàm quod [f] constitutum est vobis, exigite.

14 Interrogârunt autē eum etiam milites, dicentes, Et nos quid faciemus? Et ait eis, Neminem concutite, neque dolo opprimite: & contenti estote [g] stipendiis vestris.

15 Expectante autem populo, & cogitantibus omnibus in cordibus suis de Iohanne, númnam ipse esset Christus ille,

16 [h] Respondit Iohannes, dicēs omnibus, * Ego quidem baptizo vos aqua: sed venit qui validior me est, cujus non sum dignus qui solvam corrigiam solearum: ipse vos baptizabit Spiritu sancto & igni.

17 [i] Cujus ventilabrum in manu ipsius: & qui perpurgabit areā suam: & congregabit triticum in horreum suum, paleam autem exuret igni inexstinguibili.

18 Multa igitur etiam alia exhortans evangelizabat populo.

19 [k] * Herodes autem tetrarcha quū argueretur ab eo de Herodiade uxore Philippi fratris ejus, déque omnibus sceleribus quæ ipse patrarat,

20 [l] Adjecit & hoc supra omnia, quòd inclusit Iohannem in carcere.

21 [m] * Factum est autem quum baptizaretur omnis populus, & Iesus baptizatus esset & oraret, ut aperiretur cælum:

22 Et descenderet Spiritus sanctus corporea specie, tamquam columba, supra eum: & vox de cælo existeret, dicens, Tu es filius ille meus dilectus ille, in te acquiesco.

23 [n] Ipse autē Iesus incipiebat esse quasi annorum triginta, filius (ut existimabatur) Iosephi, *filii* Heli,

24 *Filii* Matthati, *filii* Levi *filii* Melchi, *filii* Iannæ, *filii* Iosephi,

[d] Omnis caro pro omni homine. * *Matth. 3. 7.*

* *Jac. 2. 15. 1. Joh. 3. 17.*

[e] Synecdochicōs, quia sub una specie comprehēditur generalis doctrina: unde sequitur eliciendum esse sensum qui charitatis regulæ, qualis à Deo præscribitur, respōdeat: nēpe ut quisque ex sua abundātia subveniat pauperum inopiæ.

[f] Quæ summa est exigendæ pecunię vectigalis.

[g] Ad verbum, opsoniis vestris. Nam cibaria militibus dabantur cum pauxillo pecuniæ.

[h] 2. Ut ritē, & cum fructu sacramenta percipiamus, neque in signis hærēdum, neque in eo qui signa administrat, sed ad Christum sacramentorum auctorem, & rei ipsius per sacramenta adumbratæ exhibitorem, assurgēdum est. * *Matt. 3. 11. Mar. 1. 8. Joh. 1. 26. Act. 1. 5. & 2. 4. & 11. 16. & 19. 4.*

[i] 2. Evangeliū est mundi totius cribrum.

[k] 2. Johannis præconiū mote ipsius sanciri oportuit. * *Matt. 14. 3. Mar. 6. 17.*

[l] Significat Lucas tunc desperatam esse malitiam, & ad summum cumulum venisse, quū remediis irascitur peccator, nec tātùm correctionem repudiat, sed de monitore quoque suo hostilem vindictam sumit.

[m] 2. Baptismus noster in capite Ecclesię sanctificatur, simūlq; ipsius Patris voce, Christus æternus Rex noster, Sacerdos, & Propheta declaratur. * *Matt. 3. 13. Marc. 1. 9. Joh. 1. 32.*

[n] 2. Christi secundùm carnem genus ad Adamum, & inde ad Deum usque deducitur, ut eum esse constet quem unum Deus Abrahamo, & Davidi promissum, ab æterno Ecclesiæ suæ ex omni hominum genere colligendæ, destinavit.

25 *Filii* Mattathiæ, *filii* Amosi, *filii* Naumi, *filii* Esli, *filii* Naggæ,
26 *Filii* Maathi, *filii* Mattathiæ, *filii* Semei, *filii* Ioseph, *filii* Iudæ,
27 *Filii* Ioannæ, *filii* Rhesæ, *filii* Zorobabelis, *filii* Salathielis, *filii* Neri,
28 *Filii* Melchi, *filii* Addi, *filii* Cosami, *filii* Elmodami, *filii* Eris,
29 *Filii* Iosæ, *filii* Eliezeris, *filii* Iorimi, *filii* Matthati, *filii* Levi,
30 *Filii* Simeonis, *filii* Iudæ, *filii* Iosephi, *filii* Ionami, *filii* Eljacimi,
31 *Filii* Meleæ, *filii* Mainani, *filii* Mattathæ, *filii* Nathanis, *filii* Davidis,
32 *Filii* Iessæ, *filii* Obedis, *filii* Boosi, *filii* Salmonis, *filii* Naassonis,
33 *Filii* Aminadabi, *filii* Arami, *filii* Esromi, *filii* Pharesi, *filii* Iudæ,
34 *Filii* Iacobi, *filii* Isaaci, *filii* Abrahami, *filii* Tharæ, *filii* Nachoris,
35 *Filii* Saruchi, *filii* Ragaui, *filii* Phaleci, *filii* Heberis, *filii* Salæ,
36 *Filii* Arphaxadi, *filii* Semi, *filii* Noæ, *filii* Lamechi,
37 *Filii* Mathusalæ, *filii* Henochi, *filii* Iaredis, *filii* Mahalaleelis, *filii* Cainani,
38 *Filii* Henosi, *filii* Sethi, *filii* Adami, qui fuit[o] Dei.

[o] Videlicet filius non genitus sed factus. Nam ea ratione aliquando se patrẽ Deus nuncupat. Deut.32.6.

25 Filii Matthetha, filii Ammutz, filii Nachun, filii Chesli, filii Naggi,
26 Filii Matth, filii Mattath, filii Schamei, filii Iauseph, filii Iihuda,
27 Filii Iuchannan, filii Rasa, filii Zurbabel, filii Schelattheil, filii Niri,
28 Filii Malchi, filii Adai, filii Cusam, filii Elmudad, filii Ir,
29 Filii Iusi, filii Eliazar, filii Iuram, filii Matthitha, filii Levi,
30 Filii Schemeũ, filii Iihuda, filii Iauseph, filii Iunam, filii Elijakim,
31 Filii Malia, filii Mani, filii Mathetha, filii Nathan, filii David,
32 Filii Ischai, filii Ubid, filii Baaz, filii Schalmun, filii Nacheschun,
33 Filii Amminadab, filii Aram, filii Chetzrum, filii Paretz, filii Iihuda,
34 Filii Iaakub, filii Ischak, filii Abraham, filii Tarach, filii Nachur,
35 Filii Sarug, filii Aru, filii Palag, filii Abar, filii Schalach,
36 Filii Kainan, filii Arpachschad, filii Schin, filii Nuach, filii Lamech,
37 Filii Matthuschelah, filii Chanuch, filii Iared, filii Mahelaleil, filii Kainan,
38 Filii Anusch, filii Schith, filii Adam qui *fuit* a Deo.

CAPUT QUARTUM.

[1] *De tentatione & jejunio Christi.* [16] *Docet in Nazareta, magna omnium admiratione.* [24] *Propheta in patria docens contemnitur.* [33] *Dæmoniacus sanatur.* [38] *Socrus Petri sanatur.* [40] *Sanantur & infirmi.* [41] *Et dæmones confitentur Christum Dei filium.*

[a] Christus in deserti quasi extra mũdum abreptus, post quadraginta dierum jejunium, Satanam ter superato, velut e cælo victor repentè prodiens munus suum aggreditur.

IEsus [a] autem plenus Spiritu sancto revertit à Iordane, * & actus est ab *eodem* Spiritu in desertum,
2 Dies quadraginta tentante *eum* diabolo, Nec edit quicquam per illos dies, sed iis finitis posteà esuriit.
3 [b] Tunc dixit ei diabolus, Si filius es Dei, dic isti lapidi ut fiat panis.
4 Et respondit ei Iesus dicens, Scriptũ est, * Non pane solo vivet homo, sed quovis verbo Dei.
5 Tũc quum subduxisset eum diabolus in montem sublimem, ostendit ei omnia regna terræ [c] puncto temporis.
6 Et ait ei Diabolus, Tibi dabo [d] potestatem hanc universam, & gloriam illorũ *regnorum*: nã mihi [e] tradita est, & cuicumq; voluero, do eam.
7 Itaque si tu adoraveris me, erunt tua [f] omnia.
8 Respondẽs autem Iesus dixit ei, Abscede à me Satana. scriptum est enim, * Adorabis Dominum Deum tuum, & eum solum coles.
9 [g] Tum duxit eum Hierosolymam, & eum statuit supra pinnas templi: & dixit ei, Si tu filius Dei es, dejice teipsum hinc deorsum.
10 Scriptum est enim, * Angelis suis præcipiet de te, ut custodiant te:
11 Et in manus attollent te, nequando impingas ad lapidem pedem tuum.

*Matth.4.1. Mar.1.12.

[b] 8. Christus primùm ad diffidentiã de Deo: deinde ad opum & honorum studiũ: tertiò denique ad vanam de se confidẽtiam à Satana solicitatus, ter eum Dei verbo vincit.

*Deut.8.3. Matth.4.4.

[c] Momento temporis. Metaphora ducta à Scribarum punctis. Hoc videtur satis ostendere hæc omnia per visionem quandam non corporali trãsvectione & ostẽsione esse gesta. quomodo humanitùs videre potuisset omnia regna orbis & gloriam eorum in momento? Etsi docti viderint. Nam si visio tantùm, quid *puncto temporis*, hîc dici oportuit? Deinde adjuncta vtrimque historiæ rerum gestarum sunt, non visionum. Postremò gravius est, & Christi persona indignius, atque haud scio an fidei consentiens, si diabolum dixeris oculis & animo ejus illusisse. nam circumduxisse eum secundùm corpus est tolerabilius.

IEschua autẽ plenus Spiritu sancto reversus est à Iurdan: & duxit eum Spiritus in desertum,
2 Diebus quadraginta, ut tentaretur ab [1] accusatore. Et non edit quicquam per illos dies, & quum complevisset eos, posteà esuriit.
3 Et dixit ei accusator, Si filius es Dei, Dic lapidi huic, ut fiat panis.
4 Respondit Ieschua, & dixit ei, Scriptum est quòd nequaquam pane solo vivit filius hominis, sed omni verbo Dei.
5 Et subduxit eum Satanah in montem sublimem, & ostendit ei omnia regna terræ in tempore exiguo.
6 Et dixit ei accusator, Tibi dabo potestatem hanc universam & gloriam ejus: nam mihi tradita *est*, & cui voluero do eam.
7 Si igitur adoraveris coram me, tua erit universa.
8 Respondit autem Ieschua & dixit ei, Scriptum est, Dominum [2] Deum adorabis, & illi soli servies.
9 Et adduxit eum in Urischelem, & statuit eum super pinnaculum templi, & dixit ei, Si filius es Dei, projice teipsum hinc deorsum.
10 Scriptum est enim, Angelis suis mãdabit de te, ut custodiant te:
11 Et in brachiis suis tollant te: ne impingat pes tuus in lapidem.

[1] Vide quæ de hac voce notavimus Matthæi 4.3.

[2] f. al. Deum tuum.

[d] Metonymicè, potestatis nomine, regna ipsa intelligit. [e] Verè quidem illud: nam princeps est mũdi, at precariò, vel potiùs ut prædo, non autem absolutè. itaque malè colligit, se dare ea, cui velit. [f] Ex edito loco, cui subjecta erat amplissima regio, situs omnium regionum ei commonstrabat. *Deut.6.13. & 10.20. [g] In totum hunc locum vide Matth.4. *Psal.91.11.

12 Respondit autem Jeschua & dixit ei, Dictum est, Non tentabis Dominum Deum tuum.

13 Et quum complevisset accusator omnes tentationes suas, recessit ab eo usq; ad tempus.

14 Et reversus est Jeschua in virtute Spiritus in Galilæam: & egressa est de eo fama in omnem locum qui circa eos *erat*.

15 Et ipse docebat in synagogis eorum: & glorificabatur [3] ab unoquoque.

16 Et venit in Natzerath, ubi educatus fuerat: & ingressus est, sicut solitus erat, in synagogam die sabbathi: & surrexit ad legendum.

17 [4] Et aperuit Jeschua librum, & invenit locum ubi scriptum erat,

18 Spiritus Domini super me, & propterea unxit me ad evangelizandum pauperibus: & misit me ad sanandum contritos corde, & ad prædicandum captivis dimissionem, & cæcis [5] visus recuperationem, & ad dimittendum confractos in libertatem.

19 Et ad prædicandum annum acceptũ Domino.

20 Et convolvit librum, deditq; eum ministro: & abiens sedit. [6] Omnes autem qui in synagoga erant, oculis suis intuebantur eum.

21 Et cœpit dicere ad eos, Hodiè completa est scriptura hæc [7] quæ est in auribus vestris.

22 Et testimonium dabant ei omnes: & mirabantur propter sermones gratiæ qui procedebant ex ore ejus, ac dicebãt, Nónne fuit hic filius Jauseph?

23 Dixit eis Jeschua, [8] Jam dicetis mihi proverbium hoc, Medice sana te ipsum: & omnia quæ audivimus quæ fecisti in Kephar-Nachum, fac etiam hîc in civitate tua.

24 Ipse autem dixit, Ammin dico vobis, quòd non est propheta qui acceptus sit in civitate sua.

25 Veritatem enim dico vobis, quòd multæ viduę erãt in domo Jisraiel in diebus Iliah prophetæ, quando clausi sunt cæli annos tres & menses sex, & facta est fames magna in universa terra:

26 Et ad nullam earum missus est Iliah nisi ad Tzarephath Tzaidan, ad mulierẽ viduam.

27 Et multi leprosi erant in domo Jisraiel in diebus Elischah prophetæ: & nullus eorum mundatus est nisi Naaman Syrus.

28 Quúmque audirent hæc ii qui in synagoga erant, repleti sunt ira omnes.

29 Et surgentes ejecerunt eum extra civitatem, & duxerunt eum usque ad cacumen montis ejus super quem civitas eorum ædificata erat, ut ejicerent eum de petra.

30 Ipse verò transivit per medium eorum, & abiit.

[3] r. Syrè, ab omni homine.

[4] r. Hîc desiderantur verba quæ in aliis sic exstant cõveniẽter Græco, Et datus est ei liber Eschaję Prophetæ, & aperuit, &c.

[5] Ad verb. Ad visum.

[6] r. vel, omniũ autem qui in synagoga erãt oculi intuebãtur eum.

[7] i. Quam audistis, Hebraiſ.

[8] r. vel fortasse, ut Matthæi 21.37.

12 Respondens autem Jesus dixit ei, dictum est, *Non tentabis Dominũ Deum tuum. *Deut.6.16.

13 Et finita omni tentatione, diabolus abscessit ab eo ad tempus.

14 Reversus est autem Jesus cum virtute Spiritus in Galilæam: & fama de eo exiit in totam circumjacentem regionem.

15 Et ipse docebat in synagogis eorum, omnibus ipsum glorificantibus.

16 [h] *Venit igitur Nazaretam, ubi fuerat nutritus: & intravit ut consueverat, die Sabbathi, in synagogam: & surrexit ut legeret.

17 Tunc datus est ei liber Esaiæ Prophetæ: quúmque explicuisset librum, invenit locum *in* quo scriptum erat,

18 *[i] Spiritus Domini super me [k] propterea quòd unxit me, ut evangelizem pauperibus misit me, ut medear contritis corde, ut prædicem [l] captivis dimissionẽ, & cæcis [m] visus recuperationem, ut confractos emittam in libertatem.

19 Ut prædicem annum Domini acceptum.

20 Et complicatum librum quum reddidisset ministro, sedit: & omnium in synagoga oculi erant intenti in eum.

21 Cœpit autem eis dicere, Certè hodie impleta est hęc Scriptura audientibus vobis.

22 [n] Et omnes [o] testimonium ei dabant, ac mirabantur super sermonibus *plenis* [p] gratia, procedentibus ex ore ipsius, dicebántque, Nónne iste est filius ille Josephi?

23 Et dixit ad eos, [q] Omnino dicetis mihi hoc proverbium, Medice, cura teipsum: [r] quæcumque audivimus facta fuisse in urbe Capernaumo, fac etiam hîc in patria tua.

24 Dixit autẽ, Amen dico vobis, *[s] nemo Propheta acceptus est in patria sua.

25 Sed in veritate dico vobis, * multæ viduæ erant diebus Eliæ in Israẽle, quando clausum fuit cælum ad tres annos & sex mẽses, *adeò* ut fuerit fames magna per totam [t] regionem:

26 Et ad nullam illarum missus est Elias, sed Sareptam *urbem* Sidoniæ, ad mulierem viduam.

27 *Et multi leprosi erant in Israẽle sub Elisæo propheta: [v] & nullus eorum purificatus est, sed Naamanus Syrus.

28 [x] Tum repleti sunt omnes excandescentia in synagoga, hæc audientes.

29 Et quum [y] surrexissent, ejecerunt eum extra urbem: & duxerunt eum usque ad [z] supercilium montis super quem urbs ipsorum erat ædificata, ut præcipitarent eum.

30 Ipse verò quum trãsisset per medios ipsos, profectus est.

[h] 8. Christus quis sit, & quorsum venerit ex Esaia propheta palam suis demonstrat. *Matt.11.14. Mar.6.1. Ioh.4.45. *Esa.61.1.

[i] Spiritum Domini super se ideò dixit, vt sciamus Christum tam in se quàm in suis ministris, non humanum nec privatum negotium agere, sed ad restituendam Ecclesiæ salutem divinitùs esse missum.

[k] Hoc, vice expositionis, additum est, multi enim falsò Dei spiritũ habere se jactant, quum sint ejus donis vacui. Christus ab unctione tamquam ab effectu probat se spiritu Dei esse præditum.

[l] Loquitur hîc de spirituali manumissione qua liberamur à servitute Satanæ.

[m] Alludit propheta ad annũ redemtionis Jubilæum, de quo Levit. 15. 8.

[n] 8. Familiaritas cõtemtum etiam Christi gignit, q propterea desertis suis sæpè ad extraneos migrat.

[o] Huic scripturarum collationi intererãt nõ solùm doctores, sed & plebs: præterea vernaculo utebantur sermone, aliàquin non admirata fuisset multitudo. eumdem ordinẽ instituit in Ecclesia Corinthiaca Paulus, 1.Cor.14.

[p] Vi illa divina quę in Christi verbis totóque habitu inerat, quæq; homines mirificè ad se alliciebat. Psalm. 45. 3. Diffusa gratia in labiis tuis.

[q] quasi dicat, Quando nunc offensi estis vilitate meæ per

sonæ, video vos dicturos mihi quod vulgò dici solet ei qui, quum ulceribus scateat, aliis se mederi profitetur. [r] Contemptum doctrinæ & officii sequitur miraculorum petitio, quibus cõfirmetur doctrina & officium. *Joh.4.44. [s] Eorum culpa fieri exprobrat ne apud eos, sicuti alibi, exerat suam virtutem in miraculis: hominum incredulitas aditum obstruit Deo ne operetur. *1.Reg.17.&c. Luc.1.17. [t] Ad verb. terram Israẽliticam. Vide Mar.15.33. *2.Reg.5.14. [v] Sensus est, idem accidere quod olim, ut Deus procul virtutem suam ad alienos transmittat, quia à domesticis repellitur. [x] 8. Mundus quo asperiùs reprehenditur, eo apertiùs furit: sed piorum vita non est impiorum libidini sine exceptione exposita. [y] Dimisso conventu, vel egressi è synagoga. [z] Metaphoricè pro parte montis editiore.

31 Et descendit Capernaumum urbem Galilææ, * ibique docebat eos Sabbathis.

*Matth.4.13. Marci 1.21.

32 * Et percellebantur super doctrina ejus. Erat enim sermo ipsius cum auctoritate.

*Matth.7.29. Marc.1.26.

33 * Erat autem in synagoga quidã habens [a] spiritum dæmoniacum impurum, qui exclamavit voce magna,

*Marc.1.23. a Ad ver. spiritum dæmonii impuri, dæmonem impurũ.

34 [b] Dicens, Ah, quid nobis tecum Jesu Nazaræe? venisti ut perderes nos? novi te quis sis: *nimirum* Sanctus ille Dei.

b B. Christus non tantùm homines, quãtumvis stupidos, sed ipsa etiã dæmonia, velint, nolint, percellit.

35 Et objurgavit eum Jesus, dicẽs, Obmutesce, & exi ab eo. Tunc dæmonium, projecto illo in medium, exiit ex eo, nihilq; ei nocuit.

36 Et obortus est pavor in omnibus: & colloquebantur alii cum aliis, dicentes, Quid hoc rei est, quòd cum auctoritate ac potestate imperat impuris spiritibus, & exeunt?

37 Et dimanavit rumor de eo in omnẽ locum circumjacentis regionis.

38 [c] *Egressus autem Jesus è synagoga, introivit domum Simonis: socrus verò Simonis detinebatur febri magna: & rogaverunt eum pro illa.

c B. Christus sanandis solo verbo corporis morbis, cõfirmat se Deũ esse omnipotentem salutis hominũ causa missum.

39 Tunc *ipse* [d] adstans supra eam, objurgavit febrim: & *febris* eam dimisit. *illa* verò quum illico surrexisset, ministravit eis.

*Matth.8.14. Mar.1.30.

d Gestus Christi ad lecti fulcrum inclinãtis, ut febricitantem allevaret.

40 Occidente autem sole, omnes qui habebant infirmos morbis variis, ducebant ipsos ad eum, ille verò unicuique ipsorum impositis manibus, sanavit eos.

41 [e] *Exibant autem etiam dæmonia ex multis, clamantia ac dicentia, Certè tu es Christus ille Filius ille Dei. Sed *ipse* objurgans non sinebat ea loqui, quòd scirẽt ipsum esse Christum illum.

e B. Satan perpetuus veritatis hostis, ne tum quidem audiẽdus quũ veritatẽ dicit. *Marc.1.34.

42 [f g] Orto autem die egressus profectus est in desertum locum, & turba quærebat eum, venerúntque usque ad ipsum, & retinebant eum ne ab ipsis discederet.

f B. Nulla ne zeli quidem specie debemus in vocationis nostræ cursu retardari.

g Id est, cum prima luce, eãque adventante.

43 Ille verò dixit eis, Certè etiam aliis urbibus oportet me evãgelizare regnum Dei: nam ad hoc missus sum.

44 Et prædicabat in synagogis Galileæ.

31 Et descendit in Kephar-Nachum civitatem Galilææ, & docebat eos in sabbathis.

32 Et mirabantur in doctrina ejus, quia potestate præditus erat sermo ejus.

33 Et erat in synagoga quidam in quo erat [9] spiritus dæmoniacus impurus, & clamavit voce elata,

9 F. Syrè, spiritus dæmonii impuri, ut in Græco legitur.

34 Ac dixit, Sine me. [10] Quid nobis & tibi Jeschua Nazarene? Venisti ad perdendum nos? Novi ego te quis sis, Sanctus Dei.

10 F. i. quid nobis tecum? ut Matth.8.29.

35 Et objurgavit eum Jeschua, ac dixit, Occlude os tuum, & exi ab eo. Et dejecit eum dæmon in medium, & exivit ab eo, quum non nocuisset ei quicquam.

36 Et admiratio apprehendit unumquemque, & loquebãtur secum invicem, ac dicebant, Quisnam est sermo iste qui cum virtute & potestate præcipit spiritibus impuris, & exeunt?

37 Et egressa est de eo fama in omni loco qui erat circa eos.

38 Et quum egressus esset Jeschua e synagoga, intravit in domum Schemeun, & socrus Schemeun affligebatur [11] febre magna, & rogaverunt eum pro illa.

11 Ad verb. Igni magno, id est, Ardenti febre. Hebraismus.

39 Et stetit super eam, & objurgavit febrem: & reliquit illam. & illico surrexit, & ministrabat eis.

40 In occasu autem solis, omnes quibus essent ægroti qui ægrotarent ægritudinibus variis, adduxerunt eos ad ipsum. Ille verò super [12] unumquemque ex ipsis manum suam ponebat, & sanabat eos.

12 Ad verbum unum, unum, Hebraismus.

41 Et exibant etiam dæmonia a multis clamantia, & dicentia, Tu es Christus filius Dei. Et increpabat ea, & non permittebat eis ut loquerentur, quòd scirent quòd esset Christus.

42 Et in aurora diei egressus [13] abiit in locum desertum, & turbæ quærebant eum, venerúntque usque ad ipsum: & apprehendebãt eum ne discederet ab eis.

13 F. Syrè, abiit sibi. Pleonasmus, de quo Matth. 4. 10.

43 Ipse autem Jeschua dixit eis, Etiam civitatibus aliis oportet me evangelizare regnum Dei: quia propter hoc ipsum missus sum.

44 Et ipse prædicabat in synagogis Galilææ.

CAPUT QUINTUM.

[1] Christus docet è navigio. [6] De captura piscium. [12] Leprosus. [16] In deserto orat Christus. [18] Paralyticus. [27] Levi publicanus. [34] Jejunia & afflictiones Apostolos manent post ascensionem. [36.37.38.] Vetustis utribus & vestibus discipuli debiles & minus robusti comparantur.

FActum [a] est autem, quum turba [b] incumberet ei, audiendi verbi Dei causa, ipse stabat apud lacum Genezaret.

a B. Christus quatuor ascitos discipulos admonet Apostolicæ functionis tãdem illis committendæ.

b Quum quasi in illum incumberet, præ visendi & audiendi studio, quæ res fecit ut è navigio doceret.

2 Viditq; duo navigia quæ ad lacum erant: piscatores verò quum ex iis descendissent, abluebant retia.

3 Ingressus autem in unum istorum navigiorum, quod erat Simonis, rogavit eum ut à terra [c] proveheret paululum: quúmque consedisset, docebat turbam

c In altum.

FActum est autem quum congregaretur ad eum turba, ad audiendum sermonem Dei, & ipse stabat juxta littus maris [1] Ginesar.

1 Vide de eo annot. in fine Matth.14.

2 Et vidit navigia duo stantia juxta ipsum mare: & piscatores qui ascenderant ex eis, & lavabant retia sua.

3 Et unum ex illis [2] Schemeun erat Ciphæ. Et ingressus Jeschua sedit in eo, dixitq; ut ducerent ipsum paululum ab arida in aquas, & sedebat ac docebat

2 Id est, Erat Schemeũ Ciphæ.

e navigio

e navigio turbam.

4 Et quum [3] siluisset a sermone suo, dixit Schemeun, Ducite in profundum, & projicite rete vestrum ad capturam.

5 Respondit Schemeun ac dixit ei, Domine mi, nocte tota laboravimus, & nihil cepimus: in sermone autem tuo jacio rete.

6 Et quum hoc fecissent, inclusérunt pisces multos admodum: & disrumpebatur rete eorum.

7 Et innuerunt sociis suis qui erant in navigio altero, ut [4] venientes adjuvarent eos. Quúmque venissent, impleverunt illa navigia ambo, ita ut in proximo essent ut mergerentur.

8 Quum vidisset Schemeun Cipha, procidit ante pedes Jeschua, & dixit ei, Peto abs te Domine mi, [5] discede a me, quoniam homo sum peccator.

9 Terror enim apprehenderat eum & omnes qui cum eo erant, propter capturam illam piscium quos ceperant.

10 Similiter autem etiam Jaakub & Juchannan, filios Zabbedai, qui erant participes Schemeun. Dixit autem Jeschua, Ne timeas: deinceps filios hominis capies ad vitam.

11 Et subduxerunt illa navigia in terrā, & reliquerunt omnia, & [6] iverunt post eum.

12 Et quum esset Jeschua [7] in una ex civitatibus, venit vir quidam qui plenus erat totus lepra: vidit Jeschua, & procidit super faciem suam: & petebat ab eo, & dicebat ei, Domine mi, si velis, potes mundare me.

13 Et extendens manum suam Jeschua tetigit eum, & dixit ei, Volo, mundus esto. Et eadem hora abiit ab eo lepra ejus.

14 Et præcepit ei, Nemini dixeris: sed vade, ostende te ipsum sacerdotibus, & offer oblationem pro mundatione tua, sicut præcepit Musche in testimonium eorum.

15 Et prodiit de eo fama eo magis: & congregabatur populus multus ad audiendum ab eo, & ut sanarentur ab infirmitatibus suis.

16 Ipse autem secedebat in desertum, & orabat.

17 Et factum est [8] in una ex diebus quū doceret Jeschua, sedebant Pharisæi & doctores Legis qui venerant ex omnibus pagis Galilææ & Judææ & Urischelem. & virtus Domini erat ad sanandum eos.

18 Et quidam adduxerunt in lecto hominem quendam [9] paralyticum, & quærebant ut [10] ingredientes ponerent ipsum ante eum.

19 Et quum non possent ita inferre eum propter multitudinem populi, ascenderunt in tectum, & demiserunt eum cum lecto suo e tecto in medium ante Jeschua.

20 Quum vidisset autem Jeschua fidem eorum, ait illi paralytico, Homo, remissa sunt tibi peccata tua.

21 Et cœperunt Pharisæi [11] & Legisperiti cogitare, & dicere, Quis hic est qui loquitur blasphemiam? Quis potest remittere

[3] i. Quum finē dicēdi fecisset. Hebraismus.

[4] f. Syrè, venirent adjuvarēt. vide in Matt. 4.9.

[5] f. Syrè, discede tibi. Pleonasmus, ut Matt. 4.10.

[6] i. Sequuti sunt eum. Hebraismus.

[7] i. In quadam civitate. Hebraismus.

[8] i. Quodam die. Hebraismus.

[9] Unde dicatur paralyticus, vide finem Mat. cap. 4.

[10] f. Syrè ingrederētur ponerent, vel inferrent ponerent. vide in Matt. 4.9. sic supr. vers. 7.

[11] Hi sunt quos versu 17 vocavit doctores Legis. Vide quæ de eis scripta sunt Mat. 1. 4.

ex navigio.

4 Ut cessavit autem loqui, dixit ad Simonem, Provehito in altum, & dimittite retia vestra ad capturam.

5 Tum respondens Simon ait ei, [d] Magister, quum per totam noctem nos [e] fatigaverimus, nihil cepimus, tamē [f] ex tuo jussu demittam rete.

6 Et quum hoc fecissent, conclusérunt piscium multitudinem magnam: dirumpebatur autem rete eorum.

7 Et innuerunt consortibus qui *erant* in altero navigio ut venirent, & sibi opitularentur. Venerunt igitur, & impleverunt ambas naves, ita ut penè mergerentur.

8 Quum autem *hæc* vidisset Simon Petrus, accidit ad genua Jesu, dicens, [g] Discede a me. Nam homo peccator sum, Domine.

9 Pavor enim occupârat eum & omnes qui cum eo *erant*, super captura piscium quam comprehenderant:

10 Similiter autem & Jacobum & Johannem filium Zebedæi, qui erant socii Simoni. Tunc ait ad Simonem Jesus, ne metue: ab hoc *tempore* vivos capies homines.

11 *Illi* autem quū subduxissent in terrā navigia, relictis omnibus, sequuti sunt eū.

12 [h] *Et ecce factum est, ut quum esset in quadam urbe, tum *adveniret* quidam plenus lepra: ac viso Jesu procidens in faciem, deprecaretur eū, Dicēs, Domine, si velis, potes me purificare.

13 Jesus autem extensa manu tetigit eū, dicens, Volo, purificator. Et statim lepra abiit ab eo.

14 Ipse verò mandavit ei ut nulli *hoc* diceret: sed profectus, *inquit*, ostende teipsum sacerdoti, & offer pro purificatione tui, *prout imperavit Moses, *ut hoc sit* eis testimonio.

15 [i] Dimanabant autem eo magis sermones de eo: & conveniebat turba multa ut audirent, [k] & per eum sanarentur ab infirmitatibus suis.

16 Ipse autem secedens, erat in desertis, & orabat.

17 Et factum est quodam die, quum ipse doceret, sederēntque Pharisæi ac Legis doctores, qui venerant ex omnibus vicis Galilææ & Judææ & Hierosolymis: & [l] virtus Domini adesset *ei* ad sanandum [m] illos:

18 *[n] Tunc ecce *advenerunt* quidam ferentes in lecto hominem qui erat [o] paralyticus: & studebant eum inferre, & ponere in ipsius conspectu.

19 Et quum nō invenissent quâ ipsum inferrent, propter turbam, ascenderunt in solarium, & perfosso testaceo pavimento, demiserunt eum cum lectulo in medium, ante Jesum.

20 Qui fide eorum [p] visa, dixit, Heus tu, remissa sunt tibi peccata tua.

21 Tunc cœperunt ratiocinari Scribæ & Pharisæi, dicentes, Quis est iste qui loquitur blasphemias? Quis potest remit-

[d] Imperat, is est, qui rei alicui præest. alii Evangelistæ retinuerūt nomen Rabbi.

[e] Vide Mat. 6. 28.

[f] Ad ver. In verbo tuo, id est, juxta id quod præcipis.

[g] Vox est contritæ conscientiæ & indignitatem suam agnoscentis ex peccatorū cognitione.

[h] B. Christus, leproso sui attactu, mundato & ad sacerdotes remisso, testatur se eū esse, quo per fidē apprehenso, nos omnes secundùm Legem immundi, testimonio ipsius Dei, mūdi ac puri pronunciemur.

*Mat. 8. 2. Mar. 1. 40.

*Levit. 14. 4.

[i] B. Christus mavult doctrina quàm miraculis inclarescere, ideóque ab iis discedit qui ipsum ut corporū medicum, non ut salutis auctorē quærunt.

[k] Hic unicus est finis miraculorū & beneficiorum Christi, ut ipse pluribus innotescat, plures ad ipsum accederent, sanitatē & auxilia petant & accipiant.

[l] Sese exereret vis illa in Christo, illo tempore.

[m] De quibus egit vers. 15.

*Mat. 9. 2. Mar. 2. 3.

[n] B. Christus sanato paralytico, malorum omnium causam & remedium ostēdit.

[o] i. enervatus. Paralytici verò nomen est usitatum.

[p] i. cognita. Heb.

tere peccata, nisi solus Deus?

22 Jesus autem [q] agnitis eorum cogitationibus, respondens dixit eis, Quid ratiocinamini in cordibus vestris?

23 Utrum est facilius? dicere, Remissa sunt tibi peccata, aut dicere, Surge & ambula?

24 Ut autem sciatis Filium hominis auctoritatem habere in terra remittendi peccata, (ait paralytico) Tibi dico, surge, & sublato *in humeros* lectulo tuo, abi domum tuam.

25 *Is* autem illicò surgens in eorum conspectu, sublato *in humeros eo* in quo jacuerat, abiit domum suam glorificans Deum.

26 Et stupor cepit omnes, & glorificabant Deum: & repleti sunt metu, dicentes, Certè vidimus inopinata hodiè.

27 [r] *Posthæc verò exiit, & conspexit publicanum nomine Levi, sedentem ad telonium, & dixit ei, Sequere me.

28 Et *ille* derelictis omnibus surrexit, & sequutus est eum.

29 Et fecit ei Levi epulum magnum domi suæ: erátque turba multa publicanorum, & aliorum qui cum ipsis accumbebant.

30 [s] Obmurmurabant autem eis Scribæ ac Pharisæi, dicentes ad discipulos ejus, Quare cum publicanis & peccatoribus editis & bibitis?

31 Et respondens Jesus dixit eis, non opus est iis, qui sani sunt, medico, sed iis qui malè *se* habent.

32 *Non veni vocatum justos, sed peccatores ad resipiscentiam.

33 [t] *Ipsi verò dixerunt ei, Quare discipuli Johannis jejunant crebrò, & deprecationes faciunt, similiter & *discipuli* Pharisæorum: tui verò edunt & bibunt?

34 [v] Ipse autem dixit eis, Num potestis facere ut filii thalami, quo *tempore* cū ipsis est sponsus, jejunent?

35 Venient autem dies quum tolletur ab eis sponsus, tūc jejunabūt illis diebus.

36 Dicebat autem eis etiam parabolam, Nemo panniculum novi vestimenti indit in vestimentum vetus: alioqui & illud nouum findit *vetus*, & veteri non convenit panniculus *sumtus* ex novo,

37 Et nemo injicit vinum novum in utres veteres: alioqui disrumpet vinum novum utres, & ipsum effundetur, & utres peribunt.

38 Sed vinum novum in utres recentes injiciendum est: & utraque conservantur.

39 Et nemo qui biberit vetus, statim vult novum. dicit enim, Vetus utilius est.

[q] Divina scilicet intelligentia.

[r] 3. Ecclesia est peccatorū Christi beneficio resipiscentium multitudo, cū eo convivans, magno cum superbi & invidi mundi offendiculo.
*Mat. 9. 9.
Mar. 2. 14.

[s] Hic jā produnt Pharisæi invidum animum suū, quē jam dudū adversus Christū conceperant. Nam quod per se nō erat malum, in pessimam partē interpretantur, volentes hac calumnia discipulos nuper ad Christi consortium accitos a disciplina magistri abducere.
*1. Tim. 1. 15.

[t] 8. Hypocritarum & imperitorum hominum est pietatem in jejunio & rebus mediis collocare.
*Mat. 9. 14.
Mar. 2. 18.

[v] 8. Leges de jejuniis & aliis ejusmodi reb. promiscuè & absq; circumstantiarum discrimine positæ, non modò sunt tyrānicæ, sed etiam summè perniciosę in Ecclesia.

peccata nisi Deus solus?

22 Jeschua autem cognovit cogitationes eorum, & dixit eis, Quid cogitatis in cordibus vestris?

23 Quid facilius est dicere? Remittuntur tibi peccata tua: an dicere, surge & ambula?

24 Ut cognoscatis autem quòd potens est Filius hominis in terra ut remittat peccata (dixit paralytico) Tibi dico, Surge, accipe lectum tuum, & abi in domū tuam.

25 Et illicò surrexit [12] in conspectu eorum, & accepit lectum suum, & abiit in domum suam glorificans Deum.

26 Et admiratio apprehendit unumquemque: ac laudabant Deum: & impleti sunt timore, ac dixerunt, Vidimus hodiè prodigia.

27 Post hæc egressus est Jeschua, & vidit publicanum, cujus nomen Levi, qui sedebat ad [13] telonium, & dixit ei, [14] Veni post me.

28 Et reliquit omnia, & surgens abiit post eum.

29 Et fecit ei Levi in domo sua [15] convivium magnum. & erat turba multa publicanorum & aliorum qui accumbebant cum eis.

30 Et murmurabant Legisperiti & Pharisæi, ac dixerunt discipulis ejus, Quare cum publicanis & peccatoribus comeditis & bibitis?

31 Et respondit Jeschua & dixit eis, Nō requiritur medicus sanis, sed iis qui [16] pessimè afficiuntur.

32 Non veni ut vocarem justos, sed peccātores ad conversionem.

33 Illi verò dixerunt ei, Quare discipuli Juchannan jejunant sedulò & orant, etiā Pharisæorū: tui autē comedunt & bibūt?

34 Ipse autem dixit eis, Non potestis apud [17] filios thalami quum sponsus est cum eis, facere ut jejunent.

35 Venient autem dies quum auferetur sponsus ab eis, tunc jejunabunt in illis diebus.

36 Et dixit eis parabolam, Nemo abscindit assumentum ex vestimento novo, & immittit in vestimentum vetus, ne novum scindat, & vetus non impleat assumentum quod est ex novo.

37 Et nemo immittit vinum novum in utres veteres: sin autem minùs, rumpit vinum novū utres, & vinum effunditur, ac utres pereunt.

38 Sed vinum novum in utres novos immittunt, & utraque conservantur.

39 Neque quisquam bibit vinum vetus, & statim quærit novum. Dicit enim, Vetus [18] suave est.

[12] 5. Syrè, in oculis eorum.

[13] Ad ver. in loco vectigalis. Hebraismus.

[14] 5. Sequere, Hebraismus. ut paulò pòst etiam

[15] קובלא, qua voce utitur infrà quoque capit. 14. 13. Quod ideò notare libuit, quia aliis in locis ad id significādum aliis utitur vocibus q̄ hac sunt usitatiores. 7. hoc autem respondet ad verbum etymo nominis Græci δοχή.

[16] Ad ver. Malè malè. Positivus geminatus pro superlativo, ex Hebraismo. q̄ etiam antè observavimus.

[17] 5. Familiares sponsi, quos etiam in thalamum suū admittit. Eādem phrasin vide Matth. 9. 15. & Marci 2. 19.

[18] Pro Suavius est. Positivus pro comparativo. Hebraismus.

CAPUT SEXTUM.

1 Discipuli spicas vellunt Sabbatho. 6 Christus habentem manum aridam sanat. 13 Electio Apostolorum. 20 De beatitudinibus & maledictionibus. 27 Inimici diligendi. 46 Quo fructu verbum Dei sit audiendum.

FActum [a] *est verò ut sabbatho [b] alte-

FActum est autem in sabbatho, quum

[a] 8. Christi ad versus superstitiosos in minutissimis quibusque hærentes ostēdit, ne sabbathi quidē legē sine omni exceptione latā fuisse, nedū ut in externa ejus observatione posita esset hominū salus. *Mat. 12. 1. Mar. 1. 23. [b] Quū spicas vellerēt discipuli, rectè annotat Epiph. in cōfutatione Ebionis. illud factū esse in festo Azymorū. Quū aūt in festis plurīū dierū, ut in festo tabernaculorū & Paschę primus & ultimus dies pari celebrādi esēt ceremonia, Levit. 23. ultimus ille dies commodè vocatur a Luca, secundo primū sabbathum. at Theoph. putat intelligēdum esse alterum post primum alicujus festi. Etsi fortasse tam commodè per δευτεροπρῶτον sabbathum intelligere est sabbathum prius secundæ septimanæ. Nam diem fuisse ordinarii sabbathi ex aliis Evangelistis conjicimus, qui in septimanā secundam festi Paschalis inciderit. Quū itaq; prior cessationis dies fuerit sabbathi ordinarii, posterior festi Paschalis ultimus, optimè ad distinctionem sabbathum secūdæ hebdomadis appellatur prius. quū alter cessationis dies ex legitima festi observatione sequereretur.

ambular

ambularet Jeschua [1] in loco seminum, & discipuli ejus vellebant spicas, & confricabant manibus suis, ac edebant.

2 Quidam autem ex Pharisæis dixerunt eis, Cur facitis id quod non licet in sabbatho facere?

3 Respondit Jeschua, & dixit eis, Neque hoc legistis quod fecit David quum esuriret ipse & qui cum eo erant?

4 Quòd ingressus est in domum Dei, & panem mensæ Domini accipiens comedit, & dedit iis qui secum erant, quem non licebat edere nisi sacerdotibus tantùm?

5 Et dixit eis, [2] dominus est sabbathi Filius hominis.

6 Factum est autem in sabbatho alio, ingressus est in synagogam, & docebat. Erat autem ibi quidam cujus manus dextera erat arida.

7 Et Legisperiti & Pharisæi observabãt eum num id *foret* ut sanaret in sabbatho, quò invenirent *ut* accusarent eum.

8 Ipse verò qui sciebat cogitationes eorum, dixit illi homini cujus arida erat manus, Surge [3] veni in medium turbæ. Et quum venisset, & staret,

9 Dixit eis Jeschua, Interrogabo vos, Quid licet in sabbatho facere? quod bonum est, an quod malum est? animã [4] servare, an perdere?

10 Et intuitus est in eos omnes, dixitque illi, Extende manum tuam. Et extendit, restituta est manus ejus [5] sicut socia ejus.

11 Ipsi autem impleti sunt æmulatione: & loquebantur [6] unus cum alio, quidnam facerent Jeschua.

12 Factum est etiam in diebus illis, egressus est Jeschua in montem ad orandum: & illic pernoctabat in oratione Dei.

13 Et quum illucesceret, vocavit discipulos suos, & elegit ex eis duodecim, quos Apostolos nominavit,

14 Schemeun, quem nominavit Cipha, & Andream fratrem ejus, & Jaakub & Juchannan, & Philippum & Bar-Thulemai:

15 Et Mattai & Thauma, & Jaakub filium Chalphai, & Schemeun qui vocatur Zelotes:

16 Et Jihuda [7] filium Jaakub, & Jihuda Secharjuta qui fuit proditor.)

17 Et descendit cum eis Jeschua, & stetit in planitie: & turba multa discipulorum ejus, & multitudo turbæ populi ex omni Judæa & ex Urischelem, & ex tractu maris Tzur & Tzaidan, qui venerant ut audirent sermonem ejus, & ut sanarentur ab infirmitatibus suis:

18 Et ii qui affligebãtur a spiritibus impuris: & sanabantur.

19 Et universa turba quærebant ut tangerent eum: virtus enim exibat ab eo, & omnes eos sanabat.

20 Et sustulit oculos suos in discipulos suos, & dixit, Beati estis pauperes: quia vestrum est regnum Dei.

21 Beati estis qui esuritis nũc: quia satu-

[1] Id est, in agro sato. Hebraismus.

[2] Vide quæ Marci 2. annotavimus in fine.

[3] 1. Syrè, veni tibi. pleonasmus, ut Matt. 4. 10.

[4] Ad verb. Vivificare. Hebr.

[5] 1. Sicut altera manus Hebraismus.

[6] Ad ver. Unus cum uno. Hebraismus.

[7] 1. Vel fratrè Jaakub, ex Judæ 1. sed hoc rectum est. vide quæ adnotavimus in Marc. 15. 40.

ro primo pertransiret per sata. Vellebant autem discipuli spicas, edebántque, [c] confricantes manibus.

2 Quidam autem Pharisæorum dixerunt eis, Cur facitis quod non licet facere Sabbathis?

3 Tunc respondens Jesus dixit eis, *Ne hoc quidem legistis quod fecit David quum esuriret ipse & qui cum eo erant?

4 Quomodo introierit domum Dei, & panes proposititios sumpserit, ederítque ac dederit etiam iis qui secum *erant*: *quibus *panibus* non licet vesci nisi solis sacerdotibus?

5 Et dicebat eis, Filius hominis dominus est etiam sabbathi.

6 [d] *Factum est verò etiam alio sabbatho ut ipse ingrederetur in synagogam, ac doceret. Erat autẽ ibi quidam cujus manus dextera erat arida.

7 Observabant autem eum scribæ ac Pharisæi an Sabbatho sanaturus esset *illum*, ut invenirent accusationem *adversus* eum.

8 At ipse norat cogitationes eorum: & dixit homini illi qui habebat manum aridam, Surge, & adsta in medio. Ille verò surgens adstitit.

9 Dixit igitur eis Jesus, interrogabo vos quiddam, Licet Sabbathis benefacere, an malefacere *cuipiam*? hominem servare, an [e] perdere?

10 Et quũ eos omnes circumspexisset, ait homini, Extende manum tuam. Ille autem ita fecit: & restituta est manus ejus sana sicut altera.

11 Ipsi autem repleti sunt amentia: & colloquebantur alii cum aliis, quídnam facerent Jesu.

12 [f] Factum est autem illis diebus, abiit in montem ad orandum, [g] & pernoctavit *illic* in precatione Dei.

13 *Et quum dies ortus esset, [h] advocavit discipulos suos, & quum ex ipsis elegisset duodecim, quos & Apostolos nominavit:

14 (*Nempe* Simonem, quem etiam nominavit Petrum, & Andream fratrem ejus, Jacobum & Johannem, Philippũ & Bartholomæum,

15 Matthæum & Thomam, Jacobum Alphæi *filium*, & Simonem qui vocatur Zelotes,

16 Judam Jacobi *fratrem* & Judam Iscarioten, qui etiam fuit proditor:)

17 Et descendisset cum eis, substitit in loco campestri turbâque discipulorum ejus, & multitudo magna plebis ex tota Judæa & Hierusalem, & a [i] maritima *regione* Tyri & Sidonis, qui venerant ut audirent eum & sanarentur ab infirmitatibus suis:

18 Et qui vexabantur a spiritibus impuris: & sanabantur.

19 Et tota turba studebat eum tangere: quia vis ab eo prodibat, & sanabat omnes.

20 [k] *Ipse verò sublatis oculis suis in discipulos, dicebat, [l] Beati *estis* pauperes: quia vestrum est regnum Dei.

21 *Beati qui nunc esuritis: quia saturabimini.

[c] Ad verb. terẽdo cõminuentes.

* 1. Schem. 21. 6.

* Exod. 29. 33. Lev. 8. 31. & 24. 9.

[d] 2. Charitas, omnium ceremoniarum regula.
* Matt. 12. 9. Mar. 3. 1.

[e] Qui non juvat proximum quum juvare potest, interficit.

[f] 2. Christus non absq; ferventibus & longis precibus, duodecim cõtubernales, Apostolos futuros deligẽs, ostendit quanta religione in Ecclesiasticis electionib. sit opus.

[g] Ad verb. Et erat pernoctãs in oratione Dei.
* Infr. 9. 1. Mat. 10. 1. Mar. 3. 13. & 6. 7

[h] Hoc ipsum fuit cujus gratia Christus per totam noctẽ in oratione perseveravit: electio nimirũ 12. apostolorum.

[i] A toto illo tractu maris q Syrophœnicia dicitur.

[k] 2. Christus adversus omnes philosophos, ac præsertim Epicureos, docet summum bonum nusquam hic in terris, sed in cęlis esse repositum, afflictiones verò propter justitiam, iter illud esse quo ad id perveniatur.
* Mat. 5. 3.

[l] 1. beati estis vos pauperes. Est enim in tota oratione forma compellationis.
* Esa. 61. 1.

bimini. * Beati qui nunc fletis: quia ridebitis.

22 *Beati eritis quum vos oderint homines, & [m] separaverint vos, & conviciis affecerint *vos*, & nomen vestrum ut improbum abjecerint, propter filium hominis.

23 Gaudete illo die, & [n] salite. Ecce enim merces vestra multa *est* in cælis: nam itidem faciebant Prophetis patres eorum.

24 *Sed væ vobis divitibus: nam [o] perceptum habetis solatium vestrum.

25 *Væ vobis [p] qui impleti estis: nam esurietis. Væ vobis [q] qui ridetis nũc: nam lugebitis & flebitis.

26 [r] Væ vobis quum benè vobis dixerint omnes homines: nam itidem faciebant pseudoprophetis patres eorum.

27 [s] * Sed vobis dico qui auditis: Diligite inimicos vestros: benefacite iis qui vos oderunt.

28 Benedicite iis qui execrantur vos, & orate pro infestantibus vos.

29 *Et qui tibi ceciderit maxillam, prębe & alteram: *& ab eo qui tollit tibi pallium, etiam tunicam ne prohibeto.

30 Cuivis autem petenti abs te da: & ab eo qui tollit *res* tuas, ne repetito.

31 *Et prout vultis ut faciant vobis homines, vos etiam facite eis similiter.

32 * Quòd si diligitis eos qui vos diligunt, [t] quæ vobis erit gratia? nam & peccatores diligunt eos à quibus diliguntur.

33 Et si benefeceritis iis qui vobis benefaciunt, quæ vobis erit gratia? nam & peccatores idem faciunt.

34 *Et si mutuum dederitis iis a quibus speratis vos recepturos, quæ gratia erit vobis? nam & peccatores peccatoribus dant mutuum, ut recipiant paria.

35 Immò diligite inimicos vestros, & *iis* benefacite, & mutuum date, [v] nihil inde sperantes: & erit merces vestra multa, *ac filii eritis illius Altissimi: nam ipse [x] benignus est erga ingratos & malos.

36 Estote ergo misericordes, prout & Pater vester misericors est.

37 [y] *Ne judicate, & non judicabimini: ne condemnate, & non condemnabimini: [z] absolvite, & absolvemini:

38 Date, & dabitur vobis. * mensuram *inquam* bonam [a] pressam, agitatam, & superfluentem dabunt in sinum vestrum. Eadem enim mensura qua metimini, cõtrametietur vobis.

39 [b] Dicebat autem eis parabolam, *Nũ potest cæcus cęco vię dux esse? nónne ambo in foveam cadent?

40 *Non est discipulus supra magistrũ suum: sed quisquis *erit* [c] perfectus *discipulus*, erit ut magister.

rabimini. Beati estis qui fletis nunc, quia ridebitis.

22 Beati estis quum odio prosequuntur vos filii hominis, & separant vos, & conviciantur vobis, [8] & exire faciunt nomen vestrum tamquam malorũ, propter Filium hominis.

23 Gaudete in illo die & exsultate: quia merces vestra multa est in cælo. Sic enim faciebant patres eorum prophetis.

24 Verũtamen væ vobis divitibus: quia accepistis consolationem vestram.

25 Væ vobis saturis: quia esurietis. Væ vobis ridentibus nunc: quia flebitis & lugebitis:

26 Væ vobis quum dixerint de vobis filii hominis quod bonum est. Sic enim faciebant prophetis mendacibus patres eorum.

27 Vobis autem dico qui auditis, Diligite inimicos vestros, & facite quod bonum est iis qui odio habent vos.

28 Et benedicite iis qui maledicunt vobis, & orate pro iis qui ducunt vos in vincula.

29 Et ei qui percutit te super maxillam tuam, præbe ei alteram. Et ab eo qui tollit pallium tuum, ne prohibeas etiam tunicam tuam.

30 Omni petenti abs te, da: & ab eo qui aufert quod tuum est, ne petas.

31 Et sicut vultis ut faciant vobis filii hominis, similiter facite eis etiam vos.

32 Si enim diligitis eos qui diligunt vos, quæ est gratia vestra? Etenim etiam peccatores diligentes se diligunt.

33 Et, si facitis quod bonum est iis qui benefaciunt vobis, quæ est gratia vestra? etenim etiam peccatores sic faciunt.

34 Et, si commodatò datis ei a quo speratis quòd reddetur vobis, quæ est gratia vestra? Etenim etiam peccatores peccatoribus mutuò dant ut similiter retribuatur eis.

35 Verumtamen diligite inimicos vestros, & benefacite iis: & mutuò date, [9] & ne præscindatis spem hominis. Et erit multa merces vestra, eritísque filii Excelsi, qui bonus est erga malos & erga [10] ingratos.

36 [11] Estote ergo misericordes, sicut etiã Pater vester misericors est.

37 Ne judicetis, & non judicabimini: ne condemnetis, & non condemnabimini: absolvite, & absolvemini.

38 Date, & dabitur vobis: mensura bona & [12] spatiosa & redundante projicient in sinum vestrum. Qua enim mensura metimini, mensuratur vobis.

39 Et dicebat eis parabolam, Nunquid potest cæcus cæcum ducere? nónne ambo in foveam cadunt?

40 Non est discipulus qui sit major quàm dominus ejus. quisquis autem est perfectus, erit sicut dominus suus.

[8] i. Infamant nomen vestrũ tãquam scleratum.

[9] Tàm activè quàm passivè exponi potest: Vel, Ne, de remuneratione desperãtes, benefaciendi studium abjiciatis. Vel, Ne miseros vestra culpa delitate in desperationẽ abjiciatis. F. Sic enim videtur legisse Syrus, μηδὲν ἀπελπίζοντες, & transitiva in alium significatione (ut vocant) τὸ ἀπελπίζειν acce pisse, ut accipitur tertia apud Hebræos & Syros conjugatio. Hominis autem, i. ullius vel cujusquàm, ex Hebræorum usu. q. d. ne in vestros quidem inimicos estote duri, sed efficite ut de vobis omnia sibi officia spondeant.

[10] Ad ver. Negantes: qua ratione ingratos vocant Galli *mescognoissans*. Cæterùm solent Hebræi hoc nomine notare impios & ἀθέους.

[11] Videlicet hinc רחמים sumta in Talmud Jerosolymitano in ברכות i. tractatu De benedictionibus, c. 5. ubi sic scribitur, כמה דאנא רחמן בשמיא כן תהוון רחמנין בארעא Id est, Sicut misericors sum in cælis, sic misericordes estote in terra.

[12] F. vel tusa (quod hac voce propriè significatur) i. pressa, ut Græcè πεπιεσμένον dixit Lucas.

*Esa. 61. 3. & 1.
*Mat. 5. 11.
[m] E Synagogâ ejecerint, ut explicatur Joh. 16. 2. Quę quidem pœna in Ecclesia est gravissima, si modò censores judicio legitimo, & ex verbo Dei judicent.
[n] Præ gaudii abundantia, ut solent lasciviẽ res pecudes. Hæc autẽ sententia piis omnibus, præcipuè verò electis Christi ministris maximam consolationem adferre debet.
*Amos 6. 1.
Eccl. 5. 8.
[o] Id est, quicquid boni unquam vobis accidere potest, id totum jam ex vestris opibus consequimini. itaq; non est quod aliam speretis mercedẽ, Mat. 6. 2.
Esa. 65. 13.
[p] Eodem sensu repletis ac plenis maledicit, quo divitibus: nẽpe quia inflati præsentium bonorũ fiducia, quicquid est cælestium bonorũ respuunt.
[q] Hic ridere intelligit eos qui Epicureæ lætitiæ dediti, & in carnis voluptatibus demersi, quicquid molestię pro tuẽda Dei gloria subeundum foret refugiunt. hic locus aliàs consentit cum Eccles. 3. 4.
[r] Pertinet hoc postremũ væ, ad corrigendã ambitionem.
[s] 8. Charitas christiana plurimùm a mundana diffidens, non modò nõ vindicat injurias, sed etiam hostes vel acerbissimos complectitur, idq; propter Patrẽ cælestem, nedũ ut suam in benefaciendo utilitatẽ quætat.
*Mat. 5. 44.
*Mat. 5. 39.
[h] 1. Cor. 6. 7.
*Matt. 7. 12.
Tob. 4. 10.
*Mat. 5. 46.
[t] Quid est in hoc opere vestro quod gratum esse possit? Nam si in amando spectatis vestra commoda, ea quærite commoda, quæ verè sunt commoda. diligite igitur vestros inimicos, sic ostendẽtis vos ea exspectare commoda, quæ a Deo proficiscuntur. *Mat. 5. 42. Deut. 15. 8.
[v] Quum mutuum dabitis, solo benefaciendi affectu sitis impulsi, non quia speratis vos posteà recepturos sortem. *Mat. 5. 45.
[x] Id est, Facilem sui præbet usum.
[y] 8. Fraternas reprehensiones nec curiosas, nec morosas, nec malignas, sed justas, moderatas & amicas esse oportet. * Matt. 7. 1.
[z] Quum hoc loco non agatur de politicis judiciis, constat absolvendi verbo intelligi bonitatem illam qua Christiani utuntur in ferendis & condonandis injuriis. Matth. 7. 2 Marc. 4. 24.
[a] Hæc epitheta sumta sunt ab iis qui liberaliter res aridas metiuntur, qui solent illud quod admetiuntur succutere, comprimere, & cumulare.
[b] 8. Imperiti reprehensores, & se & alios perdunt: quia qualis magister, talis & discipulus. * Matth. 15. 14. * Matth. 10. 24. Joh. 13. 16. & 15. 20.
[c] Similitudo significatur, non æqualitas. Dicuntur autem ista omnia præcipuè in scribarum inscitiam cum insigni fastu conjunctam: qua de re vide Roman. 2. 17.

41 Quid enim aspicis festucam quæ est in oculo fratris tui, trabs autem quæ est in oculo tuo, non conspicitur tibi?

42 Aut quomodo potes dicere fratri tuo, Frater mi, sine ejiciam festucam ab oculo tuo, quum ecce, trabs quæ est in oculo tuo non conspicitur tibi? [13] Accipiens vultum, ejice priùs trabem ab oculo tuo, & tunc [14] conspicietur a te ad ejiciendum festucam ab oculo fratris tui.

43 Non est arbor bona quæ faciat fructus malos, neque arbor mala quæ faciat fructus bonos.

44 Omnis enim arbor a fructibus suis cognoscitur. [15] Nunquid enim colligunt ex spinis ficus? Neque etiam ex rubo vindemiant uvas.

45 Homo bonus ex thesauris bonis qui sunt in corde suo, profert bona: & homo malus ex thesauris malis qui sunt in corde suo profert mala. ex abundátiis enim cordis loquuntur labia.

46 Quid vocatis me Domine mi, Domine mi: & id quod dico non facitis?

47 Omnis homo qui venit ad me, & audit sermones meos, & facit eos, ostendam vobis cui similis sit.

48 Similis est homini qui ædificavit domum, & fodit, & profundè excavavit, & posuit fundamenta super rupem: quum autem facta est [16] plenitudo *aquarum*, illisa est plenitudo *aquarum* domui illi, & non potuit commovere eam: positum enim erat fundamentum ejus super rupem,

49 Et is qui audit, & non facit, similis est homini qui ædificavit domũ suam super pulverem absque fundamento: & quũ illideretur ei flumen, eadem hora cecidit, & facta est ruina ejus domus magna.

[13] i. Hypocrita. Vide de hac voce annotationes in Mat. 6. 2.

[14] 5. i. visus tuus erit comparatus ad hoc opus, διαβλέψει.

[15] 7. Syrè. ad verbum, cur vel quãdo. Etsi suspicor literã Mem irrepsisse, & ita legi in Syro oportere, לא גדר non enim de spinis, &c. ἀστρόνους: ut in contextu Græco.

[16] i. Inũdatio. Hebraismus.

41 [d]*Quid autem aspicis festucam quæ *est* in oculo fratris tui, trabem autem quæ est in oculo tuo non consideras?

42 Aut quomodo potes dicere fratri tuo, Frater, sine ejiciam festucam quæ in oculo tuo est: quum ipse trabem quæ est in oculo tuo non respicias? Hypocrita, ejice primùm trabem illam ex oculo tuo: & tum dispicies ut ejicias festucam quæ est in oculo fratris tui.

43 [e]*Non est arbor bona quæ ferat fructum malum, neque arbor mala quæ ferat fructum bonum.

44 *Unaquæque enim arbor ex fructu suo cognoscitur. *Neq; enim e spinis colligunt ficus, neque e rubo vindemiant uvam.

45 Bonus homo ex bono thesauro cordis sui profert bonum: & malus homo ex malo thesauro cordis sui profert malũ. ex exũdantia enim cordis loquitur os ejus.

46 *Quid autem vocatis me Domine, Domine: & non facitis quæ dico?

47 [f] Quisquis venit ad me, & audit sermones meos, & eos præstat, prẹmonstrabo vobis cui similis sit.

48 Similis est cuipiam ædificanti domum, qui fodit & excavavit, statuítque fundamenta super petram. Ubi autem venit inundatio, illisum est flumen domui illi, sed nequivit eam quatere: fundata enim erat super petram.

49 Qui autem *meos sermones* audivit, nec præstitit, similis est cuipiam qui ædificavit domum suam super solum absque fundamento: cui illisum est flumen: itaq; statim cecidit, fuítque ruina domus illius magna.

[d] B. Hypocritæ, severissimi aliorum reprehensores, in aliis perspicacissimi, in seipsis cæci. *Mat. 7. 1.

[e] B. Bonus est non quisquis novit alios carpere: sed qui integritatem tum verbis tũ factis probat. *Mat. 7. 17. *Mar. 12. 33. *Mat. 7. 16.

*Matt. 7. 21. Rom. 2. 13. Jac. 1. 22.

[f] B. veram pietatem à ficta tandem discet nic tentatio.

CAPUT SEPTIMUM.

[1] *De servo centurionis.* [9] *Fides centurionis.* [11] *Filius viduæ suscitatur in Nain.* [18] *Johannes mittit discipulos suos ad Christum.* [33] *Ejusdem peculiaris victus ratio.* [37] *Peccatrix rigat pedes Jesu.*

ET quum complevisset sermones omnes ad auditum populi, ingressus est Jeschua in Kephar-Nachum.

2 Servus autem centurionis cujusdam afficiebatur malè, qui charus erat ei, & [1] propinquus erat ad moriendum.

3 Et audivit de Jeschua: misitq; ad eum seniores Judæorum, & petebat ab eo ut veniens [2] servaret servum suum.

4 Illi autem quũ venissent ad Jeschua, petebant ab eo solicitè, & dicebant, Dignus est ut facias ei hoc.

5 Diligit enim populum nostrum, & etiam domum synagogæ ipse ædificavit nobis.

6 Jeschua autem ibat cum eis. Quum verò non multùm longinquus esset à domo ejus, misit ad eum Centurio amicos suos & dixit ei, Domine mi, ne fatigeris: non enim dignus sum ut ingrediaris sub tectum meum.

7 Propterea [3] nõ dignus fui ut ad te venire: sed dic verbo, & sanabitur puer meus.

8 Etenim ego quoque homo sum qui

[1] Hebraicè קרוב למות, est, Proximus morti.

[2] Vivificaret, Hebraismus. [3] id autẽ est, in vita servaret: ut Mat. 18. [3].

[3] i. non sum arbitratus me dignum esse.

QUum*[a] autem finivisset omnia verba sua audiente populo, ingressus est Capernaumum.

2 Centurionis verò cujusdam servus malè affectus moribundus erat, qui erat ipsi [b] pretiosus.

3 *Is* verò quum audivisset de Jesu, misit ad eum Seniores Judæorum, rogans eum ut veniret & servaret servum suum.

4 Isti autem quum venissent ad Jesum, precati sunt eum studiosè, dicentes, certè dignus est cui hoc præbeas.

5 Diligit enim gentem nostram, & [c] synagogam ædificavit nobis.

6 Jesus ergo ibat cum eis. Et quum jam non longè abesset ab illa domo, misit ad eum Centurio ille amicos, [d] dicens ei, Domine, ne vexator: nec enim sum dignus ut tectum meum subeas.

7 Ideo ne me ipsum quidem sum dignũ arbitratus qui venirem ad te: sed [e] loquere, & sanabitur puer meus.

8 Etenim ego homo sum sub [f] potesta-

*Matth. 8. 5.

[a] B. Admonet Judæos Christus proposito Centurionis exemplo, se cõtumacia ipsorũ offensum, parare transitum ad Gentes.

[b] Quem multi faciebat. His autem verbis significat Lucas non fuisse vulgare mancipium, sed servum fidelem & rariis dotibus ornatum.

[c] Ædes congregationis nostræ ipse curavit ædificandas. Commendatur autem hic centurio a Judæis pietatis nomine. Quod notandum est.

[d] id est, qui ei suo nomine dicerent.

[e] id est Solo verbo ju-

[f] A minore ad majus ductum argumentum. Vide Matth. 8. 9.

te const

he. Nota verò magnam & incomparabilem fidem describi.

te constitutus, habens sub me milites, & dico huic, Vade, & vadit: & alteri, Veni, & venit: & servo meo, Fac hoc, ac facit.

9 Auditis autem his, Iesus admiratus est eum: & conversus dixit turbæ quæ ipsum sequebatur, Dico vobis, ne in Israële quidem tantam fidem inveni.

10 Et domum reversi qui missi fuerant, sanum invenerunt servum qui infirmus fuerat.

11 [g] Et factum est *die* sequenti ut [h] proficisceretur in civitatem quæ vocatur [i] Nain: proficiscebantur autem cum eo discipuli ejus multi, turbáque multa.

12 Ut autem appropinquavit portæ civitatis, tum ecce, defunctus [k] efferebatur, *qui* unigenitus *fuerat* matri suæ, & ipsi *quidem* viduæ: [l] turbáque civitatis multa erat cum ea.

13 Dominus verò ipsam intuitus, intima misericordia commotus est super ea, & dixit, Ne fleto.

14 Quúmque accessisset tetigit loculum: (qui verò portabant, substiterunt) & dixit, Adolescens, tibi dico, [m] Surge.

15 Tunc resedit qui fuerat mortuus, & cœpit loqui: & *ille* dedit eum matri suæ.

16 Cepit autem omnes timor: & glorificabant Deum, dicentes, Certè Propheta magnus suscitatus est inter nos, &, Certè Deus respexit populum suum.

17 Pervenítque iste de eo sermo in totam Iudæam, & in totam regionem circumjacentem.

18 [n] *Et annunciârunt Iohanni discipuli ipsius de his omnibus. qui advocatos duos quosdam e discipulis suis.

19 Misit ad Iesum, dicens, Túne is es qui venturus erat, an alium exspectabimus?

20 Quum igitur venissent ad eum viri illi, dixerũt, Iohannes Baptista misit nos ad te, dicens, Túne is es qui venturus erat, an alium exspectabimus?

21 [o] Eadem autem hora multos sanavit a morbis & flagellis & spiritibus improbis: & cæcis multis visum gratificatus est.

22 Et respondens Iesus dixit eis, Profecti annunciate Iohanni quæ vidistis & audistis: cæcos visum recipere, claudos ambulare, leprosos purificari, surdos audire, mortuos suscitari, pauperibus evangelizari.

23 Beatus est autem quicumque non fuerit offensus in me.

24 [p] Et quum abiissent nuncii Iohannis, cœpit de Iohanne dicere ad turbam, Quid existis in desertum spectaturi? arundinem a vento agitatam?

25 Sed quid existis visuri? hominem mollibus vestibus amictum? ecce, qui vestitu magnifico utuntur & in luxu versantur, sunt in palatiis regiis.

26 Sed quid existis visuri? Prophetã? [q] certè dico vobis, etiam ampliùs quàm prophetam.

subjectus sum sub potestate: suntq; sub manibus meis milites, & dico huic, Proficiscere: & proficiscitur. & alteri, Veni: & venit. & servo meo, Fac hoc, & facit.

9 Quum audivisset autem Ieschua hęc, miratus est eum: & conversus est, & dixit turbæ quæ [4] veniebat post se, Dico vobis quòd ne in domo Israjel quidem inveni fidem sicut hæc.

10 Et reversi sunt ii qui missi fuerant in domum, & invenerunt servum illum qui ægrotus fuerat sanum.

11 Et factũ est [5] die qui est post eum, proficiscebatur in civitatem cujus nomen est Nain: & discipuli ejus cum eo, ac turba multa.

12 Et quum appropinquasset ad portam civitatis, vidit deducentes mortuum qui unicus erat matri suæ: & ipsa mater ejus vidua erat, & turba multa [6] filiorum civitatis cum ea.

13 Vidit autem eam Ieschua, & misertus est ejus, ac dixit ei, Ne fleas.

14 Et accedens tetigit lectum: (& ii qui ferebant eum, steterunt) & dixit, Adolescens tibi dico surge.

15 Et sedit ille mortuus, ac cœpit loqui: deditque eum matri ejus.

16 Et apprehendit timor homines illos omnes: ac glorificabant Deum, ac dicebant, Propheta magnus surrexit inter nos, [7] & visitavit Deus populum suum.

17 Et egressus est de eo sermo iste in universam Iudæam, & in omnem locum qui erat circa eos.

18 Et narraverunt Iuchannan discipuli ejus hæc omnia.

19 Et vocavit Iuchannan duos e discipulis suis, misitq; eos ad Ieschua, & dixit, Es tu ille qui venit, an alium exspectemus?

20 Et venerunt ad Ieschua, & dicunt ei, Iuchannan Baptista misit nos ad te, & dicit, Es tu ille qui [8] venit, an alium exspectemus?

21 In ea autem ipsa hora multos sanavit ab infirmitatibus, & a flagellis, & a spiritibus malis: & multis cæcis dabat ut viderent.

22 Et respondit Ieschua, & dixit eis, Ite, dicite Iuchannan quicquid vidistis & audivistis: quòd cæci vident, & claudi ambulant, & leprosi mundantur, & surdi audiunt, & mortui surgunt, & pauperes evangelizantur.

23 Et beatus ille qui non scandalizabitur in me.

24 Quum autem abivissent discipuli Iuchannan, cœpit Ieschua dicere turbis de Iuchannan, Quid exivistis in desertum ad videndum? Arundinem quæ a vento agitatur?

25 [9] Et si non, quid exivistis ad videndum? hominem qui mollibus vestibus vestitur? ecce, qui in vestibus laudabilibus & in deliciis sunt, in domo regum sunt.

26 Et si non, quid exivistis ad videndum? Prophetam? etiam dico vobis, excellentiorem quoque quàm Prophetam.

[4] i. Sequebatur eũ. Hebraismus.

[5] Syriacè. ליומא דבתרה. Sic & Chaldæi Pro postero die.

[6] i. Civium. Hebraismus.

[7] Hebraica phrasis admodum frequẽs. Id est, Deus præstitit populo suo quod pollicitus ei fuerat.

[8] s. i. qui venturus est. vide Matt. 17. 11. sic sequentia.

[9] s. i. sin minùs, ut sequentia vers.

[g] 11. Christus palam suum in mortem im perium asserit.

[h] Jesus.

[i] Nain perhibetur nomẽ opidi in Galilæa, quod situ fuerit ad alteram ripam Cysonis influentis in mare Galilææ.

[k] Ex more, nõ Judæorũ tantùm, sed Gentiũ, apud quos publica sepultura non intra sed extra urbes habebatur, in loco amœno & decoro. Unde & Christus extra civitatem Jerusalem, in horto sepultus est.

[l] Vide humanitatem civiũ urbis erga viduam.

[m] Hac voce testatur quàm verè doceat Paulus, Deum vocare ea quæ non sunt, tanquam sint, Rom. 4. 17. Porrò quum in omnibus Christi miraculis tenenda sit analogia, quam Matth. docet c. 8. 17. sciamus juvenem hunc, quem Christus a morte suscitavit, specimen esse spiritualis vitæ, quam nobis restituit.

[n] 18 Johannes e carcere incredulos suos discipulos ad Christũ ipsum confirmandos ablegat.

*Mat. n. 2.

[o] Quà scilicet venêre discipuli Johannis ad Christum.

[p] 24. Quod procul ostenderunt Prophetæ, proximum indicavit Johannes: ipse autem Christus quotidie in Evãgelio exhibet, idque plerumque frustrà, plurimis vel prorsus futilia vel inanem splendorem quærentibus

[q] Johannes duplici discrimine omnes Prophetas superat, 1. dono, quòd Christum in carne vidit, & digito monstravit, Ecce Agnus Dei: 2. administratione, quia primus exhibitæ gratiæ præco fuit.

27 Ipse

27 Ipse est de quo scriptum est, Ecce, ego mitto nuncium meum ante faciem tuam, qui diriget viam ante te.

28 Dico vobis quòd non est Propheta inter natos mulierũ, qui major sit quàm Iuchannan Baptista:[10] minor autem in regno Dei, major est eo.

29 Et universus populus qui audiverunt, etiam publicani, justificaverũt Deũ, qui baptizati fuerant baptismo Iuchannan.

30 Pharisæi autem & Legisperiti rejecerunt [11] contra seipsos voluntatem Dei, qui non baptizati sunt ab eo.

31 Cui assimilabo igitur homines hujus generationis? Et cui similes sunt?

32 Similes sunt pueris qui sedent in foro, & acclamant sodalibus suis, ac dicunt, Cecinimus vobis, & non saltastis: ululavimus vobis, & non flevistis.

33 Venit enim Iuchannan Baptista non comedens panem neque bibens vinum, & dicitis, Dæmonium est in eo.

34 Venit filius hominis comedens & bibẽs, & dicitis, Ecce homo edax & potor vini, & amicus publicanorum & peccatorum.

35 [12] Et justificata est sapientia [13] a filiis suis.

36 Veniens autem rogavit eum quidam ex Pharisæis, ut vesceretur cum ipso. Et ingressus in domum Pharisæi illius accubuit.

37 Et mulier peccatrix erat in civitate illa, & quũ novisset quòd in domo Pharisæi accumberet, accepit alabastrum unguenti,

38 Et stetit post eum ad pedes ejus, & flebat: & cœpit lacrymis suis lavare pedes ejus, & crinibus capitis sui extergebat eos: & osculabatur pedes ejus, & ungebat unguento.

39 Quum vidisset autem Pharisæus ille qui invitaverat eum, cogitavit apud se, & dixit, Hic, si propheta esset, nosset quæ sit hæc, & quæ fama ejus, nam peccatrix est mulier hæc quæ tangit eum.

40 Respondit autem Ieschua, & dixit ei, Schemeun, aliquid est mihi quod dicã tibi. Ait illi, Dic Domine mi. Dixit ei Ieschua,

41 Duo debitores erant [14] cuidam domino debiti: unus debebat ei [15] denarios quingentos, & alter denarios quinquaginta:

42 Et quia non erat eis ad restituendũ, utrisque remisit. Quis igitur ex eis plus diliget eum?

43 Respondit Schemeun, & dixit, Existimo quòd is cui remissum est multum. Dixit ei Ieschua, Rectè judicasti.

44 Et conversus est ad illam mulierem: & dixit Schemeun, Vides mulierem hãc? in domũ tuã ingressus sum: aquas pedibus meis nõ dedisti: hęc autẽ lacrymis suis pedes meos lavit, & capillis suis detersit eos.

45 Tu non osculatus es me: hæc autem, ecce, ex quo ingressa est, non desiit pedes meos osculari.

46 Tu oleo caput meũ non unxisti: hęc autem oleo aromatico pedes meos unxit.

10 F. μικρότερος, id est, minimus: A' ἐλάχιστος.

11 Syrè, apud animos suos, id est, apud seipsos. sic vers. 39. & passim.

12 i. A suis cultoribus, ut in Syriaco Testamento exprimitur Matt. 11. 19. ubi vide q̃ annotata sunt.

13 F. al. ab omnibus filiis suis, ut Græca verba sunt.

14 i. Creditori, cujus est debitum.

15 De valore denarii vide annotata in Mat. 18. 28.

27 Hic est de quo scriptum est, *Ecce, mitto nuncium meum ante faciem tuam, qui apparabit viam tuam coram te.

28 Nam dico vobis, inter genitos ex mulieribus, nullus est major Propheta Iohanne Baptista: sed qui minimus est in regno Dei, major est eo.

29 Et *eo* audito, totus populus & publicani [r] justificârunt Deum, baptizati baptismo Iohannis.

30 Pharisæi verò & Legis interpretes consilium Dei aspernati sunt [s] adversus semetipsos non baptizati ab eo.

31 *[t] Dixit prætereà Dominus, Cui ergo assimilabo homines gentis istius? & cui rei similes sunt?

32 Similes sunt puerulis sedentibus in foro, & qui acclamant alii aliis, & dicunt, Cecinimus vobis tibiis, & non saltastis: lamentati sumus vobis, & non flevistis.

33 Venit enim Iohannes Baptista, neq; edens panem, neque bibens vinum: & dicitis, Dæmonium habet.

34 Venit filius hominis edens ac bibens, & dicitis, Ecce homo edax & vini potor, amicus publicanorum ac peccatorum.

35 Sed justificata est sapiẽtia a filiis suis omnibus.

36 [v] Rogavit autem eum quidam ex Pharisæis ut secum ederet: itaque ingressus domum Pharisæi, discubuit.

37 Et ecce, mulier, quæ fuerat in urbe [x] peccatrix, quum cognovisset eum accũbere in domo Pharisæi, allato alabastro unguenti:

38 *Et stans apud pedes ejus retro, [y] flẽs cœpit lacrymis rigare pedes ejus, & capillis capitis sui extergebat, & deosculabatur pedes ejus, & illo unguento ungebat.

39 [z] Quum autem id vidisset Pharisæus qui vocaverat eum, dixit apud se, Hic si esset Propheta, nosset utique quæ & qualis sit ea mulier quæ tangit ipsum: quòd *videlicet* sit [a] peccatrix.

40 [b] Tunc respondens Iesus dixit ei, Simon, habeo quiddam quod tibi dicam. At ille ait, Magister, dic.

41 Duo debitores, *inquit Iesus*, erãt cuidam creditori: unus debebat denarios quingentos, alter verò quinquaginta:

42 Quum autem illi non essent solvendo, gratificatus est *debitum* utrisque. Horũ igitur dic uter eum plus diliget?

43 Respondens verò Simon dixit, *Iste*, præsumo, cui plus gratificatus est. At ille dixit ei, Rectè judicasti.

44 Et conversus ad mulierem dixit Simoni, Cernis hanc mulierem? ingressus sum domum tuam, [c] aquam pedibus meis non dedisti: hæc autem lacrymis rigavit pedes meos, & capillis capitis sui extersit.

45 Osculum mihi non dedisti: hæc autem, ex quo ingressa est, non intermisit deosculari pedes meos.

46 Oleo caput meum non unxisti: hæc autem unguento unxit pedes meos.

47 Cujus rei gratia, dico tibi, remissa

47 Propter hoc dico tibi, Remissa sunt

*Malac. 3. 1.

r Deum justũ, bonum, fidelẽ, & misericordẽ prædicârunt.

s i. Suo maximo damno.

t *Matt. 11. 16.

t 2. Quamcumque rationem Deus offerẽdo nobis Evangelio sequatur, plerique homines sibiipsis offendicula objiciunt: sed nihilominus aliqua colligitur Ecclesia.

v 2. Præsenti atque adeò vel domi suæ excepti Christi beneficiis homines superbi seipsos privãt, quibus fruuntur humiles & abjecti.

x Non intelligit peccatricẽ eo modo quo omnes peccatores dicimus: plus enim hîc comprehenditur nempe flagitiosę & prostitutæ vitæ fuisse mulierem.

*Mar. 11. 40. Joh. 11. 2.

y Fletus ex tristitia manat, tristitia verò ex cognitione peccati, quæ cognitio est salutaris, & perpetua pœnitentiæ comes.

z 2. Temeritas superbiæ comes.

a Pharisæus respicit legem de eorum pollutione, qui alios pollutos contigissent.

b 2. Diligere Christum, certũ est ac perpetuum remissionis peccatorũ testimonium. c Non hæc loquitur Christus, ut Simoni hospiti negligẽtiam exprobret: sed ut pharisaicũ tumorem reprimat, utq; ostẽdat se non syncero & candido corde vocatũ esse ab eo, quũ non exhiberet illi ea quæ a Judæis exhiberi passim hospitibus solerent, ut videre licet ex Genes. 18. 4. & 19. 2. & Jud. 19. 21.

esse multa illa ipsius peccata. [d] Nam dilexit multùm: cui autem paululũ remittitur, paululùm diligit.

48 Dixit autem ei, Remissa sunt tibi peccata.

49 Et cœperunt qui simul accũbebant, dicere apud se, Quis est hic qui etiam peccata remittit?

50 Dixit autem ad mulierem illam, Fides tua te servavit: [e] vade cum pace.

ei peccata ejus multa: quia dilexit multũ. Is autem cui paululum remissum est, paululùm dilexit.

48 Et dixit illi mulieri, Remissa sunt tibi peccata tua.

49 Cœperũt autem ii qui accũbebant, dicere apud se, Quis hic est qui etiam peccata remittit?

50 Jeschua autem dixit illi mulieri, Fides tua [16] servavit te: abi in pace.

[d] i. inquit Theoph. declaravit copiosè fidem suam. & Basil. in concione de Baptismate, Multũ debenti, multũ dimittitur, ut magis abundè ille diligat. Est itaque ex similitudine adeò manifesta Christi sententia, ut mirum sit gratiæ adversarios tam ineptè hunc locum ad stabilienda merita torquere. Is enim cui condonatur debitum majus, eo nomine magis diligit illum, qui istud beneficium in ipsum contulit. Et mulier hæc declarat officiis summi amoris, quantum beneficium accepisset: charitas itaque non ut caussa, sed ut signum accipi dedet. Negat enim Christus illam, sicut Pharisæus judicabat, peccatricem esse: testatur autem illi vitæ prioris remissa fuisse peccata.

[16] Ad ver. Vivificavit te. Hebraismus.

[e] Benedictione confirmat beneficium collatum.

CAPUT OCTAVUM.

[2] Mulieres ministrantes Christo de facultatibus suis. [4] Parabola seminantis. [16] Lucerna. [19] Mater & fratres Christi. [22] Christus ventis imperat. [26] De dæmoniaco, a legione obsesso, sanato. [37] Gadareni Christum rejiciunt. [41] Jairi filia sanatur. [43] Mulier a fluxione sanguinis sanatur. [52] Fletus ob mortuos.

ET factum est deinceps, ut ipse iter faceret opidatim & vicatim, prædicãs & evangelizans regnum Dei, & duodecim illi *erant* cum eo:

2 Et quædam mulieres quas sanaverat a spiritibus improbis & morbis: *nempe* Maria, quæ vocabatur Magdalene, * ex qua septem dæmonia exierant,

Mar. 16. 9.

3 Et Johanna uxor Chuzæ procuratoris Herodis, & Susanna, & aliæ multæ [a] quæ ministrabant ei ex iis quæ sibi suppetebant.

4 *[b] Quum autem multa turba conveniret, & qui in singulis urbibus erãt proficiscerẽtur ad eum, dixit per parabolam,

5 Quidam sator exiit ut sereret semen suũ: & inter serendũ aliud cecidit secundùm viam, & conculcatũ est, & volucres cæli exederunt illud:

6 Et aliud cecidit in petram, & enatum exaruit, quia non habebat humorem:

7 Et aliud cecidit inter spinas: & simul enatæ spinæ suffocârunt illud:

8 Et aliud cecidit in terram bonam: & quum enatũ esset, edidit fructum centuplũ. Hæc dicens clamabat, Qui habet aures ad audiendum, audiat.

9 Interrogabant autem eum discipuli ejus, dicentes quæ esset ista parabola.

10 Ipse verò dixit *eis*, Vobis datum est nosse [c] mysteria regni Dei: reliquis autem per parabolas *loquor*, ut* videntes non videant, & audientes non intelligant.

11 *Est autem hæc parabola: Semẽ illud, est sermo Dei:

12 Qui autem secundùm viam *semen excipiunt*, ii sunt qui audiunt: deinde venit diabolus, & tollit sermonem e corde eorum, ne, postquam crediderint, serventur.

13 Qui verò in petram, *ii sunt* qui quum audierunt, cum gaudio excipiunt sermonem: sed isti radices non habent, qui ad tempus credunt, & tempore tentationis abscedunt.

14 Quod autem in spinas cecidit, ii sunt qui audierunt: sed [d] profecti, a solicitudinibus & divitiis ac voluptatibus vitæ

ET factum est posthæc: circuibat Jeschua per civitates & pagos, & prædicabat ac evangelizabat regnum Dei: & duodecim ejus cum eo.

2 Et mulieres illæ quæ sanatæ fuerant ab infirmitatibus & a spiritibus malis, Mariam Magdalitha, ea a qua septem dæmonia exierant,

3 Et Juchan uxor Kuzæ curatoris familiæ Hiraudis, & Schuschan, & aliæ multæ quæ ministrabant eis de facultatibus suis.

4 Et quum multa turba congregata esset, & ex omnibus civitatibus venirent ad eum, dixit per parabolas,

5 Egressus est seminator ad seminandũ semen suũ: & quum seminaret, fuit quod caderet juxta viam, & conculcatum est, & comederunt ipsum aves.

6 Et aliud cecidit super petram, & protinus crevit: & quia non erat ei humor, exaruit.

7 Et aliud cecidit [1] in locum spinarum: & creverunt cum eo spinæ, & suffocaverunt illud.

8 Et aliud cecidit in terram bonam & fœcundam: & crevit, & fecit fructum [2] unum in centum. Hæc quum diceret, clamabat ut is cui essent aures ad audiẽdum audiret.

9 Et interrogaverunt eũ discipuli ejus quænam esset parabola hæc.

10 Ipse verò dixit eis, Vobis enim datũ est nosse [3] mysterium regni Dei: his autem qui reliqui sunt, per ænigmata dicitur, ut videntes non videant, & audientes non intelligant.

11 Hæc autem est parabola: Semen est sermo Dei.

12 Ii autem qui juxta viam, sunt ii qui audiunt sermonem: & veniens inimicus, aufert sermonem e corde eorum, ut non credant, [4] & serventur.

13 Qui autem super petram, ii sunt qui quum audierunt, cum gaudio excipiunt ipsum sermonem, & radix non est eis, sed temporaria est fides eorum, & in tempore tentationis scandalizantur.

14 Illud verò quod cecidit in loco spinarum, ii sunt qui audiunt sermonem, & per solicitudinem, & per divitias, & concupiscent

[a] Quòd ab istis mulierculis vitæ necessaria accepit, seminans spiritualia, in seipso cõfirmavit quod suos docuit, operarium cibo suo dignum. quam doctrinam cõfirmat Paulus 1. Cor. 9. 11. Rom. 15. 27.

*Mat. 13. 1. Mar. 4. 2.

[b] Idem evangelium ubivis feritur, at non pari fructu, idque solo hominum vitio.

[c] Mysteria sunt res arcanæ, quas divulgare fas non est, dicta a verbo μύζω, quod, reprimo sonũ, significat, & Latinis est mutite.

*Esa. 6. 9. Matt. 13. 14. Mar. 4. 12. Joh. 12. 40. Act. 28. 26. Rom. 11. 8.

*Mat. 13. 18. Mar. 4. 15.

[d] Id est, simul atque audito verbo redierũt ad curãda sua negotia.

[1] f. vel inter spinas: ut vers. 14.

[2] i. Unum auctum in centũ. vide in fine Matt. 19.

[3] f. vel mysteria, arcana: ut in libris nostris legitur. Est autem hîc Ellipsis, quam Hebræi frequẽtant maximè in responsionibus, pro eo quod est, dicã vobis enim &c. &c. atque hoc conjunctio ætiologica demonstrat evidentissimè.

[4] Ad ver. Et vivant. Hebraismus.

piscentias hujus seculi, suffocantur, & fructus non reddunt.

15 Id autem quod in terram bonam, ii sunt qui corde demisso & bono audiunt sermonem, & retinent: & dant fructus per patientiam.

16 Nemo lucere facit lucernam, & operit eam vase, aut ponit eam subter lectum: sed ponit eam super candelabrum, ut omnis qui ingreditur, videat lumen ejus.

17 Non est enim quicquam quod occultum est, quod non sit manifestandum: neque *quicquam est* quod sit in abscondito, quod non cognoscendum sit, & venturum in manifestum.

18 Videte quî audiatis: ei enim cui est, dabitur: & ab eo cui non est, etiã id quod putat quod est sibi, auferetur.

19 Venerunt autem ad eum mater ejus & fratres ejus, neque poterant loqui cum eo propter turbam.

20 Et dixerunt ei, Mater tua & fratres tui stant foris, & cupiunt videre te.

21 Ipse verò respondit, & dixit eis, Hi sunt [5] mater & fratres mei, qui audiunt sermonem Dei, & faciunt eum.

22 Factum est autem [6] in uno ex diebus, ascendens Jeschua sedit in navigio ipse & discipuli ejus, & dixit eis, Transeamus [7] in illud littus oppositum maris.

23 Et quũ remigarent, obdormivit Jeschua: & facta est procella vẽti in mare, & proximum erat navigium ut mergeretur.

24 Et accedentes excitaverunt eum, & dixerunt ei, Domine noster, Domine noster, perimus. Ipse verò surrexit, & repressit ventos & tẽpestates aquarum, & quieverunt, & facta est tranquillitas.

25 Et ait eis, Ubi est fides vestra? Ipsi autem timentes mirabantur, & dicebant [8] unus alteri, Quisnam est iste qui etiam ventis imperat & tempestatibus & mari, & obediunt ei?

26 Et remigaverunt, & venerunt in [9] locum Gadarẹorum, qui est in opposito littore e regione Galilææ.

27 Et quum esset egressus in terram, occurrit ei homo quidam ex urbe, in quo erat dæmonium a tempore multo: & vestimentis non erat indutus, & in domo non habitabat, sed in [10] loco sepulcrorum.

28 Quum vidisset autem Jeschua, exclamavit, & procidit ante eum, & voce elata dixit, [11] Quid nobis & tibi Jeschua fili Dei excelsi? peto ego abs te ne torqueas me.

29 Prẹcipiebat enim illi spiritui impuro Jeschua ut exiret a filio hominis. multum enim fuerat illi tempus inde ex quo captivum habebat eum: & vinciebatur catenis, ac compedibus custodiebatur: rumpebátque vincula sua, & ducebatur à dæmone in desertum:

30 Interrogavit autem illum Jeschua, Quod est nomen tuum? Dixit ei, Legio. quia dæmonia multa ingressa fuerant in eum.

31 Et petebant ab eo ne imperaret eis abire in abyssum.

[5] F. al. mater mea.

[6] i. Quodã die, Hebraismus.

[7] Ad ver. Ad illum trãsitum. Hebraismus.

[8] Ad ver. Unus ad unum. Hebraismus.

[9] F. i. in regionem Gadaræorum.

[10] F. i. sepulcreto per monumenta ejus.

[11] F. vide in Matt. 8. 29.

suffocantur, nec fructus [e] perferunt.

15 Quod autem in bonam terram *cecidit*, ii sunt qui in corde [f] honesto ac bono auditum sermonem [g] retinent, & fructum adferunt per tolerantiam.

16 [h] *Nemo porrò, qui lucernam accenderit, operit eam vase, aut subter lectum ponit: sed candelabro imponit, ut qui ingrediuntur cernant lumen.

17 *Non est enim *quicquam* occultum, quod non sit futurum manifestum: nec celatum, quod non sit futurum ut innotescat, & veniat in apertum.

18 [i] Videte ergo [k] quomodo audiatis: *quisquis enim habet, dabitur ei, & quicumque non habet, etiam [l] quod videtur habere tolletur ab eo.

19 [m] *Venerunt autem ad eum mater & fratres ejus, & non poterant eum convenire propter turbam.

20 Et annunciatum est ei, dicentibus *nonnullis*, Mater tua & fratres tui adstant foris, cupientes te videre.

21 Ipse verò respondens dixit, Mater mea, & fratres mei, ii sunt qui sermonem Dei audiunt, & eum præstant.

22 [n] *Factum est autem quodam die, ut ipse ingrederetur in navigium, ac discipuli ejus: & diceret eis, Transeamus in ulteriorem ripam lacus. Provecti sunt igitur.

23 Navigantibus autem eis [o] sopitus est: & descendit turbo venti in lacũ: & [p] complebantur ac periclitabantur.

24 Accedentes autem expergefecerunt eum, dicentes, Præceptor, præceptor, perimus. Ipse verò expertrectus objurgavit ventum ac fluctuationem aquæ: & cessaverunt, factáque est tranquillitas.

25 Dixit autem eis, Ubi est fides vestra? Metuentes autem mirati sunt, dicentes alii ad alios, Quisnã iste est, ut ventis quoque & aquæ imperet, & auscultent ei?

26 *Et navigarũt in regionem Gadarenorũ, quæ est in opposita ripa Galilææ.

27 [q] Ipsi autem egresso in terram, occurrit ex urbe vir quidã qui habebat dæmonia a tẽporibus multis, & vestimento nõ induebatur, neq; in *nulla* domo manebat, sed in monumentis.

28 *Is* ergo quũ vidisset Jesum, & exclamasset, accidit ei *ad pedes*, & voce magna dixit, Quid mihi tecũ Jesu Fili Dei altissimi? rogo te ne me torqueas.

29 Mandabat enim illi spiritui impuro ut exiret ab eo homine. nam a multo tempore corripuerat eum: itaque vinctus *ille* catenis & pedicis, custodiebatur: sed diruptis vinculis [r] agitabatur à dẹmone in deserta.

30 Interrogavit autem eũ Jesus, dicens, Quod tibi nomen est? Ipse verò dixit, Legio. Nam dæmonia multa ingressa erant in eum.

31 Et rogabant eũ ne imperaret sibi ut abirent in [s] abyssum.

[e] i. Non ferunt fructum perfectum & absolutum, atque eousq; ut maturescat. Vel non perducũt ad finem.

[f] Quod non solùm videri, sed esse reipsa student, ut honestum ad externam vitã, bonum ad veras animi virtutes referatur.

[g] Non sine magno certamine, luctante scilicet adversus Spiritum Dei novum hospitem, Satana, & carne.

[h] B. Quod quisque privatim accipit, tenetur in communem usum depromere. *Inf. 11. 33. Mat. 5. 15. Mar. 4. 21.

*Inf. 12. 2. Mat. 10. 26. Mar. 4. 22.

[i] B. Cælestia bona parsimonia amittuntur, liberalitate crescunt.

[k] Id est, quomodo affecti ad verbum audiendum accedatis, & eo audito quomodo vos geratis.

*Mat. 13. 12. & 25. 29. Mar. 4. 25. Inf. 19. 20. 26.

[l] Sub. sibi, vel aliis, uel utrisque. Hoc enim hominũ genere nihil superbius, si quod celãt videas, nil etiam magis ad incautos fallendos accommodatum.

[m] B. Nulla est tam arcta sanguinis inter homines conjũctio, quàm est Christi & eorũ qui vera fide eum amplectuntur. *Mat. 12. 46. Mar. 3. 31.

[n] B. Expedit interdum nos veluti a Christo neglectos, in extrema discrimina venire, ut & ipsius potẽtiæ & nostræ imbecillitatis eò certius experimẽtum habeamus. *Mat. 8. 23. Mar. 4. 36.

[o] Sub Jesus. profundissimũ autem fuisse hũc soporem, indicavit geminata illa reclamatio discipulorum in ipso excitãdo.

[p] Catachresis: non enim discipuli, sed navis complebatur. *Mat. 8. 28. Mar. 5. 1.

[q] B. Christus solis verbis profligans dẹmoniorũ legionẽ, divinam suam virtutẽ ostendit hominibus a diaboli servitute liberandis destinatam: sed tantã hãc ultrò oblatã gratiã stolidi homines pletiq; ne levissima quidẽ retũ suarũ jactura redemerint. [r] i. Cũ impetu impellebat, ut eques calcaribus equũ agitat. [s] Abyssus, est immẽsæ profunditatis vorago, quasi absq; fundo. eũ aũt ipsum locũ intelligit quẽ inf. 16. 23. ἅδην vocat, in quo nimirũ dẹmones constricti tenentur caliginis tenebris, 2. Pet. 2. 4. quod ne profani quidem scriptores ignorant. Sed videndum est ut in istis sobriè sapiamus ex Dei verbo, ne pro veritate aniles fabulas substituamus, quales multas Gregorius ille in suis dialogis commemorat.

32 Erat autem ibi grex porcorum multorum pascentium in monte: & rogabant eũ *dæmonia* ut sibi permitteret in illos ingredi. Et permisit eis.

33 Egressa autem dæmonia ex eo homine, ingressa sunt in porcos: & grex ille ruit e præcipitio in lacũ: & suffocatus est.

34 Quũ autem pastores vidissent quod factum fuerat, fugerunt: & profecti annũciârunt in urbem & in agros.

35 Exierunt igitur ut viderent quod factum erat: venerúntque ad Jesum, & invenerunt hominem illum a quo dæmonia exierant, vestitum, ac sanæ mentis, ad pedes Jesu: & metuerunt.

36 Annunciaverunt autem ipsis etiam ii qui viderant, quomodo liberatus fuisset qui fuerat dæmoniacus.

37 Et rogavit eum tota multitudo circumjacentis regionis Gadarenorum ut discederet ab ipsis, quia magno metu tenebantur: ipse autem ingressus navigium reversus est.

38 Deprecatus est autem eum vir ille a quo dæmonia exierant, ut [t] esset cum eo: sed dimisit eum Jesus, dicens,

39 Revertere domum tuam, & narra quanta tibi præstiterit Deus. Abiit igitur prædicans [v] per totam urbem quanta sibi præstitisset Jesus.

40 Factum est autem ut quũ revertisset Jesus, [x] exceperit eum turba: nam omnes exspectabant eum.

41 [y] *Et ecce, venit quidam cui nomen Jairus, qui erat prefectus synagogæ: & accidens ad pedes Jesu, rogabat eum ut ingrederetur domum suam.

42 Quoniã erat ei unigenita filia quasi annorum duodecim, eáque [z] moriebatur. Inter eundum verò turba coarctabat eum.

43 Mulier autem quæ erat in fluxione sanguinis ab annis duodecim, & in medicos impenderat totum [a] victum, nec ab ullo potuerat curari,

44 Quũ accessisset a tergo, tetigit fimbriam pallii ipsius: & illicò substitit fluxio sanguinis ejus.

45 Tunc ait Jesus, Quis *est* qui me tetigit? Negantibus autem omnibus, dixit Petrus & qui cũ eo erant, Magister, turba te constringit & opprimit, & dicis, Quis *est* qui me tetigit?

46 Jesus autem ait, Tetigit me aliquis, nam ego [b] cognovi virtutem a me prodiisse.

47 Videns autem mulier illa se non latuisse, tremẽs venit, & accidens ei *ad pedes*, declaravit ei in conspectu totius populi quam ob causam tetigisset eũ, & quomodo sanata fuerat illicò.

48 Ipse verò dixit ei, Confide filia, fides tua te servavit: vade cum pace.

49 Adhuc eo loquente, venit quidam a præfecto synagogæ, dicens ei, Mortua est filia tua: ne vexa magistrum.

50 Jesus autem *hoc* audito, respondit ei, Ne metue: crede solummodo, & servabitur.

[t] i. Ut liceret apud eum esse, sive cum ipso versari.

[v] Urbem, scilicet Gadarenorum. Nec adversatur quod Marcus istum in Decapoli prædicasse dicit, nam Gadara a Plinio, lib. 5. cap. 18. inter Decapolis oppida recẽsetur. fuit itaq; Decapolis partim cis Iordanem, partim trans Jordanem sita.

[x] i. Reditus ejus gratus acceptúsq; fuit multitudini.

[y] 8. Christus duplici miraculo sese & vitæ & mortis dominum esse testatur.

* *Mat. 9. 18. Mar. 5. 22.*

[z] Vel, mortua erat, ut intelligamus jam tũ puellam exspirasse, licet id nõdùm scitet pater, qui reliquerat eã agẽtem animam.

[a] i. Necessaria ad vitam degendam.

[b] i. Sensi & percepi.

32 Erat autem ibi grex porcorũ multorũ qui pascebant in monte: & petebant ab eo ut permitteret ipsis ut in porcos ingrederentur. Et permisit eis.

33 Et egressa sunt dęmonia ab homine, ingressaq; sunt in porcos. Et [12] direxit se grex ille universus ad rupem, & corruerunt in mare, & suffocati sunt.

34 Quum vidissent autem pastores id quod factum erat, fugerunt: & renunciaverunt in civitates & in agros.

35 Et exiverunt homines ut viderent quid factũ fuerat: & venerunt ad Jeschua, & invenerunt hominem illum cujus dæmonia exierant, vestitum & [13] modestum, ac sedentẽ ad pedes Jeschua: & timuerũt.

36 Et renunciaverunt ipsis ii qui viderant, quomodo sanatus esset homo ille dæmoniacus.

37 Et petebat ab eo universa turba Gadaræorum ut [14] abiret ab ipsis: quia timor magnus apprehenderat eos. Ipse autem Jeschua ascendit in navigium, & divertit ab eis.

38 Ille autem homo a quo egressa fuerant dæmonia, petebat ab eo ut apud eum esset: & dimisit eum Jeschua, & dixit ei,

39 Revertere in domum tuam, & renũcia id quod fecit tibi Deus. Et abiit: ac prædicabat per totam civitatem id quod fecisset sibi Jeschua.

40 Quũ reversus autem esset Jeschua, excepit eum turba multa. Omnes enim [15] in eum intenti fuerant.

41 Et homo quidam, cujus nomen erat Juarasch, princeps synagogæ, procidit ante pedes Jeschua: & petebat ab eo ut ingrederetur domum suam:

42 Filia enim unica erat ei quasi annos nata duodecim, & proxima erat ut moreretur. (Et quũ abiret cũ eo ipse Jeschua, turba multa premebat eum.

43 Mulier autem quædam [16] cujus eruperat sanguis annos duodecim, quæ [17] in medicos universam substantiam suam impenderat, [18] neque potuit a quoquam sanari:

44 Accessit a tergo ejus, & tetigit fimbriam vestimenti ejus: & confestim constitit fluxus sanguinis ejus.

45 Et dixit Jeschua, Quis tetigit me? Et quũ omnes negarent, dixit ei Schemeun Cipha, & qui cũ eo erãt, Domine noster, turbæ coarctant te, & premũt, & dicis tu, Quis tetigit me?

46 Ipse verò dixit, aliquis tetigit me, ego enim cognovi quòd virt[19] exivit a me.

47 Illa autem mulier quũ vidisset quòd non fefellisset eũ, venit tremens: & procidens adoravit eũ, ac dixit in cõspectu populi totius propter quam causam tetigisset, & quomodo illicò sana ta esset.

48 Ipse verò Jeschua dixit ei, [19] Bono sis animo, filia mea, fides tua [20] servavit te: abi in pace.)

49 Et adhuc ipso loquente, venit quidã [21] ex domesticis principis synagogę, & dixit ei, [22] Mortua est filia tua: ne fatiges præceptorem.

50 Jeschua autẽ audivit, & dixit patri puellæ, Ne metuas: tantum crede, [23] & salva est.

[12] F. i. rectà cõtendit impetu uno ad rupẽ.

[13] F. vel modestè & verecũdè agentẽ, σωφρονοῦντα. Opponitè enim hoc membrum illi quo antè usus est in vers. 27. virũ hunc vestibus nõ fuisse indutum, sed sine verecundia huc illuc nudũ oberrasse.

[14] F. Sytè, abiret sibi. vide in Mat. 4. 10.

[15] i. Sũmo desiderio exspectaverant eũ.

[16] Nam הריע, quo hîc utitur paraphrastes, solet ab Onkelo & Jonathan in suis paraphrasibus in vetus Testamẽtum, poni loco פרץ verbi Hebræi significantis Erupit. Unde etiã portã הרעא fortè vocant a ruptura. Quod ideò notavi, quia facit ad amplificationẽ morbi, atque adeò etiã miraculi.

[17] Ad verb. In domo medicorũ: cõmittẽdo scilicet se ipsorũ curationi. Vel frequẽtando domos medicorũ consiliis uteretur. F. vel inter medicos.

[18] Ad ver. Non potuit ut a quoquã sanaretur. Syraphrasis, cujus similes aliquot sunt antè observatæ.

[19] Ad ver. Cor data esto: vel, Cor recipe.

[20] Ad ver. Vivificavit te. Heb. aliquoties notatus.

[21] Ad verb. Ex iis qui sunt domus principis &c. Substantivum rectum pro adjectivo. Tritus Hebr.

[22] F. Syr. mortua est sibi, Pleonasmus. de quo in Mat. 4. 10. sic etiam vers. 53.

[23] Ad ver. Et vivit. Hebraism.

51 Venit

51 Venit autem Ieschua in domum, neque permisit cuiquam ut ingrederetur secum, nisi Schemeun & Iaakub, & Iuchānan, & patri puellæ ac matri ejus.

52 Omnes verò flebant & plangebant propter eam. Ieschua autem dixit, Ne flea tis: non enim mortua est, sed dormit.

53 Et deridebāt eum, quòd scirēt quòd mortua esset.

24 Ad verb. Omnem hominem. Hebr.

54 Ipse autem ejecit [24] unumquemque foras: & apprehendit manum ejus, & vocavit eam, ac dixit, Puella surge.

55 Et reversus est spiritus eius, & illicò surrexit: & præcepit ut darent ei ad comedendum.

56 Et mirati sunt parentes ejus: ipse verò admonuit eos ne cuiquam dicerent id quod factum fuerat.

51 Ingressus verò domum, non permisit ingredi quemquam, nisi Petrum & Iacobum & Iohannem, & patrem ac matrem puellæ.

52 Flebant autem omnes, & [c] plangebant eam: ipse verò dixit, Ne flete: non est mortua, sed dormit.

53 Et deridebant eum, quòd scirent esse mortuam.

54 Ipse verò ejectis foras omnibus, & prehensa manu ejus, clamavit dicēs, Puella surge.

55 Et reversus est spiritus ejus, ac [d] surrexit illicò: & *ipse* imperavit ut ei daretur quod ederet.

56 Et perculsi fuerunt parentes ejus: ipse verò mandavit eis ut nulli dicerent quod factum fuerat.

[c] Plangere, propriè est cædere & ferire. transfertur ad funera lugentium. quòd illic tales esse solean: gestus.

[d] Cadaver jacebat, puella verò recepta vita (ut verè illam non modò revixisse, sed etiā ab omni morbo liberatam esse constaret) surrexit e lecto.

CAPUT NONUM.

[1] Mittuntur Apostoli ad prædicandum. [7] & [19] Opinio vulgi de Christo. [12] De quinque panibus & duobus piscibus. [20] Confessio Apostolorum. [24] Perdere animam. [33] Christus audiendus. [37] Lunaticus. [46] Contentio Apostolorum de primatu. [49] Quidam ejiciens dæmonia nomine Christi. [52] Samaritani nolunt Christum recipere. [55] Vindicta prohibita. [57. 59. 61] De tribus Christum sequi volentibus, sed diversis rationibus.

ET vocavit Ieschua duodecim suos, & dedit eis virtutem & potestatem adversus omnia dæmonia, & infirmitates sanandi.

2 Et misit eos ad prędicandum regnum Dei, & ad sanandum infirmos.

3 Et ait eis, Nihil tuleritis ad iter, non virgam, neque viatorium saccum, neque panem, neque argentum, nec duæ tunicæ sint vobis.

4 Et in quam domum ingressi fueritis, illic estote, & [1] illinc exite.

[1] F. id est, ex ea urbe aut loco, dātes operam ne leviter e domo una in aliam immigretis, aut diutius ibidem cōmoremini: ex Matthæo.

5 Et adversus eos qui non exceperint vos, quum egrediemini ex civitate illa, etiam pulverem à pedibus vestris excutite adversus eos in testimonium.

6 Et egressi sunt discipuli, & circuibant per pagos & per civitates, ac evangelizabant & sanabant in omni loco:

7 Audivit autem Hiraudis tetrarcha omnia quę fiebant per manum ejus, & mirabatur: quia dicebant quidam quòd Iuchannan surrexisset [2] a mortuis.

[2] Ad verb. Ab inter mortuos. Hebraismus quem Gallicè exprimunt, *D'entre les morts*, quod sæpe antè observatū est. F. vel a domo seu loco mortuorū.

8 Alii verò dicebant quòd Iliah apparuisset: & alii, quòd Propheta ex Prophetis antiquis surrexisset.

9 Et dixit Hiraudis, Caput Iuchannan ego amputavi: quis est autem iste de quo hæc audio? Et cupiebat videre eum.

10 Et quum reversi essent Apostoli, narraverunt Ieschua quæcumque fecerant. Et duxit eos in locum seorsim desertum Beth-Tsaida.

11 Turbæ autem quum cognovissent, [3] iverunt post eum: & excepit eas, ac loquebatur cum eis de regno Dei: & eos qui opus habebant sanatione, sanabat.

[3] i. Sequuti sunt. Hebr. usitatissimus.

12 Quum autē cœpisset dies inclinare, accesserunt discipuli ejus, & dicunt ei, Dimitte turbas, ut abeant in agros qui circa nos sunt & in pagos ut divertant in eis, & inveniant sibi escam: quia in loco deserto sumus.

CONvocatis* [a] autem *Iesu* duodecim discipulis suis, dedit eis vim & potestatem in omnia dæmonia, & morbos sanandi.

2 *Misitq; eos ut prædicarent regnum Dei: & sanarent infirmos.

3 *Et dixit eis, Nihil sumite ad iter, neque [b] virgas, neque peram, neque panem, neque pecuniam: neque binas tunicas habete.

4 Et in quamcumque domum intraveritis, [c] illic manete, illinc exite.

5 *Et quicumque non receperint vos, exeuntes ex urbe illa, etiam pulverem a pedibus vestris excutite, *ut hoc sit* testimonium adversus eos.

6 Exeuntes igitur obibant singulos vicos, evangelizantes & sanantes *morbos* ubique.

7 [d] * Audivit autem Herodes tetrarcha omnia quæ fiebant ab eo: & [e] hæsitabat, propterea quòd dicebatur a quibusdam Iohannem suscitatū esse e mortuis:

8 A quibusdam verò, Eliam apparuisse: ab aliis autem, Prophetam quempiam ex antiquis surrexisse.

9 Tunc ait Herodes, Iohannem ego decollavi: quis est autem iste de quo ego talia audio? Et studebat eum videre.

10 Reversi autem Apostoli narraverūt ei quæcumque fecerant. [f] * Et *ipse* assumtis illis, secessit privatim in locum [g] desertum urbis quæ vocatur Bethsaida.

11 Quod quum cognovisset turba, sequuta est eum: *ipse* autem excepit eos, & loquebatur eis de regno Dei: & eos quibus sanatione opus erat, sanabat.

12 *Dies autem cœperat inclinare: & accedētes duodecim illi dixerūt ei, Dimitte turbam, ut abeuntes in circumjacentes vicos & agros, *illuc* [h] divertāt, & inveniāt cibaria: nam hīc in loco deserto sumus.

*. *Matt. 10. 1. Marc. 3. 13. & 6. 7.*

[a] B. Duodecim Apostoli solo Christi mandato & Spiritus potētia instructi mittunt, tū ut nullus Israēlica possit ignorantiam prætexere, tum etiam ut paulatim ad universalem illam vocationem prę-parentur.

[b] *Mat. 10. 7. 8. Mar. 6. 8.*

[c] *Mat. 10. 9.*

[b] Vide Matth. 10. 10.

[c] Ex civitate aliqua discessuri, illinc exite, quò primùm divertetitis. In summa prohibet Dominus ne hospitium mutent. Ista etenim promulgatio Evangelii fuit quasi discursio quædam, ne aliquis in Iudæa posset ignorantiā adventus Christi prætexere.

[d] *Infr. 10. 11. Mat. 10. 14. Mar. 6. 11. Act. 13. 51.*

[d] B. Ad Evangelii nuncium mundus in varias opiniones scinditur: tyrāni autem in primis trepidant.

[e] *Mat. 14. 1. Mar. 6. 14.*

[e] Quasi perplexus & impeditus in luto tenebatur, ut exitum nō inveniret. i. ancipitis consilii & animi dubius erat: metuebat enim ne is resurrexisset quē occiderat.

[f] B. Nihil ne in desertis quidem deerit Christum sectantibus. * *Matt. 14. 13. Mar. 6. 32.*

[g] Desertum dicitur Bethsaidæ, non quòd in urbe fuerit, sed quia in agro censeretur ejus urbis a qua cognominabatur. * *Mat. 14. 15. Mar. 6. 35. Ioh. 6. 5.*

[h] Ad verb. dissolvantur: a curribus dictum. Dissolvunt enim equos, qui divertunt a via in hospitium. Sic a divertendo finxere Latini diversorium.

13 *Ipse* verò dixit eis, Date ipsis vos quod edant. Ipsi verò dixerunt, Non sunt nobis plus quàm quinque panes & duo pisces, [i] nisi nos profecti emamus [k] toti huic populo escas.

14 Aderant enim quasi viri quinquies mille. Ait autem discipulis suis, [l] facite ut discumbant per singulos quosque discubitus quinquageni.

15 *Ipsi* igitur ita fecerunt, & discubuerũt omnes:

16 *Ipse* verò acceptis quinque illis panibus & duobus piscibus, suspiciens in cælum, [m] benedixit eis: & fregit deditque discipulis ut apponerent turbæ.

17 Ederunt igitur omnes illi, & saturati sunt: & sublatum est quod superfuit ipsis fragmentorum, cophini duodecim.

18 [n] *Et factum est, ut quum ipse [o] seorsim oraret, erant unà cum eo discipuli: quos interrogavit, dicens, Quémnam esse me dicit turba?

19 Ipsi autem respondentes dixerunt, Johannem Baptistam: alii autem Eliam: alii verò, Prophetam quẽpiam ex antiquis resurrexisse.

20 Dixit autem eis, Vos verò quem me esse dicitis? Respondens autem Petrus dixit, Christum illum Dei.

21 Ipse verò interminatus eis, mandavit nulli hoc dicerent:

22 [p] Dicens, *Oportet Filium hominis multa pati, & reprobari à Senioribus & principibus Sacerdotum & Scribis, & interimi, & tertia die suscitari.

23 * Dicebat autem omnibus, Si quis vult me sequi, abdicet seipsum, & attollat crucẽ suam [q] quotidiè, & sequatur me.

24 * Quisquis enim voluerit animam suam servare, perdet eam: quisquis verò perdiderit animam suam mea causa, is servabit eam.

25 *Quid enim prodest cuipiã si lucretur universum mundum, se ipsum autem perdat, sive suiipsius exitio multetur?

26 [r] *Quẽ enim puduerit mei ac meorum sermonũ, ejus pudebit Filiũ hominis, quando venerit cum gloria sua & Patris, sanctorúmque Angelorum.

27 *Dico autem vobis verè, sunt quidã ex iis qui hîc adstant qui nequaquam gustabunt mortem usquedum viderint regnum Dei.

28 [s] *Factum est autem, quum post hęc verba, quasi dies octo *intercessissent*, ut assumtis Petro & Johanne & Jacobo, ascẽderet in montem ad orandum.

29 Facta est autem inter orandum species faciei ipsius alia, & vestitus ejus albus ac refulgens.

30 Et ecce, duo viri colloquebantur cũ eo, qui erant Moses & Elias:

31 Qui visi cum gloria, dicebant ipsius [t] exitum, quo futurum erat ut defungeretur in Hierusalem.

32 Petrus verò & qui cum ipso erant, gravati erant somno: quum autem evigilassent, viderunt gloriam ejus, & duos illos viros stantes cum eo.

13 Dixit illis Jeschua, date illis vos ad manducandum. Ipsi verò dicunt, Non est nobis plus quàm quinque panes & duo pisces: nisi abeamus, & emamus escã huic toti populo.

14 Erant enim quasi quinque millia hominum. Dixit eis Jeschua, [3] Discumbere facite eos *per* discubitus, quinquaginta viros in *uno* discubitu.

15 Et fecerunt ita discipuli, ac discumbere fecerunt omnes.

16 Et accepit Jeschua illos quinque panes & duos pisces. Et intuitus est in cælum, & benedixit, ac fregit, & dedit discipulis suis ut apponerent turbis.

17 Et comederunt omnes, & saturati sunt: & sustulerunt fragmenta quę superfuerant duodecim cophinos.

18 Et quum oraret solus & discipuli ejus cum eo, interrogavit eos, & dixit, Quídnam dicunt turbæ de me quòd sim?

19 Responderunt, & dixerunt ei, Juchannan Baptista: & alii, quòd Iliah: alii autem, quòd Propheta unus ex Prophetis antiquis surrexit.

20 Dixit eis, Vos autem quid dicitis quòd sim? Respondit Schemeun, & dixit, Christus Dei.

21 Ipse autem repressit eos, & interdixit eis ut nemini hoc dicerent.

22 Et dixit eis, Futurum est ut Filius hominis multa patiatur, & reprobetur a Senioribus & principibus Sacerdotum & Legisperitis, & occidant eum: & die tertia resurget.

23 Et dicebat [4] coram omni homine, Qui vult [5] venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam quotidiè, & veniat post me.

24 Qui enim [6] vult animam suam servare, perdit eam: qui autem perdiderit animam suam propter me, [7] hic servat eam.

25 Quo enim juvatur filius hominis quum lucratus fuerit mundum universum, animam autem suam perdiderit, aut *ejus* jacturam fecerit?

26 Qui autem erubuerit me & sermones meos, erubescet eum Filius hominis quum venerit in gloriam Patris sui, cum Angelis suis sanctis.

27 Verè dico vobis quòd sunt quidam qui stant hîc qui non gustabunt mortem donec [8] venerit regnum Dei.

28 Factũ est autem post sermones hos, quasi octo diebus, accepit Jeschua Schemeun & Jaakub & Juchannan, & ascendit in montem ad orandum.

29 Et quum oraret, transformatus est aspectus vultus ejus, & vestimenta ejus candida facta sunt, & refulgebant.

30 Et ecce, duo viri loquebantur cum eo, qui erant Musche & Iliah.

31 Qui conspecti sunt in gloria. Loquebantur autem de exitu ipsius qui futurũ erat ut compleretur in Urischelem.

32 Et gravati erant somno Schemeũ & ii qui cum ipso erant: & vix excitati sunt, & viderunt gloriam ejus, & illos duos viros qui stabant juxta eum.

[i] Ellipsis: itaque subaudiendum est, Non possumus igitur eis dare quo vescãtur, nisi nos profecti, &c.

[k] Ad ver. in totum hunc populum, id est, qui toti huic populo sufficiat.

[l] Vide Mar. 6. ubi cõvivia vocat, quæ Lucas discubitus.

[m] i. De his panibus ac piscibus gratias egit Deo, & simul eum precatus est, ut tãtilla copia, tantam multitudinem pasceret, denique ut totũ hoc convivium ad Dei gloriam referretur.

[n] B. Quamvis mundus inter varios errores fluctuet, non est tamen fasti dienda, sed eo diligentiùs cognoscenda & eo constantiùs confitenda veritas.

*Matt. 16. 13. Marc. 8. 27.

[o] A turba separatus.

[p] B. per crucem & invictam patientiam ad cęlestem gloriã Christus ipse pervenit.

*Matth. 17. 22. Mar. 8. 31.

*Infr. 14. 27. Matt. 10. 38. & 16. 24. Mar. 8. 34.

[q] Velut enim dies diem sequitur, sic crux excipit crucẽ. crux autẽ metonymicè pro humanæ vitæ miseriis: fuit enim apud Judæos gravissimum & sęvissimum crucis supplicium.

*Infr. 17. 33. Matth. 10. 39. & 16. 25. Mar. 8. 35.

*Joh. 12. 25. Matt. 16. 26. Marc. 9. 36.

[r] Vide infr. 12. 9. Matth. 10. 33. Marc. 8. 38. Quibus locis respondet illa Pauli sentẽtia: Si sufferimus, & conregnabimus: Si negamus, & ille negabit nos. 2. Tim. 2. 12.

*Infr. 12. 9. Mat. 10. 18. Mar. 8. 38. 2. Tim. 2. 12.

*Mat. 16. 28. Mar. 9. 1.

*Mat. 17. 2. Mar. 9. 2.

[s] B. Christus ne discipulos offenderet ipsius in carne exinanitio, voluntariam eam esse docet, cælestis suæ gloriæ splendore aliquatenus ad momentum ostenso.

[t] i. Mortem quam obiturus erat in Jerusalem.

[3] Vide annotata de discubitu, Mar. 6. 40.

[4] i. Omnibus præsentibus & palàm. Hebr.

[5] i. Sequi me. Hebraismus. ut paulò pòst etiam.

[6] Ad ver. vivificare. Hebraismus.

[7] Ad ver. vivificat eam. Hebr.

[8] v. alii, viderint regnum Dei.

33 Et quum cœpissent discedere ab eo, dixit Schemeun Jeschua, Domine mi, bonum est nobis ut hîc simus, & faciamus tria tabernacula, tibi unum, & Musche unum, & Iliah unũ. Et nesciebat quid diceret.

34 Et quum diceret hæc, facta est nubes, & obũbravit eos: & timuerunt quum viderent Musche & Iliah quòd ingrederentur in nubem.

35 Et vox facta est ex nube quæ dixit, Hic est Filius meus dilectus, ipsum audite.

36 Et quum fuisset illa vox, inventus est Jeschua solus, & ipsi siluerunt, & nemini dixerũt in illis diebus id quod viderant.

37 Et factum est [9] die postero quum descenderent de monte, occurrerũt eis turba multa.

38 Et homo quidam e turba illa clamabat, & dicebat, Præceptor, peto abs te, [10] convertere ad me: filius meus *hic est* qui unicus est mihi:

39 Et spiritus transit super eum, & repentè clamat, & stridet dentibus suis, & [11] lacerat, & vix discedit ab eo postquam contrivit eum.

40 Et petii a discipulis tuis ut ejicerent eum, & non potuerunt.

41 Respondit autem Jeschua & dixit, [12] O generatio incredula & perversa, usquequo ero apud vos, & tolerabo vos? Adducito huc filium tuum.

42 Et quum adduceret eum, dejecit eũ dæmonium illud, & frendere fecit eum: & repressit Jeschua spiritum illum impurum, ac sanavit puerum, ac dedit eum patri ejus.

43 Et mirati sunt omnes propter magnificentiam Dei. Et quum omnis homo miraretur super omnibus quæ fecerat Jeschua, dixit discipulis suis,

44 Ponite vos sermones istos in auribus vestris. Filius enim hominis futurum est ut tradatur in manus filiorum hominis.

45 Ipsi verò non intellexerunt sermonem hunc, quia occultus erat ab ipsis, ut non cognoscerent ipsum: & timebant interrogare eum de sermone hoc.

46 Et intravit in eos cogitatio, quisnã [13] magnus esset inter eos.

47 Jeschua autem cognovit cogitationem cordis eorum, & accepit puerum, & statuit eum juxta se.

48 Et dixit eis, Quicumq; recipit puerum sicut iste *est* in nomine meo, me recipit: & qui me recipit, recipit eum qui misit me. [14] Qui enim parvus est inter vos omnes, hic erit magnus.

49 Et respondit Juchannan, & dixit, Domine noster, vidimus [15] quemdam qui ejecit dæmonia in nomine tuo, & prohibuimus eum, eo quòd non [16] venit nobiscum post te.

50 Dixit eis Jeschua, Ne prohibeatis: qui enim non est adversus vos, pro vobis est.

51 Et factum est quum [17] implerentur dies assumtionis ejus, direxit faciem suam ut proficisceretur Urischelem.

33 Et factum est quum illi discederent ab eo, ut diceret Petrus ad Jesum, Magister, bonum est nos hîc esse: atque *adeò* faciamus tria tabernacula, unum tibi, & unũ Mosi, & unum Eliæ, nesciens quid diceret.

34 Hæc autem ipso dicente, exstitit nubes quæ inumbravit illos: metuerunt autem dum illi ingrederentur in nubem.

35 Et vox exstitit e nube, dicens, Hic est filius ille meus, dilectus ille: ipsum audite.

36 Et postquam vox illa exstitisset, inventus est Jesus solus: ipsi autem siluerũt, & nulli annũciarunt [v] per id tempus quicquam eorum quæ viderant.

37 [x] *Factum est autem sequente die, ut quum ipsi descendissent è monte, occurreret ei turba multa.

38 Et ecce quidam e turba vociferatus est, dicens, Magister, deprecor te, respice ad filium meum: nam unigenitus est mihi.

39 Et ecce, spiritus apprehendit eum, & *ipse* repentè clamat, & *spiritus* discerpit eum spumantem, & vix abscedit ab eo, [y] conterens eum.

40 Et deprecatus sum discipulos tuos ut ipsum ejicerent: sed non potuerunt.

41 Respondens autem Jesus ait, O gẽs incredula & perversa, quousque tandem ero apud vos, & sufferam vos? Adduc filium tuum huc.

42 Quum autem adhuc accederet, allisit eum dæmonium, & discerpsit: objurgavit autem Jesus spiritum impurum, & sanavit puerum: & reddidit eum patri suo.

43 Percellebantur igitur omnes super magnifica Dei virtute: omnibus verò mirantibus super omnibus quæ faciebat, dixit discipulis suis,

44 [z] *[a] Reponite vos in aures vestras sermones istos: futurum est enim ut Filius hominis tradatur in manus hominũ.

45 Ipsi verò ignorabant dictum istud, erátque ipsis occultum, adeò ut illud non sentirent: & metuebant eum interrogare de hoc dicto.

46 [b] *Incidit autem cogitatio inter eos, quis esset eorum maximus.

47 Jesus verò [c] visa cogitatione cordis ipsorum, acceptum puerulum statuit apud se:

48 Et dixit eis, Quicumque exceperit puerulum hunc nomine meo, me excipit: & quicumque me exceperit, excipit eum qui me misit. nam qui minimus est inter vos, is erit magnus.

49 [d] *Respondens autem Johannes ait, Magister, vidimus quemdam sub nomine tuo ejicientem dæmonia, & prohibuimus eum, quia *te* non sequitur nobiscum.

50 Et dixit ei Jesus, Ne prohibete *illum*: qui enim non est adversum nos, pro nobis est.

51 [e] Factum est autem, interim dum cõpleretur tempus quo sursum reciperetur, tum ipse [f] faciem suam direxit ad eundum Hierosolymam.

[9] Ad verbum, Die qui est post eum. Syra phrasis, ut priùs annotatum est.

[10] Vel, respice in me.

[11] Rarum admodum verbum: sed tamen quo utitur etiã Marc. 9. 18. eodem sensu. Intelligit autem spiritum illũ impurũ lacerare filium suum, quum eum invadit.

[12] Ad verbum, Quæ non est fidelis.

[13] Positivus pro superlativo. Hebraismus tritus.

[14] Positivi pro superlativis, ut paulo antè notatum est: pro, Qui minimus est &c. hic erit maximus.

[15] Ad verbum, Hominũ. Hebraismus.

[16] Id est, Sequitur te nobiscum. Hebraism.

[17] Id est, Quum tempus assumtionis ejus instaret. Nã impleri dicitur aliquid (ex Hebræ linguæ proprietate & Sacrarum literarum more loquendi) non tantùm quum prorsus expletum est, sed etiam quũ impleri incipit, aut quum implendum jam est. Vide quæ de eo annotavimus Luc. 2. a.

[v] Ad verb. in diebus illis, videlicet usque quo Christus resurrexisset.

[x] B. Nulla re magis offendit Christus quàm incredulitate, quamvis eam ad tẽpus toleret.
*Mat. 17. 14. Mar. 9. 17.

[y] Ut in comitiali morbo fieri solet.

[z] B. Non est quòd nobis tranquillitatẽ in hoc mundo polliceamur, quũ ii ipsi qui Christo applaudere videntur, paulò pòst eum crucifigant.
*Matt. 17. 22.

[a] Attendite diligenter, & semel audita cõservate. Hebraismus est. Porrò in auribus dixit potiùs quàm in cordibus, propter eà quòd non essent intellecturi, sequitur enim mox.

[b] B. Ambitionis exitus ignominia: modestæ autẽ subjectionis, gloria.
*Matt. 18. 1. Mar. 9. 33.

[c] Translatio à corpore ad animum.

[d] B. Extraordinaria temerè nec probanda nec damnanda.
*Mar. 9. 38.

[e] B. Christus ultrò ad mortem properat.

[f] Ad verbum, obfirmavit faciem suam, id est, certo jam proposito moriendi sese dedit in viam, & deposito omni mortis timore iter ingressus est.

52 Misitq; nuncios ante faciem suam: qui profecti ingressi sunt in vicum Samaritanorum, ut pararent ei *hospitium*.

53 Sed *illi* non receperunt eum, [g] quòd facies ejus esset proficiscentis Hierosolymam.

54 [h] Quum autem hoc vidissent ejus discipuli Jacobus & Johannes, dixerunt, Domine, vis dicamus ut ignis descendat e cælo, & consumat eos, ut etiam * Elias fecit?

55 Sed conversus Jesus objurgavit eos, dicens, Nescitis qualis [i] spiritus vos sitis.

56 Filius enim hominis non venit ut perderet [k] animas hominum, sed ut servaret. Abierunt igitur in alium vicum.

57 * [l] Factum est autem ut proficiscentibus ipsis, quidã in via dixerit ei, Sequar te quocumque ieris, Domine.

58 Dixit autem ei Jesus, Vulpes habent lustra, & volucres cæli nidos: Filius autẽ hominis non habet ubi caput reclinet.

59 [m] * Dixit verò ad alium *quemdam*, Sequere me. At ille dixit, Domine, permitte mihi ut priùs abeam, ac sepeliam patrem meum.

60 Dixit autem ei Jesus, Sine ut mortui sepeliant [n] mortuos suos: Tu verò profectus annuncia regnum Dei.

61 [o] Dixit autem etiam alius, Sequar te Domine: sed permitte mihi priùs ut valedicam iis qui sunt domi meæ.

62 Ait autem ei Jesus, Nemo qui manu sua admota aratro, [p] respexerit ad ea quæ retrò *sunt*, appositus est ad regnum Dei.

52 Et misit nuncios ante faciem suam: & profecti ingressi sunt in pagum Samaritanorum ut pararent ei *hospitium*.

53 Et non receperunt eum, quia [18] faciẽ suam versus Urischelem ponebat ut proficisceretur.

54 Et quum vidissent Jaakub & Juchãnan discipuli ejus, dicunt ei, Domine noster, vis tu ut dicamus ut descendat ignis de cælo, & consumat eos, sicut etiam Iliah fecit?

55 Et conversus est, & increpavit eos, ac dixit, Nescitis vos cujus estis spiritus.

56 Filius enim hominis non venit ad perdendum [19] animas, sed [20] ad servandũ. Et [21] abierunt in pagum alium.

57 Quúmque proficiscerentur in via, dixit ei quidam, [22] Ibo post te in locũ quo proficisceris, Domine mi.

58 Dixit ei Jeschua, Vulpibus foveæ sunt, & volucribus cæli [23] nidi, Filio autẽ hominis non est ubi fulciat caput suum.

59 Et dixit ad alium, Veni post me. Ille autem respondit ei, Domine mi, permitte mihi *ut* priùs abiens sepeliam patrem meum.

60 Dixit ei Jeschua, Sine mortuos sepelientes mortuos suos: & tu abi, evangeliza regnum Dei.

61 Dixit ei alius, [24] Ibo post te, Domine mi. Priùs autem permitte mihi *ut* abiens salutem dicam [25] domesticis meis, & veniam.

62 Dixit ei Jeschua, Nemo admovet manum suam ad aratrum paris boum, & respicit retro se, & utilis est ad regnũ Dei.

[g] Samaritani maximè infensi erant in eos qui, causa adorationis in templo Hierosolymitano iter susciperẽt, habentes templũ proprium in mõte Garizin (exstructum à Sanabalath præfecto Darii in gratiam Manasse generi sui sacerdotio Hierosolymis pulsi) in quo ipsi adorabant. Vide Joseph. lib. 11. cap. 7. 8.

[h] 8. Cavendum à zeli intemperie & stulta imitatione, in optima etiam causa: ut omnia ad Dei gloriam, & cõmodum proximi referantur.

*2. Reg. 1. 10. & 12.

[i] Hebr. id est, cujus volũtatis, consilii, & destinatæ sententiæ. Sic dona Dei, spiritus vocantur, quia à spiritu donantur, & eis contraria quæ à malo spiritu proficiscũtur, ut spiritus avaritiæ, superbiæ, & furoris.

[18] 5. Syr. facies ejus Urischelemum disposita erat ut proficisceretur. Persimilem phrasin vide 2. Reg. 12. 18.

[19] Syrè, Homines. Synecdoche usitatissima in Bibliis.

[20] * Ad verbum Ad vivificandum. Hebraisf.

[21] 5. Syr. abierunt sibi: ut Matt. 4. 10. sic passim.

[22] Id est, Sequar te. Hebraismus, ut paulò post, semel atque iterum.

[23] Vide de hac voce, annotata in Matt. 8.

[24] Id est, Sequar te. Hebr.

[25] 5. Syrè filiis domus meæ. Hebraismus frequens.

[k] Homines. Synecdoche. *Matth. 8. 19. [l] 8. Oportet Christũ sequuturos ad quævis incommoda subeunda sese cõparare. [m] 8. Dei vocatio quibusvis in homines officiis, sine ulla exceptione, anteponenda. *Matth. 8. 22. [n] Qui etiamsi in hac humana & caduca vita permaneant, à vera tamen vita, quę æterna est & divina, alieni sunt. [o] 8. Oportet Christum sequuturos, mundi solicitudinibus semel renunciare. [p] Hebr. qualem reperies Gen. 19. 17. Id est, quem incœpti pœnituerit.

CAPUT DECIMUM.

[1] LXX. *discipuli.* [10] *Ingratis urbibus impietas exprobratur.* [17] *Discipulos redeuntes humilitatis admonet.* [29] *Proximus quis.* [38] *De Martha & Maria sororibus.*

POst [a] hæc autem designavit Dominus etiam alios *discipulos* septuaginta, misitq; eos binos ante faciem suam in omnẽ urbem & locum quò futurum erat ut ipse veniret.

2 Dicebat igitur eis, * Messis quidem multa, sed operarii pauci: deprecamini ergo dominum messis ut emittat operarios in messem suam.

3 [b] * Abite, ecce, ego mitto vos ut agnos in medium luporum.

4 Ne portate crumenam, neq; peram, neque soleas: * & [c] neminem in via salutaveritis.

5 * In quamcumq; domum ingrediemini, primùm dicite, Pax *esto* huic domui.

6 Quòd si fuerit illic quispiam [d] filius pacis, requiescet super eum pax vestra: sin minus, ad vos revertetur.

7 [e] Manete autem in ea ipsa domo, edentes & bibẽtes quæ ab ipsis *apposita fuerint*. * dignus enim est operarius mercede

POst hæc separavit Jeschua ex discipulis suis alios septuaginta, & misit [1] eos binos ante faciem suam in omnem locum & civitatem [2] quò iturus erat.

2 Et dixit eis, Messis multa, & operarii pauci: petite igitur a domino messis ut emittat operarios ad messem suam.

3 Abite: ecce ego mitto vos sicut agnos inter lupos.

4 Ne portaveritis crumenas, neq; saccos viatorios, neque calceamenta: & neminem in via [3] salutaveritis.

5 Et in quam domum intratis, priùs dicite, Pax huic domui.

6 Et [4] si sit ibi filius pacis, collocabitur super eum pax vestra: sin minus autẽ, [5] pax vestra ad vos revertetur.

7 In ea autem domo estote edentes & bibentes ex eo quod est illorum. dignus est enim operarius mercede sua: Neque

[a] 8. Adventus Christi mittũtur septuaginta secũdi prænuncii.

*Matth. 9. 37.

[b] 8. Fidi ministri Verbi sunt in mundo velut agni inter lupos: sed, modò in hoc unũ sint intenti, ut officium faciant, qui eos misit, idem etiam conservat.

*Matt. 10. 16.

*2. Reg. 4. 29.

[c] Hyperbolicè sic solent Hebræi præcipere, ut celeriter, & nulla interjecta mora aliquid obeatur, 2. Reg. 4. 29. Alioqui comes & humanæ salutationes inter Christiana officia numerãtur. Porrò hæc vocatio fuit temporaria.

[1] Ad verbum, Duos duos, Hebraismus.

[2] Ad verb. Quò futurus erat venire. modus loquendi quo utuntur etiam Græci. Est igitur phrasis Syra ex Hellenismo petita.

[3] Ad verb. De pace cujusdã in via rogaveritis.

[4] Idest, Dignus à me factus ut particeps fiat illius verę pacis quam ei optabitis & prędicabitis. Est ergo filius pacis, dignus pace, sicut filius mortis dicitur in veteri Testamento, dignus morte, & filius perditionis in Evangelio, dignus perditione.

[5] Id est, Nullum fructum percipient ex vestra salutatione & prædicatione, quin totus in vos conferetur.

*Matth. 10. 12. Mar. 6. 10. [d] Hebr. id est, qui faveat doctrinæ pacis, & illam amplectatur. [e] Hospitium vobis deligite in ea domo, in quam primùm ingressi fueritis, id est, ne quærendo vobis commodo hospitio soliciti sitis, sicut faciunt qui in aliquo loco diutiùs commorari constituerunt: non enim hic instituitur solennis illa Evangelii prædicatio, quæ usurpata fuit quum Ecclesiæ constituerentur: sed dimittuntur isti ut omnibus Judææ partibus significent ultimum adventare Jubilæum. *Deuteron. 24. 14. Matth. 10. 10. 1. Timoth. 5. 18.

secedatis

secedatis a domo in domum.

8 Et in quam civitatem ingredimini, & suscipiunt vos, edite id quod apponitur vobis.

9 Et sanate illos qui infirmi sunt in ea, ac dicite illis, Appropinquavit ad vos regnum Dei.

10 In quam verò civitatem ingressi fueritis, & non susceperint vos, egredimini in plateam, & dicite,

11 Pulverem quòque qui adhæret nobis pedibus nostris ex civitate vestra, spargimus in vos: verumtamen hoc scitote quòd [6] appropinquavit regnum Dei.

[6] F. Syr. appropinquavit sibi.

12 Dico vobis quòd Sedum erit tolerabilius in die illo quàm civitati illi.

13 Vę tibi Caurazin, vę tibi Beth-Tzaida. nam si in Tzur & Tzaidan factæ fuissent virtutes quæ factæ fuerunt in vobis, jam olim in saccis & in cinere conversi fuissent.

14 Verumtamen Tzur & Tzaidan erit tolerabilius in die judicii quàm vobis.

15 Et tu Kephar-Nachum illa quæ usq; ad cælum elevata fuisti, usque ad infernũ deprimeris.

16 Qui vos audit, me audit, & qui vos rejicit, is me rejicit: & qui me rejicit, rejicit eum qui misit me.

17 Et reversi sunt septuaginta quos miserat, cum gaudio magno, & dicunt ei, Domine noster, etiam dæmonia subjiciuntur nobis in nomine tuo.

18 Ipse autem dixit eis, Videbam ipsum Satanah quòd caderet tamquam fulgur de cælo.

19 Ecce do vobis potestatẽ ut sitis calcantes serpentes, & scorpiones, & universum robur inimici: & nihil molestum erit vobis.

20 Verumtamen in hoc ne gaudeatis quòd dæmonia subjiciuntur vobis: sed gaudete quòd nomina vestra scripta sunt in cælo.

21 In illa hora exsultavit Jeschua in Spiritu sancto, & dixit, Gratias ago tibi Pater mi, Domine cæli & terræ, quòd absconderis hæc a sapientibus & intelligentibus, & revelaveris ea infantibus. Etiam, Pater mi, quia sic fuit beneplacitum coram te.

22 Et conversus est ad discipulos suos, & dixit eis, Omnia tradita sunt mihi à patre meo: & nemo novit quis sit Filius, nisi Pater: & quis sit Pater, nisi Filius, & is cui si voluerit Filius revelare, *revelabit*.

23 Et conversus est ad discipulos suos seorsim, & dixit, Beati oculi qui vident id quod vos videtis.

24 Dico enim vobis quòd Prophetæ multi & reges voluerunt videre id quod videtis, & non viderũt: & audire id quod auditis, & non audiverunt.

25 Et ecce, Legisperitus quidam surrexit ut tentaret eum, & dixit, Præceptor, quid faciam ut [7] possideam vitam quæ est in perpetuum?

[7] s. putà hæreditariam vitã, jure hæreditario.

26 Ipse autem Jeschua dixit ei, In Lege quomodo scriptum est? quomodo legis tu?

sua. Ne egredimini e domo in domum.

8 * Sed & in quamcumque urbem ingressi fueritis, & exceperint vos, [f] edite quæ apponuntur vobis. *Matth. 10. 11.

[f] Contenti estote apposito vobis cibo.

9 Et sanate infirmos qui in ea fuerint, & dicite eis, Appropinquavit ad vos regnum Dei.

10 [g] In quamcumque autem urbem ingressi fueritis, & nõ exceperint vos, egressi in plateas ejus, dicite,

[g] B. Deus Evãgelici ministe riis severissimus vindex.

11 * Etiam pulverem qui adhæsit nobis ex urbe vestra, [h] vobis abstergimus: tamen hoc scitote, appropinquasse ad vos regnum Dei. * *Suprà 9. 5. Act. 13. 51. & 18. 6.*

[h] i. Adversum vos.

12 Dico autem vobis, Sodomorum cõditionem die illo tolerabiliorem fore quàm urbis illius.

13 * Væ tibi Chorazin, væ tibi Bethsaida. nam si in Tyro & Sidone editæ fuissent virtutes quæ editæ sunt apud vos, olim cum sacco & cinere sedentes resipuissent. * *Matt. 11. 21.*

14 Ideo Tyri & Sidonis tolerabilior erit conditio in judicio quàm vestra.

15 Et tu Capernaum quæ usque ad cælum elata es, usque ad inferos deprimẽris.

16 [i] * Qui vos audit, me audit: & qui vos aspernatur, me aspernatur: qui verò me aspernatur, aspernatur eum qui misit me.

[i] Discipuli etenim nõ plena utebantur potestate, sed invocato Christi nomine miracula edebãt. * *Matth. 10. 40. Joh. 13. 20.*

17 [k] Reversi sunt autem septuaginta cum gaudio, dicentes, Domine, etiam dæmonia subjiciuntur nobis [l] per nomen tuum.

[k] B. Neq; donum miraculorum, neque aliud ejusmodi quantumvis excellens, sed sola electio æterna solidi gaudii materiam præbet. Est autem sola evangelii promulgatio, Satanæ ruina.

18 *Ipse* autem dixit eis, Spectabam Satanam, ut fulgur, [m] e cælo cadentem,

19 Ecce, do vobis potestatem calcandi serpentes & scorpiones, & supra omnem vim inimici: & nihil vos lædet.

20 Sed de eo ne gaudete quòd spiritus vobis subjiciantur: gaudete verò potiùs quòd nomina vestra scripta sunt in cælis.

21 [n] Eo ipso momento exsultavit Jesus spiritu, & dixit, Gloriam tibi tribuo Pater, Domine cæli & terræ, quòd hæc occultaveris [o] sapientibus & intelligẽtibus, & detexeris ea infantibus: etiam Pater, quia ita libuit tibi.

22 [p] Omnia mihi tradita sunt a Patre meo: & nemo novit quis sit Filius, nisi Pater: & quis sit Pater, nisi Filius, & cuicumque voluerit filius *eum* revelare.

23 [q] Et cõversus ad discipulos, privatim dixit *eis*, * beati oculi qui vident quæ vos videtis.

24 Dico enim vobis, multos Prophetas & reges cupivisse videre quæ vos videtis, nec vidisse: & audire quæ auditis, nec audisse.

25 [r] * Tum ecce, quidam [s] Legis interpres surrexit, tentans eum, & dicens, Magister, quid faciendo, vitam æternam possidebo?

26 At ille dixit ei, In lege quid scriptum est? quomodo legis?

[l] Non repetit hic Lucas qd Matth. 10. 40. habuim⁹: Qui vos recipit me recipit: Nam illic de personis Christus agebat, hic autẽ de doctrina. illa receptio ad officia charitatis spectabat, nũc verò commẽdat fidẽ quæ Deũ in verbo suo recipit.

[m] Collocatur Satan in aëre cũ suis angelis, Ephes. 6. 12. inde verò dicitur detrudi, & quidẽ cum impetu, quando voce Evangelii ejus potestas abolẽtur. Evangeliũ enim potẽtius est quàm ut possit corã eo cõsistere. Nota verò hic exprimi quàm misera sit hominum cõditio quorum capitibus insultat Satan, qui in aëre dominatur, & mundum pedibus suis subjectum tenet donec adsit Christus liberator.

[n] B. Contemtibilis quidem est Ecclesia, si externam ejus speciem cõsideres, sed nulla in re æquè admirabilis Dei sapientia. [o] Sub. hujus mundi.

[p] B. Aberrat à via quisquis Patrem quærit extra Filium. [q] B. Novi fœderis & veteris discrimen, in revelationis mensura. † *Matth. 11. 16.*

[r] B. Fides non tollit, sed stabilit Legis doctrinam. * *Matth. 22. 35.*

[s] Unus quispiam ex profitentibus cognitionem ac scientiam legitimarum constitutionum, seu Legum Mosaicarum.

Marc. 12. 28.

27 Ille

*Deuter.6.5.

*Levit.19.18.

27 Ille verò respondens dixit, *Diliges Dominum Deum tuũ ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex totis viribus tuis, & ex tota cogitatione tua: * & proximum tuum ut teipsum.

28 Tum *ipse* dixit ei, Rectè respondisti: hoc fac, & vives.

29 [t] Ille autẽ volẽs [v] justificare seipsum, dixit Jesu, Et quis est meus proximus?

30 Excipiens autem *ejus sermonem* Jesus dixit, Quidam descendebat ab Hierusalẽ in Jerico, & incidit in latrones, qui exspoliato eo & plagis impositis abierunt, *eo* seminece relicto.

31 [x] Casu autem sacerdos quidam descẽdit per eamdem viam: qui viso eo, [y] ex adverso præteriit.

32 Similiter & Levita, quum venisset eò & illum vidisset, præteriit ex adverso.

33 Samaritanus autem quidam iter faciens, venit eò, & ipso conspecto, misericordia intima commotus est.

34 Et accedens obligavit ejus vulnera, infundẽs oleum ac vinum: & ipsum impositum suo iumento, duxit in diversorium, & ejus curam egit.

35 Postero autem die abiens, prolatos duos denarios dedit hospiti, & dixit ei, Curam ipsius age: & quodcumque prætereà insumpseris, ego quum redibo, reddam tibi.

36 Quis igitur horum trium tibi videtur proximus fuisse illi qui incidit in latrones?

37 Ille autem dixit, Is qui usus est misericordia erga eum. Ait igitur ei Jesus, Abi, & tu fac similiter.

38 [z] Factum est verò inter eundum, ut ipse ingrederetur in quemdam vicum: mulier autem quædã Martha nomine excepit eum domum suam.

39 Et huic erat soror quæ vocabatur Maria, quæ etiam assidens ad pedes Jesu, audiebat ipsius sermonem.

40 [a] Martha verò distrahebatur circa frequens ministerium: superveniens igitur ait, Domine, non est tibi curæ quòd soror mea dereliquit me ut sola ministrem? dic ergo ei ut me vicissim adjuvet.

41 Respondens autem dixit ei Jesus, Martha, Martha, solicita es, & [b] satagis de multis:

42 [c] Atqui uno opus est. [d] Maria verò bonam partem elegit, quæ non auferetur ab ea.

27 Respondit, & dixit ei, Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota virtute tua, & ex tota cogitatione tua, & proximũ tuum sicut [8] teipsum.

28 Dixit ei Jeschua, Rectè dixisti: hoc fac, & vives.

29 Ille autem volẽs justificare seipsum, dixit ei, Et quis est proximus meus?

30 Dixit ei Jeschua, Homo quidam descendebat ab Urischelem in Irichu, & irruerunt in eum latrones, & spoliaverunt eum ac percusserunt eum, reliquerúntque eum quum vix [9] viveret in eo anima ejus, & abierunt.

31 Et contigit ut sacerdos quidam descenderet per viam illam: & vidit eum, & transivit.

32 Et similiter Levita veniẽs appropinquavit ad illum locum: & vidit eum, & transivit.

33 Quidam autem Samaritanus, quum iter faceret, venit eò ubi erat, & vidit eũ, & misertus est ejus.

34 Et accessit, & obligavit plagas ejus, & instillavit in eas vinũ, & [10] oleum: & imposuit eum super asinum suum, & adduxit eum in hospitium, & curam habuit ejus.

35 Mane autẽ diei *sequentis* depromtos duos denarios dedit hospiti: & dixit ei, Solicitudinẽ habe ejus, & siquid amplius impenderis, quum revertar, dabo tibi.

36 Quis igitur ex his tribus videtur tibi quòd fuerit proximus ei qui incidit in manus grassatorum?

37 Ille autem dixit ei, Is qui misertus est ejus. Dixit ei Jeschua, Abi, etiam tu ita esto faciens.

38 Et factum est quum ipsi iter facerẽt, in via ingressus est in pagũ quemdam, & mulier, cujus nomen Martha, excepit eum in domum suam.

39 Et erat ei soror cujus nomen Mariã, & veniens [11] sedit ad pedes Domini nostri, ac audiebat sermones ejus.

40 Martha autem [12] afflicta erat in ministerio multo. Et venit, & dixit ei, Domine mi, non est curæ tibi quòd soror mea relinquit me solam ad ministrandum? dic ei *ut* adiuvet me.

41 Respondit Jeschua, ac dixit ei, Martha, Martha, solicita es, & conturbaris circa multa.

42 Unum est autem quod requiritur. Mariam verò partem bonam elegit sibi, quæ non auferetur ab ea.

[t] B. Proximi nomine intelligũtur in Lege, quoscumq; possumus juvare.

[v] Id est, justitiam suam asserere, sive ostendere se justũ esse, id est, omni culpa vacare. In hac autem significatione utitur nomine justificationis, Jacobus.

[x] Id est, quum illud nõ prævidisset Sacerdos. Alioqui providentiæ Divinæ respectu nihil est fortuitum.

[y] Deflexit de via.

[z] B. Christus non lautè tractari, sed attẽtè vult, cæteris postpositis rebus, audiri. Stultè hic locus ad laudem vitæ (ut vocãt) contemplativæ detortus est, quasi Christus vitam speculativã cum activa comparet, quum simpliciter ostendat quorsum & quomodo ipse velit recipi. Nam tẽpus est audiendi, & tempus agendi. Notat autẽ Christus in eo Marthã, tum quòd satagendo modũ excederet, tum quòd seipsam distrahens, & superfluis laboribus se occupans, inutilem sibi reddebat Christi adventum.

[b] Ad verb. turbaris. indicatur siquidem turbidæ operæ solicitudo.

[8] F. Syr. animã tuam.

[9] F. Syr. staret, consisteret, vel subsisteret. tãquam in corpore conservata.

[10] F. id est, unguẽtum, μυρον. Hebraismus.

[11] F. Syr. sedit sibi. Pleonasmus frequẽs, ut Exodi 24. 14.

[12] Id est, Admodum anxia erat, & laborabat in apparãdo convivio.

[c] Præclara sententia, qua monemur omnia officia, & omnes partes vitæ nostræ destinare in eum finem ut Deo serviamus. [d] Nulla est hîc comparatio, ut multi interpretes somniant: sed tantùm pronunciat Christus Mariam in sancto & utili studio occupari, unde abstrahi non debeat.

CAPUT UNDECIMUM.

[1] *Docet Apostolos orare.* [14] *Dæmonium mutum ejicit.* [27] *Mulier è turba vocem extollens.* [29] *Judæi signa petunt.* [37] *A Pharisæo invitatus, externam sanctimoniæ larvam increpat.*

ET factum est, ut quũ ipse oraret quodam in loco, postquam cessasset, diceret ei quidam ex ejus discipulis, Domine, doce nos orare prout & [a] Johannes docuit discipulos suos.

ET factum est ut quum oraret in loco quodam, quum absolvisset, dixerit ei unus ex discipulis ejus, Domine noster, doce nos orare, sicut etiam Juchannan docuit discipulos suos.

[a] Probabile est Johannem ex variis scripturæ locis certam aliquam precationem confecisse, quæ tempori congrueret, ac propiùs accederet ad spirituale Christi regnum, quod jam patefieri cœperat.

2 Dixit eis Jeschua, Quum oratis vos, sic estote dicentes, PATER noster qui es in cælis, sanctificetur nomen tuum, veniat regnum tuum, fiat voluntas tua, ut in cælis etiam in terra.

3 Da nobis panem [1] quo opus habemus quotidie.

4 Et remitte nobis peccata nostra: nam etiam nos remittimus omnibus debentibus nobis. Et ne inducas nos in tentationem, sed serva nos a malo.

5 Et dixit eis, Quis est ex vobis cui sit amicus, & proficiscatur ad eum in medio noctis, & dicat ei, Amice mi, accommoda mihi tres placentas:

6 Quia amicus venit ad me de via, & nõ est mihi aliquid quod apponam ei.

7 Et ille amicus intùs respondeat, & dicat ei, Ne molestus sis mihi: quia ecce, ostium clausum est, & filii mei mecum sunt in lecto: non possum surgere, & dare tibi.

8 Dico vobis quòd si propter amicitiã non dederit ei, propter instantiam surget, & dabit quantum opus est ei.

9 Etiam dico vobis, Petite, & dabitur vobis: quærite, & invenietis: pulsate, & aperietur vobis.

10 Omnis enim qui petit, accipit: & qui quærit, invenit: & qui pulsat, aperitur ei.

11 [2] Quis enim ex vobis *est* pater, à quo petit filius panem, numquid lapidem porrigit ei? & si piscem petierit ab eo, nũquid pro pisce serpentem porrigit ei?

12 Et, si ovum petierit ab eo, nunquid ipse scorpionem porriget ei?

13 Et, si vos qui mali estis nostis dona bona dare filiis vestris, quanto magis Pater vester e cælis dabit Spiritum sanctum iis qui petunt a se?

14 Et quum ejiceret dæmonium quod erat mutum, factũ est ut quum egressum esset illud dæmoniũ, loqueretur ipse mutus: & miratæ sunt turbæ.

15 Quidam autem ex iis dixerunt, Per Beel-Zebub principẽ dæmoniorum ejicit iste dæmonia.

16 Alii verò tentantes eum, signum e cælo petebant ab eo.

17 Jeschua autem, qui sciebat cogitationes eorum, dixit eis, Omne regnum quod dividitur contra seipsum, desertum reddetur: & domus quæ contra seipsam dividitur, cadit.

18 Et si Satanah contra seipsum divisus est, quomodo stabit regnum ejus? quia dicitis quòd per Beel-Zebub ejicio dæmonia.

19 Et, si ego per Beel-zebub ejicio dæmonia, filii vestri per quem ejiciunt? propter hoc erunt vobis judices.

20 Si autem per digitum Dei ejicio dæmonia, [3] appropinquavit ad vos regnum Dei.

21 Quum fortis armatus custodit atriũ suum, in tranquillitate est possessio ejus:

22 Si verò veniens is qui fortior est eo, vicerit eum, universam armaturam ejus tollit in qua confidebat, & prædam

[1] Rationem cur ita vertimus vide Matthæ. 6. 11.

[2] f. Syr. quis enim ex vobis pater, quũ petet ab eo filius panem, *recusset?* nũquid lapidem porrigit ei? Ellipsis contrarii, de qua Matth. 7. 9.

[3] f. Syr. appropinquavit sibi.

2 [b] *Dixit autem eis, Quum oratis, dicite, PATER noster qui es in cælis, sanctificetur nomen tuum: veniat regnum tuum: fiat voluntas tua, sicut in cælo, ita etiam in terra.

3 Panem nostrum quotidianum da nobis [c] in diem.

4 Et remitte nobis peccata nostra: nam & ipsi remittimus cuivis nobis aliquid debenti. Et ne nos inducas in tentationem, sed libera nos ab illo improbo.

5 [d] Dixit etiam eis, Quis vestrũm habebit amicum, & proficiscetur ad eum media nocte, & dicat ei, Amice, da mihi mutuò tres panes:

6 Quoniam amicus meus venit de via ad me, & non habeo quod apponam ei.

7 Et ille intùs respondens dicat, Ne mihi molestias præbe: jam ostiũ clausum est, & pueruli mei mecum sunt in cubili: non possum surgere & dare tibi.

8 Dico vobis, etiamsi non dederit ei experrectus, eo quòd amicus ejus sit: at certè propter [e] importunitatẽ ejus experrectus dabit ei quotquot sunt ei opus.

9 *Et ego dico vobis, Petite, & dabitur vobis: quærite, & invenietis: pulsate, & aperietur vobis.

10 *Quisquis enim petit, accipit, & qui quærit, invenit: & pulsanti aperietur.

11 * Ecquis autẽ ex vobis pater, *si* filius *ab eo* petierit panem, lapidem ei dabit? aut si piscem, num pro pisce dabit ei serpentem?

12 Aut si petierit ovum, num dabit ei scorpium?

13 Si vos igitur qui mali estis, nostis bona dona dare liberis vestris, quanto magis Pater vester cælestis dabit Spiritũ sanctum petentibus ab ipso?

14 [f] *Ejecit etiam dæmonium quod erat mutum: factum est autem, egresso dæmonio, loquutus est ille mutus, & mirata est turba.

15 Quidam verò ex eis dixerunt, * Per Beelzebulem principem dæmoniorum ejicit dæmonia.

16 Et alii *eum* tentantes, signum e cælo petebant ab eo.

17 [g] Ipse verò quùm nosset cogitationes eorum, dixit eis, *Omne regnum dissidẽs adversus sese, vastatur: & domus adversus sese *dissidens* cadit.

18 Quòd si etiam Satanas adversus seipsum dissidet, quomodo stabit regnum ejus? Nã dicitis, [h] per Beel-zebulem ejicere me dæmonia.

19 Quòd si ego per Beel-zebulem ejicio dæmonia, filii vestri per quẽ ejiciunt? propterea ipsi erunt vestri judices.

20 Sin autem [i] digito Dei ejicio dæmonia, nempe antevertens pervenit ad vos regnum Dei.

21 Quum validus quispiã armatus custodit [k] aulam suam, in pace sunt quæ ipsi suppetunt:

22 [l] Postquam verò quispiam eo validior superveniens vicerit eum, totã armaturam ejus tollit qua confidebat, & spolia

[b] B. Veræ precationis formula. *Matth. 6. 9.

[c] Id est, quantum in hunc diẽ opus est, non ut honestam curam tuendæ hujus vitę nobis eximat, sed solicitudinem illam anxiã qua plerique se conficiunt.

[d] B. Precãdum est cum fide.

[e] Ad verbum, impudentiam: ea verò impudentia, de qua hoc loco agitur, in vitio poni non debet, sed maximè Deo commẽdatur, qui talem importunitatem probat. *Matt. 7. 7. & 21. 22. Marc. 11. 24. Joh. 14. 13. & 16. 23. Jacob. 1. 5. *Matth. 7. 9. *Matt. 9. 32. & 12. 22. Mar. 3. 20.

[f] B. Exemplum horrendæ & insanabilis excæcationis, quum mala conscientia & destinata malitia virtus Dei blasphematur. *Matth. 9. 11. & 12. 22. Mar. 3. 10. *Matth. 9. 24. Mar. 3. 22.

[g] B. Dignoscẽdi veri Christi à falso hęc vera ratio est, quòd verus Christus cum Satana nulla prorsus cõditione pacisciturr. Superest autem ut cognitus agnoscatur. *Matth. 12. 25. Mar. 3. 24.

[h] In nomine vel auctoritate Beelzebulis.

[i] i. virtute Dei, Exod. 8. 19. vel Spiritu Dei, Matth. 12. 28. quod Basilius in Eunomium adnotavit.

[k] i. regiam suã. aula enim declarat locum apertum & vacuũ ante ædes expositũ. trãsfertur autem ad ædes potẽtum.

[l] Argumento ab impossibili probat Christus Satanam à Satana ejici nõ posse propter æqualem in diabolis potentiam: sed probat Beelzebulem potiùs esse captivum & à se victum, quàm adjutorem suum: Quum enim Christus expellit angelos Beelzebulis ab hominibus, quid aliud agit, quàm quòd incurrit in fines regni ipsius Beelzebulis, ac diripit arma ejus, ac dividit spolia ejus?

ejus dist

ejus distribuit.

23 [m] Qui non est mecum, adversum me est: & qui non congregat mecum, spargit.

24 [n] * Quum impurus spiritus exierit à quopiam, transit per arida loca, quærens requiem: & non inveniens, dicit, Revertar domum meam unde exivi.

25 Veniens igitur invenit eam versam & ornatam.

26 Tunc proficiscitur & assumit septem alios spiritus improbiores quàm sit ipse, & ingressi habitant illic: * fitq; ultima conditio hominis illius deterior priore.

27 [o] Factum est autem quum hæc diceret, attollens vocem quædam mulier e turba, dixit ei, Beatus venter qui te portavit, & ubera quæ suxisti.

28 Ipse autem dixit, [p] Imò verò beati [q] qui audiunt sermonem Dei, [r] & eum observant.

29 [s] * Quum autem turba aggregaretur apud eum, cœpit dicere, Gens ista improba est: signum requirit: sed signum non dabitur ei, nisi signum illud * Jonæ Prophetæ.

30 Nam prout fuit Jonas signum Ninevitis, ita etiam erit Filius hominis isti genti.

31 * Regina Austri surget in judicio cũ viris gentis hujus, & condemnabit eos: quòd venerit ab ultimis terris ut audiret sapiẽtiam Solomonis: & ecce, plus quàm Solomon *est* hoc in loco.

32 Viri Ninevitæ exsurgent in judicio cum gente ista, & condemnabunt eam: * quòd ad præconium Jonæ resipuerint: & ecce plus quàm Jonas *est* hoc in loco.

33 [t] * Nullus verò si lucernam accenderit in occulto *loco* ponit *eam*: neque subter modium: sed in candelabrum, ut qui ingrediuntur, splendorem cernant.

34 * Lucerna corporis est oculus: quum igitur oculus tuus fuerit simplex, totum quoque corpus tuum lucidum erit: quum verò malus fuerit, etiam corpus tuum tenebrosum erit.

35 Considera ergo num lumen quod in te est, tenebræ sint.

36 Itaque si corpus tuum totum lucidũ *fuerit*, non habens aliquam partem tenebrosam, erit lucidum totum, ut quum lucerna fulgore te illustrat.

37 [v] Quum autem *hæc* loquutus esset, rogavit eum quidam Pharisæus ut pranderet apud se. [x] Ingressus igitur recubuit.

38 Pharisæus verò quum *hoc* vidisset, admiratus est eum non priùs ablutũ fuisse ante prandium.

39 Dixit autem ei Dominus, * Vos quidem Pharisæi exteriorem poculi patinæq; partem purificatis: sed quod intra vos est, plenum est rapina & improbitate.

40 Desipientes, [y] nónne qui fecit quod foris est, [z] etiam id quod intùs est fecit?

ejus dividit.

23 Qui non est mecum, contra me est: & qui non colligit mecum, [4] dispergendo dispergit.

24 Spiritus impurus quum egressus est à filio hominis, abiens circumit loca in quibus aquæ non sunt, ut quærat sibi requiem: & quum non invenit, dicit, Revertar in domum meam unde exivi.

25 Et si veniat, invenit eam quòd est decens & parata.

26 Tunc abiens ducit septem spiritus alios qui pejores sunt quàm ipse, & ingrediuntur, & habitant illic: & fit finis filii hominis illius pejor quàm principium ejus.

27 Et quum hæc loqueretur, sustulit mulier quædam vocem suam e turba, & dixit ei, [5] Beatus venter qui portavit te, & ubera quæ lactaverunt te.

28 Dixit ei ipse, Beati illi qui audierunt sermonem Dei, & custodierunt eum.

29 Et quum congregatæ essent turbæ, cœpit dicere, Generatio hæc mala signum quærit: & signum non dabitur ei, nisi signum Jaunan Prophetæ.

30 Sicut enim fuit Jaunan signum Ninivitis, sic erit etiam Filius hominis generationi huic.

31 Regina Austri surget in judicio cum viris generationis hujus, & condemnabit eos, quòd venerit a limitibus terræ ut audiret sapientiam Schelimun, & ecce excellentior quàm Schelimun, hîc.

32 Homines Ninivitæ surgent in judicio cum generatione hac, & condemnabunt eam, qui conversi sunt per prædicationem Jaunan: & ecce, excellẽtior quàm Jaunan hîc.

33 Nemo lucere facit lucernam, & ponit eam in abscondito aut subter modium, sed supra candelabrum: ut ii qui ingrediũtur videant lumen ejus.

34 Lucerna corporis tui est oculus tuus. Quum igitur oculus tuus simplex *fuerit*, etiam totum corpus tuum erit lucidum: si autem fuerit malus, corpus quoque tuũ erit tenebrosum.

35 Cave igitur ne lumen quod in te est, tenebræ sint.

36 Si autem totum corpus tuum lucidum sit, & non sit in eo pars aliqua tenebrosa, erit lucidum totum, quemadmodum lucerna, quum ardet, illuminat te.

37 Quum autem loqueretur, petiit ab eo Pharisæus quidam ut convivaretur apud se: & ingressus accubuit.

38 Ille autem Pharisæus quum vidisset eum, miratus est quòd non priùs lavisset ante [6] refectionem suam.

39 Dixit autem ei Jeschua, Nunc vos Pharisæi quod externum est poculi & patinæ mundatis: internum autem vestrum plenum est rapina & malitia.

40 Carentes mente, nónne qui fecit id quod est foris, etiam id quod intùs est fecit?

[m] 2. Adversus mediatores q Christum cum Satana saltem ad tempus cõciliandi rationem quærunt.

[n] 2. Qui non perseverat, pejore est conditione quàm qui numquã cœpit.

* *Matth.12.45.*

* *Heb.6.4. 2.Pet.2.20.*

[o] 2. Christus nõ captat laudem in sese, sed in nostra salute.

[p] Μενοῦνγε, ista conjũctio neque negat quã dictũ est, neq; reticet: sed infert quod certius est: corrigit enim Christus sermonẽ mulieris.

[q] Cælestis vitę & æternæ beatitudinis fiunt participes, qui fide verbũ amplexi fuerint. Clavis enim regni cælorũ est, gratuita Dei adoptio, quam nos ex verbo concipimus.

[r] Tenenda est ista copula, quòd primò audire, deinde & servare verbũ Dei oporteat. Nam fides est ex auditu. Rom.10. 17. hinc etiam sumendum est exordiũ spiritualis vitæ.

[s] 2. Præposteri miraculorum flagitatores, pro miraculis pœnas auferent.

* *Matth.12.38.*

* *Jonæ 2.1.*

* *1.Reg.10.1. 2.Par.9.1.*

* *Jonæ 3.5.*

[t] 2. Ideo accendũtur mẽtes cognitione Dei, ut alii aliis præluceamus, ac proinde laborandũ in primis de vera illa luce petenda.

* *Sup.8.16. Matth.5.15. Mar.4.21.*

* *Matth.6.22.*

[v] 2. Cultus Dei non in externa munditie & excogitatis ritibus, sed in spiritualis cordis justitia & charitate positus est.

[x] Non ut comessationes sectaretur cõviviis adesse solebat Dominus noster, sed ut quoquo modo posset, venaretur occasionem docendi verbi Dei.

[4] Hebraica anadiplosis plena emphasi, pro Omnino disperget.

[5] Sic quidam Rabbi Juchãnan filius Zaccai, quum vellet unum ex discipulis suis laudare, his verbis vsus, dixit אשרי יולדתו, Fœlicem illã quæ te genuit: vide in tractatu Talmudico פרקי אבות.

[6] 2. vel prandium suum, ut est in Græco.

* *Matth.23.25.*

[y] Pharisæorum stultitiam hac ratione coarguit Christus, quòd Deus, quia interiorem animam non minùs quàm corpus creavit, sola externa specie placari nequeat.

[z] Subaudi, Cur ergo utraque munda ut sint non curatis?

41 Verumtamen

41 Verumtamen id quod adest, date in eleemosynam: & ecce, omnia munda sunt vobis.

42 Sed væ vobis Pharisæis qui decimatis mentham & rutam & omne olus, & pertransitis judicium & amorem Dei. Hæc autem oportebat ut faceretis, & illa non omitteretis.

43 Væ vobis Pharisæis qui amatis præcipuum consessum in synagogis[7] & salutationem in plateis.

44 Væ vobis[8] Legisperitis & Pharisęis hypocritæ, qui estis sicut sepulcra quæ nõ sunt nota, & filii hominis ambulant super ea, & ignorant.

45 Et respondit unus ex Legisperitis, & dixit ei, Præceptor, quum hæc dicis, etiam nos ignominia afficis.

46 Ipse autem dixit, Etiam vobis Legisperitis væ, qui oneratis filios hominis sarcinis gravibus, & uno ex digitis vestris non attingitis illas sarcinas.

47 Væ vobis qui ædificatis sepulcra prophetarum quos patres vestri occiderunt.

48 [9]Testamini igitur [10] quòd eligitis opera patrum vestrorum: quoniam illi interfecerunt eos, & vos ædificatis sepulcra eorum.

49 Propter hoc etiam sapientia dixit, Ecce, ego mitrã ad eos prophetas & [11] legatos: ex ipsis persequẽtur & interficient:

50 Ut requiratur sanguis omnium prophetarum qui effusus fuit ex quo creatus est mundus, a generatione ista:

51 A sanguine Habil usq; ad sanguinem Zacharja illius qui interfectus fuit inter templum & altare: etiam dico vobis quòd requiretur a generatione ista.

52 Væ vobis Legisperitis, qui sustulistis claves scientiæ: ipsi non ingressi estis, & eos qui ingrediebantur prohibuistis.

53 Et quũ hæc diceret eis, cœperũt Legisperiti & Pharisæi indignari: & irascebantur, & [12] aucupabantur sermones ejus:

54 Et insidiosè agebant cum eo in multis, quærentes carpere aliquid ex ore ejus, ut possent accusare eum.

7 Ad verbum, Pacem: ut etiã notatum. Hebraismus.

8 F. vel, Legisperiti & Pharisæi, ut Græca verba habent.

9 F. vel, Testes igitur estis, & approbatis seu delectamini operibus patrum v.

10 Id est, Approbatis opera patrum vestrorum.

11 F. vel Apostolos.

12 Syra vox est à תכס deducta: quod vocabulũ Rabbi Salomo, Hebræus interpres, exponit pro voce שפשף, Visco avibus insidiari.

41 Immo, [a] ea quæ penes vos sunt date *in* eleemosynam: & ecce, omnia erunt vobis munda.

42 [b] Sed væ vobis Pharisæis, qui [c] decimatis mentham & rutam, & [d] quodvis olus, sed præteritis [e] judicium & charitatem Dei. Hæc autem oportuit facere, & illa non omittere.

43 [f] *Væ vobis Pharisæis, qui diligitis primum consessum in conventibus, & salutationes in foris.

44 [g] *Væ vobis Scribæ & Pharisæi hypocritæ: qui estis ut monumenta quę non apparent, & *quæ* nesciunt ii qui super *ea* ambulant.

45 Respondens autem quidam ex Legis interpretibus, ait ei, Magister, quũ hęc dicis, etiam nos afficis injuria.

46 [h] Ipse autem ait, *Væ vobis quoque Legis interpretibus, quoniam oneratis homines oneribus difficilibus portatu, sed ipsi uno ex digitis vestris non attingitis onera.

47 Væ vobis: quoniam ædificatis monumenta Prophetarum, patres autẽ vestri interemerunt eos.

48 Nempe [i] testimonio vestro vltrò consentitis factis patrum vestrorum: quoniam illi quidẽ eos interemerunt, vos autem ædificatis eorum monumenta.

49 Propterea etiam Sapientia Dei dixit, Mittã ad eos Prophetas & Apostolos, & ex ipsis *quosdam* interiment, & *quosdam* [k] expellent.

50 Ut a gente ista [l] requiratur sanguis omnium Prophetarũ effusus a jacto mundi fundamento,

51 * A sanguine Abel usque ad sanguinem * Zachariæ, qui periit inter altare & ædem: profectò, dico vobis, requiretur ab hac gente.

52 [m] Væ vobis Legis interpretibus, quoniam [n] sustulistis clavem cognitionis: ipsi non introistis, & eos qui introibant prohibuistis.

53 [o] Quum autem hæc eis diceret, cœperunt Scribæ & Pharisæi vehemẽter *ipsi* imminere, & eum [p] allicere ad loquẽdum de multis,

54 Insidiantes ei, & cupidè venantes aliquid ex ipsius ore, ut eum accusarent.

a i. pro facultatibus vestris (quasi dicat) vestris rapinis quæ impediebant quo minus pũri vesci possetis, opponatur charitas qua ex iis quę vobis supperunt, liberales sitis in egenos. sic futurũ est ut sanctificetur quod intra patinã est, etiam si patina abluta non fuerit.

b B. Hypocritarum est minuta persequi, præcipua omittere.

c Decimã partẽ ex Dei lege persolvendam deciditis.

d i. omne genus olerum, ut explicat Augustinus in Enchir. ad Laurent. cap. 99. ubi simili ratione docet explicandũ quod ait Paulus 1. ad Timoth. 1. 4. Deum velle omnes salvos fieri.

e Id est, quod justum & æquum est: cõplectitur autẽ judicium præcepta secundæ tabulæ, charitas autẽ Dei primam.

f B. Hypocrisis & ambitio plerumque conjunctæ.

*Infrà 20.46. Matth.23.6. Mar.12.38.

g B. Hypocritę externo aspectu fallunt.

*Matth.23.27.

h B. Hypocritæ in alios severissimi, omnia sibi indulgẽt.

*Matt. 23.4. Act.15.10.

i Quum furentes persequamini Dei servos, idque patrum vestrorum exemplo, etiamsi pietatis studium prætexatis, revera tamen dum Prophetarum monumenta exornatis, trophæa avitæ crudelitatis erigitis. k Ita insectabuntur ut tandem expellant. l Id est, ut ratio à vobis reposcatur, atque adeò pœnæ exigantur sufi sanguinis Prophetarum. * Gen.4.8. * 2. Par. 24.21. m B. Jampridem ii præcipuè arcent populum ab aditu cognitionis Dei, quos oportuit esse Ecclesiæ janitores. n Abscondistis & sustulistis è medio, ut nusquã compareant. o B. Evadit quidem mundus eo deterior quo magis reprehenditur, sed nihilominus minimè prodenda veritas. p Variis propositis quæstionibus aliquid ex ore elicere, quod insidiando carpere possent.

CAPUT DUODECIMUM.

1 Fermentum Pharisæorum. 5 Quis timendus. 8 Confiteri Christum. 16 Parabola divitis cujus agri exuberârant. 22 Terrenorum cura despicienda. 31 Regnum Dei quærendum. 39 Christi adventus, ut furis in nocte. 51 Dissidia ob Evangelium.

ET quum congregatæ essent multitudines turbarum magnæ, adeò ut cõculcarent [1] alius alium, cœpit Jeschua dicere discipulis suis, [2] Primùm cavete vobis ipsis a fermento Pharisæorum, quod est [3] hypocrisis.

2 Non est autem quicquam quod latet, quod non sit revelandum: neque occultum, quod non sit cognoscendum.

INtereà [a] * quum aggregata esset [b] permultà turba, adeò ut alii alios conculcarent, cœpit dicere discipulis suis, [c] In primis cavete vobis à fermento Pharisæorum, quod est hypocrisis.

2 *Nihil enim opertum est, quod non detegatur: & *nihil* occultum, quod non innotescat.

1 Ad verb. Ilnus unũ. Hebraismus.

2 F. vel in primis, antè omnia.

3 Ad ver. Acceptio vultus. Hebraismus.

a B. Fidelibus doctoribus cõstitutis cavendi sunt inprimis qui puritatẽ doctrinæ speciosis commentis inficiunt: deinde danda opera ut palàm & intrepidè auxilio Dei freti, sinceram doctrinã proponant.

*Matth.16.6. Mar.8.14. b Ad verbũ, populi myriades numerus certus pro incerto, i. multitudo innumerabilis. c De impẽdẽtibus periculis monet, quoniã improvisa vehemẽtiùs feriunt. *Matt.10.26. Mar.4.22. supra 8.17.

3 Propterea quæ in tenebris dixistis, in luce audientur: & quod in aurem loquuti estis in conclavibus, prædicabitur in solariis.

4 * [d] Dico autem vobis [e] amicis meis, Ne metuite *vobis* ab iis qui interimunt corpus, & posteà non habent quod ampliùs faciant.

5 Præmonstrabo autem vobis quem metuatis: metuite eum qui postquam interemit, auctoritatem habet conjiciendi in gehennam: utique, dico vobis, hunc metuite.

6 *Nónne quinque passerculi væneunt assariis duobus? & *tamen* unus ex iis non est in oblivione in conspectu Dei?

7 *Quinetiã capilli capitis vestri omnes numerati sunt. ne igitur metuite: multis passerculis præstatis.

8 [f] *Dico autem vobis, Quisquis me agnoverit coram hominibus, Filius quoque hominis agnoscet eum coram Angelis Dei.

9 Qui verò me abnegaverit in conspectu hominum, abnegabitur in conspectu Angelorum Dei.

10 * Et quisquis loquutus fuerit adversus Filium hominis, ei remittetur: ei verò qui adversus Spiritum sanctum blasphemaverit, non remittetur ei.

11 [g] * Quum autem adduxerint vos ad synagogas & ad magistratus ac potestates, ne soliciti estote quomodo aut quid pro defensione allaturi, aut quid dicturi sitis:

12 Spiritus enim sanctus docebit vos eo ipso momento, quæ oporteat dicere.

13 [h] Dixit autem ei quidam e turba, Magister, dic fratri meo ut partiatur mecum hæreditatem.

14 Ipse verò dixit ei, [i] Heus tu, quis me vobis judicem aut partitorem præfecit?

15 Dixit igitur eis, Videte, & cavete ab [k] avaritia. nec enim cujusquam [l] vita ex iis quæ ipsi suppetunt, in eo sita est ut redundet.

16 [m] Dixit autem eis parabolam in hæc verba, *Hominis cujusdam divitis exuberârat [n] regio:

17 Itaq; [o] ratiocinabatur apud se, dicens, Quid faciam? nec enim habeo ubi cõgregem fructus meos.

18 Et dixit, Hoc faciam: destruam horrea mea, & majora ædificabo: & illic cogam omnes proventus meos, & bona mea:

19 Et dicam animæ meæ, Anima, habes multa bona reposita in annos multos: requiesce, ede, bibe, [p] oblectare.

20 Dixit autem ei Deus, Desipiens, hac nocte animam tuam [q] repetunt abs te: quę verò parasti cujus erunt?

21 Ita *est* qui thesaurum recondit [r] sibi, nec est in Deo dives.

22 [s] Dixit autem discipulis suis, *Pro-

3 Quicquid enim in tenebris dixistis, in luce audietur, & quod in cubiculis in aurem mussitastis, super tecta prædicabitur.

4 Dico autem vobis amicis meis, Ne timeatis ab iis qui occidunt corpus: & posteà non est eis aliquid amplius ad faciendum.

5 Ostendam autem vobis à quo timeatis, ab eo qui postquam interfecerit, potestatem habet injiciendi in gihannah: etiã dico vobis ut ab hoc timeatis.

6 Nónne quinque passeres emuntur duobus [4] assir, & unus ex illis [5] non [6] fallit conspectum Dei?

7 Vestrûm autem etiam capilli cæsariei capitis vestri omnes numerati sunt. Ne igitur timueritis: nam multitudine passerum præstantiores estis vos.

8 Dico autem vobis quòd omnis qui confessus fuerit me coram filiis hominis, etiam Filius hominis confitebitur eũ coram Angelis Dei:

9 Qui autem negaverit me coram filiis hominis, negabitur coram angelis Dei.

10 Et omnis qui dixerit sermonẽ contra Filium hominis, remittetur ei: qui autem contra Spiritum sanctum blasphemaverit, non remittetur ei.

11 Quum autem obtulerint vos in synagogis coram principibus & potestatem habentibus, ne soliciti sitis [7] quomodo proferatis defensionem, aut quid dicturi sitis.

12 Spiritus enim sanctus docebit vos in illa hora id quod oportet ut dicatis.

13 Dixit autem ei quidam ex ea turba, Præceptor, dic fratri meo *ut* dividat mecũ hæreditatem.

14 Jeschua autem dixit ei, Homo, quis constituit me super vos judicem & divisorem?

15 Et dixit discipulis suis, Cavete ab omni avaritia. quia nequaquam in abundãtia facultatum est vita.

16 Et dixit parabolam ad eos, Homini cuidam diviti produxerat eius solum proventus multos.

17 Et cogitabat apud se, & dicebat, Quid faciam, quum non sit mihi ubi coacervem proventum meum?

18 Et dicebat, hoc faciam, destruam [8] repositoria mea, & ædificabo ac faciam majora ea, & coacervabo illic omne frumentum & bona mea:

19 Et dicam animæ meæ, Anima mea, sunt tibi bona multa: requiesce, comede, bibe, exsulta.

20 Dixit autem ei Deus, O carens mẽte, hac nocte animam tuam [9] quærent abs te: & hæc quæ parasti cui erunt?

21 Sic est is qui thesaurizat sibi thesauros, & in Deo non est dives.

22 Et dixit discipulis suis, Propter hoc

* *Matth.10.28.*
[d] B. Etiãsi hypocritæ principes habeant suæ crudelitatis ministros, nulla tamen causa est cur vel tantillùm trepidemus, quum illi nihil possint nisi quod Deus volet, nec unquam velit Deus quod repugnet suorũ saluti.
[e] Amicos eos vocat, ut consolationem in adversis capiant.
* *Matth.10.29.*
* *Act.27.38.*
[f] B. Ingens cõstantis confessionis merces, horrenda abnegationis pœna, atque adeò irrevocabilis pœna, si dedita opera ore & animo blasphemetur cognita veritas.
* *Suprà 9.26. Matth.10.32. 2.Tim.1.12.*
* *Matt.12.31. Mar.3.28. 1.Joh.5.16.*
[g] B. Magnum est confessionis certamen, sed vel infirmissimis certantibus non deerit suo tẽpore qui omnia potest.
* *Matth.10.19. Mar.13.11.*
[h] B. Christus tribus de causis recusat esse familiç herciscundæ judex: primò, ne carnalem Judæorum de Messiæ regno opinionẽ foveat: secundò, ut politicum imperium ab Ecclesiastico ministerio distinguat: tertiò, ut iis occurrendũ doceat qui Evangelii prętextu, atque adeò ministrorum nomine ad priva ta sua cõmoda abutuntur.
[i] Nimis insulsè Anabaptistæ ex hac respõsione inferũt, nõ licere homini Christiano hæreditates partiri, se interponere forensibus negotiis, vel aliquod civile munus obire. Neque enim Christus à reipsa arguit, sed à sua vocatione: quia enim ordinatus erat à patre in alium finem: se judicem esse negat, quia non habeat tale mandatum.
[k] Πλεονεξία declarat immodicam illam omnem acquirendi cupiditatem, quæ sæpiùs fit cum aliorum detrimento.
[l] Id est, Deus (non bona) auctor est & idem conservator vitæ.
[m] B. Nulli dementiores quàm divites, qui ab opibus suis pendent. * *Ecc.11.19.*
[n] Is enim hoc loco describitur, qui non fundum quempiam, sed totam aliquam regionem possideat, ut solent ii qui domum domo, agrum agro conjungunt. Esai.5.8.
[o] Id est, rationes suas apud se subducebat. proprìè dictum in avaros, qui totam vitam in iis nugis transigunt.
[p] Animo sis læto atque hilari.
[q] Quamquam verbum *repetunt* pluralis est numeri, quia tamen indefinitũ est, nihil aliud significat quàm alieni juris esse quam dives in manu sua vitam esse ducebat.
[r] Sese respiciens, aut seipso fretus.
[s] B. Seria cogitatio de providentia Dei, remedium præbet adversus stultissimas & maximè anxias hominum de hac vita solicitudines. * *Matth.6.25. 1.Pet.5.7. Psal.55.23.*

[4] De valore assir, vide annotationem quæ est in fine Marci 12.
[5] Id est, Deum latere non potest.
[6] B. vel oblivioni traditur, significatione Syra.
[7] Ad verb. Quomodo proferatis dilatationem, sive respirationẽ, hoc est rationes quibus vos ab oppressione calumniatorum sublevetis. B. vel quomodo efferatis spiritum, id est, sermonem enuncietis, qui ferè intercipitur reis aut periculorũ metu, aut magistratuum amplitudine & specie. Sic accepisse videtur ἀπολογίαν. sic infrà 21.14.
[8] Ad verb. Locum capsarum mearum. Vox אוצר proprìè significat arcã in qua reconduntur vestes vel aliç res pretiosæ: & alludit ad capsam, Latinam vocẽ, à qua fortassis desumta est: sed dilatatur ejus significatio, ut latiùs hîc pateat quàm apud Latinos, quum etiam ad provẽtuum repositoria accõmodetur. B. etsi ne hic quidem usus antiquis auctoribus Latinis fuit insolens. Sic enim Tullius in Vertẽ nõobscurè loquutus est, & capsellam pro repositorio frumenti Jurecos. nominat l. quæsitũ. 12. ff. de fund. instru. Est enim capsus & capsa à capiẽdo dicta, ἀπὸ τοῦ χωρεῖν.
[9] B. i. quæretur, reposcetur, recipietur, impersonaliter. Hebraism. sic versu 48.

vobis dico, ne ſoliciti ſitis animæ veſtræ quid comedetis, neque corpori veſtro quid induetis.

23 Anima enim præſtantior eſt quàm eſca, & corpus *præſtantius* quàm veſtimentum.

24 Conſiderate corvos qui non ſerunt neque metunt, neque ſunt eis [10] cubicula & repoſitoria, & Deus nutrit eos. Quanto igitur vos præſtantiores eſtis volucribus?

25 Quis autem ex vobis, quum ſolicitus eſt, poteſt addere ad ſtaturam ſuam cubitum unum?

26 Si verò etiam minimum non poteſtis, quid pro reliquo ſoliciti eſtis?

27 Conſiderate lilia quomodo creſcunt: & non laborant, neque nent: dico autem vobis quòd ne Schelimun quidem in omni ſua gloria amictus fuit ſicut unum ex illis.

28 Si autem gramen, quod hodiè eſt in agro, & cras ruit in clibanum, Deus ſic veſtit, quanto magis vos, puſilli fide?

29 Et vos ne quæratis quidnam comedetis, & quid bibetis: neque diſtrahatur cogitatio veſtra in iſtis.

30 Hæc enim omnia populi hujus mũdi quærunt: vobis autem quoq; Pater veſter novit quòd neceſſaria ſunt hæc.

31 Quin potiùs quærite regnum Dei, & hæc omnia adjicientur vobis.

32 Ne timeas [11] grex puſille, quia vult pater vobis dare regnum.

33 Vendite poſſeſſionẽ veſtram, & date [12] eleemoſynam. Facite vobis crumenas quæ non veteraſcunt, & theſaurum qui [13] non tranſit, in cælo: quò fur nõ accedit, & tinea non corrumpit.

34 Ubi enim eſt theſaurus veſter, ibi etiam erit cor veſtrum.

35 Sint accincti lumbi veſtri, & lucentes lucernæ veſtræ.

36 Et eſtote ſimiles hominibus qui exſpectant dominum ſuum, quando revertetur à domo convivii, ut quum venerit & pulſaverit, illicò aperiant ei.

37 Beati ſunt ſervi illi quos quũ venerit dominus eorum, invenerit quoque vigilantes. Ammin dico vobis, quòd accinget lumbos ſuos, & accumbere faciet eos, & tranſiens miniſtrabit eis.

38 Et ſi in cuſtodia ſecũda aut tertia venerit, & invenerit ita, beati ſunt ſervi illi.

39 Hoc autem ſcitote, quòd [14] ſi ſciviſſet dominus domus in qua cuſtodia vẽturus erat fur, vigilaſſet, neque ſiviſſet ut aperiretur domus ſua.

40 Etiam vos igitur eſtote parati, quia ea hora qua non putatis veniet filius hominis.

41 Dixit ei Schemeun Cipha, Domine noſter, ad nos dicis tu parabolam hanc, an etiam ad omnem hominem?

42 Dixit ei Jeſchua, Quiſnam eſt [15] diſpenſator fideiis & prudens, quem conſtituit dominus ejus ſuper famulitium ſuũ, ut det portionem *cibi* in tempore ſuo?

[10] F. vel cellę, ex Ezechiele.

[11] Legitur quoque גודי pro puſillo grege, in paraphraſte Chaldæo, 1. Reg. 20 27.

[12] Obſervatione dignũ quòd Hebræis, Chaldæis & Syris צדקה & צדקתא Juſtitia dicatur eleemoſyna, quo docent munificẽtiam erga inopes, eſſe juſtitię nõ poſtremã partem, quæ etiã Lege diſtrictè præcipitur Deut. 15. Remanſit autem ejuſdem nominis uſus in novo quoque teſtamento, 2. Cor. 9. & in Evangelio pluribus locis occurrit.

[13] Nam נכר idem ſignificat quod עבר.

[14] F. vel ſi ſciret paterfamiliâs qua hora fur venturus eſſet, vigilaret, &c.

[15] Ad verb. Qui nutrit familiã, vel nutritius familiæ. Elegãs paraphraſis diſpẽſatoris, ab ejus munere.

ptereà dico vobis, ne ſoliciti eſtote de anima veſtra, quid eſuri ſitis, neq; de corpore, qua re ſitis induendi.

23 Anima plus eſt quàm alimentum, & corpus quàm indumentum.

24 Conſiderate corvos neque ſerere, neque metere: quibus non eſt cella neque horreum, & *tamen* Deus alit eos: quanto vos præſtatis volucribus?

25 Quis autem ex vobis ſolicitè cogitãdo poteſt apponere ad ſtaturam ſuam cubitum unum?

26 Itaque ſi ne rem quidem minimam *præſtare* poteſtis, quid de reliquis illis eſtis ſoliciti?

27 Conſiderate lilia, quomodo creſcant: non fatigantur, neque nent. dico autem vobis, ne Solomonem quidem in omni gloria ſua amictum fuiſſe ut unum illorum.

28 Quòd ſi herbam quæ hodie eſt in agro, & cras in clibanum immittitur, Deus ita circumveſtit, quanto magis vos, exigua fide præditi?

29 Vos igitur ne quærite quid eſuri ſitis, & quid bibituri: & ne [t] ſuſpenſo animo eſtote.

30 Hæc enim omnia gentes mundi requirũt: Pater autem veſter novit vos iſtis indigere.

31 [v] Quin potiùs quærite regnum Dei, & hæc omnia adjicientur vobis.

32 [x] Ne metue, parve grex iſte, [y] nam libuit Patri veſtro dare vobis regnum illud.

33 [z] *Vendite quæ habetis, & [a] date eleemoſynam. Parate vobis crumenas quæ non veteraſcunt, theſaurum in cælis qui nunquam deficiat, quò fur non appropinquat, *& ubi* tinea non corrumpat.

34 Ubi enim theſaurus veſter eſt, illic & cor veſtrum erit.

35 [b] *Sint lumbi veſtri ſuccincti, & *veſtræ* lucernæ ardentes:

36 Et ſimiles *eſtote* vos iis qui expectãt quando dominus ſuus regreſſurus ſit [c] a nuptiis, ut quũ venerit, ac pulſaverit, ſtatim aperiant ei.

37 Beati ſervi illi, quos quum venerit dominus, invenerit vigilantes. amen dico vobis, præcinget ſe & faciet ut diſcũbant, & accedens miniſtrabit eis.

38 Et ſi venerit in ſecunda vigilia, & ſi in tertia vigilia venerit, atque ita invenerit, beati ſunt ſervi illi.

39 *Hoc autem ſcitote, ſi ſciret paterfamiliâs qua hora fur venturus ſit, vigilaret, nec ſineret perfodi domum ſuam.

40 [d] Et vos igitur eſtote parati. quia qua hora non putatis, Filius hominis veniet.

41 Dixit autem ei Petrus, Domine, nobis dicis iſtam parabolam, an etiam omnibus?

42 Dixit autem Dominus, Quiſnam eſt fidus diſpenſator ac prudẽs, quem dominus conſtituet ſupra famulitium ſuum, ut tempore præſtituto det [e] demenſum?

[t] Metaphora à meteoris ducta, quæ in aẽre ſuſpenduntur. qui enim de humana vita ſoliciti, in humana præſidia reſpiciũt, ii pendẽt animi, nunc huc, nunc autẽ illuc inclinant. Nullum enim ſatagendi mõdum ſibi facit carnis noſtræ intemperies, quin cęlum & terram cẽties revolvat. Hinc fit ut nullum relinquat Dei providẽtiæ locum.

[v] 2. De regno Dei ſollicitis nihil deerit.

[x] 2. Stultũ eſt ab eo minima nõ ſperare, qui maxima ultrò largiatur.

[y] Verbo εὐδόκησεν, ſignificat ex gratuito miſericordiæ fonte fluere vitã æternam, proinde ſingula verba ſingulas habẽt emphaſes. Si Deo placet, quid nocere poteſt, etiãſi diſpliceat omnibus: ſi Deo pater eſt, quid de voluntate ejus diffiditis? *veſtro*] Non patriarcharũ tãtùm ac prophetarũ. *Dare*] Non operum veſtrorũ meritis potuiſtis hoc cæleſte beneficiũ acquirere, ſed ex gratuita patris miſericordia vobis confertur. *Vobis*] tametſi paupe ribus inſipiẽtibus, injuſtis, & peccatoribus. *Regnum*] Non terrenum aut caducũ, ſed cæleſte & perpetuum.

[z] 2. Sãcta prodigalitas, certũ ad veras opes parãdas compendium. *Matth. 6. 20.

[a] Metonymia, qua ſignificatur benefacto declarata clementis miſericordiſque affectionis benignitas, quæ eleemoſyna dicitur, à nomine ἐλεήμων deducta, quòd ab altero nomine ἔλεος, i. miſericordia derivatur. Dat igitur eleemoſynam, qui benignè faciẽdo alteri, & tribuendo aliquid egẽti, affici ſeſe miſericordia illius oſtendit.

[b] 2. Fidelium ſervorum Dei vita in hoc mundo, eſt pervigil quædam peregrinatio, præeunte Verbi lucerna. *1. Pet. 1. 13.

[c] Solebant nuptiæ nocte celebrari. *Matth. 25. 11.

[d] 2. Nullis major incumbit vigilandi neceſſitas, quàm iis qui aliquem honoris gradum in Dei familia ſunt adepti.

[e] i. ſingulis menſibus deſtinatam menſuram frumenti.

43 Beatus servus ille, quem, quum venerit dominus, invenerit ita facientem.

44 Verè dico vobis, supra omnia quæ sibi suppetunt præficiet eum.

45 Quòd si dixerit servus ille in corde suo, Tardat dominus meus adventũ: cœperitq; cædere servos & ancillas, & edere & bibere & inebriari:

46 Veniet dominus servi illius eo die quo *ipsum* non exspectat, & ea hora quam non novit: & [f] separabit eum, partémque cum incredulis ei statuet.

47 Ille autem servus qui novit voluntatem domini sui, & neque *se* comparavit, neque fecit ex ejus voluntate, [g] cædetur multis *plagis*:

48 [h] Qui verò non novit & fecit digna plagis, cædetur *plagis* paucis. Porrò cuicumque multum datum fuerit, multum repetetur ab eo, & apud quem depositum fuerit multùm, ampliùs reposcetur ab eo.

49 [i] Ignem veni missurus in terram, [k] & quid volo si jam accensus est?

50 [l] Sed baptismo oportet me baptizari, & quomodo constringor usquequò *hoc* perficiatur?

51 [m] Putatis me advenisse pacem daturum in terra? non, dico vobis, imò dissidium.

52 Erunt enim ex hoc *tempore* quinque in una domo dissidentes, tres adversus duos, & duo adversus tres.

53 Dissidebit pater adversus filium, & filius adversus patrem: mater adversus filiam, & filia adversus matrem: socrus adversus nurum suam, & nurus adversus socrum suam.

54 [n] *Dicebat autem etiam turbæ, Quũ videritis nubem [o] exorientem ab Occasu, statim dicitis, Imber venit: & ita fit.

55 Et quum Austrum flantem, dicitis, Æstus erit: & fit *æstus*.

56 Hypocritæ, faciem terræ & cæli nostis explorare: hoc autem *præstitutum* tempus quî fit ut non exploretis?

57 [p] Cur autem & per vos ipsos non discernitis quod justum est?

58 * Enimverò dum abis cum adversario tuo ad magistratum, da operam in via ut libereris ab eo: ne pertrahat te ad judicem, & judex tradat te [q] exactori, & exactor conjiciat te in carcerem.

59 Dico tibi, nõ exibis illinc usquequò ultimum etiam minutum reddideris.

43 Beatus est servus ille quem veniens dominus ejus invenerit quòd faciat ita.

44 Verè dico vobis quòd constituet eũ super universam possessionem suam.

45 Si verò dixerit servus ille in corde suo, Dominus meus tardat venire: & inceperit percutere servos & ancillas domini sui, & inceperit edere & bibere, & inebriari:

46 Veniet dominus servi illius in die qua non putavit, & in hora qua non novit: & [16] dividet eum, & [17] ponet partem ejus cum eis qui non sunt fideles.

47 Servus autem qui novit voluntatẽ domini sui, neque parat se secundùm voluntatem ejus, [18] patietur multa.

48 Qui verò nõ novit, & fecit id quod dignum est plagis, patietur plagas paucas. Cuicumq; enim datum est multum, multum quæretur ab eo: & apud quem depositum est multum, amplius quærent in manu ejus.

49 Ignem veni ut mittam in terrã, [19] & cupio ut jam accensus sit.

50 Et baptismus est mihi ut *eo* baptizer, & multùm premor usquedum perficiatur.

51 Putatis vos quòd venerim ut tranquillitatem immittam in terrã? Dico vobis quòd [20] non, sed divisionem.

52 [21] Deinceps enim erunt quinque in domo una qui divisi erunt, tres adversus duos, & duo adversus tres.

53 [22] Dividetur enim pater adversus filium suum, & filius adversus patrem suum, & mater adversus filiam suam, & filia adversus matrem suam: socrus adversus nurum suam, & nurus adversus socrum suam.

54 Et dicebat turbis, Quum videritis nubem quæ oriatur ab occidente, statim dicitis, Pluvia venit: & est ita.

55 Et quum flat Auster, dicitis quòd æstus fiet: & fit.

56 * Hypocritæ, faciẽ cæli & terræ nostis discernere, tempus autem hoc quomodo non discernitis?

57 Cur autem à vobis ipsis non judicatis veritatem?

58 Quum enim abis cũ adversario tuo ad principem, dum in via es da [24] mercedem, & liberaberis ab eo: ne ducat te ad judicem, & judex tradat te exactori, & exactor conjiciat te in domum vinctorũ.

59 Et ammin dico tibi quòd non exibis inde donec dederis [25] octavum ultimum.

f Vel in duas partes dividet, id est separabit, & consortem faciet infidorum. q.d. Eximet eũ numero servorũ suorum fidelium, & condemnabit.

g Scienti enim bonum & nõ facienti, peccatum est illi, Iacob. 4. 17.

h Altera circumstãcia docet Christus gravius plectendos esse discipulos selectiores, si spreta vocatione libidinosè ad omnem licẽtiam se prostituant: quia ut quisq; præstantior est, ita plus sibi commissum cogitare debet, atque hac quidẽ lege ut reddẽda sit olim ratio.

i B. Evangeliũ sicut est unica verę pacis causa inter pios, ita est, inter impios, summa perturbationis occasio.

k Hoc positũ est pro eo quod erat. Nil aliud volo. Et si jam accensus est, celeritatis habet emphasin, & in eo subest tacita significatio voti.

l His verbis extremum sibi actum restare asserit Dominus, ut sua morte renovationẽ mundi consecret.

m Vide Matth. 10. 34.

n B. Homines in terrenis rebus acutissimi, spontanea malitia in iis quæ ad cælestem vitam spectant, planè cæcutiunt. *Matt. 16. 2. o i. quæ appareret, & colligeretur in illa cæli plaga. p B. Homines amore sui cæci, ac proinde rixosi ac pertinaces præmium suæ stultitiæ ferent. *Matt. 1. 25. q Ei qui mulctas exigit: cujusmodi erant constitutæ in temerè litigantes: præterea à Magistratuũ ministri damnatos cogunt ad persolvendum quod debent, sdque interdũ etiam addita non tantùm impensarum, sed etiam carceris pœna in rebelles.

16 Id est, Removebit, & avellet eũ a familiæ administratione.

17 i. Mercedem repẽdet quam merentur servi infidi.

18 Ad verb. Devorabit: ut paulo pòst etiam. F. nempe legebat Tremellius noster יבלע, ut legitur in libris nostris ל loco ב. Est autem hoc Syrè tantumdem ac si dixeris, tegetur, id est, cædetur & percutietur καὶ τὰς μάστιγας.

19 F. Videtur enim legisse Syrus. καὶ τί θέλω. Interrogationes verò sequẽtes exprimit παρατακτικῶς.

20 Id est, Minimè.

21 Ad verbum, Ex nunc. Hebraismus.

22 F. id est, dissidebunt, dissentient, in discordia erunt, quam prisci Latini vocabãt dividiam.

23 Ad verbum, Assumentes vultum. vide Matth. 6. quæ de hac voce annotavimus.

24 Paraphrastes vocẽ Græcam ἐργασίαν (id est operã) pro operis mercede accepit: quo sensu etiã apud Latinos interdũ accipitur F. Sẽsus autem est, potiùs mercedem tuam vel quæstum tuũ (sic enim vox Syra accipitur 1. Tim. 6.) & diurni laboris tui operæq; pretium cedito adversario tuo, pacémque ab eo redimito cedens omnibus commodis & necessariis rebus, quàm ut dissidium sinas persistere.

25 Vide annotata Marci 12. 42. vel sextantem.

CAPUT DECIMUMTERTIUM.

1 De Galilæis, 4 & iis qui in Siloë oppressi sunt. 6 Ficus non ferens fructum. 11 Mulier spiritu infirmitatis (id est, morbo à Satana inflicto) laborans, sanatur. 19 Parab. grani sinapis, 21 Fermenti. 23 Quæstio, An pauci salvandi. 32 Herodes, Vulpes.

1 ADfuerunt [a] autem eo ipso tempore quidam annunciantes ei de Galilæis, quorum sanguinem [b] Pilatus miscuerat cum ipsorum sacrificiis.

1 EOdem autem tẽpore venientes quidã dixerunt ei de Galilæis istis quorum Pilatus miscuit sanguinem sacrificiis ipsorum.

a B. Justis aliorum pœnis nõ oportet nos insultare, sed iis potiùs ad resipiscentiam erudiri.

b Annis ferè decem præsedit in Iudæa Pontius Pilatus. Et circiter annum quartum provinciæ ipsius, qui esset 15. regni Tiberii, opus redemtionis humanæ morte sua absolvit Christus.

2 Et respondit Ieschua, ac dixit eis, Putatis vos quòd illi Galilæi peccatores fuerint plus quàm omnes *alii* Galilæi, quia sic factum est eis?

3 Non: dico autem vobis, quòd etiam omnes vos, si non conversi fueritis, similiter peribitis.

4 Aut illi octodecim super quos cecidit turris in Schilucha, & interfecit eos, putatis vos quòd peccatores erant magis quàm omnes filii hominis qui habitant in Urischelem?

5 Nequaquam: dico autem vobis, quòd si non conversi fueritis, omnes vos sicut illi peribitis.

6 Et dixit parabolam hanc, Ficus erat cuidam quæ plantata erat in vinea ejus: & veniens quæsivit in ea fructus, & non invenit.

7 Et dixit cultori, Ecce tribus annis veniens quæro fructus in ficu hac, & non invenio. abscinde eã, quare otiosam reddit terram?

8 Et dixit ei cultor, [1] Dimitte eam etiam hoc anno, donec coluero eam, & stercoravero eam.

9 Et si fecerit fructus, [2] *relinques*: & si non, cur viveret? abscindes eam.

10 Quum autem doceret Ieschua in sabbatho in una ex synagogis,

11 Erat ibi mulier cui fuerat spiritus infirmitatis annis octodecim, & curva erat, nec poterat sese extendere prorsus.

12 Vidit autem eam Ieschua, & vocavit eam, ac dixit ei, Mulier, soluta sis ab infirmitate tua.

13 Et posuit manum suam super eam: & confestim extendit sese, & glorificavit Deum.

14 Respondit autem princeps synagogæ, quum irasceretur eo quòd sanaret in sabbatho Ieschua: & dixit turbis, Sex sunt dies in quibus oportet operari: in eis venientes sanemini, non autem in die sabbathi.

15 Ieschua autem respondit, & dixit ei, [3] Assumens vultum, [4] unusquisque vestrũ in sabbatho nónne solvit bovem suum, aut asinum suum a præsepi, & abiens præbet potum *ei*?

16 Hanc autem quæ filia est Abrahami, & ligaverat eam [5] accusator [6] ecce octodecim annos, non oportebat solvi ab hoc vinculo in die sabbathi?

17 Et quum hæc diceret, erubescebant omnes qui stabant contra eum. Et totus populus lætabatur in omnibus mirabilibus quæ fiebant per [7] manum ejus.

18 Dicebat autem Ieschua, Cui simile est regnum Dei, & cui assimilabo illud?

19 Simile est [8] grano sinapis, quod quũ accepisset homo, jecit ipsum in hortum suum: & crevit, & factum est arbor magna, & volucres cæli nidificatæ sunt in ramis ejus.

20 Rursus dixit Ieschua, Cui assimilabo regnum Dei?

21 Simile est fermento, quod quũ accepisset mulier recõdidit [9] in farina trium satorum, donec totum fermentaretur.

22 Et iter faciebat per pagos & per civitates docens: & abiit Urischelem.

[1] F. alii, Domine mi, dimitte, &c.

[2] F. Sermo anantapodotos, ut Marci 11. 32. supple benè est, aut relinques, aut nonexscindes. quod genus ἀναπαποδότου Græcis quoq; & Latinis est frequentissimum.

[3] Vide Matth. 6. in principio.

[4] Ad verb. Unus unus. Hebraism.

[5] Vide Matth. 4. in principio.

[6] F. vel jam, ex Syrorum usu. Latinè dixeris annos octodecimipsos, propiùs Hebræũ & Syrũ idiotismum.

[7] Pro. per eũ, Hebraism.

[8] Vide de magnitudine sinapis quod crescebat in Judæa, Matth. 13. 32.

[9] F. vel in farinæ satis tribus.

2 Et respondens Iesus dixit eis, Putatis hos Galilæos præ omnibus Galilæis peccatores fuisse, quòd talia passi sint?

3 Nequaquam, dico vobis: imò nisi resipiscatis, omnes itidem peribitis.

4 Aut illi decem & octo, supra quos cecidit turris in [c] Siloam, & quos interemit, putatis [d] debitores fuisse præ omnibus hominibus qui habitant Hierosolymis?

5 Nequaquam, dico vobis: imò nisi resipiscatis, omnes similiter peribitis.

6 Dixit autem hanc parabolam, Ficum habebat quidam plantatam in vinea sua: & venit quærens fructum in ea, neque invenit.

7 Dixit autem vinitori, [e] Ecce, anni tres sunt *ex quo* [f] venio quærens fructum in ficu ista, & non invenio: exscinde eam: quorsum etiam terram [g] inutilem reddit?

8 Ille verò respondens dixit ei, Domine, sine eam etiam hoc anno, usquequo fodero circum eam, & misero stercus:

9 Et si quidem tulerit fructum, *sines*: sin minùs, posteà exscindes eam.

10 [h] Docebat autem in quadam synagoga Sabbatho.

11 Et ecce, mulier adfuit, habens [i] spiritum infirmitatis *ab* annis decem & octo: erátque incurva, nec prorsus *sese* poterat surrigere.

12 Ipsam autem Iesus visam advocavit, & dixit ei, Mulier, [k] soluta es ab infirmitate tua.

13 Et imposuit ei manus: & illico [l] surrecta est, & glorificabat Deum.

14 [m] Respondens autem [n] præfectus synagogæ, indignans quòd Sabbatho sanasset Iesus, dixit turbæ, Sex dies sunt quibus oportet operari: his ergo *diebus* venite & curamini, & non die Sabbathi.

15 Respondit ergo ei Dominus, & dixit, Hypocrita, unusquisque vestrũm Sabbatho nónne solvit bovẽ suum aut asinum à præsepi, & abducit aquatum?

16 Hanc autem filiam Abrahami, quam vinxerit Satanas, ecce [o] decem & octo annos, non oportuit a vinculo isto solvi die Sabbathi?

17 Et quum hæc diceret, pudefiebant omnes qui se opponebãt ei: tota verò turba gaudebat super omnibus illis præclaris rebus quæ fiebant ab eo.

18 *Dixit autem Iesus, Cui rei simile est regnum Dei, & cui illud assimilabo?

19 [p] Simile est grano sinapis, quod acceptum quispiam misit in hortum suum: & crevit, & evasit in arborem magnam, & volucres cæli nidulatæ sunt in ejus ramis.

20 Et* rursum dixit, Cui *rei* assimilabo regnum Dei?

21 Simile est fermento quod acceptum mulier indidit in farinæ sata tria, usquequo fermentaretur tota.

22 *Peragrabat igitur singulas urbes & vicos, docens, & iter faciens Hierosolymam.

[c] Sub loco, vel rivulo. fuit enim Siloã rivulus unde in urbẽ aquæductus ferebantur, de quo Johan. 9. 7. & Esa. 8. 6. erat ita que turris vel castellum exstructũ ad aquæductum, quod repentè prostratũ aliquos occiderit.

[d] B. Lõga quidẽ est Dei patientia, sed ita tamen ut tandem judicium exerceat.

[e] Pulcra sanè & utilis similitudo, quæ ferè per omnes partes quadrat. Impii occupant locum in vinea Domini: totus enim mundus Dei est. Si infrugiferi fuerimus, dignos nos reddimus q evellamur: tamen ad tẽpus Deus nos sustinet, licèt nõ debeamus nobis ob id blandiri.

[f] Venite soleo.

[g] Solum efficit sua in parte sterile, quod alioqui vitibus non inutile fuisset.

[h] B. Christus idcircò venit, ut nos à Satanæ vinculis liberaret.

[i] Morbo à Satana inflicto laborans.

[k] Tenebatur enim mulier Satanæ quasi vinculis constricta, ita vt totis octodecim annis caput attollere nõ posset.

[l] Vel subrecta. subrigimus enim quæ deorsum pendent, erigimus quæ jacent.

[m] B. Viva hypocrisis imago, & ejusdẽ merces.

[n] Unus ex iis qui Synagogæ præerãt, plures enim Archisynagogos fuisse apparet, ex Marc. 5. 22. & Actor. 13. 15.

[o] Hoc tẽporis spatiũ admonet quãvis miseriis nostris nõ statim medeatur Dominus, non tamẽ esse desperãdũ.

*Matth. 11. 21. Mar. 4. 31.

[p] B. Dominus regnũ suum à tenuibus principiis inchoat, ut insperati progressus potentiam ejus meliùs illustrent.

*Matt. 13. 31.

*Matt. 4. 25. Mar. 6. 6.

23 [q] Dixit autem ei quidam, Domine, num pauci sunt qui serventur? Ipse verò dixit eis,

24 [r] * Contendite intrare per angustā portam: quia multi, dico vobis, studebunt intrare, & non poterunt:

25 Ex quo *videlicet* surrexerit paterfamiliâs, & occluserit ostium, & cœperitis foris stare, & pulsare ostium, dicētes, Domine, Domine, aperi nobis: qui respondēs dicet vobis, Nescio vos unde sitis.

26 [s] Tunc incipietis dicere, [t] Edimus in tui cōspectu & bibimus, & in plateis nostris docuisti.

27 * Et dicet, Dico vobis, nescio unde vos sitis: *abscedite a me omnes qui datis operam injustitiæ.

28 [v] Illic erit fletus & stridor dentium, quum videritis Abrahamum & Isaacum & Jacobum & omnes Prophetas in regno Dei, vos autem ejici foras.

29 Tunc venient *homines* ab [x] Oriente, & Occidente, & Borea, & Austro: & discumbent in regno Dei.

30 *Et ecce, sunt ultimi qui erūt primi, & sunt primi qui erunt ultimi.

31 [y] Eo ipso die accesserunt quidā Pharisæi, dicentes, Exi & abi hinc: nam Herodes vult te interimere.

32 Tunc ait eis, Profecti dicite [z] vulpi isti, Ecce, ejiciam dæmonia, & sanationes peragam [a] hodie & cras: tertia autem die [b] consummabor.

33 [c] Verumtamen [d] oportet me hodie & cras, & perendie iter facere: quia non contingit ut Propheta pereat extra Hierusalem.

34 *Hierusalem, Hierusalem, quæ interimis Prophetas, & lapidas eos qui ad te missi sunt, quoties volui congregare liberos tuos, quemadmodū gallina pulliciem suam sub alas, [e] & noluistis?

35 Ecce, [f] relinquitur vobis domus vestra deserta. Amen autem dico vobis, non videbitis me, usquedum venerit *tempus* quum dicatis, [g] Benedictus qui venit in nomine Domini.

23 Interrogavit autē eum quidam, num pauci sint [10] qui serventur.

24 Jeschua autem dixit eis, Contendite intrare per angustam portam. Dico enim vobis quòd multi quærent intrare, & non [11] invenient.

25 Et ex ea hora qua surget dominus domus, & claudet portam, & eritis stantes foris, & pulsantes ad portam, & incipietis dicere, Domine noster, Domine noster, aperi nobis: & respondebit ipse, & dicet, Dico vobis quòd non novi vos unde sitis.

26 Et incipietis dicere, Coram te comedimus & bibimus, & in plateis nostris docuisti.

27 Et dicet vobis, Non novi vos unde sitis: [12] discedite a me operarii mendacii.

28 Ibi erit fletus & stridor dentium, quum videritis Abraham, Ischak, & Jaakub, & omnes Prophetas in regno Dei, vos autem eritis ejecti foras.

29 Et venient ab Oriente & ab Occidente, & ab Austro, & [13] ab Aquilone, & discumbent in regno Dei.

30 Et ecce sunt ultimi qui erunt primi, & sunt primi qui erunt ultimi.

31 In eo ipso die accesserunt quidam ex Pharisæis, & dixerūt ei, Exi, abi hinc, quoniam Hiraudis vult interficere te.

32 Dixit eis Jeschua, Abite, dicite vulpi illi, Ecce, ejicio dæmonia, & sanationes facio hodie & cras, & die tertio [14] compleor.

33 Verūtamen oportet me hodie & cras operari, & die alio ibo: quia non potest fieri ut Propheta pereat extra Urischelē.

34 Urischelem, Urischelem, interfectrix Prophetarum, & lapidatrix eorum qui missi sunt ad se, quoties volui cōgregare filios tuos, quemadmodum gallina quæ congregat pullos suos sub alas suas, & noluistis?

35 Ecce, relinquitur vobis domus vestra deserta. Dico enim vobis quòd non videbitis me, donec dicatis, Benedictus est qui venit in nomine Domini.

[q] B. In eos qui dum malunt cū multis errare, quàm cū paucis rectè incedere: tandem tarditate sua à regno Dei excludūtur.

[r] His verbis suos à stulta curiositate abducere voluit, quæ plerosq; moratur & implicat qui circumspiciūt an se alii comites adjungāt: quasi salutē consequi nolint nisi in turba.

*Matth. 7. 13.

[s] B. Frustrà est in Ecclesia qui non est ex Ecclesia, quod vitæ puritas ostendit.

[t] q. d. Edimus manna de cœlo, bibimus aquā de petra, edimus de sacrificiis tuis, bibimus de libaminibus tuis, audivimus vocem tuam in monte Oreb, audivimus quotidiè legem tuā in synagogis nostris, & non nosti nos?

* Matth. 7. 23. & 25. 41.

* Psal. 6. 9.

[v] B. Rejectio Judæorum, & Gentium vocatio prædicitur.

[x] Undique ex toto orbe terrarum: cujus sunt istæ plagæ quatuor.

* Matth. 19. 30. & 20. 16. Marc. 10. 31.

[y] B. Pergendū in vocationis cursu, per medios seu veros seu fictos terrores.

[z] Fraudulento insidiatori. Nā quum antea Herodes trucidasset Johannem Baptistam, & videret nunc majorem hominum turbam sectari Christum Johannis amicum, timebat fortassis ne Christus mortem Johannis violenta manu vindicaret, & ipsum è Galilææ principatu ejiceret. Quare quum non auderet manifestè in Christum grassari, clàm ei insidias struebat.

[10] Ad verbum, Qui vivant.

[11] F. vel poterunt: nam variat hujus verbi apud Hebræos significatio.

[12] F. Syrè discedite vobis: Pleonasmus, ut infrà vet. 31.

[13] גרביא rara vox, sed quæ tamē reperiatur in Prov. 25. 23 paulo mutata nominis forma pro aquilone. In paraphraste Chaldæo רוחא גרביתא ventus aquilonis &c.

[14] F. vel complebor, consummabor, id est, sanctificabor & offerar in sacrificium Deo & Patri.

[a] i. Exiguo temporis momento: proverbiali scilicet sententia, ut interpretatur Theoph. vel per hodie, præsens; per cras, futurum tēpus intelligi potest, quamdiu nimirum suo munere fungetur. [b] Tertium diem posuit pro tempore indefinito. q. d. brevi posteà tollar è vita quum venerit hora, & quum peractum erit pro peccatis sacrificium. [c] B. Nusquam crudeliores piorum hostes, quàm qui versantur intra ipsum Ecclesiæ sacrarium: sed Deus videt, & suo tempore requiret. [d] i. Oportet me aliquamdiu adhuc oberrare & meo officio fungi, postea Hierosolymam ipsam pervenire.

*Matth. 23. 37. [e] Ingratitudo Judæorum damnatur, qui Dei monitiones tam blandas protervè contemserunt. [f] Tempus præsens pro futuro. Tēpli autem vastationem & totius politiæ interitum denunciat. [g] Vide Matth. 23. 39.

CAPUT DECIMUMQUARTUM.

[2] *Hydropicus sabbatho sanatur.* [8] *Primi accubitus notantur.* [12] *Pauperes ad prandium vocandi.* [16] *Invitati ad cœnam magnam.* [23] *Compulsi.* [28] *Turrim ædificaturus.*

ET [a] factum est, ut quum venisset domum cujusdam ex [b] primoribus Pharisæis Sabbatho ad [c] edendum panē, ipsi observarent eum.

2 Et ecce, quidam hydropicus aderat coram eo.

3 Tum respōdens Jesus dixit Legis interpretibus & Pharisæis, in hæc verba, Licētne curare Sabbatho?

ET factum est quum ingrederetur in domum cujusdā ex principibus Pharisæorum [1] in die sabbathi: & ipsi observabant eum.

2 Et ecce, homo quidam [2] hydropicus erat ante eum.

3 Et [3] respondit Jeschua, & dixit Legisperitis ac Pharisæis, Non licet in sabbatho sanare?

[a] B. Ne sabbathi quidem lex officia charitatis debuit impedire.

[b] Vel ex iis quos Sanhedrin vocabāt, vel ex principibus Synagogæ. Non enim omnes Pharisæi fuere Archisynagogi, Johan. 7. 48. Pharisæus tamen sectæ nomen fuit, etiam si ex tota historia constet, Pharisæos fuisse in summa admiratione. [c] Ad verbum, ad comedendum panem. Heb.

[1] F. al. ut comederet panē in die sabbathi, id est, sumturus cibum. Hebraismus.

[2] Ad verb. Qui congregaverat aquas. Ita describitur qui hydrope laborat. Nam solēt eo morbo laboranti aqua intet cutem nasci, qua turget ejus corpus: unde morbus iste à Latinis dicitur intercus.

[3] Respondere, pro loqui accipitur ut sæpissimè in Veteri testamento.

4 Ipsi verò tacuerunt. Et apprehendit eum ipse, & sanavit eum: ac dimisit eum.

5 Et dixit eis, Quis ex vobis, cujus cecidit filius aut bos in puteum in die sabbathi, & non statim hauriens extrahit eum?

6 Et non potuerunt ei dare responsum ad hoc.

7 Et dicebat parabolam ad eos qui invitati erant illic, eo quòd videbat eos quòd deligerent loca primi accubitus,

8 Quum invitaris ab aliquo in domo convivii, ne abiens accumbas in primo accubitu, ne sit invitatus ibi aliquis qui honoratior sit quàm tu:

9 Et veniat is qui te & illum vocavit, ac dicat tibi, Da locum huic: & erubescas dum surgis, & capis locum alium.

10 Sed quum invitatus es, vade, & accumbe in ultimo, ut quum venerit is qui vocavit te, dicat tibi, Amice mi, ascende superiùs, & accumbe. Et erit tibi gloria coram omnibus qui accumbunt tecum.

11 [4] Quia omnis qui extulerit seipsum, deprimetur: & omnis qui depresserit seipsum, extolletur.

12 Dixit verò ei qui vocaverat se, Quum facis convivium aut cœnam, ne vocaveris amicos, nec etiam fratres tuos, aut cognatos tuos, neque vicinos tuos divites: ne etiam ipsi vocent te, & sit tibi retributio hæc.

13 Sed quum facis [5] convivium, voca pauperes, afflictos, claudos, cæcos.

14 Et beatus eris: quia non est eis quod retribuant tibi: erit enim retributio tua in resurrectione justorum.

15 Quum audivisset autem hæc quidam ex eis qui accumbebant, dixit ei, Beatus is qui comederit panem in regno Dei.

16 Dixit ei Jeschua, Homo quidam fecit cœnam magnam, & vocavit multos:

17 Et misit servum in tempore cœnæ, ut diceret iis qui vocati erant, Ecce, omnia parata sunt vobis, venite.

18 Et cœperunt [6] ab uno omnes excusare. Dixit ei primus, Agrum emi, & cogor ut exiens videam eum: peto abs te, permitte mihi ut sim excusatus.

19 Alius dixit, Quinque juga boum emi, & abeo ut probè ea: peto abs te, permitte mihi ut excusatus sim.

20 Alius dixit, Uxorem duxi, & propter hoc non possum venire.

21 Et venit ille servus, & dixit domino suo hæc. Tunc iratus est dominus, & dixit seruo suo, Exi cum festinatione in plateas, & in pagos civitatis, & introducito huc pauperes & dolore affectos, claudos & cæcos.

22 Et dixit servus, Domine mi, factũ est sicut præcepisti, & adhuc est locus.

23 Et dixit dominus servo suo, Egredere in vias, & in locum sepium, & coge ut [7] ingrediantur, quò impleatur domus mea.

24 Dico enim vobis quòd [8] unus ex illis hominibus qui vocati fuerant, non gustabunt de cœna mea.

[4] Moralis est sententia sæpe ab antiquis Hebræis doctoribus repetita. In Talmud in volumine סוטא, i. De suspecta uxore, cap. המקנא (i. zelotypus) his verbis legitur, כל אדם שיש בו גסות רוח לסוף מתמעט, i. Omnis homo in quo est tumor spiritus, in fine diminuitur.

[5] קובלא quo usus est quoq; supr. cap. 5. 29. quod ideo notare volui, quia vox rara est.

[6] Pro A primo. Hebr. frequens Unus pro primo.

[7] F. Latinè ad unum dixeris non incommodè. aliis verti placet reddi statim, quod אחרא est.

[8] Id est, Ne quidem eorũ unus gustabit. Hebraismus.

4 Ipsi verò [d] tacuerunt. Tum ipse prehensum eum sanavit, & dimisit.

5 Et respondens eis, dixit, Quis vestrũ, *si ipsius* asinus aut bos in puteum incidat, non statim extrahet eum die Sabbathi?

6 Et non poterant ei ex adverso ad ista respondere.

7 [e] Dixit autem parabolam iis qui vocati fuerant, attendens quomodo primos accubitus eligerent, dicens eis,

8 Quũ vocatus fueris ab aliquo ad nuptias, ne discumbito primo loco: ne fortè honoratior te sit vocatus ab eo:

9 Et is qui te & illum vocavit veniens, dicat tibi, Da huic locum: & tunc incipias cum ignominia ultimum locum tenere.

10 *Sed quũ vocatus fueris, vade discubitum in ultimum locum, ut quum venerit qui te vocavit, dicat tibi, Amice, ascende altiùs. tunc erit tibi gloria in conspectu eorum qui tecum discumbunt.

11 [f] *Nam quisquis se extollit, deprimetur: & qui se depresserit extolletur.

12 [g] Dicebat autem etiam ei a quo fuerat ipse vocatus, * [h] Quum feceris prandium aut cœnam, ne vocato amicos tuos, neque fratres tuos, neque cognatos tuos, neque vicinos divites: nequando & ipsi te vicissim vocent, [i] ac retribuatur tibi gratia.

13 Sed quum facis epulum, voca mendicos, mancos, claudos, cæcos:

14 Et beatus eris, quia non possunt *gratiam* retribuere tibi: retribuetur enim tibi [k] in resurrectione justorum.

15 Hæc autem quum audisset quidam ex iis qui simul discumbebant, dixit ei, Beatus [l] qui edit panem in regno Dei.

16 Ipse autem dixit ei, * Homo quidam fecit cœnam magnam, & vocavit multos:

17 Misitq; servum suum hora cœnæ, ut diceret vocatis, Venite, quia jam parata sunt omnia.

18 [m] Et omnes cœperunt uno [n] *ore se* excusare. Primus dixit ei, Agrum emi, & necesse habeo exire, & eum inspicere: rogo te, habe me excusatum.

19 Et alter dixit, Juga boum emi quinque, & proficiscor ad probandum ea: rogo te, habe me excusatum.

20 Et alius dixit, Uxorem duxi, & propterea non possum venire.

21 Quum igitur servus ille advenisset, annunciavit ista Domino suo. Tunc iratus paterfamiliâs dixit servo suo, Exi citò in plateas, & vicos urbis, & mendicos ac mancos, claudósque & cæcos huc introducito.

22 Et ait servus, Domine, factum est ut imperasti, & adhuc locus est.

23 Tunc ait dominus servo, Abi ad vias & sepes, & coge ingredi, ut impleatur domus mea.

24 [o] Dico enim vobis neminem virorum illorum qui vocati fuerant, gustaturum cœnam meam.

[d] Phariſæi ſuo ſilentio demõſtrát ſe anſam reprehẽſionis magis captare quàm legis ſtudio moveri: ideo ſuſq; deq; habet Chriſtus quid de facto ſuo judicent: quia patet eos ſibi accerſere ſcandalum.

[e] Arrogantiæ merces ignominia: veræ autem modeſtiæ gloria.

*Prov. 25. 7.

[f] Hæc clauſula demonſtrat de ambitione loquutum eſſe Chriſtum.

*Inſr. 18. 14. Mat. 23. 12.

[g] B. In eos qui ſua vel ambitioſè vel compẽſationis ſpe profundunt, quum charitas Chriſtiana in Dei tantùm gloriã & uſum proximi reſpiciat.

*Tob. 4. 7. Prov. 1. 9.

[h] Non conſiliũ Chriſti eſt ab omni communitate nos arcere, ſed tantùm oſtendere, officiis in mundo uſitatis minimè probari charitatẽ.

[i] Quibus enim ſua utilitas ante oculos verſatur, vel quos aura popularis impellit, nõ eſt quòd mercedem a Deo exſpectent.

[k] Reſurrectio juſtorum, periphraſis eſt vitæ æternæ.

[l] Hebr. Id eſt, qui particeps erit gaudiorũ vitæ futuræ & fruetur omnibus deliciis cæleſtibus.

*Matt. 22. 2. Apoc. 19. 9.

[m] B. Adeò inſanit maxima etiam eorum pars, quibus Deus ſeipſum patefecit, ut quæ à Deo nati ſunt adjumenta, in impedimẽta ſpõtè convertant.

[n] Quaſi ex cõpacto & conſtituto: quamvis enim iſti diverſas afferant cauſas, in eo tamen omnes conveniũt, quòd ſua negotia præte xant, ne ad cœnam adſint.

[o] Meritò excludunur ex regno Dei qui cæleſtibus terrena præferũt.

25 Ibat autem turba multa cum eo: & conversus dixit eis,

26 [p] *Siquis venit ad me, & [q] non odit patrem suum & matrem, & uxorem & liberos, & fratres & sorores, atque adeò etiam animam suam, non potest meus esse discipulus.

27 * Et quisquis non portat crucem suam, & sequitur me, non potest meus esse discipulus.

28 [r] Quis enim ex vobis, si velit turrim ædificare, non priùs [s] considens computat sumtum, an habeat quæ ad *ejus* perfectionem *requiruntur*?

29 Ut ne postquam statuerit fundamentum, & nequiverit eam perficere, omnes qui spectârint, incipiant illi illudere,

30 Dicentes, homo iste cœpit ædificare, & nequivit *ædificium* perficere.

31 Aut quis rex proficiscens ut committat prelium adversus alterum regem, non priùs consultat considens, an possit cum decem millibus occurrere illi qui cum viginti millibus venit adversus ipsum?

32 Alioquin, quum adhuc ille procul est, legatione missa, rogat ea quæ ad pacem spectant.

33 Sic ergo quisquis vestrûm non valedicit omnibus bonis suis, non potest meus esse discipulus.

34 [t] *Bonus est sal: si verò sal infatuatus fuerit, quo condietur?

35 Neque ad terram, neque ad sterquilinium [v] appositus est, foras eum abjiciunt. Qui habet aures ad audiendum, audiat.

25 Et quum irent cum eo turbæ multę, conversus est, & dixit eis,

26 Qui venit ad me, & non odit patrẽ suum & matrem suam, & fratres suos & sorores suas, & uxorẽ suam & filios suos, & etiam animam suam, discipulus non potest esse mihi.

27 Et is qui non tollit crucem suam, & [9] venit post me, discipulus non potest esse mihi.

28 Quis enim ex vobis, qui velit ædificare turrim, & non priùs sedens computet sumtum suum, num sit ei ad perficiendum ipsam?

29 Ne quum posuerit fundamenta, & non potuerit perficere, omnes qui viderint, illudant ei,

30 Et dicant, Hic homo cœpit ædificare, & non potuit perficere.

31 Aut quis rex, qui proficiscatur in bellum ad pugnandum cum [10] rege socio suo, & non priùs cogitat num possit cum decem millibus occurrere ei qui venit contra se cum viginti millibus?

32 Sin autem minùs, dũ adhuc est procul a se, mittit nuncios, & petit pro pace.

33 Sic unusquisque vestrûm qui nõ relinquit universam possessionem suam, nõ potest esse mihi discipulus.

34 Bonus est sal: si autem sal etiam infatuatus fuerit, qua re salietur?

35 Neque in terram, neque in sterquilinium abit: foras abjiciunt ipsum. Is cui sunt aures ut audiat, audiat.

p n. Affectus etiam per se laudabiles cogendi in ordinem ut pietas superemineat.
* *Sup. 9. 23.*
* *Matt. 10. 37. & 16. 24.*
q Si quando nimirum (inquit Theoph.) in Deo periculum vertitur. Nõ igitur hæc simpliciter jubet, sed cõparativè. Vult autem hæc habere respectũ quemdam ad Deum, & res divinas, præ quo & quibus mortales cuncti, & humana omnia cõtemtum & odium mereantur.
* *Matt. 10. 38. & 16. 24.*
* *Mar. 8. 34.*
r n. Christi veros sectatores oportet ædificare simul ac pugnare, ac proinde ad quasvis ærumnas perferendas tempestivè esse compositos.
s Domi videlicet omnia supputans, antè quàm opus aggrediatur.
t n. Discipulos Christi oportet & sibi & aliis sapere, alioqui redduntur omnium maximè fatui. * *Matth. 5. 13. Marc. 9. 50.*
9 i. sequitur me. Hebr.
10 i. Adversus regem socium suum. Rex autem adversarius, vocatur socius, quòd sit ejusdẽ conditionis & dignitatis.
v Id est, Aptus & accommodatus.

CAPUT DECIMUMQUINTUM.

4 *Parabola ovis perditæ,* 8 *Drachmæ,* 11 *Filii prodigi.*

Accedebant [a] autem ad eum [b] omnes publicani & peccatores, ut eum audirent:

2 Et murmurabant Pharisæi & Scribæ, dicentes, Iste peccatores recipit, & edit cum eis.

3 Ipse verò loquutus est ad eos hanc parabolam, dicens,

4 *Quis ex vobis, si habeat centum oves, & perdiderit unam ex illis, non derelinquit illas nonaginta novem in deserto, & abit ad eam quæ periit, usquedum eam nactus erit?

5 Et *eã* nactus imponit in humeros suos gaudens:

6 Veniénsque domum convocat amicos & vicinos, dicens eis, Gratulamini mihi: nam inveni ovem meam quæ perierat?

7 Dico vobis ita fore gaudium in cælo super uno peccatore resipiscente, *magis* quàm super nonaginta novem justis, quibus non opus est resipiscentia.

8 Aut quæ mulier, si habeat drachmas decem, & perdiderit drachmam unam, non accendit lucernam, & verrit domũ, quæritque accuratè, usquequo *eam* invenerit?

9 Et *eam* nacta, convocat amicas ac vi-

Accedebant autem ad eum publicani & peccatores ut audirent eum.

2 Et Legisperiti ac Pharisæi murmurabant, ac dicebant, Hic peccatores recipit, & comedit cum eis.

3 Et dixit illis Jeschua parabolam hãc

4 Quis ex vobis homo, cui sunt centũ oves, & si perdiderit unam ex illis, nõ relinquit nonaginta & novem in deserto, & profectus quærit eam quæ periit, usque dum inveniat eam?

5 Et quum invenerit eam gaudet, & tollit eam super humeros suos:

6 Et venit in domum suam, & vocat amicos suos & vicinos suos, ac dicit eis, Gaudete mecum, quia inveni ovem meã quæ perierat:

7 Dico vobis quòd sic erit gaudium in cælo super uno peccatore qui conversus est, *magis* quàm super nonaginta novem justis, quibus necessaria non est conversio.

8 Aut quæ est mulier cui sunt decem [1] zuz, & perdiderit unum ex illis, & non accendat lucernam, & mundet domum, & quærat ipsum accuratè donec invenerit ipsum:

9 Et quum invenerit id, vocat amicas suas

a n. Non desperandũ de iis qui aberrarũt, sed potiùs de iis imprimis laborandum, Christi exemplo.
b i. Undique ex publicanis aliqui & peccatoribus accedebant ad Jesum.
* *Matt. 18. 12.*
1 Id est, denarii, ut annotavimus Matth. 17. 24. F. vel drachmæ. nam inter denariũ & drachmam fermè convenit tandẽ pretio & pondere.

suas & vicinas suas? & dicit eis, Gaudete mecum, quia inveni zuz meum, quod perierat.

10 Dico vobis quòd sic erit gaudium coram Angelis Dei super vno peccatore qui conversus est.

11 Et dicebat eis rursum Ieschua, Homini cuidam erant filii duo.

12 Et dixit ei filius ejus minor, Pater mi, da mihi portionem quæ redit ad me ex domo tua. Et divisit eis possessionē suam.

13 Et post dies paucos congregavit ille filius ejus minor quicquid redierat ad se, & abiit in locum longinquum: & ibi dispersit possessionem suam vivens prodigè.

14 Et quum consumsisset quicquid erat ei, facta est fames magna in loco illo, & cœpit penuria esse ei.

15 Et abiens adhæsit [2] cuidam ex filiis civitatis loci illius, & ille misit eū in agrū ad pascendum porcos.

16 Et desiderabat implere ventrem suū ex siliquis illis quas comedebant porci: & nemo dabat ei.

17 Et [3] quum venisset ad seipsum, dixit, Quot jam mercenarii sunt in domo patris mei, quibus abundat panis, & ego hic propter famem meam pereo!

18 Surgam, proficiscar ad patrem meū, & dicam ei, Pater mi, peccavi in cælum & coram te:

19 Neque deinceps dignus sum ut filius tuus vocer: fac me sicut unum ex mercenariis tuis.

20 Et surgens venit ad patrem suum. Et dum esset procul, vidit eum pater suus, & misertus est ejus: & accurrens incidit super collum ejus, & osculatus est eum.

21 Et dixit ei filius ejus, Pater mi, peccavi in cælum & coram te, neque dignus sum ut filius tuus vocer.

22 Dixit verò pater ejus servis suis, proferte stolam [4] præcipuam, induite eum, & ponite annulum in manū ejus, & calceate eum calceamentis.

23 Et adducentes interficite bovem saginatum: & comedemus, & exultabimus.

24 Quia hic filius meus mortuus erat, & revixit: & perierat, & inventus est. Et cœperunt exsultare.

25 Ipse autem filius ejus senior in agro erat, & quum venit & appropinquavit domui, audivit vocem concētus multorum.

26 Et vocavit unum ex pueris, & interrogavit quidnam istud *esset*.

27 Dixit ei, Frater tuus venit, & mactavit pater tuus bovem saginatum, quia sanum receperit illum.

28 Et iratus est, & nolebat ingredi. Et egressus pater ejus, [5] petiit ab eo.

29 Ipse verò dixit patri suo, Ecce, tot annis servio tibi servitutē, & nūquā trāsgressus sum mādatū tuū, nec unquā hœdū dedisti mihi ut exultarem cum amicis meis:

30 Huic autē filio tuo, postquàm prodegit possessionem tuam cum meretricibus, & venit, jugulasti ei bovem saginatum.

cinas? dicens, Gratulamini mihi: nam inveni drachmam quam perdideram?

10 Ita dico vobis, gaudiū est in conspectu Angelorum Dei super uno peccatore resipiscente.

11 [c d] Ait autē, Quidam habebat duos filios:

12 Quorum junior dixit patri, Pater, da mihi [e] partem substantiæ *ad me* attinentem. *Ille* igitur divisit eis [f] facultates.

13 Post dies autem non multos, congregatis omnibus, junior ille filius peregrè profectus est in regionem longinquam: & illic dissipavit substātiam suam, profusè vivendo.

14 Quum autem omnia ipse consumsisset, orta est fames valida in regione illa: & ipse cœpit *victu* defici.

15 Abiit igitur & adhæsit uni ex civibus regionis illius: qui misit eū in agros suos ut pasceret porcos.

16 [g] Et desiderabat implere ventrem suum siliquis quas edebant porci: & [h] nemo ei dabat.

17 [i] Quum autem ad se rediisset, dixit, Quot mercenarii patris mei redundāt panibus, ego verò fame pereo!

18 Surgens proficiscar ad patrem meū, & dicam ei, Pater, peccavi [k] in cælum & in tuo conspectu:

19 Neque ampliùs sum dignus vocari filius tuus: fac me ut unum ex mercenariis tuis.

20 Surgens igitur contendit ad patrem suum. Quum autem adhuc longè abesset, vidit eum pater ipsius, & intima misericordia motus est: & accurrens incidit in collum ejus, & deosculatus est eum.

21 [l] Dixit autem ei filius, Pater, peccavi in cælum & in tuo conspectu, neque dignus sum ampliùs vocari filius tuus.

22 Dixit verò pater ad servos suos, Proferte stolam illam præcipuam, & induite eum, & indite annulum in manum ejus, & soleas in pedes:

23 Et adductum vitulum illum saginatū mactate, & edentes oblectemur.

24 Quia filius iste meus [m] mortuus erat, & revixit: perierátque, & inventus est. Cœperunt igitur sese oblectare.

25 [n] Erat autem filius ille ipsius senior ruri: qui ut veniens appropinquavit domui, audivit concentum & choros.

26 Et vocatum unum ex pueris, percōtatus est quid istud esset.

27 Is verò dixit ei, Frater tuus venit: & mactavit pater tuus vitulum illum saginatum: quòd valentem illum receperit.

28 Indignatus est autem *ille*, nec voluit introire. Pater ergo ipsius egressus, advocabat eum.

29 Ipse verò respondens dixit patri, Ecce, tot annos servio tibi, nec unquam præceptum tuum sum [o] transgressus, nec unquam dedisti mihi hœdum, ut cum amicis meis oblectarer:

30 Sed quum filius iste tuus, qui abligurivit victum tuum cum meretricibus, venit, mactasti ei vitulum illum saginatū.

[2] i. Cuidam ex civibus. Hebraismus.

[3] i. Quum rediisset ad mentem, & cœpisset de se seriò cogitare.

[4] i. vel primariam: ut & πρῶτος accipitur Rom. 5. 2.

[5] i. Rogavit & precibus contendit ut intraret. Ellipsis.

[c] Eādem pertinet hec similitudo quò superior. Docet enim perinde gaudendum esse dum perditi ad bonam frugem redeunt, ac si quis præter spem recuperet quod amissū esse potuit.

[d] B. Homines, discessione ultrò a Deo facta, bonis acceptis spoliati a seipsis, in infinitas calamitates sese præcipitarunt. Deus autem pro sua singulari bonitate, ultrò iis occurrēs quos illis calamitatibus domitos ad resipiscentiam invitavit, non modò benignè eos admittit, sed etiā amplioribus quàm unquā antea donis ornatos, summa felicitate beat.

[e] Partem bonorum ad me pertinentem.

[f] Ad ver. vita. i. ea quibus vita sustentatur.

[g] Significat præ fame non ampliùs cogitasse veteres delicias, sed avidè vorasse siliquas. Neq; enim quū porcis daret, hoc cibi genere carere potuit.

[h] Hic copula Et, in causalem particulam resolvi debet. Neque hoc de siliquis dicitur, quæ illi erant ad manū: sed intelligendum est nemi nem ejus inopiæ fuisse misertum. Prodigis enim quia omnia dispendere solent, nihil videtur eo gaudendum.

[i] B. Initium resipiscentiæ, agnitio divinæ misericordiæ nos ad bene sperandum excitantis.

[k] i. In Deum, quia in cælis dicitur habitare. vide in Matt. 21. 25.

[l] B. In vera resipiscentia inest sensus peccati cum tristitia & pudore conjunctus: unde nascitur confessio, quam sequitur absolutio.

[m] Solet scriptura homines peccatis deditos mortuos appellare. Unde colligimus, pœnitentiā esse a morte resurrectionem. Atq; hæc prima illa resurrectio, de qua Apoc. 20. 6.

[n] B. Qui Deum verè amant, omnes optant habere corrivales.

[o] Vel prætetii, i. contempsi. quæ enim aspernamur, ea ne quidem aspicere sustinemus.

31 Ipse

31 Ipſe verò dixit ei, Fili, tu ſemper mecum es, & omnia mea tua ſunt.

32 Exhilarari verò & gaudere oportebat, quòd frater tuus hic mortuus erat, & revixit: perierátque, & inventus eſt.

31 Dixit ei pater ejus, Fili mi, tu omni tempore mecum es, & quicquid meũ eſt, tuum eſt.

32 Exſultare autem nos oportebat & lætari, quòd hîc frater tuus mortuus erat, & revixit: ac perierat, & inventus eſt.

CAPUT DECIMUMSEXTUM.

1 Parabola Diſpenſatoris delati ad dominum. 11 Duobus dominis ſervire. 16 Lex & Prophetæ. 19 de Divite & Lazaro.

DIxit[a] autem etiã diſcipulis ſuis, Fuit homo quidam dives, qui habebat [b] diſpenſatorem: & is delatus eſt apud eũ, ut qui diſſiparet quæ ipſi ſuppetebant.

2 Vocavit eum igitur, & dixit ei, Quî iſtud audio de te? redde rationem diſpenſationis tuæ: [c] non enim poteris ampliùs eſſe diſpenſator.

3 Dixit autem apud ſe diſpẽſator, Quid faciam, quũ dominus meus auferat a me diſpenſationem? fodere nequeo, mendicare pudet.

4 Novi quid ſim facturus, ut quum amotus fuero a diſpenſatione, recipiãt me *aliqui* domum ſuam.

5 Convocatis itaque ſingulis debitoribus domini ſui, dixit primo, Quantũ debes domino meo?

6 Is autem ait, Centum[d] batos olei. Tũ ille dixit ei, Accipe[e] tabulas tuas, & ſede citò, & ſcribe quinquaginta.

7 Deinde alii dixit, Tu verò quantum debes? Is autem ait, Centum[f] coros tritici. Tum ipſe dixit ei, Accipe tabulas tuas, & ſcribe octoginta.

8 Et laudavit Dominus ille diſpenſatorem[g] injuſtum, quòd prudenter feciſſet. Certè[h] filii hujus ſeculi prudẽtiores ſunt filiis lucis in ſuo genere.

9 *Sic* etiam ego vobis dico, Facite vobis amicos ex mamona[i] injuſto: [k] ut quũ defeceritis, recipiant vos [l] in æterna illa tabernacula.

10 [m] Qui fidelis eſt in pauco, etiã in multo fidelis eſt: & qui in pauco injuſtus eſt, etiam in multo injuſtus eſt.

11 Itaque ſi in fallaci mamona fideles non fuiſtis, [n] veram *mamonam* quis credet vobis?

12 Et ſi in [o] alieno fideles non fuiſtis, quod veſtrum eſt quis dabit vobis?

13 [p] * Nullus ſervus poteſt duobus dominis ſervire: aut enim unum odio habebit, & alterum diliget: aut uni adhærebit, & alterum contemnet. non poteſtis Deo ſervire & mamonæ:

14 Audiebant autem hæc omnia etiam Phariſæi, qui erant avari: & ſannis eũ excipiebant.

15 [q] Tunc dixit eis, Vos ii eſtis qui juſtificatis voſipſos in hominum conſpectu:

ET dixit parabolã ad diſcipulos ſuos, Homo quidam erat dives, & erat ei [1] diſpenſator: & accuſatus fuit apud eum quòd poſſeſſionem ejus [2] prodigeret.

2 Et vocavit eum dominus ejus, ac dixit ei, Quid hoc eſt quod audio de te? red de mihi rationem diſpenſationis tuæ. nõ enim potes deinceps diſpenſator eſſe mihi.

3 Dixit ille diſpenſator apud ſeipſum, Quid faciam quòd dominus meus aufert a me diſpenſationem? ut fodiam non poſſum, & mendicare pudet me.

4 Novi quid faciam, ut quum egreſſus fuero ex diſpenſatione, [3] recipiant me in domos ſuas.

5 Et vocavit[4] unũquemque ex debitoribus domini ſui: & dixit priori, Quantum tu debes domino meo?

6 Dixit ei, Centum[5] menſuras olei. Dixit ei, accipe ſcriptum tuum, & ſede cum feſtinatione, ſcribe quinquaginta menſuras.

7 Et dixit alii, Tu quantum debes domino meo? Dixit ei, Centum[6] coros tritici. Dixit ei, Accipe ſcriptum tuum, & ſede, ſcribe octoginta coros.

8 Et laudavit dominus noſter diſpenſatorem qui iniquus erat, quòd prudenter egiſſet. filii enim ſeculi hujus prudentiores ſunt quàm filii lucis in ſua hac generatione.

9 Et etiam dico vobis, Facite vobis amicos ex mamuna hoc iniquitatis, ut quum defecerit, recipiant vos in tabernacula ſua quæ ſunt in æternum.

10 Qui in modico fidelis eſt, etiam in multo fidelis eſt: & qui in modico iniquus eſt, etiam in multo iniquus eſt.

11 Si igitur in mamuna iniquitatis fidẽles nõ fueritis, verum *mamuna* vobis quis credet?

12 Et ſi in eo quod veſtrum non eſt, nõ eſtis fideles inventi, quod veſtrũ eſt quis dabit vobis?

13 Non eſt ſervus qui poſſit duobus dominis ſervire: vel enim unum odio habebit, & alterum diliget: vel unũ in honore habebit, & alterum deſpectui habebit. Non poteſtis Deo ſervire & mamuna.

14 Phariſæi autem quũ audiviſſent hæc omnia, quia amabant[7] argentum, deridebant eum.

15 [8] Jeſchua autem dixit eis, Vos eſtis illi [8] qui juſtificatis voſipſos coram filiis ho-

minis:

a 8. Quum homines ſæpe alienis etiam ſumtibus amicitias ſibi cõparent, turpe nobis eſt, liberali bonorum in eos uſus acceptorum diſpẽſatione Domino non placere, & proximos non demereri, quum hac una ratione divitiæ (quæ ferè ſunt peccãdi illecebræ) in contrarium finem vertantur.

b Oeconomũ. i. curatorẽ ſeu administratorem rei familiaris.

c Tibi non fiet a me poteſtas.

d Batus, Hebraica menſura liquidorũ.

e Obligationis inſtrumenta.

f Corus, Hebraica menſura aridorum. Joſeph. Antiq. 15. cap. 12.

g Hac parabola non approbatur œconomi injuſtitia, quę revera furtum erat. Sed parabolæ proponuntur, ut obliquè & ꝑpoſita veluti imagine quadam aliquid demonſtrẽt, & rei veritatem oſtendant, nõ per omnia ſimilitudine rebus ipſis congruente. Hoc itaque unum vult hac parabola Chriſtus docere, cautiores eſſe propha nos homines in curãdis hujus vitæ negotiis, quàm filii Dei ſint ſolicitι de vita æterna.

h i. homines præſenti vitæ addicti, quib⁹ hoc loco filii lucis opponũtur: hos ſpirituales, illos carnales vocat Paulus.

i Ad ver. injuſtitiæ, non ad opes malè partas illud referendum eſt. vult enim Dominus liberalitatem noſtram derivarie fonte puro: ſed injuſtas vocat divitias, quibus injuſtè utuntur homines.

k Hoc verbo denotat mortis tempus, ac breve diſpenſationis noſtræ tempus fore admonet, ne tenaciores nos reddat longioris vitæ fiducia.

l Amicos quos facere jubet ex iniquo mamona (hoc eſt, ex diſpẽſatis benignè in pauperes Chriſtianos facultatibus) dicit nos ſuſcepturos in æterna tabernacula, id eſt, in vitam æternam.

m 8. Timendum ne propter terrenæ diſpenſationis abuſum cæleſtibus donis privemur. Quomodo enim ſpiritualibus benè utentur, qui terrena malè adminiſtrant?

n id eſt, Cæleſtes & veras divitias, quæ fluxis & caducis opponuntur.

o In externis bonis, quæ aliena vocat: quia noſtræ fidei ſunt commiſſa.

p 8. Nemo ſimul poteſt Deum & opes amare. * *Mat. 6. 24.*

q 8. Deum non latent vitia quantumvis hominibus occulta, atque adeò iis ipſis quibus inſunt.

1 Vide ſuprà 12. 42.

2 Hinc eſt illud adverbiũ מרחאית derivatum, quod legitur 15. 13.

3 f. i. recipiat aliquò, receptum habere poſſim. dictũ imperſonaliter Hebræo more. Hęc autẽ ſimilitudo ita accipienda eſt ut illa malî judicis infr. 18.

4 Ad ver. Unũ unum. Hebraiſmus.

5 Vocẽ מתרין fortaſſe Syrus interpres (ut multas alias) a Græco eſt mutuatus, atque ſuæ linguæ ac commodavit, ut ſit pro Græca μετρητας: qd mẽſuræ genus Hebræo bato qui in Græco codice exprimitur, omninò æquale eſt.

6 Eadem eſt menſura cum חומר *chomer*: cõtinet igitur decies epha.

7 f. vel pecuniam: quod eſt frequentius.

8 f. al. qui juſtificant animas ſuas, id eſt, ſeipſos.

minis: Deus autē novit corda vestra. quia quod est sublime apud filios hominis, coram Deo abominabile est.

16 Lex & Prophetæ usque ad Iuchannan, deinde regnum Dei annunciatur, & quisque ipsum premit ut ingrediatur.

17 Facilius est autem ut cælum & terra prætereant, quàm ut litera una ex Lege prætereat.

18 Quisquis dimittit uxorem suam, & ducit alteram, adulterium committit: & quisquis ducit dimissam, adulterium committit.

19 Homo autem quidam dives erat, & induebatur byssо & purpura, & quotidie deliciis indulgebat[9] superbè.

20 Et pauper quidam erat cujus nomē Laazar, & projectus erat ad portam illius divitis[10] perculsus ulceribus.

21 Et cupiebat implere ventrem suum ex micis quæ cadebant a mensa illius divitis: sed etiam canes venientes lingebāt ulcera ejus.

22 Et factum est autem ut mortuus sit ille pauper, & portaverunt eum Angeli in sinum Abraham: mortuus est verò etiam ille dives, & sepultus est.

23 Et quum torqueretur in inferno, sustulit oculos suos e longinquo, & vidit Abraham & Laazar in sinu ejus:

24 Et clamavit voce elata, ac dixit, Pater mi Abraham, miserere mei, & mitte Laazar, ut intingat summitatem digiti sui in aquas, & humectet mihi linguam meā: quia ecce torqueor in flamma hac.

25 Dixit ei Abraham, Fili mi recordare quòd recepisti bona tua in vita tua, & Laazar mala sua: & nunc ecce quiescit hic, & tu torqueris.

26 Et cū his omnibus,[11] hiatus magnus positus est inter vos & nos, ut ii qui volunt transire ad vos, non possint: neque etiam isthinc, transire ad nos.

27 Dixit ei, Igitur peto abs te pater mi, ut mittas eum ad domum patris mei.

28 Quinque enim fratres sunt mihi: abeat: testificetur eis: ne etiam ipsi veniāt in locum hunc tormenti.

29 Dixit ei Abraham, Est illic Musche & Prophetæ, audiant eos.

30 Ille verò dixit ei,[12] Non, pater mi Abrahā: sed siquis ex mortuis abeat ad eos, convertentur.

31 Dixit ei Abraham, Si Musche & Prophetas non audiunt, nec etiam, si quis ex mortuis resurrexerit, credent ei.

Deus autē novit corda vestra: quia quod apud homines [r] sublime est, abominatio est in conspectu Dei.

16 [s] *Lex & Prophetæ usque ad Iohannem: ab eo tempore regnum Dei evangelizatur, & quivis in illud vi perrumpit.

17 *Facilius est autem cælum & terram præterire, quàm Legis unum apicem excidere.

18 *Quisquis dimittit uxorem suam, & alteram ducit, mœchatur: & quisquis a viro [t] dimissam ducit, mœchatur.

19 [v] Cæterùm quidam erat dives, qui induebatur [x] purpura & byssо, & sese oblectabat quotidie splendidè.

20 Erat verò quidam mendicus nomine Lazarus, qui projectus erat ad vestibulum ejus, ulcerosus,

21 Et desiderans saturari micis quæ cadebant è mensa divitis: sed & canes veniebant ac lingebant ejus ulcera.

22 Factū est autem ut moreretur mendicus, & asportaretur ab Angelis in sinum Abrahami: mortuus est verò etiam dives, ac sepultus est,

23 [y] Et apud inferos sublatis oculis suis, quum esset in tormentis, vidit Abrahamum e longinquo, & Lazarum in sinu ejus.

24 Tum ipse clamans dixit, Pater Abrahame, miserere mei, & mitte Lazarum ut intingat extremum digitum suum in aquam, & refrigeret linguam meam: quoniam crucior in ista flamma.

25 Dixit autem Abrahamus, Fili, memēto te [z] bona tua recepisse in vita tua, & Lazarum similiter mala: nunc autem hic [a] solamen recipit, tu verò cruciaris.

26 Et ad hæc omnia, [b] inter nos & vos hiatus ingens constitutus est, ut ii qui volunt hinc transire ad vos non possint, neque istinc huc transire.

27 [c] Dixit autem *ille*, Rogo te igitur pater, ut eum mittas domum patris mei.

28 Habeo enim quinque fratres, ut *hæc* attestetur eis, ne & ipsi veniant in hunc locum tormenti.

29 Dicit ei Abrahamus, Habent Mosen & Prophetas: audiant eos.

30 Ille verò dixit, Non, pater Abrahame: sed si quis e mortuis abierit ad eos, resipiscent.

31 Abrahamus autem dixit ei, Si Mosen & Prophetas non audiunt, ne si quidem quispiam ex mortuis resurgat, persuadebuntur.

[9] i. Splendidè & magnificè.

[10] r. vel deformatus ulceribus. Syrè, deletus. Nomen autem Lahazar, si etymon spectes, perinde sonat atque si dixeris virum cui ferri oportet adjumentum. quapropter æquè potest, ac fortasse meliùs, appellativè quàm propriè hoc loco accipi.

[11] Vocē חוצא in hoc versu aliàs non legi non modò in novo Testamēto Syro, sed neque in Chaldæis paraphrasibus veteris Testamēti, neque antiquis Hebræorū scriptis: & ita accedit ad Latinā vocē Hiatus, ut eadem esse, & Syræ linguæ accōmodata videatur. y. Etsi haud scio an ab Hebræo frangendi verbo deduci possit: quo sensu Latini cælum & terram hiare vel discedere solebant dicere, quū dissiliret ac diffringeretur.

[12] r. Ellipsis ἀναπληρωτικὴ in scripturis frequentissima, ut Genes. 19. 2 & 18.

[r] i. Quicquid proprio sensu homines extollunt, hoc abominatur & reiicit Deus.

[s] 2. Pharisæi novi fœderis præ vetere excellentiam cōtemnebāt, exactam justitiam legis ignorantes: cujus quū falsi essent interpretes Christus ex septimo præcepto docet.

*Mat. 11. 12.

*Mat. 5. 18.

*Matt. 5. 32. & 19. 9.

1. Cor. 7. 11.

[t] Qui hinc colligunt, post repudium nullū esse secūdo matrimonio locum, altera superstite parte, ineptè colligūt. Loquitur enim Christus de repudiis apud Judæos usitatis, inter q̄ numerari non potest repudiū ob adulteriū, quum adulteros ex lege oportet capitali pœna plecti.

[v] 3. Priorū paupertatē & miserias, sempiterna fœlicitas: divitum autem luxum & crudelem fastum, æterna miseria, absq; ulla misericordiæ spe, consequetur.

[x] Admodum pretiosè & splendidè. Purpureas enim vestes pretiosas fuisse constat. byssum autem subtilissimum linum Ægypriacum fuisse tradit Plin. pretio æquale auro.

[y] Etsi Christus historiam narrat, res tamen spirituales describit sub figuris quas sciebat accommodas esse ad sensum nostrum. Neq; enim animæ digitis & oculis præditæ sunt, neque siti laborant, neq; mutua colloquia inter se habent. Summa igitur est, fideles animas, ubi a corporibus migrārunt, lætam & beatam vitam extra mundum agere: reprobis verò paratos esse horribiles cruciatus, qui mentibus nostris non magis concipi possunt, quàm immensa cælorum gloria. [z] q.d. Memento, præsentis vitæ illecebris ebrium, te totum demersisse in terrenas delicias, Deum & ejus regnum contemsisse, nunc socordiæ tuæ pœnas dare. [a] Si solatio fruitur Lazarus, ergo non dormiunt animæ, ut quidam nugantur. [b] Intelligit æternam fore a beatis reproborum separationem. [c] 2. Quum certa vivendi regula nobis in verbo præscripta sit, aliæ revelationes temerè & frustrà quæruntur.

CAPUT DECIMUMSEPTIMUM.

[1] *Scandala.* [3] *Peccanti in nos ignoscendum.* [10] *Servi inutiles sumus.* [11] *De decem leprosis.* [20] *Regnum Dei quando venturum.* [23] *Falsi Christi.* [26] *Adventus Christi qualis futurus.*

ET dicebat Ieschua discipulis suis, Fieri non potest ut non veniant offendicula, væ autem illi [1] per cujus manum venient.

AIt [a] autem discipulis, *Contingere non potest ut non eveniant offendicula: sed væ illi per quem eveniunt.

[1] i. per quem, διαχρηστικῶς, ut passim.

[a] 2. Ecclesia scandalis necessariò obnoxia, sed quæ inulta nō sinet Dominus si vel minimus quispiam fuerit offensus. *Matt. 18. 7. Mar. 9. 42.

2 Expedit

2 Expedit ei si mola asinaria circumponatur collo ejus, & abjectus fuerit in mare, *potiùs* quàm ut sit offendiculo uni ex pàrvis istis.

3 [b] Cavete vobis. * Si peccaverit in te frater tuus, objurga eum: & si resipuerit, remitte ei.

4 *Et, si septies in die peccaverit in te, & septies *in* die revertatur ad te, dicens, Resipui: remittes ei.

5 [c] Tunc dixerunt Apostoli Domino, Adde nobis fidem.

6 Dixit autem Dominus, *Si haberetis fidem [d] quantulum *est* granum sinapis, diceretis huic sycamino, Eradicator, & plantator in mari: & obediret vobis.

7 [e] Quis autem vestrûm habet servum arantem, aut pascentem, qui regresso ab agro, dicat statim, Accede, & recumbe?

8 Imò nónne dicit ei, [f] Para quod cœnem, & præcinctus ministra mihi usquedum edero ac bibero: & posteà edito tu & bibito?

9 Num gratiam habet servo illi quia fecit quæ ipsi edicta fuerant? non puto.

10 [g] Ita & vos quū feceritis omnia quæ edicta sunt vobis, dicite, Servi inutiles sumus: nam quod debuimus facere, fecimus.

11 [h] Et factum est, inter eundum Hierosolymam, ut ipse transiret per mediam Samariam & Galilæam.

12 Quum autem ingrederetur in quēdam vicum, occurrerunt ei decem viri leprosi, qui steterunt procul:

13 Et sustulerunt vocem, dicentes, Jesu magister miserere nostri.

14 Qui quum *eos* vidisset, dixit eis, Profecti * ostendite vos Sacerdotibus. Et factum est ut inter eundum purificati sint.

15 Unus autem ex ipsis ut vidit se sanatum esse, revertit, glorificans Deum voce magna.

16 Et procidit in faciem ad pedes ejus, gratias ei agens: erátque iste Samaritanus.

17 Respondens autem Jesus dixit, Nónne decem illi purificati sunt? novē autem illi ubi *sunt*?

18 Non sunt reperti qui redierint ut tribuerent gloriam Deo nisi alienigena iste.

19 Et dixit ei, Surge, & abi: fides tua te servavit.

20 [i] Interrogatus autem a Pharisæis quando venturum esset regnum Dei, respondit eis, & dixit, Non veniet regnum Dei ita ut [k] observari possit:

21 Neque dicent, Ecce hîc, aut ecce illic. ecce enim, regnum Dei [l] intùs habetis.

22 [m] Dixit autem discipulis, Veniet tempus quum desiderabitis videre [n] unum ex diebus Filii hominis: nec videbitis.

[b] n. Reprehensiones & justas esse & a charitate proficisci oportet. *Matt. 18. 21. *Mat. 18. 21.

[c] n. Deus quāvis imperfectè, verè tamē credentibus, nunquam deerit etiam in iis difficultatibus quæ nulla humana ratione vinci possunt. *Matt. 17. 20.

[d] Si vel tantillum fidei haberetis, quantulum est granum sinapis.

[e] n. Quum Deus suo jure nos nostráque omnia sibi vindicet, nihil nobis quantumvis strenuè ad mortē usque laborantibus debere potest.

[f] Nota hîc, continuò operandum nobis esse in vinea Domini, donec mūdū hūc egressi fuerimus.

[g] n. Legis observatio vel perfectissima, non est tamen ullius premii meritoria.

[h] n. Christus ingratis etiā futuris benefacit: sed solis gratis prosunt ad salutem beneficia Dei. *Levit. 14. 2.

[i] n. Regnū Dei, etiam præsentissimum, a multis non animadvertitur, quoniam illud falsò existimant cum externo splendore conjunctum esse.

[k] Ad verbum, cum observatione, id est cū externo quopiam majestatis splendore, ex quo possit agnosci. Alioqui ex manifestis etiam multis signis potuit intelligi Christum esse Messiam illum, cujus regnum tamdiu exspectatum fuerat. Sed de iis hoc loco signis agitur, quæ Pharisæi animo concepetant, qui terrenum Messiæ regnum exspectabant.

[l] Id est, quæritis Messiam tamquam absentem, quum ille sit in medio vestri.

[m] n. Præsentia sæpè negligimus, quæ frustrà requirimus amissa.

[n] Tempus erit quo magna cum animi tristitia frustrà absentem Filium hominis requiratis.

2 Tolerabilius esset ei si mola asinaria suspensa esset ad collum ejus, & projiceretur in mare, quàm ut offendat unum ex istis parvis.

3 Cavete vobisipsi. Si peccaverit frater tuus: increpa eum, &, si convertatur, remitte ei.

4 Quòd si [2] septem vicibus in die [3] peccaverit in te, & septem vicibus in die cōversus fuerit ad te, & dixerit, Resipisco: remitte ei.

5 Et dixerūt Apostoli Domino nostro, Adauge nobis fidem.

6 Dixit eis, Si esset vobis fides sicut granum sinapis, diceretis ficui isti, Eradicator, & plantator in mari: & obediret vobis.

7 Quis est ex vobis cui sit servus qui [4] ducit jugum, aut pascit opes, & si venerit ex agro, dicat ei statim, transi, accumbe?

8 Sed dicit ei, Præpara mihi aliquid ut cœnem: & accinctus lumbis tuis, ministra mihi usquedum edero, & bibero: & postmodum etiam tu edes & bibes.

9 [5] Num gratiā accipit illius servi, quia fecit id quod præceptum fuerat ei? Non puto ego.

10 Sic etiam vos quum feceritis omnia illa quæ præcepta sunt vobis, dicite, Servi sumus inutiles: quia quod debebamus facere, fecimus.

11 Et factum est ut quum proficisceretur Jeschua Urischelem, transiret per Samaritanos in Galilæam:

12 Et quum appropinquaret ut ingrederetur in pagum quendam, occurrerunt ei decem viri leprosi, & steterunt procul:

13 Et extulerunt vocem suam, & dixerunt, Domine noster Jeschua miserere nostri.

14 Et quum vidisset eos, dixit eis, Proficiscimini: ostendite vosipsos sacerdotibus. Et quum proficiscerentur, mundati sunt.

15 Unus autem ex ipsis, quum videret quòd mundatus esset, reversus est, & voce magna glorificabat Deum.

16 Et procidit super faciem suam ante pedes Jeschua, gratias agens ei: & ipse erat Samaritanus.

17 Respondit autem Jeschua, & dixit, Nónne decem fuerunt illi qui mundati sunt? ubi sunt novem?

18 [6] Nunquid discesserunt quo minùs venientes darēt gloriam Deo, præter hūc qui est ex populo alieno?

19 Et dixit ei, Surge, vade: fides tua [7] servavit te.

20 Et quum interrogassent Jeschua *quidam* ex Pharisæis quando venturum esset regnum Dei: respondit, & dixit eis, Nō est venturum regnum Dei cum [8] observationibus.

21 Neque [9] dicent, Ecce hîc est, & ecce illic est. ecce enim regnum Dei [10] intra vos est.

22 Et dixit discipulis suis, Veniunt dies quibus desiderabitis videre unum ex diebus Filii hominis, & non videbitis.

[2] Ad ver. Septē temporibus. Hebraismus.

[3] Syriacè est יומא. vide an notata in sextū Matt. 14.

[4] Descriptio est arantis, cujus aratrum juga boum trahere solent.

[5] i. Nū gratuitū beneficii loco obsequiū servi sui ducit? r. nū de ea re seriò gratias a se habendas putat?

[6] r. Syrè, nunquid discreverunt ut venirent darent gl. &c. id est, nunquid certo judicio & ratione adducti sunt, ut venirent, &c. Sic accipitur Syrorū particula לבא Matt. 9. 15. & alibi passim. Non enim semper vox est composita, significans quare, sed etiam simplex est cum epenthesi literæ ב pro non vel num, ut etiam Arabibus est לם.

[7] Ad ver. Vivificavit te. Hebraismus.

[8] i. Cum splendore & apparatu, qualis conspicitur in iis qui regnū terrenum capessunt.

[9] r. i. dicetur, impersonaliter. Hebraism. sic vers. 23. & 27. & sequēte.

[10] Ad verb. In medio è vobis est. Syra phrasis, cui Gallica respondet, *Il est au milieu de vous.*

23 Et si

23 Et si dixerint vobis, Ecce hîc est, & ecce illic est, ne abeatis.

24 Sicut enim fulgur coruscat de cælo, & quicquid est sub cælo illuminat: sic erit Filius hominis in die suo.

25 Priùs autem futurum est ut patiatur multa, & reprobetur a generatione hac.

26 Et sicut factum est in diebus Nuach, sic erit in diebus Filii hominis.

27 Comedebant & bibebant, & ducebant uxores & dabant maritis, usque in diem quo ingressus est Nuach [n] in arcam, & venit diluvium, & perdidit omnem hominem.

28 Et sicut rursus factum est in diebus Lut: comedebant & bibebant, & emebant ac vendebant, & plantabant ac ædificabant:

29 In die autem quo egressus est Lut e Sedum, pluere fecit Dominus ignem & [n] sulphur e cælo, & perdidit omnes illos.

30 Sic erit in die quo revelabitur Filius hominis.

31 In illo die qui in tecto fuerit, & vasa ejus in domo, non descendat ut tollat ea: & qui in agro fuerit, non revertatur ad *ea quæ sunt* post se.

32 Memores estote uxoris Lut.

33 Qui vult [n] servare animam suam, perdet eam: & qui perdiderit animam suam, servabit eam.

34 Dico vobis quòd in illa nocte duo erunt in uno lecto, unus accipietur, & alter relinquetur.

35 Et duę erunt molentes simul: una accipietur, & altera relinquetur.

36 Duo erunt in agro: unus accipietur, & alter relinquetur.

37 Responderunt, & dixerunt ei, Ubi Domine noster? Dixit eis, [14] Ubi corpus, illic congregabuntur aquilæ.

[n] Tantùm hîc legitur hæc vox, & Matth. 24.28.

[n] Syra vox כבריתא respondet Hebraæ נפריה, mutatis literis ג in כ, & פ in ב, quòd ad idem prolationis organum pertineant: illæ quidem ad palatũ, hæ verò ad labia.

[n] Ad vet. Vivificare. Hebraismus. ut paulò post etiam.

[14] Vide Matth. 24.28.

23 [o] *Et dicent vobis, Ecce hîc, aut ecce illic: *sed* ne abite, neque prosequimini.

24 Nam sicut fulgur coruscans ex *una* regione quæ sub cælo est, in *alteram* quæ sub cælo est splendet: ita erit & Filius hominis die suo.

25 Sed priùs oportet eum multa pati, & reprobari a gente ista.

26 [p] *Et prout factum est in diebus Noë, ita erit etiam diebus Filii hominis.

27 Edebant, bibebant, uxores ducebãt, & dabantur nuptum, ad eum usque diem quo introiit Noë in arcam: venitque diluvium, & perdidit omnes.

28 Similiter etiam ut accidit in diebus Lot: edebant, bibebant, emebant, vendebant, plantabant, ædificabant:

29 *Quo autem die Lot exiit Sodomis, pluit igni & sulphure e cælo, & omnes perdidit:

30 Secundùm hæc erit dies quo Filius hominis detegetur.

31 In illo die qui fuerit in solari, & vasa ejus in ipsa domo, ne descendat ad ea tollenda: & qui in agro, similiter non revertatur retrorsum.

32 [q] *Memineritis uxoris Lot.

33 *Quicumque studuerit animam suã servare, perdet eam: & quicumque eam perdiderit, [r] vivificabit eam.

34 *Dico vobis, illa nocte erunt duo in lecto uno: unus accipietur, & alter relinquetur.

35 Duæ erunt molentes simul: una accipietur, & altera relinquetur.

36 Duo erunt in agro: unus accipietur, & alter relinquetur.

37 [s] Tunc respondentes dicunt ei, Ubi, Domine? Ipse verò dixit eis, * [t] Ubi corpus, illuc congregabuntur aquilæ.

[o] n. Christus prædicit venturos pseudochristos, suam verò gloriam subito longè latéque per orbem terrarum propagatũ iri deleta crucis ignominia.
*Mat. 24.23. Mar. 13.21.

[p] n. Mundus repentino Dei judicio opprimetur: fideles autem oportet perpetuas excubias agere,
*Gen. 7.5. Matt. 24.38. 1. Pet. 3.20.
*Gen. 19.24.

[q] n. Cavendũ in primis ne vel diffidentia, vel hujus vitæ illecebræ, vel ullius conjunctionis respectus nos vel tantillùm remoretur.
*Gen. 19.26.
*Supr. 9.24. Matt. 10.39. Mar. 8.35. Joh. 12.25.

[r] i. servabit, ut explicat Matt. vita enim illa de qua hic loquitur, salus est æterna. sed Hebræorum Syrorũmque hic idiotismus est.
*Mat. 24.41.

[s] n. Una perstandi ratio, Christo adhærere.
*Mat. 24.28.

[t] Hac responsione Christus se firmæ unitatis vexillum esse testatur, sub quo omnes filios Dei colligi oporteat.

CAPUT DECIMUMOCTAVUM.

[1] *Judicis iniqui & viduæ parabola.* [10] *De Pharisæo & publicano.* [15] *Puerorum est regnum Dei.* [22] *Vendere omnia, & dare pauperibus.* [28] *Apostoli relinquunt omnia.* [31] *Mortem suam prædicit Christus.* [35] *Cæcus visum recipit.*

DIxit [1] eis etiam parabolam ut omni tempore orarent, & non esset anxietas eis.

2 Judex quidam erat in civitate quadã [2] qui a Deo non timebat, & a filiis hominis non se abscondebat.

3 Vidua autem quædam erat in civitate illa: & venit ad eum, & dixit, Vindica me ab adversario meo.

4 Et [3] non volebat tempore multo: posteà verò dixit apud se, Si a Deo non timeo, & a filiis hominis non me abscondo:

5 Saltem quia molestiam exhibet mihi hæc vidua, vindicabo eam, ne omni tempore veniens molesta sit mihi.

6 Et dixit Dominus noster, Audite

[2] p. alii, Dixit autem eis etiã parabolam.

[2] i. qui palàm iniquus erat, ut nec Dei nec hominum judicium metueret.

[3] i. Diu eam a se repulit & recusavit facere quod petebat.

DIxit [a] autem eis etiam parabolam *huc spectantem*, * quòd oportet ipsos semper orare, nec [b] segnes esse,

2 [c] Dicens, Judex quidam erat in quadam urbe qui Deum non timebat, nec quemquam reverebatur:

3 Erat autem in illa urbe quædam vidua, quæ venit ad eum, dicens, Vindica me ab adversario meo.

4 Ille autem noluit per *multum* tempus: posteà verò dixit apud se, Etsi Deum non timeo, nec quemquam revereor:

5 Tamen quia molestiam mihi præbet vidua ista, vindicabo eam, ne tandem veniens [d] obtundat me.

6 Ait autem Dominus, Audite quid

[a] n. Deus vult nos assiduitate precandi non fatigare, sed exercere. Ieaque sic luctandum cum impatientia, ut longior mora precandi cursum non abrumpat.
*Eccl. 18.22. Rom. 12.12. 1. Thess. 5.17.

[b] Afflictionibus vel malis cedere, ut faciunt qui animum despondent.

[c] Paria cum paribus minimè conferuntur, sed minus cum maiore. Si etiam ab iniquissimo judice per importunitatem jus obtineatur, quantò magis piorum assiduæ preces apud Deum valebunt?

[d] Ad verbum, ictibus me opprimat. Metaphora sumta est a pugilibus, qui adversarium pugnis aut cæstibus obtundunt. nam sic importuni suis clamoribus, quasi ictibus, autes judicis verberant.

judex ille injustus dicat:

7 Deus autem non vindicabit electos suos, vociferantes ad ipsum die ac nocte, [c] etiamsi iram cohibeat super ipsis?

8 Dico vobis, vindicabit eos citò. Verumtamen Filius hominis quum venerit, num reperturus est fidem in terra?

9 [f] Dixit autem etiam quibusdam qui sibi persuaserant se justos esse, & pro nihilo habebāt reliquos, parabolam istam:

10 Homines duo ascenderunt in templum ad orandum: unus Pharisæus, & alter publicanus:

11 [g] Pharisæus consistens seorsim hæc oravit, Deus, gratias ago tibi quòd nō sim ut reliqui homines, rapaces, injusti, mœchi: vel etiam ut iste publicanus.

12 Jejuno bis [h] hebdomade, decimo quæcumque possideo.

13 Publicanus autem [i] procul stans, nolebat vel oculos in cælum attollere: sed cædebat pectus suum, dicens, Deus, placator mihi peccatori.

14 Dico vobis, descendit iste justificatus domum suam *potiùs* quàm ille: * quia quicumque se extollit deprimetur, & qui sese deprimit, extolletur.

15 * [k] Adferebant autem ad eum etiam infantes, ut eos tangeret: [l] quum autem hoc vidissent discipuli, objurgârunt eos.

16 Jesus verò quum [m] puerulos advocâsset, dixit, [n] Sinite puerulos venire ad me, & eos nō prohibete: talium est enim regnum Dei.

17 [o] Amen dico vobis, quicumque non exceperit regnum Dei tamquam puerulus, nequaquam introibit in illud.

18 * Tunc interrogavit eum quidam ex primoribus, dicens, Magister bone, quid faciendo, vitam æternam possidebo?

19 Dixit autem ei Jesus, Cur me dicis bonum? nemo bonus nisi unus, *nempe* Deus.

20 Præcepta nosti, * Ne mœchare, Ne occidito, Ne furare, Ne falsum testimonium dicito. Honora patrem tuum & matrem tuam.

21 Ille autem dixit, Hæc omnia observavi a juventute mea.

22 [p] Jesus verò his auditis, dixit ei, Adhuc unum tibi deest: omnia quæ habes, vende, & distribue pauperibus, & habebis thesaurum in cælo: & adesdum sequere me.

23 At ille his auditis, valdè tristis factus est: nam dives erat valdè.

24 [q] Quum autem vidisset Jesus eum valdè tristem factum, dixit, Quàm difficilè qui pecunias habent, introibunt in regnum Dei!

25 Facilius est enim camelum per foramen acus intrare, quàm divitem in regnum Dei intrare.

26 Qui verò *istud* audierant, dixerunt, Et quis potest servari?

[c] Quantumvis tardus videatur in ulciscendis ipsorū injuriis.

[f] 1. Duo in primis multorum preces inanes reddunt, propriæ videlicet justitiæ fiducia, & aliorum cōtemtus: quibus vitiis cor contritum ac humiliatum opponitur.

[g] 1. Etiamsi quicquid habemus, non a Deo habere fateamur, nihilo minùs ut arrogantes despicimur a Deo, si vel tantillum in nostris operibus fiduciæ coram Deo habeamus.

[h] Ad ver. sabbatho: sabbathū autem pro hebdomade sumitur.

[i] Procul a Pharisæo, loco nimirùm humiliore.

* *Supr. 14. 11. Matt. 23. 12.*

* *Mat. 19. 11. Mar. 10. 11.*

[k] Eos, quos discipuli abigebant, qui nimirū puerulos gestābant. Nā ex vulgata loquēdi consuetudine dicitur puerulum ad se vocare, qui nutricem accersit, quæ infantem adferat.

[l] 2. Christum carnis suæ sensu æstimare, infinitarū corruptelarū causa.

[m] Si adferebātur, teneri itaque adhuc erant, quod amplius confirmatur ex eo q̄ infantes essent: illud autē observādum adversus hostes pædobaptismi.

[n] 3. Etiā infantes fidelium in gratuito fœdere comprehenduntur.

[o] 2. Puerilis innocentia, Christianorū ornamentum.

* *Mat. 19. 16. Mar. 10. 17.*

* *Exod. 20. 13.*

[p] 2. Opum illecebræ plurimos a recta via abducunt.

[q] 2. Divitem simul & pium esse singulare Dei donū est.

quid dixerit judex [4] iniquitatis.

7 Deus autem non potiùs faciet vindictam pro electis suis qui clamant ad se die ac nocte, & [5] protrahet spiritum suum contra illos?

8 Dico vobis quòd faciet vindictam eorum citò: verumtamen veniet Filius hominis, & inventurúsne est fidem super terram?

9 Et dicebat parabolam hanc contra quosdam qui confidebant in se quòd essent justi, & contemnebant omnem hominem.

10 Duo homines ascenderunt in templum ad orandum, unus Pharisæus & alter publicanus.

11 Et ipse Pharisæus [6] stabat [7] solus, & hæc orabat, Deus, gratias ago tibi quòd non sum sicut reliqui homines, raptores, injurii, & adulteri, neque sicut hic publicanus.

12 Sed jejuno bis in [8] sabbatho, & decimo quicquid possideo.

13 Ipse verò publicanus stabat procul, & nō volebat ne oculos quidem suos attollere in cælū, sed percutiebat super pectus suum, & dicebat, Deus, gratiosus esto mihi peccatori.

14 Dico vobis quòd descendit iste justificatus in domū suam potiùs quàm ille Pharisæus. Quisquis enim extulerit seipsum, deprimetur: & quisquis depresserit seipsum, extolletur.

15 [9] Offerebant autem ei infantes, ut tangeret eos: & viderunt illos discipuli ejus, & objurgaverunt illos.

16 Ipse verò Jeschua vocavit eos, & dixit eis, Sinite parvulos venientes ad me, & ne prohibeatis eos: illorum enim qui sunt sicut ii, illorum *inquam* est regnum cælorum.

17 Ammin dico vobis, quòd qui non acceperit regnū Dei tamquam parvulus, non intrabit in illud.

18 Et interrogavit eum quidam ex primoribus, & dixit ei, Pręceptor bone, quid faciā ut hæreditatem consequar vitæ quæ est in perpetuum?

19 Dixit ei Jeschua, Quid vocas tu me bonum? &, non est bonus nisi unus Deus.

20 Mandata nosti, Non occides, & non committes adulterium, & Non furaberis, & Non testaberis testimonium mendacii: Honora patrem tuū & matrem tuam.

21 Dixit ei, Hæc omnia servavi a pueritia mea.

22 Quum audivisset autem Jeschua, dixit ei, Unum deest tibi. abi, vende quicquid est tibi, & da pauperibus: & erit tibi thesaurus in cælo: & [10] veni post me.

23 Ille autem quum hæc audivisset, mœstitia affectus est: dives enim erat valdè.

24 Et quum vidisset Jeschua quòd mœstitia affectus esset, ait, Quàm difficile est eis, quibus sunt opes, ut ingrediantur in regnum Dei.

25 [11] Facilius est camelo ut in foramen acus ingrediatur, quàm ut dives in regnū Dei.

26 Dicunt ei qui audierunt, Et quis potest servari?

[4] 1. vel iniquus.

[5] 1. iram suam differet contra opprimentes eos? 2. vel & quidem protrahens spiritū suum erga illos? ut sit hæc sententia, In hos Deus est μακρόθυμος ad peccata ipsorū delenda: ergo nec in alios qui injustè affligunt erit μακρόθυμος, nec istorum maleficiis justos perire sinet. In hos enim est μακρόθυμος, nō ut peccatores materiam habeant malefaciendi, sed ut electi a malefaciendo abstineant, & ad orationem attēdant, de qua vers. 1. Sic argumentatio est a natura Dei permissis operibúsque illius cōfirmata. atque hęc interpretatio seq. vers. confirmatur.

[6] 1. vel consistens apud se, i clam apud animum suum comparās sese coram Domino.

[7] Ad ver. Inter se & animam suam. Hebraismus.

[8] i. hebdomade. Vide Matt. 28. 1.

[9] 1. nēpe quidam: pro eo quod est, offerebantur infantes: impersonaliter, ut suprà 16. 4.

[10] 1. Sequere me. Hebraism.

[11] Vide quæ de hac Syra voce scripsimus, Mat. 19. 24.

27 Jeschua

27 Jeschua autem dixit, Ea quæ apud filios hominis non possunt, apud Deum fieri possunt.

28 Dixit ei Schemeun Cipha, Ecce, nos reliquimus omnia, [12] & ivimus post te.

29 Dixit ei Jeschua, Ammin dico vobis, quòd nemo est qui reliquerit domũ, aut parentes, aut fratres, aut uxorem, aut filios, propter regnum Dei,

30 Et non recepturus sit [13] cum duplicationibus multis hoc tempore, & in seculo futuro vitam quæ est in æternum.

31 Et accepit Jeschua duodecim suos, & dixit eis, Ecce, ascendimus Urischelẽ, & perficientur omnia quæ scripta sunt in Prophetis de Filio hominis.

32 Tradetur enim Gentibus, & illudent ei, & spuent in faciem ejus:

33 Et flagellabunt eum, & ignominia afficient eum, & occident eum: & die tertia resurget.

34 Ipsi verò [14] unum ex his non intellexerunt, sed absconditum erat ab eis verbum hoc, nec cognoscebant ea quæ dicebantur eis.

35 Et quum appropinquaret Irichu, cæcus quidam sedebat juxta viam, & mendicabat.

36 Et audivit vocem turbæ transeuntis, & interrogabat quisnam hic esset.

37 Dicunt ei, Jeschua Natzeraja transit.

38 Et clamavit, & dixit, Jeschua fili David, miserere mei.

39 Et ii qui proficiscebantur ante Jeschua objurgabant eum ut taceret: ipse verò ampliùs clamabat, Fili David miserere mei.

40 Et stetit Jeschua, & præcepit ut vocarent eum ad se, & quum accessisset ad se, interrogavit eum,

41 Et dixit ei, Quid vis tu *ut* faciam tibi? Ille verò dixit, Domine mi, ut videam.

42 Et Jeschua dixit ei, Videto. fides tua [15] servavit te.

43 Et eadem hora vidit, [16] & veniebat post eum, & glorificabat Deum, & universus populus, qui viderat, dabat gloriam Deo.

[12] i. Sequuti sumus. Hebraismus.

[13] i. Duplum ejus quod amiserit innumeris vicib' multiplicatum.

[14] i. Nullum horum verborum intellexerunt. Hebraismus jam sæpiùs observatus.

[15] Ad vet. Vivificavit te. Hebraismus.

[16] i. Sequebatur eum, Hebr.

27 Ipse autem dixit, Quæ fieri non possunt apud homines, fieri possunt apud Deum.

28 *Dixit autem Petrus, Ecce, nos reliquimus omnia, & sequuti sumus te.

29 [r] Ipse verò dixit eis, Amen dico vobis, nemo est qui reliquerit domum, aut parentes, aut fratres, aut uxorem, aut liberos, regni Dei causa,

30 Qui non receptus sit multiplicia in hoc tempore, & in seculo venturo vitam æternam.

31 *Jesus autem assumtis illis duodecim, dixit eis, [s] Ecce, ascendimus Hierosolymam, [t] & perficientur omnia quæ scripta sunt per Prophetas, de Filio hominis.

32 Tradetur enim Gentibus, & illudetur, & contumeliis afficietur, & conspuetur.

33 Et postquam eum flagellaverint, interiment: sed die tertia resurget.

34 [v] Ipsi verò nihil horum intellexerũt: erántque ista verba ipsis occulta, nec cognoverunt quæ dicebantur.

35 [x] *Factum est autem ut dum ipse appropinquaret Jericho, cæcus quidam sederet apud viam, mendicans.

36 Quum igitur *is* audisset turbam prætereuntem, percontabatur quid hoc esset.

37 Annunciaverunt autem ei Jesum Nazaræum transire.

38 Tunc vociferatus est, dicens, Jesu fili Davidis miserere mei.

39 [y] Et qui præibant, objurgabant eum vt sileret: ipse verò multò magis clamabat, Fili Davidis miserere mei.

40 Jesus autem quum substitisset, jussit eum adduci ad se: & quum is appropinquasset, interrogavit eum,

41 Dicens, Quid tibi vis faciam? Ille verò dixit, Domine, ut visum recipiam.

42 Et Jesus dixit ei, Recipito visum: fides tua te servavit.

43 Illicò igitur visum recepit, ac sequebatur eum glorificans Deum, & totus populus, quum *hoc* vidisset, tribuit laudem Deo.

*Mat. 19. 27. Mar. 10. 28.

[r] 2. Omnium evadunt ditissimi, qui Christi causa pauperes fieri non recusant.

*Mat. 20. 17. Mar. 10. 32.

[s] 2. Certa quidem est crux, sed non minùs certa est gloria quæ victores manet.

[t] Perspicuè significat Christus his verbis, quòd Prophetæ omnes ac tota Veteris testamenti Scriptura, in hũc præcipuè scopum respiciat, ut doceat Christum tradendũ propter peccata nostra, & resurrecturum propter justificationem nostram, Rom. 4. 25.

[v] Pleonasmis iteratis quanta fuerit discipulorum ignorantia dicitur.

[x] 2. Christus se esse mundi lucem visibili miraculo confirmat.

*Mat. 20. 29. Mar. 10. 46.

[y] 2. Quò plures obices opponit Satã, etiã p eos qui Christi nomen profitentur, eò magis nobis est pergendum.

CAPUT DECIMUMNONUM.

[1] *Zacchæus publicanus.* [13] *Minæ servis datæ ad negotiationem.* [29] *Jesus ingreditur Jerosolymam.* [41] *flens prædicit vrbis excidium.* [45] *Vendentes ejicit e templo.*

ET quum ingressus esset Jeschua, ac transiret per Irichu,

2 Homo quidam, cujus nomen erat Zaccai, dives erat, & maximus publicanorum:

3 Et volebat videre Jeschua quisnam esset: neque poterat præ turba, quia statura sua pusillus esset Zaccai.

4 Et accurrit ante Jeschua, & [1] ascendit in ficum [2] sylvestrem, ut videret eum: quia similiter futurum erat ut transiret.

5 Quúmque venisset ad illum locum Jeschua, vidit eum, & dixit ei, Festina, descende Zaccai: hodie enim oportet

[1] f. Syrè, ascendit sibi Pleonasmus, de quo in Mat. 4. 10.

[2] Syra vox פליחתא significat degenerem & insipidam: unde etiã dicitur de sale infatuato, & qui a pristina sua præstantia degeneravit. neque alibi quàm in hac paraphrasi facilè reperiatur.

IESUS [a] autem ingressus Jericho, transibat:

2 Et ecce, quidam, nomine vocatus Zacchæus, & [b] qui magister erat publicanorum, & is dives erat:

3 Studebátque videre quis esset Jesus: nec poterat præ turba, quòd statura parvus esset:

4 Præcurrens igitur ascendit in sycomorũ, ut eum videret: quoniam futurum erat ut illac transiret.

5 Ut autem venit ad eum locum, suspiciens Jesus vidit eum, & dixit ei, Zacchæe, festinans descende. hodie enim

[a] Christi gratia eos potissimũ prævenit qui maximè videbantur ab ea alieni.

[b] 2. Præfectum publicanorum intellige qui ibi convenerant. Erant enim publicani necessariò in societates distributi, ut ex infinitis locis orationum Ciceronis apparet.

domi tuæ oportet me manere.

6 Tum is festinans descendit, & excepit eum gaudens.

7 [c] Et omnes quum hoc vidissent murmurabant, dicentes eum ingressum esse ad hominem peccatorem ut *ibi* diversaretur.

8 [d] Adstãs autem Zacchæus, dixit Domino, Ecce dimidium bonorum meorũ, Domine, do pauperibus: & si quid cuipiã [e] per calumniam eripui, reddo quadruplum.

9 Dixit autẽ ei Jesus, Hodie salus huic domui contigit, [f] eo quòd ipse quoq; est [g] filius Abrahami.

10 *Venit enim Filius hominis ut quærat & servet quod perierat.

11 [h] Hæc autem ipsis audientibus, pergens, dixit parabolam, eo quòd esset prope Hierosolymam, & quòd putarent fore ut illicò regnum Dei appareret.

12 Dixit ergo, *Homo quidam nobilis profectus est in regionem longinquam, ut acciperet sibi regnum, ac revertereretur.

13 [i] Vocatis autem decem servis suis dedit eis decem minas, & dixit eis, Negotiamini, donec veniam.

14 Cives autem ejus oderant eum, miserúntque legationem post eum, dicentes, Nolumus hunc regnare super nos.

15 Et factũ est quum is rediisset, accepto regno, jussit vocari servos illos ad se, quibus dederat pecuniã: ut cognosceret quis quid negotiando confecisset.

16 Adfuit autem primus, dicens, Domine, [k] mina tua decem lucrifecit.

17 *Ille* autem ait ei, Benè *est* serve bone: quia in minimo fuisti fidelis, habeto potestatem in decem urbes.

18 Et alter venit, dicens, Domine, mina tua confecit quinque minas.

19 *Ille* verò & isti dixit, Tu quoque præesto quinque urbibus.

20 [l] Et alius venit, dicens, Domine, ecce mina tua quam habui sepositam in sudario:

21 Metui enim te, quòd homo sis austerus: aufers quod non deposuisti, & tollis quod non seminasti.

22 Tum *ille* dixit ei, Ex ore tuo te judicabo, serve male: sciebas me hominem austerum esse, qui tollam quod non seminavi:

23 Quare igitur non dedisti pecuniam meam ad [m] mensam, & ego veniens, cum fœnore ipsam exegissem?

24 Et astantibus dixit, Tollite ab eo minam, & date ei qui decem minas habet.

25 *Illi* verò dixerunt ei, Domine, habet decem minas.

26 *At ille*, Nam, *inquit*, *dico vobis, Omni habenti dabitur: ei verò qui non habet, etiam quod habet auferetur ab eo.

tet ut in domo tua sim.

6 Et festinans descendit, & accepit eũ gaudens.

7 Quum viderent autem, omnes murmurabant, & dicebant, Ad hominem peccatorem ingressus divertit.

8 Stetit autem Zaccai, & dixit Jeschua, Ecce, Domine mi, dimidium facultatum mearum do pauperibus, & cuique id quod injuria abstuli, [3] quadruplo restituo.

9 Dixit ei Jeschua, Hodie facta est salus domui huic, eo quòd etiam hic filius est Abrahami.

10 Venit enim Filius hominis ut quærat & servet id quod perierat.

11 Et quum audivissent hæc, [4] adjecit dicere [5] parabolam eo quòd propinquus esset Urischelem, & putarent quòd eadem hora futurum esset ut manifestaretur regnum Dei.

12 Et dixit, Homo quidam [6] cognationis amplæ, profectus est in regionem longinquam, ut acciperet sibi regnum, & revertereretur.

13 Et vocavit decem servos suos, ac dedit eis decem [7] minas, ac dixit eis, Negotiamini donec veniam.

14 [8] Filii autem civitatis ejus oderant eum, & miserunt nuncios post eum, ac dixerunt, Nolumus ut regnet super nos iste.

15 Et quum accepisset regnum: & reversus esset, dixit ut vocarent ad se illos servos suos quibus dederat argentum, ut cognosceret quid quisque illorum negotiatus esset.

16 Et venit primus, ac dixit, Domine mi, mina tua decem minas lucrifecit.

17 Dixit ei, Euge serve bone: quia in modico inventus es fidelis, eris potestatem habens super decem opida.

18 Et venit secundus, ac dixit, Domine mi, Mina tua quinque minas fecit.

19 Dixit etiam huic, Etiam tu eris potestatem habens super quinque opida.

20 Et venit alius, ac dixit, Domine mi, ecce mina tua illa quæ erat apud me, posita est in linteo.

21 Timui enim abs te, quòd homo sis durus, & tollas id quod non posuisti, ac metas id quod non seminasti.

22 Dixit ei, Ex ore tuo te judicabo, serve male. noveras me, quòd homo sim durus, & tollã id quod non posui, & metam id quod non seminavi.

23 Quare non dedisti argentum meum [9] ad mẽsam? & ego venissem, & exegissem eam cum usuris suis.

24 Et illis qui stabant ante se, dixit, Accipite ab eo minam, & date ei apud quem sunt decem minæ.

25 Dicunt ei, Domine noster, sunt penes eum decem minæ.

26 Dixit illis, [10] Dico vobis quòd omni cui est, dabitur: ab eo autem cui non est, etiam quod est ei, auferetur.

[c] 1. Mundus gratiam Dei repudians, iniquè tamẽ fert eam ad alios transferri.

[d] 2. Exemplum veræ resipiscẽtiæ ex effectu intelligitur.

[e] Ad verbum, per sycophantiam: cujus vocabuli propria significatio videtur optimè convenire personæ magistri publicanorũ. Istis enim ferè mos est, suis latrociniis prætexere reipub. commoda, & hoc obtentu ita prædari, ut si quis sese illorum rapacitati opponat, injuriam reipub. fieri clamitent.

[f] Id est, quandoquidem.

[g] Filium esse Abrahæ, nihil aliud declarat, quàm gratis electum esse, & vestigiis fidei Abrahę insistere, Rom. 4. 12. & opera Abrahæ facere, Joh. 8. 39. ex quibus demũ rectè colligitur certa futuræ salutis exspectatio, Roman. 8. 29. quòd autem ex Zacchæi fide colligit dominus totius familię salutem, æstimandũ est ex ratione fœderis quod cũ ipso Abrahamo ita sancitũ est, ut ejus familiam cõprehenderet. id enim ex fœderis tessera liquet, quę cum tota Abrahami familia fuit cõmunicata: ita tamen ut Domino interim maneat libera eligendi vel reprobandi facultas.

*Matt. 18. 11.

[h] 3. Pariter exspectandũ Dei judiciũ, quod suo demùm tempore patefiet.

*Mat. 25. 14.

[i] 2. Tria sunt hominum genera in Ecclesia, unum eorũ qui a Christo quem non cernunt, deficiunt: alterum eorũ qui pro suę vocationis ratione, donis ab eo acceptis ad ipsius gloriam & proximorum commodum industriè & gnaviter utuntur: tertium, eorum qui præ ignavia torpent. Primos igitur illos suo tempore apparens Dominus justis pœnis ulciscetur: secundos gratis beabit pro laborum quos sustinuerint ratione: ignavos autem, ut inutiles, etiam plecter.

[3] Ad ver. Cum quatuor, i. Quadruplum ultra id quod abstulerim. Respicit ad pœnam in futes constitutam, Exod. 22. in fin.

[4] 1. i. insuper dixit, προσέθεκε λέγων. Hebraismus translatitius.

[5] In textu erat מלתא. id est, verbum. sed librarii incuria literę transpositæ fuerant: quem errorẽ, licèt inter animadversos nõ commemoretur, restituere non dubitavi, ac scripsi מתלא.

[6] i. Ortus genere claro, Prę nobilis.

[7] Minam Hebraicam docet Ezec. 45. 12. cõtinere sexaginta siclos. Atq; ut sicli duo erant diversi valoris, communis continens duos denarios, & sanctuarii duplo major, sic etiam mina duplex fuit, cõmunis & sanctuarii. Mina ergo communis 60. communes siclos, hoc est, 120. denarios continebat: mina verò major 60. siclos sanctuarii, hoc est, 240. denarios. De valore autem denarii, vide quæ annotavimus Matt. 18. 1. Sic quidem Hebræi interpretantur vulgo, abutẽtes Ezec. loco: Sed quid Hebræi propriè sibi voluerint olim, & quæ justa mina, aliter ex Scriptura docuimus in 1. Reg. 10. 17. & alibi: & ipse Tremellius re probata adstipulatus est sententiæ nostræ.

*1. Cives ejus. Hebraismus.

[9] 1. i. mensariis occupandum.

[10] 1. Ellipsis, date inquam: nam dico vobis, &c. vide in Matt. 13. 29. sic vers. 40.

[l] 2. In eos qui ignavam vitam deliberando & contemplando consumunt.

[m] Id est, apud mensarios & trapezitas.

*Sup. 8. 18. Mat. 13. 12. & 25. 29. Mar. 4. 25.

27 Verunt

27 Verumtamen illos inimicos meos, qui noluerunt ut regnarem super eos, adducite, & interficite eos coram me.

28 Et quum dixisset hæc Jeschua, progressus est ut proficisceretur Uerischelem.

29 Et quum appropinquasset Beth-Phageh, & Beth-Aniah [11] juxta montem qui vocatur *mons* loci Olivarũ, misit duos ex discipulis suis:

30 Ac dixit eis, Ite in pagum illum qui contra nos est: & quum intrabitis, ecce, invenietis pullum qui alligatus est, super quem nunquam homo equitavit: solventes adducite eum.

31 Et si quis interroget vos, Quare solvitis illum? sic dicite ei, Domino nostro necessarius est.

32 Et abierunt ii qui missi sunt: & invenerunt sicut dixerat eis.

33 Quúmque solverent pullum, dixerunt eis [12] domini ejus, Quid solvitis pullum istum?

34 Et dixerunt eis, Quia Domino nostro necessarius est.

35 Et adduxerunt eum ad Jeschua, & injecerunt super pullum vestimenta sua, & equitare fecerunt Jeschua super eum.

36 Dum autem proficisceretur, expandebant vestimenta sua in via.

37 Et quum appropinquavit ad descensum montis loci Olivarum, cœperunt universa turba discipulorum lætari, & glorificare Deum voce elata super omnibus virtutibus quas vidissent.

38 Et dicebant, Benedictus est rex qui venit in nomine Domini: pax in cælo, & gloria in excelsis.

39 Quidam autem ex Pharisęis e medio turbarum dixerunt ei, Domine mi, objurga discipulos tuos.

40 Dixit eis, Dico vobis quòd si ii tacuerint, lapides clamabunt.

41 Et quum appropinquaret, & videret ipsam urbem, flevit super eam,

42 Ac dixit, O si cognosceres hæc quæ sunt pacis tuæ, saltem in hoc die tuo: nunc autem abscondita sunt ab oculis tuis.

43 Venient autem tibi dies quibus circumdabunt te inimici tui, & coarctabunt te undique.

44 Et subvertent te & filios tuos in medio tui, neque relinquent in te lapidẽ super lapidem, propterea quòd nõ noveris tempus visitationis tuæ.

45 Et quum ingressus esset in templum, cœpit eiicere eos qui vendebant in illo, & qui emebant.

46 Et dixit eis, Scriptum est, Domus mea, domus orationis est: vos autem fecistis eam speluncam latronum.

47 Et ipse docebat quotidie in templo: [13] summi autem sacerdotes, & Legisperiti, & seniores populi quęrebant perdere eũ.

48 Et nõ inveniebant quid facerent ei: universus enim populus appensus erat ei ut audiret eum.

[11] F. Syrè, juxta corpus montis, id est, summitatem. Olivetum autem locus olivarũ est.

[12] F. i. ad quos asinus pertinebat jure, custodia, ductu. Hebraismus.

[13] F. i. principes Sacerdotũ: sic inf. 20. 1. & 19.

27 Quinetiam meos illos inimicos, qui noluerunt me regnare supra se, adducite huc, & jugulate coram me.

28 Et his dictis, [n] antegrediebatur ascẽdens Hierosolymam.

29 [o]*Et factum est quum appropinquasset Bethphagæ & Bethaniæ, ad montem qui vocatur Olearum, misit duos e discipulis suis,

30 Dicens, Abite in vicum qui est ex adverso: in quo introeuntes [p] invenietis pullum alligatum, cui nullus unquam hominum insedit: solutum eum adducite.

31 Et siquis vos interrogaverit, Quare solvitis? sic dicetis ei, Quoniam eo opus est Domino.

32 Profecti autem qui missi erant, invenerunt prout eis dixerat.

33 Solventibus autem ipsis pullum, dixerunt eis domini ejus, Quare solvitis pullum?

34 Ipsi verò dixerunt, Quoniam eo opus est Domino.

35 *Duxerunt igitur eum ad Jesum. Et palliis suis pullo injectis, imposuerunt Jesum.

36 Eunte autem ipso, substernebant pallia sua in via.

37 Et quum jam appropinquaret ad descensum montis Olearum, cœpit omnis multitudo discipulorum gaudentium laudare Deum voce magna de omnibus quas viderant virtutibus,

38 Dicentes, Benedictus rex ille qui venit in nomine Domini: pax in cælo, & gloria in *locis* altissimis.

39 [q]Et aliqui Pharisæorũ e turba dixerunt ei, Magister, objurga discipulos tuos.

40 Ipse verò respondens dixit eis, [r] Dico vobis, si siluerint isti, mox lapides clamaturos.

41 [s] Et ut appropinquavit, visa urbe, flevit super ea,

42 Dicens, [t] Si [v] vel tu nosses [x] hoc saltem [y] tuo die, *quæ ad [z] pacem tuam *pertinent*. Sed *ea* nunc occulta sunt oculis tuis.

43 Nam veniet tempus adversum te, quo circumjicient tibi inimici tui vallum, & circumcingent te, & constringent undique:

44 Téque solo æquabunt, & filios tuos intus, neque relinquent in te lapidem super lapidem: eo quòd non noveris [a] præstitutum hoc tempus visitationis tuæ.

45 [b]*Et ingressus in templum, cœpit ejicere eos qui vendebant in eo & emebant:

46 Dicẽs eis, Scriptũ est, *Domus mea, domus precationis est: *vos autem fecistis eam speluncam latronum.

47 Et docebat quotidie in templo. *Primarii verò sacerdotes & Scribæ, & primores plebis studebant eum perdere:

48 Nec inveniebant quid facerent: totus enim populus pẽdebat ab ipso, quum eum audiebat.

[n] Discipulis cunctantibus Jesus ad mortem certissimã pergebat.

[o] 8. Regnum suum non esse ex hoc mundo, Christus in semetipso ostendit. *Mat. 21. 1. Mar. 11. 1.

[p] Notà hic, res jam procul positas & ab humanis oculis remotas perspectas habere nõ esse humani ingenii, sed divini. *Mat. 21. 7. Joh. 12. 14.

[q] 8. Cessantibus quos oportuit primos esse regni Christi præcones, Dominus alios invitis illis extra ordinem excitat.

[r] Hæc Christi responsio indicat fieri non posse ut quod Deus decrevit, infringatur. Tempus aderat quo Messiam revelari, & ejus laudes palàm auditi oportebat. quomodo igitur homines id prohibuissent, quum ita apud Deum ab initio constitutum esset?

[s] 8. Christus ne reproborũ quidem exitio simpliciter delectatur.

[t] Defectiva est hæc Christi oratio, partim commiserãtis instantem urbis cladem, partim inaudita perfidiam ac contumaciam exprobrantis.

[v] Id est, saltem tu. sub. Hierusalem, cui propriè destinatũ hoc erat nuncium.

[x] Si post tot Prophetas interfectos, & me quoq; Prophetarum Dominum toties repulsum, nũc hac saltem extrema profectione, aliquã loci ipsius rationem habuisses.

[y] Dies hujus urbis dicitur (Hebræorum more) tempus illud quo dominus singulari beneficio eã dignatus erat, nisi ipsum nõ eminùs vocantem, sed jam præsentem contemnisset. *Inf. 21. 6. Matth. 24. 1. Marc. 13. 1.

[z] i. ea in quibus posita est tua fœlicitas.

[a] i. hoc temporis punctum, quo Deus invisit.

[b] 8. Christus Hierusalem ingressus visibili adjecto symbolo docet sibi a Patre mandatas purgandi templi partes. *Matth. 21. 12. Marc. 11. 11. *Esa. 56. 7. *Jerem. 7. 11. *Matth. 21. 13. Marc. 11. 17.

CAPUT VICESIMUM.

4 Quæstio, Baptismus Iohannis unde. 9 Sacerdotum impietas, Vineæ & agricolarum similitudine notatur. 21 Tributum Cæsari reddendum. 27 Sadducæos negantes resurrectionem convincit Christus. 41 Christus quomodo filius Davidis.

*Matt.21.23. Mar.11.27.

ET*[a] factum est quodã dierum illorũ, ut quum ipse doceret populũ in templo, & evangelizaret, supervenerint [b] primarii Sacerdotes & Scribæ cum Senioribus,

2 Et alloquuti sint eum dicentes, Dic nobis qua auctoritate ista facias, aut quis ille sit qui dedit tibi istam auctoritatem.

3 Respondens autem dixit eis, interrogabo vos & ego quiddam. Dicite igitur mihi,

4 Baptismus Iohannis e cælo erat, an ex hominibus?

5 At illi ratiocinati sunt apud se, dicentes, Si dixerimus, E cælo: dicet, Quare ergo non credidistis ei?

6 Si autem dixerimus, Ex hominibus: tota plebs lapidabit nos. persuasa enim est, Iohannem Prophetam fuisse.

7 Responderunt igitur se nescire unde *esset*.

8 Tunc Iesus dixit eis, Nec ego dicam vobis qua auctoritate hæc faciam.

9 [c] Cœpit autem dicere ad plebem parabolam hanc, *Quidam plantavit vineã, & elocavit eam agricolis: & peregrè abfuit multum temporis.

10 Sed præstituto tempore misit servũ ad agricolas illos, ut sibi darent ex fructu vineæ. Agricolæ autem illi cæsum illum ablegaverunt inanem.

11 *Ille* verò perrexit, & alterum servum misit: at ipsi hunc quoque cæsum & contumeliis affectum ablegaverunt inanem.

12 Et perrexit mittere tertium: at illi & istum vulneratum ejecerunt.

13 Dixit igitur dominus vineæ, Quid faciam? mittam filium illũ meum dilectũ: utique quum hunc viderint, reverebuntur.

14 Viso autem eo agricolæ ratiocinabantur inter se, dicentes, Iste est hæres: venite, interimamus eum, ut nostra fiat hæreditas.

15 Et ejectum eum extra vineam, interemerũt. Quid ergo faciet eis dominus vineæ?

16 Veniet & perdet agricolas istos, & dabit vineam aliis. *Hoc* autem quum audissent, dixerunt, Absit.

17 Ille verò intuitus eos ait, Quid illud est ergo quod scriptum est, *Quem lapidem reprobaverunt ædificantes, is factus est caput anguli?

18 Quisquis ceciderit super illum lapidem confringetur: super quem autem ceciderit, dissipabit eum.

19 Et studuerunt primarii Sacerdotes & Scribæ injicere in eum manus ea ipsa hora: sed metuerunt plebem: cognoverant enim *eum* adversus ipsos dixisse similitudinem istam.

20 [d] Itaque [e] observantes *eum*, miserunt [f] insidiatores, qui se justos esse simula-

FACtúmque est [1] in uno ex diebus, quũ doceret in templo, & evangelizaret, surrexerunt adversus eum summi sacerdotes & Legisperiti cum senioribus:

2 Et dixerunt ei, Dic nobis in qua potestate hæc facis, & quis est qui dedit tibi potestatem hanc.

3 Respondit Ieschua, & dixit eis, Interrogabo vos ego quoque [2] sermonem, & dicite mihi,

4 Baptismus Iuchannan e cælo erat, an ex filiis hominis?

5 Illi autem ratiocinabantur in seipsis, & dicebant, Si dixerimus, E cælo: dicet nobis, Et quare non credidistis ei?

6 Si verò dixerimus, Ex filiis hominis, lapidabit nos populus universus: persuasi enim sunt quòd Iuchannan Propheta sit.

7 Et dixerunt ei, Non novimus unde sit,

8 Dixit ei Ieschua, Neque ego dico vobis in qua potestate hæc facio.

9 Et cœpit dicere populo parabolam hanc, Homo quidam *erat* qui plantavit vineam, & possidendam tradidit eam agricolis, & [3] peregrinatus est tempore multo.

10 Et in tempore misit servum suum ad agricolas, ut darent ei de fructibus vineæ. Agricolæ autem percusserunt eum, & remiserunt eum inanem.

11 Et [4] adjecit, & misit servum suum alium: illi autem etiam ipsum percusserũt & ignominia affecerunt, & remiserunt eum vacuum.

12 Et adjecit, & misit tertium: illi autem etiam ipsum contuderunt, & ejecerunt eum.

13 Dixit dominus vineæ, Quid faciam? mittam filium meum dilectum: [5] jam videbunt eum, & abscondent se.

14 Quum autem vidissent eum agricolæ, ratiocinabantur apud semetipsos, & dicebant, Iste est hæres: venite, occidamus eum: & erit hæreditas nostra.

15 Et ejecerunt eum extra vineam, & occiderunt eum. Quid igitur illis faciet dominus vineæ?

16 Veniet, & perdet agricolas istos, & dabit vineam aliis. Quum autem audivissent, dixerunt, [6] Ne sit hoc.

17 Ipse autem intuitus est eos, & dixit, Et quid est quod scriptum est? Lapis quẽ reprobaverunt ædificantes, is factus est [7] præcipuum cornu anguli.

18 Et omnis qui ceciderit super ipsum lapidem, cõteretur: & omnis super quem ille cadet, disperget eum.

19 Quærebant autem summi sacerdotes & Legisperiti ut injicerent in eum manus eadem hora, & timuerunt a populo. cognoverunt enim quòd de eis loquutus esset parabolam hanc.

20 Et miserunt ad eum exploratores simulantes se tamquam justos, ut carpe-

rent

*Matt.21.23. Mar.11.27.
a 2. Victi quod ad doctrinę veritatem attinet Pharisęi, de vocatione externa controversiam movent, & propriæ cõscientiæ testimonio cõvincuntur.
b Principes sacerdotum, erãt præsides Religionis: Scribæ, interpretes legis: Seniores qui de magistratu erãt politico.
c 2. Minimè novũ est summos esse Christi & ipsius servorum hostes, qui in ipso Dei sacratio versantur. Sed hoc ipsi tandẽ impunè non ferent.
*Esa. 5.1. Jer. 2.21. Matt. 21.33. Mar.12.1.
*Psal.118.22. Esa.28.16. Act.4.11. Rom.9.33. 1.Pet.2.7.
d 2. Ultimum pseudoprophetarum perfugium est ad veros Prophetas perdendos, seditionis crimẽ eis impingere.
e Tempus opportunum eũ capiendi.
f Fraudulenter subornatos.

1 1. Quodam die, Hebraismus.
2 f.i. aliquid paucis. Hebraismus.
3 Hoc Syrum verbum alibi me legisse nõ memini.
4 f.i. præterea misit: Hebraismus, sic seq. vers.
5 f. vel fortasse: ut Matt.21.37.
6 Id est, Absit.
7 i. Tamquam summus & præcipuus, qui eminet inter angulares lapides, ut cornu in capite animalis. f. vel, si ita placet, ista tuatur hypallage, in caput cornu anguli, p eo quod est in caput cornuti anguli, in quo putà acquiescit structura domus: nam idem est ἀκρογωνιαῖος & ἀκρογωνιαῖος.

rent eum in sermone, & traderent eum judicio & potestati Præsidis.

21 Et interrogaverunt eum, ac dixerũt ei, Præceptor, novimus quòd rectè loqueris & doces, & non [8] assumis vultum, sed in veritate viam Dei doces:

22 Licet nobis ut demus [9] argentũ capitationis Cæsari, an non?

23 Ipse autem intellexit astutiam eorũ: & dixit, Quid vos tentatis me?

24 Ostendite mihi [10] denarium, Cujus est in eo imago & descriptio? Illi autẽ dixerunt, Cæsaris.

25 Dixit eis Jeschua, Date igitur *quæ sunt* Cæsaris, Cæsari, & *quæ* Dei, Deo.

26 Et nõ potuerunt carpere ex eo verbum coram populo: & mirati sunt super responso ejus, & tacuerunt.

27 Accesserunt autem quidam ex Zadduk æis, qui dicunt quòd resurrectio non est: & interrogaverunt eum,

28 Ac dixerunt ei, Præceptor, Musche scripsit nobis quòd si alicujus moriatur frater, cui sit uxor absque filiis, accipiat frater ejus uxorem ejus, & exsuscitet semen fratri suo.

29 Septem autem fratres erant, & primus [11] accepit uxorem, & mortuus est absque filiis.

30 Et accepit eam secundus in uxorem suam, & ipse mortuus est absque filiis.

31 Et tertius rursus accepit eam, & similiter quoque illi septem, & mortui sunt, neque reliquerunt filios.

32 Et mortua novissimè etiam mulier.

33 In resurrectione ergo, cujus ex eis erit uxor? ipsi enim septem acceperunt eam.

34 Dixit eis Jeschua, Filii seculi hujus accipiunt uxores, & uxores fiunt viris:

35 Illi verò qui illo seculo digni sunt, & resurrectione quæ est [12] à mortuis, non accipiunt uxores, neque etiam [13] uxores fiunt maritis.

36 Neque enim rursus mori possunt. nã sicut Angeli sunt: & filii sunt Dei, quia fuerunt filii resurrectionis.

37 Quòd verò resurgant mortui, etiam Musche declaravit. Commemoravit enim [14] in rubo, quum diceret, Dominus Deus Abraham, & Deus Ischak, & Deus Jaakub.

38 Deus autem nõ est mortuorum, sed viventium: omnes enim vivunt ei.

39 Et responderunt quidam ex Legisperitis, & dixerunt ei, Præceptor, benè dixisti.

40 Neque rursus ausi sunt interrogare eum de re aliqua.

41 Et dicebat eis, Quomodo dicunt Legisperiti de Christo quòd filius est Davidis?

42 Et ipse David dicit in libro Psalmorum, Dixit Dominus Domino meo, Sede a dextra mea.

43 Usque dum posuero inimicos tuos sub pedibus tuis?

[8] Id est, Non fingis aut dissimulas. Vide annotata in vocem hypocritæ, Matt. 6.

[9] f. Periphrasis census viritim imperati, de quo in Matthæum diximus.

[10] De valore denarii vide Matth. 18. 28.

[11] f. i. duxit, ex Hebræorum usu: sic deinceps.

[12] Ad verb. De inter mortuos, ut Gallicè *D'entre les morts.*

[13] i. Nubunt. Hebraismus, ut præcedente versu.

[14] f. i. in historia rubi, Exod. 3.

rent: ut [g] carperent ejus sermonem, tradituri eum imperio & [h] potestati Præsidis.

21 *Qui interrogaverunt eum, dicentes, Præceptor, scimus te rectè dicere & docere, [i] nec accipere personam, sed viam Dei in veritate docere:

22 [k] Licet nobis tributum dare Cæsari, an non?

23 Animadversa autem eorum calliditate, dixit eis, Quid me tentatis?

24 Ostendite mihi denarium: cujus habet imaginem & inscriptionem? Respondentes autem dixerunt, Cæsaris.

25 Tunc dixit eis, *Reddite igitur quæ *sunt* Cæsaris, Cæsari: & quæ *sunt* Dei, Deo.

26 Itaque nequiverunt ejus verba carpere coram plebe: & mirati super ejus responso, siluerunt.

27 [l] *Accedentes autẽ quidam Sadducæorum, (qui contendunt non esse resurrectionem) interrogarunt eum,

28 Dicentes, Magister, *Moses scripsit nobis, Si cujus frater mortuus fuerit habens uxorem, & sine liberis mortuus fuerit, ut ejus frater accipiat uxorem illam, & excitet semen fratri suo.

29 Septem ergo fratres fuerunt, quorũ primus accepta uxore mortuus est sine liberis.

30 Accepit igitur eam secundus, *qui* & ipse mortuus est sine liberis.

31 Deinde tertius accepit eam: itidem autem & illi septem: nec reliquerunt liberos, & mortui sunt.

32 Post omnes autem mortua est mulier.

33 In resurrectione ergo, cujus eorum erit uxor? nam illi septem habuerunt eam uxorem.

34 Tum respondẽs dixit eis Jesus, [m] Filii huius ævi ducunt uxores, & nuptum dantur:

35 Qui verò digni habiti fuerint qui ævum illud consequantur, & resurrectionem ex mortuis, neque ducunt uxores, neque nuptum dantur:

36 Nec enim mori possunt ampliùs. pares enim Angelis sunt: & filii sunt Dei, quum sint [n] filii resurrectionis.

37 Mortuos autem suscitatum iri, etiam *Moses indicavit in rubo, quum dicit Dominum Deum Abrahami, & Deum Isaaci, & Deum Jacobi.

38 Deus autem non est mortuorũ, sed vivorum *Deus:* omnes enim vivunt [o] ei.

39 Respondentes autem ei quidam ex Scribis dixerunt, Magister, benè dixisti.

40 Nec ampliùs audebant eum quicquam interrogare.

41 *Dixit autem eis, Quomodo dicunt Christum filium esse Davidis:

42 [p] *Et ipse David dicit in libro Psalmorũ, Dixit Dominus Domino meo, Sede ad dextram meam,

43 Usquedum statuero inimicos tuos scabellum pedum tuorum?

[g] i. Ut aliquid ex ipsius sermone arriperent, & hac occasione calumniam illi struerẽt. Nam verbo [illegible] summus ad fallendum conatus exprimitur. q. d. paratos fuisse, ut vel una syllaba errãtẽ carperent, ac traducerent.

[h] Ut necaretur.

* *Matth. 22. 16. mar. 12. 13.*

[i] Non moveris gratia ullius Personam autem vocat externas circumstantias, quas si quis respiciat, paria de paribus nõ constituat.

[k] Quæstio satis facilis videtur in speciẽ: sed revera speciosa est. Nam subest dilẽma, quod utrimq; habet periculum. Nam si respondeat dãdũ esse tributum, habebit infensos Judæos, apud quos insidiatores illũ criminabuntur, quòd parũ sit propitius publicæ libertati. Sin dicat non esse dãda tributa, traducẽt apud Præsidem, tamquã seditiosè doceat cõtra Cæsaris & Romani Senatus decreta.

* *Rom. 13. 17.*

[l] Asseritur carnis resurrectio adversus Sadducæos.

* *Matth. 22. 23. mar. 12. 18.*

* *Deut. 25. 5.*

[m] Filii hujus ævi dicuntur, non qui huic seculo sunt addicti, sicut anteà 16. 8. & quibus filii lucis opponuntur, sed qui in hoc mũdo versantur.

[n] i. Homines resurrectionis participes. Nã velut illi verè dicũtur victuri, qui æterna fœlicitate perfruentur: ita verè censentur resurgere, qui ad vitam resurgũt: quãvis in genere si resurrectionis nomẽ sumatur, ad impios etiã pertinet, qui ad exitium resurgent, quòd vita propriè nõ est, sed mors. * *Exod. 3. 6.*

[o] i. Cotã eo. Præclara sententia, Non interire etiam obita in terris morte sanctos homines. Deo autem jam vivere dicũtur, qui suo tempore sunt resurrecturi, ideõque Deum de re certò futura non aliter, quàm de præsenti loqui. * *Matth. 22. 44. mar. 12. 11.*

[p] 1. Christus sic est filius Davidis secundùm carnem, ut sit ejusdem Dominus (utpote æternus Dei filius) secundùm Spiritum. * *Psal. 110. 1.*

44 [q] David ergo Dominũ eum vocat, & quomodo filius ejus eſt?

45 Audiente verò toto populo dixit diſcipulis ſuis,

46 [r] *Cavete a Scribis, qui volunt ambulare ſtolati, & amant ſalutationes in foris, ac primos conſeſſus in conventibus, & primos accubitus in cœnis.

47 Qui [s] exedũt domos viduarum, [t] & in ſpeciem precibus longis utuntur: iſti recipient gravius judicium.

44 Si igitur David vocavit eum Dominum meum, quomodo filius ejus eſt?

45 Et quum univerſus populus audiret, dixit diſcipulis ſuis,

46 Cavete a Legiſperitis, qui volunt ambulare in ſtolis, & amant [15] pacem in plateis, & primos conſeſſuum in ſynagogis, & primos accubituum in cœnis.

47 Qui comedũt domos viduarũ, prætextu quòd prolixas faciunt precationes ſuas. ipſi accipient [16] judicium majus.

[q] Hoc Phariſæis inſolubile eſt, quia de Meſſia tantùm ſentiunt, tamquam de rege aliquo magnifico: non autẽ Deũ agnoſcũt.

[r] 8. Vitandum ambitioſorum & avarorum paſtorum exẽplum.

* *Sup. 11. 43. matt. 23. 6. marc. 12. 38.*

[s] Metonymia. i. Bona atque rem.

[15] i. ſalutationem. Hebraiſmus.

[16] i. Condemnationem. Hebr.

[t] His verbis indicat Chriſtus pietatem illis non ſeriò eſſe curæ: ſed in ore tantùm naſci, non in pectore.

CAPUT UICESIMUMPRIMUM.

[1] *Viduæ ſupra opes liberalitas.* [5] *De tempore ruinæ templi,* [20] *& Jeruſalem.* [25] *Signa præcedentia extremum judicium.*

RE ſpiciens * [a] verò vidit divites immittentes dona ſua in gazophylacium.

2 Vidit autem etiam quamdam viduam pauperculam immittentem illuc minuta *æreola* duo.

3 Et dixit, Verè dico vobis, vidua hæc pauper immiſit [b] ampliùs quàm omnes.

4 Nam omnes hi ex eo quod ſibi redũdat, immiſerunt quæ donarent Deo: hæc autem immiſit ex penuria ſua totum victũ quem habebat.

5 * Et quibuſdam dicẽtibus de templo: quòd pulcris lapidibus ac [c] donariis ornatum eſſet, dixit,

6 [d] Hæccine ſpectatis? veniẽt dies quibus non relinquetur lapis ſuper lapidem qui non deſtruatur.

7 Interrogaverunt autem eum, dicẽtes, Magiſter, quando hæc erunt: & quod *erit* ſignum quando futura ſint iſta?

8 *Ipſe verò dixit, Videte ne ſeducamini: multi enim veniẽt [e] ſub nomine meo, dicentes, Ego ſum *Chriſtus*: & tempus illud præſtitutum appropinquat. Ne igitur ſequimini eos.

9 [f] Quum verò audieritis bella & exagitationes, ne conſternamini: oportet enim iſta primùm fieri, ſed non ſtatim *erit* finis.

10 Tunc dixit eis, Inſurget gens in gentem, & regnum in regnum:

11 Et magni terræmotus erunt ſingulis locis, & fames ac peſtilentiæ, & terriculamenta, & ſigna e cælo magna erunt.

12 *Sed ante hæc omnia injicient vobis manus, & vos perſequentur, tradentes in conventus & carceres, adductos ad reges ac præſides, propter nomen meum.

13 [g] *Hæc* autẽ cedent vobis teſtimonio.

14 *Habete igitur *hoc* repoſitum in cordibus veſtris, non præmeditari defenſionem.

15 Ego enim dabo vobis [h] os, & ſapiẽtiam cui nõn poterunt cõtradicere neque obſiſtere omnes qui ſe vobis opponent.

16 Prodemini autem etiã a parentibus & fratribus & cognatis & amicis: & morte mulctandos curabunt *aliquos* ex vobis:

17 Et eritis exoſi omnibus propter nomen meum.

INtuitus eſt autem Jeſchua divites illos qui injiciebant in [1] gazophylacium oblationes ſuas.

2 Et vidit etiam viduam unam pauperem quæ injecit [2] octavas *partes* duas:

3 Et dixit, Verè dico vobis, quòd hæc vidua pauper injecit amplius quàm ullus.

4 Omnes enim hi ex eo quod ſupererat eis, injecerunt in [3] locum oblationis Dei. hæc verò ex penuria ſua omne quod poſſidebat injecit.

5 Et quum dicerent quidam de templo quòd lapidibus pulchris & oblationibus ornatum eſſet, dixit eis Jeſchua,

6 [4] Hæc ſunt quæ ſpectatis vos? venient dies in quibus nõ relinquetur lapis ſuper lapidem, qui non diruatur.

7 Et interrogabant, ac dicebant, Præceptor, quando hæc fient? & quod eſt ſignũ [5] quòd appropinquant hæc ut fiant?

8 Ipſe verò dixit eis, Videte ne erretis. multi enim venient in nomine meo, & dicẽt, Ego ſum Chriſtus: & tẽpus appropinquat. [6] ne autem iveritis poſt eos.

9 Et quum audiveritis bella & tumultus, ne timeatis: futurum eſt enim ut hæc prius fiant, ſed nondum appropinquavit finis.

10 Surget enim gens contra gentem, & regnum contra regnum:

11 Et *terræ* motus magni erunt [7] in ſingulis locis, & fames, & mortes: & erunt terrores [8] & propulſationes, & ſigna magna conſpicientur de cælo, & [9] tempeſtates magnæ erunt.

12 Ante omnia autem hæc injicient vobis manus, & perſequentur vos, & tradẽt vos in ſynagogas, & in [10] domum vinctorum, & præſentabunt vos ante reges & præſides propter nomen meum.

13 [11] Eſt autem vobis in teſtimonium.

14 [12] Ponite verò in corde veſtro ut non ſitis inſtructi ad proferendum defenſionem.

15 Ego enim dabo vobis os, & ſapientiam contra quam non poterunt conſiſtere omnes inimici veſtri.

16 Tradent autem vos parẽtes veſtri & fratres veſtri & cognati veſtri, & amici veſtri, & morte afficient *aliquos* ex vobis.

17 Et eritis exoſi ab omni homine propter nomen meum.

* *Marc. 12. 41.*

[a] 8. Pauperibus licet ditiſſimos etiam quoſvis beneficentiæ ſtudio, Deo judice, ſuperare.

[b] Quia viduæ munus Deo magis probatur quàm divitum.

* *Sup. 19. 45. matt. 24. 1. mar. 13. 1.*

[c] Græc. ἀναθήμασιν. anathemata autem erãt quæ de parietibus aut columnis ſuſpẽdebantur, vel donaria quæ templorum ęrariis conſecrabantur.

[d] 8. Prædicitur templi illius terreni excidium, ut verũ illud ſpirituale ædificium exſtruatur, cujus architectos oportet in primis circũſpectos eſſe.

* *Epheſ. 1. 6. 2. theſ. 2. 1.*

[e] Nomen meũ uſurpantes.

[f] 8. Verum templum Domini, per medios tumultus incredibiles & acerbiſſimas ærumnas, invicta patientia exſtruitur, cujus non poteſt nõ eſſe feliciſſimus exitus.

* *Matt. 24. 7. mar. 13. 8.*

[g] Is erit eatũ rerum exitus, ut coram Deo & hominibus teſtata ſit veſtrorum hoſtium perfidia & crudelitas, ac veſtra viciſſim conſtãtia. Egregia ſentẽtia, Afflictiones piorũ ſanctorumq; hominum pertinere ad teſtimonium veritatis.

* *Sup. 12. 11. matt. 10. 19. mar. 13. 11.*

[h] Quum apud Matthæum & Marcũ affirmet Chriſtus ſpiritum patris eſſe qui in nobis loquitur, hic autem ſe os daturũ pronuncier, colligimus propriũ ejus eſſe munus, Spiritu nos inſtruere.

[1] Ad verbum, In domũ vel locum gazæ.

[2] Vide quę de hoc genere numiſmatis annotavimus in fiñe Marci 12.

[3] F. i. gazophylacium περιφραστικῶς, ut nominatum eſt in ỷ. 1.

[4] F. vel, horum quæ ſpectatis, venient dies, &c. aut, quòd ad hæc quæ ſpectatis &c.

[5] F. vel quum appropinquatura ſunt iſta & fient.

[6] i. Ne ſequamini eos. Hebraiſmus.

[7] Ad verb. in loco, loco. Hebraiſmus.

[8] Hoc verſu Syrus interpres quæ pauciorib̃us verbis in Græco codice ſcripta erant pluribus periphraſticẽs red didit, vel Græco codice uſus eſt copioſiore noſtris.

[9] Vox סתוא propriè ſignificat hiemem, trãsfertur deinde ad diras tẽpeſtates, quales ſunt hieme ſæpe.

[10] F. i. carcerẽ periphraſticè. Præſentabunt autem, id eſt, ſiſtent.

[11] F. vel Futurũ autem eſt hoc vobis in teſtimoniũ, id eſt, ut vos teſtimonio ſitis omnibus gentibus: ut exponitur Matth. 24. 14. & meliùs convenit ſequẽtibus, adjũctiſq; omnibus.

[12] F. vide ſuprà in 12. 11.

18 At capillus ex capite vestro non peribit.

19 Per patientiam autem vestrā [13] possidebitis animam vestram.

20 Quum autem videritis Urischelem quòd cingat eam exercitus, tunc scitote quòd appropinquat ei ruina ejus.

21 Tunc ii qui in Judæa erunt, fugient in montem: & qui in medio ejus erunt, aufugient: & qui in agris, non ingredientur in eam.

22 Et dies ii dies sunt ultionis, ut quicquid scriptum est perficiatur.

23 Væ autem iis quæ in utero habent, & iis quæ lactant in illis diebus. erit enim angustia magna in terra, & ira super populum hunc.

24 Et cadent [14] in ore gladii, & captivi ducentur in omnem locum. Et Urischelem calcabitur a Gentibus, donec impleantur tempora Gentium.

25 Et erunt signa in sole & in luna, & in stellis, & in terra angustia Gentium, & complosio manuum præ stupore sonitus maris.

26 Et tremor [15] extrudens animas filiorum hominis, præ metu ejus quod venturum est super terram: & commovebuntur virtutes cælorum.

27 Et tunc videbūt Filium hominis venientem in nubibus cum potestate multa & gloria magna.

28 Quum autem incipient hæc fieri, bono animo estote, & attollite capita vestra: quia appropinquat liberatio vestra.

29 Et dicebat eis parabolam, Videte ficum & omnes arbores.

30 Quæ quum se [16] produnt, statim ex eis intelligitis quòd appropinquat æstas.

31 Ita etiam vos quū videritis hęc fieri: scitote quòd propè sit regnum Dei.

32 Ammin dico vobis quòd non præteribit generatio hæc donec omnia ista fiant.

33 Cælum & terra præteribunt, & verba mea non præteribunt.

34 Cavete autem vobisipsis, ne unquā graventur corda vestra crapula & ebrietate & solicitudine seculi: & repentè veniat super vos dies ille.

35 Nam sicut laqueus venatoris illaqueabit omnes qui sedent super faciem universæ terræ.

36 Estote ergo vigilantes omni tempore, & orantes ut digni sitis ut fugiatis ab istis quæ futura sunt, & consistatis coram Filio hominis.

37 Interdiu autem docebat in templo, & noctu egrediebatur pernoctans in mōte qui vocatur *mons* loci Olivarum.

38 Et universus populus [17] præveniebat eum in templum ad audiendum sermonem ejus.

18 *Sed pilus capitis vestri non peribit.

19 *Per tolerantiam vestram [i] possidete animas vestras.

20 [k]*Quum autem videritis Hierosolymam cingi ab exercitibus, tunc agnoscite appropinquare vastationem ejus.

21 Tunc qui in Judæa sunt, fugiant in montes: & qui intra eam, excedant: & qui in agris, non ingrediantur in eam.

22 Nam hi sunt dies ultionis, ut impleantur omnia quæ scripta sunt.

23 Væ autem gravidis & lactantibus in illis diebus. erit enim necessitas magna in hac regione, & [l] ira in populo isto.

24 Et cadent [m] acie gladii, & captivi ducentur in omnes Gentes: & Hierosolyma calcabitur a Gentibus, usquequo impleantur præstituta illa [n] tempora Gentium.

25 *[o] Tunc erunt signa in sole & luna & stellis: & in terra anxietas Gentium in consilii inopia, resonante mari & [p] salo:

26 [q] Exanimatis hominibus præ metu & exspectatione *malorum* eorum supervenientium in orbem terrarum. nam potestates cælorum concutientur.

27 Et tunc videbunt Filiū hominis venientem in nube cum potentia & gloria multa.

28 Quum autē hæc fieri incipient, sursum aspicite & attollite capita vestra, *quoniam appropinquat redemtio vestri.

29 [r] Dixit etiam eis parabolā, *inquiens*, Videte ficum & omnes arbores:

30 Quū jam emiserint *folia*, *vos eas* cernentes, per vos ipsos agnoscitis jam propè esse æstatem:

31 Ita & vos quum videritis hæc fieri, agnoscite propè esse regnum Dei.

32 Amen dico vobis, nequaquam præterierit [s] hæc ætas quousque *hæc* omnia facta fuerint.

33 Cælum & terra præteribunt, verba autem mea nequaquam præteribunt.

34 *Cavete autem vobis nequādo graventur corda vestra crapula & ebrietate, & solicitudinibus hujus vitæ: & repentè vobis superveniat dies ille.

35 Nam ut laqueus, invadet in omnes [t] qui habitant in superficie totius terræ.

36 Excubate igitur, omni tempore deprecantes ut digni habeamini qui effugiatis ista omnia quæ futura sunt: & [v] consistatis ante Filium hominis.

37 Docebat autem interdiu in templo: noctu verò exiens, pernoctabat in monte qui vocatur Olearum.

38 Et totus populus diluculo veniebat ad eum, ut eum audiret in templo.

[13] r. vel possideatis.

[14] i. In acie gladii. Hebrai.

[15] i. Exanimās homines.

[16] Elegās metaphora. Id est, Ineūte vere revirescunt. Eodem verbo utitur Matth. 24.32.

[17] r. vel veniebant obviam ad eum in tēplum, &c.

*Matth.10.30.

*Matth.10.12.

i Quāvis multa vos undiq; mala circumstent, fruimini nihilominus virtute vestra, hęc omnia fortiter sustinendo. q. d. Non jubeo vos præ textu Evangelii gladios aut cōviuia in adversarios distringere: sed jubeo patientes esse. Persequentur vos, sed nihil nocebunt.

k 8. Prædicitur urbis totius ultimum excidium.

*Matth.24.15. marc.13.14. dan.9.27.

l Per iram ea intelligit, quæ à Deo irato immittūtur, metonymicè.

m Ad verbum, ore. Hebræi enim aciē gladii, os vocant, quòd ea parte quasi mordeat, vel sanguinem hauriat.

n Per tempora Gentium, intelligi potest tēpus dominii gentium qui Judęi nō sunt: quales Christiani, Turcæ, aliisque quemadmodū Judæi, sic & ipsi (quū matura erit eorū iniquitas) ordine suo plectentur. Hæc autem tempora durant usq; ad finem mūdi.

*Esa.13.10. ezec.32.7. matth.24.29. marc.13.24.

o Id est, Postquam exacta fuerint tēpora Gentium saluti, & Iudæorū ultioni cōstituta: Hic enim omnino notāda est particula καὶ, quæ per temporis adverbiū explicari debet, ut intelligamus qua ratione Christus transierit ab excidio Hierosolymitano, ad supremi illius & ultimi judicii narrationem.

p Salū maris, hoc est fluctū, vel turbidum mare. Nam est salum, mare lutosum & turbidum, aqua & terra confusa ex perpetuo motu.

q 8. Post varias illas tempestates Dominus tandem Ecclesiam suam planè liberaturus apparebit.

*Rom.1.25.

r 8. Oportet nos sobrios esse, & in Domini adventum dies & noctes intentos, ne incauti opptimamur.

s 9. d. Judaicus populus semper durabit, usque ad mundi consummationem, quia Dominus vult ut signum sint inter homines. vel potiùs nunquam præteribit hoc seculum, quin omnia facta fuerint. Nam hoc seculum, hæc ætas, seculo venturo opponitur. Id confirmat versus sequens. *Rom.11.13.

t In omnes homines ubicumque tandem fuerint.

v Ita appareatis ut intrepidè possitis vultum & sententiam judicis sustinere: quia mali in illo judicio non persistent, sed soli tantùm electi.

CAPUT VICESIMUMSECUNDUM.

3 Iudas vendit Christum. 8 Pascha parant Apostoli. 24 Contendunt de primatu, 30 à Satana tentandi expetuntur. 35 Nihil eis defuisse ait Christus: 42 Orat in mõte: 44 sudat sanguinem: 50 Auriculam Malco amputatam sanat. 57.58.60 Petrus ter Christum abnegat. 63 Illuditur & cæditur Christus. 69 Fatetur se filium Dei.

APpropinquabat*[a] autem[b] festum azymorum, quod dicitur Pascha:

2 Et quærebant primarii Sacerdotes & Scribæ quomodo eum interimerent: metuebant enim plebem.

3 [c] * Introiit autem Satanas in Iudam cognominatum Iscariotem, qui erat e numero *illorum* duodecim.

4 Abiens igitur colloquutus est cũ primariis Sacerdotibus ac [d] præfectis *templo*, quomodo ipsis eum proderet.

5 Qui gavisi sunt: & pacti sunt *se* daturos ei pecuniam.

6 *Ipse* verò spopondit: quærebátque opportunitatem eum ipsis tradendi [e] absque turba.

7 * Venit autem dies azymorum, quo [f] oportebat mactari [g] pascha.

8 Misit igitur Petrum & Iohannem, dicens, Profecti parate nobis pascha ut edamus.

9 Ipsi verò dixerunt ei, Ubi vis paremus *illud?*

10 [h] At ille dixit eis, Ecce, postquam introieritis in urbem, occurret vobis quidam aquæ amphoram bajulans: sequimini eum domum illam in quam ingredietur.

11 Et dicite patrifamiliâs illius domus, Dicit tibi Magister, Ubi est diversorium, ubi pascha cum discipulis meis edam?

12 Tunc ipse ostendet vobis cœnaculum magnum stratum: illic parate *pascha.*

13 Profecti verò invenerũt omnia prout dixerat eis: & paraverunt pascha.

14 [i] *Quum autem adesset [k] *constitutum* illud tempus, recubuit, & duodecim Apostoli cum eo.

15 Et dixit eis, [l] Desiderio desideravi hoc pascha edere vobiscum, antequam ego [m] patiar.

16 [n] Dico enim vobis me non ampliùs esurum ex eo, usquequo completum fuerit in regno Dei.

17 Et accepto poculo, quum gratias egisset, dixit, Accipite hoc, & partimini vobis ipsis.

18 Dico enim vobis me non bibiturum [o] ex fructu vitis, usquequo regnum Dei venerit.

19 [p] *Et acceptum panem, quũ gratias egisset, fregit: & dedit eis, dicens, Hoc est

PRopè autem erat festum azymorum quod vocatur Petscha.

2 Et quærebant summi sacerdotes & Legisperiti quomodo interficerent eum: timebant enim a populo.

3 Intraverat autem Satanah in Iihuda qui vocatur Secarjuta, qui erat e numero duodecim:

4 Et abiens loquutus est cum summis sacerdotibus & Legisperitis & principibus [1] exercitus templi quomodo traderet eum ipsis.

5 Et gavisi sunt, & pacti sunt quòd daturi essent ei argentum.

6 Et pollicitus est eis: & quærebat sibi opportunitatem ut traderet eum ipsis sine turba.

7 Et advenit dies azymorum in quo erat consuerudo ut mactaretur Petscha.

8 Et misit Ieschua Cipha & Iuchannã: & dixit eis, Ite parate nobis Petscha, ut vescamur.

9 Illi verò dixerũt ei, Ubi vis tu ut paremus?

10 Dixit eis, Ecce, quum ingressi fueritis in civitatem, occurret vobis homo qui bajulat lagenam [2] aquarum, [3] ite post eum.

11 Et quò ingressus fuerit, dicite domino domus, Dominus noster dicit, Quæ est domus cõvivii ubi comedam Petscha cum discipulis meis?

12 Et ecce, ipse indicabit vobis cœnaculum magnum quod stratum est: ibi parate.

13 Et abeuntes invenerunt sicut dixerat eis: & paraverunt Petscha.

14 Et quum esset tempus, veniens Ieschua accubuit, & duodecim Apostoli cum eo.

15 Et ait eis, [4] Desiderio desideravi ut hoc Petscha comederem vobiscum antequam paterer.

16 Dico enim vobis, quòd deinceps nõ comedam illud quousque compleatur in regno Dei.

17 [5] Et accepit poculum, & gratias egit, ac dixit, Accipite hoc, & dividite inter vos.

18 Dico enim vobis quòd non bibam ex producto vitis usquedum venerit regnum Dei.

19 Et accepit panem, & gratias egit: & fregit, & dedit eis, ac dixit, Hoc est

* *Matt.26.1. mar.14.1.*

a 8. Christus Patris providentia potiùs quàm hominũ arbitrio, festo paschę captus.

b Hoc est, appropinquabat esus agni Paschalis & panũ non fermentatorum. Erat autẽ dies Paschæ dies festus, qui magna religione celebrabatur apud Hebręos anniversariam sibi memoriã renovantes ejus diei quo quõdam apud Ægyptios agni sanguine postibus illito, liberati sũt ab Angelo interfectore. Vide Exod. 12.7. & 15. ubi etiã subjungitur, Septẽ diebus ãfermentata comedetis.

c 8. Deus pro sua admirabili providentia ipsum exitii nostri auctorẽ cogit nostræ salutis fieri ministrum.

* *Matth.26.16. mar.14.10.*

d Qui custodię templi præerant, quos à presbyteris & ab antistitibus distinctos fuisse liquet ex vers. 52 hujus capitis.

e 1. Sine tumultu, vel clã turba quæ eum solebat assectari: quamobrẽ etiam id tempus observavit, quo solum esse sciebat in horto.

* *Matth.26.17. mar.14.12.*

f Ex Legis nimirum præscripto.

g 1. Agnum, quifigura erat ipsius Paschæ. Metonymia in sacramentorũ negotio usitatissima.

h 8. Christus manifesto miraculo discipulos suos docet, se, qui mox esset crucifigendus, nihil latere, ac proinde ultrò ad mortem proficisci.

i 8. Christus pascha secundùm Legis ritum peracto, postremum hoc, (secundùm hujus vitæ modum ac necessitatem) suum cum ipsis convivium fore prædicit. * *Matth.26.20. mar.14.18.*

k Vespertinum crepusculum quo tempore hæc cœna erat celebranda.

l Maximopere desideravi, Heb.

m Supplicio mortis afficiar.

n q. d. Hoc ultimum erit Pascha quo vobiscum in hoc mortali corpore vescor. Nam posthac non ducam inter vos vitam humano more, sed ingrediar per passionem in regnum Dei.

o Nota fructum vitis pro vino.

p 8. Christus novis symbolis novum fœdus, suãmque adeò nobiscum communicationem sancit. * *Matth.26.20. mar.14.22. 1.cor.11.24.*

1 Videtur esse seniorum in eo populo descriptio, qui eo anno magistratum in populo gerebant: à quibus postquam sub imperium Romanum redacti sunt, magna ex parte politica gubernatio adẽta est, & tantùm illis relicta sunt judicia circa ceremonias & observationes legis: atque permissum ut ad cogendos cives ad officiũ, numerum aliquem satellitũ haberent. ac ii sunt quos vocant Exercitũ templi. quia se non extendebat eorũ potestas nisi ad res (ut ita dicam ecclesiasticas, Jus relinquebatur eis hominem cõprehendendi, in carcerem conjiciendi, examinãdi, excommunicandi, atq; (quod summum erat eis supplicii permissum) virgis cædendi 40. ictibus, juxta Legis præscriptũ, Deut. 25. Si autem reum invenissent gravius supplicii meritum, ad magistratum supremum, quẽ imperium Romanũ eis præfecerat, res tota devolvebatur. Ideò in Johanne, quũ Pilatus Christũ relinqueret Judæis judicandum, recusãrunt illi, & tamquam graviore supplicio (videlicet morte) dignum, qua ipsi eum afficere non poterant, reliquerunt Pilato: respondentes, Non licet nobis interficere quẽquam. Flagellationis autem pœnam tulit ab eis Paulus 2. Cor. 11. Quod verò de Stephano legitur, lapidatum ab eis fuisse, hoc non est factum nisi per tumultum, non autem ordinatiè & juxta potestatem Judæis relictam.

1 Non desunt tamen, qui στρατηγοὺς appellatione Duces intelligunt præfectos præsidio in arce templi constituto: suãmque interpretationem ex hac ipsa historia, ex Actis Apostolorum, & ex Josepho non obscurè videntur confirmare. Hos autem Judæi, ut Herodianos antè, pecuniã redimebant & adjungebant sibi, vide Act. 21. & 22.

2 1. i. aquæ: sed hoc Hebræi & Syri numero singulari efferre non possunt.

3 i. Sequimini eum. Hebraism.

4 1. i. summo opere ac vehementissimè desideravi. Hebraism.

5 Observabit lector in Syriaco textu omitti quicquid de priori poculo legitur in Græco textu, ab his verbis, Et accepit poculum, usque ad illa verba, Dum venerit regnum Dei. Probabile autem est omissionis causam dedisse eadẽ verba in quæ desinit ỳ 16 & 18. Nam proclive fuit ut antiquarius similitudine illorum verborum deceptus, à fine ver. 16. ad initium 19. transiverit. Similem errorem priùs in Matthæo animadvertimus. Itaque non dubitavi ex annotationibus, quod hoc loco deerat, in contextum transferre: licet etiam in manuscripto Heydelbergensi codice antiquissimo omittatur. 1. Sed hi versus repositi sunt ex aliis exemplatibus, in quibus comperti sunt.

corpus meum quod pro vobis traditur: hoc estote facientes in memoriam mei.

20 Et similiter etiam de poculo, postquam cœnati sunt, dixit, Hoc poculum *est* testamentum novum per sanguinem meũ qui pro vobis effunditur.

21 Verumtamen, ecce, manus prodentis me, est in mensa.

22 Et Filius hominis abit sicut destinatum est: verumtamen væ illi homini [6] per cujus manum proditur.

23 Et cœperunt investigare inter se quisnã ex eis esset qui hoc esset facturus.

24 Fuit autem etiam contentio inter eos quis esset inter eos [7] maximus.

25 Ipse autem Jeschua dixit eis, Reges Gentium domini earum sunt, & qui potestatem habent in eas, benefici vocantur:

26 Vos autem, nõ ita: sed qui maximus est inter vos, sit sicut minimus: & is qui præcipuus est, sicut minister.

27 Quis enim maximus? is qui accumbit, an is qui ministrat? nónne est is qui accumbit? Ego autem sum inter vos tamquam is qui ministrat.

28 Vos estis qui mansistis apud me in tentationibus meis.

29 Et ego polliceor vobis sicut pollicitus est mihi Pater meus regnum.

30 Ut comedatis & bibatis super mensam regni mei, & sedeatis super thronos, & judicetis duodecim tribus Israjel.

31 Et dixit Jeschua Schemeun, Schemeun, ecce Satanab petiit ut [8] ventilaret vos tamquam frumentum:

32 Et ego oravi pro te ut non deficeret fides tua. Et etiam tu in [9] tẽpore convertere, & confirma fratres tuos.

33 Schemeun autem dixit ei, Domine mi, tecum paratus sum ego [10] & ad locum vinctorum & ad mortem.

34 Dixit ei Jeschua, Dico tibi Schemeũ, quòd non cantabit gallus hodie usquedum tribus vicibus negaveris, quòd non noscas me.

35 Et dixit eis, Quum misi vos absque crumenis & absque sacculis viatoriis & calceis, num defuit vobis aliquid? Dicunt ei, Nihil quicquam.

36 Dixit eis, Ex hoc tempore is cui est crumena, accipiat, & similiter sacculum viatorium: & is cui non est gladius, vendat vestimentum suum, & emat sibi gladium.

37 Dico enim vobis quòd etiam hoc quòd scriptum est, oportet ut impleatur in me, nẽpe, Cum iniquis numeratus est. Omnia enim quæ [11] sunt de me, complementum accipient.

38 Et illi dixerunt ei, Domine noster, ecce, hîc sunt duo gladii. Dixit eis, Sufficiunt.

39 Et egressus est, ac abiit sicut solitus erat, in mõtem loci Olivarum. Et [12] abierunt post eum etiam discipuli ejus.

40 Et quum pervenisset ad locũ, dixit eis, Orate ne intretis in tentationem.

[6] i. Per quem: per cujus ministerium. Hebraism.

[7] Ad verb. Magnus. Enallage graduum quibus Hebræi destituuntur.

[8] Ad verbum, vt commisceret vos. Nam grana, dũ cribrantur, commiscentur.

[9] r. nempe aliquo: id autem est aliquando.

[10] r. putà abire, ἐλθεῖν, ut Matth. 10. 23. Domus autem vel locus vinctorũ Syra est circumloquutio carceris semper in testamento novo usurpata.

[11] r. scripta videlicet atq; in sacris Scripturis tradita. Ellipsis supplenda ex præcedente mẽbro, ut Joan. 7. 39. vide in Matt. 2. 10.

[12] id est, Sequuti sunt eũ.

corpus meum quod pro vobis datur: hoc facite ad mei commemorationem.

20 Itidem etiã *dedit eis* poculum, postquam cœnasset, dicens, [q] Hoc poculum, *est* Novum [r] illud pactum per sanguinem meum, qui pro vobis effunditur.

21 [s] * Cæterum ecce [t] manus ejus qui me prodit, mecum *est* in mensã.

22 [v] Et filius quidem hominis, * prout definitum est, abit: verumtamen væ homini illi per quem proditur.

23 Tunc ipsi cœperunt mutuò quærere inter se de hac re: ecquis nimirum ex ipsis esset hoc facturus.

24 [x] Orta est autem etiam de hoc contentio inter eos, quis eorum videretur esse maximus.

25 Ipse verò dixit eis, * [y] Reges gentiũ dominantur eis, & qui auctoritatem habent in eas, benefici vocantur.

26 Vos autem nõ ita *estote*: sed qui maximus est inter vos, esto sicut qui minimus est: & qui ductor est, sicut qui ministrat.

27 Nã uter major est, qui accumbit, an qui ministrat? nónne qui discumbit? At ego sum inter vos ut qui ministrat.

28 [z] Vos autem ii estis qui permansistis mecum in tentationibus meis.

29 Ego verò paciscor vobis, prout pactus est mihi Pater meus, regnum,

30 [a] Ut edatis & bibatis in mensa mea in regno meo, * & sedeatis super thronos, [b] judicantes duodecim tribus Israël.

31 [c] * Dixit etiam Dominus: Simon, Simon, ecce, Satanas appetit vos quos [d] vẽtilaret sicut triticum:

32 [e] Sed ego deprecatus sum pro te, ne deficiat fides tua: tu igitur aliquando quũ te converteris stabili fratres tuos.

33 [f] Ipse verò dixit ei, Domine, tecum paratus sum & in carcerem & ad mortem proficisci.

34 * At ille dixit ei, Dico tibi Petre, nequaquam emittet vocẽ hodie gallus priusquam ter neges quòd tu me noveris.

35 Dixit etiam eis, Quando misi vos * absque crumena & pera & soleis, num quid defuit vobis? Ipsi verò dixerunt, Nihil.

36 Dixit ergo eis, At nunc, qui crumenã habet, tollat *eam*, similiter & peram: & qui non habet, [g] vendat pallium suum, & emat gladium.

37 Dico enim vobis, adhuc oportere * scriptum istud in me perfici: istud, *inquam*, Et cum sceleratis numeratus est. Nam ea quæ *scripta sunt* de me, finem habent.

38 At illi dixerunt, Domine, ecce duo gladii hîc. Ipse verò dixit eis, Satis est.

39 * Et egressus, profectus est ex more in montem Olearum: sequuti sunt autem eum etiam discipuli ejus.

40 * Quum verò pervenisset ad eum locum, dixit eis, orate ne introëatis in tentationem.

[q] Hoc loco duplex est metonymia: Primùm enim ponitur continẽs pro contento, poculũ videlicet pro vino quod ipso poculo continetur. Deinde vinum dicitur esse fœdus, quum sit dũtaxat fœderis, aut ejus potiùs quo fœdus sancitur (nimirũ sanguinis Domini) symbolũ ac tessera, vera quidem illa ac minimè inanis, sed tamen ab eo distinguenda quod ipsa repræsentat.

[r] Additus articulus indicat excellentiam, & respicit locum Jere. 31. 31. quo promittitur novũ fœdus.

[s] B. Christus rursum declarat se ultrò ad mortem ire, quãvis minimè ignoret Judæ proditionem.

* *Matt. 26. 21. mar. 14. 19. joh. 13. 18.*

[t] i. Machinatio phrasi Hebr. Sic 2. Regũ 14. 19. Numquid manus Joab in isto toto negotio?

[v] B. Providẽtiæ decretũ quãvis necessariò eveniat, non tamẽ excusat instrumentorũ culpam.

* *Psal. 41. 10.*

[x] B. Pastores nõ ad dominandũ, sed ad serviendũ vocati sunt.

* *Matt. 20. 25. mar. 10. 42.*

[y] i. Magnificis titulis ornantur. Sic enim mos fuit semper principes aliquibus cognomẽtis honestare.

[z] B. Consortes afflictionum Christi fient, & regni ipsius participes.

[a] Ut edatis & bibatis, &c. Heb. q. d. Ego promitto vobis partẽ in regno meo, & omnẽ familiaritatem fœlicitatémq; in eo. significat ergo ipsos cõmunis gloriæ fore socios.

* *Matt. 19. 28.*

[b] i. Condẽnantes Israëlitas incredulos.

[c] B. Semper cogitandum de Satanæ insidiis. * *1. Pet. 5. 8.* [d] i. velut in cribro huc illuc agitatos excuteret. [e] B. Quòd electi nunquam penitùs excidunt à fide, Christi precibus debent, idque ut mutuò sese erigant. [f] B. Fidem à vana securitate plurimum distare docet Christus, proposito tristissimo Petri exẽplo. * *Matth. 26. 34. mar. 14. 30. joh. 13. 38.* * *Matt. 10. 9.* [g] Totus hic sermo est allegoricus, q. d. Vixistis adhuc in pace commilitones, nunc verò bellum instat acerrimum, & cæteris rebus omissis, de veris armis est cogitandum. Quænam autem ista sint arma ipse suo exemplo docuit, quum postea in horto precaretur, & quum Petrum gladio ferientem reprehenderet. * *Esai. 53. 12.* * *Matt. 26. 56. mar. 14. 32. joh. 18. 1.* * *Matt. 26. 41. mar. 14. 38.*

41 [h] Tum

41 [h] Tum ipse abscessit ab eis quasi ad jactum lapidis, positisque genibus oravit,

42 [i] Dicens, Pater si velles transferre poculum hoc a me! verumtamen nō mea voluntas sed tua fiat.

43 Conspectus est autem ei Angelus e cælo corroborans eum.

44 Et *ipse* constitutus in [k] angore, intētiùs orabat. Erat autem sudor ejus quasi [l] grumi sanguinis descendentes in terram.

45 [m] Et quum surrexisset a precatione, venissetq; ad discipulos suos, invenit eos dormientes præ tristitia.

46 Et dixit eis, Quid dormitis? surgite, & orate, ne introëatis in tentationem.

47 [n] *Adhuc autem eo loquente, ecce turba, & is qui dicebatur Judas, unus ex illis duodecim, præibat eis, & appropinquavit Jesu ut oscularetur eum.

48 Jesus autem dixit ei, Juda, osculo Filium illum hominis prodis?

49 [o] Videntes autem ii qui circa ipsum *erant*, quod futurum erat, dixerunt ei, Domine, percutiemúsne gladio?

50 Et quidam ex ipsis percussit servum Pontificis maximi, & abstulit aurem ejus dextram.

51 Respondens autem Jesus dixit, Sinite huc usque. Et tacta illius auricula, [p] sanavit eum.

52 [q] Dixit autem Jesus iis qui adversus ipsum venerant, *nempe* primariis Sacerdotibus, & præfectis templo, & senioribus, *Siccine* ut adversus latronem exiistis cum gladiis ac fustibus?

53 Quum quotidie vobiscum essem in templo, non extendistis manus in me: sed hæc est hora illa vestra, & [r] potestas tenebrarum.

54 * Prehensum autem eum duxerunt, & introduxerunt domum Pontificis maximi. Petrus verò sequebatur e longinquo.

55 *[s] Quúmque accendissent ignem in medio aulæ, atque unà consedissent, sedit & Petrus inter eos.

56 Quum autem eum vidisset ancilla quædam sedentem ad ignem, intentis in eum oculis dixit, Et iste cum eo erat.

57 Ipse verò abnegavit eum, dicēs, Mulier, non novi eum.

58 Et paulò pòst alius videns eum, dixit, Et tu, ex ipsis es. Petrus verò ait, Heus tu, non sum.

59 Et interposita quasi hora una, alius quidam *id* asseverabat, dicens, Verè & iste cum illo erat: etenim Galilæus est.

60 Ait autem Petrus, Heus tu, nescio quid dicas. Et illicò, adhuc ipso loquente, vocem emisit gallus.

61 Tum conversus Dominus intuitus est Petrum: & recordatus est Petrus sermonis Domini, quomodo *nimirum* dixerat ipsi, * Priusquam gallus vocem emiserit, ter me abnegabis.

62 Et egressus foras Petrus flevit amarè.

41 Et ipse secessit ab eis quasi *ad* jactum lapidis. Et posuit genua, & orabat.

42 Ac dicebat, Pater, [13] si vis, pertransseat me poculum istud: verumtamen non voluntas mea sed tua fiat.

43 Et conspectus est ei Angelus de cęlo corroborans eum.

44 Et quum esset in [14] timore, instanter orabat. Et factus est sudor ejus tamquam [15] demissiones sanguinis, & cecidit super terram.

45 Et surrexit ab oratione sua, & venit ad discipulos suos, ac invenit eos dormientes præ angustia.

46 Et ait eis, Quid dormitis? surgite, & orate ut non intretis in tentationem.

47 Et adhuc eo loquente, ecce turba & is qui vocabatur Jihuda, unus ex duodecim venit ante eos: & accessit ad Jeschua, & osculatus est eum. ([16] Hoc enim signum dederat eis, nempe, Quem osculatus fuero, ipse est.)

48 Dixit ei Jeschua, Jihuda, osculo prodis tu filium hominis?

49 Quum viderent autem qui cū ipso erant id quod fiebat, dicunt ei, Domine noster, percutiemus eos gladio?

50 Et percussit quidam ex eis servum summi sacerdotis, & abstulit ei auriculam ejus dexteram.

51 Respondit Jeschua, & dixit, Satis est usque huc. Et tetigit auriculam ejus qui passus fuerat, & sanavit eam.

52 Et dixit Jeschua eis qui venerant cōtra se summis sacerdotibus, & senioribus, & [17] principibus exercitus templi, Tamquam contra latronem exiistis contra me cum gladiis, & cum fustibus, ut apprehenderetis me.

53 Quotidie vobiscum fui in templo, neque extendistis super me manus: sed hæc est hora vestra, & potestas tenebrarum.

54 Et apprehensum adduxerunt eum in domum summi sacerdotis. Et Schemeun [18] veniebat post eum e longinquo.

55 Accenderūt autem ignem in medio atrii, & sedebant circa eum: & sedebat etiā ipse Schemeun inter eos.

56 Et vidit eum puella quædam quòd sederet ad ignem, & intuita est eum, ac dixit, Etiam iste cum illo erat.

57 Ipse autem negavit, & dixit, Mulier, non novi eum.

58 Et post paululum vidit eum alius, & dixit ei, Etiam tu ex ipsis es. Cipha autem dixit, Non sum.

59 Et post horam unam alius contendebat, & dicebat: Verè etiam hic cum illo erat: nam etiam Galilæus est.

60 Ait Cipha, O homo, non novi quid dicas. Et confestim, eo loquente, cantavit gallus.

61 Et Jeschua conversus est, & intuitus est Cipha: & recordatus est Schemeun sermonis Domini quem dixerat ei, Priusquam cantet gallus, negabis me tribus [19] vicibus.

62 Et egressus foras Schemeun, flevit amarè.

h B. Preces, certum adversus periculosissimos nostrorū hostiū insultus subsidium.

i B. Christus omnibus horroribus mortis cum maledictione Dei conjūctæ, nostro nomine superatis, eam nobis reddit amabilem.

k Ad verbum, Et factus in agonia. Agonia autem summā Christi luctātis angustiam significat: neque enim cum mortis dumaxat terroribus luctabatur Christus, ut cęteri homines solent, alioqui videri possent multi martyres ipso Christo constātiores, sed cum terribili Patris irati judicio, quo nihil formidabilius cogitari potest: quia nimirum peccatorū nostrorum onus in se receperat.

l Hæc ostendunt, Christū verum fuisse hominem.

m B. Homines in maximis suis periculis penitùs torpidi, donec à Christo excitentur.

n B. Christus proditione capitur, volens, ut nos proditę Dei gloriæ reos sua obedientia liberet.

* *Matt. 26. 47. mar. 14. 43. joan. 18. 3.*

o B. Zelus extra vocationis nostræ limites nos abducēs, Christo minimè gratus.

p Summa Christi clemētia, etiam in adversarios.

q B. Ipsa eorum qui Christum ceperunt ttepidatio probat partim malam ipsorum conscientiam, partim etiam omnia hæc gesta fuisse ex Dei providentia.

r Concessa potestas tenebris, ad lucem ad rēpus premendam, i. sceleribus adversus innocentiam.

* *Matt. 26. 57. mar. 14. 53. joh. 18. 24.*

s *Matth. 26. 69. mar. 14. 66. joh. 18. 25.*

t B. In Petro spectandum proponitur tum humanæ imbecillitatis, tum singularis in suos electos bonitatis Dei exemplum. * *Matth. 26. 30. joh. 13. 38.*

13 F. Oratio est ἀναστατικὴ, si vis transire à me calicem istum vel poculum istud, velim quidem certè: idémq; in contextu Græco.

14 F. vel angustia & oppressione summa. vide Hebr. 5. 7.

15 F. vel stillæ, grumi depluentes.

16 Græcus codex hæc tantùm legit in Matt. & Mar. unde repetuntur etiam hoc loco à paraphraste.

17 Vide suprà quæ annotavimus initio capitis hujus.

18 id est, Sequebatur eum. Hebr.

19 Ad verb. Temporibus. Syra loquutio.

63 Et homines qui apprehenderant Jeschua, illudebant ei, [20] & tegebant eum:

64 Ac percutiebant eum super faciem ejus, & dicebant, Vaticinare quis percussit te.

65 Et alia multa blasphemabant ac dicebant contra eum.

66 Et quum illuxisset, congregati sunt Seniores & summi Sacerdotes & Legisperiti, & ascendere fecerūt eum in locum congregationis eorum:

67 Et dixerūt ei, [21] Num tu es Christus? dic nobis. Dixit eis, Si dicam vobis, non credetis mihi:

68 Et si interrogavero vos, non reddetis mihi responsum, aut dimittetis me.

69 [22] Ex hoc tempore erit Filius hominis sedens a dextera virtutis Dei.

70 Dicunt ei omnes, Tu es ergo filius Dei? Dixit eis Jeschua, Vos dixistis quòd ego *is* sum.

71 Dicunt ei, Quid [23] rursus necessarii sunt nobis testes? Nos enim audivimus ex ore ipsius.

[20] F. hæc vulgata lectio aprat sequenti versui: minimè malè.

[21] F. vel si tu es Christus ille, dic nobis: ut vulgò distinguitur.

[22] Ad verb. Ex nunc. Hebr.

[23] F. nā priùs malitiosissimè testes conquisiverant, ut legitur Mat. 14. 55.

63 [t] * Ii verò qui unà tenebant Jesum, illudebant ei, cædentes *eum*:

64 Et eo obvelato, cædebant faciem ejus, & interrogabant eum, dicentes, Vaticinare quis sit qui te percussit.

65 Et alia multa conviciantes dicebant in eum.

66 [v] * Et ut ortus est dies, cōgregatū fuit presbyterium populi, & primarii Sacerdotes & Scribæ, & adduxerunt eum in suum consessum,

67 Dicentes, Num tu es ille Christus? dic nobis. Dixit autem eis, Si vobis dixero, nequaquam credetis:

68 Quòd si vos etiam interrogavero, nequaquam respondebitis mihi, neque *me* absolvetis.

69 [x] Ab hoc tempore erit Filius hominis sedens ad dextram potentiæ Dei.

70 Dixerunt autem omnes, Tu ergo es Filius ille Dei? Ipse verò dixit eis, Vos dicitis: nam *is* ego sum.

71 At illi dixerunt, Quid ampliùs egemus testimonio? Ipsi enim audivimus ex ore ipsius.

[t] a. Christus suit ignominiam nostris peccatis debitam. * *Matth. 26. 67. Mar. 14. 65.*

[v] a. Christus immeritò damnatur blasphemiæ apud Pontificis tribunal, ut ab ea quam cōmeriti sumus blasphemia coram Deo absolvamur. * *Matth. 27. 1. Mar. 15. 1. Joh. 18. 28.*

[x] Id est, deinceps.

CAPUT UICESIMUMTERTIUM.

[1] *Christus accusatur coram Pilato:* [7] *mittitur ad Herodem:* [11] *illuditur:* [24] *cupiditati Judæorum exponitur à Pilato:* [27] *mulieres plangunt eum:* [32] *Crucifigitur.* [39] *Conviciatur ei unus ex maleficis:* [43] *Alter fide servatur.* [45] *Expirat Christus,* [51] *sepelitur.*

ET surrexerunt universa congregatio eorum, & adduxerunt eū ad Pilatum.

2 Et [1] cœperunt accusare eum, & dicebant, Hunc invenimus errare facientem gentem nostram, & prohibentem ne [2] argentum capitationis Cæsari demus: & dixit de se quòd rex sit Messias:

3 Pilatus autem interrogavit eum, ac dixit ei, Es tu rex Judæorum? Dixit ei, Tu dixisti.

4 Et dixit Pilatus summis sacerdotibus & senioribus, Ego aliquam causam non invenio contra hominem hunc.

5 Illi autem clamabant, & dicebant, Conturbat populum nostrum, docens in universa Judæa, & incepit a Galilæa usq; huc.

6 Pilatus autem quum audiret nomen Galilææ, interrogavit num homo Galilæus esset.

7 Et quum cognovisset quòd de subjectis potestati Hiraudis esset, misit eum ad Hiraudem quia in Urischelem erat in illis diebus.

8 Hiraudis autē quum vidisset Jeschua, gavisus est valdè: cupidus enim erat vidēdi eum a tempore multo, quia audivisset de eo multa, & sperabat quòd aliquod signum visurus esset ab eo.

9 Et sermonibus multis interrogabat eum: Jeschua autem aliquod responsum non reddidit ei.

10 Stabant autem summi sacerdotes & Legisperiti, & constanter accusabant eum.

11 Hiraudis verò cōtemtui habuit eum ipse & ministri ejus. Et quum illusisser,

[1] Ad verb. Proclamantes accusationem ejus: quæ phrasis exposita est Matth. 4.

[2] F. periphrasis census.

TUm surgens universa multitudo eorum, duxit eum ad Pilatum.

2 Cœperunt autem eum accusare, dicentes, Comperimus istum [a] pervertere gentem, * & vetare tributa dare Cæsari, dicendo se Christum, *id est* regem esse.

3 * Pilatus autem interrogavit eum, dicens, Tú *ne* es Rex ille Judęorum? ipse verò respondens ei dixit, Tu dicis.

4 [b] Ait verò Pilatus ad primarios Sacerdotes & turbam, Nullam invenio noxam in hoc homine.

5 At illi invalescebant, dicentes, Concitat populum, docens per universam Judæam, exorsus a Galilæa huc usque.

6 [c] Pilatus verò, audita Galilęa interrogavit num homo iste Galilæus esset.

7 Et quū cognovisset eum ad [d] Herodis potestatem pertinere, remisit eum ad Herodem, qui & ipse Hierosolymis erat per eos dies.

8 [e] Herodes autem viso Jesu, gavisus est valdè: nam a multo *tempore* cupiebat eum videre, eo quòd audivisset multa de eo: & speraret se signum aliquod visurum ab eo fieri.

9 Interrogavit autem eum multo sermone: sed ipse nihil ei respondit.

10 Adstabant autem primarii Sacerdotes & Scribæ, magna contentione eum accusantes.

11 Herodes autem cum [f] militibus suis, quū eum pro nihilo habuisset, & illusisset

[a] Depravare & inducere in errores. * *Matth. 22. 21. Mar. 12. 17.* * *Matth. 27. 11. Marc. 15. 2. Joh. 18. 33.*

[b] a Christus damnū ius seditionis à nobis in mundo excitatæ, primùm omnū pronunciatur Innocens, ut eum constet non suorum (quę nulla fuerunt) sed nostrorum scelerum pœnam ultrò subire.

[c] a. Christus est principum ludibrium, sed magno cum ipsorum malo:

[d] Fuit hic Herodes Antipas tetrarcha: in cujus tempus & gubernationis totius annū ferè 22. incidit Johannis Baptistæ muneris functio atque cædes, & Jesu Christi mors ac resurrectio & initia doctrinæ Apostolicæ, & Jerosolymitanæ actiones, annorum post mortem Christi ferè septem. Hic Herodes relegatus fuit circiter annum secundum Caii Cæsaris Lugdunum. [e] Impii abuntur Dei potentia, ut ludicro aliquo spectaculo, ad suam vanitatem. Itaque mirum non est Christum non dignatum fuisse ullo miraculo Herodem. Erat enim præterea tēpus illud ipsius abjectionis subeundæ, non potentiæ exerendæ. [f] i. Cum comitatu suorum nobilium, & militum qui Herodem è Galilæa sequuti fuerant.

ei, amictum veſte ſplendida remiſit ad Pilatum.

12 [g] Et facti ſunt amici inter ſeſe Pilatus & Herodes eo ipſo die: nam anteà inimici erant inter ſeſe.

13 [h] Pilatus verò, convocatis primariis Sacerdotibus & [i] primoribus ac populo,

14 *Dixit eis, Obtuliſtis mihi hunc hominem, tamquam avertentem populum: & ecce, ego in veſtri conſpectu quæſtione habita, nullam noxam inveni in homine iſto, ex iis de quibus accuſatis eum.

15 Sed ne Herodes quidem: nã remiſi vos ad illum, & ecce, nihil dignum morte factum eſt ab eo.

16 [k] Caſtigatum ergo eum dimittam.

17 Neceſſe autem habebat dimittere eis ſingulis feſtis unum *quempiam*:

18 Exclamavit autẽ ſimul univerſa turba, dicens, Tolle illum, dimitte verò nobis Barabbam:

19 Qui erat propter ſeditionem quandam & cædem factam in urbe, conjectus in carcerem.

20 Rurſus ergo Pilatus alloquutus eſt *eos*, volens dimittere Jeſum.

21 Ipſi verò reclamabant, dicentes, Crucifige, crucifige eum.

22 [l] Ille autem tertiò dixit eis, Quid enim iſte mali fecit? nullam noxam capitalem inveni in eo: caſtigatum ergo eum dimittam.

23 At illi inſtabant, vocibus magnis, petentes ut ipſe crucifigeretur: & invaleſcebant voces eorum ac primariorum Sacerdotum.

24 Tum Pilatus ſecundùm eos judicavit ut fieret quod ipſi petebant.

25 Dimiſit autem eis illum qui propter ſeditionem & cædem conjectus fuerat in carcerem, quem petierant: Jeſum verò tradidit illi eorum voluntati.

26 [m] * Quum igitur abducerent eum, prehenſo Simone quodam Cyrenæo, qui veniebat rure, impoſuerunt ei crucẽ ferendam ponè Jeſum.

27 [n] Sequebatur autẽ eum magna multitudo populi & mulierum: quæ & plangebant & lamentabantur eum.

28 Converſus autem ad eas Jeſus dixit, Filiæ Hieruſalem, ne flete de me, verùm de vobiſipſis flete, & de liberis veſtris:

29 Nam ecce venient dies quibus dicent, Beatæ ſteriles, & uteri qui non genuerunt, & ubera quæ non lactaverunt.

30 [o] Tum incipient dicere montibus, *Cadite in nos: & collibus, Operite nos.

31 [p] * Nam ſi in virente ligno iſta faciunt, in arido quid fiet?

32 * Ducebantur autem etiam alii duo, *iique* facinoroſi, cum eo, interimendi.

33 [q] Quum igitur veniſſent in locum qui vocatur Calvaria, illic crucifixerunt eum, & facinoroſos illos: unum ad dexteram, alterum ad ſiniſtram.

34 [r] Jeſus autem dicebat, Pater, remitte *hoc* ipſis. neſciunt enim quid faciant.

g B. Pietatis odium impios inter ſe conjungit.

h B. Secundò abſolvitur Chriſtus ab eo ipſo à quo damnatus eſt, ut eum conſtet juſtũ injuſtos redemiſſe.

i Illis quos Judæi Sanhedrin vocabant.

*Matth.27.23. Mar.15.14. Joh.18.38.& 19. 4.

k B. Carnis prudentia ex duobus malis minus eligit: ſed his cõſiliis maledicit Dominus.

l B. Tertiò abſolvitur Jeſus antequam ſemel dãnetur, ut pateat damnata in eo eſſe noſtra peccata.

m B. Militaris licentiæ exẽplum.

*Matth.27.32. Mar.15.21.

n B. Impiorum triũphos excipit horribilis exitus.

o Locus ex Oſeæ cap. 10. ſumptus, verſu 8. quod in Apocaly. cap. 6. & 9. quoque habetur. Pertinent autẽ iſta ad Judæorum interitũ, quem perpeſſi ſunt, perdita & vaſtata urbe. Deinde ad noviſſimi judicii atrocitatẽ ſpectant. Hunc enim horrorẽ ſentiẽt impii, ubi Chriſtũ judicem cõſpexerint.

*Eſa.2.19. Oſeæ 10.8. Apoc.6.16.

p Quaſi dicat, Si deſignant iſta in me fructifero, & perpetuò virente, & cujus vita æterna eſt propter divinam naturam, quid fiet in vobis infructuoſis, & omnis juſtitiæ vivificæ expertibus?

*1. Pet.4.17. *Matt.27.18. Mar.15.27. Joh.19.18.

q B. Chriſtus fit pro nobis maledictio in cruce; luens pœnã iis debitam qui voluerunt dii fieri.

r B. Chriſtus pro hoſtibus precans, oſtendit ſe & oblationem eſſe & pontificem.

induit eum veſtibus coccineis, & remiſit eum ad Pilatum.

12 Et in illo die facti ſunt amici Pilatus & Hiraudis inter ſeſe: inimicitię enim anteà fuerant inter eos.

13 Vocavit verò Pilatus ſummos Sacerdotes & magiſtratus populi:

14 Et dixit eis, Obtuliſtis mihi hominẽ hunc tamquam ſubvertentem gentẽ veſtram: & ecce, ego examinavi eum ante oculos veſtros, & cauſam aliquam nõ inveni in homine iſto, ex omnibus de quibus vos accuſatis eum.

15 Sed neque Hiraudis: miſeram enim eum ad illum, & ecce, nihil quod dignũ ſit morte actum eſt [3] ei.

16 Caſtigabo igitur eum, & dimittam eum.

17 ([4] Neceſſe enim erat ut dimitteret eis unum in feſto.)

18 Clamaverunt autem univerſa turba, & dixerũt, Tolle hunc, & dimitte nobis Bar-Abba.

19 Is erat qui propter ſeditionem & cędem quæ facta fuerat in civitate, cõjectus fuerat in domum vinctorum.

20 Rurſus verò loquutus eſt cũ eis Pilatus cupiens dimittere Jeſchua.

21 Illi autem clamabant, ac dicebant, Crucifige, crucifige eum.

22 Ille autem tertia vice dixit eis, [5] Quid enim quod malum ſit, hic fecit? Nullam cauſam quæ digna ſit morte inveni in eo. Caſtigabo eum igitur, & dimittam eum.

23 Ipſi autem inſtabant voce elata, & petebant ab eo ut crucifigerent eum: & ingens fiebat vox eorum, & ſummorum ſacerdotum.

24 Pilatus verò præcepit ut fieret petitio eorum.

25 Et dimiſit illis eum qui propter ſeditionem & cædem conjectus fuerat in domum vinctorũ, quem petierant: Jeſchua verò tradidit arbitrio eorum.

26 Et quum deduxerunt eum, apprehẽderunt Schemeun Cyrenæum venientẽ ex agro, & impoſuerunt ei crucem quam ferret poſt Jeſchua.

27 Et [6] veniebat poſt eum multitudo populi, & mulieres, quę flebant & lamentabantur ſuper eo.

28 Et converſus eſt Jeſchua ad eas, ac dixit, Filiæ Uriſchelẽ, ne fleatis ſuper me: quin potiùs ſuper vobiſipſis flete, & ſuper filiis veſtris.

29 Quia ecce, veniunt dies in quibus [7] dicent, Beatæ ſteriles, & ventres qui non genuerunt, & ubera quæ non lactaverũt.

30 Tunc incipietis dicere mõtibus, Cadite ſuper nos: & collibus, Operite nos.

31 Nam ſi in ligno humido iſta faciunt, quid in arido fiet?

32 Et veniebant cum eo duo alii [8] malefici, ut occiderentur.

33 Quum autẽ veniſſent ad locũ quemdã qui vocabatur Cranium, crucifixerunt eum ibi, & illos maleficos, unum a dextra ejus, & alterum a ſiniſtra ejus.

34 Ipſe autem Jeſchua dicebat, Pater remitte eis: non enim ſciunt quid faciunt.

3 r. Id eſt, ab eo: nã ita Græci loquuntur & Syri figurata phraſi. ſic Matth. 5.21. & paſſim.

4 r. vel mos, conſuetudo: nam hoc etiã vox Syra ſignificat.

5 r. ſupple crucifigerem? vel non faciam. Ellipſis, de qua in Matt. 13.29. & alibi.

6 Id eſt, ſequebatur eum.

7 r. Id eſt, dicetur, impersonaliter. Hebraiſmus.

8 Ad verbum, Factores malorum.

Et diviſer

Et diviserunt vestimenta ejus, & miserũt super ea sortem.

35 Stabat autem populus, & spectabat: & deridebant eum etiam magistratus, & dicebant, Alios servavit: servet seipsum si hic est Christus electus Dei.

36 Et illudebant ei etiam milites, accedentes ad eum, & afferentes ad eum acetum.

37 Et dicebant ei, Si tu es Rex Judæorum, serva teipsum.

38 Erat autem etiam inscriptio quæ scripta erat super eum, Græcè, Romanè, & Hebraicè, HIC EST REX JUDÆORUM.

39 Unus autem ex illis maleficis qui suspensi erant cum eo, blasphemabat cõtra eum, ac dicebat, Si tu es Christus, libera teipsum, & libera etiam nos.

40 Et objurgavit eum socius ejus, & dixit ei, Nec etiam a Deo times tu, qui etiam [9] in ipso es judicio?

41 Et nos justè: nam sicut digni fuimus & sicut fecimus, retributionem accepimus: hic verò quod sit detestabile non fecit.

42 Et dixit Jeschua, Memento mei Domine mi, quum veneris in regnum tuum.

43 Dixit ei Jeschua, Ammin dico tibi quòd hodie mecum eris in paradiso.

44 Erat autem quasi hora sexta: & factę sunt tenebræ super totam terram usque ad horam nonam.

45 Et sol obscuratus est, & fissa est [10] facies portæ templi a media parte sui.

46 Et clamavit Jeschua voce elata, ac dixit, Pater mi, in manus tuas depono spiritum meum. Hoc dixit, & reddidit *spiritum*.

47 Quum videret autem Centurio id quod factum fuerat, glorificavit Deum, ac dixit, Verè hic homo justus erat.

48 Et universæ turbæ quæ congregatæ fuerant ad spectaculum hoc, quum viderent id quod factum fuerat, reversi sunt percutientes super pectora sua.

49 Et stabant in longinquo omnes noti Jeschua, & mulieres quę venerunt cum eo ex Galilæa, & spectabant ista.

50 Homo autem quidam cujus nomen Jauseph, senator ex Ramatha civitate Judææ, homo erat bonus & justus:

51 Qui non consenserat voluntati eorum & facto eorum: & exspectabat regnum Dei.

52 Hic accessit ad Pilatum, & petiit corpus Jeschua.

53 Et deposuit ipsum, ac devolvit in [11] sindone linea, ac posuit ipsum in loco sepulcri effossi, in quo nemo adhuc positus fuerat.

54 Et dies parasceves erat, [12] & [13] sabbathum illucescebat.

55 Accesserunt autem mulieres quę venerant cum eo ex Galilæa, & inspexerunt, & [14] ubi positum esset corpus ejus.

[9] Id est, in eadẽ es condemnatione. Hebraismus.

[10] Id est, velum. vide Mat. 27. 51.

[11] Syra vox חויא, quam vertimus sindonem, rara admodum est: legitur tamen etiam Mat. 27. 59. in eodem sensu.

[12] Sabbathum à vespera diei Veneris incipit, ut omnia reliqua Judæorũ festa. Quia autem orto sidere quod lucifer dicitur, ejus observatio incipit; volens Evangelista ostendere, non longè abfuisse tempus quo ex Lege sabbathum incipiebat, dicit, Sabbathũ illucescebat. hoc est, parum supererat temporis ad ortũ luciferi, quo illucescente incipiendum erat sabbathum.

[13] r. i. proximè inibat dies sabbathi, qui à nocte incipiebat ex Hebræorum usu.

[14] r. vel quomodo, quèadmodum.

[s] Partientes verò vestimenta ejus, jecerũt sortem.

35 Et stabat populus spectans. sannis autem excipiebant eum etiam primores cum eis, dicentes, Alios servavit, servet seipsum, si hic est ille Christus electus ille [t] Dei.

36 Illudebant autẽ etiam ei milites, accedentes, & acetum ei offerentes.

37 Dicentésque, Si tu es Rex ille Judæorum, serva temetipsum.

38 [v] Erat autem etiam inscriptio scripta supra eum literis Græcis & Romanis & Hebraicis, HIC EST REX ILLE JUDÆORUM.

39 [x y] Unus autem ex facinorosis illis suspensis, conviciabatur ei, dicens, Si tu es Christus ille, & teipsum & nos serva.

40 Respondẽs autem alter objurgavit eum, dicens, Ne Deum quidem tu times, quum in eadem sis damnatione?

41 Et nos quidem justè: (nam digna factis recipimus) iste verò nihil [z] indecens fecit.

42 Dixitq; Jesu, Domine, memẽto mei quum veneris in regnum tuum.

43 Tum dixit ei Jesus, Amen dico tibi, hodie mecum eris in [a] paradiso.

44 [b] Erat autem quasi hora sexta, & tenebræ factæ sunt in tota regione usque ad horam nonam.

45 Et obtenebratus est sol, & aulæum templi fissum est medium.

46 [c] Quúmque clamasset voce magna Jesus, ait, *Pater, in manus tuas depono spiritum meum. Et quum hæc dixisset exspiravit.

47 [d] Quum vidisset autẽ Cẽturio quod factum fuerat, [e] glorificavit Deum, dicẽs, Verè hic homo justus erat.

48 Et omnis turba quæ simul ad hoc spectaculum accesserat, spectans quæ facta fuerant, cædens pectora sua revertebatur.

49 [f] Stabant autem omnes noti ejus procul, & mulieres quæ erant eum unà sequutæ à Galilæa, videntes ista.

50 [g] *Tum ecce quidam nomine Josephus, senator, vir bonus ac justus:

51 Qui non assensus fuerat consilio ac facto eorũ, ortus Arimathæa civitate Judæorum: [h] qui & ipse exspectabat regnum Dei,

52 Hic, *inquam*, adiens Pilatum, petiit corpus Jesu.

53 Et detractum illud involvit sindone, posuitque illud in monumento quod erat in saxo incisum, in quo nõdum quisquam positus fuerat.

54 Porrò dies erat Parasceves, & Sabbathum [i] succedebat.

55 [k] Subsequutæ etiam mulieres quæ cum eo venerant ex Galilæa, spectarunt monumentum, & quomodo positum esset corpus ejus.

[s] Hoc secundùm dictum Davidis Psal. 22. factum esse testatur etiam Matthæus.

[t] Quem favore peculiari Deus complectitur.

[v] Pilatus imprudens fit æternæ illius regni Christi præco.

[x] a. Christus in media crucis exinanitione, reipsa ostẽdit sese tum vitã servandis credentibus, tum mortem ulciscẽdis rebellibus in potestate sua habere.

[y] Itaque vel Synecdochicõs intelligendũm quod Matthęus refert, aut utrumque illusisse Christo, sed alterum divina illa potentia victum in præclaram illam & sempiterna memoria dignã confessionem erupisse

[z] Nihil præter officium.

[a] Paradisus, id est, hortus visibilis, conditus fuit à Deo in plaga Orientali. Is autem qui mente cõprehenditur, est salutis & felicitatis locus sempiternæ in Dei benignitate & clemẽtia, animorum piorũ amœnissima quies, & tranquillissima atque lætissima habitatio.

[b] a. Christus etiã moribundus se omnipotentẽ Deum esse ipsis etiã cæcis ostẽdit.

[c] a. Christus cõfidenter ipsas mortis tenebras ingreditur, eam videlicet intra ipsiusmet penetralia debellaturus.

*Psal. 31. 6.

[d] a. Christus ab ipsis etiam hostibus suis quoties libuit, testimonium quàm honorificẽtissimum extorquet.

[e] I. dedit veritati testimonium & Deum agnovit, ac professus est esse innocentię Christi vindicem.

[f] a. Christus in medio carnificum colligit & tuetur suum pauperculum gregem.

[g] a. Christus celebri sepultura, tum mortis tum resurrectionis suæ fidem publicò ipsius Pilati testimonio sancit. *Matt. 27. 57. Mar. 15. 43. Joh. 19. 38.

[h] Vel qui acceperat etiam regnum Dei, hoc est, de numero discipulorum Christi jam erat. Nam professionem Christi, & baptismum admiserat, credebat etiam quæ Christus de regno Dei docuerat.

[i] Ad ver. illucescebat, nimirum jam incipiens, luce diei præcedentis vergente ad occasum, qui fuit Parasceves, id est, præparationis in posterum diem feriarum.

[k] a. Christus à diabolo & cunctis ipsius organis oppugnatus, atque adeò in ipsis mortis faucibus versans, infirmas mulierculas in aciei frõtecollocat, de omnibus illis terribilibus hostibus mox sine ullo magno conatu triumphaturus.

56 Reversæ verò paraverunt aromata & unguenta: ac Sabbatho quidem quieverunt, secundùm præceptum.

56 Et reversæ paraverunt unguenta & aromata, & in sabbatho quieverunt, quēadmodum præceptum erat.

CAPUT VICESIMUMQUARTUM.

1 Mulieres ad monumentum accedunt: 9 quæ ab Angelis acceperunt Apostolis nunciant. 13 Duobus euntibus in Emmaus adjungit se Christus: 27 interpretatur illis Scripturas: 39 contrectandum se præbet Apostolis: 49 promittit illis Spiritum sanctum: 51 sursum fertur in cælum.

PRimo *[a] autē *die* hebdomadis, [b] profundo diluculo iverunt ad monumētum, ferentes quæ paraverant aromata: & nonnullæ cum ipsis.

2 Invenerunt autem saxum avolutum a monumento.

3 Et ingressæ non invenerunt corpus Domini Jesu.

4 Et factum est ut dum in ea re hæsitarent, tum ecce, duo viri supervenerint eis, induti vestibus fulgurantibus:

5 Quum autem expavefactæ inclinarēt faciem in terram, dixerunt eis, Quid inter mortuos quæritis eum qui vivit?

6 Non est hîc, sed suscitatus est. mementote ut * loquutus sit vobis quum adhuc in Galilæa esset,

7 Dicens, Oportet Filium hominis tradi in manus hominum peccatorū, & crucifigi: & die tertio resurgere.

8 Recordatæ sunt igitur verborum illius.

9 [c] Et reversæ a monumento annunciaverunt hæc omnia illis undecim, & reliquis omnibus.

10 Erant autem Maria Magdalene, & Johanna, & Maria Jacobi *mater*, & reliquæ cum ipsis, quæ hæc dicebant Apostolis.

11 Sed visa sunt apud eos quasi deliramentum verba ipsarum, neque crediderunt eis.

12 [d] * Petrus autem surgens cucurrit ad monumentum: & quum [e] se inclinasset, cernit lintea sola *illic* jacentia: abiitque apud semetipsum mirans factum.

13 * [f] Et ecce, duo ex iis ibant eo ipso die in vicum distantem stadiis sexaginta ab Hierusalem, cui *vico* nomen *est* Emmaus:

14 Et colloquebantur inter se de istis omnibus quæ evenerant.

15 Et factum est ut dum colloquerentur, & *se* mutuò rogitarent, ipse Jesus accederet, & unà iter faceret cum ipsis.

16 [g] Oculi autem eorum retinebantur ne ipsum agnoscerent.

17 Dixit autem eis, Qui sunt hi sermones quos confertis inter vos ambulantes? & *quid* estis tetrico vultu?

18 Respondens autem alter, cui nomen [h] Cleopas, dixit ei, Tu solus commoraris Hierosolymæ, & non nosti quæ in ea facta sunt his diebus?

19 Ipse verò dixit eis, Quæ? At illi dixerunt ei, Quæ *facta sunt* Jesu Nazaræo,

IN [1] primo autē *die* in septimana in aurora, dum adhuc essent tenebræ, venerunt ad locum sepulchri, & attulerunt illa aromata quæ paraverant: erāntque cum eis mulieres aliæ.

2 Et invenerunt lapidem quòd devolutus esset a loco sepulcri.

3 Et ingressæ sunt, & non invenerunt corpus Jeschua.

4 Factúmque est quum essent [2] attonitæ propter hoc, ecce, duo homines steterunt juxta eas, & fulgebat vestimentum eorum.

5 Et fuerunt in metu, & declinaverunt facies suas in terram: & *illi* dixerunt eis, Quid quæritis vos viventem cum mortuis?

6 Non est hîc, surrexit. memineritis quòd loquutus sit vobiscum quum esset in Galilæa.

7 Et dixerit quòd futurum esset *ut* Filius hominis traderetur in manus virorū peccatorum, & [3] suspenderetur, & tertio die resurgeret.

8 Et illæ recordatæ sunt sermonum ejus.

9 Et reversæ sunt a sepulcro. Et dixerūt hæc omnia undecim & reliquis.

10 Erant autem Mariam Magdalaitha, & Juchan, & Mariam mater Jaakub, & reliquæ quæ cum eis erant, quæ *hæc* dixerunt Apostolis.

11 Et visi sunt sermones hi in oculis eorum quasi deliramenta, neque crediderunt eis.

12 Schemeun autem surrexit, & cucurrit ad sepulcrum, & prospiciens vidit lintea quæ posita erant [4] seorsim, & abiit admirans apud semetipsum super eo quod factum erat.

13 Et ecce, duo ex eis eo ipso die ibant in pagum cujus nomen Emaus: & distabat ab Urischelem stadiis sexaginta.

14 Et ipsi loquebantur unus cum altero de iis omnibus quæ contigerant.

15 Et quum loquerētur ac disputarent unus cum altero, venit ipse Jeschua, & accessit ad eos, ac ibat cum eis.

16 Et oculi eorum [5] clausi erant, ut non agnoscerent eum.

17 Et dixit eis, Qui sunt sermones hi quos loquimini unus cum altero euntes, & tristes estis?

18 Et respondit unus ex illis cui nomen erat Klejupha, ac dixit ei, Túne es solus extraneus ab Urischelem, qui nescias id quod factum est in ea in his diebus?

19 Dixit eis, Quid? Dicunt ei, De Jeschua illo qui *erat* ex Natzerath, homine

*Mar. 16. 1. Joh. 20. 1.

a 1. Mulierculę deliguntur futuræ primę testes resurrectionis, præter suā etiam expectationem, ut & fraudis & violentiæ absit omnis suspicio.

b i. valdè manè (ut inquit Matæus,) vel ut Johannes, quum adhuc tenebrę essent, id est, quum vixdum inciperet lucescere.

*Sup. 9. 22. Matt. 17. 23. Mar. 9. 31.

c 9. Animus plusquàm muliebris à mulieribus plusquam virili animo per Dei misericordiam præditis, discipulis exprobratur: ut constet regnum Dei in extraordinaria virtute esse positum.

d 12. Christus, discipulorum incredulitate utitur, ad plenam resurrectionis ipsius fidem faciendā, ne nimium credulè videātur quod posteà toti mundo annunciārunt, sibi persuasisse.

*Joh. 20. 6.

e Quasi prono capite, & propēso collo diligenter observasset.

*Marc. 16. 12.

f 13. Probatur resurrectio à duobus aliis oculatis testibus, quos ad fabulam confingendā nullo modo fuisse comparatos, omnes circumstantiæ ostendunt.

g Non cognoverunt Christum: nō quòd nō haberet idē corpus quod habuerat ante mortem, sed quòd ita volente ipso impeditus sit illorum obtutus, ne quem cernebant agnoscerent: unde rectè dicit Lucas quòd oculi eorum retinebantur, & impediebantur, ita nimirum statuente Domino: non ergo invisibile fuit corpus Christi, sed oculi impediti fuerunt.

h Quidam ex veteribus existimant alterum discipulum fuisse nostrum hunc Evangelistam. Epiphanius contra Saturnilianos Nathanaëlem fuisse scribit, quæ tamen incerta sunt.

1 Ad verbum, In prima autē in sabbatho. Sed sabbathū pro septimana accipitur. de quo vide in ultimū cap. Mathæi.

2 i. Expavefactæ, & metu perculsæ.

3 v. vel crucifigeretur.

4 v. vel solùm, ac nihil amplius.

5 v. vel tenebātur, ut est in Græco textu.

qui erat

qui erat Propheta, & potens erat in sermone & in opere coram Deo & coram toto populo.

20 Et tradiderunt eum summi sacerdotes & seniores in [6] judiciũ mortis, & crucifixerunt eum.

21 Nos autẽ sperabamus quòd ille ipse liberaturus esset Israjel. Et ecce, tres dies *sunt* ex quo hæc omnia facta sunt.

22 Sed etiam mulieres ex nobis attonitos nos reddiderunt: diluculo surrexerunt, fuerunt apud locum sepulcri:

23 Et quum non invenirẽt corpus ejus, venientes dixerunt nobis, Angelos vidimus illic, & dicunt de eo quòd vivus sit.

24 Et etiam quidam ex nobis iverunt ad locum sepulcri, & invenerunt ita ut dixerant mulieres: ipsum verò non viderunt.

25 Tunc dixit eis Jeschua, [7] O carentes mente, & graves corde ad credendũ in omnibus quæ loquuti sunt Prophetæ,

26 Nónne hæc futurum erat ut sustineret Christus, & ut ingrederetur in gloriã suam?

27 Et [8] incipiebat a Musche & ab omnibus Prophetis, & interpretabatur eis de seipso ex omnibus scripturis.

28 Et appropinquabat pago illi ad quẽ proficiscebatur: & ipse [9] faciebat eos putare quòd quasi ad locum longinquum proficisceretur.

29 Et coëgerunt eum, ac dixerunt ei, Quiesce apud nos, quia dies nunc inclinat se ut tenebrescat. Et ingressus est ut maneret cum eis.

30 Factúmque est ut quum accumberet cum eis, acceperit panem, & benedixerit ac fregerit, dederítque eis.

31 Et illicò aperti sunt oculi eorum, & agnoverunt eum: & ipse [10] sublatus est ab eis.

32 Et dicebant unus ad alterum, Nónne cor nostrum accensum erat in medio nostri, quum loqueretur nobiscum in via, & interpretaretur nobis scripturas?

33 Et surrexerunt eadem hora, & reversi sunt in Urischelem, ac invenerunt duodecim congregatos, & eos qui cum eis erant:

34 Dicẽtes, Verè surrexit Dominus noster, & conspectus est Schemeun.

35 Et ipsi quoque narrârunt ea quæ facta fuerant in via, & quomodo agnitus fuisset ipsis quum frangeret panem.

36 Et quum hæc loquerentur, Jeschua stetit inter eos, & dixit eis, Pax vobiscũ: [11] Ego sum, ne timeatis.

37 [12] Et illi conturbati sunt & fuerunt in metu: putabant enim quòd spiritum viderent.

38 Dixit eis Jeschua, Quid cõtremiscitis vos, & cur ascendunt cogitationes vestræ super cor vestrum?

39 Videte manus meas & pedes meos: nam ego sum. Palpate me & agnoscite: nã spiritui caro & ossa non sunt, sicut videtis quòd sunt mihi.

40 Et quum hæc dixisset, ostendit eis manus suas & pedes suos.

41 Quúmque hactenus non crederent

[6] i. Cõdemnationẽ mortis. Hebraismus.

[7] i. Dementes & socordes: ut suprà 11.40.

[8] r. i. initio facto à Mose, ex ipso Mose & ex prophetis omnibus explicavit, &c. Hebraismus elegans, quem metalepsin vocant.

[9] r. i. fingebat, & ferebat præ se.

[10] r. vel abstulit seipsum, abscessitque.

[11] Hæc addita legũtur in Syro codice: in Græco non sunt.

[12] id est, Metu perculsi sunt. Vide suprà in eodem cap.

qui fuit Propheta, potens reipsa & verbis, coram Deo & toto populo.

20 Quomodo eum tradiderunt principes Sacerdotum & [i] primores nostri ut [k] morte damnaretur, & crucifixerunt eum.

21 Nos autem sperabamus illum esse qui redemturus esset Israëlem. atqui præter hæc omnia, [l] tertium hunc diem agit hodie ex quo hæc facta sunt.

22 Sed & mulieres quædam [m] ex nobis [n] perculerunt nos, quæ diluculo venerũt ad monumentum:

23 Et non invento ejus corpore venerunt dicentes se etiam apparitionem Angelorum vidisse, qui dicunt eum vivere.

24 Et abierunt quidam eorum qui erant nobiscum, ad monumentum, & ita invenerũt prout mulieres dixerant, ipsum verò non viderunt.

25 [o] Tum ipse dixit eis, O amentes & tardi corde ad credendum omnibus quæ loquuti sunt Prophetæ,

26 Nónne hæc oportuit pati Christum, & introire in gloriam suam?

27 Et exorsus à Mose & omnibus Prophetis, interpretabatur illis in omnibus Scripturis quæ de se *scripta erant*.

28 Appropinquârunt igitur vico in quẽ proficiscebantur, & ipse simulabat se longiùs ire.

29 Sed *ipsi* adegerunt eum dicentes, Mane nobiscum: quoniam advesperascit, & inclinavit dies. Ingressus est igitur ut maneret cum eis.

30 Et factum est quum discubuisset cũ eis, sumto pane benedixit, & fractum dedit eis.

31 Adaperti sunt autem oculi eorum, & agnoverunt eum: sed ipse [p] ablatus est ex eorum conspectu.

32 Tum alter ad alterum dixerũt, Nónne cor nostrum ardebat in nobis dum loqueretur nobis in via, & dum adaperiret nobis Scripturas?

33 Et surgentes eo ipso momento, reversi sunt Hierosolymam, & invenerunt congregatos illos undecim, & eos qui cũ ipsis erant,

34 *Et* qui dicebant, Suscitatus est Dominus verè, & conspectus est Simoni.

35 Tum ipsi exposuerunt *eis* quæ *gesta erant* in via, & ut fuerat a se agnitus [q] in fractione panis.

36 [r] *Hæc autem ipsis loquentibus, stetit ipse Jesus in medio eorum, & dixit eis, Pax vobis.

37 Consternati verò & expavefacti putabant se spiritum conspicere.

38 Tunc dixit eis, Quid turbati estis, & quare [s] disceptationes subeunt corda vestra?

39 Videte manus meas & pedes meos: nam ego ipse sum: contrectate me, & videte: [t] nam spiritus carnem & ossa non habet, sicut me conspicitis habere.

40 Et quum hoc dixisset, ostendit eis manus ac pedes.

41 Adhuc autem ipsis non credentibus

[i] Vide supr. 23.13.

[k] Ut in illum non inquireretur, sed ut cõvictus, damnaretur.

[l] Vel tempus, aut res ipsa ducit hodie diẽ tertium.

[m] E nostro grege.

[n] Hinc videmus quàm tardi sumus ad credendum Deo, sive dictis sive factis sese demonstret.

[o] 8. Vera & certa esse quecũq; de Christo scripserant Evangelistæ, ex Prophetica rũ prædictionum comparatione liquet.

[p] i. Repentinè subductus fuit. nõ ergo præsentem illum fuisse corpore quod cerni non posset, fingẽdum est, sed revera locum mutasse intelligi debet. Præterea notat Christum quatenus ad testandum resurrectionem necesse erat, videndum se exhibuisse: subitò autem discessu, docuisse alibi, quàm in mundo, deinceps quærẽdum esse: quia novæ vitæ cõplementum, erat in cælum ascensus.

[q] Quum panẽ frangeret, qui mos erat hujus gentis, atque etiãnum hodie à Judeis servatur convivii initio, adhibita precatione.

[r] 8. Sese verè resurrexisse & quidem eodẽ illo quod assumserat corpore, demonstrat ipse Dominus ex certis & necessariis signis.

*Mar. 16. 14. Joh. 20. 19.

[s] Variæ & perplexæ ambages, quales solent in mẽtem venire, quum aliquid novum & parum per se probabile occurrit.

[t] Ostendit se scire quid illi cogitarent, & manifestè discernit inter corpus & spiritum. nã corporales eorum sensus adhibet testes, ne umbram & spiritualem visionem sibi putẽt pro corpore objici.

præ gaudio, & mirantibus, dixit eis, Habetis hîc esculentum aliquid?

42 Tum ipsi dederunt ei partem piscis assi, & aliquid ex favo apiario.

43 Quæ *ille* accepit, & [v] edit in eorum conspectu:

44 [x] Dixitque eis, Hi sunt sermones quos loquutus sum vobis quum adhuc essem vobiscum, oportere impleri omnia quę scripta sunt [y] in lege Mosis, & Prophetis, & Psalmis de me.

45 Tunc aperuit eorum mentem, ut intelligerent Scripturas.

46 Et dixit eis, Ita scriptum est, & ita oportuit Christum pati, & resurgere ex mortuis tertio die:

47 Et prædicari ejus nomine resipiscẽtiam ac remissionem peccatorum apud omnes Gentes, [z] incipiendo ab urbe Hierosolymorum.

48 Vos autem estis horum testes.

49 * Et ecce, ego emittam promissum Patris mei in vos: vos autem residete Hierosolymis [a] usquequo induamini virtute ex alto.

50 [b] Eduxit autem eos foras ad Bethaniam usque: & sublatis manibus suis, benedixit eis.

51 * Et factum est, ut dum ipse benediceret eis, disjunctus ab eis sursum ferretur in cælum.

52 Ipsi autem adorato eo reversi sunt Hierosolymam cum gaudio magno.

53 Erántque omni *tempore* in templo, laudantes & benedicentes Deo. Amen.

v Non quòd esuriret: sed quemadmodũ retinuit cicatrices, ita voluit edere: id est, voluit suscipere ea omnia quibus ipsi opus non erat nisi in gratiam suorum.

x 8. Evangelii Prophetis promissi & suo tẽpore præstiti, prædicatio Apostolis committitur, cujus summa est resipiscentia & remissio peccatorum.

y Totius veteris Testamẽti partitio.

z Ad verbum, incipientibus. sub. Evangelii præconibus, qui erãt Apostoli.

*Joh. 15. 26. Act. 1. 4.

a id est, usquequò Spiritus sanctus è cælo in vos illabatur.

b 8. Christus ascẽdit in cælum corpore à discipulis abiens, spiritu corda ipsorũ replens.

*Marc. 16. 19. Act. 1. 9.

præ gaudio suo, & attoniti essent, dixit eis, Estne vobis aliquid hîc ad comedendum?

42 Illi autem dederũt ei partem ex pisce assato, & ex favo mellis.

43 Et accipiens comedit ante oculos eorum.

44 Et dixit eis, Hi sunt sermones quos loquutus sum vobiscum quum apud vos essem, quòd oportebat ut compleretur quicquid scriptum est in lege Musche, & in Prophetis & in Psalmis, de me.

45 Tum aperuit mentem eorum ad intelligendum Scripturas:

46 Et dixit eis, Ita scriptum est, & ita [13] justum fuit ut pateretur Christus, & ut resurgeret [14] a mortuis tertio die.

47 Et ut prædicaretur in nomine ejus conversio in remissionem peccatorum, in nationibus: & principium fieret ab Urischelem.

48 Et vos estis testes horum.

49 Et ego mittam super vos promissum Patris mei. vos autem manete in Urischelem urbe, donec induatis virtutem ex alto.

50 Et eduxit eos usque ad Beth-Aniah: & sustulit manus suas, & benedixit eis.

51 Et factum est ut quum benediceret eis, separaretur ab eis, & ascenderet ad cælum.

52 Ipsi autem adoraverunt eum, & reversi sunt in Urischelem cum gaudio magno.

53 Et in omni tempore erant in templo glorificantes & benedicentes Deum. Amen.

13 Vel, Convenit.

14 Ad verb. Ab inter mortuos: ut aliquoties annotatum. F. vel è domo mortuorum.

Finitum est Evangelium sanctum Lucæ Evangelistæ.

EVANGELIUM SANCTUM

PRÆDICATIONIS IUCHANNAN,

QUOD PROTULIT AC PRÆdicavit Græcè in Epheso.

CAPUT PRIMUM.

[1] *Sermo ille ante secula ex Deo genitus,* [2] *& qui semper apud Patrem residebat,* [14] *homo factus est.* [6.7] *Iohannes quorsum à Deo missus:* [16] *cõcio ipsius de officio Christi:* [19.20] *testimonium ejusdem sacerdotibus redditum.* [40] *Andreæ vocatio,* [41] *Petri,* [44] *Philippi,* [45] *Nathanaëlis.*

BEZÆ INTERPRET.

IN [a] [b] principio [c] erat Sermo [d] ille, & Sermo ille erat [e] apud Deum, erátque ille [f] Sermo Deus.

2 Hic *Sermo* erat in principio apud Deum.

TREM. INTERPRET.

IN principio erat Sermo, & ipse Sermo erat apud Deum, & Deus erat ipse Sermo.

2 Hic erat in principio apud Deum.

a 8. Filius Dei coæternus & coëssentialis Patri.

b i. A principio, ut loquitur Evangelista 1. Epist. 1. nempe quasi dicat sermonẽ non cœpisse existere quum Deus initium faceret creandi quicquid conditum est. Nam jam tum erat ille sermo quum res creatæ condi cœperunt, ac proinde ante rerũ omnium principium jam erat. c i. Subsistebat. d Additus articulus excellentiam notat, discernitq; hunc Sermonem à mandatis divinis, quæ alioqui sermo Dei dicuntur. e Particula *apud* indicat personarum distinctionem. f Sermo loco subjecti, Deus loco prædicati ponitur.

3 Omnia

3 Omnia per manum ejus facta sunt, & sine eo, ne una quidem *res* fuit [1] quæ facta fuit.

4 In eo vita erat, & vita erat Lux filiorum hominis.

5 Et ipsa Lux in tenebris lucet, & tenebræ non comprehenderunt eam.

6 Fuit filius hominis qui missus est a Deo, cujus nomen Iuchannan.

7 Hic venit in testimonium ut testaretur de Luce, [2] ut unusquisq; crederet [3] per manum ejus.

8 Non ille erat Lux, sed [4] ut testaretur de Luce.

9 Erat enim *Sermo* Lux vera quæ illuminat omnem hominem qui venit in mundum.

10 In mundo erat, & mundus per manū ejus factus est, & mūdus nō novit eū.

11 Ad suos venit, & sui non receperunt eum.

12 Iis autem qui acceperunt eum dedit potestatem ut filii Dei fierent, iis qui credunt in nomen ejus:

13 Qui non ex sanguine, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex Deo geniti sunt.

14 Et Sermo caro factus est: & [5] habitavit inter nos, (& vidimus gloriam ejus, gloriam quasi unigeniti qui *venit* a Patre) qui plenus est gratiæ & veritatis.

15 Iuchannan testatus est de eo, & clamavit, & dixit, Hic ipse est quē dixi, Qui post me venit, & fuit ante me: quia prior est quàm ego.

16 Et de plenitudine ejus nos omnes accepimus, & [6] gratiam pro gratia.

17 Propterea quòd Lex per manum Musche data est: veritas autem & gratia per manum Ieschua Christi facta est.

18 Deum non vidit homo unquam: unigenitus Dei, is qui est in sinu Patris sui, ipse enarravit.

19 Et hoc est testimonium Iuchannan, quum misissent ad eū Iudæi ex Urischelem Sacerdotes & Levitas, ut interrogarent eum, Tu quis es?

20 Et confessus est, & [7] non negavit: & confessus est, nempe, Non sum ego Christus.

21 Et interrogaverunt eū rursum, Quid igitur? Iliah es? Et dixit, Non sum. Prophe ta es? Et dixit, Non.

[1] v. vel quæ fuit. hęc enim simplex est Syri verbi significatio.

[2] Ad verbum. Omnis homo. Hebr.

[3] i. Ejus opera & ministerio. Hebr. ut versu 3. & 10. & 17.

[4] v. Supple missus erat. vel venerat, ex antecedentibus.

[5] Verbum Syriacū est ואגין quod a nomine גנונה significante thalamum, deductū est, ut possit exponi, & thalamum habuit inter nos.

[6] v. puta Evangelicā pro gratia donatæ legis, ut exponitur sequente vers. vide Act. 7. & Rom. 5.

[7] v. nempe Iuchannan testimonium illud suū, quod nominatum est præcedēte versu. Emphatica antithesis.

3 [g] [h] * Omnia per hunc *Sermonem* facta sunt, & [i] absque eo factū [k] est nihil quod factum sit.

4 [l] In ipso vita [m] erat, & vita erat [n] Lux illa hominum:

5 [o] Et Lux ista in tenebris lucet, sed tenebræ eam non [p] comprehenderunt.

6 [q] * Exstitit homo missus a Deo, cui nomen Iohannes:

7 Is venit ad *dandum* testimonium, *id est* ut testaretur de illa Luce, ut omnes per [r] eum crederent.

8 Non erat ille [s] Lux illa, sed *missus fuit* ut testaretur de illa Luce.

9 [t] *Hic* erat [v] Lux illa vera quæ illuminat omnem hominem venientē in mundum.

10 [x] In mundo erat, & mundus per eum factus est, sed mundus eum non agnovit.

11 [y] Ad sua venit, & sui eum non exceperunt.

12 Quotquot autem eum exceperunt, dedit eis [z] hoc [a] jus ut Filii Dei sint facti, *nempe* iis qui credunt in nomen ejus:

13 Qui non ex sanguine, neque ex [b] libidine carnis, neque ex libidine viri, sed ex Deo geniti sunt.

14 * [c] Et sermo ille factus [d] est Caro, & [e] commoratus est inter nos, (& * spectavimus [f] gloriam ejus, gloriam, *inquam*, [g] ut unigeniti *egressi* a Patre) [h] plenus gratiæ ac veritatis.

15 [i] Iohannes testatus est de eo, & clamavit, dicens, Hic est de quo dicebam, *Is* qui [k] ponè me venit, antepositus est mihi: quia [l] prior me erat.

16 * [m] Et ex plenitudine ipsius omnes accepimus, & [n] gratiam pro gratia:

17 Nam Lex illa per Mosen data est: gratia & veritas per Iesum Christū præstita est.

18 [o] * Deum nemo vidit unquam: unigenitus ille Filius qui est in [p] sinu Patris, ille *nobis* [q] exposuit.

19 [r] Hoc etiam est testimonium Iohānis, quando miserunt Iudæi Hierosolymis Sacerdotes & Levitas, ut interrogarent eum, quisnam ipse esset.

20 Et [s] professus est, [t] neq; negavit: professus est, *inquam*, se non esse Christum illum.

21 Tunc interrogaverunt eum, Quid ergo *es*? Tū*ne* es Elias? *Ipse* verò dixit, Qui respondit, Non

[g] n Manifestat filius Dei æternam illam suā deitatem, ex omnium rerū conditarum tum creatione, tum conservatione: in primis autem ex præclaris illis dotibus rationis & intelligentiæ, quibus hominem præ cæteris animātibus ornavit.

[h] Paulus hunc locum interpretatur, Col. 1. 15. & 16.

* *Col. 1. 16.*

[i] i. Ut Pater operatus est, sic cum eo Filius: fuit enim illi συνεργός.

[k] Ex iis quæ facta sunt, nihil factum est absque eo.

[l] i. Per ipsum, phrasi Hebręis familiari, videlicet ipsius vi & efficacia.

[m] Videlicet, jam tum quū per eum essent facta omnia: alioqui dixisset, Est.

[n] Vis illa rationis & intelligentiæ in animis hominum accensa, ad ipsum tanti boni auctorē agnoscēdū.

[o] n. Lux quidē hominum vetsa est in tenebras, sed ita ut satis supersit splendoris quē eos reddat inexcusabiles.

[p] Percipere nō potuerūt, ut ab ea illustrarentur, atq; adeò non agnoverunt.

[q] n. Alia est manifestatio Filii Dei longè plenior, ad cujus considerationem homines tempestivè excitati sunt, Johannis veluti apparitoris voce.

* *Mat. 3. 1.*
Mar. 1. 4.
Luc. 3. 2.

[r] Johannem.

[s] Lux illa de qua diximus. id est, Christus, qui unus potest nostras tenebras illustrare.

[t] n. Filius Dei quum videret sese in suis operibus ab hominibus quamvis intelligentiæ luce præditis (qua omnes eos donavit) non agnosci, ipsis corporeis oculis se conspiciendum præbuit populo suo: sed ne sic quidem ab eo est agnitus, imò ne admissus quidem.

[v] Quæ verè & propriè meretur Lucis nomen, quū natura lucet, nō participatione.

[x] Manifestata fuit persona illa Sermonis, nimirū jam quum mundus conderetur naturæ luce.

[y] Altera Sermonis manifestatio, nimirū in verbo & relatione gratiæ.

[z] n. Filius a suis plerisq; exclusus, a paucis quibusdā agnitus, eos vi sua regenitos in cōmunem filiationis dignitatē adscivit. Gal 4. 4. Si filii, ideò cohæredes.

[a] Hoc jure eos dignatus est, ut eos pro filiis adoptaret.

[b] Ex illa crassa & corrupta hominis natura, quæ Spiritui passim opponitur. * *Mat. 1. 6. Luc. 2. 1.*

[c] n. Filius ille, Deus æternus assumsit hominis naturam, ut idem & unus sit Deus & homo, quod oculatis testibus constitit, inter quos versatus, certis argumentis utrāque naturam demonstravit. Tertia Sermonis manifestatio, in carne.

[d] id est, Homo. sumitur autem pars pro toto, Synecdoche. assumsit autem totam naturam humanam, id est, verum corpus & veram animam.

[e] Ad tempus, quo peracto sursum ascendit. utitur enim verbo a tentoriis deductō: sic tamen abest a nobis corpore, ut semper præsens sit, nō carne, sed vi Spiritus. * *Mat. 17. 2. 2. Pet. 1. 17.*

[f] Gloria vocatur manifestatio illa majestatis Christi, quę veluti subjecta fuit hominū oculis, quū apparuit Filius Dei in carne.

[g] Hæc particula non similitudinem hoc loco, sed rei veritatem explicat, ut hoc dicatur, conspectam esse gloriam, quæ decet, & quā habere par esset unigenitū, atque germanum Filiū Regis universorū, & Dei.

[h] Non tantūm participavit gratiā & veritatē, sed ipsa veritatis & gratiæ essentia plenus fuit.

[i] n. Johannes fidus excellentiæ Christi testis.

[k] i. is ante quem sum missus, viam illi paraturus: ut referatur ad tempus vocationis, nō ætatis, quum alioqui Johannes sex mensibus major natus fuerit.

[l] Ad verb. Prior. Illud autē nō ad tempus, sed ad dignitatē refertur. * *Colos. 1. 19. & 2. 9.*

[m] n. Christus, uberrimus fons omnium bonorum, sed qui tum demum plenè exūndārit, quum sese reipsa mundo exhibuit.

[n] i. Gratiā supra gratiam, q.d. gratiam gratia cumulatam.

[o] n. Ex vno Christo manat vera Dei cognitio. * *1. Joa. 4. 12. 1. Tim. 6. 16.*

[p] i. Qui patri est intimus ac conjunctissimus, non modò amoris, sed etiam naturæ conjunctione, atque adeò unione.

[q] Anteā Legis umbris occultatum, & humanæ mentis aciem effugientem detexit, & spectandum exhibuit. Nam qui ipsum videt, videt & Patrem.

[r] n. Johannes nec est Messias, nec aliorum Prophetarum similis, sed Messiæ jam præsentis apparitor.

[s] Planè & apertè agnovit ac dixit.

[t] Pleonasmus Hebræis familiaris, cujus magna est emphasis. eadem enim repetuntur, studio certæ & explicatæ eloquutionis.

[v] Judæi existimarunt Eliam iterum venturum ante tempora Messiæ. idque ex loco Mal. 4. 5. qui de Johanne intelligi debet, Mat. 11. 14. Negat tamen Johannes se Eliam esse, scilicet ex eorum sensu loquens.

[x] De aliquo eximio Propheta interrogans, non de Christo. anteā enim negavit Johannes se esse Christum. Existimarunt enim insignem aliquem Prophetam esse mittendum similem Mosi, huc detorquentes locum illum Deuteronom. 18. 15. qui de toto Prophetarum choro, maximè autem de capite Christo est intelligendus.

22 Dixerunt ergo ei, Quis es? ut responsum demus iis qui miserunt nos: quid dicis de teipso?

23 Ait, Ego *sum* vox vociferantis in deserto, *Complanate viam Domini, prout dixit Esaias Propheta.

24 [y] Qui verò missi fuerant, erant ex Pharisæis.

25 Et interrogaverunt eum, ac dixerunt ei, Cur [z] ergo baptizas, si tu non es Christus ille, neque Elias, neque Propheta ille?

26 Respondit eis Iohannes dicens, Ego baptizo aqua: sed [a] in medio vestrûm stat quem vos non nostis.

27 *Hic ille est qui ponè me venit, qui mihi antepositus est: cujus solearum ego non sum dignus qui solvam corrigiam.

28 Hæc Bethabaræ facta sunt secus Iordanem, ubi Iohannes baptizabat.

29 [b] Postero die cernit Iohannes Iesum venientem ad se, & ait, Ecce agnus [c] ille Dei qui [d] tollit [e] peccatum mundi.

30 Hic est de quo dicebam, Ponè me venit vir qui antepositus est mihi, quia prior me erat.

31 At ego [f] non noveram eum: sed ut manifestus fiat Israëli, propterea veni ego baptizans aqua.

32 [g] Tum, *inquam*, testatus est Iohannes, dicens, *Conspexi Spiritum descendentem quasi columbam e cælo, *qui* etiã mansit super eum.

33 Et ego non noveram eum, sed qui misit me ut baptizarem aqua, ille mihi dixerat, Super quem videris Spiritum descendentem, ac manentem super eum, hic est qui baptizat Spiritu sancto.

34 Ego igitur vidi, & testor hunc esse Filium [h] illum Dei.

35 [i] Postero die iterum stabat Iohãnes, & ex discipulis ejus duo,

36 [k] Et intuitus Iesum ambulantem, dixit, [l] Ecce Agnus ille Dei.

37 [m] Audierunt autem eum duo illi discipuli loquentem, & sequuti sunt Iesum.

38 Conversus verò Iesus, & conspicatus eos sequentes *se*, dicit eis,

39 Quid quæritis? Illi verò dixerunt ei, Rabbi (quod dicitur, si interpreteris, Magister) ubi moraris?

40 Dicit eis, Venite & videte. Venerunt viderúntque ubi moraretur: & apud eum manserunt diem illum. [n] hora enim erat quasi decima.

41 Erat Andreas frater Simonis Petri, unus ex duobus, qui audierant *illa* ex Iohanne, & sequuti fuerant eum:

42 Invenit hic prior fratrem suum Simonem, & dixit ei, Invenimus Messiam illum, quod est, si interpreteris, [o] Christus ille.

43 Et adduxit eum ad Iesum. Intuitus autem eum Iesus dixit, Tu es Simõ filius Iona: * tu vocaberis Cephas, quod *est*, si interpreteris, [p] Petra.

*Esa.40.3. Mat.3.3. Luc.3.4.

y B. Christus auctor Baptismi, non Johãnes: ac proinde ejus efficacia non in Johanne ministro, sed in Christo Domino posita est tota.

z Hinc doceri potest Judæos ipsos nõ ignorasse mutationem aliquam fore in religione sub Messia.

a Palãm & inter vos.

*Mat.3.11. Mar.1.7. Luc.3.16. Act.1.5. & 11.16. & 19.4.

b B. Christus est corpus & veritas omniũ Legaliũ sacrificiorum ad expiandũ mundum.

c Articulus adjũctus emphasin habet non modò dignitatis, ut a typico agno & cæteris Legalibus victimis distinguatur, sed etiam revocat in mẽtem Prophetias Esaiæ, & aliorum.

d Verbum præsentis temporis significat actũ cõtinuũ. vis enim ea est perpetua, & nativa Agno, ut tollat mundi peccatum.

e i. Radicem illam peccatorum, nempe corruptionẽ, & ex cõsequẽti fructus peccati, quæ solẽt peccata numero multitudinis dici.

f Non illum antea de facie noveram.

g B. Christus visibili Spiritũ sancti descensu, ipsa Patris voce, Johãnis denique testimonio, Filius Dei comprobatur.

*Matt.3.16. Mar.1.10. Luc.3.22.

h Articulus summum aliquẽ declarat, eumq; ab aliis distinguit, qui passim a Mose & Prophetis filii Dei, vel filii Excelsi dicuntur.

i B. Johãnes nõ sibi sed Christo discipulos collegit.

k B. Christus nõ inane spectũ, sed ut mediator noster, nobis sequẽdus proponitur.

l Præcipuũ hoc est Christi officiũ, quòd videlicet peccata mũdi mortis suæ sacrificio tollẽs, hominẽ Deo reccõciliet.

m B. In hac prima discipulorũ collectione ostẽdit salutis initiũ esse à Deo, nos ad Filiũ suũ (servorũ suorũ ministerio) vocãte: quẽ vicissim nobis occurrẽtem audire, & domũ usq; persequi nos oporteat, ut ab eo eruditi aliis vicissim manũ præbeamus.

n Hoc est, noctis instabat tẽpus: quia duæ tãtùm horæ ad occasum usq; solis restabãt.

o i. Unctus, & per excellentiã Rex secũdùm ritũ populi Judaici.

*Mat.16.18.

p i. Rupes vel saxũ, qd' πέτρα & πέτρα dicũt Græci: sed hoc dialecti cõmunis est, illud solũ Atticę. Quapropter alii Petrũ hic quã petrã dici putãt veri, & in nov. Test. ubiq; & ꝓpriũ esse Petri nomẽ, petrę appellativũ.

22 Et dixerunt ei, Et quídnam es? ut demus responsum iis qui miserunt nos: quid dicis de teipso?

23 Ait, Vox ego clamantis in deserto, [q] Sternite viã Domini, sicut dicit Ischaaiah Propheta.

24 Illi autem qui missi fuerant, ex Pharisæis erant:

25 Et interrogaverunt, & dixerunt ei, Quid ergo baptizas tu, si tu non es Christus, neque Iliah, neque Propheta?

26 Respondit Iuchannan & dixit eis, Ego baptizo vos aquis: inter vos autem stat is quem vos nescitis.

27 Ipse est qui post me venit, & fuit ante me, cujus non sum dignus ut solvam corrigias calceamentorum.

28 Hæc in Beth-Aniah facta sunt in transitu Iurdanan, ubi baptizabat Iuchannan.

29 Et die [s] postero vidit Iuchannan Ieschua qui veniebat ad se, & ait, Ecce agnus Dei, ille qui tollit peccatum mundi.

30 Ipse est de quo ego dixi quòd post me venit vir, & fuit ante me: quia prior est quàm ego.

31 Et ego non noveram eum, sed ut innotesceret Israjel, propter hoc veni ego ut aquis baptizarem.

32 Et testatus est Iuchannan, & dixit, Vidi Spiritum descendentem de cælo tamquam columbam, & mansit super eum.

33 Et ego non noveram eum, sed is qui misit me ut baptizarem aqua, ipse dixit mihi, Ille super quem vides quòd descendit Spiritus, & manet, ipse baptizat Spiritu sancto.

34 Et ego vidi, & [10] testatus sum quòd hic est Filius Dei.

35 Et die alio stabat Iuchannan, & duo ex discipulis ejus.

36 Et intuitus est Ieschua ambulantẽ, ac dixit, Ecce agnus Dei.

37 Et audiverunt ambo discipuli ejus quum *hoc* diceret, [11] & abierunt post Ieschua.

38 Et conversus est Ieschua, & vidit eos venientes post se, & dixit eis,

39 Quid quæritis vos? Dicunt ei, Domine noster, [12] ubi manes tu?

40 Dixit eis, Venite, & videbitis. Illi autem venerunt, & viderunt [13] ubi maneret: & apud eum [14] manserunt die illo: erátq; ferè hora decima.

41 Unus autem ex illis qui audierant a Iuchannan, & abierant post Ieschua, erat Andreas frater Schemeun.

42 Hic vidit priùs Schemeun fratrem suum, & dixit ei, Invenimus Messiam.

43 Et adduxerunt eum ad Ieschua. Et intuitus est eum Ieschua, ac dixit, Tu es Schemeun filius Iauna, tu vocaberis Cipha.

q F. vel complanate, adæquate: quod respondet notationi vocis.

s Ad verb. Qui erat post eum. Syra phrasis.

10 F. i. testis fui oculatus a Deo institutus: alii vertunt, & testor per enallagen.

11 i. Sequuti sunt. Hebraismus.

12 Ad ver. Ubi tu es? Hebr.

13 Ad ver. ubi esset. Hebraismus.

14 Ad ver. Fuerunt. Hebraismus.

44 Et

44 Et die alio voluit Jeschua exire in Galilæam, & invenit Philippum, ac dixit ei, [15] Veni post me.

45 Ipse autem Philippus erat ex Beth-Tzaidah, ex civitate Andreæ & Schemeun.

46 Et Philippus invenit Nethanail, & dixit ei, Eum de quo scribit Musche in Lege [16] & in Prophetis, invenimus, qui est Jeschua filius Jauseph qui est ex Natzerath.

47 Dixit ei Nathanail, A Natzerath potest aliquid quod bonum sit, esse? Dixit ei Philippus, Veni, & videbis.

48 Et vidit Jeschua Nathanail quum veniret ad se, & dixit de eo, Ecce verè [17] filius Jisrajel in quo dolus non est.

49 Dixit ei Nathanail, Unde nosti tu me? Dixit ei Jeschua, Quum nondum vocasset te Philippus, quando sub ficu eras, vidi te.

50 Respondit Nathanail, & dixit ei, Domine mi, Tu es filius Dei, Tu es rex Jisrajel.

51 Dixit ei Jeschua, Quia dixi tibi quòd vidi te sub ficu, [18] credis: majora his videbis.

52 Dixit ei, [19] Ammin ammin dico vobis, quòd ab hoc tempore videbitis cælos apertos, & Angelos Dei ascendentes & descendentes ad Filium hominis.

44 Postero die voluit Jesus abire in Galilæam: invenit autem Philippum, & dixit ei, Sequere me.

45 Erat verò Philippus ex Beth-saida, civitate Andreæ & Petri.

46 [q] Invenit Philippus Nathanaëlem, & dicit ei, Invenimus *illum* de quo scripsit * Moses in Lege, & * Prophetæ, *nempe* Jesum filium illum Josephi, illum ex *urbe* Nazaretha.

47 [r] Tum dixit ei Nathanaël, Ex *urbe* Nazaretha potest aliquid boni esse? Dicit ei Philippus, Veni & vide.

48 [s] Vidit Jesus Nathanaëlem venientem ad se, & dixit de eo, Ecce verè Israëlita in quo dolus non est.

49 [t] Dixit ei Nathanaël, Unde me nosti? Respondit Jesus & dixit ei, Priusquã te Philippus vocaret, quum esses subter ficum, videbam te.

50 Respondit Nathanaël, & dixit ei, Rabbi, tu es ille filius Dei, tu es ille Rex Israël.

51 Respondit Jesus & dixit ei, Quia dixi tibi, Vidi te sub ficu, credis: majora istis videbis.

52 Præterea dixit ei, Amen amen dico vobis, Ab hoc tempore videbitis cælum apertum, & Angelos Dei [v] ascendentes ac descendentes super filium hominis.

[15] Id est, Sequere me. Hebraismus.

[16] r. id est, & prophetæ in libris suis. Hebraica σωπεμὰ, quam in Grãmatica nostra vocamus Ellipsin analogicam.

[17] r. i. Israëlita, ut in Græco textu positum est.

[18] r. aliis placet legi, credis? ἐρωτηματικῶς.

[19] De hoc loquendi modo, qui sæpissimè in novo Testamento recurrit, quid sentiam dicam. Vox Syra אמין sicut Hebræa אמן a verbo אמן derivatur, quod cõfirmandi ac stabiliendi significationem habet: unde ejus derivata firmitatis & stabiliméti significationem continent. Nã אמונה, fides, ducitur a firmitate sua, quæ non sit fluxa & evanida res, sed constãs & immutabilis: ita quoque נאמן firmum ac stabile significare vel illud Isaiæ probat cap. 22. 23. ubi dicit se infixurum servum suum Eljakim instar clavi in loco נאמן, hoc est firmo: & in versu ultimo eadem vox repetitur. Dictio quoque אמת veritatem significãs, a firmitate significationem suam accepit, quòd nihil sit firmius veritate. Sic אמן, quod in fine gratiarum actionum, precationum, promissionum &c. adeò frequenter legitur, nihil aliud denotat quàm promissiones certas esse, & certa fide amplecti, precantes constanti fide expectare quæ petunt, & ita in reliquis. Inde quoque Syri adverbium suum אמינאית id est Seriò, Sedulò, Constanter, traxerunt. Et vocem אמין, qua sæpe utitur Christus nunc simplici, nunc geminata, ad eorum quæ dicit, majorem asseveratione m: quæ perinde significat ac si diceret, Certè sive Constanter dico vobis: & ubi geminatur idem adverbium, intelligendum est, sed in superlativo, quasi dicatur, Certissimè, sive Constantissimè dico vobis. Vocum enim ingeminatio Hebræis, Chaldæis & Syris superlativum supplet.

[q] B. Bonos indoctorum etiã conatus adeò probat Dominus, ut eos etiã efficiat doctorum magistros.

* Gen. 49. 10. Deut. 18. 18.

* Esa. 4. 2. & 40. 10. & 41. 8. Jerem. 23. 5. & 33. 14. Eze. 34. 23. & 37. 24. Dan. 9. 24.

[r] B. Cavenda in primis falsa præjudicia quæ nobis accessũ ad Christum præcludunt.

[s] B. Simplex integritas veros Israëlitas a fictis discernit.

[t] B. Miraculorũ finis est, nobis Christum omnipotentem & simul unicum salutis nostræ auctorem proponere per fidem amplectendum.

[v] Ita significatur divina virtus, quæ in ipsius ministerio erat conspicua futura ministrantibus ei Angelis, ut Ecclesiæ capiti.

CAPUT SECUNDUM.

3 & [11] Christus aquam in vinum mutatam facit signorum suorum principium. [12] Capernaumum descendit. [13] hinc Hierosolymam ascendit, [15] & mercatores e templo ejicit. [19] Templum, nempe corpus suum solvendum a Judæis prædicit. [23] Multi credunt in eum ob signa quæ edebat.

ET die tertio factum est convivium in Carne civitate Galilææ. Et mater Jeschua erat ibi.

2 Et etiam Jeschua & discipuli ejus vocatus fuit ad illud convivium:

3 Et deficiebat vinum, & dixit ei mater Jeschua, Vinum non est eis.

4 Dixit illi Jeschua, [1] Quid mihi & tibi mulier? nondum venit hora mea.

5 Dixit mater ejus ministris, Id quod dixerit vobis, facite.

6 Erant autem ibi hydriæ lapideæ sex positæ ad purificationem Judæorum, quę continebant [2] bina quadrantalia aut terna.

7 Dixit eis Jeschua, Implete aqua has hydrias. Et impleverunt eas usque ad summum.

DIe [a] [b] autem tertio nuptiæ factæ sunt in Cana *opido* Galilææ: erátque mater Jesu illic.

2 Vocatus est autem etiam Jesus ac discipuli ejus ad nuptias illas.

3 [c] Et quum defecisset vinum, mater Jesu dixit ei, Vinum non habent.

4 Dicit ei Jesus, Quid mihi tecum *rei est*, [d] mulier? nondum venit [e] hora illa mea.

5 Dicit ejus mater ministris, Quodcũque dixerit vobis facite.

6 Erant autem ibi lapideæ [f] hydriæ sex positę [g] secundùm purificationem Judęorum, capientes singulæ [h] amphoras binas aut ternas.

7 Dicit eis Jesus, Implete has hydrias aqua. Impleverunt eas igitur usque ad summum.

[1] 5. i. quid mihi tecum? ut Mat. 8. 29.

[2] Ad ver. Duo duo. Hebraismus: Quadrãtalia autem po sui potiùs quã amphoras, aut μετρητὰς, non quòd diversæ sint capacitatis: sed quia expressiùs Syrã vocé רבעין declarare studui: quæ ab ארבע, ut quadrantal a quãtuor derivatur: continétque quadrantal octavam partem cadi, sive modii.

[a] B. Christus in publico cœtu, insigni miraculo declarans sibi in ipsam etiam rerum naturam Imperium esse ad corpora hominum pascẽda, omnium animos ad spiritualem & salvificam suam virtutem cognoscendã invitat.

[b] Post illud cũ Nathanaële colloquiũ, vel ex quo profectus erat a Johanne, vel ex quo in Galilæam pervenerat. circumstantiis autem maximè videtur convenire prima interpretatio.

[c] B. Christus satis supérque per se de nostra salute solicitus, internunciis sive monitoribus non eget, ex quibus intelligat quid nobis sit opus.

[d] Nota Christum hic & alibi matrem suam non matrẽ, sed mulierem appellare, ideo ut declaret se aliud & majus etiã esse quàm filiũ Mariæ, qui esse credebatur: sic ergo Christus matrem alloquitur ut perpetuam ac communem seculis omnibus doctrinam tradat, ne immodico matris honore divina sua gloria obscuretur.

[e] Tempus opportunum.

[f] i. Aquales, nimirum vasa aquæ destinata, in quibus lavabant sese Judæi.

[g] Secundùm ritum purificationis.

[h] Amphoræ singulæ capiebant centum libras duodecim unciarum. Ex iis intelligimus Christum suppeditasse vinum ad libras mille & octingentas.

8 Tunc dicit eis, Haurite nunc, & offerte [i] architriclino. Obtulerunt igitur.

9 Ut autem gustavit architriclinus aquam illam quæ facta fuerat vinum, (nesciebat autem unde esset: sed ministri sciebant qui hauserant aquam) vocat spõsum architriclinus,

10 Et dicit ei, Omnes primo loco bonum vinum apponunt, & postquam *convivæ* [k] affatim biberunt, tunc id quod minus bonum est: tu *verò* servasti bonum vinum usque adhuc.

11 Hoc initium signorum fecit Iesus Canæ *opido* Galilææ, & manifestam fecit gloriam suam: & crediderunt in eum discipuli ejus.

12 Posteà descendit in Capernaumum ipse & mater, & [l] fratres & discipuli ejus: manserúntque illic non multos dies:

13 [m] Nam propè erat Pascha Iudæorum. Ascendit igitur Iesus Hierosolymam.

14 [n] Et invenit in templo venditores boum & ovium & columbarum, & numularios sedentes.

15 Factóque flagello è funiculis, omnes ejecit e templo, & oves & boves, & argentariorum numulos effudit, mensásque subvertit:

16 Et columbarum venditoribus dixit, Tollite hinc ista: ne facite domum Patris mei, domum mercatus.

17 Recordati sunt autem ejus discipuli, scriptum esse, *[o] Zelus domus tuæ exedit me.

18 [p] Responderunt ergo Iudęi, & dixerunt ei, Quod [q] signum ostendis nobis quòd ista facis?

19 Respondit Iesus & dixit eis, * [r] Destruite templum hoc, & intra triduũ excitabo illud.

20 Dixerunt ergo Iudæi, Quadraginta & sex annis ædificatum est templum istud, & tu intra triduum illud excitabis?

21 At ille loquebatur de [s] templo corporis sui.

22 Postquam ergo suscitatus fuit ex mortuis, recordati sunt ejus discipuli quòd hoc sibi dixisset, & crediderunt Scripturæ, & sermoni quem Iesus dixerat.

23 [t] Quum autem esset Hierosolymis in Pascha, in festo, multi crediderunt in nomen ejus, spectantes signa quæ edebat.

24 Ipse autem Iesus non credebat eis semetipsum, eo quòd nosset omnes:

25 [v] Nec opus esset ut quisquam ei testaretur de homine: ipse enim sciebat quid esset in homine.

8 Dixit eis, Haurite deinceps, & [3] adducite ad architriclinum: & adduxerunt.

9 Et quum gustasset ipse architriclinus aquas quæ factæ fuerant vinum, & ignoraret unde esset, (ministri verò sciebant qui ipsi impleverant aquis) vocavit architriclinus sponsum.

10 Et dixit ei, Omnis homo priùs vinum bonum [4] adducit, & postquam inebriati sunt, tunc id quod est tenue: tu verò servasti vinum bonum usque nunc.

11 Hoc est signum primum quod fecit Ieschua in Catne Galilææ, & manifestavit gloriam suam: & crediderunt in eum discipuli ejus.

12 Post hoc descendit in Cephar-Nachum ipse & mater ejus, & fratres ejus, & discipuli ejus, & illic fuerunt paucis diebus.

13 Et propè erat Petscha Iudæorum, ac ascendit [5] in Urischelem.

14 Et invenit eos qui vendebant boves & oves & columbas, & numularios sedentes:

15 Et fecit sibi flagellum e funiculis, & omnes ejecit e templo, & oves & boves, & numularios: & effudit numulos eorũ, & mensas eorum evertit.

16 Et illis qui vendebant columbas dixit, Tollite ista hinc, & ne feceritis domum Patris mei domum negotiationis.

17 Et recordati sunt discipuli ejus quòd scriptum esset, Zelus domus tuæ comedit me.

18 Responderunt autem Iudæi, ac dixerunt ei, Quod signum ostendis nobis, qui ista facis?

19 Respondit Ieschua, & dixit eis, Destruite templum hoc, & in tribus diebus ego erigam illud.

20 Dicunt ei Iudæi, Quadraginta & sex annis exstructum fuit templum istud, & tu tribus diebus erecturus es illud?

21 Ille autem dicebat de templo corporis sui.

22 Quum verò surrexisset [6] a mortuis, recordati sunt discipuli ejus quòd hoc dixisset: & credidérũt Scripturæ, & sermoni quem dixerat Ieschua.

23 Quum esset Ieschua in Urischelem in Petscha in festo, multi crediderunt in eum, qui videbant signa quæ faceret.

24 Ipse autem Ieschua non credebat eis seipsum: quia ipse noverat omnem hominem:

25 Neque opus habebat ut [7] quisquam testaretur ei de ullo filio hominis: ipse enim sciebat quid esset in filio hominis.

[i] Qui totum convivium curabat.

[k] Ad verbum, inebriati fuerint. Hebræis autẽ non semper in vitio ponitur inebriari: sed aliquando liberalem vini usum, qui modum non excedat, notat, ut Genes. 43. 14.

[l] id est. cognati. Hebraismus. vide Matth. 12. 12.

[m] 2. Christus sub Lege factus pro nobis, legi paschę satisfacit.

[n] 2. Christus repurgandæ Ecclesiæ destinatus, maximo cum zelo ãpit sacerdotale & prophetícum suum munus.

* Psal. 69. 10.

[o] Zelus hoc loco sumitur pro animi æstu & indignatione de iis concepta, quæ indignè fiunt adversus eos qui nobis sunt chari.

[p] 3. In eos qui ordinariæ vocationi, qua ipsi turpissimè abuntur, Deum sic alligant, ut extraordinariam cujus virtuti, quam ipsi frustrà extinctã volunt, Deus e cælo testimonium reddit) non nisi externis & corporalibus miraculis obsignatam admittant.

[q] Quo miraculo confirmas, ex quo possit intelligi virtus illa ac auctoritas cælestis, quæ tibi tribuat jus ita loquendi, & ita faciendi?

* Mat. 26. 61. & 27. 40. Marc. 14. 58. & 15. 29.

[r] Est allegorica loquutio: ac data opera Christus ita loquutus est, quòd aperto responso indignos judicabat. notandum est etiam corpora nostra vocari Dei templum, sed diverso sensu, nempe quia per Spiritus sui vim & gratiam Deus in nobis habitat: in Christo autem plenitudo Deitatis corporaliter, Coloss. 2. 9. ita ut verè sit Deus manifestatus in carne, 1. Tim. 3. 16.

[s] id est, De corpore suo.

[t] 2. Non satis tuta fides eorum qui miraculis nituntur.

[3] Syrè, adferte ad principẽ discubitus: periphrasis architriclini.

[4] f. vel adfert: ut vers. 10. Illa verò, *postquam inebriati sunt*, dicuntur impersonaliter, Hebræo more: nisi cui fortè magis placeat subintelligere cõvivarum nomen.

[5] f. alii Jeschua in Urischelẽ: quod nomen non legebat Tremellius.

[6] Ad ver. De inter mortuos, ut Gallicè *D'entre les morts*. f. vel e loco seu domo mortuorũ.

[7] f. Syrè, homo. Hebr.

[v] 2. Christus scrutator cordium, ac proinde verus Deus.

CAPUT TERTIUM.

[1] Christus Nicodemum ab ipsis fundamentis Christianæ regenerationis instituit. [14] Serpens in deserto. [23] Iohannes baptizat, [27] & suos docet se non esse Christum.

Erat

[1] F. Syr. unus.

ERat autem ibi [1] quidam ex Pharisæis cujus nomen erat Nicadimus, princeps Judæorum:

2 Hic venit ad Jeschua nocte, & dixit ei, Domine mi, novimus quòd a Deo missus fuisti præceptor: Nemo enim potest hæc signa facere quæ tu facis, nisi is cum quo est Deus.

3 Respondit Ieschua, & dixit ei, Ammin ammin dico tibi, quòd si quis non sit natus denuò, non potest videre regnum Dei.

4 Dixit ei Nicadimus, Quomodo potest homo nasci senex? Nunquid potest iterum in ventrem matris suæ [2] secunda vice ingredi, & nasci?

[2] F. Syr. duobus téporibus, pro eo quod est secunda vice. Numerale nomen cardinale (ut vocãt) pro ordinali, Hebrẽo more.

5 Respondit Jeschua, & dixit ei, Ammin ammin dico tibi, quòd si quis nõ nascatur ex aqua & Spiritu, nõ potest ingredi in regnum Dei.

6 Quod natum est ex carne, caro est, & quod natum est ex Spiritu, spiritus est.

7 Ne mireris quòd dixerim tibi quòd oportet vos nasci denuò.

8 Spiritus quo loco vult spirat: & vocem ejus audis, sed non nosti unde veniat, & quò vadat, sic est quisquis natus est ex Spiritu.

9 Respondit Nicadimus, & dixit ei, Quomodo possunt hæc fieri?

10 Respondit Jeschua, & dixit ei, Tu es [3] magister Jisrajel, & hæc non nosti?

[3] F. Syr. doctor ille Jisrajelis, nempe tantus, tanta auctoritate & existimatione, supr. vers. 1.

11 Ammin ammin dico tibi quòd id quod novimus loquimur, & id quod vidimus testamur: & testimonium nostrum non recipitis vos.

12 [4] Si terrena dixi vobis, & non creditis: quomodo, si dixero vobis cælestia, [5] credetis?

[4] Ad ver. Quæ in terra: & in opposito membro, Quæ in cælo, hoc est, Quæ ex terreno & communi sensu sumta sunt (quale est illud de vẽto flante) si nõ creditis, quomodo creditis si qua e cælesti Spiritu proficiscantur, & humanum captũ superent?

[5] F. al. creditis mihi?

13 Et nemo ascendit in cælum, nisi is qui descendit de cælo, [6] Filius hominis qui est in cælo.

[6] F. al. filius hominis ipse, qui est in cælo.

14 Et sicut exaltavit Musche serpentem in deserto, sic futurum est ut exaltetur Filius hominis:

15 Ut quisquis credit in eum, non pereat, sed sit ei vita quæ est in æternum.

16 Sic enim dilexit Deus mundum, ut Filium suũ unicum dederit, ut omnis qui credit in eum, non pereat, sed sit ei vita quæ est in æternum.

17 Non enim misit Deus Filium suum in mundum ut judicet ipsum mundum, sed ut [7] vivat mundus [8] per manum ejus.

[7] i. Servetur. Hebraismus.

[8] i. Per eum. Hebraismus plusquã tritus.

18 Qui credit in eum, non judicatur: & qui non credit, jam [9] judicatus est: quia non credidit in nomen unici Filii Dei.

[9] i. condemnatus est. Hebraismus.

19 [10] Hoc autem est judicium, quòd Lux

[10] F. vel, hoc autem judicium est, quia Lux venit in mundũ, &c. i. hoc judicium sive condemnatio, de qua modò dixi, propterea evenit, quòd obdurata est mẽs hominum in infidelitate sua quamvis exhibente lucẽ & homines ad eam solicitãte Domino.

ERat [a] autem quidam ex Pharisæis, cui nomen *erat* Nicodemo, [b] ex primoribus Judæorum:

[a] B. Nulli interdum doctorum indoctiores: sed ab uno Christo tum doctis tum indoctis petenda est sapientia.

[b] Honores seu magistratum gerens in populo Judaico. Vide Luc. 14. 1.

2 Hic venit ad Jesum nocte, & dixit ei, Rabbi, scimus te a Deo venisse [c] magistrum: nemo enim potest hæc signa edere quæ tu edis [d] nisi Deus sit cum eo.

[c] Scimus te missum divinitùs ad nos erudiendos.

[d] Nisi in quo divina elucet quædam præstantia. Quòd si Nicodemus benè novisset Christum, non modò dixisset Deum esse cũ eo, sed in eo, ut Paul. 2. Cor. 5. 19.

3 [e] Respondit Jesus & dixit ei, Amen amen dico tibi, nisi quis genitus sit, iterum, non potest [f] videre [g] regnum Dei.

[e] B. Initium Christianismi positum est in eo, ut sciamus nos tantùm aliquatenus esse corruptos, sed penitùs in peccato mortuos: ut necesse sit naturam nostram, quod ad qualitates attinet, rursum & de integro creari: qd' qdẽ nulla alia virtute effici potest, quàm divina illa a qua fuimus initio conditi.

[f] id est, introire, ut explicat infrà 5.

[g] In Ecclesiam in qua Deus regnat. Disserit enim Christus qui fit ut jus civitatis Dei nanciscamur. Gratuita nimirum adoptione per Spirit. Sanct. quo regeneramur in ipso Christo fide apprehenso.

4 Dicit ei Nicodemus, [h] Quomodo potest quispiam nasci qui sit senex? num potest in uterum matris suæ secundò introire, & nasci?

[h] id est, Quomodo ego qui sum senex, possim gigni denuò? sic enim respondet, ac si ad se unum verba Christi pertinerent.

5 Respondit Jesus, Amen amen dico tibi, nisi quis fuerit genitus ex aqua & Spiritu, non potest introire in regnum Dei.

6 Quod genitum est ex [i] carne, caro est: & quod genitum est ex Spiritu, spiritus est.

[i] id est, Carnalis, totus nimirum impurus, & iræ Dei obnoxius. significat igitur caro, naturam hominis corruptam, cui opponitur Spiritus, id est, homo Spiritus sancti gratia Christo insitus, cujus natura perẽnis est ac immortalis, etiãsi superfit lucta carnis.

7 Ne mireris de me dixisse tibi, Oportet vos iterum gigni.

8 Ventus [k] quò vult spirat, & sonum ejus audis, sed nescis unde veniat & quò vadat: ita est quisquis genitus est e Spiritu.

[k] Libero & vago impetu.

9 [l] Respondit Nicodemus, & dixit ei, Quomodo possunt hæc fieri?

10 Respondit Jesus & dixit ei, Tu es magister Israëlis, & hæc non nosti?

[l] B. Arcanũ nostræ regenerationis humano captui incõprehensibile, fide percipitur, sed non nisi in Christo: quoniã is & Deus est in terris, & homo in cælis, i. sic homo ut sit etiã Deus ac proinde omnipotẽs: & sic Deus ut sit etiã homo, ac proinde ejus potẽtia nobis pateat.

11 Amen amen dico tibi, quod scimus loquimur, & quod vidimus testamur: [m] sed testimonium nostrum non recipitis.

[m] Vos tractatis dubia & incerto auctore profecta, & creditur vobis: at ego certa & cognita doceo, nec mihi creditur.

12 Si terrena dixi vobis, & non creditis: quomodo si dixero vobis cælestia, credetis?

13 [n] Nullus enim [o] ascendit in cælum, nisi qui descendit e cælo, *nempe* [p] Filius hominis [q] qui est in cælo.

[n] Solus Christus verè cælestia docere potest, quia nullus ascẽdit, &c.

[o] i. Spiritualis intelligẽtiæ luce nemo prædितus est, vel unquã fuit, nisi filius ille qui sese ad nos demisit ut nos in cælũ secũ attollat.

[p] Quòd e cælo descẽdisse dicitur, ad naturam Divinã referri debet quæ carnẽ assumsit: deinde ad ipsum cõceptionis modũ: nã origo Jesu Christi in terris cælestis est, nõ terrena, ut qui cõceptus sit ex Spiritu sancto.

[q] De toto Christo dicitur, quod alteri naturæ (Divinæ nimirum) est propriũ, ut intelligamus unicã esse personã, in qua duæ sint unitæ naturæ. hac loquẽdi formã vocant Cõmunicationem idiomatũ.

14 [r] Prout autem [s] Moses extulit serpentem in deserto, ita extolli oportet Filium hominis:

[r] B. Christus prædicit fore ut ipse, per Evangelii prædicationẽ, velut salutiferum signũ attollatur, ad quod totus mũdus accurrat: quod olim serpentis erecta figura fuit in deserto adumbratũ. *Insp. 12. 12. Nu. 21. 9.*

[s] Nu. 21. 9. a Mose erectus fuit æneus serpẽs, cujus cõspectus salutare remedium iis erat qui lethali serpẽtum morsu vulnerati erãt. Hoc autẽ in hunc finẽ hoc loco adducitur, ut & doceat Christus Evangelii doctrina cõstituendũ esse ante omnium oculos: ut quicumq; ipsum fide intuiti fuerint, salutẽ percipiãt, atque in ipso renascantur.

15 Ut quisquis credit in eum, nõ pereat, sed habeat vitam æternam.

16 [t] *Ita enim Deus dilexit mũdum, ut Filium suum illum unigenitum dederit, ut quisquis credit [v] in eum nõ pereat, sed habeat vitam æternam.

[t] B. Patris amor prorsus gratuitus, nostræ salutis est origo. Christus autem is est in quo justitia & salus nostra residet: fides verò, instrumẽtum quo apprehẽditur vita æternaid quod apprehendẽdum proponitur. *1. Joh. 4. 9.*

[v] Nõ idẽ est credere in aliquid, & credere de aliquo. Illud enim ad divinitatẽ, hoc ad quãcumq; rẽ pertinet. Nazian. in Oration. de Spiritu.

17 [x] *Non enim misit Deus Filium suũ in mundum ut [y] damnet mundum, sed ut servetur [z] mundus per eum.

[x] B. Christus prædicit se non damnatum esse, sed ut salvetur mundus. *Joh. 3. 19. & 12. 47.*

[y] Ut sit causa condẽnationis: revera enim peccata causa sunt mortis: alioqui Christus judicabit vivos & mortuos.

[z] Non una Judæorum gẽs, sed quicumq; crediderit in eum.

18 Qui credit in eum, non condemnatur: qui verò non credit, jam condemnatus est: quia nõ credidit in nomen unigeniti Filii Dei.

19 [a] Hæc est autem [b] condemnatio,

[a] B. Sola pravitas in causa est cur homines oblatam lucem repudient.

[b] i. condemnationis causa, quæ quidem in hominibus hæret, nisi Dei beneficio ab ea liberentur.

quòd

*quòd Lux venit in mundum, sed dilexe runt homines potiùs tenebras quàm Lucem: quia sunt eorum mala opera.

20 Quisquis enim quæ mala sunt agit, odit lucem, nec venit ad lucem, ne arguãtur opera ipsius:

21 Qui verò [c] dat operam veritati, venit ad lucem: ut manifesta fiant opera ipsius, quòd [d] secundùm Deum facta fuerint.

22 Posteà venit Iesus & discipuli ejus in Iudææ territorium: & illic educabatur cum eis, & * baptizabat.

23 Baptizabat autem etiam Iohannes in Ænon prope Salim, quoniam aquæ multæ erant illic, & veniebant ac baptiza bantur.

24 Nondum enim conjectus fuerat Iohannes in carcerem.

25 [e] Orta est igitur quæstio *quibusdam* ex discipulis Iohannis cum Iudæis de pu rificatione.

26 Venerúntque ad Iohannem & dixe runt ei, Rabbi, is qui tecum erat apud tra jectum Iordanis, cui tu * testimonium dedisti, ecce baptizat, & omnes veniunt ad eum.

27 Respondit Iohannes & dixit, [f] Homo non potest recipere quicquam nisi fuerit ei datum e cælo.

28 Vos ipsi mihi testes estis me dixisse, *Non sum ego Christus, sed missus sum *qui apparerem* coram eo.

29 Qui habet sponsam, sponsus est: amicus autem sponsi qui stat & audit eum, [g] gaudio gaudet propter vocem sponsi. [h] hoc ergo gaudium meum impletum est.

30 Illum oportet crescere, me verò minui.

31 Qui supernè venit, supra omnes est: qui e [i] terra est, terrenus est, & [k] terrena loquitur: qui e cælo venit, suprà o- mnes est.

32 Et quod [l] vidit & audivit, hoc testa- tur: sed testimonium ejus nemo recipit.

33 Qui recipit ejus testimonium, is ob- signavit *Deum veracem esse.

34 Nam *is demum* quem misit Deus, verba Dei loquitur. non enim *huic* [m] adme titur Deus spiritum.

35 Pater diligit Filium, * & omnia [n] de- dit ei in manum.

36 *Qui credit in Filium habet vitam æternam: qui verò non assentitur Filio, [o] non videbit vitam, sed ira Dei manet super eum.

venit in mundum, & dilexerunt Filii ho- minis tenebras potiùs quàm Lucem: e- rant enim opera eorum mala.

20 Omnis enim qui detestabilia agit, odit lucem: & non venit ad lucem, ut non arguantur opera ejus.

21 Is verò qui facit rectum, venit ad lu- cem, ut cognoscantur opera ejus, quòd in Deo facta sunt.

22 Post hæc venit Ieschua & discipuli ejus in terram Iudææ: & illic versabatur cum eis, & baptizabat.

23 Atque Iuchannan quoque baptiza- bat in [11] In-Iaun, quod est juxta Schalim, quia aquæ erant ibi multæ: & veniebant ac baptizabantur.

24 Non enim adhuc conjectus fuerat Iuchannan in domum vinctorum.

25 [12] Facta est autem quæstio cuidam ex discipulis Iuchannan cum quodam Iudæo de purificatione.

26 Et venerunt ad Iuchannan, & dixe- runt ei, Domine noster, ille qui tecum e- rat in transitu Iurdanan, de quo tu testa- tus es, ecce, ipse quoque baptizat, & mul- ti veniunt ad eum.

27 Respondit Iuchannan, & dixit eis, Non potest filius hominis accipere [13] ex volũtate sui ipsius quicquam nisi datum fuerit ei e cælo.

28 Vos testes estis mihi quòd dixerim quòd ego non essem Christus, sed [14] lega- tus sum qui præcedo eum.

29 Is cui est sponsa, sponsus est: amicus autem sponsi [15] est qui stat & attendit ei: gaudio magno gaudet propter vocem sponsi. hoc ergo gaudium meum ecce im pletur.

30 Ipsum oportet crescere, & me minui.

31 Ipse enim qui e supernis venit, su- pra omnes est: & is qui e terra, e terra est, & e terra loquitur: is qui e cælo venit, su- pra omnes est.

32 Et id quod vidit & audivit, testatur: & testimonium ejus nemo accipit.

33 Qui autem accipit testimonium e- jus, obsignavit quòd Deus verax est.

34 Is enim quem Deus misit, sermones Dei loquitur: non enim in mensura dedit Deus spiritum.

35 Pater diligit Filium, & omnia dedit in manus ejus.

36 Qui credidit in Filium, est ei vita quæ est in æternum: & is qui non acquie- scit Filio, non videbit vitam, sed ira Dei manebit super eum.

* Sup. 1.9.
[c] Ad vet. Qui fecit veritatẽ, i. qui viam du- cit verè bonã & omnis frau dis expertem.
[d] i. Cum Deo, Deo videlicet veluti præeun- te.
[e] 2. Satã disci- pulos Johãnis stulta præce- ptoris æmula- tione incẽdit, ut Evangelii cursum impe- diat: Johannes verò sui officii memor, non modò frangit ejus conatus, sed etiam oc- casionem inde arripit redden di Christo te- stimonii: in quo uno testa tur vitã æternã a Patre cælesti propont.
* Sup. 1.17. & 14
[f] Quid conatmini meæ cõditioni adjice- re. hæc est sors omnium ho- minum, ut ex se ne tãtillum quidem pos- sint consequi.
* Sup. 1.20.
[g] Heb. i. miri- ficam capit vo- luptatem.
[h] Affirmat igi- tur Johannes Baptista se vo torum omniũ summam ade- ptum esse, nec jam esse quod desideret, ubi videt regnare Christum & il li audientiam quam meretur dari.
[i] Nihil aliud est quàm ho- mo, terrenæ scilicet fæcis opificium.
[k] Corruptio- nem, ignoran- tiam, tarditã- tem, &c. sen- tit.
[l] Quod plenè & perfectè co gnitum habet.
* Rom. 1.4.
[m] Ad ver. non dat ad mensu- ram.
* Mat. 11.27.
[n] i. Arbitrio & potestati ejus permisit.
* Habac. 2.4.
1. Joh. 3.10.
[o] Hebr. i. non fruetur.

11 F. i. fonte co lumbi, ad Jor- danem. Schalim verò per syncopen di- citur Syrè pro Schaalim, qui locus fuit in finibus Binja- minis, de quo 1. Samuel 9.5.
12 Ad vet. Fuit quæstio uniti. Orta est, Inci- dit cuidam quæstio.
13 F. vel ex vo- luntate animi sui quidquam, sed si datum fuerit ei e cæ- lo. Atque hoc modo eviden tior est mem- brorum anti- thesis quã statuit interpres Syrus.
14 Ad vet. Nun tius, vel Lega- tus sum coramẽ ipso: i. Qui co- ram ipso appa ream.
15 F. vel is qui stat & attẽdit ei, gaudio ma- gno gaudet, &c.

CAPUT QUARTUM.

[1] *Iesus fatigatus potum petit a muliere Samaritana.* [21] *Veram adorationem docet.* [26] *Fatetur se esse Messiam.* [32] *Cibus ipsius.* [39] *Samaritani credunt in eum.* [46] *Regii cujusdam filium sanat.*

VT [a] ergo cognovit Dominus Phari- sæos audisse ipsum plures disci- pulos facere * & baptizare quàm Iohan- nem.

2 (Quanquam Iesus ipse non baptiza- bat, sed discipuli ejus)

3 Reliquit Iudæam & abiit rursum

COgnovit autem Ieschua quòd au- diverunt Pharisæi quòd discipulos multos faceret, & baptizaret plus quàm Iuchannan.

2 Quum nequaquam ipse Ieschua ba- ptizaret, sed discipuli ejus.

3 Et reliquit Iudæam, & venit rursus

[a] 8. Servandus hic modus in faciendo officio, ut neq; metu terreamur quin pergamus, ne- que in acces- sendis pericu- lis simus præ- cipites.
* Sup. 3.22.

in Galilæam.

4 Opus autem erat ei ut veniens transiret [1] per locum Samaritanorum.

5 [2] Et venit in civitatem Samaritanorum quæ vocabatur Schachar, juxta agrum quem dederat Jaakub Jauseph filio suo.

6 Et erat ibi fons aquarum Jaakub. Ipse autem Jeschua fessus erat ex labore itineris, & sedebat super fontem: & erat hora sexta.

7 Et venit mulier ex [3] Samaria ut impleret ירד aquis, & dixit ei Jeschua, Da mihi aquas *ut* bibam.

8 Discipuli autem eius ingressi erant civitatem ut emerent sibi cibum.

9 Dixit ei illa mulier Samaritana, Quomodo tu Judæus es, & a me petis ad bibendum, quæ sum mulier Samaritana? nõ enim commercium habent Judæi cũ Samaritanis.

10 Respondit Jeschua & dixit ei, Si scires donum Dei, & quis sit hic qui dicit tibi, Da mihi *ut* bibam, tu petiisses ab eo, & dedisset tibi aquas vivas.

11 Dixit ei mulier illa, Domine mi, Situla non est tibi, & puteus est profundus: unde tibi aquæ vivæ?

12 Num tu major es quàm pater noster Jaakub qui dedit nobis puteũ hunc, & ipse ex eo bibit, & filii ejus & greges ejus?

13 Respondit Jeschua & dixit ei, Omnis q̃ biberit ex istis aquis, rursus sitiet.

14 Omnis autem qui biberit ex aquis quas ego dabo ei, non sitiet in æternum: sed aquæ illæ quas dabo ei, fient in eo fons aquarum scaturientium in vitam æternam.

15 Dixit ei mulier illa, Domine mi, da mihi ex his aquis ut rursus non sitiã, neq; veniens hauriam ex hoc loco.

16 Dixit ei Jeschua, Vade, voca maritum tuum, & veni huc.

17 Dixit ei, Non est mihi maritus. Dixit ei Jeschua, Benè dixisti, non est mihi maritus.

18 Quinque enim mariti fuerunt tibi, & hic qui est tibi jam, non est maritus tuus. hoc verè dixisti.

19 Dixit ei illa mulier, Domine mi, video quòd propheta es tu.

20 Patres nostri in hoc monte adoraverũt, & vos dicitis quòd in Urischelem est locus ubi oporteat adorare.

21 Dixit ei Jeschua, Mulier, crede mihi quòd venit hora qua nec in hoc monte, nec etiam in Urischelem adorabitis Patrem.

22 Vos adoratis id quod nescitis: nos autem adoramus quod scimus: quia [4] vita ex Judæis est.

23 Sed venit hora, & nunc est, quando adoratores veri adorabunt Patrem in spiritu & veritate: nam etiam Pater qui sunt hujusmodi adoratores requirit.

24 Spiritus est enim Deus: & ii qui adorant eum, oportet in spiritu & veritate adorent.

[1] r. vel per inter Schamaritanos, ad verbum, id est, per mediam Samariam, ut vulgatæ veteris versionis nonnullæ editiones habent.

[2] Hæc propositio summa: Posteà enim narratur qua occasione in hãc civitatem venerit, ad vers. usque 40. Alioquin vertendum foret, venit ad civitatem.

[3] r. Syrè Schamerin, Hebraicè Schomron, a Schomero auctore metropolis & regio dicta.

[4] i. Salus, Hebraismus: ut vivificare servare est, vel salutem dare.

in Galilæam.

4 Oportebat autem eum transire per Samariam.

5 [b] Venit ergo in urbem Samariæ quæ dicitur Sichar, juxta prædium quod dedit *Jacobus Josepho filio suo.

6 Erat autem ibi fons Jacobi. Jesus ergo fatigatus ex itinere, [c] ita sedit ad fontẽ: [d] hora *enim* erat quasi sexta.

7 Venit mulier Samaritana ut hauriret aquam: dicit ei Jesus, Da mihi potum.

8 Nam discipuli ejus abierant in urbẽ ut cibos emerent.

9 Dicit igitur ei mulier illa Samaritana, Quomodo tu Judæus quum sis, potum a me poscis quæ sum mulier Samaritana? (non enim [e] utuntur Judæi Samaritanis.)

10 Respondit Jesus & dixit ei, Si nosses donum [f] illud Dei, & quis sit ille qui dicit tibi, Da mihi potum: tu petiisses ab eo, & dedisset tibi [g] aquam vivam.

11 Dicit ei mulier, Domine, neque quo haurias habes, & puteus profundus est: unde ergo habes aquam illam vivam?

12 Num tu major es patre nostro Jacobo, qui dedit nobis hunc puteum, ex quo ipse bibit, & filii ejus, & ejus pecora?

13 Respondit Jesus & dixit ei, Quisquis bibit ex aqua ista sitiet rursus:

14 Quisquis autem biberit ex aqua illa quam ego ei dabo, non sitiet in ęternũ: sed aqua illa quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam.

15 Dicit ei mulier, Domine, da mihi aquam istam, ut non sitiam, neque veniam huc ad hauriendum.

16 Dicit ei Jesus, Vade, voca virum tuũ, & veni huc.

17 Respondit mulier & dixit ei, Non habeo virum. Dicit ei Jesus, Benè dixisti, Non habeo virum.

18 Quinque enim viros habuisti: & & nũc quem habes, non est tuus vir. hoc verè dixisti.

19 Dicit ei mulier, Domine, video te Prophetam esse.

20 [h] Patres nostri in hoc [i] monte adoraverunt: & vos dicitis *Hierosolymis esse locum illum ubi oporteat adorare.

21 Dicit ei Jesus, Mulier, crede mihi, venit tempus quando neque in monte hoc, neque Hierosolymis adorabitis Patrem.

22 *Vos adoratis quod nescitis, nos adoramus quod scimus: [k] quia salus ex Judæis est.

23 Sed venit tempus, & nunc est, quum veri adoratores adorabunt Patrem [l] Spiritu ac veritate: etenim Pater tales quærit qui ipsum adorent.

24 *Deus est [m] Spiritus: & qui adorant eũ, oportet ut Spiritu ac veritate adorẽt.

[b] n. Christus relictis Pharisæis fastuosis, cum muliercula peccatrice & quidem extranea thesauros æternę vitæ communicat, refellens crassos Samaritanorum errores, & verum Dei cultum Judæis traditum defendens, ita tamẽ ut utrosque ad se unũ revocet, in quem videlicet Patres omnes ipsæque adeò legales omnes ceremoniæ respexerint.

*Gen. 33. 19. & 48. 22. Josue 24. 32.

[c] Ita ut lassus erat: vel, idcircò quia lassus erat.

[d] Instabat meridies.

[e] Non est usus necessitudinis Judæis cũ Samaritanis.

[f] Articulus indicat Christum loqui de eximio aliquo dono, nimirũ de seipso, quẽ Pater huic mulierculæ offerebat.

[g] Hæc aqua perennis, i. immẽsa illa Dei charitas, viva dicitur, ad differentiam aquę, quæ ex puteo hauriretur. Sũt autem hæ metaphoræ Hebræis familiares Jer. 2. 13. Joël 3. 18. Zac. 13. 11.

[h] n. Duabus ferè columnis, sed admodum infirmis nititur omnis superstitiosorũ religio, patrũ videlicet deorsitis exemplis, & stulta de rebus externis opinione: quib. erroribus opponere oportet Dei verbũ & naturam.

[i] Hujus montis nomen est Garizim, in quo Sanabalath Cuthæus templum exstruxit permissu Alexandri Macedonis, post victoriam Iscam: ibiq; summum Pontificem constituit Manassem generum suum. Joseph. lib. 11.

*Deut. 12. 6.

*2. Reg. 17. 29.

[k] Alludere videtur Christus ad id quod prædictũ erat a Prophetis, Legẽ & Siõ proditurã, Esa. 2. 3. Nã ea cõditione segregati ad tẽpus erãt a reliquis populis, ut ab ipsis tandẽ ad totũ mũdũ pura Dei cognitio manaret. [l] Spiritus opponit mãdato, quod carnale dicitur Heb. 7. 16. in sese videlicet cõsideratio: sic veritati nõ opponit mẽdaciũ, sed Legis externas ceremonias, q̃ dũtaxat adũbrabãt qd' re ipsa præstat Christus. *2. Cor. 3. 17. [m] Nomine spiritus intelligit in universũ naturã divinã, nequis de tertia hypostasi propriè hîc agi putet.

25 Dicit ei mulier, Scio Messiam venturum (qui dicitur Christus,) quũ venerit ille, nobis annunciabit omnia.

26 Dicit ei Iesus, Ego *is* sum, qui loquor tibi.

27 Intereà verò venerũt ejus discipuli, & mirati sunt quòd cum muliere loqueretur: nemo tamen dixit, Quid quæris? aut, Quid loqueris cum ea?

28 Reliquit ergo hydriam suam mulier, & abiit in urbem, dixítque ejus loci hominibus,

29 Venite, videte hominem qui dixit mihi quæcumque feci: num iste est Christus ille?

30 Exierunt ergo ex urbe, & venerũt ad eum.

31 [n] Interim autem rogabant eũ discipuli, dicentes, Rabbi, ede.

32 Ille autem dixit eis, Ego cibũ habeo quemdam, quem vos non nostis.

33 Dicebant ergo discipuli alii ad alios, Num quis attulit ei quod ederet?

34 Dicit eis Iesus, Esca mea est exequi volũtatem ejus qui misit me, & consummare ipsius opus.

35 [o] Nónne vos dicitis, Adhuc quadrimestre *spatium* superest, & messis erit? * Ecce, dico vobis, attollite oculos vestros, & spectate regiones: nam albæ jam sunt ad messem.

36 [p] Qui autem metit, mercedem accipit, & congregat fructũ in vitam æternã, ut & qui seminat, simul gaudeat, & qui metit.

37 Nam in hoc dictũ illud verum est, Alius est qui seminat, & alius qui metit.

38 Ego misi vos ad *id* metendũ in quo vos non laborastis: alii laboraverunt, & vos in labores eorum introistis.

39 [q] Ex urbe autem illa multi Samaritanorũ crediderunt in eũ propter sermonem mulieris illius, testantis, *ac dicentis*, Certè dixit mihi omnia quæ feci.

40 Quũ ergo venissent ad eũ Samaritani, rogârũt eum ut apud ipsos maneret: & mansit ibi duos dies.

41 Ac multò plures crediderũt propter sermonem ipsius.

42 Et illi mulieri dicebant, Non ampliùs propter tuos sermones credimus: ipsi enim audivimus, & scimus hunc esse verè Servatorem illum mundi, Christum.

43 [r] Duobus autem pòst diebus exiit inde, & abiit in [s] Galilæam.

44 Ipse enim Iesus * testatus fuerat, Prophetam in sua patria honorem nõ habere.

45 Quũ ergo venisset in Galilæam, exceperũt eũ Galilæi, quũ omnia vidissent quæ fecerat Hierosolymis in festo: nam & ipsi venerant ad festum.

46 [t] Venit igitur Iesus rursum * Cana *opidum* Galilęæ, ubi fecerat ex aqua vinũ. Erat autem in *urbe* Capernaumo regius [v] quidam, cujus filius infirmus erat.

[n] a. Curare quidem corpus fas est, sed ita ut oblatam amplificandi regni Dei occasionem ultrò & avidè quibusvis hujus vitæ usibus etiam alioqui necessariis præferamus.

[o] a. Matura spirituali fruge, nusquam tardãdum nisi a filiis hujus seculi redargui velimus.

* *Mat. 9. 37. Luc. 10. 2.*

[p] a. Prophetarum doctrina instar sationis fuit: Evangelii verò, instar messis, & optimè inter utramque & utriusque ministros convenit.

[q] a. Amplectuntur Samaritani cupidissimè quod Judæi pertinacissimè repudiârant.

[r] a. Contemtores quidem Christi seipsos privant ejus beneficio, sed nihilominùs sibi præparat domiciliũ Christus.

[s] In opida & vicos Galilææ, quòd in patria Nazaretide nõ vellet consistere, ob contemtũ sui, & ubi, ut referunt alii Evangelistæ, impediretur efficacitas beneficiorum ipsius mirabili contumacia.

* *Mat. 13. 57. Mar. 6. 4. Luc. 4. 24.*

[t] a. Christus etiam corpore absens, verbo suo nihilominus efficaciter agit in credentibus.

* *Supr. 2. 1. 12.*

[v] Quidam ex Herodis aulicis. nam etsi Herodes rex non esset, sed tetrarcha: tamen si nominis ambitionem excipias, rex erat, saltem a vulgo rex dicebatur. Marc. 6. 14.

25 Dixit ei mulier illa, Novi quòd Messias venturus est, & quum venerit, docebit nos omnia.

26 Dixit ei Ieschua, Ego sum qui loquor tecum.

27 Et dum loqueretur, venerunt discipuli ejus, & mirabantur quòd cum muliere loqueretur. Nemo autem dixit, Quid quæris tu? aut, Quid loqueris tu cum ea?

28 Et reliquit hydriam suam mulier, & abiit in civitatem, ac dixit,

29 Venite videte hominem qui dixit mihi quicquid feci: nunquid ipse est Messias?

30 Et egressi sunt viri ex urbe, & veniebant ad eum.

31 Et intereà petebant ab eo discipuli ejus, & dicebant ei, Domine noster, ede.

32 Ipse autem dixit eis, Est mihi cibus quem comedam, quem vos nescitis.

33 Dicunt discipuli ejus inter sese, Num quispiam attulit ei ad comedendum?

34 Dixit eis Ieschua, Cibus meus est ut faciam voluntatem ejus qui misit me, & perficiam opus ejus.

35 Nónne vos dicitis quòd post quatuor menses ventura sit messis? Ecce, dico vobis, Attollite oculos vestros, & spectate regiones, quòd albæ sunt, & jam [5] appropinquant ad messem.

36 Et is qui metit, mercedem accipit, & colligit fructus in vitam quæ est in æternum: & seminator & messor pariter gaudebunt.

37 In hoc enim est sermo veritatis, quòd alius est seminator, & alius messor.

38 Ego misi vos ad metendũ id in quo vos non laborastis: alii enim laboraverunt: & vos ingressi estis in laborem illorum.

39 Ex illa autem civitate multi crediderũt in eum Samaritani, propter sermonem mulieris illius quæ testabatur, Dixit mihi quicquid feci.

40 Et quum venissent ad eum illi Samaritani, petierunt ab eo ut maneret apud se: & mansit apud eos duobus diebus.

41 Et multi crediderunt in eum propter sermonem ejus.

42 Et dicebant mulieri illi, Deinceps nequaquam propter sermonem tuũ credimus in eum: nos enim audivimus, & scimus quòd hic est verè Messias servator mundi.

43 Et post duos dies egressus est Ieschua inde, & abiit in [6] Galilæam.

44 Ipse enim Ieschua testabatur quòd Propheta in civitate sua non afficitur honore.

45 Quum autem venisset in Galilæam, exceperũt eum Galilæi, qui viderunt signa omnia quæ fecit in Urischelem in festo: venerant enim & ipsi ad festum.

46 Venit autem rursus Ieschua in Catne Galilææ, ubi fecerat aquas vinũ. Et erat in Cephar-Nachum quidam [7] gerens vices regis, cujus filius infirmus erat.

[5] r. Syrè pervenerũt ad messem. Respicit autem regiones Gentium, quarũ primitię quædam fuerunt Samaritani illi, qui tum ad Christum adventabant.

[6] i. In reliqua loca Galilææ, declinata Nazaretha urbe sua, in qua cõtemtui habebatur.

[7] Syriacè עבד מלכא, servus regis, qui vices regis gerebat, & regius erat minister.

47 Hic

47 Hic audivit quòd veniſſet Ieſchua ex Iudæa in Galilæam, & abiit ad eum, & petebat ab eo ut deſcenderet & ſanaret filium ſuum: propinquus enim erat ad moriendum.

48 Dixit ei Ieſchua, Si ſigna & prodigia non videritis, non credetis.

49 Dixit ei ille gerens vices regis, Domine mi, deſcende priuſquam moriatur puer meus.

50 Dixit ei Ieſchua, Vade, filius tuus vivus eſt. Et credidit homo ille ſermoni quem dixerat ei Ieſchua: & abiit.

51 Quum autem deſcenderet, occurrerunt ei ſervi ejus, & nunciaverunt ei, ac dixerunt ei, Filius tuus [a] revixit.

52 Et interrogavit eos quónam tempore ſanus factus eſſet. Dicunt ei, Heri ſeptima hora reliquit eum febris.

53 Et cognovit pater ejus quòd in illa hora *id eveniſſet* in qua dixit ei Ieſchua, Filius tuus vivit. Et credidit ipſe & domus ejus tota.

54 Hoc rurſus ſecundum ſignum fecit Ieſchua quum veniſſet ex Iudæa in Galilæam.

[a] Verbum eſt, חיה Vixit: ſed ſæpè Syri (ut etiam Hebræi) ſimplici verbo utuntur pro compoſito. Id autem eſt, revaluit, ſanus factus eſt, & ſanitati reſtitutus, ut exponitur ſeq. verſ. Hebr. frequés.

47 Is quùm audiſſet Ieſum veniſſe ex Iudæa in Galilæam, abiit ad eum, & eum rogavit ut deſcenderet ac ſanaret ſuum filium: erat enim moribundus.

48 Dixit ergo Ieſus ei, Niſi ſigna & prodigia videritis, non credetis.

49 Dicit ei regius ille, Domine, deſcende priuſquam moriatur puerulus meus.

50 Dicit ei Ieſus, Vade, filius tuus vivit. Credidit homo ſermoni quem dixerat ei Ieſus: & profectus eſt.

51 Iam autem eo deſcendente, ſervi occurrerunt ei, & annunciaverunt dicentes, Filius tuus vivit.

52 Percontatus eſt ergo ab eis horam qua meliùs habuerat: & dixerunt ei, Heri *circiter* horam ſeptimam dimiſit eum febris.

53 Agnovit ergo pater *id factum eſſe* illa ipſa hora qua dixerat ei Ieſus, Filius tuus vivit. & credidit ipſe, ac domus ejus tota.

54 Hoc rurſus, *id eſt*, ſecundum ſignum edidit Ieſus, quum veniſſet ex Iudæa in Galilæam.

CAPUT QUINTUM.

[1] & [5] Chriſtus decumbentem ad piſcinam ſanat in Sabbatho. [10] Phariſæos præcipiti judicio factum ſuum calumniantes, [17] auctoritate Patris ſui convincit: [19] & [20] Divinam ſuam virtutem multis argumentis, [45] Moſis teſtimonio etiam comprobat.

POſt hæc erat feſtum Iudæorum, & aſcendit Ieſchua in Uriſchelem.

2 Erat autem ibi in Uriſchelem locus quidam ablutionis qui vocabatur Hebraicè [1] Beth-Cheſda: & erant in eo quinque porticus.

3 Et in his jacebat populus multus infirmorum & cæcorum & claudorum & aridorum, & exſpectabant motum aquarum.

4 Angelus enim [2] per intervalla temporis deſcendebat in lavacrum, & movebat illas aquas: & is qui primus deſcendebat poſt motionem aquarum, ſanabatur, quicumque morbus fuiſſet ei.

5 Erat autem ibi homo quidam qui triginta & octo annos fuerat in infirmitate ſua:

6 Hunc vidit Ieſchua jacentem: & novit quòd tempore multò fuiſſet ei *infirmitas ejus*, & dixit ei, Vis tu ſanus fieri?

7 Reſpondit ille infirmus, & dixit, Etiam Domine mi. Nemo autem mihi eſt qui, quũ motæ fuerint aquæ, mittat me in lavacrũ, ſed priuſquam veniam, alius ante me deſcendit.

8 Dixit ei Ieſchua, Surge, & tolle lectũ tuum, & ambula:

9 Et eadem hora ſanatus eſt homo ille. Et ſurgens tulit lectum ſuum, & ambulavit. Et ille ipſe dies Sabbathi erat.

10 Et dixerũt Iudæi illi qui ſanatus fuerat, Sabbathũ eſt, non licet tibi ut tollas lectum tuum.

11 Ille autem reſpondit, & dixit eis, Is qui fecit me ſanum, is dixit mihi, Tolle lectum tuum, & ambula.

[1] Fatigant ſe alii in eruenda nominis huius ratione ſecundùm literas quibus Græcè ſcribitur. In Syro contextu declarat locũ benignitatis, quòd in eo Deus benignè potentiam ſuã exereret incurandis quibuſvis morbis populi ſui. F. qua de re vide quę in Nechemiæ 3. adnotavimꝰ.

[2] Ad ver. in tẽpore tenoris, i. Staris & certis temporib*. Hebr. F. Vel in tempore tẽpore: quomodo Tremellius interpretatum arbitror.

POſt hæc erat *feſtum Iudæorum, & aſcendit Ieſus Hieroſolymam.

2 [a] Eſt autem Hieroſolymis ad *portam* pecuariam, [b] piſcina quæ nominatur Hebraicè [c] Betheſda, quinque porticus habens.

3 In his jacebat multitudo magna infirmorum, cæcorum, claudorum, aridorum, exſpectantium aquæ motum.

4 Angelus enim deſcendebat præſtituto tempore in piſcinam, & turbabat aquam: itaque qui primus ingreſſus erat poſt aquæ turbationem, ſanus fiebat à quocumque detineretur morbo.

5 Erant autem quidam illic triceſimum octavum annum agens in infirmitate.

6 Hunc quum vidiſſet Ieſus jacentem, & cognoviſſet eum jam multum temporis egiſſe *in morbo*, dicit ei, Cupis ſanus fieri?

7 Reſpondit ei infirmus ille, Domine non habeo qui, quum turbata fuerit aqua, immittat me in piſcinam: ſed interim dum ego venio, alius ante me deſcendit.

8 Dicit ei Ieſus, Surge, attolle grabatũ tuum & ambula.

9 Et ſtatim ſanus factus eſt homo ille: & ſuſtulit grabatum ſuum, & ambulabat. erat autem Sabbathum die illo.

10 [d] Iudæi ergo dicebant ei qui curatus fuerat, Sabbathum eſt, *non licet tibi attollere grabatum.

11 Reſpondit eis, Qui me ſanum fecit, is mihi dixit, Attolle grabatum tuum, & ambula.

*Levit. 23. 1. Deut. 16. 1.

[a] 8. Nullum eſt tam inveteratum malum, cui non mederi poſſit Chriſtus.

[b] Ex qua potare & in qua merſari ſoleret pecudes. quarum magnum numerum Hieroſolymis eſſe oportuit.

[c] Id eſt, domus effuſionis, quòd in eũ locum magna aquæ copia effunderet: verũ certior eſt Syra interpretatio.

[d] 8. Vera religio nullius rei prætextu crudeliùs oppugnatur, quàm ipſius religionis.

*Ier. 17. 21.

12 Interrogaverunt eum ergo, Quis ille est qui dixit tibi, Attolle grabatum tuum, & ambula?

13 Is autem qui sanatus fuerat, nesciebat quis esset: Iesus enim [c] evaserat *e* turba quæ erat in illo loco.

14 Posteà invenit eum Iesus in templo, & dixit ei, Ecce, sanus factus es: ne pecca ampliùs, ut nequid deterius tibi fiat.

15 Abiit homo ille, & nunciavit Iudæis Iesum esse a quo sanatus fuerat.

16 Ac propterea persequebantur Iudæi Iesum, & studebãt eum interimere, quòd ista fecisset Sabbatho,

17 [f] Iesus autem respondit eis, Pater meus usque adhuc operatur, & ego operor.

18 *Propterea ergo magis studebant eum Iudæi interimere, quia non solùm solvisset Sabbathum, sed & Deum [g] dixisset patrem suum, parem se faciens Deo.

19 Respondit ergo Iesus, & dixit eis, Amen amen dico vobis, non potest Filius [h] a semetipso operari, *id est* [i] nisi viderit Patrem operantem: quæcumque enim ille facit, hæc etiam Filius [k] pariter facit.

20 Pater enim amat Filium, & omnia ostendit ei quæ ipse facit: & opera istis majora ostendet ei, ut vos miremini.

21 [l] Sicut enim Pater suscitat mortuos & vivificat, ita & filius quos vult vivificat.

22 [m] Nec enim Pater [n] judicat quemquam, sed omne judicium dedit Filio:

23 Ut omnes honorent filium prout honorant Patrem: qui non honorat Filium, non honorat Patrem ut qui miserit eum.

24 [o] Amen amen dico vobis, qui sermonem meum audit, & credit ei qui misit me, habet vitam æternam, & in condemnationem non veniet: [p] sed transivit a morte in vitam.

25 [q] Amen amen dico vobis, adventat tempus, & nunc est, quum mortui audient vocem filii Dei: & qui audierint, vivent.

26 Sicut enim Pater habet vitam in seipso, sic dedit & Filio habere vitam in seipso.

27 Et [r] auctoritatem ei dedit etiam judicium exercendi, [s] quatenus Filius hominis est.

28 [t] Ne hoc miramini: nam veniet hora qua omnes qui in monumẽtis sunt, audient vocem ejus:

29 [v] *Et [x] prodibunt, qui bona fece-

12 Et interrogaverũt eum, Quis est homo iste qui dixit tibi, Tolle lectum tuum, & ambula?

13 Qui autem sanatus fuerat, nesciebat quis esset: Ieschua enim occultaverat se in turba multa, quæ erat in loco illo:

14 Post tempus *aliquod* invenit eum Ieschua in templo, & dixit ei, Ecce sanatus es: rursus ne peccaveris, ne fiat tibi aliquid quod pejus est quàm priùs.

15 Et abiit ille homo, & dixit Iudæis quòd Ieschua esset qui sanasset eum.

16 Et propterea persequebantur Iudæi Ieschua, & quærebant interficere eum, quòd ista fecisset in Sabbatho.

17 Ipse autem Ieschua dixit eis, Pater meus [3] usque ad hoc tempus operatur, etiam ego operor.

18 Et propter hoc ampliùs quærebãt Iudæi interficere eum, nõ solùm quòd solvisset Sabbathũ, sed etiam quòd de Deo, [4] *quòd* Pater suus esset, dixisset: & æquasset seipsum cum Deo.

19 Respõdit verò Ieschua, & dixit eis, Ammin ammin dico vobis quòd nõ potest facere Filius aliquid ex voluntate [5] animæ suæ, sed id quod facientem Patrem videt: ea enim quę Pater facit, ea etiam similiter filius facit.

20 Pater enim diligit filium suum: & quicquid facit ostendit ei, [6] & quæ sunt majora his opera, ostendit ei, ut vos miremini.

21 Sicut enim Pater suscitat mortuos, & vivificat eos, ita etiam filius quos vult vivificat:

22 Neq; enim Pater judicat quemquã, sed omne judicium dedit Filio:

23 Ut unusquisque honoret Filium sicut honorat Patrem. Is qui non honorat Filium, nõ honorat Patrem, qui misit eum.

24 Ammin ammin dico vobis quòd qui audit sermones meos, & credit in eũ qui misit me, est ei vita quæ est in æternũ, & in [7] judiciũ nõ venit, sed transit a morte in vitam.

25 Ammin ammin dico vobis quòd venit hora, etiam nũc ea est, quando mortui audiẽt vocem Filii Dei, & ii qui audiẽt vivent.

26 Sicut enim Patri est vita [8] in semetipso, ita dedit Filio ut esset ei vita in semetipso:

27 Et potestatem dedit ei ut esset etiam faciens judicium.

28 [9] Quòd autem is sit Filius hominis, ne miremini propter hoc: nam venit hora quum omnes qui sunt in sepulcris, audient vocem ejus:

29 Et ingredientur qui fecerunt bo-

e Similitudine ducta ab iis, qui ex aquis emergunt: sic enim ferè declinant, qui clã e turba elabũt.

[f] B. Divinum opus nunquã fuit sabbathi violatio. Christi autem opera, Patris sunt opera, tum quòd sint unus Deus, tum etiam quia nõ nisi in Filio operatur Pater. *Infr. 7. 19.

[g] i. sibi proprũ ac peculiarem: quod ex eo colligũt, quia operandi verbũ quod Deo proprium est, sibi vendicat, atque ideò parem se facit Deo.

[h] Sine Patris non modò auctoritate, sed etiam vi ac potentia effectrice.

[i] Hæc referenda sunt ad personam Christi, quæ duabus naturis constat, nõ autem simpliciter ad divinam naturam. dicit ergo a Patre impelli & regi in omnibus rebus: nihilominus quum dicit sese pariter operari cum Patre, divinã naturam asserit.

[k] Simili ratione unà & conjunctim. Non enim res a Patre factas, aliis rebus a se factis exprimit Filius, sed quia in agendo par & cõjuncta sit Patris ac filii dignitas & virtus.

[l] B. Pater neminem facit æternæ vitæ participẽ nisi in Christo, in quo etiam uno ritè colitur.

[m] Hæc negatio non simpliciter negat Deum gubernare mũdum, sed ex Judæorum hypothesi, qui Filium a Patre separabãt, quum potiùs non sit intelligendus Pater gubernare mundum aliter quàm in persona Filii in carne manifestati. sic infr.

[n] Judicare per Synecdochen pro omni administratione.

[o] B. Non colitur Pater nisi sermone Filii per fidem apprehenso, quæ una via est ad vitam æternam ducens. [p] Antithesis sententiam auget. utitur autem, Hebræorum more, præterito, ut in re certissima.

[q] B. Omnes sumus in peccato mortui, nec alia ratione vivificari possumus quàm Christi sermone per fidem apprehenso. [r] i. Summum jus gubernandi & administrandi omnia, adeò ut vitæ & necis potestatem habeat.

[s] Id est, non tantùm quatenus Deus est, judicabit mundum, sed quatenus est homo, hoc accepit a Patre ut sit judex mundi. [t] B. Omnes tandem ad tribunal Christi sistentur judicandi. [v] B. Ex fructibus judicabitur de fide & incredulitate. *Mat. 25. 46. [x] Sub. e monumentis.

[3] Ad verbum, Usque ad nũc. Hebraismus.

[4] Non est in Syro contextu conjũctio hæc expressa, nec in impresso, nec in manuscripto. quia tamẽ sequentia verba eam necessariò subaudiri ostendunt, nos in versione illam supplevimus.

[5] sed hæc ellipsis est euphonica & frequẽtissima, ne idẽ ¶ sępiùs repeteretur.

[6] i. id est, sua ipsius. Hebraismus.

[7] In exemplari impresso deerant, Et quæ sunt majora his opera ostendit ei: sed nos addidimus ex manuscripto antiquo codice bibliothecę illustrissimi principis Electoris Palatini.

[7] i. Condemnationem. Hebr.

[8] בקנומה, In essentia sua.

[9] Licet in Græco codice hæc verba, τοῦτο γὰρ ὑμᾶς θαυμάζειν, præcedentibus cohæreant, ac in calce versiculi 27. collocẽtur, tamen quia Syrus ea accepit, tamquam sequentibus cõnexa (ut particula דין clarè ostendit) nos ea in principio versus 28. collocavimus.

[9] At mihi Syri interpretis verba sic videtur evidentiora. Quòd autem Filius ejus sit filius hominis, &c. id est, quòd eundem qui filius est hominis dixi filium esse Dei, ne miremini. Nam tribus nominibus Judæi Christum quærebant interficere, 1 quòd sabbathum solvisset. 2. quòd Deum Patrem suum dixisset esse. 3. quòd seipsum æqualem fecisset Deo. vers. 18. De sabbatho antè respõderat. Reliquas itaque duas objectiones explicat ὑστερο πρότερον: primùm quidem de eo quòd æqualem seipsum fecisset Deo: nam sibi a Patre æqualitatem esse illam inde a versu 19. deinde verò quòd eum Patrem suum dixisset esse: nam omnes ita visuros in resurrectione justorum, & nunc Patrem, Johannem, Mosem, Scripturam totam de hac re testimonium perhibere. Hæc distinctio certè maximam huic capiti lucem, judicio meo, allatura est. & ita Chrysostom. homil. 38. in hunc locum observavit. Pii & docti viderint.

na in

na in reſurrectionem vitæ, & ii qui fecerunt mala, in reſurrectionem [10] judicii.

[10] i. Condemnationis. Hebraiſmus, ut verſ. 24.

30 Non poſſum ex voluntate animæ meæ aliquid facere, ſed ſicut audio, ego judico, & judicium meum juſtum eſt: nõ enim quæro voluntatem meam, ſed voluntatem ejus qui miſit me.

31 Si ego teſtarer de meipſo, teſtimonium meum non eſſet verum.

32 Alius eſt qui teſtatur de me: & ſcio quòd verum eſt teſtimonium ejus quod teſtatur de me.

33 Vos miſiſtis ad Iuchannan, & teſtatus eſt de veritate.

34 Ego verò nequaquam a filio hominis accipio teſtimonium, ſed hæc dico ut vos [11] vivatis.

[11] i. ſervemini. ut ſupr. 4. 22.

35 Ille lucerna erat ardens & lucens, & vos voluiſtis gloriari [12] ad horam in luce ejus.

[12] i. Ad exiguũ tempus.

36 Mihi verò eſt teſtimoniũ quod majus eſt quàm Iuchannan: opera enim quæ dedit mihi Pater meus ut perficiam ea, ipſa *inquam* opera quæ facio teſtantur de me quòd Pater miſit me.

37 Et Pater qui miſit me, ipſe teſtatur de me: nec vocem ejus unquam audiſtis, neque [13] viſionem ejus vidiſtis.

[13] i. ſpeciem aſpectabilem viſibilémque.

38 Et ſermo ejus non manet in vobis: propterea quòd in eum quem ipſe miſit, vos non creditis.

39 Scrutamini Scripturas, in quibus putatis vos quòd vita quę eſt in ęternum, ſit vobis: & illæ teſtantur de me.

40 Et non vultis venire ad me ut vita quæ eſt in æternum ſit vobis.

41 Gloriam a filiis hominis non accipio.

42 Sed novi vos quòd charitas Dei nõ ſit in vobis.

43 Ego veni in nomine Patris mei, & non ſuſcipitis me: ſi alius venerit in nomine ſuipſius, illum ſuſcipietis.

44 Quomodo poteſtis vos credere, qui gloriam unus ab alio accipitis, & gloriam quæ eſt ab uno Deo non quęritis?

45 [14] An putatis quòd ego accuſaturus ſim vos coram Patre? eſt qui accuſet vos: Muſche ipſe in quo ſperatis.

46 [15] Si enim in Muſche credidiſſetis, etiam in me crederetis: Muſche enim de me ſcripſit.

47 Et ſi ſcriptis ipſius nõ creditis, quomodo ſermonibus meis credetis?

[14] i. vel, ne puteris quòd ego accuſaturus ſim vos coram Patre, ἀπῳνιστὴς. Nam particulam Syram ita accipi antè oſtendimus in Lucæ 17. 18.

[15] i. vel, ſi enim Moſchi credidiſſetis, etiam mihi crederetis: nam ad verbũ expreſſit Tremellius Syram phraſin: nos evidentiùs hoc modo reddi judicamus, ut cõfirmatur ſequente verſu.

rint in [y] reſurrectionem vitæ: qui verò mala egerint, in reſurrectionẽ cõdemnationis.

[y] In eam reſurrectionem quam perennis vita conſequatur, cui opponitur reſurrectio condemnationis, id eſt damnatoria.

30 [z] [a] Non poſſum ego a me ipſo facere quicquã: [b] prout audio judico: & judicium meum juſtum eſt: quia non quæro voluntatem meam: ſed voluntatem ejus qui miſit me, *id eſt*, Patris.

[z] 1. Chriſtus omnium quæ fecit, Patrem auctorem & approbatorẽ habet.

[a] Vide ſup. 22.

[b] Ut Deus mihi ſuggerit intra me habitans.

31 *Si ego teſtor de meipſo, teſtimoniũ meum non eſt [c] firmum.

*Inſ. 8. 14.

[c] Fidele, id eſt, dignum cui fides adhibeatur. Vide inſt. 8. 14.

32 *Alius eſt qui teſtatur de me, & ſcio firmum eſſe teſtimonium quod teſtatur de me.

*Mat. 3. 17.

33 [d] *Vos miſiſtis ad Iohannem, & *is* teſtimonium dedit veritati.

[d] 2. Chriſtus & Johãnis voce, & infinitis miraculis, & omnium Prophetarum teſtimoniis, unicus ſervator declaratus eſt. Mundus tamen intereà alioqui pſeudoprophetis addictus, & videri volens religioſus, nihil iſtorũ vider.

34 Ego autem ab homine teſtimonium non capto: ſed hæc dico ut vos ſervemini.

35 Ille erat lucerna ardens & lucẽs: vos autem voluiſtis [e] ad momentum exſultare ejus luce.

*Sup. 1. 27.

[e] Temporis momento.

36 At ego teſtimonium habeo majus *teſtimonio* Iohannis: opera enim quæ dedit mihi Pater ut ea conſummem, ipſa *inquam* opera quæ ego facio, teſtantur de me quòd Pater [f] miſerit me.

[f] Quia (ut ſupra dixit) non voluntatẽ meã quæro, ſed Patris qui miſit me.

37 *Et qui miſit me Pater, ipſe teſtatus eſt de me. Neque vocem ejus unquam audiſtis, *neque ſpeciem ejus vidiſtis.

*Matt. 3. 17. & 17. 15.

*Deut. 4. 12.

38 Et ſermonem ejus non habetis in vobis manentem: quia quem miſit ille, huic vos non creditis.

39 Scrutamini Scripturas, quia vos videmini vobis in ipſis vitam æternam habere: & illæ ſunt quæ teſtantur de me.

40 Sed non vultis venire ad me, ut vitam habeatis.

41 Gloriam ab hominibus non capto.

42 Sed vos novi [g] charitatem Dei non habere in vobis.

[g] Charitatem erga Deũm.

43 Ego veni nomine Patris mei, nec recipitis me: ſi venerit alius nomine ſuo, illum recipietis.

44 Quomodo vos poteſtis credere, quum gloriam alii ab aliis captetis, & *gloriam illam, quæ a ſolo Deo proficiſcitur, non quæratis?

*Inſ. 12. 43.

45 [h] Ne putate me accuſaturum vos apud Patrem: eſt qui accuſet vos, Moſes, in quo vos ſperatis.

[h] Hæc negatio non removet quod dicitur, ſed corrigit: quaſi dicat Chriſtus, Judæos nullum habituros acriorem accuſatorem Moſe. *Gen. 3. 11. & 22. 17. & 45. 10. Deut. 18. 15.*

46 Si enim crederetis Moſi, crederetis mihi: *nam ille de me ſcripſit.

47 Quòd ſi ſcriptis illius non credetis, quomodo verbis meis credetis?

CAPUT SEXTUM.

[1] Quinque panibus & duobus piſciculis cibantur 5000. [15] Secedens Chriſtus [17] Diſcipulos navigantes, [19] aquis inambulans aſſequitur. [26. 27] De vero, & non perituro [35] pane vitæ diſſerit. [41. 52] Murmurant Iudæi, [60] & diſcipuli plerique [66] recedunt ab eo. [69] Apoſtoli, Dei filium eſſe fatentur.

POſt hæc abiit Ieſchua [1] in oppoſitum littus maris Galilææ [2] Tiberiadis.

[1] Ad verb. In tranſitũ. Hebr.

[2] i. vel quod mare eſt Tiberiadis.

2 Et [3] iverunt poſt eum turbæ multæ, eo quòd videbant ſigna quæ faciebat in infirmis.

[3] i. ſequebantur. Hebr.

3 Et aſcendit Ieſchua in montem, & ibi ſedebat cum diſcipulis ſuis.

4 Prope autem erat feſtum Petſcha Iudæorum.

5 Et ſuſtulit Ieſchua oculos ſuos, &

POſt [a] hæc abiit Ieſus [b] trans mare Galilææ, *quod eſt* Tiberiadis.

[a] 1. Eſuriunt quidem interdum qui Chriſtũ ſequuntur, ſed ſuo ſubſidio nunquam deſtituuntur.

[b] Nõ quòd tra jecerit Tiberiadis lacum, ſed quia propter amplos ſinus navigatio erat cõpendium itineris, ideò dicitur abiiſſe trans mare, cũ ex uno anfractu in alium trajiceret.

2 Et ſequebatur eum turba multa, quia videbant ejus ſigna quæ edebat in infirmis.

3 Subiit verò in montem Ieſus, & ibi ſedit cum diſcipulis ſuis.

4 Propè autem erat Paſcha, *feſtum Iudæorum.

*Lev. 23. 1. Deut. 16. 1.

5 *Quũ ergo ſuſtuliſſet oculos Ieſus, &

*Mat. 26. 18. Mar. 6. 39. Luc. 9. 13.

conspexisset multam turbam ad se venire, dicit Philippo, Unde ememus panes ut edant isti?

6 (Hoc autem dicebat, tentans eum: ipse enim sciebat quid esset facturus.)

7 Respondit ei Philippus, Ducentorũ denariorum panes non suffecerint eis, ut singuli eorum paululum quiddam accipiant.

8 Dicit ei unus ex discipulis ejus, *nempe* Andreas frater Simonis Petri,

9 Est hîc puerulus quidam qui habet quinque panes hordeaceos & duos pisciculos: sed hæc quid sunt inter tam multos?

10 Dixit autẽ Iesus, Facite ut homines recumbant. Erat autem gramen multum in eo loco, Discubuerunt ergo viri illi numero quasi quinquies mille.

11 Accepit autem panes illos Iesus, & actis gratiis distribuit discipulis, discipuli verò accumbentibus: similiter etiam ex pisciculis illis quantum volebant.

12 Vt autem expleti sunt, dixit Iesus discipulis suis, Congregate quæ superfuerunt fragmenta, nequid pereat.

13 Congregarunt ergo, & impleverunt duodecim cophinos fragmentis ex quinque illis panibus hordeaceis, quæ superfuerant iis qui comederant.

14 [c] Illi ergo quum vidissent signum quod Iesus ediderat, dicebant, Hic est verè Propheta ille qui venturus erat in mundum.

15 Iesus ergo quum nosset venturos, & se abrepturos ut facerent se regem, secessit rursus in montem solus ipse.

16 [d] * Ut autem serum *diei* factum est, descenderunt discipuli ejus ad mare.

17 Et ingressi navigium, ibant trans mare [e] Capernaumum versus: jam autem erant tenebræ, nec venerat ad eos Iesus.

18 Et mare, vento magno flãte, insurgebat.

19 Provecti verò quasi stadia vigintiquinque aut triginta, conspiciunt Iesum ambulãtem super mare, & appropinquãtem navi: & timuerunt.

20 Ille verò dixit eis, Ego sum, ne metuite.

21 [f] Cupidè ergo receperunt eum in navigium: & statim navigium pervenit ad regionem in quam ibant.

22 Postero die turba quæ substiterat cis mare, quum vidisset illic non fuisse aliud navigium nisi unum illud in quod ingressi fuerant discipuli ejus, & Iesum non introisse cum discipulis suis in navigium, sed solos ejus discipulos abiisse:

23 (Alia verò navigiola Tiberiade venerũt prope locum illum ubi ederant panem, postea quàm gratias egisset Dominus:)

24 Quum igitur *inquam* vidisset turba Iesum illic non esse, neque discipulos ejus, ingressi sunt & ipsi in navigia, & venerunt Capernaumum, quærentes Iesum.

25 Et eo invento trans mare, dixerunt

vidit turbam magnam quæ veniebat ad se, ac dixit Philippo, Unde ememus panẽ ut comedant isti?

6 (Hoc autem dixit tentans eum: ipse enim sciebat quid facturus esset.)

7 Dixit ei Philippus, Ducentorum [4] denariorum panis non sufficeret eis ut [5] minimum quid unusquisque ex eis acciperet.

8 Dixit ei unus ex discipulis ejus, Andreas frater Schemeun Cipha.

9 Est hîc puer quidam [6] super quẽ sunt quinque placentæ hordei & duo pisces: sed hæc quid sunt his omnibus?

10 Dixit eis Ieschua, Facite ut homines omnes discumbant. Herba autem multa erat in loco illo: & discubuerunt homines in numero quinque millia.

11 Et tulit Ieschua panem, & benedixit, & divisit illis qui discumbebant: & similiter etiam de piscibus quantum voluerunt.

12 Et quum satiati essent, dixit discipulis suis, Colligite fragmenta quæ superfuerunt, ne pereat aliquid.

13 Et collegerunt, & impleverunt duodecim cophinos fragmentorum quæ superfuerũt iis qui comederant, ex quinque panibus hordei.

14 Illi verò homines qui viderunt signum quod fecit Ieschua, dicebant, Verè hic est Propheta [7] qui venit in mundum.

15 Ieschua autem cognovit quòd venturi raptum essent eum, & facturi ipsum regem: & recessit in montem ipsum solus.

16 Et quum esset serum, descenderunt discipuli ejus ad mare:

17 Et sederunt in navigio, & veniebant [8] ad oppositum littus in Cephar-Nachũ. Et tenebræ erant, neque venerat ad eos Ieschua.

18 Mare autem intumescebat adversus eos, quia ventus magnus flabat.

19 Et duxerunt *navim* quasi stadia vigintiquinque aut triginta. Et viderunt Ieschua ambulantem super mare ipsum, & quum appropinquasset ad navigium eorum timuerunt.

20 Ipse verò Ieschua dixit eis, Ego sum, ne timeatis.

21 Et cupidi erant ut exciperent eum in navigium, & in ea hora ipsum navigiũ adfuit ad regionem ad quam proficiscebantur.

22 [9] Et postridie ejus diei, turba quæ stabat [10] in opposito littore maris, viderunt quòd navigium aliud non esset ibi nisi illud in quod ascenderant discipuli, & quòd non ingressus esset Ieschua [11] cũ discipulis suis in navigium:

23 Venerant verò navigia alia à Tiberiade prope locum illum in quo comederant panem, quum benedixisset Ieschua.

24 Et quum vidisset ipsa turba quòd non esset ibi Ieschua, nec etiam discipuli ejus, ascenderunt in hæc navigia, & venerunt in Cephar-Nachum, & quærebant ipsum Ieschua.

25 Quúmque invenissent eum [12] in op-

[4] De denario vide Matt. 18.
[5] Ad verb. Parũ parum, Unus unus: sed geminatio diminutionem adauget: ex usu Hebrææ linguæ. Ital *Un pochettino.*
[6] r.i. cui, vel penes quem.
[7] r.i. venturus fuit, ut Mat. 2. 4. vide in Mat. 17. 11.
[8] Ad verb. Ad transitũ. Hebr.
[9] Ad verb. In die quæ erat post illum. Syra phrasis.
[10] Ad verb. In transitu. Hebr.
[11] r. exegetica sunt verba ad tollendam ambiguitatẽ dicti, cum eis, i. cum discipulis inquam.
[12] Ad verb. In transitu. Hebr.

posito

[a] 2. Cultu præpostero non modò delectatur, sed etiam summoperè offenditur Christus.

[d] 2. Periclitamur quidem, sed Christo in tempore per medias tempestates ad nos accedente, in portum perducitur.

* *Mat. 14. 21. Mar. 6. 47.*

[e] Mar. 6. 45. jubentur præire Bethsaida. Proficiscẽtibus enim Capernaumum occurrebat in via Bethsaida, & fortassis Christus dixerat se illuc ad eos venturum.

[f] Quum anteà fuissent perterriti, agnita ejus voce, & mutatis animis, eum quem fugiebant cupidè accipiunt in navim.

posito littore maris, dicunt ei, Domine noster, quando venisti huc?

26 Respondit Jeschua, & dixit eis, Ammin ammin dico vobis, quod quæritis me, non fit propterea quòd vidistis signa, sed quia comedistis panem, & saturati estis.

27 [13] Ne operemini cibum qui perit, sed cibum qui permanet in vitam quæ est in æternum, quem Filius hominis dabit vobis: hunc enim Pater [14] obsignavit Deus.

28 Dicunt ei, Quid faciemus, ut operemur opera Dei?

29 Respondit Jeschua, & dixit eis, hoc est opus Dei, ut credatis in eum quem ipse misit.

30 Dicunt ei, Quod signum facis tu ut videamus & credamus in te? Quid operaris tu?

31 Patres nostri comederunt manna in deserto, sicut scriptum est, Panem de cælo dedit eis comedendum.

32 Dixit eis Jeschua, Ammin ammin dico vobis quòd nequaquam Musche dedit vobis panem de cælo, sed Pater meus dat vobis [15] verum panem de cælo.

33 Panis enim Dei est is qui descendit de cælo, & dat vitam mundo.

34 Dicunt ei, Domine noster, omni tẽpore da nobis panem hunc.

35 Dixit eis Jeschua, Ego sum panis vitæ: is qui venit ad me, nõ esuriet: & is qui credit in me, non sitiet in æternum.

36 Sed dixi vobis quòd vidistis me, & non creditis.

37 Quicquid dat mihi [16] Pater, ad me veniet: & eum qui ad me veniet, non ejiciam foras.

38 Quia descendi de cælo nequaquam ut facerem voluntatem meam, sed voluntatem ejus qui misit me.

39 Hæc est autẽ voluntas ejus qui misit me, [17] ut quicquid dedit mihi, nõ perdam ex eo, sed suscitem illud in die ultima.

40 Hæc enim est voluntas Patris mei, ut omnis qui videt Filium, & credit in eũ, sit ei vita quæ est in æternum: & ego suscitabo eum in die ultima.

41 Judæi autem murmurabant de eo quòd dixisset, Ego sum panis qui descendi de cælo.

42 Et dicebant, Nónne hic est Jeschua filius Jauseph, is cujus nos novimus patrem & matrem? & quomodo dicit hic, De cælo descendi?

43 Respondit Jeschua & dixit eis, Ne murmuretis unus cum altero.

44 Nemo potest venire ad me nisi traxerit eum Pater qui misit me: & ego suscitabo eum in die ultimo.

45 Scriptũ est enim in Prophetis, Erũt ei, Rabbi, quando huc pervenisti?

26 [g] Respõdit eis Jesus, & dixit, Amen amen dico vobis, quæritis me, non quia vidistis signa, sed quia edistis panes illos & saturati estis.

27 [h] Operemini nõ cibo qui perit, sed cibo illi qui permanet in vitam æternam, quem Filius hominis dabit vobis: * hunc enim Pater [i] obsignavit, *id est* Deus.

28 [k] Dixerũt ergo ad eum, Quid faciemus ut operemur [l] operibus Dei?

29 Respondit Jesus & dixit eis, * Hoc illud est [m] opus Dei, ut credatis in *eum* quem ille misit.

30 [n] Dixerunt ergo ei, Quod ergo tu signum edis, ut videamus & credamus tibi? quid operaris?

31 * Patres nostri ederunt illud manna in deserto illo: sicut scriptum est, * Panem e cælo dedit eis quem ederent.

32 [o] Dixit ergo eis Jesus, Amen amen dico vobis, nequaquam Moses dedit vobis panem illum [p] cælestem: sed Pater meus dat vobis panem illum cælestem verum.

33 Panis enim ille Dei is est qui de cælo descendit, & dat vitam mundo.

34 Dixerunt ergo ei, Domine, da nobis semper panem istum.

35 Dixit autem eis Jesus, Ego sum panis ille [q] vitæ: qui venit ad me, nequaquam esuriet: * & qui credit in me, non sitiet unquam.

36 Sed, dixi vobis, certè & vidistis me, & non creditis.

37 [r] Quicquid dat mihi Pater, ad me veniet: & eum qui venit ad me, nequaquam ejecerim foras:

38 Quia descendi e cælo ut exsequar [s] non voluntatem meam, sed voluntatem ejus qui misit me.

39 Hęc est autem voluntas ejus qui misit me, *id est*, Patris, ut quicquid mihi dederit, nõ perdam ex eo, sed suscitem illud in ultimo illo die.

40 Hæc est autẽ voluntas ejus qui misit me, ut quisquis [t] conspicit Filium, & credit in eũ, habeat vitam æternam: & suscitem ipsum ego ultimo illo die.

41 [v] Murmurabant ergo Judæi de eo, quia dixerat, Ego sum panis ille qui e cælo descendit.

42 Et dicebant, * Nónne iste est ille Jesus, filius ille Josephi, cujus nos novimus patrem & matrem? quomodo ergo dicit iste, E cælo descendi?

43 Respondit ergo Jesus, & dixit eis, Ne murmurate inter vos.

44 Nemo potest venire ad me, nisi Pater qui misit me, traxerit eum: & ego suscitem ipsum ultimo illo die.

45 Scriptum est in [x] Prophetis, * Et erũt

[13] i. ne laboretis de cibo qui perit.

[14] Id est, Approbatũ reddidit. * Metaphora sumta ab iis qui quos mittunt, eorũ auctoritatem obsignato diplomate sanciũt, & omnibus testatam faciunt.

[15] F. Syrè, panẽ veritatis.

[16] F. al. Pater meus.

[17] Initium ℣. 39. Syrus textus nõ habebat, videlicet, Hæc est autẽ voluntas ejus qui misit me. Quod ex manuscripto antiquissimo codice, quem illustrissimus princeps Elector Palatin. exhibuit (ut alia multa) restituimus.

g B. Nihil quidem deest regnũ Dei quæremibus: non est tamen Evãgelium vẽtris, sed animi pabulum.

h Operam vestram & studium vestrum impendite.

* *Sup. 1. 32. Matth. 8. 17. & 17. 5.*

i i. quem indita virtute sua quasi impressõ sigillo, tum à cæteris hominibus distinxit, ut in eo tãquã antitypo Deus pater appareat, tum etiã (quod Christo proprium est) huic muneri inaugũravit, Deo videlicet homines reconciliãdi in vitam ęternam.

k B. Frustrà satagunt homines, quum student placere Deo absque fide.

l Heb. pro operibus divinis: id est, quæ Deus exigit à nobis, sive quæ Deo sunt grata. Nã quia operandi mẽtio facta erat & vitæ æternæ, ideò isti (ut solent homines) statim cogitãt vitam æternã ab implenda Legis cõditione pẽdere, & ideò eos ad fidẽ revocat Christus.

* *1. Ioh. 3. 23.*

m i. hoc demũ opus est quod Deus flagitat, ut mihi credatis.

n B. Christi vis spiritualis sordet terrenorũ miraculorum studiosis.

* *Exo. 16. 14. Num. 11. 7.*

* *Psal. 78. 24. Sapi. 16. 20.*

o B. Christus verus & unus æternæ vitę auctor ac dator, mannę symbolo patribus significatus.

p Negat mãna fuisse verum panẽ cælestẽ, se autem dicit verum panẽ, quia in vitam veram & æternam pascat. Quod autem Paulus 1. Cor. 10. vocat Manna cibum spiritualem, non adversatur huic loco: ille enim rem significatam cum signo conjungit. In tota autem hac disputatione agit cum Judæis Christus ex eorum hypothesi. illi autem nullam aliam habuerunt Mannæ rationem, nisi quòd venirem saginaret. præterea Manna non propriè descendit è cælo, sed ex nubibus: Christus autem verè descendit è cælo, nempè è sinu Patris.

q Heb. 1. vivificus seu vitalis. * *Ecc. 24. 21.*

r B. Ex gratuita Patris in Christo electione manat fidei donum, quam necessariò consequitur vita æterna. Est itaque fides in Christum, certum electionis ac proindè futuræ nostræ glorificationis testimonium.

s Sciendum est has negantes orationes non simpliciter aliquid negare, sed secundùm quid, id est, ex eorũ hypothesi ad quos dirigitur oratio. Sic suprà cap 5. 22. negat Christus à patre administrari hunc mundum, ita videlicet ut Judæi arbitrabantur, qui patrem à filio separabant, quum Pater non nisi in persona filii manifestati in carne mundum regat. Sic intelligendæ sunt cæteræ ejusmodi orationes, ut & suprà 5. ver. 30. & 7. 16. tamquam si diceret, non solùm voluntatem meam, &c.

t Videre & credere conjunguntur, alia enim species visionis est universalis qua & diaboli videntur: hic autem agit de speciali quæ electorum est.

v B. Caro non potest spiritualia percipere, ac proinde initium salutis est à Deo, naturam nostram immutante, ut ab ipso afflati, in Christo eruditi & servari sustineamus. * *Matt. 11. 25.*

x In libro Prophetarum. In tria enim capita dividebant vetus Testamentum, Legem, Prophetas, Hagiographa. Hic igitur citatur secunda sectio illa veteris testamenti, cujus pars est Esaias. * *Esa. 54. 13. Iere. 31. 33.*

omnes [y] docti a Deo. Quisquis ergo audivit a Patre & didicit, venit ad me.

46 Non quòd Patrem viderit quisquã, *nisi is qui est a Deo: hic vidit Patrem.

47 Amen amen dico vobis, qui credit in me, habet vitam æternam.

48 [z] Ego sum panis ille vitæ.

49 Patres vestri ederunt* manna in deserto, & mortui sunt.

50 [a] Hic est panis ille qui e cælo descẽdit, ut qui edit ex eo, non moriatur.

51 [b] Ego sum panis ille [c] vivus qui e cælo descendi. Siquis [d] ederit ex hoc pane, vivet in æternum: panis autem quem ego dabo, caro mea est, quam ego dabo pro mundi vita.

52 [e] Pugnabant ergo Iudæi alii adversus alios, dicentes, Quomodo potest hic nobis carnem *suam* dare quam edamus?

53 Dixit ergo eis Iesus, Amen amen dico vobis, nisi ederitis carnem Filii hominis, & biberitis ejus sanguinem, [f] non habebitis vitam in vobis.

54 * Qui edit carnem meam, & bibit meum sanguinem, habet vitam æternã: & ego suscitabo ipsum ultimo illo die.

55 Caro enim mea verè est cibus, & sanguis meus verè est potus.

56 Qui edit meam carnẽ, & bibit meũ sanguinem, in me manet, & ego in eo.

57 Sicut misit me vivens [g] ille Pater, & ego vivo [h] per Patrem: *ita* etiam qui ederit me, vivet ipse quoque per me.

58 Hic est panis ille qui de cælo descẽdit: non prout ederunt Patres vestri manna, & mortui sunt. qui ederit hunc panẽ, vivet in æternum.

59 Hæc dixit in synagoga, quum doceret in *urbe* Capernaumo.

60 [i] Multi ergo ex discipulis ejus *his* auditis dixerunt, durus est hic sermo: quis potest eum audire?

61 Sciens autem Iesus apud se discipulos suos de hoc murmurare, dixit eis, Hoccine vos offendit?

62 *Quid* si igitur spectaveritis Filiũ hominis ascendentem eò* ubi erat priùs?

63 [k] [l] Spiritus est id quod vivificat, caro non prodest quicquã: verba quæ ego loquor vobis, spiritus sunt & vita sunt.

64 Sed sunt quidam ex vobis qui non credunt. sciebat enim a principio Iesus quinam essent qui non credebãt, & quis eum proditurus esset.

65 Et dicebat, Propterea dixi vobis, neminem posse venire ad me nisi fuerit ei datum a Patre meo.

66 [m] Ex eo *tempore* multi discipulorum ejus pedem retulerunt: nec ampliùs cum eo versabantur.

omnes [18] edocti divinitùs. Quisquis igitur audivit a Patre, & didicit ab eo, venit ad me.

46 Nequaquàm quòd videat quis Patrem [19] nisi is qui a Deo est, is videt Patrẽ.

47 Ammin ammin dico vobis, quòd ei qui credit in me, est ei vita quæ est in æternum.

48 Ego sum panis vitæ.

49 Patres vestri comederunt Mannah in deserto, & mortui sunt.

50 Hic est autem panis qui descẽdit de cælo, ut comedat homo ex eo, & nõ moriatur.

51 Ego sum panis vivus qui de cælo descendi: & si quis comederit ex hoc pane, vivet in æternum, & panis quem ego dabo, corpus meum est quod pro vita mundi do.

52 Contendebant autem Iudæi [20] unus cum alio, & dicebant, Quomodo potest hic corpus suum nobis dare ad manducandum?

53 Et dixit eis Ieschua, Ammin ammin dico vobis, Quòd si non comederitis corpus Filii hominis, & biberitis sanguinem ejus, non est vobis vita in [21] vobisipsis.

54 Qui verò comedit ex corpore meo & bibit ex sanguine meo, est ei vita quæ est in æternum: & ego suscitabo eum in die ultimo.

55 Corpus enim meum verè est cibus, & sanguis meus verè est potus.

56 Qui comedit corpus meum & bibit sanguinem meum, in me manet, & ego in ipso.

57 Sicut misit me Pater vivens, & ego vivo propter patrẽ: & qui comederit me, etiam ipse vivet [22] in æternum.

58 Hic est panis qui descendit de cælo: nequaquam sicut illud quod comederunt patres vestri Mannah, & mortui sunt: qui comedit ex hoc pane, vivet in æternum.

59 Hæc dixit in synagoga, docẽs in Cephar-nachum.

60 Et multi qui audiverunt ex discipulis ejus, dicebãt, Durus est sermo hic: quis potest audire eum?

61 Ieschua autem cognovit in seipso quòd murmurarent de hoc discipuli ejus, & dixit eis, Hoc offendit vos?

62 *Quid* si spectaveritis igitur Filiũ hominis ascendentem in locum ubi erat ab initio?

63 Spiritus est qui vivificat: corpus nõ prodest quicquam. Sermones quos ego loquutus sum vobiscum, spiritus sunt, & vita sunt:

64 Sed sunt quidam ex vobis qui non credunt. noverat enim Ieschua ab initio qui essent ii qui non credebant, & quis esset qui proderet eum.

65 Et dicebat eis, Propter hoc dixi vobis quòd nemo potest venire ad me, nisi datum sit ei a Patre meo.

66 Propter hunc sermonem multi ex discipulis ejus [23] retrocesserunt, neque ambulabant cum eo.

[y] Filii videlicet Ecclesiæ, ut explicatur apud Esai. 54. 13. id est, ordinati ad vitam, Act. 13. 48. Est itaque cognitio veritatis cælestis, donum & opus divinum, non virium humanarum.

*Matth. 11. 27.

[z] B. Verus sacramentorum usus est, ab iis ad rem ipsam, id est ad Christum, assurgere: cujus unius participatione æternam vitã consequimur.

*Exo. 16. 15.

[a] Quum hæc diceret, seipsũ commonstrabat.

[b] B. Christus à Deo Patre hoc ipsum nobis est ad vitam æternam consequendam ac retinendam, quod panis & caro atque adeò cibus & potus ad caducæ hujus vitæ usum.

[c] Qui vitã dat mundo, suprà 34.

[d] id est, si quis revera fuerit Christi (qui cibus est noster) particeps.

[e] B. Caro inter carnalẽ manducationem, cujus instrumentum sunt dẽtes, & spiritualẽ esum qui in fide cõsistit, distinguere nõ potest, ac proinde damnat quod nõ intelligit. Sed nihilominus inculcanda est veritas.

[f] Præsenti Christo præsens est vita: ubi abest Christus, mors præsens est.

*1. Cor. 11. 27.

[g] Quatenus Christus homo est, vim illam vivificam quam suis impertit habet à Patre: adjicit autem articulum, ut è reliquorum patrũ numero eximatur ille Pater.

[h] Christus significat, quãvis homo esset, se tamẽ vivificam carnẽ habere, nõ ex ipsa carnis natura per se cõsiderata, sed quia caro illa caro est Filii Dei, quæ in persona ejus (ut posteà dicitur) per Patrem vivebat, id est, vim illam vivificam à Patre hauriebat.

[i] Ad ver. Docti Dei, ut in Isaia למודי יהוה.

[19] F. vel sed is qui à Deo est, is videt Patrẽ, & ita Syrus, ut suprà 1. 18.

[20] Ad ver. Unus cum uno.

[21] Ad ver. In substantia vestra.

[22] Ita est in Syro textu, quũ in Græco sit εἰς τὸν αἰῶνα. Sed fortè hîc quoque erratum est à scriptore Syro, quòd finẽ seq. ℣. pro fine hujus versiculi accepit. Nihil tamen mutare voluì: quia in manuscripto codice ita etiam legitur. F. Sed hoc rectè in exemplari nostro, ut in Fabriciano, est repositum.

[23] Ad verbum, Abierunt ad post se. Id est, Terga Christo obverterunt, & defecerunt ab eo.

[k] B. Christi cum membris suis unionẽ assequi non potest humana ratio: adoret igitur quod est ipsa excellentius. *Sup. 3. 13. [l] B. Ideo vivifica est nobis caro Christi, quia idem qui homo est Deus est: quod mysterium sola fide (quæ Dei donum est electis peculiare) comprehenditur. [l] Spiritus, id est, vis illa manans à divinitate, facit ut caro Christi, quæ alioqui nihil aliud esset quàm caro, & in se vivat, & nobis sit vivifica. [m] B. Ea est hominum malitia, ut ex ipsa salutis doctrina (nisi fiqui singulari Dei beneficio credant) occasionem exitii sui arripiant.

67 Et dixit Jeschua duodecim suis, Nũquid etiam vos vultis abire?

68 Respondit Schemeun Cipha, & dixit, Domine mi, ad quem ibimus? Sermones vitæ quæ est in æternum, sunt tibi.

69 Et nos credimus & novimus quòd tu es Christus filius Dei viventis.

70 Dixit eis Jeschua, Nonne ego elegi vos duodecim, & ex vobis unus Satanah est?

71 Dicebat de Jihuda filio Schemeun Secharjuta: [24] ipse enim proditurus erat eum, unus ex duodecim.

[24] f. Syrè, iste enim futurum erat ut proderet eum.

67 Dixit ergo Jesus duodecim illis, Nũ & vos vultis abire?

68 Respondit ergo ei Simon Petrus, Domine, ad quem abibimus? verba[n] vitæ æternæ habes:

69 Et nos credidimus, & scimus te esse Christum illum Filium Dei viventis.

70 [o] Respondit ei Jesus, * Nonne ego vos duodecim elegi? & *tamen* unus ex vobis est diabolus.

71 Loquebatur autem de Juda Simonis *filio* Iscariota: futurum enim erat ut hic proderet eum, quum esset unus ex illis duodecim.

[n] Genitivus: ò co epitheti ponitur, quod Hebræis frequens est. insigne porrò Evangelii encomiũ, quòd nobis vitam æternam ministrat, sicuti Paul testatur esse Dei potẽtiã omni credenti, Rom. 1. 16.

[o] 2. Parvus est numerus Christum profitentium, & in iis rursus aliqui sunt hypocritæ, atque adeò omnium hominum detestrimi. * *Matth. 26. 16.*

CAPUT SEPTIMUM.

[1] Christus affines ad festum Tabernaculorum profectos; [10] clàm sequitur: [14] docet in templo. [21] Varia de illo sunt vulgi judicia. [32] Sacerdotes jubent eum comprehendi. [41] Dissidium in turba propter eum, [47] & inter Pharisæos & satellites ad capiendum eum missos, [50] & Nicodemum.

POst hæc ambulabat Jeschua in Galilæa. Non enim volebat ambulare in Judæa, quia Judæi quærebant interficere eum.

2 Et propè erat festum tabernaculorũ Judæorum.

3 Et dixerunt fratres Jeschua ei, Transi hinc, & vade in Judæam, ut videant discipuli tui opera quæ facis.

4 [1] Nemo enim est qui facit aliquid in occulto, & ipse cupit ut in manifesto sit: si hæc facis, ostende teipsum mundo.

5 Nam ne fratres quidem ejus credebãt in ipsum Jeschua.

6 Dixit eis Jeschua, Tempus meum usque nunc non advenit: tempus autem vestrum omni tempore paratum est.

7 Non potest mundus odisse vos: me autem odit, quia ego testor de eo quòd opera ejus mala sunt.

8 Vos ascendite ad festum hoc: ego nõ ascendam nunc ad festum hoc, quia tempus meum nondum impletum.

9 Hæc dixit, & remansit in Galilæa.

10 Quum autẽ ascendissent fratres ejus ad festum, tunc etiam ipse ascendit non in manifesto, sed velut in occulto.

11 Judæi autem quærebant eũ in festo, & dicebant, Ubi est ille?

12 Et murmur multum propter eum erat in turba. Erant enim qui dicerẽt quòd bonus esset: & alii dicebant, Non: sed decipit populum.

13 Nemo autem manifestè loquebatur de eo, propter metum Judæorum.

14 Quum autem [2] medii essent dies festi, ascendit Jeschua in templum & docebat.

15 Et mirabantur Judæi, ac dicebant, Quomodo novit hic [3] librum, quum non didicerit?

16 Respondit Jeschua, & dixit, Doctrina mea non est mea, sed ejus qui misit me.

[1] f. vel Nullus. Sensus est, qui in occulto quid facit, nullus est, is vix homo dicendus est, homo est nihili, non est tantivis homo.

[2] Quum dies illius festi dimidia ex parte præteriissent.

[3] f. i. literas quæ continẽtur libris.

VErsabatur[a] autem Jesus post hæc in Galilæa: nolebat enim in Judæa versari, quia studebant eum Judæi interimere.

2 Propè autem erat festum Judæorum *[b] Scenopegia.

3 Dixerunt igitur ad eum fratres ejus, Digredere hinc, & vade in Judæam, ut tui quoque discipuli spectent opera tua quæ facis.

4 Nemo enim occultè facit aliquid, & quærit ipse celebris esse: si hæc facis, manifesta teipsum mundo.

5 Nam ne [c] fratres quidem ejus credebant in eum.

6 [d] Dicit ergo eis Jesus, Præstitutum illud tempus meum nondum adest: præstitutum autem illud tempus vestrũ semper est paratum.

7 Non potest mundus vos odisse: me autem odit, quoniam ego testor de eo, opera ejus mala esse.

8 Vos ascendite ad hos dies festos: ego nondum ascendo ad festum, * quia præstitutum illud meum tempus nondum expletum est.

9 Hæc autem quum eis dixisset, mansit in Galilæa.

10 [e] Ut ascenderunt autẽ fratres ejus, tunc & ipse ascendit ad festum, non manifestè, sed velut occultè.

11 Judæi ergo quærebant eũ in festo, & dicebant, Ubi est ille?

12 Et mussitatio multa erat in turba de eo. alii quidem dicebant, Vir bonus est: alii verò dicebant, Non: sed turbam seducit.

13 Nullus tamen [f] liberè loquebatur de eo, propter metum Judæorum.

14 [g] Festo autẽ illo [h] jam medio, ascendit Jesus in templum, ac docebat.

15 Et mirabantur Judæi, dicẽtes, Quomodo iste literas novit, quum *eas* nõ didicerit?

16 [i] Respondit ei Jesus, & dixit, [k] Mea doctrina non est mea, sed ejus qui misit me.

[a] 2. Dei gratia non est hæreditaria, sed adventitium donum. Hinc fit ut sæpè filiis Dei plus molestiæ exhibeãt propinqui quàm extranei.

* *Leviti. 23. 34.*

[b] Festus dies à figendis tabernaculis dictus, quia septẽ totos dies sub tabernaculis agerent: ex Domini mandato Levit. cap. 23. Itaq; mirabilis est eorum inscitia qui Scenophagia legũt & interpretantur.

[c] Cognati, Hebraism.

[d] 2. Stultis suorum votis minimè obsequẽdum.

* *Infr. 8. 20.*

[e] 2. Exemplum horrendæ cõfusionis in ipso Ecclesiæ sinu. Pastores metu & terrore oppressum populum tenent: populus non apparentem Christum quæritat; sese offerentem negligit, nõ desunt etiã qui cognitum temerè condemnent: pauci tantùm clanculùm rectè sentiunt.

[f] Vel liberaliter Judæorum enim principes nihil magis optãrunt, quàm sepeliri ejus famam.

[g] 2. Christus bonitate certat cum mundi perfidia: plerique interea ex eo ipso accipiunt offendiculi occasionem, quo oportuerat eos ad Christum amplectendum incitari.

[h] Circiter quartum diem.

[i] 2. Ideò pauci sunt quibus Evangelium sapiat, quoniam rarum est pietatis studium.

[k] Vide suprà 5. 22. loquitur autem ex Judæorum hypothesi, q. d. Mea doctrina non est mea, id est, ejus quẽ vos hominem unum ex multis putatis esse, atque adeò contemnitis: sed ejus à quo missus sum.

17 Si quis

17 Si quis voluerit quod ille vult facere, cognoscet de doctrina, utrum ex Deo sit, an ego a meipso loquar.

18 [l] Qui a semetipso loquitur, gloriam propriam quærit: qui autem quærit gloriam ejus qui misit ipsum, hic verax est, & injustitia in eo non est.

19 [m] *Nónne Moses dedit vobis Legẽ, & *tamen* nemo ex vobis præstat Legem? *quid me studetis interimere?

20 Respondit turba & dixit, [n] Dæmonium habes: quis te studet interimere?

21 [o] Respondit Jesus & dixit eis, Unũ opus feci, & omnes miramini.

22 Attamen *Moses dedit vobis circũcisionem (non quòd ex Mose sit, *sed *quia* ex Patribus) & Sabbatho circumciditis hominem.

23 Si circumcisionem accipit homo Sabbatho, ut nõ solvatur [p] Lex Mosis, mihi indignamini quòd totum hominem sanum fecerim Sabbatho?

24 [q] * Ne judicate [r] secundùm vultum, sed justum illud judicium ferte.

25 [s] Dicebat ergo quidam ex Hierosolymitanis, Nónne hic est quem student interimere?

26 At ecce, liberè loquitur, & nihil ei dicunt: númnam verè cognoverunt primores hunc verè esse Christum illum?

27 [t] Sed novimus unde hic sit: quũ autem venerit ille Christus, [v] nemo cognitus est unde sit.

28 [x] Clamabat ergo Jesus in templo, docens & dicens, Et me nostis, & unde sim nostis: & a meipso non veni, sed est verax qui misit me, quem vos non nostis.

29 Ego verò novi eũ, quia ab ipso sum, & ille me misit.

30 [y] Studebant ergo eum prehendere: sed nemo injecit in eum manũ, quia nondum venerat hora illa ipsius.

31 Multi verò ex turba crediderunt in eum, & dicebant, Christus quum venerit, num signa plurã edet iis quæ iste edidit?

32 [z] Audierunt Pharisæi turbam ista murmurantem de eo, & miserunt Pharisæi ac primarii Sacerdotes ministros ut eũ prehenderent.

33 Dixit ergo eis Jesus, Adhuc paulisper ero vobiscum, deinde abibo ad eum qui me misit.

34 *Quæretis me, nec invenietis: & ubi ego ero, eò vos non poteritis venire.

35 Dixerũt ergo Judæi inter sese, Quónam est iste profecturus, ut nos non inveniamus eum? num [a] ad eos qui dispersi sunt inter Græcos profecturus est, & Græcos docturus?

36 Quis est hic sermo quẽ dixit, Quæretis me, & non invenietis me: & ubi ego ero, vos non poteritis venire?

17 Qui vult facere voluntatem ejus, intelligit doctrinam meam, num ex Deo sit, an ego ex voluntate mea ipsius loquar.

18 Is qui ex voluntate mentis suæ loquitur, gloriam sibiipsi quærit: is autem qui gloriam ejus qui misit ipsum quærit, verax est, & iniquitas in corde ejus non est.

19 Nónne Musche dedit vobis Legem, & nemo ex vobis servat Legem? Quid quæritis interficere me?

20 Respondit turba, & dixerunt, Dæmonium est tibi: quis quærit interficere te?

21 Respondit Jeschua & dixit eis, Unum opus operatus sum, & omnes vos miramini.

22 [4] Propter hoc Musche dedit vobis circumcisionem (non quòd ex ipso Musche sit, sed ex Patribus est) & [5] Sabbatho circumciditis filium hominis.

23 Et si filius hominis circumciditur in die Sabbathi ut non solvatur Lex Musche, contra me murmuratis, qui totum filium hominis sanaverim in die Sabbathi?

24 [6] Ne judicetis cum acceptione vultus: sed judicium justum judicate.

25 Et dicebant quidam ex Urischelem, Nónne hic est ille quem quærunt interficere?

26 Et ecce, manifestè loquitur, & nihil dicunt ei. Nunquid noverũt seniores nostri quòd hic est verè Christus?

27 Sed [7] hunc novimus unde sit: Christum autem, quum venerit, nemo cognoscet unde sit.

28 Et sustulit Jeschua vocem suam, docens in templo, & dixit, Et me nostis, & unde sim nostis: & ex volũtate mea ipsius non veni, sed verax est qui misit me, is quem vos non nostis.

29 Ego verò novi eum, quia ab ipso sum, & ipse misit me.

30 Et quærebant apprehendere eum: sed nemo injecit super eum manus; quia nondum venerat hora ejus.

31 Multi autem e turba crediderunt in eum: & dicebant, Christus quum venerit, num plura quàm hæc signa quæ facit hic, facturus est?

32 Et audiverunt Pharisæi turbas loquentes de eo hæc, & miserunt ipsi & summi Sacerdotes ministros ut apprehẽderent eum.

33 Et dixit Jeschua, Modicum adhuc tempus vobiscum sum, & [8] vado ad eum qui me misit.

34 Et quæretis me, & nõ invenietis me: & ubi ego sum, non potestis vos venire.

35 Dicunt Judæi inter sese, Quò abiturus est hic ut non inveniamus eum? Num ad loca Gentium abiturus est ut doceat [9] profanos?

36 Quis est hic sermo quẽ dixit, Quæretis me, & non invenietis me: & ubi ego sum, vos non potestis venire?

l n. Vera salutis doctrina à commentitia eo distinguitur, quòd illa gloriam Dei illustrat, ista homines efferẽdo, Dei gloriã obscurat.

m n. Nulli securiùs clamant se Legis Dei assertores esse, quàm qui illã impudentissimè violant.

*Exo. 20. 5.

* Supr. 5. 18.

n Fuit trita inter Judæos loquutio, qui infestari à Diabolo homines dicunt, dũ in furore aguntur, vel dũ illis mẽs & ratio ademta est: turba autẽ hęc simplici animo objurgat Christũ, quia vulgo nondũ nota erant sacerdotum cõsilia.

o n. Sabbathũ (quod hic nobis pro omniũ ceremoniarũ regula proponitur) nõ impediendis, sed potiùs exercẽdis Dei operibus destinatũ est: inter quæ charitas proximi præcipuum locum obtinet.

*Levit. 12. 3.

*Genes. 17. 10.

p i. Si Lex circumcisionis à Mose data, tãti fit apud vos, ut non dubitetis etiã Sabbatho circumcidere hominem, num meritò apud vos reprehendor, quòd hominẽ totũ sanârim?

q n. Judicandum ex rerum veritate, ne in medium prodeuntes personæ nos trãsversos abripiant.

* Deut. 1. 17.

r Ex eo quòd præ me fero. Videor enim nihil aliud esse quàm Galilæus vilis, & contemti fabri filius, sed spectate attentiùs rem ipsam, & ex fructibus arborem æstimate.

s n. Multi mirantur irritos fieri hostium Dei conatus, nec tamen interea divinam virtutẽ agnoscunt.

4 r. Patefacta hæc, propterea, transitum facit à statu controversiæ ad defensionẽ Christi, cujus argumentum his duobus versibus continetur. Statuebant Judæi impietatis esse, quòd homo in sabbatho sanaretur. Propterea, inquit Christus, ut meam innocẽtiam videatis, en vobis defensionem meã: Si eo Lex Mosis non solvitur quòd homo circumciditur die sabbathi, nec ea solvitur quum totus homo sanatur die sabbathi, vers. 23. Non solvitur autem Lex illo facto, nam etiã illud præcepit Moses, hoc versu. Ergo ne hoc quidem solvitur illa: sed potiùs contra Legem venire dicendus essem, nisi facerem.

5 A circumcisione quæ die festo peragebatur, docet non quodvis opus in sabbatho esse prohibitum: sed tãtùm quod cũ sacra quiete apertè pugnaret.

6 Quasi diceret, Factum per se expendite & judicate, nullo habito personæ respectu.

7 n. vel hic novimus unde sit: Christus autem, &c. Sed illud quoque Latinum est.

8 n. i. abiturus sum. Vide in Matth. 17. 11. sic seq. versu.

9 i. Gẽtiles qui non pertinent ad populum sanctum.

t n. Homines ad struenda sibi obstacula ingeniosi. v Hauserant hunc errorem Judæi ex Prophetarum testimoniis perperã intellectis. x n. Christi veritas minimè pendet ex hominum judiciis. y n. Non licet malis quod lubet, sed id demum quod Deus decrevit. z n. Prout crescit regnum Dei, crescit ejus hostium rabies, donec tandem absentia bona frustrà requirant, quæ præsentia neglexerint. *Infr. 11. 31. a Ad verb. In dispersionem Gentium seu Græcorum. Græcorum autem nomine intelligit Hebræos qui erant dispersi inter gentes, 1. Pet. 1. 1.

37 10 Die

37 [10] Die autē magno, qui erat ultimus festi, stabat Jeschua & clamabat: & dicebat, Si quis sitit, veniat ad me, & bibat.

38 Omnis qui credit in me, sicut dixerunt scripturę, flumina [11] aquarum descendent ex ventre ejus.

39 (Hoc autem dixit de Spiritu quē accepturi erant credentes in ipsum: nōdum enim [12] datus erat Spiritus, quia nondum glorificatus erat Jeschua.)

40 Multi autem ex turbis qui audierūt sermones ejus, dicebant, Hic verè est Propheta.

41 Alii dicebant, Hic est Christus: alii dicebant, Nunquid ex Galilæa venturus est Christus?

42 Nónne Scriptura dicit quòd ex semine David & ex Beth-lechem opido ipsius David, venturus est Christus?

43 Et factum est dissidium propter eum in turbis.

44 Et erant quidam ex eis qui volebāt apprehendere eum: sed nemo injecit super eum manus.

45 Et venerunt ministri illi ad summos Sacerdotes & Pharisæos, & dixerunt eis Sacerdotes, Quare non adduxistis eum?

46 Dicunt eis ministri, Nunquam sic loquutus est [13] filius hominis sicut loquitur hic homo.

47 Dicunt eis Pharisæi, Nunquid etiam vos errastis?

48 Num ulli ex principibus aut ex Pharisæis crediderunt in eum?

49 Sed populus hic, qui non novit Legem, maledicti sunt.

50 Dixit eis Nicadimus, unus ex eis, is qui venerat ad Jeschua nocte:

51 Nunquid Lex nostra condemnat filium hominis, nisi audierit ab eo priùs, & cognoverit quid fecerit?

52 Responderunt & dixerunt ei, Nunquid etiam tu ex Galilæa es? Scrutare, & vide quòd Propheta ex Galilæa non surrecturus sit.

37 [b c] *Ultimo autē die illo magno festi stetit Jesus, & clamavit, dicens, Si quis sitit, veniat ad me, & bibat.

38 *Qui credit in me, sicut [d] dixit Scriptura, flumina aquæ vivæ ex ventre ipsius fluent.

39 (Hoc autem dixit de * Spiritu illo quem accepturi erant credentes in eum. Nōdum enim erat [e] Spiritus sanctus, quia Jesus nondum erat glorificatus)

40 [f] Multi ergo e turba quū audissent hunc sermonem, dicebant, * Verè hic est Propheta [g] ille.

41 Alii dicebant, Hic est Christus ille. Quidam autem dicebant, [h] Num enim e Galilæa veniet ille Christus?

42 Nónne * Scriptura dicit, ex semine Davidis, & ex *vico* Beth-lehema ubi erat David, venturum illum Christum?

43 Dissidium ergo ortum est in turba propter eum.

44 Quidam autem ex ipsis volebant eum prehendere, sed nemo injecit in eum manus.

45 [i] Venerunt ergo ministri ad primarios sacerdotes & Pharisæos: qui dixerūt eis, Quare non adduxistis eum?

46 Responderunt ministri, Nunquam ita loquutus est homo ut homo iste.

47 Responderunt ergo eis Pharisæi, Num & vos seducti estis?

48 [k] Num quis ex primoribus credidit in eum, aut ex Pharisæis?

49 Sed turba hæc quæ non novit Legem, exsecrabilis est.

50 Dicit eis Nicodemus, * is qui venerat ad eum nocte, quum unus esset ex illis,

51 Num Lex nostra condemnat quempiam, nisi priùs ex ipso [l] audierit, & * cognoverit [m] quid faciat?

52 Responderunt & dixerūt ei, Num & tu Galilæus es? scrutare & scito ex Galilęa Prophetam non fuisse suscitatum.

53 [n] Et profectus est unusquisque domum suam.

[10] Licet hoc loco referre quæ in Talmud, tractatu de festo tabernaculorum, capit. חליל *Chalil*, sparsim scribuntur, ex quibus nō solùm intelligatur cur dies postremus illius festi, magnus dicatur, sed etiam qua ratione, ritus illius occasionem Christo dederit sub aquarum perēnium symbolo, populum cum clamore invitandi ad hauriēdam ex se, tamquam ex vero fonte, cælestē sapiētiam, & alia Spiritus sancti dona quæ ad regenerationē spectant. Hæc igitur sunt quæ illic traduntur: Licet omnes festi dies a Deo pręcepti, magni fuerint, præsertim verò illi in quibus convocatio sancta erat, ut primus & ultimus Paschatis, dies Pentecostes, buccinarum, expiationum, ac primus & ultimus tabernaculorum: tamen tabernaculorum ultimus singulari quadā ratione magnus dicitur, & in eo præ reliquis diebus populus Dei lætari jubetur. Quū enim Deus expressè Levit. 23. 40. præcepisset ut in festo tabernaculorum lætarētur Israēlitæ quamdiu illud duraret, eorum deinde antiquissimi doctores, imò ipsi Dei prophetæ Haggæus & Zacharias, Dei jussu, rationem præscribentes qua dies illi in lætitia traducendi essent, quædam constituerunt ut ultimo die agerentur quæ summā lætitiā populi declararent. Lustrationem enim quandam cum supplicatione indixerunt, in qua quotidie semel durante illo festo altare circuibant, palmas & ramos manu gestantes ac agitantes, subindēque clamantes, Hoschan-na, id est, Serva quæso. Unde etiam factum est ut dies illi singuli vocati sunt Hoschan-na (sicut Matthæi 21. 21. notavimus.) Ultimo verò die illius festi pro lætitię cumulo statuerunt Prophetæ illi ex ore Dei (ut in Talmud dicitur) ut septies lustrando circuiretur altare, (sicut olim sub Josua, quū per sex dies circumlustrassent mœnia Jericho quotidie semel, septimo die septies ea circumlustrare jussi sunt) & toties ingeminarent conceptas quasdam preces in quibus subinde voces illæ Hoschan-na & Hatzlicha na, id est, Salva quæso, Prosperari fac quæso, recurrebant. Unde factum est ut dies hic vocaretur Hoschan-na rabba, id est, Hoschan-na magnus. Quam appellationem Evangelista hic, ut in populo suó usitatā, retinuit. Scribitur præterea eodem tractatu, ex institutione horum prophetarum solitum fuisse populum eo die summa cum lætitia & pompa aquam haurire è fonte Schiloach ad radicem montis Tsion scaturiente, & eam in templum afferre ad sacerdotes, quam super altare cum vino libaminis effundebant. Et dū hauriretur, & afferretur ab haurientibus & attantibus, illud Isaiæ 12 3. decantabatur, Haurietis aquam cum gaudio è fonte salutis. Quin etiam persuasi erant Spiritum sanctum illum eorum gaudio, & vociferatione adeò delectari, ut provocaretur hac ratione ad ipsos gaudētes afflandum ut prophetarent: sicut Jouæ prophetæ contigisse affirmant, dum cum reliquis in festo tabernaculorum aquam illam exsultans hauriret. Ex his quis non videt Judæos spirituale gaudium, quod Lex jubebat in solēni tabernaculorū festo agitare, in magicam circulationem convertisse? atque, ad non minus ineptam quàm profanam superstitionem stabiliendam, & auctoritate & testimoniis prophetarum impiè abusos fuisse? ut insanam ipsorum vociferationem magno clamore à Christo Domino oportuerit coërceri, illōsque à terrestribus aquis ad cælestes & verè vivificas aquas revocari, finēmq; & usum illius festi, sicut & reliquarum omnium ceremoniarum, ad ipsum Christum, tamquam unicum scopum, referri? [11] F. al. aquæ vivæ. [12] F. recte suppletur, datus, quod non comparet in contextu Græco. Est autem ellipsis contrarii ex antecedente membro intelligenda, quòd accepturi essent pii Spiritum. Simile vide Luc. 22. 37. [13] F. id est, ullus, vel quisquam: Hebraismus.

[b] Duo sunt salutis nostræ capita: unum, ut vero summæ nostræ inopiæ sensu seriòtāgamur: alterum, ut in uno Christo per fidem apprehēso quæramus omniū bonorum copiam.

[c] Ultimus dies tabernaculorū, i. octavus, fuit æquè celebris atque primus.

* *Levit. 23. 36.*

* *Esa. 55. 1.*

[d] Locus non exstat ubi hæc ad verbum legantur: sed ex multis locis, ubi sparsim de donis Spiritus instar aquæ effundendis, ut Joëlis 2. Esa. 44. agitur, sumi videntur: maximè autē ex 55. cap. Esa.

* *Joël. 2. 28.*

Act. 2. 17.

[e] Quid nomine spiritus intelligat, paulò antè expressit, de Spiritu quē accepturi erāt credentes: Spiritus ergo nomine intelligēdæ sunt virtutes Spiritus sancti, quæ initio nascentis Ecclesiæ excellentes viguerunt, ut prædictum erat Joël. 2.

[f] 2. in ipsa Ecclesia de præcipuo capite religionis certatur: nec alii sunt crudeliores Christi hostes iis qui veritatis sedem occupant. Nō licet tamē eis quicquid libet.

* *Deut. 18. 15.*

[g] Non est otiosus articulus, & planè ostēdere viderut hic locus Judæos insignem aliquem prophetam exspectasse diversum à Messia. [h] Falluntur quòd Christum Galilæum faciunt. Sed unde hæc ignoratio nisi ex contemtu? * *Mich. 5. 2. Matt. 2. 5.* [i] 2. Deus è cælis irridet filii sui inimicos. [k] 2. Falsi pastores adeò sunt stolidi, ut ex multitudine & externo splendore Ecclesiam Dei æstiment. * *Supra 3. 2.* [l] Quid patrārit is videlicet qui defertur. * *Deut. 17. 8. & 19. 15.* [m] Hæc quoque formula loquendi petita est è medio. Neque enim Lex ipsa, sed judex cognoscit. [n] 2. Non est consilium contra Dominum.

CAPUT OCTAVUM.

[1] Mulieri in adulterio deprehensæ [11] condonantur peccata. [12] Christus Lux mundi. [19] Pharisæi quærunt ubi ipsius sit Pater. [39] Filii Abrahami. [42] Filii Dei. [44] Satan mendacis pater. [56] Abrahamus vidit diem Christi.

JEsus autem profectus est in montem Oleatum.

2 Et diluculò rursus adfuit in templo, & totus populus venit ad eum, & sedens docebat eos.

3 [a] Adducunt autem ad eum Scribæ & Pharisæi mulierem in adulterio deprehensam: & quum statuissent eam in medio,

4 Dicunt ei, Magister, hæc mulier deprehensa est in ipso facto, quum mœcharetur:

5 *In Lege verò Moses præcepit nobis ut tales lapidentur: tu ergo quid dicis?

6 Hoc autem dicebant tentantes eum, ut possent eum accusare. Iesus autem incurvatus deorsum, digito scribebat in terra.

7 [b] Quum autem perseverarent eũ interrogare, sese surrigẽs dixit ad eos, *Qui vestrũm immunis est a peccato, primus in eam jaciat lapidem.

8 Et rursum incurvatus deorsum, scribebat in terra.

9 Ipsi verò quum *hac* audivissent, & a conscientia redarguerentur, singulatim alius post alium exierant, initio facto a senioribus usque ad ultimos: & derelictus est solus Iesus, & mulier in medio stans.

10 [c] Iesus autem sese surrigens, & nemine conspecto præter mulierem, dixit ei, Mulier, ubi sunt illi tui accusatores? nemo te condemnavit?

11 Ipsa verò dixit, Nemo, Domine. Dixit autem ei Iesus, [d] Nec ego te cõdemno: vade, & ne deinceps pecca.

12 [e] Rursum ergo Iesus eis loquutus est, dicens, *Ego sum lux illa mundi: qui sequitur me, non ambulabit in tenebris, sed habebit lumen vitæ.

13 [f] Pharisæi igitur dixerunt ei, [g] Tu de teipso testaris, testimonium tuum non est firmum.

14 Respondit Iesus & dixit eis, *[h] Etiãsi ego testor de meipso, firmum est testimonium meum: quia scio unde venerim, & quò vadam: vos autem nescitis unde venerim, & quò vadam.

15 Vos secundùm carnem judicatis, ego [i] non judico quemquam.

16 Quòd si etiam judicarem ego, judicium meum firmum esset: quia solus non sum, sed ego & qui misit me Pater.

17 Sed & in Lege vestra scriptum est, *duorum hominum testimonium firmũ esse.

18 [k] Ego *ii* sum qui testor de meipso, & testatur de me qui misit me Pater.

19 [l] Dicebant ergo ei, Ubi est tuus ille Pater? Respondit Iesus, Neque me nõstis, neque Patrem meum: si me nossetis, Patrem quoque meum nossetis.

20 Hæc verba loquutus est Iesus in [m] gazophylacio, docens in templo: & nemo prehendit eum, [n] quia nondum venerat illa ipsius hora.

Deest hoc in loco in exempl. Syriaco historia Adulteræ undecim versiculis comprehensa.

12 Rursus autem loquutus est cum eis Ieschua, & dixit, Ego sum lux mundi: [1] qui post me venit, non ambulabit in tenebris, sed [2] inveniet sibi lumen vitæ.

13 Dixerunt ei Pharisæi, Tu de teipso testaris, testimonium tuum non est firmum.

14 Respondit Ieschua, & dixit eis, Etiãsi ego testor de meipso, verum est testimonium meum: quia scio unde venerim, & quò proficiscar: vos autem non novistis unde venerim, neque quo proficiscar.

15 Vos corporaliter judicatis: ego quẽquam non judico.

16 Etsi autem judicem, judicium meum verum est: quia non sum solus, sed ego & pater meus qui misit me.

17 Sed etiam in Lege vestra scriptum est quòd testimonium duorum hominũ verum est.

18 Ego sum qui testor de meipso: & Pater meus, qui misit me testatur de me.

19 Dicunt ei, Ubi est pater tuus? Respõdit Ieschua, & dixit eis, Neque me novistis, neque Patrem meum. si me nossetis, etiam Patrem meum nossetis.

20 Hos sermones loquutus est in [3] gazophylacio, docens in templo: & nemo apprehendit eum: nondum enim venerat hora ejus.

[a] 2. Mali bonis insidias nectentes, sibi ipsis laqueum nectunt.
*Levit. 20. 10.
[b] 2. In hypocritas qui plus quam severi aliorum censores suis vitiis indulgent.
*Deut. 17. 7.
[c] 2. Christus noluit civilis magistratus partes ad se trahere, contentus ad fidẽ & resipiscentiam peccatores adducere.
[d] Qui ex his colligunt non punienda esse adulteria, non minus sunt inepti quàm si dicerent dividendas non esse hæreditates, quoniam Christus noluit dividere, Luc. 12. 14.
[e] 2. Mundus natura cæcus nusquam nisi in solo Christo fit lucis compos.
*Sup. 1. 1. Infr. 9. 5.
[f] 2. Christus testis est veritatis omni exceptione major, ut qui ob hoc ipsum sit à Patre missus, & ab eodem infinitis miraculis mundo approbatus.
[g] De teipso testimoniũ dicis, quod communi opinione omnium improbatur: & propria prædicatio sordida perhibetur.
*Sup. 1. 11.
[h] Quod 5. capite 31. versu negarat, accipiendum est per concessionem. eo autem loco accõmodans sese auditoribus qui nihil in Christo præter humanitatem agnoscebant, permittebat suũ rejici testimoniũ, nisi alibinde cõfirmaretur. Hoc autẽ loco divinitatem suã asserit, ac Patrẽ testem laudat, sibi cõscientiẽtem. Perinde est igitur ac si diceret, solus hic videor, ideóque testimonium meũ non admitti, quum præsertim videar de meipso testari: at qui tres sumus. Nam ego veluti duplex sum, Deus videlicet & homo, & tamen unus. Itaque mihi Deo licet de me homine testari. sic unum testẽ habetis. Accedit demùm nos Patris testimonium admittere, quanto magis Patris ac Filii, qui nõ sunt homines, sed unus Deus? [i] Ego nunc simpliciter doceo, neminem condemno: tamen si id facere libeat, sanè pro meo jure faciam. Non enim solus sum, sed mecum est Pater. *Deut. 17. 6. & 19. 15. Matth. 18. 16. 1. Corinth. 13. 1. Hebr. 10. 28. [k] Apertè divinitas ab humanitate distinguitur, alioqui duo testes non essent, quum reus inter testes non numeretur. [l] 2. Nemo Deum nisi in Christo nosse potest. [m] Aliqua erat in templo regio conferendis oblationibus destinata. [n] 2. Dei non hominum arbitrio vivimus & morimur. Itaque illud unum superest, ut nostro munere constanter defungamur.

[1] Ad verb. qui sequitur me. Hebraism.
[2] 2. i. consequetur & obtinebit maximo bono suo, ad illustrationem sui & vitam æternam. Hebraism.
[3] Ad verb. In domo vel loco gazæ. Id est, thesauri, ut in Luc. 21. 1.

21 Dixit eis rursus Jeschua, Ego vado, & quæretis me: & moriemini in peccatis vestris, & quò ego vado non potestis venire.

22 Dicunt Judæi, Numquid seipsum interfecturus est, quia dixit, Quò ego vado, vos non potestis venire?

23 Et dixit eis, Vos [4]ex infernis estis, & ego ex supernis sum: vos ex hoc estis mũdo, ego non sum ex hoc mundo.

24 Dixi vobis quòd moriemini in peccatis vestris. nisi enim credideritis quòd [5] ego sum, moriemini in peccatis vestris.

25 Dicunt Judæi, Tu quis es? Dixit eis Jeschua, [6] Etiam quem incepi ut loquerer vobiscum.

26 Multum est mihi de vobis dicendũ & judicandum: sed is qui misit me, verax est: & ego ea quæ audivi ab eo, hæc ipse loquor in mundo.

27 Et non cognoverunt quòd de Patre loqueretur eis.

28 Dixit eis rursus Jeschua. Quũ exaltaveritis Filium hominis, tunc cognoscetis, quòd ego sum, & aliquid voluntate propria non facio, sed sicut docuit me Pater meus, sic loquor.

29 Et qui misit me, mecum est: nec reliquit me solum Pater meus, quia id quod placet ei, facio omni tempore.

30 Et quum hæc loqueretur, multi crediderunt in eum.

31 Et dixit Jeschua illis Judæis qui crediderunt in eum, Si vos manseritis in sermone meo, verè discipuli mei estis.

32 Et cognoscetis veritatem, & ipsa veritas liberos faciet vos.

33 Dicunt ei, Semen sumus Abrahami, & nunquam servitutem servivimus: quo modo dicis tu, Eritis filii libertatis?

34 Dixit eis Jeschua, Ammin ammin dico vobis, quòd quisquis facit peccatum, servus est peccati.

35 Et servus non manet in æternum in domo: filius autem in æternum manet.

36 Si fiat igitur ut filius liberos vos faciat, verè eritis [7] filii libertatis.

37 Scio quòd semẽ estis Abrahami: sed quæritis interficere me, quia sermoni meo non acquiescitis.

38 Ego id quod vidi apud Patrem, loquor: & vos id quod vidistis apud patrẽ vestrum, facitis.

39 Responderunt, ac dixerunt ei, Pater noster Abraham est. Dixit eis, Si filii essetis Abraham, opera Abrahami faceretis.

40 Nunc autem, ecce, quæritis interficere me, hominem qui veritatem loquutus sum vobiscum, eam quã audivi a Deo. Hoc Abraham non fecit.

41 Vos autem facitis opera patris vestri. Dicunt ei, Nos ex scortatione non sumus. unus Pater est nobis, Deus.

42 Dixit eis Jeschua, Si Deus esset Pater vester, amantes essetis mei: ego enim a Deo exivi & veni: & nequaquam ex voluntate propria veni, sed ipse misit me.

43 Propter quid sermonem meum nõ agnoscitis? Quia non potestis audire

[4] Ad verb. Ex eo quod infrà (subaudi Est) estis.

[5] i. subsisto in meipso, & per me, ut vera lux mũdi illuminans omnẽ hominem, suprà versu 12. atque huc spectat altera illa Christi respõsio, sequente versu, & ℣. 28.

[6] Id est, Etiamnum me eum esse dico quẽ ab initio apud vos me esse professus sum.

[7] i. libertate præditi, ut paulò antè.

21 [o] Dixit ergo iterum eis Jesus, Ego vado, & quæretis me, & in hoc peccato vestro moriemini. quò ego vado, vos non potestis venire.

22 Dicebãt ergo Judæi, Nũ interimet seipsum, qui dicat, Quò ego vado, vos nõ potestis venire?

23 Tunc dixit eis, Vos infernè estis, ego sum supernè: vos ex hoc mundo estis, ego non sum ex hoc mundo:

24 Ideò vobis dixi, vos morituros in peccatis vestris. Nam nisi credideritis me *eum* esse, moriemini in peccatis vestris.

25 [p] Dixerunt ergo ei, Tu quis es? Tum dixit eis Jesus, [q] *Id* quod a principio dico vobis.

26 [r] Multa habeo quæ de vobis loquar ac judicem: sed qui me misit, verax est: & ego quæ audivi ab eo, hæc loquor mundo.

27 Non cognoverunt se de Patre *hæc* ipsis dicere.

28 [s] Dixit ergo eis Jesus, Quum sustuleritis Filium hominis, tũc agnoscetis me eũ esse, & a meipso nihil facere, sed prout docuit me Pater hæc loqui.

29 Nam qui me misit, mecum est. non reliquit me solum Pater, quia ego quæ placent ipsi facio semper.

30 Hæc illo loquente multi crediderũt in eum.

31 [t] Dicebat ergo Jesus iis Judæis qui crediderant ipsi, Si vos manseritis in sermone meo, verè discipuli mei eritis.

32 Et cognoscetis Veritatem, & Veritas vos [v] in libertatem vindicabit.

33 [x] Responderunt ei, [y] Semen Abrahami sumus, neque cuiquam servivimus unquam: quomodo tu dicis, vos in libertatem vindicabimini?

34 Respõdit eis Jesus, Amen amen dico vobis, quisquis operam dat peccato, *servus est peccati.

35 Servus autem non manet in domo perpetuò: filius manet perpetuò.

36 Itaq; si vos Filius in libertatem vindicârit, verè liberi eritis.

37 [z] Scio vos semen Abrahami esse, sed studetis me interimere, quia sermo ille meus non habet locum apud vos.

38 Ego loquor quod vidi apud Patrem meum, & vos facitis quod vidistis apud Patrem vestrum.

39 Responderunt & dixerunt ei, Pater noster Abrahamus est. Dicit eis Jesus, Si filii Abrahami essetis, opera Abrahami faceretis.

40 Nunc autem studetis me interimere, hominem qui veritatem vobis loquutus sum, quam audivi a Deo: hoc Abrahamus non fecit.

41 Vos facitis opera patris vestri. Itaque dixerunt ei, Nos ex scortatione non sumus geniti: unũ patrem habemus, *nempe* Deum.

42 Dixit ergo eis Jesus, Si Deus pater vester esset, diligeretis me: ego enim a Deo prodii & adsum. nec enim a meipso veni, sed ille me misit.

43 Quare [a] loquelam istam meam non agnoscitis? *nempe* quoniam non potestis audire

[o] 8. Quoniam homines natura à rebus cælestibus abhorrent, nemo est idoneus Christo discipulus, nisi quẽ Spiritus Dei formavit. Interea tamen mundo oblatam vitam repudianti, necessariò peteundum etit.

[p] 8. Is demum quis sit Christus cognoscet, qui attẽtè audiet quid loquatur.

[q] i. Sum Christus & Salvator: illud enim est quod à principio dixi vobis me esse.

[r] 8. Deus contemtæ Christi doctrinæ vindex.

[s] 8. Ipse quoq; Christi cõtemtus cedit ejus gloriæ: quod tandem ejus hostes maximo suo malò sentient.

[t] 8. Veri discipuli Christi in ejusdẽ sermone perseverãt, ut magis ac magis in cognitione veritatis proficiẽtes a durissima peccati servitute in veram libertatem justitiæ & vitæ asserantur.

[v] A servitute peccati.

[x] Quidam de multitudine, non illi scilicet qui crediderant: adversantium enim nõ assentientium ista est oratio.

[y] Procreati ab Abrahamo.

*Rom. 6. 20. 2. Pet. 2. 19.

[z] 8. omnes natura planè diabolica prædito nasci declarant scelerati ipsorum mores. Immutantur autem, & secundùm fœdus cum Abrahamo sanctum, in Dei familiam adscisciuntur in uno Christo per fidem apprehenso: quæ quidem fides ex verè sancta & honesta vita dignoscitur.

[a] i. Idioma, sive etiam linguam. quasi dicat, Nõ magis quod dico intelligitis, quàm si ignota & peregrina lingua vobiscũ loqueret.

audire sermonem meum.

44 * Vos ex patre diabolo estis, & cupiditates patris vestri vultis exsequi. Ille [b] fuit homicida a principio, & in [c] veritate non perstitit: non est enim veritas in eo. Quotiescumq; loquitur mendacium, [d] de suo loquitur, quia mendax est, & [e] pater ille mendacii.

45 *Vos* autem, quia ego veritatem dico, non creditis mihi.

46 [f] Quis ex vobis arguit me de peccato? si veritatem dico, quare vos non creditis mihi?

47 * Qui ex Deo est, verba Dei audit: propterea vos non auditis, quia ex Deo non estis.

48 Responderunt ergo Judæi & dixerũt ei, Nonne bene dicimus te Samaritanum esse, & dæmonium habere?

49 Respondit Jesus, ego dæmoniũ non habeo, sed honoro patrem meum, & vos contumelia afficitis me.

50 [g] Ego verò non quæro gloriã meam: [h] est qui quærat & judicet.

51 [i] Amen amen dico vobis: siquis sermonem meũ observaverit, mortem [k] non conspiciet in æternum.

52 [l] Dixerunt ergo ei Judæi, Nunc agnovimus te dæmonium habere. Abrahamus mortuus est, & Prophetæ: & tu dicis, Si quis sermonem meum servaverit, non gustabit mortem in æternum?

53 Num tu major es patre illo nostro Abrahamo, qui mortuus est? etiam Prophetæ mortui sunt: quem tu teipsum facis?

54 [m] Respondit Jesus, Si ego glorifico meipsum, [n] gloria mea nihil est: Pater ille meus, is est qui glorificat me, quem vos dicitis Deum vestrum esse.

55 [o] Sed non nostis eum: ego verò ipsum novi: & si dixero ipsum mihi non esse notum, ero similis vestri, *id est*, mendax: sed eum novi, & sermonem ejus observo.

56 [p] Abrahamus pater ille vester [q] gestivit videre diem [r] istum meum. & vidit, ac gavisus est.

57 Dixerunt igitur ei Judæi, Quinquaginta annos nondum habes, & Abrahamum vidisti?

58 Dixit eis Jesus, Amen amen dico vobis, priusquam Abrahamus existeret, [s] ego sum.

59 [t] Sustulerunt ergo lapides ut jacerent in eum: Jesus autem occultavit se, & exivit e templo, quum transivisset per medios ipsos: & ita præteriit.

*1. Joh. 3. 8.

[b] Initio mundi conditi: nã protinùs atq; homo cõditus fuit, à diabolo præcipitatus fuit in mortẽ.

[c] In fidelitate & integritate, id est, non servavit suam originem, Jud. 6.

[d] Ex suo unius instinctu, & ex suo proprio ingenio.

[e] Auctor.

[f] B. Christus munere sibi cõmisso à Patre, omni ex parte est perfunctus.

*1. Joh. 4. 6.

[g] B. Christi hostes ad tẽpus quidem lasciviunt, sed pater suo tempore apparebit, contumeliarum sibi in Filii persona illatarum vindex.

[h] i. Qui contemtũ mei, aut sui potiùs vindicet.

[i] B. Sola Evãgelii doctrina per fidem apprehensa, certũ est adversus mortẽ remedium.

[k] Non sentiet. in media enim morte fideles vitam vident.

[l] B. In eos qui sanctorũ splẽdore abutuntur, ut Christi gloriam obscurent.

[m] B. Christo nihil magis alienum ab omni ambitione, sed eũ supra omnia extulit Pater.

[n] Concessione: q. d. Sit sanè prædicatio de me mea, quem vos cõtemnitis, nullius momenti: at est alius qui me glorificat, id est, qui celebrat nomen meum.

[o] B. Nulla est Dei extra Christum, nec Christi extra ipsius verbum legitima cognitio.

[p] B. Christi virtus præcedentibus etiam omnibus seculis, sese in patribus exeruit, ut qui eum venturum, in promissionibus viderint, & summo cum gaudio viva fide apprehenderint. [q] Summo affectus fuit desiderio. [r] Dies alicujus, Hebr. nihil autẽ aliud declarat quàm spatium quo vixerit aliquis, aut insigne quidpiam ipsi vel facere vel ferre contigerit. Dies ergo. Domini nihil aliud significat quàm ipsius adventum in carnem. Vidit enim eum eminùs Abraham, fidei scientia tandem in apertam rabiem exit, nec tamen licet malis quicquid libet.

sermonem meum.

44 Vos ex patre [8] accusatore illo estis, & desiderium patris vestri vultis facere, [9] quia a principio homicida est, & in veritate non stetit, quia veritas non est in eo: & quando loquitur mendacium, de suo loquitur: quia mendax est, etiam pater ipsius *mendacii*.

45 Ego autem quia veritatem dico, nõ creditis mihi.

46 Quis ex vobis arguit me de peccato? Et si veritatem dico, vos quare non creditis mihi?

47 Qui ex Deo est, sermones Dei audit: propter hoc vos non auditis quia non estis ex Deo.

48 Responderunt Judæi, & dixerũt ei, Nonne bene dicimus nos quòd Samaritanus es, & dæmonium est tibi?

49 Dixit eis Jeschua, Mihi dæmonium non est, sed Patrem meum honoro, & vos ignominia afficitis me.

50 Ego autem non quero gloriã meam: est ille qui quærit & judicat.

51 Ammin ammin dico vobis, quòd siquis sermones meos servat, mortem [10] nõ videbit in æternum.

52 Dicunt ei Judęi, Nũc novimus quòd dæmoniũ sit tibi. Abraham mortuus est, & Prophetæ, & tu dicis, Qui sermones meos servat, mortem non gustabit in æternum.

53 Numquid tu major es quàm pater noster Abrahã, qui mortuus est? & quàm Prophetæ, qui mortui sunt? Quem facis tu teipsum?

54 Dixit eis Jeschua, Si ego glorifico meipsum, gloria mea non est quicquam: est Pater meus qui glorificat me, ille de quo dicitis vos, Deus noster est.

55 Et non novistis eum: ego autem novi eum: & si dicerem quòd non novi eũ, essem mẽdax, similis vobis: sed novi eum, & sermones ejus servo.

56 Abraham pater vester cupiebat videre diem meum: & vidit, & gavisus est.

57 Dicunt ei Judæi, Hactenus [11] natus quinquaginta annos non es, & Abraham vidisti?

58 Dixit eis Jeschua, Ammin ammin dico vobis quòd ante quàm fieret Abrahã, ego sum.

59 Et tulerunt lapides ut lapidarent eũ. & Jeschua occultavit se, & egressus est e templo, & transivit inter eos: & abiit.

[8] Diabolum intelligit, quẽ sæpe Paraphrastes hoc epitheto notat. Vide Matth. 41.

[9] F. vel. Is est qui inde à principio, &c. nova inchoãte sententia.

[10] i. Non experietur. Hebraismus. idem significat quod paulo post sequitur, Mortẽ non gustabit in æternum. F. sumta utraque translatio à sensibus.

[11] Ad verb. Filius quinquaginta annorũ, Hebraismus tritus.

CAPUT NONUM.

[1] *Christus cæci nati oculos Sabbatho aperit:* [13] *quem, quum diu contra Pharisæos disputasset,* [22.35] *e Synagoga ejectum,* [38] *Christus æternæ lucis cognitione donat.*

PRætergrediens [a] autem vidit quemdam cæcum a nativitate:

ET quum transiret, vidit hominẽ cæcum a ventre matris suæ.

[a] B. Omnium quidem etiam corporis malorum prima est origo peccatum: nec tamen consequitur semper à Deo respici peccata eorum, quos durissimis etiam flagellis cædit.

2 Et interrogaverunt discipuli ejus, & dixerunt, Domine noster, quisnam peccavit, hic an parentes ejus, ut cæcus nasceretur?

3 Dixit eis Jeschua, Nec ipse peccavit, nec parentes ejus: sed [1] ut conspicerentur in eo opera Dei.

4 Me oportet operari opera ejus qui misit me, dum dies est. vẽtura est nox qua quis non potest operari.

5 Quamdiu in mundo sum, lux sum mundi.

6 Et quando dixisset hæc, spuit super terram, & subegit lutum *factum* ex sputo suo, & illevit super oculos illius cæci.

7 Et dixit ei, Abi, *&* ablue in lavacro Schiloah. Et abiens lavit, & venit videns.

8 Vicini autem ejus & ii quibus visus fuerat priùs quòd mendicus esset, dicebant. Nónne hic est ille qui sedebat, & mendicabat?

9 Erãt qui dicebant, Is est. Et erant qui dicebant, Non: sed [2] prorsus similis est ei. Ipse autem dicebat, Ego is sum.

10 Dicunt ei, Quomodo aperti sunt oculi tui?

11 Respondit, & dixit eis, Quidam, cujus nomen est Jeschua, fecit lutum, & illevit super oculos meos, & dixit mihi, Abi, ablue te in aquis Schilucha. Et abiens ablui: & visus restitutus est mihi.

12 Dicunt ei, Ubi est ille? Dixit eis, Non novi.

13 Et adduxerũt illum qui ab initio cæcus fuerat ad Pharisæos.

14 Erat autem Sabbathum, quum faceret lutum Jeschua, & aperiret ei oculos ejus.

15 Et rursus interrogaverunt eum Pharisæi, Quomodo visus restitutus est tibi? Ille autem dixit eis, Lutum posuit super oculos meos, & ablui: & visus restitutus est mihi.

16 Et dixerunt aliqui ex Pharisæis, Iste homo nequaquam ex Deo est, qui Sabbathum non servat. Alii autem dicebant, Quomodo potest homo peccator hęc signa facere? Et [3] dissidium erat inter eos.

17 Dicunt rursus illi cæco, Tu quid dicis de eo quòd aperuit tibi oculos tuos? Dixit eis, Dico quòd Propheta est.

18 Non autem credebant de eo Judæi quòd cæcus fuisset, & videret, usquequo vocârunt parentes ejus qui videbat:

19 Et interrogaverunt eos, Num hic est filius vester quem vos dicitis quòd cæcus natus est? Quomodo jam videt?

20 Responderunt autem parentes ejus, & dixerunt, Novimus quòd hic est filius noster, & quòd cæcus natus est:

21 Quomodo autem jam videat, aut quisnam aperuerit ei oculos ejus, nõ novimus. etiam ipse progressus est in annis suis, ipsum interrogate, ipse pro seipso loquetur.

22 Hæc dixerunt parentes ejus, quia timebant a Judæis. Statuerant enim Judæi quòd si quis confiteretur eum quòd Christus esset, ejicerent eum ex synagoga.

[1] F. Nempe cæcus natus est providentia Dei. Ellipsis supplenda ex præcedẽte vetsu. vide in Matthæ. 26. 56.

[2] Ad verbum, Assimilando assimilatur ei, geminatio emphatica ex Hebræo idiotismo.

[3] F. vel disciduũ: hoc enim propriè respõdet voci *ἀφορισμὸς*, & est Latinis auribus frequentissimũ. sic infrà 10. 19.

2 Et interrogaverũt eum discipuli ejus, dicentes, Rabbi, quis peccavit, iste, an parentes ejus, ut cæcus nasceretur?

3 Respondit Jesus, [b] Neque iste peccavit, neq; parentes ejus, *ut cæcus nasceretur*: sed *cæcus natus est* ut opera Dei manifesta fierent in eo.

4 [c] Oportet me vacare operibus ejus qui misit me, [d] donec dies est: veniet nox quum nemo potest operari.

5 Quamdiu fuero in mundo, *Lux sum mundi.

6 [e] Hoc quum dixisset, spuit humi, & fecit lutum ex sputo, & illevit lutum oculis cæci illius:

7 Dixitque ei, Vade, ablue *oculos* in piscina [f] Siloam, quod est, si interpreteris, Missus. Abiit ergo, & abluit *oculos*, rediitq; videns.

8 [g] Vicini ergo, & qui priùs conspexerant eum cæcũ esse, dicebant, Nónne hic est qui sedebat & mendicabat?

9 Alii dicebant, Certè hic est: alii verò, Certè similis est ei. Ille *verò* dicebat, Certè ego *is* sum.

10 Dixerunt ergo ei, Quomodo aperti sunt tibi oculi?

11 Respondit ille, & dixit, Quidam qui dicitur Jesus, lutum fecit, & inunxit oculos meos, & dixit mihi, Vade ad piscinam Siloam & ablue *oculos*. Ut autem abii, & ablui *oculos*, vidi.

12 Dixerunt ergo ei, Ubi est ille? Ait, Nescio.

13 Adducunt eum ad Pharisæos, eum *inquam* qui olim cæcus fuerat.

14 Erat autem Sabbathum quum lutũ faceret Jesus, & aperiret oculos ejus.

15 Rursus ergo interrogârunt eum etiam Pharisæi quomodo videndi facultatem esset adeptus. Ille verò dixit eis, Lutũ imposuit oculis meis, & ablui *oculos*, & video.

16 [h] Dicebant ergo ex Pharisæis quidã, Homo iste non est a Deo: nam Sabbathũ non observat. Alii dicebant, Quomodo potest quispiam peccator talia signa edere? Et dissidium erat inter eos.

17 Rursus dicunt cæco, Tu quid dicis de ipso, quòd aperuit oculos tuos? Ille autem dixit, Certè Propheta est.

18 Non crediderunt ergo Judæi de eo quòd cæcus fuisset, & videndi facultatem esset adeptus, usquequo vocârunt ejus parentes, ejus *inquam* qui videdi facultatem fuerat adeptus:

19 Et interrogaverũt eos, dicentes, Hiccine est filius ille vester, quem vos dicitis cæcum natum esse? quomodo ergo nunc videt?

20 Responderunt eis parentes ejus & dixerunt, Scimus hunc esse filium illum nostrum, & cæcum natum esse:

21 Quomodo verò nunc videat, nescimus: aut quis ejus aperuerit oculos, nos nescimus: ipse ætatem habet, ipsum interrogate, ipse de se loquetur.

22 Hæc dixerunt parentes ejus, quòd metuerent Judæos: jam enim constituerant Judæi ut siquis eum profiteretur esse Christum, synagoga moveretur.

[b] Disputat ex hypothesi discipulorũ, qui præsupponunt morbos nõ nisi propter peccata immitti. respondet ergo Christus aliã fuisse causam cæcitatis, nimirum ut divinum opus cõspiceretur.

[c] B. Christi opera sunt instar lucis mundi tenebras illustrantis.

[d] Dies & nox metaphoricè pro luce, id est, illustri doctrina veritatis cælestis, & tenebris in ejusdẽ doctrinæ obscuratione.

* *Suprà 1. 9. & 8. 12.*

Infra 12. 35, 46.

[e] B. Christus adhibito luti ac deinde fontis Siloam (i. Missi) symbolo, cæcum natum sanãs, declarat, sicut ipse initio hominem cõdidit, ita etiam se demùm ejusdẽ tum corporis, tũ multo magis animæ instauratorem esse, & ita quidem ut ultrò ad nos sanandos prior accurrat.

[f] Siloam fons erat ad radices mõtis Siõ, qui non jugibus aquis, sed incertis horis diebũsq; ebulliebat, & per terrarum concava & antra saxi durissimi cum magno sonitu veniebat. vide Hieronym. lib. 3. comment. in Esa. cap. 8. Interpretatio autem vocis cõsultò ab Evãgelista additur, quia fons ille tẽplo vicinus quotidiè Judæos adventuri Christi monebat, quem tamen sibi oblatum aspernati sunt.

[g] B. Vera imago omniũ hominum, qui ut natura cæci sunt, oblatam sibi lucem nec admittũt ipsi, nec in aliis ferunt, & tamen miris modis inter se tumultuantur.

[h] B. Nullius rei prætextu acriùs quàm religionis, oppugnatur religio: sed ea quo magis premitur, eo magis assurgit.

23 Propterea parentes ejus dixerunt, Ætatem habet, ipsum interrogate.

24 Secundò ergo vocârunt hominem qui fuerat cæcus, & dixerunt ei, [i] Tribue gloriam Deo: nos hunc hominem scimus [k] peccatorem esse.

25 Respōdit igitur ille & dixit, An peccator sit, nescio: unum scio, me quum cæcus fuerim, nunc videre.

26 Dixerunt autem ei rursus, Quid fecit tibi? quomodo aperuit oculos tuos?

27 Respondit eis, Iam vobis dixi, & nō audivistis: cur iterum vultis audire? num & vos fieri vultis ipsius discipuli?

28 [l] Itaque conviciati sunt ei, & dixerunt, Tu discipulus illius es: nos autē Mosis discipuli sumus.

29 Nos scimus Deum esse loquutū Mosi: hic autem unde sit nescimus.

30 Respondit ille, & dixit eis, At enim istud mirum est, quòd vos nesciatis unde sit, & *tamen* aperuit meos oculos.

31 Scimus autem quòd Deus peccatores non audiat: sed siquis Dei cultor est, & facit quod ille vult, *ille* hunc audit.

32 Ab seculo non est auditum aliquem aperuisse oculos ejus qui cæcus natus fuerit.

33 Nisi esset hic a Deo, non posset *tale* quicquam facere.

34 Responderunt & dixerunt ei, [m] Tu in peccatis natus es totus, & tu doces nos? Et ejecerunt eum foras.

35 [n] Audivit Iesus eum ejectum foras: & eum nactus, dixit ei, Tú *ne* credis in Filium Dei?

36 Respondit ille & dixit, Quis est, Domine, ut credam in eum?

37 Dixit autem ei Iesus, Et vidisti eum, & is est qui loquitur tecum.

38 At ille ait, Credo, Domine. Et adoravit eum.

39 [o] Et dixit Iesus, * [p] Ad judiciū *exercendum* ego in hunc mundum veni: ut [q] qui non vident, videant, & qui vident, cæci fiant.

40 Audierunt autem hæc quidam ex Pharisæis qui cum ipso erant, & dixerunt ei, Num & nos cæci sumus?

41 Dixit eis Iesus, Si cæci essetis, non haberetis peccatum, nunc verò dicitis, Videmus: itaque peccatum vestrum manet.

23 Propter hoc dixerunt parentes ejus, Progressus est in annis suis, ipsum interrogate.

24 Et vocaverunt illum hominem secunda vice, illum *inquam* qui fuerat cæcus: & dixerunt ei, Da gloriam Deo, nos enim novimus quòd hic homo peccator est.

25 Respondit ille, & dixit eis, An peccator sit nescio: unum autem scio, quòd cæcus eram, & jam ecce, video.

26 Dicunt ei iterū, Quid fecit tibi? quomodo aperuit tibi oculos tuos?

27 Dixit eis, Dixi vobis, & non audivistis: quid vultis vos audire? Nunquid etiā vos discipuli vultis fieri ei?

28 Illi autem maledicta conjecerunt in eum, & dixerunt ei, Tu es discipulus illius: nos enim discipuli sumus Musche.

29 Et novimus quòd cū Musche Deus loquutus est: hunc autem non novimus unde sit.

30 Respondit ille homo, & dixit eis, In hoc est ergo mirandum, quòd vos nō nostis unde sit, & [4] oculos meos aperuit.

31 Novimus autem quòd Deus vocem peccatoris non exaudit: sed eum qui [5] reveretur se, & facit voluntatem ejus, illum ipse exaudit.

32 A seculo non fuit auditum quòd aperuerit quis oculos cæci nati.

33 Si ex Deo non esset hic, non potuisset facere hæc.

34 Respōderunt & dixerunt ei, Tu totus in peccatis natus es, & tu doces nos? Et ejecerunt eum foras.

35 Et audivit Ieschua quòd ejecissent eū foras: & invenit eum, ac dixit ei, Tu credis in Filium Dei?

36 Respondit ille qui sanatus est, & dixit, Quis est ille, Domine mi, ut credam in eum?

37 Dixit ei Ieschua, Vidisti eū: & is qui loquitur tecum, ipse est.

38 Ille autem dixit, Credo, domine mi. Et procidens adoravit eum.

39 Et dixit Ieschua, Ad judicium mūdi hujus veni, ut ii qui non vident, videant: & qui vident cæci fiant.

40 Et audiverunt *quidam* ex Pharisæis illis qui cum eo erant, ista: & dixerunt ei, Nunquid etiam nos cæci sumus?

41 Dixit eis Ieschua, Si cæci essetis, non esset vobis peccatum: nunc verò vos dicitis, Videmus: propter hoc peccatum vestrum [6] firmum est.

[i] Solēnis formula, qua olim quis adigebatur ad culpam corā Deo agnoscēdam, velut si dictū fuisset, Cogita te coram Deo esse, qui rem totā novit. reverere igitur ipsius majestatem, & hūc illi honorē habe, & palā fateri rem totā malis, quàm coram eo mēciri. Sic Iosuæ 7.29.

[k] Hebræis peccator dicitur homo impius, & qui peccandi velut artem factitat.

[l] B. Necesse est tandem erumpat superba impietas, frustrà sub pietatis zelo delitescens.

[m] A prima origine es scelerātus, quod Latini dicunt, totus quantus es, nihil nisi peccatum es.

[n] B. Fœlicissima est eorum cōditio qui ab impiis (etiam nomine Ecclesiæ superbientibus) quàm lōgissimè extruduntur, ut Christus eo propiùs ad ipsos accedat.

[o] B. Christus Evangelii prædicatione quosvis suarū tenebrarū sibi conscios verè illustrat: eos verò qui sibi videntur oculati, penitùs excæcat: quales sunt etiam sæpe qui primū in Ecclesia locum obtinent.

*Sup. 3.17. infr. 12.47.

[p] Cum summo imperio ac auctoritate ut statuā quod justum ac æquū est: quasi dicat, Isti pro arbitrio suo sibi arrogant populi Dei administrationem, quasi soli omnia videant. At ego longè aliter exercebo jurisdictionem meam, quàm isti soleant: nam quos isti pro cæcis habent, eos luce donabo, istos autem qui se solos acutissimos esse putant, in profundissimas ignorantiæ tenebras demergam.

[q] In cæcorum & videntium nomine est ironia: loquitur enim ex Pharisæorum hypothesi, qui se videre, alios cæcutire judicabant.

[4] F. al. oculos meos, meos inquam, aperuit.

[5] Ad verbum, Qui timet ab eo. Hebraism.

[6] F. l. perstat & permanet immotum in vobis.

CAPUT DECIMUM.

[1] Pharisæos Christus pastores malos, [8] se verò multis argumentis [11.14] bonum comprobat. [19] Dissidium propterea oritur. [31] Lapides tollentium, [39] & prehendere cupientium manus evadit.

AMen [a] amen dico vobis, qui nō ingreditur per ostium in caulā oviū, sed ascendit aliunde, ille fur est & latro.

2 Qui verò ingreditur per ostium, pastor est ovium.

3 Huic aperit [b] janitor, & oves vocem

AMmin ammin dico vobis, quòd qui non ingreditur per ostium in caulam ovium, sed ascendit [1] ex loco alio, ille fur est & latro.

2 Ille autem qui ingreditur per ostium, pastor est ovium.

3 Et huic custos ostii aperit ostium: &

[a] B. Quum per unum Christum pateat nobis ad Patrē aditus, nec alii ulli sint veri pastores, quàm qui ad Christum primi accedentes, alios eò etiam adducunt: nec aliud verum ovile censendum quàm quod ad Christum aggregatur.

[b] Loquitur ex illorum temporum more, quo solebant servum aliquem habere perpetuò ad fores assidentem.

[1] F. Id est, à loco, vel per locum aliū. Hebraismus, quē sequens demonstrat antithesis.

oves aud

oves audiunt vocem ejus, & oves suas vocat nominibus suis, & exire facit eas.

4 Et quum exire fecerit gregem suum, ante eum vadit: & oves ejus [2] abeunt post eum, quia norunt vocem ejus.

5 Post alienum autem nō abeunt oves, sed fugiunt ab eo: quia non norunt vocem alieni.

6 Hanc parabolam dixit eis Jeschua: Ipsi autem non cognoverunt quid loqueretur cum ipsis.

7 Dixit autem eis rursus Jeschua, Ammin ammin dico vobis quòd ego sum ostium ovium.

8 Et [3] omnes qui venerunt, fures sunt & latrones: sed non audit eos grex.

9 Ego sum ostium, & per me siquis ingrediatur, vivet, & ingredietur & egredietur, & pascua inveniet.

10 Fur non venit nisi ut furetur, & occidat, & perdat: ego veni ut vita sit eis, & id quod amplius est, fiat eis.

11 Ego sum pastor bonus: & pastor bonus [4] animam suam ponit pro ovibus suis.

12 Mercenarius autem, quia non est pastor, neque ejus sunt oves, quum videt lupum venientem relinquit oves, & fugit: & veniens lupus rapit & dispergit gregem.

13 Mercenarius autem fugit, quia mercenarius est, neque cura est ei de ovibus.

14 Ego sum pastor bonus, & cognosco meas, & cognoscor a meis.

15 Sicut novit me Pater meus, & ego novi Patrem meum, & animam meā pono pro ovibus.

16 Sunt autem mihi etiam oves aliæ quæ non fuerunt ex caula hac: atq; etiam eas oportet me adducere: & audient vocem meam: fiétque totus grex unus, & unus pastor.

17 Propter hoc Pater meus diligit me, quia ego pono [5] animam meam ut rursus sumam eam.

18 Nemo tollit eam a me, sed ego pono eam ex voluntate mea. Potestatem enim habeo ut ponam eam, & potestaté habeo ut rursus sumam eam: quia hoc mādatum accepi a Patre meo.

19 Et factum est rursus dissidium inter Judæos propter sermones hos.

20 Et dicebant multi ex eis, Dæmonium est ei, & [6] omnino insanit: quid auditis eum?

21 Alii autem dicebant, Hi sermones nō sunt dæmoniaci: num dæmonium potest oculos cæci aperire?

22 [7] Fiebat autem festum dedicationis

[2] 1. Sequuntur eum. Hebraismus, vt seq. versu.

[3] Hic, sicut in plerisq; etiam Græcis codicibus, deest particula, Ante me. Cæterùm ex cōtextu satis liquet Christum non excludere à legitima vocatione, nisi quos sibi opponit, tanquam fures & latrones, qui per ipsum in gregem non sunt ingressi, sed à Satana & propria ambitione impulsi sese ingesserunt.

[4] 1. Vitā suam. Hebraismus.

[5] 1. Vitam meā. Hebraismus, quem observavi antè.

[6] Ad verbum, Insaniēdo insanit. Auxesis Hebraica passim observata.

[7] 1. Renovabatur memoria dedicationis tēpli quæ contigit sub Juda Macbæo, & cōmemoratur in 1. Macb. ca. 4. quod tum circumstantia temporis tum etiam ipsa dedicationis institutio ostendit. Nam licet Scripturæ aliatum dedicationū mentionem faciāt (videlicet dedicationis tabernaculi in deserto, Num. 7. & dedicationis templi Salomonis, 2. Paralip. 7.) de neutra tamen legitur fuisse institutum ut ejus memoria quotannis renovaretur. & præterea, neutra hyeme cōtigit: sed tabernaculi quidem ineunte vere, eo mense quo Pascha celebratur: templi verò, sub Salomone, ante hyemem, mēse septimo, ante festum tabernaculorum. At Macbæorum dedicatio & contigit die 25. mensis noni respondentis partim Novembri partim Decēbri, & ut eodem tēpore recurrentibus annis in perpetuū ab ipso Juda Macbæo & suæ ætatis sapientibus per octidiuum celebraretur, institutū fuisse scribitur in Talmud. tractatu מגלת וחנכה id est, De ritibus servandis circa lectionem libelli Esther in die sortium, & De ritibus festi dedicationis: ubi etiam causa quoque instituti festi adscribitur his verbis, בבית שני כשמלכו יון גזרו גזרות על ישראל ובטלו דתם ולא הניחו אותם לעסוק בתורה ובמצות ופשטו ידם במטונם ובבנותיהם ונכנסו להיכל ופרצו בו פרצות וטימאו הטהרות וצר להם לישראל מאוד מפניהם ולחצום לחץ גדול עד שרחם עליהם אלהי אבותינו והושיעם מידם והצילם ונגברו בני חשמונאי הכהנים הגדולים והרגום וחושיעו ישראל מידם והעמידו מלך מן הכהנים וחזרה המלכות לישראל יותר על מאתים שנים עד החרבן השני וכשנכנסו ישראל על אויביהם ואבדום בכ״ה בחודש כסלו והיה ונכנסו להיכל ולא מצאו שמן טהור במקדש אלא פך אחד ולא היה בו להדליק אלא יום אחד בלבד והדליקו ממנו נרות המערכה שמונה ימים עד שכתשו זיתים והוציאו שמן טהור ומפני זה התקינו חכמים שבאותן חדר שיהיו שמונת ימים חאלו שתחלתם חמשה ועשרים בכסליו ימי שמחה והלל ומדליקין בהם הנרות בערב על פתחי הבתים בכל לילה ולילה משמונת הללו להראות הנס וימים אלו הם הנקראין חנכה וחן אסורין בהספד ותענית בימי הפורים והדלקת הנרות בהם

ejus audiunt: & suas oves vocat nominatim, & educit eas.

4 Quúmque suas oves emiserit, antegreditur eas: & oves eum sequuntur, quia norunt vocem ejus.

5 Alienum autem neqúaquam sequentur, sed fugient ab eo: quia non norunt vocem alienorum.

6 Hanc [c] similitudinem dixit eis Jesus. Illi verò non cognoverunt quænam illa essent quæ loquebatur eis.

7 Jesus ergo rursum dixit eis, Amen amen dico vobis, ego sum ostium illud ovium.

8 [d e] Quotquot antè me venerunt, fures sunt & latrones: sed oves non auscultārunt eos.

9 [f] Ego sum illud ostium: per me siquis introierit, servabitur: & [g] ingredietur & egredietur, & pascua inveniet.

10 Fur non venit nisi ut furetur, & mactet ac perdat *oves*: ego veni ut [h] vitam habeant, & abundent.

11 [i] * Ego sum pastor ille bonus: bonus pastor animam suam deponit pro ovibus.

12 Mercenarius autem, & qui non est pastor, cujus non sunt oves propriæ, spectans lupum venientem, [k] relinquit oves, & fugit: lupus autem eas rapit & dispergit ovile.

13 Mercenarius autem fugit, quia mercenarius est, & non est illi cura ovium.

14 Ego sum pastor ille bonus, & agnosco meas, & agnoscor a meis.

15 Prout [l] novit me Pater, *ita* & ego novi Patrem, & animam meam depono pro ovibus.

16 [m] Alias etiam oves habeo quæ non sunt ex hac caula: illas quoque oportet me adducere: nam vocem meam audient: * [n] fiétque unus grex, & unus pastor.

17 [o] Propterea Pater me diligit, quia * ego [p] depono animā meam ut eam rursus assumam.

18 [q] Nemo tollit eam a me, sed ego depono eam per meipsum: auctoritatem habeo deponendi eam, & auctoritatem habeo rursus eam assumendi. * Hoc præceptum accepi a Patre meo.

19 [r] Dissidium igitur rursum ortum est inter Judæos propter istos sermones.

20 Dicebant autem multi eorum, Dæmonium habet, & insanit, quid eum auditis?

21 Alii dicebant, Hæc verba non sunt dæmoniaci: num dæmonium potest cæcorum oculos aperire?

22 * Facta sunt autem [s] Encænia Hieroso-

[c] Evangelista parœmiæ utitur nomine. Est autem parœmia, oratio obscurior, & quasi deflexa à communi itinere.

[d] 2. Nihil refertquàm multi, vel quàm pridē fuerint falsi doctores.

[e] Hæc universalis nota accommodanda est ad id de quo agitur. Quum itaquē dicat se esse ostium, fures vocat & latrones omnes eos qui sibi nomē ostii vindicārunt, quod nō pertinet ad ullum Prophetarum, qui omnes ovibus Christum tāquam ostium indicārunt.

[f] 2. Christus verè unicus Pastor est Ecclesiæ, & ea demū vera est Ecclesia, quæ hunc unum propriè pastorē agnoscit. Huic autē opponuntur fures, qui oves non pascunt, sed jugulant: itémque mercenarii, qui quum sui tantùm cōmodi spe circumque gregē pascant, in periculis eū deserunt.

[g] 1. Securus vitā ager. Hebr. Deuter. 29. 16. Est tamen peculiaris allusio ad pastorū officium.

[h] Æternam.

[i] Nam do animam meā pro ovibus meis.

* *Esa. 40. 11. Ezech. 34. 23.*

[k] Quia non est illi cura oviū.

[l] Diligit, approbat, gratū sibi ac cōjunctissimum habet.

[m] 3. Gentium vocatio.

* *Ezech. 37. 22.*

[n] Judiciū Ecclesiæ catholicæ in toto orbe terrarum, quæ caput unum habet, & solum Christū custodem pastorémque unicum.

[o] 3. Christus ex Patris decreto unicus veræ Ecclesiæ pastor, ut qui ultrò vitam pro ovibus suis exposuerit, & ita quidem ut eadem sua virtute revixerit. * *Esa. 53. 7.*

[p] Utitur præsenti tempore, quia tota Christi vita, fuit quasi mors perpetua.

[q] Nō tantùm ergo homines necis potestatem in se habere negat nisi quatenus permiserit, sed à qualibet vi necessitatis se eximit. * *Act. 1. 20.*

[r] 3. Evangeliū detegit hypocrisin, ideóque necesse est mundum ad ejus exortum tumultuari. * *1. Mac. 4. 59.*

[s] Sacer apud Judæos hic dies erat ob memoriam instauratæ templi post diutinam in Perside captivitatem. Imo verò nō unius diei, sed octo dierum hoc festum erat, nec institutum in memoriam reditus ex Babylonia, quæ & ipsa distincta est à Perside) sed à Juda Maccabæo quō pulso Antiochi præsidio templum ac cultum Dei instaurasset, Vide 1. Maccab. 4. 59.

solymis, & hyems erat.

23 [t] Et ambulabat Iesus in tẽplo in porticu Solomonis.

24 Cinxerunt igitur eum Iudæi, & dixerunt ei, Quousque animam nostram [v] suspendis? si tu es Christus ille, dic nobis [x] apertè.

25 [y] Respondit eis Iesus, Dixi vobis, nec creditis: opera quæ ego facio in nomine Patris mei, hæc testantur de me.

26 [z] Sed vos non creditis: non enim [a] estis ex ovibus illis meis, sicut dixi vobis.

27 Oves illæ meæ vocem meam audiunt, & ego eas agnosco, & sequuntur me:

28 Et ego vitam æternam do eis, nec peribunt in æternum, neque rapiet eas quisquam e manu mea.

29 Pater ille meus, qui mihi dedit eas, major omnibus est: neque quisquam potest eas eripere e manu Patris mei.

30 Ego & pater unum sumus.

31 [b] Sustulerunt ergo rursum lapides Iudæi ut eum lapidarent.

32 Respondit eis Iesus, Multa bona opera ostendi vobis ex [c] Patre meo: propter quod illorum operum me lapidatis?

33 Responderunt ei Iudæi, dicentes, Ob bonum opus non lapidamus te, sed ob blasphemiam, id est, quia tu, homo quum sis, facis teipsum Deum.

34 Respondit eis Iesus, Nónne scriptũ est in Lege vestra, *[d] Ego dixi, Dii estis?

35 Si illos dixit deos ad quos sermo Dei factus est, & non potest [e] solvi Scriptura:

36 *Méne*, quẽ Pater sanctificavit & misit in mũdum, vos dicitis blasphemare, quia dixi, Filius Dei sum?

37 Si non facio opera patris mei, nolite credere mihi.

38 Sin verò *illa* facio, etiamsi mihi non credatis, operibus *tamen* credite: ut cognoscatis & credatis Patrem in me esse, & me in eo.

39 [f] Rursus ergo studebant eum prehendere: sed exivit ex eorum manu.

40 Abiitq; rursus ad trajectum Iordanis, in eum locum ubi primùm fuerat Iohannes quum baptizaret, mansitq; illic.

41 Multi autem veniebant ad eum, & dicebant, Iohannes quidem signum nullum edidit: quæcumque autem de isto dixit, vera erant.

42 Et multi illic crediderunt in eum.

[t] B. Incredulí & arrogantes homines tenebras in doctrinam Evangelii rejiciunt, quas in suis animis circumferunt.

[v] Suspensam atque anxiam tenes.

[x] Apertè & sermone minimè ambiguo.

[y] B. Evangelii doctrina duplici testimonio cælitùs cõfirmatur, ipsa videlicet doctrinæ puritate, & adjunctis miraculis.

[z] B. Non mirũ est paucos credere, quum omnes suapte natura sint indomitę bestię. Habet tamen suos Dominus quos in oves commutatos, & Filio suo cõmissos, adversus omnium feratũ truculentiam conservat.

[a] Causam affert cur non credunt, scilicet quia non sunt ex ovibus.

[b] B. Christus dignitatẽ suã ex operibus planè divinis asserit.

[c] Patris mei auctoritate & potẽtia fretus.

* Psal. 82. 6.

[d] Testimoniũ quod citat Christus, in Psal. 82. 6. habetur, ubi expostulat Deus cum regibus terræ qui imperio & potẽtia, quam à Deo acceperant, abuterẽtur. Hoc Christus ad præsentem causam accommodat, quòd Deorum nomine ornẽtur qui ad regendum mundum sint ministri. Eadem ratione & Angelos Scriptura Deos appellat, quia per illos Dei gloria mundum irradiat.

[e] id est, Violari, aut irrita fieri.

[f] B. Christus vitat periculum, non diffidentia, nec mortis metu, nec otium captans, sed ut alibi Ecclesiam colligat.

in Urischelem, & hyems erat.

23 Et ambulabat Ieschua in templo in [8] porticu Schelimun.

24 Et circumdederunt eum Iudæi, & dicunt ei, Usquequo [9] tollis tu animam nostram? Si tu es Christus, dic nobis manifestè.

25 Respondit Ieschua, & dixit eis, Dixi vobis, & non creditis: & opera quæ ego facio in nomine Patris mei, hæc testantur de me.

26 Sed vos non creditis: quia non estis ex ovibus meis, sicut dixi vobis.

27 Oves meæ vocem meam audiunt, & ego novi eas: & ipsæ [10] veniunt post me:

28 Ac ego do eis vitam quæ est in æternum: neque peribunt in æternum: neque quisquam rapiet eas e manibus meis.

29 Pater enim meus, qui dedit *eas* mihi, omnibus major est, neque quisquam potest *aliquid* e manibus Patris mei rapere.

30 Ego & [11] Pater unum sumus.

31 Et tulerunt rursus Iudæi lapides ut lapidarent eum.

32 Dixit eis Ieschua, Multa opera bona ex Patre meo ostendi vobis: propterquod opus ex illis lapidatis me?

33 Dicũt ei Iudæi, Nequaquam propter opera bona lapidamus te: sed propterea quòd blasphemas: & quum sis filius hominis, facis teipsum Deum.

34 Dixit eis Ieschua, Nónne ita scriptum est in Lege vestra, Ego dixi quòd dii estis?

35 Si eos dixit deos, quia ad eos factus est sermo Dei, neque potest Scriptura solvi:

36 Ei quem Pater sanctificavit, & misit in mundum, vos dicitis, Tu blasphemas, propterea quòd dixi vobis, Filius sum Dei.

37 Et, si non facio opera Patris mei, nõ credatis mihi:

38 Si verò facio, etiamsi mihi non credatis, ipsis operibus credite: ut sciatis & credatis quòd Pater meus est in me, & ego in Patre meo.

39 Et quærebant rursus ut apprehenderent eum: & exivit [12] e medio manuum illorum.

40 Et abiit [13] in oppositam ripam Iurdanis, in locum ubi fuerat Iuchannan ab initio, quum baptizaret: & [14] mansit ibi.

41 Et venerunt homines multi ad eum, & dicebant, Iuchannan ne unum quidem signũ fecit: quicquid autem dixit Iuchannan de homine hoc, verum est.

42 Et multi crediderunt in eum.

מצוה מדברי
סופרים
נקריארת
חמגלרה:

quorum verborũ sensum, ut linguæ Hebraæ ignaris consulerem, subjungere libuit. In domo secũda, quum Græci regnarẽt, statuerunt decreta contra Israëlitas, & abolevérunt legem eorũ, nec permiserunt eos exerceri in Lege & in præceptis. Extenderunt quoq; manum suam in facultates eorum, & in filias eorum: & ingressi sunt in templũ, & multas in eo fecerunt ruinas, ac polluerunt quæ mũda erãt. angustiaq; maxima affecti sunt Israëlitæ ab illis: & oppresserunt eos oppressione maxima: donec misereretur illorũ Deus patrum ipsorũ, & servaret eos è manu illorum, ac eriperet eos: siue prævaluerint Machæi sacerdotes magni, ac interfecerint illos, servaverintque Israëlitas e manu eorum, ac cõstituerint regẽ ex sacerdotibus illis, & restitutũ sit regnum Israëli per spatiũ ampliùs quàm ducentorum annorum, usque ad ruinã domus secundæ. Porrò quũ prevalerent Israëlitæ adversus inimicos suos, & perderent eos, vigesima quinta dies erat mẽsis Kisleu, qua ingressi sunt in templum, & non invenerunt oleum mũdum in sanctuario, excepta lenticula quadam in qua non plus erat olei quàm quod sufficeret ad lucernas templi accendendas uno tãtùm die: ex quo oleo accenderunt ordine dispositas lucernas, quæ durárunt octo dies, donec contudissent olivas, & mũdum oleum expressissent. Et hanc ob causam statuerunt sapientes illius seculi ut recurrẽtibus annis, octo illi dies, quorũ principium est à 25. Kisleu, essent dies lætitiæ & laudum: accẽderentq; in eis lucernas vespere in portis domorũ singuli singulis noctibus durante illo octiduo, ad hujus miraculi declarationẽ. Et hi sunt dies qui vocantur dedicationis: prohibitũmq; est in eis lamentari & jejunare, ut die sortium (quo scilicet renovatur memoria irriti consilii Haman, & liberationis Israëlitarum sub Assuero.) Et lucernarum accẽsio in illo octiduo, res est præcepta disertis Legisperitorum verbis, sicut lectio voluminis Esther præcepta est. Hæc fusiùs scripsi, nõ ut tædio afficerem lectorem, sed tantùm ut ostenderem de quo festo Evangelista intelligat, & cujus causa illud institutum fuerit.

[8] i. Ædificata ad ejus instar quam olim Salomon ædificaverat, 1. Reg. 8. 3. & 2. Paralip. 3. 3.

[9] F. vel circumducis, retines circumagendo atq; remoraris.

[10] i. Sequuntur me.

[11] F. Syrè, & Pater meus.

[12] Ad verb. De inter manus illorum, ut Galli *D'entre leurs mains*.

[13] Ad verb. In transitu Jordanis, Hebraism.

[14] F. Syrè, fuit.

CAPUT UNDECIMUM.

[1] *Christus ostensurus se esse* [25] *vitam & resurrectionem,* [14] *Lazarum mortuum,* [17.34] *& sepultum,* [43] *resuscitat.* [47] *Consultantibus pontificibus* [49] *Caiaphas* [50] *unum pro multis occidendum prædicit.* [56.57] *Præcipiunt ut ubi fuerit prehendatur.*

Erat

ERat autem quidam qui infirmus erat, Laazar ex Beth-Ania pago, frater Mariam & Marthæ.

2 (Mariam autem, est illa quæ unxit unguento pedes Ieschua, & extersit capillis suis, frater *inquam* erat hujus Laazar qui [1] infirmabatur.

3 Et miserunt ambæ sorores ejus ad Ieschua, & dicunt, Domine noster, ecce, is quem diligis, infirmatur.

4 Ieschua autem dixit, Hæc infirmitas nō est mortis, sed [2] pro gloria Dei, ut glorificetur Filius Dei propter eam.

5 Diligebat autē ipse Ieschua Martham & Mariam & Laazar.

6 Et quum audivisset quòd infirmaretur, mansit in loco ubi erat, duobus diebus.

7 Et posteà dixit discipulis suis, Venite, eamus rursus in Iudæam.

8 Dicunt ei discipuli ejus, Domine noster, nunc Iudæi quærebant lapidare te, & rursus abis tu illuc?

9 Dixit eis Ieschua, Nónne duodecim horę sunt in die? Et siquis ambulat in die, non impingit: quia videt lucem mundi hujus.

10 Siquis autem in nocte ambulaverit, impingit: eo quòd lux non est in eo.

11 Hęc dixit Ieschua: & posteà dixit eis, Laazar amicus noster dormit: sed ibo ut expergefaciam eum.

12 Dicunt ei discipuli ejus, Domine noster, si dormit, sanus fit.

13 Ipse autem Ieschua dixerat de morte ejus: & illi putaverunt quòd de dormitione ipsa somni loqueretur.

14 Tunc dixit eis Ieschua expressè, Laazar [3] mortuus est.

15 Et gaudeo quòd non fui illic, propter vos, ut credatis: sed ambulate illuc.

16 Dixit Thauma, qui dicitur Gemellus, discipulis sociis suis, Eamus etiā nos, moriamur cum eo.

17 Et venit Ieschua in Beth-Aniam: & invenit quòd quartus erat ei dies quo erat in loco sepulcri.

18 (Erat autem Beth-Ania juxta Urischelem, dissita ab ea quasi stadiis quindecim.)

19 Et multi ex Iudæis venerāt ad Martham & Mariam ut [4] loquerentur cum corde earum, propter fratrem earum.

20 Martha autem quū audivisset quòd Ieschua veniret, exivit in occursum ejus: Mariam verò domi sedebat.

21 Et dixit Martha Ieschua, Domine mi, si hic fuisses, non fuisset mortuus frater meus.

22 Sed etiam nunc scio quòd quantum petieris à Deo, dabit tibi.

23 Dixit ei Ieschua, Surrecturus est frater tuus.

24 Dixit ei Martha, Scio quòd surrecturus est in [5] consolatione, in die ultimo.

25 Dixit ei Ieschua, ego sum consolatio & vita: & is qui credit in me, etiam si mortuus fuerit, vivet:

26 Et omnis qui vivit, & credit in me,

[1] F. Syrè, infirmus erat, thoro detinebatur, ut sequente versu.

[2] F. nempe est, ex præcedente mēbro, vel obvenit, aut si quid aliud ejusmodi. Ellipsis, de qua in Matt. 26. 56.

[3] F. Syrè, mortuus est sibi. Pleonasmus, de quo in Mar. 4. 10.

[4] i. Consolarentur eas de morte fratris, & acerbitatem animi earum delenirēt. Phrasis est Hebręa, quam habes Genes. 34. 3. Hos. 2. 14. & Isaiæ 40. 2.

[5] Diem resumtionis corporum & generalis resurrectionis, diem consolationis vocat: quia complementum afferet gaudii electorum. Vide Luc. 21. 28. & Rom. 8. 15.

ERat autem [a] infirmus quidam *nomine* Lazarus, a Bethania ex [b] vico Mariæ & Marthæ sororis ipsius.

2 (*Maria autem ea erat quæ unxit Dominum unguento, & extersit pedes ejus capillis suis: cujus frater Lazarus infirmus erat.)

3 Miserunt ergo sorores ejus ad ipsum, dicentes, Domine, ecce, *ν* quem amas, est infirmus.

4 Iesus autem *hoc* audito, dixit, Hęc infirmitas non est *immissa* [c] ad mortem, sed pro Dei gloria, ut per eum *morbum* glorificetur Filius Dei.

5 Diligebat autem Iesus Martham, & sororem ejus, & Lazarum.

6 [d] Ut ergo audivit *illum* ægrotare, tum quidem mansit duos dies in eo loco ubi erat:

7 Deinde posteà dixit discipulis, Eamus in Iudæam rursus.

8 [e] Dicunt ei discipuli, Rabbi, modò studebant te Iudæi lapidare, & rursum illuc abis?

9 Respondit Iesus, [f] Nónne duodecim sunt horæ diei? si quis ambulet interdiu, non impingit: quia lucem huius mundi cernit:

10 Siquis autem ambulet nocte, impingit: quia lux ei non adest.

11 Hæc ait: & posteà dixit eis, Lazarus, amicus ille noster, [g] dormit: sed proficiscor ut a somno excitem eum.

12 Dixerunt ergo discipuli ejus, Domine, si dormit, servabitur.

13 Hoc autem dixerat Iesus de ipsius morte: at illi putârunt eum de dormitione somni dicere.

14 Tunc ergo Iesus dixit eis apertè, Lazarus mortuus est.

15 Et gaudeo propter vos (ut credatis) me illic non fuisse. sed eamus ad eum.

16 Dixit autem Thomas qui dicitur Didymus, condiscipulis, Eamus & nos, ut moriamur cum eo.

17 Venit ergo Iesus, & invenit eum quartum jam diem in monumento agere.

18 Erat autem Bethania propè Hierosolymam ferè stadiis quindecim:

19 [h] Multique ex Iudæis venerant ad Martham & Mariam, & eas quæ cum ipsis erant, ut consolarentur eas de fratre suo.

20 Martha ergo ut audivit Iesum venire, occurrit ei: Maria verò domi sedebat.

21 Dixit autem Martha Iesu, Domine, si fuisses hic, frater meus non fuisset mortuus:

22 Sed & nunc scio fore ut quæcumq; petieris a Deo, det tibi.

23 Dicit ei Iesus, [i] Resurget frater tuus.

24 Dicit ei Martha, Scio resurrecturū *in resurrectione ultimo illo die.

25 Dixit ei Iesus, Ego sum resurrectio & vita: * qui credit in me, etiāsi mortuus fuerit, vivet:

26 Et quisquis vivit, & credit in me, nō

[a] B. Christus putridum amici cadaver vitę restituens, insigne tū summæ potentiæ, tum maximæ in homines benevolentiæ exemplum edit, quod sit futuræ resurrectionis imago.

[b] Ubi habitabant ipsius sorores.

*Mat. 26. 7. Inf. 12. 3.

[c] Ad verb. ad morte, i. ideò immissus, ut ipsum perimat.

[d] B. Quòd Deus interdum videtur in nobis juvandis cunctator, & suæ gloriæ & nostræ saluti consulit, ut rerum exitus probat.

[e] B. Hoc unum est tutum & rectum iter vitæ, Deum vocantem & nobis in hujus mundi tenebris prelucentem, intrepidè sequi.

[f] His verbis docemur, quotiēs homo propriis consiliis sine Dei vocatione se permittit, totam ejus vitam nihil quàm vagum & erroneum esse cursum: & qui maximè sibi sapere videntur, ubi os Dei nō interrogāt, ac spiritum ejus non habent actionū omniū præsidem: cæcos esse in tenebris palpantes. unam hanc esse rectam viam, si vocationi divinæ pręeuntē semper habeam Deū.

[g] Hebræi mortē somni mollione vocabulo indicaverūt, inde cœmiterium, i. dormitoriū, ubi corpora resurrectionem exspectantia quiescunt.

[h] B. Naturales affectus nō damnat Deus naturæ opifex; sed ad fidei regulam exigendos docet.

[i] Resurgere propriè rursus surgere significat: in sermone autem Ecclesiastico pro vitæ recuperatione sumi solet, ut dormitio pro morte.

*Sup. 5. 29. Luc. 14. 14.

*Sup. 6. 55.

morietur in æternum. Credis hoc?

27 Ait illi, Etiam Domine, ego credo te esse Christum illum Filium illum Dei, qui in mundum venturus erat.

28 Et quum hæc dixisset, abiit, & clàm vocavit Mariam sororem suam, dicens, Magister adest, & te vocat.

29 Illa ut audivit, surgit citò, & venit ad eum.

30 (Nondum autem venerat Jesus in vicum: sed erat in eo loco ubi occurrerat ei Martha)

31 Judæi ergo qui domi erant cum ea, & consolabantur eam, quũ vidissent Mariam citò surrexisse, & exiisse, sequuti sunt eam, dicentes, Certè abit ad monumentũ, ut illic fleat.

32 Maria verò quum venisset eò ubi erat Jesus, viso eo, accidit ad ejus pedes, dicens ei, Domine si fuisses hîc, nõ esset mortuus frater meus.

33 [k] Jesus autem ut vidit eam flentem, & Judæos, qui unà venerant cum ea, flentes, [l] infremuit spiritu, & turbavit seipsum.

34 Et dixit, Ubi posuistis eum? Dicunt ei, Domine, veni & vide.

35 Lacrymatus est Jesus.

36 Dixerunt ergo Judæi, Ecce quomodo amabat eum.

37 Quidam autem ex ipsis dixerunt, Nõ poterat hic *qui aperuit oculos cæci, facere ut & iste non moreretur?

38 Jesus ergo rursum fremens apud semetipsum, venit ad monumentum. erat autem spelunca, & lapis erat ei impositus.

39 Ait Jesus, Tollite lapidem. Dicit ei Martha, soror ejus qui mortuus fuerat, Domine, jam olet: quatuor enim dierum est.

40 Dicit ei Jesus, Nónne dixi tibi, fore, si credideris, ut videas gloriam Dei?

41 Sustulerunt ergo lapidem *e loco* ubi mortuus ille fuerat positus. Jesus autem sustulit sursum oculos, & dixit, Pater, gratias ago tibi quòd me audieris.

42 Ego verò sciebam me semper a te audiri: sed propter turbam circumstantem *hoc* dixi, ut credant me a te missum esse.

43 Et quum hæc dixisset, clamavit voce magna, Lazare, adesdum foras.

44 Tum qui fuerat mortuus, prodiit pedes & manus vinctus fasciis, vultus autem ejus sudario erat obvinctus. Dicit eis Jesus, Solvite eum, & sinite abire.

45 Multi ergo ex Judæis qui venerant ad Mariam, & spectarant quæ fecerat Jesus, crediderunt in eum.

46 [m] Quidam autem ex eis abierunt ad Pharisæos, & dixerunt eis quæ fecerat Jesus.

47 Coëgerunt ergo primarii Sacerdotes & Pharisæi [n] concilium, & dicebant, Quid agemus? nam hic homo multa signa edit.

48 Si omittamus eum ita, omnes ei credent: veniéntque Romani, & [o] dele-

[k] B. Christus unà cum carne nostra, humanos etiam omnes affectus (absque peccato tamẽ) & quidem in primis misericordiã, assumsit.

[l] Vehementissimæ cõmotionis indicia, sed absque peccato: hæ autẽ affectiones humanæ naturæ propriæ fuerunt.

*Sup. 9. 6.

[m] B. Ferreæ cõtumaciæ hic est postremus exitus, ut apertum bellum Deo indicat, nec tamen desinat tum pietatis tum publici boni studium obtendere.

[n] Synedrii nomine utitur Johannes, quod Judæi Sanhedrin vocãtunt.

[o] Ad ver. tollent, id est, vi eripient. Nam erat adhuc quædam tunc administratio in populo Judaico, Pontificia admodum labefactata atque diminuta.

in æternum nõ morietur. Credis tu hoc?

27 Dixit ei, Etiam Domine mi, ego credo quòd tu es Christus, Filius Dei, qui venturus erat in mundum.

28 Et quum dixisset hæc, abiens vocavit Mariam sororem suam clàm: & dixit ei, Dominus noster venit, & vocat te.

29 Et Mariam, quum audivit, surrexit citò, & veniebat ad eum.

30 Ipse autẽ Jeschua nondũ venerat ad pagum, sed in eo ipso loco erat ubi occurrerat ei Martha.

31 Porrò illi etiam Judæi qui erant cum ea in domo, qui consolabantur eam, quum viderunt Mariam quòd citò surgens egressa esset, [6] abiverunt post eam. putabant enim quòd ad sepulcrum iret ad flendum.

32 Ipsa verò Mariam quum venisset eò ubi erat Jeschua, & videret eum, procidit ad pedes ejus, & dixit ei, Si hîc fuisses Domine mi, non mortuus fuisset frater meus.

33 Jeschua autem quum vidisset quòd fleret, & Judæos illos qui venerant cum ea, quòd flerent, [7] vehementer commotus est in spiritu suo, & turbavit seipsum.

34 Ac dixit, Ubi posuistis eum? & dicũt ei, Domine noster veni, vide.

35 Et veniebant lacrymæ Jeschua:

36 Et dicebant Judæi, Videte quantùm diligebat eum.

37 Quidam autem ex eis dixerunt, Non poterat hic qui aperuit oculos illius cæci, facere ut etiam hic non moreretur?

38 Jeschua autem, quum vehementer commotus esset intra seipsum, venit ad locum sepulcri. Et ille locus sepulcri erat spelunca: & lapis positus erat ad ostium ejus.

39 Et dixit Jeschua, Tollite lapidem hunc. Dixit ei Martha soror illius mortui, Domine mi, jam fœtet, quatuor enim ei sunt dies.

40 Dixit ei Jeschua, Nónne dixi tibi quòd si credideris, visura sis gloriam Dei?

41 Et tulerunt lapidem illum. Et ipse Jeschua sustulit oculos suos sursum, ac dixit, Pater, gratias ago tibi quòd exaudisti me:

42 Et ego novi quòd omni tempore exaudis me: sed propter turbam hãc quæ adstat, dixi hæc, ut credant quòd tu misseris me.

43 Et quũ dixisset hæc, clamavit voce elata, Laazar, veni foras.

44 Et egressus est ille mortuus, quũ essent ligatæ manus ejus & pedes ejus fasciis, & facies ejus sudario. Dixit eis Jeschua, Solvite eum, & sinite abeat.

45 Et multi ex Judæis qui venerant ad Mariam, quũ vidissent id quod fecit Jeschua, crediderunt in eum.

46 Et quidam ex eis abierũt ad Pharisæos, & dixerunt eis quicquid fecisset Jeschua.

47 Et congregati sunt summi sacerdotes & Pharisæi, ac dicebant, Quid faciemus? quia hic homo signa multa facit.

48 Et si sinamus eum ita, omnes homines credituri sunt in eum, & venturi sunt

[6] i. Sequuti sunt eam.

[7] אתעו Eodẽ sensu legitur infr. 13. 21.

Romani

Romani ablaturi locum nostrum & gentem nostram.

49 Unus autem ex eis, cujus nomen Cajapha, princeps sacerdotum erat illius anni, & dixit eis, Vos nescitis quicquam:

50 Neque cogitatis quòd expedit nobis ut unus homo moriatur pro populo, & non universus populus pereat.

51 Hoc autem ex voluntate sua ipsius non dicebat: sed quia princeps Sacerdotum erat illius anni, prophetavit quòd futurum esset ut Jeschua moreretur [8] pro populo.

52 Et non tantùm pro populo, sed ut etiam filios Dei dispersos congregaret in unum.

53 Et ab eo die cogitabant ut interficerent eum.

54 Ipse autem Jeschua non ambulabat manifestè inter Judæos: sed abiit inde in locum qui est propinquus deserto, in opidũ quod vocatur Ephrim: & illic versabatur cum discipulis suis.

55 Propinquum autem erat Petscha Judæorum. Et ascenderunt multi ex pagis ad Urischelem ante festum, ut purificarẽt seipsos:

56 Et quærebant Jeschua, ac dicebant unus cũ alio in templo, Quid putatis vos? quòd non sit venturus ad festum?

57 Summi autem Sacerdotes & Pharisæi præceperant ut si quis sciret ubi esset declararet eis, ut apprehenderent eũ.

[8] F. vel pro populo ipso, ut sequente vers.

bunt tum locum nostrum, tum gentem.

49 [p] Unus autẽ ex ipsis, Caiaphas, Pontifex maximus anni illius, dixit eis, Vos nihil scitis:

50 *Nec cogitatis conducere nobis [q] ut unus homo moriatur pro populo, & tota gens non pereat.

51 [r] Hoc autem ex semetipso non dixit: sed quum esset Pontifex maximus anni illius, prophetavit fore ut Jesus pro gente moreretur:

52 Nec tantùm pro ea gente, sed ut etiam filios Dei [s] dispersos congregaret in unum.

53 [t] Ab illo ergo die, consultabant unà ut interimerent eum.

54 Jesus ergo palàm ampliùs non ambulabat inter Judæos: sed abiit illinc in regionem quæ est prope desertum: in urbem quæ dicitur Ephraim: & illic commorabatur cum discipulis suis.

55 Propè autem erat Pascha Judęorum: & ascenderunt multi Hierosolymam ex illa regione ante Pascha, ut purificarent se.

56 Quærebant ergo Jesum, & loquebantur alii cum aliis in templo stantes, Quid videtur vobis *an* venturus non est ad festum.

57 Dederant autem primarii Sacerdotes, & Pharisæi præceptum, ut siquis nosset ubi esset, indicaret, ut prehenderent eum.

[p] B. Insanlens falsæ Ecclesiæ cœtus, statuit se salvum esse non posse nisi eo sublato per quem unum Ecclesia subsistit: nec aliter etiam in humanis negotiis judicat carnis prudẽtia, quæ a vertiginis spiritu regitur.

*Infr. 18. 14.

[q] B. Fuit tunc quasi bilinguis Caiaphas. Impium enim & crudele necandi Christi consilũ, quod in animo cõceptũ habebat, evomuit. Deus verò linguam ejus aliò flexit, ut sub ambiguis verbis vaticinium simul proferret. voluit autem Deus ex sede pontificia manare cęleste oraculum, quominus esset excusationis Judæis.

[r] B. Christus impiorum etiam linguas sic interdum flectit, ut male dicendo benedicant.

[s] Quia non erant ut Judæi in una regione coacti: sed ab Oriente ad Occidentem hinc & inde colligendi.

[t] B. Cedendum quidem impiorum furori quum sic expedit, ita tamen ut a Dei vocatione minimè recedamus.

CAPUT DUODECIMUM.

[2] Christo apud Lazarum cœnanti [3] pedes ungit Maria. [5] Accusatur a Juda. [7] a Christo defenditur. [10] Sacerdotes Lazarum sublatum cupiunt. [12] Christo Jerosolymam venienti [18] obviam itur. [20] Græci eum videre cupiunt. [42] Principes credentes in eum & non confitentes ob metum, [44] ad fidem hortatur.

IEschua autem [1] sex dies Petschatis venit in Beth-Aniam, ubi erat Laazar ille quem excitaverat [2] a mortuis ipse Jeschua.

2 Et fecerũt ei illic cœnam: & Martha ministrabat, & Laazar unus ex accũbentibus erat qui erant cum eo.

3 Mariam autem tulit alabastrũ unguenti nardi præstantis multi pretii, & unxit pedes Jeschua, & extersit crinibus suis pedes ejus: & impleta est domus ex odore unguenti illius.

4 Et dixit Jihuda Secarjuta unus ex discipulis ejus, is qui proditurus erat eum,

5 Quare non erat venditũ unguentum hoc trecentis [3] denariis, & datum pauperibus?

6 Hoc autem dixit, nequaquam propterea quòd [4] propter pauperes solicitudo erat ei, sed eo quòd fur erat, & marsupium penes eum erat, & id quod [5] incidebat in ipsum, ipse portabat.

7 Dixit autem Jeschua, Sinite eam: in diem sepulturæ meæ servavit illud.

8 Omni enim tempore pauperes vobis erunt vobiscũ: ego autem non omni tempore ero vobis.

[1] Id est, Sex diebus ante Pascha. Syra phrasis. F. alii sic legunt, ante sex dies Petschatis: id autẽ est, sexrũ diẽ. Hebraismus.

[2] Ad ver. De inter mortuos: Gallicè, *D'entre les morts.*

[3] Vide quæ de denario annotata sunt Matt. 18. 28.

[4] F. vel de pauperibus cura esset ipsi.

[5] i. Quod mittebatur.

IEsus* [a] ergo sex ante Pascha diebus venit in Bethaniam, ubi erat Lazarus ille qui fuerat mortuus, quem suscitaverat ex mortuis.

2 Fecerunt igitur ei cœnam illic, & Martha ministrabat: Lazarus autem unus erat ex iis qui simul discumbebant cum eo.

3 Maria verò accepta libra unguenti nardi liquidæ multi pretii, unxit pedes Jesu, & extersit pedes ejus capillis suis: domus autem impleta est odore unguenti.

4 Dixit ergo quidam ex discipulis ejus, *nempe* Judas Simonis *filius*, Iscariotes, qui erat eum proditurus,

5 Quare hoc unguentum non væniit trecentis denariis, & datum est pauperibus?

6 Dixit autem hoc, non quòd pauperũ ipsi cura esset, sed quia fur erat, * & marsupium habebat, & ea quæ immittebantur portabat.

7 [b] Dixit ergo Jesus, Omitte eam, in diem funerationis meæ asservavit istud.

8 Pauperes enim semper habebitis vobiscum, me verò non semper habebitis.

*Matt. 26. 7. Mar. 14. 3.

[a] B. Exemplum horrendum in Juda, animi avaritia excæcati, & tamẽ pietatẽ prætextentis.

*Infr. 13. 29.

[b] B. Extraordinariã unctionem, ut symbolicam, sic probat Dominus, ut testetur sese nec pompis externis, nec sumtuoso cultu, sed eleemosynis colendum.

9 [c] Cognovit

9 [c] Cognovit ergo turba multa ex Iudæis eum illic esse: & venerunt non propter Iesum tantùm, sed etiam ut Lazarum viderent, quem excitârat a mortuis.

10 Consultârunt autem primarii Sacerdotes, ut Lazarum etiam interimerent:

11 Quia multi ex Iudæis propter eum abibant, & credebant in Iesum.

12 [d] *Postero die turba multa quæ venerat ad diem festum, quum audissent Iesum venire Hierosolymam,

13 Acceperunt ramos palmarũ, & prodierunt ei obviam, & clamabant, Hosanna, Benedictus qui venit in nomine Domini, [e] Rex ille Israëlis.

14 Nactus autem Iesus asellum, insedit ei, sicut scriptum est,

15 *Ne metue filia Sionis: ecce, Rex ille tuus venit, insidens pullo asinæ.

16 Hæc autem non cognoverunt discipuli ejus primò: sed quum glorificatus esset Iesus, tunc recordati sunt hæc esse scripta de eo, & sese hæc illi præstitisse.

17 Testabatur verò turba quæ erat cum eo, quòd Lazarum vocasset e monumento, & suscitasset eum ex mortuis.

18 Propterea etiam occurrit ei turba, quia audierat eum edidisse hoc signum.

19 [f] Pharisæi ergo dixerunt inter se, Videtisne nos nihil proficere? ecce, mundus eum sequutus est.

20 Erant autem quidam Græci ex iis qui [g] ascendunt ut adorent in festo.

21 Isti ergo venerunt ad Philippum qui *erat* a Bethsaida *urbe* Galilęæ, & rogârunt eum, dicentes, Domine, vellemus Iesum videre.

22 Venit Philippus & dicit Andreæ: Andreas rursum & Philippus dicunt Iesu.

23 Iesus autem respondit eis, dicens, Venit hora illa glorificandi filii hominis.

24 [h] Amen amen dico vobis, nisi granum frumenti ceciderit in terram, & [i] mortuum fuerit, ipsum solum manet: si verò mortuum fuerit, multum fructum adfert.

25 * Qui amat animam suam, perdet eam: & qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam æternam custodiet eam.

26 Si quis mihi ministrat, me sequatur: & ubi ego fuero, illic & minister meus erit. & siquis mihi ministraverit, honorabit eum Pater.

27 [k] Nunc anima mea turbata est: & quid dicam? Pater, libera me [l] ab hac hora: sed propterea veni in horam hanc.

28 Pater, [m] glorifica nomen tuum. Venit ergo vox e cælo, *dicens*, Et glorificavi, & rursus glorificabo.

29 Turba ergo quæ adstabat & audierat, dicebat tonitru esse factum. Alii dicebant, Angelus ei loquutus est.

[c] B. Luce Evangelii sese patefacente alii curiosi, alii (& quidem quos minimè oportuit) manifesti hostes deprehenduntur, alii impetu quodam correpti eum honorant, a quo sunt paulo post defecturi, paucissimi qua decet reverentia ipsum excipiũt: Christus intereà regnũ suum spirituale inter medios inimicos auspicatur.

[d] Vide Mat. 21.

* Matt. 21. 8. Mar. 11. 8. Luc. 19. 37.

[e] i. Caput Ecclesiæ Dei.

* Zach. 9. 9.

[f] B. Ii ipsi qui Christum conantur opprimere, fiunt ipsius gloriæ instrumenta.

[g] Juxta solennem consuetudinem. Græci autem a Gẽtis nomine primò dicti sunt, posteà eo nomine sunt dicti omnes qui a religione Judęorum essent alieni, qui & Ethnici, falsarũ scil. religionum cultores.

[h] B. More Christi instar sationis fuit, quæ dum videtur ad interitum tritici tendere, causa est longè uberioris provẽtus. Nec verò alia est membrorum quàm capitis conditio.

[i] Moritur granum tritici, quum efficacitate soli mutat, & fit radix frugiferi culmi.

* Matt. 10. 39. & 16. 25. Mar. 8. 35. Luc. 9. 24. & 17. 33.

[k] B. Christus omnes nostris peccatis debitas pœnas luiturus hactenus vim suam non exerente divinitate, ut expiationi locũ faceret horrore maledictionis Dei perculsus, exclamans, ad preces confugit, petit liberationem: & tamen Patris voluntatem & gloriam, ipso Patre cælitùs hanc obedientiam comprobante, rebus omnibus anteponit.

[l] Sub mortis instantis.

[m] Patris igitur gloria, est Christi gloria.

9 Et audiverunt turbæ multæ ex Iudæis quòd ibi esset Ieschua: & venerunt non propter Ieschua tantùm, sed etiam ut viderent Laazar illum quem excitaverat a mortuis.

10 Et consultârunt summi sacerdotes ut etiam Laazar interficerent:

11 Eò quòd multi ex Iudæis propter eum abibant, & credebant in Ieschua.

12 Et die [6] alio turba multa quæ venerat ad festũ, quum audivissent quòd Ieschua veniret ad Urischelem,

13 Tulerunt ramos palmarum, & egressi sunt obviam ei, & clamabant ac dicebant, [7] Auschãna, Benedictus sit qui venit in nomine Domini, rex Israjel.

14 [8] Invenit autem Ieschua asinum, & sedit super eum: sicut scriptum est,

15 Ne timeas filia Tzehijun: ecce, rex tuus venit tibi, & insidet super pullum filium asinæ.

16 Hæc autem non cognoverunt discipuli ejus eo tempore: sed, quũ glorificatus esset Ieschua, meminerũt discipuli ejus quòd hæc scripta essent de eo, & [9] hęc fecissent ei.

17 Et testabatur turba illa quæ cũ eo erat, quòd vocasset Laazar e sepulcro, & excitasset eum [10] a mortuis.

18 Propter hoc egressæ sunt in occursum ejus turbæ multæ, quòd audiverunt quòd signum hoc fecisset.

19 Pharisæi autem dicebant [11] unus ad alium, Videtis vos quòd non proficitis quicquam? nam ecce, mũdus universus [12] abiit post eum.

20 Erant autem etiam ex Gentibus quidam qui ascenderant ad adorandum in festo.

21 [13] Hi venerunt accesserunt ad Philippum qui erat ex Beth-tzajada Galilææ, & rogaverunt eum, & dixerunt ei, Domine mi, desiderium nostrum est ut videamus Ieschua.

22 Et venit ipse Philippus, & dixit ipsi Andreæ: & Andreas & Philippus dixerũt Ieschua.

23 Ieschua autem respondit & dixit eis, Venit hora qua glorificetur Filius hominis.

24 Ammin ammin dico vobis, quòd granum frumenti, nisi ceciderit, & mortuum fuerit in terra, ipsum solum remanet: si verò mortuũ fuerit, fructus multos affert.

25 Qui amat animam suam, perdet eam: & qui odit animam suam in mundo hoc, servabit eam in vitam quæ est in æternum.

26 Si mihi quis ministrat, [14] veniat post me, & ubi ego sum, illic erit etiam minister meus: qui mihi ministrat, honorabit eum Pater.

27 Nunc anima mea, ecce turbata est: & quid dicam? Pater mi, libera me ab hac hora: sed propterea veni in hanc horam.

[6] F. vel altero, id est, postero, ut ex Græco accipi constat oportere.

[7] Vide de Hoschanna Matt. 21. 9.

[8] F. i. adeptus est, habuit, ex Hebræorum usu.

[9] F. nempe Judæi. Sed verbũ plurale est sũtum impersonaliter Hebræo more.

[10] Ad ver. De intermortuos. Gallicè, *D'entre les morts.*

[11] Ad ver. Unus ad unum. Hebraismus.

[12] i. Sequutus est eum. Hebraismus.

[13] F. vel hi, quum venissent, accesserunt, &c. & ita est Syrorum phrasis, ut in Matt. 4. 9. observavimus.

[14] i. Sequatur me. Hebraism.

28 Pater glorifica nomen tuum. Et vox audita est e cælo, Glorificavi, & rursus [15] glorifico.

29 Et turba quæ adstabat, audiverunt, & dixerunt, Tonitruum factum est. Alii autem dicebant, Angelus loquutus est cum eo.

[15] F. Ἀξιάω legit Syrus, pro eo quod est, jam mox glorificaturus sum. vide in Matt. 17. 11.

30 Respondit Jeschua, & dixit eis, Non propter me facta est vox hæc, sed propter vos.

31 Nunc judicium est mundi hujus: nunc princeps mundi hujus ejicitur foras.

32 Et ego quum sublatus fuero a terrā, attraham omnem hominem ad me.

33 Hoc autē dixit ut ostēderet qua morte moriturus esset.

34 Dicunt ei turbæ, Nos audivimus ex Lege quòd Christus in æternum manet: quomodo dicis tu futurum esse ut sustollatur Filius hominis? quis est iste Filius hominis?

35 Dixit eis Jeschua, Parvū adhuc tempus lux vobiscū est: ambulate dū est vobis lux, ut non tenebræ apprehendant vos. Et qui ambulat in tenebris, nō novit quò vadat.

36 Dum est vobis lux, credite in lucem, ut filii lucis sitis. Hæc loquutus est Jeschua: & abiens occultavit se ab eis.

37 Et, quū hæc omnia signa fecisset coram eis, non crediderunt in eum:

38 Ut impleretur sermo Isaiæ prophetæ, qui dixit, Domine mi, quis credidit [16] auditui nostro, & brachiū Domini cui revelatum est?

39 Propter hoc non poterant credere, quia rursus dixit Isaias,

40 [17] Excæcaverunt oculos eorum, & obscurârunt cor eorum, ut non videant oculis suis, & intelligant corde suo: & cōvertantur, ac sanem eos.

41 Hæc dixit Isaias quū vidit gloriam ejus, & loquutus est de eo.

42 Multi autem ex principibus quoq; crediderunt in eū, sed propter Pharisæos non confitebantur, [18] ne essent extra synagogam.

43 Dilexerunt enim gloriam filiorum hominis potiùs quàm gloriam Dei.

44 Jeschua autē clamavit, ac dixit, Qui credit in me, nequaquam [19] in me credit, sed in eum qui misit me.

45 Et qui me videt, videt eum qui misit me.

46 Ego lux veni in mundum, ut omnis qui credit in me, non maneat in tenebris.

47 Et is qui audierit sermones meos, & non servaverit eos, ego nō judico eū: nō enim veni ut judicem mundū, sed ut servem mundum.

48 Qui rejicit me, & non accepit sermones meos, est qui judicat eum: sermo quem loquutus sum, ipse judicaturus est eum in die ultimo.

49 Nam ego ex meipso non sum loquutus: sed Pater qui misit me, ipse dedit mihi mandatum quid dicam & quid loquar.

50 Et novi quòd mandatum ejus est vita quæ est in æternum. Hæc igitur quæ loquor, sicut dixit mihi Pater meus, ita loquor.

[16] F. i prædicationi & sermoni quē audit a nobis. Metonymia Hebraica.

[17] verba personalia absque recto casu: qui tamen ex usu Hebræorū in ipsis verbis cōtinentur: ut sit plena oratio, Excæcârunt excæcantes, Obscurarunt obscurantes. Aut impersonaliter exponenda sunt & indefinitē. Gallicè, *On leur a aveuglé les yeux*, &c. vide Luc. 12. F. atq; hoc verius, & naturæ convenientius.

[18] i. Ne subirent judicium excommunicationis, & ejicerentur e synagoga.

[19] F. puta solū. Ellipsis, ut Mat. 9 37.

30 [n] Respondit Jesus & dixit, Non propter me hæc vox extitit, sed propter vos.

31 Nunc judicium adest mundi hujus: nunc princeps ille mundi hujus ejicietur foras.

32 Et ego si [o] sublatus fuero e terra, [p] omnes traham ad meipsum.

33 (Hoc autem dicebat, significans qua morte futurum erat ut moreretur)

34 Respondit ei turba, Nos audivimus ex Lege, * Christum [q] manere in æternum: quomodo igitur tu dicis oportere tolli Filium hominis? quis est iste Filius hominis?

35 [r] Dixit igitur eis Jesus, Adhuc parvo tempore * lux vobiscum est: ambulate dū lucem habetis, ne vos tenebræ deprehendant. nam qui ambulat in tenebris nescit quò vadat.

36 Dum lucem habetis, credite in lucem, ut [s] filii lucis fiatis. Hæc loquutus est Jesus: & quum abiisset, occultavit se ab eis.

37 [t] Quum autem tot signa coram eis edidisset, non credebant in eum:

38 Ut sermo Esaiæ prophetæ impleretur, quem dixit, * Domine quis credidit sermoni nostro, & [v] brachiū Domini cui detectum est?

39 Propterea non poterāt credere, quia iterum dixit Esaias,

40 * Excæcavit oculos eorum, & obduravit corda eorum: ne videant oculis & sint intelligentes corde, & sese cōvertant, & sanem eos.

41 Hæc dixit Esaias, quando vidit gloriam ejus, & loquutus est de eo.

42 [x] Verumtamen etiam ex [y] primoribus multi crediderūt in eum: sed propter Pharisæos *hoc* non profitebantur, ne synagoga moverentur.

43 * Dilexerūt enim gloriam hominum potiùs quàm gloriam Dei.

44 [z] Jesus autem clamavit & dixit, Qui credit in me, [a] non credit in me, sed in eū qui misit me.

45 Et qui conspicit me, conspicit eum qui misit me.

46 * Ego lux in mundum veni, ut quisquis credit in me, in tenebris non maneat.

47 * Siquis autem audierit verba mea, & non crediderit, ego nō damno ipsum. Non enim veni ut damnem mūdum, sed ut servem mundum.

48 Qui aspernatur me, nec recipit verba mea, habet qui condemnet ipsum: * sermo quem loquutus sum, ille damnabit eum ultimo illo die.

49 Quia ego ex meipso non sum loquutus: sed qui misit me Pater, ipse mihi præcepit quid dicam & quid loquar.

50 Et scio præceptum ejus vitam æternam esse. quę igitur ego loquor, prout dixit mihi Pater, ita loquor.

[n] B. Christus mortis suæ genus, diaboli & mundi expugnationē, suū deniq; triumphum surdis prædicit.

[o] Usus est Christus verbo ambiguæ significationis, quod attollere, & e medio auferre significat, de sua enim morte admonere volebat. at aliter interpretari videntur Judæi.

[p] Chrysost. & Theoph. omnes, ad omnes gentes referunt, id est, non tantūm ad Judæos.

* *Psal. 89. 27. & 110. 4. & 117. 2. Esa. 40. 8. Ezec. 37. 25.*

[q] Intellexerunt ergo verbum Tolli, Judæi, pro evanescere, & e medio tolli.

[r] B. Immensa quidem Dei misericordia, sed cujus contemtum consequitur judiciū planè horrendum.

* *Supr. 1. 9.*

[s] id est, Lucis participes.

[t] B. Fides non est naturæ, sed gratiæ.

* *Esa. 53. 1. Rom. 10. 16.*

[v] Brachium Domini, est Evangelium, quod est potentia Dei in salutem omni credenti. Non est itaque brachium Domini retectum iis quorum Dominus cor nō aperit.

* *Esa. 6. 9. Mat. 13. 14. Mar. 4. 12. Luc. 8. 10. Act. 28. 26. Rom. 11. 8.*

[x] B. Non modò pauci credunt, si cum incredulis cōparentur, sed etiam ex iis paucis plerique (& quidem in primis maximi quique) homines magis verentur quàm Deum.

[y] Vide Luc. 23. 35.

* *Supr. 5. 44.*

[z] B. Summa Evangelii, ac proinde salutis, clamore ipsius Christi in media Hierusalem testata, hæc est, fide in Christum, ut unicum servatorem nobis a Patre destinatum, recumbere.

[a] Particula negans hoc loco nihil removet, sed corrigit potiùs. sic Marci 9. 37. * *Supr. 1. 19. & 9. 19.* * *Supr. 5. 17.* * *Mar. 6. 16.*

CAPUT

CAPUT DECIMUMTERTIUM.

4 A cœna surgens Christus, 15 humilitatem commendaturus Apostolis, pedes eorum lavat: 21 Proditorem Iudam 26 certo signo denotat: 34 Charitatem commendat: 37. 19 & Petro lapsum abnegationis prædicit.

ANte [a] *festum autem diem Paschæ, sciens Iesus venisse horam illam di grediendi ex hoc mundo ad Patrem, quum dilexisset [b] suos illos qui erant in mundo, usque ad finem dilexit eos.

2 Et cœna peracta, (quũ diabolus jam immisisset in cor Iudæ *filii* Simonis, Iscariotæ, ut proderet eum)

3 Sciens Iesus Patrem omnia dedisse sibi [c] in manus, & se a Deo prodiisse, & ad Deum abire:

4 [d] Surgit a cœna, & deponit [e] pallium: acceptóque linteo, præcinxit se.

5 Deinde immisit aquam in pelvim, & cœpit lavare pedes discipulorum, & extergere linteo quo erat præcinctus.

6 Venit ergo ad Simonem Petrum: qui dixit ei, Domine, tu mihi lavas pedes?

7 Respondit Iesus & dixit ei, Quod ego facio, tu nescis nunc, cognosces autem posteà.

8 Dicit ei Petrus, Non lavabis meos pedes in æternum. Respondit ei Iesus, Nisi lavero te, [f] nihil mecum habebis commune.

9 Dicit ei Simon Petrus, Domine, non solùm pedes meos, sed etiam manus & caput.

10 Dicit ei Iesus, Ei qui lotus est, non opus est nisi ut pedes lavet, sed est mundus totus: * & vos mundi estis, sed non omnes.

11 Norat enim eum a quo prodebatur: propterea dixit, Non omnes estis mundi.

12 Postquam ergo lavisset pedes eorũ, & pallium suum recepisset, rursum recubuit, & dixit eis, Nostísne quid fecerim vobis?

13 Vos me vocantes, *dicitis*, Magister ac domine, & bene dicitis: sum enim.

14 Itaque si ego lavi pedes vestros Dominus & præceptor, vos quoque debetis alii aliorum pedes lavare.

15 Exemplum enim præbui vobis, ut prout ego feci vobis, *ita* & vos faciatis.

16 *Amen amen dico vobis, Servus nõ est major Domino suo, neque legatus major eo a quo missus est.

17 Si hæc noveritis, beati eritis si ea feceritis.

18 [g] Non de omnibus vobis loquor: ego scio quos elegerim: sed *oportet* impleatur Scriptura, * Qui edit mecum panem, sustulit adversum me [h] calcem suum.

19 Iam nunc dico vobis priusquam fiat, ut quum factum fuerit, credatis me *eum* esse.

ANte festum autem Petschatis, sciebat Ieschua quòd advenisset hora qua transiret ex hoc mundo ad Patrem suum: [1] & dilexit suos qui erant in hoc mundo, ac usque in finem dilexit eos.

2 Et, quum peracta esset cœna, injecerat se Satanas in cor Iihuda, filii Schemeun, Secarjuta, ut proderet eum.

3 Ipse autem Ieschua, quia sciebat quòd omnia dedisset Pater in manus ejus, & quòd à Deo exivisset, & ad Deum abiret:

4 Surrexit a cœna, & posuit vestimenta sua, & sublata sindone, cinxit ad lumbos suos.

5 Et [2] immisit aquam in pelluvium, & cœpit lavare pedes discipulorum suorũ: & tergebat sindone quam cinxerat ad lũbos suos.

6 Quum autem pervenit ad Schemeun Kipha, dixit ei Schemeun, Tu Domine mi, pedes meos [3] lavas mihi?

7 Respondit Ieschua, & dixit ei, Id quod facio ego, tu nescis nunc: posteà autem scies.

8 Dicit ei Schemeun Kipha, In æternum non loturus es mihi pedes meos. Dixit ei Ieschua, Si non lavem tibi, non est tibi mecum pars.

9 Dixit ei Schemeun Kipha, Ergo Domine mi, non tantùm pedes meos lavabis mihi, sed etiam manus meas, etiam caput meum.

10 Dixit ei Ieschua, Is qui lotus est non habet opus nisi ut pedes suos tantùm lavet: totus enim mundus est. etiam vos toti mundi estis, sed non omnes vos.

11 Sciebat enim Ieschua illum qui proditurus erat eum. propter hoc dixit, Nequaquam vos omnes mundi estis.

12 Quum autem lavisset pedes eorum, sustulit vestimenta sua, & accubuit, ac dixit eis, Nostis quid fecerim vobis?

13 Vos vocatis me [4] dominatorem nostrum & dominum nostrum: ac benè dicitis: sum enim.

14 [5] Si ergo dominus vester & dominator vester lavit vobis pedes vestros, quãto magis vos debitores estis ut lavetis pedes unus alterius?

15 Hoc enim exemplum dedi vobis, ut quemadmodum ego feci, etiam vos faciatis.

16 Ammin ammin dico vobis, quòd nõ est servus major quàm dominus ejus, neque legatus, qui major sit quàm is qui misit eum.

17 Si hæc noveritis, beati estis si feceritis ea.

18 [6] Nequaquam de vobis omnibus loquor: novi enim eos quos elegerim: sed ut scriptura impleatur, Qui comedit mecum panem, sustulit contra me calcaneum suum.

19 Ex hoc tempore dico vobis antequam fiat, ut quum factum fuerit, credatis quòd ego sim.

20 Ammin

a B. Christus non minus certus victoriæ quàm certaminis imminentis, adhibito ablutionis pedum symbolo, partim quidem præbet summæ modestiæ exemplũ, suámque in discipulos singularem benevolentiam hoc insigni facto, mox ab iis discessurus, testatur: partim verò se unum esse testatur, qui suorum sordes abluat, idque paulatim, & suis veluti momentis.

* *Mat. 26. 2. Mar. 14. 1. Luc. 22. 1.*

b Domesticos, S. sanctos.

c In potestatem.

d Quod dicitur surrexisse, Christus indicat tempus intercessisse inter Paschæ ceremoniam, & istam ablutionem pedum, in quod spatiũ videtur sacræ Cœnæ institutio conferenda.

e Summam vestem.

f Ad ver. non habes partem mecum, id est, nisi lavacrum admiseris, non pertinet ad te pars ulla regni cælestis.

* *Infr. 11. 2.*

* *Infr. 11. 20. Matt. 10. 24. Luc. 6. 40.*

g B. Christus non temerè proditus est, sed Patre quidem ita nostræ salutis causa ordinante, ut in Filio nos sibi reconciliaret, Filio verò ultrò & sponte Patri suo obsequente.

* *Psal. 41. 10.*

h Tollere calcaneũ metaphoricè significat prætextu amicitiæ aliquem per insidias adoriri ut opprimatur incautus.

1 F. vel prout dilexerat suos qui erant in hoc mundo, usque in finẽ dilexit eos, & dilectione sua illa videlicet a malo servavit eos, cui addictus est Judas sequẽte versu.

2 Videri posset Christus sacrũ otium Paschatis violasse, quum post initium festi, pedes discipulis lavit & abstersit. Hæc enim servilia opera videntur, atq; ideo prohibita Sed sciẽdum est lotionem pedum, ut etiam manuũ & faciei, atque corporis quoque unctionẽ, inter servilia opera non fuisse commemorata, sicut docetur in Talmud, tractatu, De quiete diei festi: quia hæc faciũt ad corporis quietem & voluptatem, cujus causa ex parte festos dies præceptos esse ajunt.

F. deinde verò actione hac aut alia, quãvis servili, non interdicebat Lex in die Parascevesad vesperam usque, sed tantùm diebus septem azymorum, Exod. 12. 13. hi autem dies incipiebãt ab ea vespera qua Petzcha Judęi comederant.

3 F. vel laves: quod est evidentius.

4 Duæ hæ voces רבן & מרן ejusdem sunt significationis: sed una erat visitatior Hebræis Hebraicè loquentibus, nempè רבן, alia verò Chaldaicè & Syrè loquentibus. F. Evidẽtius tamen fuerit, si interpreteris, Magister noster & Dominus noster, ut Græcus cõtextus habet.

5 F. al. Si ego igitur Magister vester & Dominus vester lavi pedes, &c.

6 F. nẽpe quod dixi, nõ omnes vos mũdi estis: sed eò loquor ut Scriptura impleatur, &c. i. ut is de quo hæc jam olim prædicta sunt occasionẽ arripiat a nobis abcũdi scelus illud deliberatũ effecturus: quã in sententiã posteà dicit Christus, qd̃ facturus es, fac citò, inf. ver. 27. Ellipsis de qua in Mat. 26. 56.

20 Ammin ammin dico vobis, quòd qui recipit eum quem mitto, me recipit: & qui me recipit, recipit eum qui misit me.

21 Hæc dixit Jeschua: & [7] vehementer commotus est in spiritu suo: & testatus est, ac dixit, Ammin ammin dico vobis quòd unus ex vobis prodet me.

22 Intuebantur autem discipuli ejus unus in alium, propterea quòd ignorabant de quo dixisset.

23 Erat autē ex discipulis ejus unus qui recumbebat in sinu ipsius, is quem diligebat Jeschua.

24 Huic innuit Schemeū Kipha ut interrogaret eum quisnam esset de quo dixisset.

25 Et [8] cecidit ille discipulus super pectus Jeschua, & dixit ei, Domine mi, quis est iste?

26 Respondit Jeschua, & dixit, Ille est cui intinctum panem ego do. Et intinxit Jeschua panē, & dedit Jihudæ, filio Schemeun, Secarjuta.

27 Et post *sumtum* panem, tunc ingressus est in eum Satanas: & dixit ei Jeschua, Id quod facturus es, fac citò.

28 Hoc autem nemo noverat ex illis discumbentibus propter quid dixisset ei.

29 Quidam enim ex eis putabant, quia marsupium [9] penes ipsum erat Jihuda, quòd [10] præcipiēdo præciperet ei ut emeret aliquid necessarium ad festum: aut ut daret aliquid pauperibus.

30 Ipse autem Jihuda accepit panē eadē hora, & egressus est foras. nox autem [11] facta est quum egressus est.

31 Et dixit Jeschua, Nunc glorificatus est Filius hominis, & Deus glorificatus est in ipso.

32 Et si Deus glorificatus est in eo, Deus quoque glorificaturus est eum in seipso, & statim glorificaturus est eum.

33 Filii mei, [12] exiguum adhuc *tempus* vobiscum sum: & quæretis me: & sicut dixi Judæis, Quò ego vado, vos non potestis venire, etiam vobis dico nunc.

34 Mandatum novum do vobis, ut diligatis unus alium: sicut ego dilexi vos, etiam vos diligatis unus alium.

35 In hoc cognoscet unusquisque quòd discipuli mei estis, si dilectio fuerit in vobis unius erga alium.

36 Dixit ei Schemeun Kipha, Domine noster, quò vadis tu? Respondit Jeschua, & dixit ei, Quò vado ego, non potes jam [13] venire post me: [14] in fine autem [15] venies.

37 Dixit ei Schemeun Kipha, Domine mi, [16] quare non possum venire post te? nunc [17] animam meam pro te positurus sum.

38 Dixit ei Jeschua, Animam tuam pro me positurus es? Ammin ammin dico tibi, quòd non cantabit gallus donec abnegaveris me [18] tribus vicibus.

[7] Eodem sensu verbum hoc habetur supr. 11.13.

[8] Id est, Inclinavit caput in sinum Domini, ut quem vellet familiaritùs, & occultiùs interrogare. Hebraism.

[9] F. Syrè, ad latus esset ipsius Jehudæ.

[10] F. Id est, omnino ac præcisè illi præciperet. Hebraismus.

[11] Ad ver. Fuit vel erat quum egressus est.

[12] F. Id est, paulisper adhuc, Syra phrasi.

[13] Id est, Sequi me. Hebraism.

[14] F. i. post, vel tandem.

[15] i. Sequēris.

[16] F. al. quare non possum venire post te nunc? animam meam, &c. sed aliter distinguit Syrus.

[17] i. vitam meā. Hebraismus.

[18] Ad ver. Tribus temporibus.

20 *Amen amen dico vobis, quando aliquem misero, quisquis *eum* recipit, me recipit: qui verò me recipit, recipit eum qui me misit.

21 Quum hæc dixisset Jesus, turbatus est spiritu, & [i] testatus est, dixitque, Amen amen dico vobis, unus ex vobis prodet me.

22 *Discipuli ergo aspiciebant alii ad alios, incerti de quo diceret.

23 Erat autem quidam ex discipulis Jesu [k] recumbens in sinu ipsius, *nimirum* is quem diligebat Jesus.

24 Innuit ergo huic Simon Petrus *ut* percontaretur quisnam esset de quo diceret.

25 Ille verò quum sese inclinasset in pectus Jesu, dicit ei, Domine, quis est?

26 Respondet Jesus, Ille est cui ego intinctam offulam dedero. Et quum intinxisset offulam, dedit Judæ *filio* Simonis Iscariotæ.

27 Et post *sumtam* offulam, tunc ingressus est in illum Satanas. Dicit igitur ei Jesus, Quod facis, mox facito.

28 Hoc autem nemo accumbentium intelligebat quorsum ei dixisset.

29 Quidam enim putabant, quoniam marsupium habebat Judas, Jesum ei dixisse, Eme quibus opus est nobis ad festū: aut egenis ut aliquid daret.

30 Ille igitur accepta offula, statim exivit. erat autem nox.

31 [l] Quum ergo exivisset, dicit Jesus, [m] Nunc glorificatus est Filius hominis, & Deus glorificatus in eo.

32 *Quòd* si Deus glorificatus est in eo, Deus quoque glorificabit eum in sese, & statim glorificabit eum.

33 [n] Filioli, adhuc paulisper vobiscum sum. quæretis me: sed *sicut dixi Judæis, Quò ego vado, vos non potestis venire: *ita* & vobis nunc dico.

34 *Præceptum novum do vobis, Ut alii alios diligatis: sicut, *inquam*, dilexi vos, ut vos etiam diligatis alii alios.

35 Ex hoc omnes cognoscent vos esse discipulos meos, si charitatem habueritis alii in alios.

36 [o] Dicit ei Simon Petrus, Domine, quò abis? Respondit ei Jesus, *Quò abeo, non potes me nunc sequi: posteà verò sequēris me.

37 Dicit ei Petrus, Domine, quare non possum te sequi nunc? animam meam pro te deponam.

38 Respondit ei Jesus, Animam tuam pro me depones? amen amen dico tibi, non emittet vocem gallus donec ter me abnegaveris.

*Mat. 10. 16. Luc. 10. 16.

[i] Fidè ac cum asseverationē loquutus est.

*Mat. 26. 21. Mar. 14. 18. Luc. 22. 21.

[k] Sic accubuit Johannes, ut caput haberet in suo lectulo versus caput Jesu: itaque facilè attingere potuit sinum Jesu: nōtum enim est veteres nō solitos ad mensam sedere, sed recūbere.

[l] B. In Christi ignominia nō bis considerandā est ipsius glorificatio.

[m] Hic versiculus & sequens illustre reddūt testimonium divinitati Christi.

[n] B. Gloria illa æterna paulatim a capite in membra defluet. Intereà verò in primis curandum est, ut mutua cum charitate hujus vitæ cursum peragamus.

*Supr. 7. 34. *Infr. 15. 12. Lev. 19. 18. Mat. 22. 39. 1. Joh. 4. 21.

[o] B. Triste temerariæ fiduciæ exēplum. *Mat. 26. 34. Mar. 14. 30. Luc. 22. 34.

CAPUT DECIMUMQUARTUM.

[1] Consolatur discipulos suos, [2.] [7] Divinitatem suam & fructum mortis suæ exponens, [16] Consolatorem [17] Spiritum promittens, [26] ejus officium describit, pacémque suam pollicetur.

NE prematur cor vestrum: credite in Deum, & in me credite.

NE [a] turbator cor vestrum: creditis in Deum? etiam in me credite.

[a] B. Is credit Deo qui Christo credit: nec alia est ratio animi in summis difficultatibus confirmandi. Christus non discessit a nobis ut nos deseteret, sed potiùs ut nos secum in cælos tandem attolleret.

2 In domo Patris mei [b] habitationes multæ sunt: [c] alioqui dixissem vobis.

3 [d] Proficiscor paraturus vobis locum: & quum profectus fuero, & paravero vobis locum, [c] rursum veniam, & assumam vos ad meipsum: ut ubi ero ego, & vos sitis.

4 [f] Et quò ego abeam scitis, & viam scitis.

5 Dicit ei Thomas, Domine, nescimus quò abeas: quomodo igitur possumus viam scire?

6 Dicit ei Jesus, [g] Ego sum via illa, & illa veritas, & vita illa: nemo venit ad Patrem nisi per me.

7 [h] Si nossetis me, Patrem etiam meum nossetis: & jam nunc nostis eum, & vidistis eum.

8 Dicit ei Philippus, Domine, ostende nobis Patrem, & sufficit nobis.

9 Dicit ei Jesus, Tantum temporis vobiscum sum, & non nostis me? Philippe, qui vidit me, vidit Patrem: quomodo igitur tu dicis, Ostende nobis Patrem?

10 [i] Non credis me in Patre, & Patrem in me esse? Verba quæ ego loquor vobis, a meipso nō loquor: sed Pater qui in me manet, ipse facit opera.

11 Credite mihi me in Patre, & Patrem in me *esse*: sin minùs, propter ipsa opera credite mihi.

12 [k] Amen amen dico vobis, qui credit in me, opera quæ ego facio, & ipse faciet, [l] & majora istis faciet. Nam ego ad Patrē meum proficiscor.

13 *Et quicquid petieritis nomine meo, hoc faciam: ut glorificetur Pater in Filio.

14 Siquid petieritis in nomine meo, ego faciam.

15 [m] Si diligitis me, præcepta mea servate.

16 Ego verò rogabo Patrem, & alium advocatum dabit vobis ut maneat vobiscum in æternum:

17 *Nempe* Spiritum illum [n] veritatis, quem [o] mundus non potest recipere, quia nō conspicit eum, nec novit eum: vos autem nostis eum, quia apud vos manet, & in vobis erit.

18 Non relinquam vos orbos: redeo ad vos.

19 Adhuc paululum, & mundus me non ampliùs conspiciet, vos autem conspicietis me: quia ego vivo, vos etiam vivetis.

20 In illo die vos cognoscetis [p] me esse in Patre meo, & vos in me, & me in vobis.

21 Qui tenet præcepta mea, & observat illa, is est qui diligit me: qui autem diligit me, diligetur a Patre meo: & ego diligam eum, & ei [q] conspiciendum exhibebo meipsum.

22 [r] Dicit ei Judas, non *ille* Isca-

2 Multæ sunt mansiones in domo Patris mei: [1] & si nō, dixissem vobis: Nam vado ut parem vobis locum.

3 [2] Rursus venturus sum, & assumam vos ad me: ut ubi ego sum, vos quoque sitis.

4 Et quò ego abeam, scitis, & viam scitis.

5 Dixit ei Thauma, Domine noster, nescimus quò abeas, & quomodò possumus viam scire?

6 Dixit ei Jeschua, ego sum via, & veritas, & vita, nemo venit ad Patrem meum nisi per me.

7 Si me nossetis, etiam Patrem meum nossetis: & ex hoc tempore cognoscitis eum, & vidistis eum.

8 Dixit ei Philippus, Domine noster, ostende nobis Patrem, & sat est nobis.

9 Dixit ei Jeschua, Hoc toto tempore vobiscum sum, & non cognovisti me Philippe? Is qui me videt, videt Patrem: & quomodo tu dicis, Ostēde nobis Patrem?

10 Nō credis tu quòd ego in Patre meo *sum*, & Pater meus in me? Et sermones quos ego loquor, ex meipso non loquor: Pater autem meus qui in me manet, ipse facit opera hæc.

11 Credite quòd ego sum in Patre meo, & Pater meus in me: sin minùs, saltem propter opera credite.

12 Ammin ammin dico vobis quòd qui credit in me, opera ea quæ ego facio, etiā ipse faciet, & quæ sunt majora quàm hæc, faciet: quia ego ad Patrem meum abeo.

13 Et id quod petieritis in nomine meo, faciam vobis ut glorificetur Pater in Filio suo.

14 Et, si petieritis a me in nomine meo, ego faciam.

15 Si diligitis me, mandata mea servate.

16 Et ego petā a Patre meo, & aliū Paracletum dabit vobis, ut sit vobiscum in æternum:

17 *Nempe* Spiritū veritatis quē mundus nō potest accipere, propterea quòd nō videt eum, neque novit eū: vos autem nostis eum, quia apud vos manet, & in vobis est.

18 Nō relicturus sum vos orphanos: venturus enim sum ad vos paulo pòst.

19 Et mundus nō visurus est me: vos autē videbitis me: quia ego vivo, vos quoque vivetis.

20 In illo die cognoscetis quòd ego in Patre meo, & vos in me estis, atque ego in vobis sum.

21 Ille apud quē sunt mandata mea, & servat ea, ipse est amans mei. Ille autem qui amat me, amabitur a Patre meo: & ego amabo eum, & ostendam ei meipsum.

22 Dixit ei Jihuda, [3] nequaquam Se-

[b] Domicilia.

[c] i. Nisi ita esset ut dico, nēpē, nisi in domo Patris mei non uni mihi, sed etiam vobis pateret locus, nollem hac vos vana spe deludere, sed ingenuè id vobis dixissem.

[d] Tota hæc oratio est allegorica, qua suos Dominus consolatur, significans se abire in cælum, non ut illic solus regnet, sed ut suis brevi sequuturis præeat.

[e] Ad universam Ecclesiam hæc sunt referēda: ideo Angeli dicebant discipulis attonitis, Quid statis defixis in cælum oculis? Jesus iste ita veniet, ut vidistis eum ascendere, Act. 1. 11. & passim in Scripturis plena consolatio Ecclesiæ in eū diem rejicitur, quo Deus erit omnia in omnibus, qui idcircò dies redemptionis dicitur.

[f] 2. Unicus Christus via est ad veram & perennem vitam. quoniā is demum est in quo se patefacit Pater.

[g] Hoc dictum indicat Christi naturam, voluntatem, & officium.

[h] Nosse Deum & videre Deū, eadem esse ex hoc loco probatur. quod autem dixit anteà, Deum nemo vidit unquam, intelligēdum est extra Christum. est enim, ut inquit Chrysostomus, compendiosa ac facilis demonstratio naturæ Patris, ipse Filius.

[i] 2. Dei majestas in Christi tum doctrina tum factis se planè conspicuam præbet.

[k] 2. Virtutis Christi approbatio, non est in persona ipsius inclusa, sed per totum Ecclesiæ corpus diffusa.

[1] Subaudi, Ita res haberet.

[2] f. al. Quòd si abivero paraturus vobis locum, rursus vēturus sum, &c. & ita legendū: nā librarium fefellit repetitio earumdem vocum, ut & infrà 16. 14.

[3] f. i. Thaddæus cognominatus Lebbæus. vide in Mat. 10. 3.

[l] Id est, non tantùm ea facio, sed etiam aliis concedere possum, ut majora faciant. * *Infr. 16. 23. Matth. 7. 7. Marc. 11. 24.*

[m] 2. Is demum ritè Christum amat qui ipsius mandatis paret, quod quia cum infinitis ærumnis est conjunctum, ipse quamvis corpore absens, præsenti Spiritus sancti virtute suos solatur, quem incognitum aspernatur mundus. [n] Spiritus sanctus dicitur spiritus veritatis, ab effectis, quia veritatem inspirat: alioqui in seipso veritatem habet.

[o] Homines mundani. [p] Filius in Patre est coëssentiali modo, in discipulis respectu quodam, tamquam adjutor & opitulator. [q] Me quasi aspectabili cognitione exhibebo: est autem illa exhibitio non corporalis, sed spiritualis, & omnium maximè perspicua. [r] 2. Minimè quærendum est cur his potiùs quàm illis patefiat Evangelium, sed curandum potiùs ut Christum oblatum amplectentes verè ipsum amemus, id est, nos totos ipsi in obsequium addicamus.

carjuta,

carjuta, Domine mi, [4] quid est, nobis te ostensurum esse teipsum, & nequaquam mundo?

23 Respondit Jeschua, & dixit ei, Is qui diligit me, sermonem meum servat: & Pater meus diliget eum, & ad eum vēturi sumus, & mansionem apud eum facturi sumus.

24 Ille autem qui non diligit me, sermonem meum non servat: & sermo hic quem auditis, nequaquam est meus, sed Patris qui misit me.

25 Hæc loquutus sum vobiscum, quum apud vos sum.

26 Ille autem Paracletus, Spiritus sanctus quem missurus est Pater meus in nomine meo, ille docebit vos omnia, & commonefaciet vos omnium quæ dico vobis.

27 Pacem relinquo vobis, pacem meā do vobis: nequaquam sicut dat mundus, ego do vobis. Ne turbetur cor vestrum, neque formidet.

28 Audivistis quòd ego dixi vobis, Abeo, & rediturus sum ad vos. Si diligeretis me, gaudentes essetis quòd abiturus sum ad Patrem meum: quia Pater meus major est quàm ego.

29 Et nunc ecce dixi vobis priusquam fiat, ut quum factum fuerit, credatis.

30 Deinceps nō loquar vobiscum multa: venit in me princeps mundi, & in me non est ei quicquam.

31 Sed [5] ut cognoscat mundus quòd ego diligo Patrem meum, & sicut mandavit mihi Pater meus, ita facio. Surgite, abeamus hinc.

riotes, Domine, quid est cur te sis nobis conspiciendū exhibiturus, & nō mundo?

23 Respondit Jesus & dixit ei, Si quis diligit me, sermonem meum observabit, & Pater meus diliget eum, & ad eum veniemus, & apud eum habitabimus.

24 Qui non diligit me, sermones meos non observat: & sermo quem auditis, non est meus, sed ejus qui misit me, *nempe* Patris.

25 [s] Hæc loquutus sum vobis, apud vos manens.

26 *Advocatus autem ille, *id est* Spiritus sanctus, quem mittit Pater in nomine meo, ille vos docebit omnia, & suggeret vobis omnia quæ dixi vobis.

27 [t] Pacem relinquo vobis, pacem illam meam do vobis: non prout mundus dat, ego do vobis. Ne turbator cor vestrum, neque formidato.

28 [v] Audivistis me dixisse vobis, Abeo & redeo ad vos. Si diligeretis me, gauderetis utique quòd dixerim, proficiscor ad Patrem. [x] nam pater major me est.

29 Et nunc dixi vobis priusquam fiat, ut quum factum fuerit, credatis.

30 [y] Nō loquar ampliùs multa vobiscū: venit enim princeps mundi hujus, sed [z] in me non habet quicquam.

31 Sed ut norit mundus Patrem a me diligi: & prout præcepit mihi Pater, ita faciā. surgite, abeamus hinc.

[4] r. vel, quare nobis ostensurus es teipsū, &c.

[5] r. vel, ut cognoscat mundus quòd ego diligo Patrem meum, & sicut mandavit mihi Pater meus ita facio, surgite, abeamus hinc, putā in locū ubi fuit proditus. infr. 18. 1. Sic ostendit Christus se ad obsequium Patris paratum esse, & ultrò sese sistere pro peccatis nostris moriturum.

[s] 1. Quod semel loquutus est Christus, id ipsum suis monumentis insculpere electorū animis. Spiritus sancti officium est. * *Infr. 15. 26.*

[t] 2. Vera omnis fœlicitas in uno Christo nobis obtingit.

[v] 2. Tantum abest ut discessum Christi a nobis secundùm carnem ægrè ferre debeamus, ut e cōtrario de eo nos gaudere oporteat, quū ex capitis glorificatione pēdeat omnis membrorum benedictio.

[x] Illud referendū est ad personam mediatoris, quo respectu Pater major est Filio.

[y] 2. Christus non invitus, sed volens, nō diabolo cedēs, sed Patris decreto obediēs mortē subiit.

[z] Quasi dicat, me statim aggreditur Satan totis viribus, sed in me nihil habet juris, nec in me quicquam cōperiet, quale se inventurum sperat.

CAPUT DECIMUMQUINTUM.

[1] Viti, [2] & palmitum similitudine, [5.6] ostendit quomodo discipuli fructum ferre possint. [12. 17] Dilectionem mutuam commendat. [18] Ad patientiam in afflictionibus, [20] suo exemplo adhortatur.

EGo sum vitis [1] vera, & Pater meus est agricola.

2 Omnem palmitem qui in me fructus non reddit, tollit: & eum qui reddit fructus, purgat, *ut fructus plurimos afferat.

3 Vos jam mundi estis propter sermonem quem loquutus sum vobiscum.

4 Manete in me, & ego in vobis. Sicut palmes non potest dare fructus a semetipso, nisi maneat in vite: ita nec vos, nisi manseritis in me.

5 Ego sum vitis, & vos palmites. Qui manet in me, & ego in eo, hic affert fructus plurimos: quia nisi ego sim, nō potestis facere quicquam.

6 Nisi autem quis maneat in me, ejicitur foras [2] sicut palmes qui aridus est, & colligentes injiciunt eum in ignem, ut succendatur.

7 Si verò manseritis in me, & sermones mei manserint in vobis, quicquid volueritis petere, fiet vobis.

8 In hoc glorificatur Pater ut fructus multos afferatis: & eritis discipuli mei.

9 Sicut dilexit me Pater meus, ego

EGo [a] sum vitis illa vera, & Pater meus est agricola ille.

2 *Omnem palmitem in me nō ferentem fructum, tollit: & omnem qui fert fructum, purgat, ut plus fructus adferat.

3 *Jam vos puri estis propter sermonē quem loquutus sum vobis.

4 Manete in me, & ego in vobis *manebo:* sicut palmes nō potest ferre fructum a semetipso, *id est* nisi manserit in vite: ita nec vos, nisi in me manseritis.

5 Ego sum vitis, vos palmites: is qui manet in me, & in quo ego *maneo*, hic fert fructum multum: nam seorsim a me nihil potestis facere.

6 *Nisi quis in me manserit, abjectus extra *vineam*, statim ut palmes arescet: deinde cōgregantur isti *palmites*, & in ignem abjiciuntur, & ardent.

7 [b] Si manseritis in me, & verba mea in vobis manserint, *quicquid volueritis, petite, & fiet vobis.

8 [c] In hac re glorificatus fuerit Pater meus, ut fructum multum adferatis: & eritis mei discipuli.

9 [d] Prout dilexit me Pater, *ita* & ego

[1] r. Syrè, veritatis. Hebraiss. emphaticus.

[2] Syriaca verborum collocatio diversum sensum postulare videtur à Græco contextu, in quo dicitur palmes arefactus, quia a radice sit separatus, quum hic e diverso exsectus dicatur quòd priùs esset aridus. Verùm ita exponitur Græca veritas, ne qs putet palmitē amputari nisi sterilem.

[a] 2. Natura penitus aridi & flammis tātùm apti sumus, itaque ut vivamus & frugiferi simus, necesse est primùm omnium nos Patris manu Christo, veluti viti palmites, inserit: deinde insitos quotidiana meditatione Verbi & cruce putari: alioqui ne insitum quidem fuisse cuiquam proderit, nisi penitus viti adhærēs succum inde hauserit. * *Mat. 15. 13.* * *Sup. 15. 10.* * *Col. 1. 23.*

[b] 2. Is demum in Christo manet, q in ipsius doctrina acquiescit, ac proinde veros fructus edit: pater autem vicissim istiusmodi homini nihil prorsus denegabit. * *1 Joh. 3. 22.*

[c] Quasi dicat, Ita glorificabitur pater meus, & ita demum eritis mei discipuli, si multum fructum attuleritis. [d] 2. Charitas Patris in Filium & Filii in nos, & nostra tum in Deum tum in proximum perpetuo inter se nexu cohærent: nec quicquam est ea suavius. Prodit autem sese charitas ex effectis, cujus perfectissimum exemplar Christus ipse nobis suppeditat.

dilexi vos: [c] manete in illa mea charitate.

10 Si præcepta mea observaveritis, manebitis in charitate mea, sicut ego Patris mei præcepta servavi, & maneo in ejus charitate.

11 Hæc loquutus sum vobis, ut gaudium illud meum in vobis maneat, & gaudium vestrum impleatur.

12 *Hoc est mandatum illud meum, ut diligatis alii alios, prout dilexi vos.

13 Majorem charitatē nullus habet, quā istam, ut quispiam animam suam deponat pro amicis suis.

14 Vos amici mei eritis, si feceritis quęcumque ego præcipio vobis.

15 [f] Nō amplius dicam vos servos, quia servus nescit quid faciat dominus ipsius: vos autem dixi amicos, quia omnia quæ audivi a Patre meo, nota feci vobis.

16 [g] Non vos me[h] elegistis, sed ego elegi vos, & constitui *vos ut abeuntes fructum feratis, & fructus vester maneat: ut quicquid petieritis a Patre in nomine meo, det vobis.

17 Hæc præcipio vobis, ut diligatis alii alios.

18 [i] Si mundus vos odit, scitis me priùs quàm vos, illis odio habitum.

19 Si ex mundo essetis, mundus quod suum est amaret: quia verò ex mundo non estis, sed ego elegi vos ex mundo, propterea odit vos mundus.

20 Mementote sermonis illius quem ego dixi vobis, *Nō est servus major domino suo. *Si me persequuti sunt, & vos persequentur: si sermonem meum observaverunt, & vestrum observabunt.

21 [k] *Sed hæc omnia facient vobis propter nomen meum, quia non noverunt eum qui misit me.

22 [l] Si nō venissem & loquutus essem eis, peccatum non haberent: nunc autem non habent quod prætexant peccato suo.

23 Qui me odit, *is* etiam Patrem meum odit.

24 Si opera non fecissem inter eos quę nemo alius fecit, peccatum non haberēt: nunc autem & viderunt, & oderunt tum me tum Patrem meum.

25 Sed *oportet* ut impleatur sermo qui in [m] Lege ipsorum scriptus est, *Oderunt me immeritò.

26 [n] Quum autem venerit Advocatus ille *quem ego mittam vobis a Patre, Spiritus, *inquam*, ille veritatis, qui a Patre emanat, ille testabitur de me.

27 [o] Sed & vos testabimini, quoniam a principio mecum estis.

quoque dilexi vos. manete in dilectione mea.

10 Si mandata mea servaveritis, manebitis in dilectione mea: sicut ego servavi mandata Patris mei, & maneo in dilectione ejus.

11 Hæc loquutus sum vobiscum, ut gaudium meum maneat in vobis, & impleatur gaudium vestrum.

12 Hoc est mandatum meum, ut diligatis unus alium, sicut ego dilexi vos.

13 Dilectio quæ major sit quàm hæc, nō est, ut quis [3] animam suam ponat pro amicis.

14 Vos amici mei estis, si feceritis omnia quæ præcipio vobis.

15 Non ampliùs voco vos servos: quia servus nescit quid faciat Dominus suus. amicos autē meos vocavi vos: quia quicquid audivi a Patre meo, notum feci vobis.

16 Nequaquam vos elegistis me, sed ego ipse elegi vos, & posui vos, ut etiam vos [4] abeuntes afferretis fructus, & fructus vestri manerent, ut omnia quæ petieritis a Patre meo in nomine meo, daret vobis.

17 Hæc præcipio vobis, ut diligatis unus alium.

18 Et si mundus odit vos, scitote quòd priusquam vos, me odit.

19 Et si de mundo [5] fuissetis, mundus quod suum est diligeret. sed nō fuistis de mundo: ego enim elegi vos ex mundo, propterea odit vos mundus.

20 Mementote sermonis quem ego dixi vobis, quòd nō est servus qui major sit quàm dominus suus. Si me persequuti sunt, etiam vos persequentur: & si sermonem meum servaverunt, etiam vestrum servabunt.

21 Sed hæc omnia facient in vos propter nomen meū: quia nō noverunt eum qui misit me.

22 Si ego non venissem, nec loquutus fuissem cum eis, non esset eis peccatum: nunc autem non est excusatio de peccatis suis.

23 Qui me odit, etiam Patrem meum odit.

24 Et si opera non fecissem ante oculos eorum quæ nemo alius fecit, [6] non esset peccatum: nunc autem & viderunt, & oderunt tum me, tum etiam Patrē meum.

25 Ut impleretur sermo qui scriptus est in Lege eorum, nempe, Oderunt me immeritò.

26 Quum autem venerit Paracletus ille quem ego missurus sum vobis a Patre meo, Spiritus veritatis ille qui a Patre meo procedit, ille testabitur de me.

27 Etiam vos testes estis, quia a principio mecum estis.

[c] 1. In illa charitate qua ego vos prosequor, reciprocatur autem ista charitas.
*Sup. 13. 14. 1. Thess. 4. 9. 2. Joh. 3. 11. & 4. 21.

[f] 2. Evangelii doctrina sicut Christi voce prodita est, perfectissima est & absolutissima cōsilii Dei, quod ad salutem nostram attinet, declaratio, Apostolis commissa.

[g] 3. Christus auctor est ac conservator Evāgelici ministerii ad finem usque mundi. Est autem ministris in primis opus tum precibus, tum charitate mutua.

[h] Diserte hoc loco dicitur, Salutem hominis esse solius favoris & benignitatis Dei æterni, & nullius meriti ipsorum.
*Mat. 28. 19.

[i] 3. Non modò non perterrefacere, sed etiam confirmare fidos Christi ministros debet, quòd instar Domini sui sint mundo exosi.
*Sup. 13. 16. Matt. 10. 24. *Mat. 24. 9.

[k] 3. Odium mundi adversus Christum, ex mentis stupore, spōte tamen cæcutientis, oritur, ut mundus nihil planè habeat quod culpæ suæ prætexat.
*Infr. 16. 4.

[l] Quasi dicat, Nisi venissem, isti coram Dei tribunali non desinerent dicere se fuisse religiosos & planè alienos a peccato: sed quum ad eos venerim, & me planè rejiciāt, ereptum est illis quicquid suæ improbitati prętexuissent.

[m] Aliquando legis nomine intelligitur Pēntateuchus: hoc loco pro tota Scriptura: locus enim quē citat, legitur in Psalmorum libro. * Psalm. 35. 19.

[n] 3. Adversus impiorum rabiem interiore testimonio Spiritus sancti perstatur: sed non alia vox est Spiritus sancti quàm quæ Apostolorum ore sonat. * Luc. 24. 49. Supr. 14. 26.

[o] Hoc additum est, ut sciamus plus fidei mereri Apostolos, quia oculati fuerunt eorum testes quæ annunciant.

[3] 1. Vitam suā.

[4] 2. Syrè, eatis & adferatis, id est, pergatis adferre. Hebr.

[5] 1. vel essetis. & ita sequente versu, sed non estis de mundo. atque hoc tum Græco textui, tum rei argumento videtur convenientius.

[6] 1. al. non esset eis peccatum. quod melius.

CAPUT DECIMUMSEXTUM.

[1] *Crucem prædicit discipulis.* [7] *Consolatorem promittens,* [8. 9. 13] *ejus officium describit.*
[21] *Mulieri parienti afflictiones suorum comparat.*

Hæc

HÆc loquutus sum vobiscum, ne offenderemini.

2 Ejiciẽt enim vos ex synagogis suis: & veniet hora ut quisquis interfecerit vos, arbitretur quòd oblationem offeratDeo.

3 Et hæc facient, quia non noverunt nec Patrem nec me.

4 Hæc loquutus sum vobiscum, ut quũ venerit tempus eorum, memores sitis eorum, quòd ego dixi vobis. Hæc autem ab initio non dixi vobis, quia vobiscum eram.

5 Nunc autem abeo ad eum qui misit me, & nemo ex vobis interrogat me, Quò vadis?

6 Dixi enim vobis hæc: & venit tristitia ac implevit corda vestra.

7 Sed ego veritatem dico vobis, quòd expedit vobis ut ego abeam. Sic enim ego non abeam, Paracletus non est venturus ad vos: si autem abeam, mittam eum ad vos.

8 Et quum venerit ille, arguet mundum de peccato, & de justitia, & de judicio.

9 De peccato, quia non credunt in me.

10 De justitia autem, quia ad Patrem meum abeo, & non rursus visuri estis me.

11 De judicio verò, quia princeps mundi hujus judicatus est.

12 Rursus multum est mihi dicendum vobis: sed non potestis comprehendere modò.

13 Quum venerit autem Spiritus veritatis, ille inducet vos in omnem veritatẽ. Non enim loquetur ex mente sua ipsius, sed quicquid audierit ipse loquetur, & futura nota faciet vobis.

14 Ille glorificabit me, quia de meo accipiet [1].

15 Quicquid est Patri meo, meum est: propterea dixi vobis quòd de meo accipiet, & annunciabit vobis.

16 Paululum, & non videbitis me: & iterum paululum, & videbitis me: quia abeo ad Patrem.

17 Et dicebant discipuli ejus unus ad alium, Quid est hoc quod dixit nobis, Paululum, & nõ videbitis me: &, iterum paululum, & videbitis me: & Quia abeo ad Patrem meum?

18 Et dicebant, Quid est hoc paululum quod dixit? Nescimus quid loquatur.

19 Jeschua autem cognovit quòd quærebant ut interrogarent eum, & dixit eis, De hoc quæritis [2] mutuò inter vos, quod dixi vobis, Paululum, & non videbitis me: & iterum paululum, & videbitis me?

20 Ammin ammin dico vobis quòd flebitis vos & lugebitis, & mundus gaudebit: ac vobis tristitia erit, sed tristitia vestra in gaudium [3] erit.

21 Mulieri, quũ parit, tristitia est ei, quia venit dies partus ejus: quum autem

[1] 7. alii addũt, & annunciabit vobis: quod non legebat Tremellius hic, sed tãtùm sequente vers. autore librarii.

[2] Ad ver. Cum uno unus. Hebraismus, i. Unus cum altero.

[3] i. Cõvertetur, Cedet.

HÆc [a] loquutus sum vobis, ut ne offendamini.

2 Movebunt vos synagogis: imò veniet tempus quum quisquis vos interemerit, putet se cultum præstare Deo.

3 Et hæc facient vobis, quia non noverunt Patrem, neque me.

4 *Sed hæc loquutus sum vobis, ut ubi venerit hora illa, memineritis eorum, *nempe* quòd ego *hæc* dixerim vobis. hæc autem vobis a principio nõ dixi, quia vobiscum eram.

5 Nunc autem abeo ad eum qui misit me, & nemo ex vobis interrogat me, *dicens*, Quò abis?

6 Sed quia hæc loquutus sum vobis, tristitia implevit cor vestrum.

7 [b] Sed ego veritatem dico vobis, confert vobis ut ego abeam. Nisi enim abiero, Advocatus ille non veniet ad vos: sin autem profectus fuero, mittam eum ad vos.

8 [c] Et quum venerit ille, [d] arguet [e] mundum de peccato & de justitia & de judicio:

9 De peccato quidem, eo quòd nõ credunt in me:

10 [f] De justitia verò, eo quòd ad Patrẽ abeam, & ampliùs non conspicietis me:

11 [g] De judicio autem, [h] eo quòd princeps hujus mundi condemnatus sit.

12 [i] Adhuc multa habeo quæ vobis dicam, sed nunc non potestis portare.

13 Quum autem venerit ille, *id est* Spiritus ille veritatis, dux viæ vobis erit in omnem veritatem. non enim loquetur a semetipso, sed quæcumque audierit loquetur: & quæ ventura sunt, renunciabit vobis.

14 [k] Ille me glorificabit, quia de meo accipiet, & renunciabit vobis.

15 Omnia quæ habet Pater, mea sunt: propterea dixi illum de meo accepturum & renunciaturum vobis.

16 [l] [m] Paulisper, & nõ cõspicietis me: & rursum paulisper, & videbitis me, [n] quia ego vado ad Patrem.

17 ‡Dixerunt ergo *quidam* ex discipulis ejus alii ad alios, Quid est hoc quod dicit nobis, Paulisper, & nõ cõspicietis me, & rursus, paulisper, & videbitis me: &, Quia ego vado ad Patrem?

18 Dicebant ergo, Quid illud est quod dicit paulisper? nescimus quid loquatur.

19 Cognovit autẽ Jesus eos velle ipsum interrogare, & dixit eis, De hoc quæritis inter vos, quòd dixi, Paulisper, & nõ conspicietis me: & iterum, paulisper, & videbitis me?

20 Amen amen dico vobis, flebitis vos, & lamentabimini, mundus autem gaudebit: vos verò tristes eritis, sed tristitia vestra evadet in gaudium.

21 Mulier, quum parit, dolorem habet, quoniam advenit hora ejus: postquam

[a] 2. Evangelii ministris non tantùm ab apertis hostibus, sed etiam ab iis ipsis qui domestici atq; adeò columnæ Ecclesiæ sibi videntur, quævis probra sũt exspectanda.

* *Sup. 15. 21.*

[b] 2. Christi absentia secundùm carnem, Ecclesiæ utilis, ut a spirituali ipsius virtute toti pendeamus.

[c] 2. Spiritus Dei ita est in prædicatione Verbi efficax, ut mũdum etiam invitum tandem cogat & suã injustitiam & Christi justitiam ac omnipotentiã fateri.

[d] Cõvincet ita ut nihil habeat quod prætexat.

[e] Respicit tempus illud quod ipsius ascensionem cõsequutum est quum effuso in Ecclesia Spiritu omnes contradicentes manifestò coarguit. Conviẽti autẽ fuere ipsi Christi hostes peccati, quum coacti sunt profiteri se in eo errasse quòd nõ credidissent. ideò dicebant Petro, Act. 2. Quid faciemus viri fratres?

[f] Ipsius Christi: quũ enim mundus videbit per me Spiritũ effusum, fateri cogetur, me justũ fuisse, qui ex hoc mundo discedens, non fuerim damnatus a Patre.

[g] De auctoritate illa ac potestate quam ego tunc obtinebo in cælo & in terra.

[h] i. Quia re ipsa intelligẽt & cognoscent me, diabolo superato, imperiũ in mundo exercere, quũ viderint omnes sese frustrà vobis opponere, quoniam vos armabo virtute illa cælesti, qua destruaris omnem celsitudinem quæ extollitur adversus cognitionẽ Dei. Vide 2. Cor. 10, 12.

[i] 2. Apostolica doctrina eSpiritu sancto profecta est, & quidem omnibus suis numeris absoluta. [k] 2. Spiritus sanctus nullam novam doctrinam affert, sed Christi voce tradita docet, & animis insculpit. [l] 2. Gratia Spiritus sancti, vivum est speculum in quo verè conspicitur Christus, perspicacissimis videlicet fidei, non autem lusciosis illis carnis oculis: unde perenne gaudium in mediis etiam doloribus sentitur.

[m] Ubi paululum temporis præterierit.

[n] Quia transeo ad æternam gloriam: unde futurum est ut vobis adsim multò magis quàm anteà, Tunc enim verè, quis & quantus sim experiemini.

autem peperit puerulum, jam nõ meminit afflictionis, propter gaudiũ quòd homo sit natus in mundum.

22 Et vos igitur nunc quidem tristitia tenemini: sed rursum videbo vos, & gaudebit cor vestrum, & gaudium vestrum nemo tollet a vobis.

23 [o] Et illo die me nõ interrogabitis quicquam. * Amen amen dico vobis, quęcumq; petieritis a Patre in nomine meo, dabit vobis.

24 Usque adhuc nõ petiistis quicquam in nomine meo: petite, & accipietis, ut gaudium vestrum sit plenum.

25 Hæc loquutus sum vobis per similitudines: venit tempus quum non ampliùs per similitudines loquar vobis, sed apertè de Patre meo nuncium afferam vobis.

26 [p] Illo die in nomine meo petetis: & non dico vobis me rogaturum Patrem pro vobis.

27 Ipse enim Pater amat vos, quia vos me amastis, * & credidistis me a Deo prodiisse.

28 Prodii a Patre, & veni in mundum: iterum relinquo mundum, & proficiscor ad Patrem.

29 [q] Dicunt ei discipuli ejus, Ecce, nunc apertè loqueris, nec similitudinem ullam dicis.

30 Nunc scimus te scire omnia, nec opus esse tibi ut quis te interroget: per hoc credimus te a Deo prodiisse.

31 Respondit ei Jesus, Nunc creditis?

32 [r] * Ecce veniet tempus, & jam venit, quum dispergemini unusquisque ad sua, méque solum relinquetis: sed nõ sum solus: nam Pater mecum est.

33 [s] Hæc loquutus sum vobis ut [t] in me pacem habeatis. in mundo afflictionem habebitis: sed confidite, ego vici mundum.

peperit filium, nõ recordatur afflictionis suæ propter gaudium quòd natus sit filius hominis in mundo.

22 Etiam vos, nunc tristitia est vobis: rursus autem videbo vos, & gaudebit cor vestrum, & gaudium vestrum nemo tollet a vobis.

23 Et in illo die me non interrogabitis quicquam. Ammin ammin dico vobis quòd quicquid rogaveritis Patrem meũ in nomine meo, dabit vobis.

24 Usque nunc non petiistis quicquã in nomine meo, [4] neque quicquam. Petite, & accipietis, ut sit gaudium vestrum plenum.

25 Hæc per parabolas loquutus sum vobiscum. Ventura est autem hora quãdo non loquar vobiscum per parabolas, sed apertè declarabo vobis de Patre,

26 [5] In illo die quo petetis in nomine meo. Et non dico vobis quòd ego rogabo Patrem pro vobis.

27 Ipse enim Pater diligit vos, quia vos dilexistis me, & credistis quòd ego a Patre exiverim.

28 Egressus sum a Patre, & veni in mundum: & iterum relinquo mundum, & vado ad Patrem.

29 Dicunt ei discipuli ejus, Ecce jã manifestè loqueris, & parabolam ne unam quidem dicis.

30 Nunc scimus quòd omnia scias, nec opus habes ut quis interroget te. in hoc credimus quòd a Deo exiveris.

31 Dixit eis Jeschua, [6] Credite:

32 Quòd ecce, ventura est hora, & jam venit, quòd dispergemini quisque in locum suum, & relinquetis me solum: & non sum solus, quia Pater mecum est.

33 Hæc dixi vobis ut in me sit vobis pax. in mundo futura est vobis afflictio: [7] sed bono animo sitis, ego vici mundum.

* 8. Spiritus sanctus ab ascensione Christi in Apostolos effusus, sũma quæq; mysteria & salutis nostræ arcana, tũ ipsos tum etiam Ecclesiam per ipsos erudiit, & ad finem usq; seculorum erudiet.
* *Supr. 14. 13. Matth. 7. 7. & 21. 22. Mar. 11. 24. Luc. 11. 9. Jac. 1. 5.*
p 8. Summa cultus Dei, est invocatio Patris in nomine Filii mediatoris, qui jam exauditus est pro nobis, p quib. & exinanitus fuit, & nunc glorificatus.
* *Infr. 11. 8.*
q 8. Fides & stolida securitas plurimùm distant.
r 8. Christi virtuti nihil detrahit neq; mundi improbitas, neque suorum imbecillitas.
* *Mat. 26. 31. Mar. 14. 27.*
s 8. Ex unius Christi victoria pendet Ecclesię firmitas.
t In me prorsus conquiescatis. Pax enim hoc loco opponitur perturbationi ac tristitiæ.

4 Ita habet ad verbum: sed videtur esse repetitio ad majorem confirmationem, quasi dicat, Ita est ut dixi, nihil vos petiisse in nomine meo.
r. sed hoc ab aliis abest, & meliùs judicio meo.
5 r. al. meliùs sine relativo, In illo die petetis, &c.
6 r. vel credite: nam ecce ventura est hora, &c. q. d. verè jã credatis opus est, & vos hortor ad fidem: hac enim maximè ad instantes afflictiones opus habebitis: quòd posteà ver. 33 ampliùs exponitur.
7 Ad ver. recipite cor. Gall. *Prenez courage.*

CAPUT DECIMUMSEPTIMUM.

[1] Orat Christus ut mutua sit illustratio gloriæ suæ & Patris. [6] Orat pro Apostolis, [20] & toto credentium grege.

HÆc [a] loquutus est Jesus, & sustulit oculos suos in cælum, dixítque [b] Pater, venit hora illa, glorifica filium tuũ, ut & te Filius tuus glorificet:

2 * Sicut dedisti ei auctoritatem *in* [c] omnem carnem, ut quotquot dedisti ei, det eis vitam æternam.

3 Hæc est autem vita æterna, [d] ut te cognoscant *esse* illum solum verum Deum, & quem misisti Jesum Christum.

4 Ego te glorificavi in terra: opus consummavi quod dedisti mihi ut facerem:

5 Nunc igitur glorifica me tu Pater apud temetipsum ea gloria quam habui apud te priùs quàm mundus esset.

HÆc loquutus est Jeschua, & sustulit oculos suos in cælum, ac dixit, Pater mi, venit [1] hora: glorifica filium tuum, ut filius tuus glorificet te.

2 Sicut dedisti ei potestatem super omnem carnem, ut omni quod dedisti ei, det vitam quæ est in æternum.

3 Hæc est autem vita quæ est in æternum, ut agnoscant te qui es [2] Deus verus solus, & eum quem misisti, Jeschua Christum.

4 Ego glorificavi te in terra: opus illud quod dedisti mihi ut facerem, perfeci.

5 Et nunc glorifica me tu Pater mi apud te, ea gloria quæ erat mihi apud te antequàm esset mundus.

a 8. Jesus Christus æternus Pontifex mox seipsum oblaturus, solennibus precibus seipsum, ut victimam, & nos una secũ, Deo Patri cõsecrat. Itaq; hæc precatio fuit a cõdito mundo, est, & erit ad finem usq; seculorum, Ecclesiæ Dei fundamentum.
b 8. Præfatur sese sicut in mundum venit, in quo per fidẽ apprehenso gloriã suam servandis suis electis patefaceret Pater, ita huic uni rei studuisse, ac, proinde petere ut absoluto suo operi benedicat Pater.
* *Mat. 28. 18.*
c In omnes homines.
d 8. Patrẽ solũ verũ Deũ vocat, ut illum falsis omnib. diis opponat, nõ ut seipsum & Spiritũ sanctũ excludat, quũ sui cognitionẽ statim cũ Patris cognitione cõjungat, sed suo more totam divinitatem in Patris persona proponit. Sic Pater dicitur solus Rex immortalis, sapiens, habitans lucem inaccessam, invisibilis, Rom. 16. 27. 1. Tim. 1. 17.

1 r. vel hora illa.
2 r. Syr. Deus veritatis solùm, i. præter quem nullus est verus Deus in se & veritatis effector. Id enim de Patre verũ est personaliter respectu personarum S. Trinitatis inter se, quòd Pater Deus veritatis est, ut principium & ortus etiam Filii, essentialiter verò de Patre, Filio, & Spiritu sancto, ut personis tribus in unitate essentiæ: Sed qd si verba Græca ita construxeris [illegible] ut agnoscãt solũ verũ Deũ q [illegible] & falsis opponitur, nimirũ te, & eum quẽ misisti Jesum Christum: atque hoc ipsum articulo [illegible] videtur confirmari.

6 Notum feci nomen tuum filiis hominis, illis quos dedisti mihi de mundo, Tui erant, & mihi dedisti eos, & servaverunt sermonem tuum.

7 Nunc novi quòd omne quod dedisti mihi, abs te est.

8 Quia sermones quos dedisti, dedi eis: & ipsi acceperunt, & cognoverunt verè quòd a te exivi, & crediderunt quòd tu misisti me.

9 Et ego pro eis oro. nequaquam pro mundo oro, sed pro iis quos dedisti mihi, quia tui sunt:

10 Et quicquid meum est, tuum est, & quod tuum *est*, meum est: & glorificor in eis.

11 Deinceps ampliùs non sum in mundo, & hi in mundo sunt, ac ego ad te venio. Pater sancte, serva eos per nomen tuũ illud quod dedisti mihi, ut sint unum sicut nos.

12 Quando cum eis eram in mundo, ego servabam eos per nomen tuum. eos [3]quod dedisti mihi servavi, & nemo ex iis periit nisi [4]filius perditionis, ut impleretur Scriptura.

13 Nunc autem ad te venio, & hæc loquor in mũdo, ut sit gaudium meum impletum in eis.

14 Ego dedi eis sermonem tuum, & mundus odit eos: quia non sunt ex mundo, sicut ego non sum ex mundo.

15 Nequaquam ut tollas eos e mundo peto: sed ut serves eos ex malo.

16 Non enim sunt ex mundo, sicut ego non sum ex mundo.

17 Pater, sanctifica eos in veritate tua, quia sermo tuus veritas est.

18 Sicut me misisti in mundum, etiam ego misi eos in mundum.

19 Et pro eis sanctifico meipsum, ut sint etiam ipsi sanctificati in veritate.

20 Et nequaquam pro iis rogo tãtùm, sed etiam pro illis qui credunt in me per sermonem eorum.

21 Ut omnes sint unum, sicut tu (Pater mi) in me, & ego in te: ut etiam ipsi in nobis unum sint: ut credat mundus quòd tu miseris me.

22 Et ego gloriam quam dedisti mihi dedi eis, ut sint unum, sicut nos unum sumus.

23 Ego in eis, & tu in me: ut sint perfecti in unum, & ut cognoscat mũdus quòd tu misisti me, & quòd dilexisti eos, sicut etiam me dilexisti.

24 Pater, eos quos dedisti mihi, volo ut in loco ubi sum, etiam ipsi sint mecum, ut sint spectantes gloriam meam illam quam dedisti mihi: quia dilexisti me ante fundationem mundi.

25 Mi Pater juste, & mundus non novit te, ego autem novi te: & hi noverũt quòd tu misisti me.

26 Et notum feci eis nomen tuum, &

[3] vel quos dedisti, vt Græca verba & sensus postulant: neque enim Syri verbis adversatur hæc interpretatio.
[4] i. Addictus exitio. Hebraismus já sæpius indicatus.

6 [e] Manifestum feci nomen tuum hominibus quos dedisti mihi *selectos* e mundo: [f] tui erant, & [g] mihi eos dedisti: & sermonem tuum servârunt.

7 *Nunc noverunt omnia quæ dedisti mihi a te esse.

8 Quia verba quæ tradidisti mihi, tradidi eis: & ipsi receperunt: & verè norunt me a te prodiisse, & crediderunt me a te missum esse.

9 Ego pro eis rogo: [h] non pro mundo rogo, sed pro *iis* quos dedisti mi, quia tui sunt.

10 Et mea omnia, tua sunt, & tua, mea sunt: & glorificatus sum in eis.

11 Et non sum ampliùs in mũdo, sed isti sunt in mundo, & ego ad te venio. Pater sancte, serva eos per nomen tuum, quos dedisti mihi, [i] ut sint unum, prout & nos.

12 Quum essem cum eis in mũdo, ego custodiebam eos per nomen tuum, quos dedisti mihi, ego custodivi, & nemo ex eis periit, nisi filius ille perditionis: * ut Scriptura impleretur.

13 Nunc autem ad te venio, & hæc loquor in mundo, ut habeant gaudiũ meum plenum apud se.

14 Ego tradidi eis sermonem tuum, & mundus eos odio habuit, quia non sunt ex mundo, prout & ego non sum ex mundo.

15 [k] Non rogo ut tollas eos e mundo, sed ut eos ab impio illo conserves.

16 Ex mundo non sunt, prout ego non sum ex mundo.

17 [l] Sanctifica eos tua veritate: sermo ille tuus veritas est.

18 [m] Sicut me misisti in mundum, *ita* & ego misi eos in mundum.

19 Et eorum causa ego sanctifico meipsum, ut sint & ipsi sanctificati [n] in veritate.

20 [o] Non tantùm autem pro istis rogo, sed & pro iis qui per sermonem eorũ credituri sunt in me:

21 Ut omnes unũ sint sicut tu Pater in me, & ego in te: ut & ipsi in nobis unum sint: ut credat mũdus me a te missum esse.

22 Et ego gloriam quam dedisti mihi, dedi eis, ut sint unum, sicut & nos unum sumus.

23 Ego in eis, & tu in me, ut sint cõsummati in unum, & ut cognoscat mundus quòd tu me miseris, & eos diligas, prout me dilexisti.

24 *Pater, quos dedisti mihi, velim ut ubi sum ego, & illi sint mecũ: ut spectent gloriam illam meam quam dedisti mihi: quia dilexisti me ante jactum mundi fundamentum.

25 [p] Pater juste, mundus te non novit: ego autem te novi, & hi noverunt me a te missum esse.

26 Et notum ipsis feci nomen tuum, &

[e] B. Primo loco precatur pro certis illis suis discipulis, per quos etac reliquos collecturus, eò que (repudiata semel omni reproborũ turba) Patri commendat, quòd ipse quidẽ eos ab illo sibi traditos in tutelã suam receperit: illi verò vicissim ejus doctrinã amplexi, totiantòsq; hostes sint habituri, ut sola ipsius ope salvi esse possint.
[f] Æternam illã electionẽ declarat in ipso Dei beneplacito abscõditã, quæ totius nostræ salutis est basis.
[g] Indicat æterni illius & absconditi propositi declarationẽ in Christo factam, per quem demum hde apprehẽsum justificati sumus, & sanctificati, ut electionis gloriam tandem consequamur.
* *Sup. 16. 27.*
[h] Quomodo se nõ pro mũdo orare dixerit, quum pro omnibus esset moriturus, & pro totius mũdi peccatis propitiatio futurus? respondemus, preces quas pii pro omnibus concipiũt, restringi tamẽ ad Deĩ electos. Hinc & illum & singulos oprare debemus salvos esse, atque ita complecti totum humanum genus, quia nondum distinguere licet electos à reprobis: interea tamen, adventum regni Dei optãdo, simul precamur ut hostes suos perdat, nam pro mundo oratur cõmuniter, pro electis e mundo, universaliter.
[i] Concordiam & conjunctionẽ animorum tribui suis precatur, ut imitatione conjunctionis divinæ inter ipsos cõsensio sit.
* *Psal. 109. 8.*
[k] B. Modum liberationis hunc definit,

non ut nulla pericula incurrant, sed ut ex omnibus servati, re ipsa experiantur veram esse doctrinam salutis quam ex ore ipsius acceptam aliis eram tradituri. [l] Id est, sanctos efficito. Sanctũ autem dicitur quod Deo peculiariter devotum est ac consecratum. [m] B. Addit, communem secum esse Apostolis vocationem, ac proinde illos oportere ea ipsa virtute fulciti, ut sese totos Patri devoveant, qua ipse primus seipsum Patri cõsecrat. [n] Opponitur sanctificatio Christi vera, id est solida, externis purificationibus. [o] B. Secundo loco offert Deo Patri suos omnes, id est, quotcumque in ipsum per Apostolorum doctrinam credentiut sicut ipse cum Patre cohæret, omnem inde plenitudinem accipiens, ita & illi cum ipso conjuncti inde vitam hauriant, ac tãdem in eo ipso simul dilecti, una etiam gloria cum ipso perfruantur. * *Sup. 12. 26.* [p] B. Cognitio Patris, quæ est in Christo mediatore plenissima, paulatim ab eo suis communicatur, ut hi ipso diligantur à Patre, eo ipso amore quo Filium complectitur.

notum faciã: ut charitas qua dilexisti me, sit in eis, & ego in eis.

notum facturus sum: ut dilectio ipsa qua dilexisti me, sit in eis, & ego sim in eis.

CAPUT DECIMUMOCTAVUM.

2 Christi, à Iuda proditi, virtute 6 milites in terram prosternuntur. 23 Christus ad Annam: hinc ad Caiapham ducitur. 22.23 Ministri bacillo cæsus, quid responderit. 28 Pilato traditus, 36 regnum suum declarat.

HÆc * [a] quum dixisset Iesus, *egressus* abiit cum discipulis suis trans torrentem Cedron, ubi erat hortus, in quem introivit ipse & discipuli ejus.

2 Noverat autem eum locum etiam Iudas qui prodebat eum, quia Iesus frequenter cum discipulis suis illuc convenerat.

3 * [b] Iudas ergo quum accepisset cohortem, & a primariis Sacerdotibus ac Pharisæis ministros, venit illuc cum laternis & facibus & armis.

4 [c] Iesus itaque sciens omnia quę ventura erant in se, prodiens dixit eis, Quem quæritis?

5 Responderunt ei, Iesum Nazarenum. Dicit eis Iesus, Ego *is* sum. Stabat autem cum eis etiam Iudas qui prodebat eum.

6 Ut ergo dixit eis, Ego *is* sum, abierũt retrorsum, & ceciderunt humi.

7 Iterũ igitur rogavit eos, Quem quæritis? Illi autem dixerunt, Iesum Nazarenum.

8 [d] Respondit Iesus, Dixi vobis me eum esse. ergo si me quæritis, sinite hos abire.

9 Ut impleretur sermo quem dixerat, * Ex iis quos dedisti mihi, non perdidi quemquam.

10 [e] Simon autẽ Petrus quum gladium haberet, eduxit eum, & feriit servum Põtificis maximi, & abscidit auriculam ejus dextram. Erat autem nomen servo Malchus.

11 Dicit ergo Iesus Petro, Recõde gladium tuum in vaginam. annon bibã poculum quod dedit mihi Pater?

12 [f] Cohors igitur & tribunus & ministri Iudęorum comprehenderunt Iesum, & vinxerunt eum.

13 Et abduxerunt primùm *ad Annam, erat enim socer Caiaphæ, qui erat Pontifex maximus anni illius. is verò misit eum vinctum ad Caiapham Pontificem maximum.

14 Erat autem Caiaphas is * qui consilium dederat Iudæis expedire ut unus homo moreretur pro populo.

15 [g] *Sequebatur autem Iesum Simon Petrus, & alius discipulus. Discipulus verò ille notus erat Pontifici maximo, & simul introiit cum Iesu in aulam Pontificis maximi.

16 Petrus autem stabat extrà ad ostium. Exivit ergo discipulus ille alter qui erat notus Pontifici maximo, & loquutus est ostiariæ, & introduxit Petrum.

17 Dixit ergo Petro ancilla ostiaria, Nónne & tu ex discipulis es hominis istius? Dicit ille, Non sum.

18 Adstabant autem servi & ministri qui prunas congesserant, quia frigus erat, &

HÆc dixit Ieschua, & egressus est cũ discipulis suis [1] ad vadum [2] Kedrum, ubi erat hortus, in quem ingressus est ipse & discipuli ejus.

2 Noverat autem etiam Iihuda proditor locum illum: quia [3] frequenter congregatus erat ibi Ieschua cum discipulis suis.

3 Ipse igitur Iihuda accepit cohortem, & a summis Sacerdotibus & Pharisæis accepit ministros, & venit illuc cum laternis & lampadibus & armis.

4 Ieschua autẽ, qui sciebat omnia [4] quæ ventura erant super se, egressus est, & dixit eis, Quem quæritis?

5 Dicunt ei, Ieschua Natzraja. Dixit eis Ieschua, Ego sum. Stabat autem etiam Iihuda proditor cum illis.

6 Et quũ dixisset eis Ieschua, Ego sum, abierunt retrorsum, & ceciderunt super terram.

7 Et rursum interrogavit eos Ieschua, Quem quæritis? Illi autem dixerunt, Ieschua Natzraja.

8 Dixit eis Ieschua, Dixi vobis quòd ego sum. & si me quæritis, sinite hos ut abeant.

9 Ut compleretur sermo [5] qui dicit, Quos dedisti mihi, non perdidi ex eis ne unum quidem.

10 [6] Super Schemeun autem Cipham erat gladius: & eduxit eũ, & percussit servum principis Sacerdotum, & abstulit ei aurem dexteram. nomen autem servi *erat* Malech.

11 Et dixit Ieschua Ciphę, [7] Pone gladiũ tuum in vaginam ejus. Poculũ quod [8] dedit mihi Pater meus, non bibam?

12 Tum cohors & [9] tribunus & ministri Iudæorum apprehenderunt Ieschua, & vinxerunt eum:

13 Ac adduxerũt eum ad Hannan primùm: propterea quòd socer erat Kajaphæ, ejus qui erat princeps Sacerdotum anni illius.

14 Erat autem Kajapha, is qui consiliũ dederat Iudæis quòd expediret ut unus homo moreretur pro populo.

15 Schemeun autem Cipha & unus ex discipulis aliis, [10] veniebant post Ieschua. Hunc autem ipsum discipulum noverat princeps Sacerdotum: & ingressus est cũ Ieschua in atrium.

16 Schemeun autem stabat foris ad ostium, & egressus est ille discipulus alius quem noverat princeps Sacerdotum, & dixit *puellæ* custodienti ostium: & introduxit ipsum Schemeun.

17 Dixit autem puella custodiens ostiũ, Schemeun, Nónne etiam tu ex discipulis es hujus hominis? Dixit ei, Non.

18 Et stabant [11] servi, ac ponebant ignẽ ut calefacerent se, quia gelu erat. Stabat autem

*Matth.26.56. mar.14.52. luc.22.19. 1.reg.15.11.

a 1. Christus in hortum proditori cognitum capiẽdus ultrò ingreditur, ut peccatum quod per unius hominis in horto rebellionem in mundũ ingressum est, sua obedientia tollat.

* Matt.26.47. mar.14.43. luc.22.47.

b 1. Christus innocens capitur: ut sceleratus, ut nos scelerati tamquam innocentes dimittamur.

c 1. Christi persona non virtus ab adversariis vincta est quãdo & sicut voluit.

d 1. Christus boni pastoris officium ne in extremis quidem suis periculis negligit.

* Sup.15.12.

e 1. Zelus Dei intra vocationis suæ limites est ab unoquoque continendus.

f 1. Christus nostrarũ blasphemiarum reus ad terrenum pontificem trahitur damnandus, ut ab ipsomet æterno Pontifice absolvamur.

* Luc.3.2.

* Sup.11.50.

g 1. Vivum exẽplum humanæ imbecillitatis, etiã in præstantissimis quibusq; simulatque sibi ipsis relinquuntur.

* Matth.26.58. mar.14.54. luc.22.54.

1 Ad verbum, Ad trãsitũ pedis. Periphrasis est vadi, id est loci torrẽtis minùs profundi, ubi torrens pede pertransiri potest. f. huic persimile est Ezechiel.47.3. & seq.

2 Nomen est tã vallis quàm torrentis qui per eam fluit inter Jerusalẽ & mõtem olivarum, sicut ex 2. Sam. 15. apparet.

3 Ad verb. Multo tempore.

4 f. vel superventura sibi, vel obventura.

5 f. vel quem dixerat, cõvenientius Græco.

6 Hebr. hoc est, Schemeun Kipha gladio accinctus erat. Galli imitantur, *Simon Pierre avoit une espee sur soy.*

7 f. alii simpliciter, repone gladium in vagina ejus.

8 f. dedit mihi, supple bibendum. Ellipsis supplenda ex sequente membro.

9 f. vel Chiliarchus, sive (ut Syrus interpres Græca voceabutitur) Chiliarcha.

10 l. Sequebantur Jeschua. Hebraismus. f. Sequebãtur autem, quum deduceretur ab Hannane ad Kajaphæ sacerdotis domum infrà vers. 24.

11 f. alii, servi & administri. hoc autem nõ legebat Tremellius.

autem etiam Schemeun cum eis, & calefaciebat se.

19 Princeps autem Sacerdotum interrogavit Jeschua de discipulis suis, & de doctrina sua.

20 Et dixit ei Jeschua, Ego apertè loquutus sum cum populo, & omni tempore docui in synagoga & in templo, quò omnes Judæi congregantur: & nihil in occulto loquutus sum.

21 Quid interrogas tu me? interroga eos qui audiverunt quid loquutus sum cũ ipsis: ecce, hi sciunt quicquid dixi.

22 Et quum hæc dixisset, unus ex ministris qui adstabat, percussit ipsum Jeschua super maxillam ejus: & dixit ei, Sic reddis tu responsum principi Sacerdotum?

23 Respondit Jeschua, & dixit ei, Si malè loquutus sum, testate de malo: sin autẽ benè, quare percutis me?

24 (Hannan autẽ miserat Jeschua vinctum ad Kajapha principem Sacerdotũ.)

25 Et Schemeun Kipha stabat, & calefaciebat se: & dixerunt ei, Nunquid etiam tu ex discipulis ejus es? Et ille negavit ac dixit, Non sum.

26 Dixit ei unus ex servis principis Sacerdotum, cognatus ejus cui amputaverat Schemeun auriculam, Non ego vidi te cũ eo in horto?

27 Et rursus negavit Schemeun, & eadem hora cantavit gallus.

28 Deduxerunt autem Jeschua a Kajapha ad prætorium: & erat manè. & ipsi nõ introierunt in prætorium, ne polluerentur, [12] donec comederent Petscha.

29 Egressus autem est Pilatus foras, & dixit eis, Quæ accusatio est vobis contra hominem hunc?

30 Responderunt, & dixerunt ei, Si non malefactor esset, neque tibi tradidissemus eum.

31 Dixit eis Pilatus, Accipite eum vos, & judicate eum secundùm legem vestrã. Dicunt ei Judæi, Non licet nobis interficere quemquam.

32 Ut impleretur sermo quem dixit Jeschua, notum faciens qua morte futurum erat ut moreretur.

33 Ingressus autem est Pilatus in prætorium, & vocavit Jeschua, ac dixit ei, Túne es rex Judæorum?

34 Dixit ei Jeschua, A teipso dixisti hoc, an alii dixerunt tibi de me?

35 Dixit ei Pilatus, Nũquid ego Judæus sum? Filii [13] populi tui & summi Scerdotes tradiderunt te mihi: quid fecisti?

36 Dixit ei Jeschua, Regnũ meum non est de hoc mundo: si de mundo esset hoc regnum meum, contendissent ministri mei ut non traderer Judæis. Nunc autem [14] regnum meum non est hinc.

37 Dixit ei Pilatus, Ergo rex es tu? Dixit ei Jeschua, Tu dixisti quòd rex sum. ad hoc natus sum, & ad hoc veni in mũdum ut testarer de veritate. Omnis qui est ex veritate, audit vocem meam.

38 Dixit ei Pilatus, Quid est veritas? Et quum dixisset hoc, egressus est rursus ad Judæos, & dixit eis, Ego ne unã quidem sese calefaciebant. erat verò cũ eis etiam Petrus adstans, & sese calefaciens.

19 [h] Pontifex maximus ergo interrogavit Jesum de discipulis ejus, & de doctrina ipsius.

20 Respondit ei Jesus, Ego palàm loquutus sum mundo: ego semper docui in synagoga & in templo, quò undique Judæi conveniunt, & in occulto loquutus sum nihil:

21 Quid me interrogas? interroga eos qui audierunt quid sim ipsis loquutus: ecce, hi sciunt quæ dixerim ego.

22 Hæc autem quum ipse dixisset, unus ex ministris qui adstabat, bacillo cecidit Jesum, dicens, Itáne respondes Pontifici maximo?

23 Respondit ei Jesus, Si malè loquutus sum, testificare de malo: sin benè, cur me cædis?

24 * Miserat igitur eum Annas vinctũ ad Caiapham Pontificem maximum.

25 [i] * Stabat autem Simon Petrus, & *sese* calefaciebat: dixerunt igitur ei, Num & tu ex discipulis ejus es? Negavit ille, & dixit, Non sum.

26 Dicit ei quidam ex servis Pontificis maximi, cognatus ejus cujus absciderat Petrus auriculam, Nónne ego te vidi in horto cum eo?

27 Rursus ergo negavit Petrus, & statim gallus vocem emisit.

28 * Ducunt ergo Jesum à [k] Caiapha in Prætorium. erat autem manè: & ipsi non introierunt in Prætorium, ne polluerentur, sed ut ederent Pascha.

29 [l] Prodiit ergo Pilatus ad eos, & dixit, Quam accusationem adfertis adversus hominem istum?

30 Responderunt & dixerũt ei, Nisi iste esset facinorosus, non tradidissemus eum tibi.

31 Dicit ergo eis Pilatus, Accipite eum vos, & secundùm legem vestram condemnate eum. Itaq; Judæi dixerunt ei, Nobis [m] non licet interimere quemquam.

32 * Ut sermo Jesu impleretur, quem dixerat, [n] significans qua morte futurum erat ut moreretur.

33 * Regressus est ergo in Prætoriũ Pilatus, & vocavit Jesum, dixitq; ei, Túne es rex ille Judæorum?

34 Respõdit ei Jesus, A teipsóne tu hoc dicis, an alii dixerunt tibi de me?

35 Respõdit Pilatus, Numquid ego Judæus sum? gens tua & primarii Sacerdotes tradiderunt te mihi. quid fecisti?

36 [o] Respondit Jesus, Regnum meum non est ex hoc mundo: si ex hoc mundo esset regnum meum, ministri mei certâssent ne traderer Judæis: nunc autem regnum meum non est hinc.

37 Dixit ergo ei Pilatus, Ergo rex es tu? Respondit Jesus, Tu dicis me regem esse. ego ad hoc genitus sum, & ad hoc veni in mundum ut dem testimonium veritati. Quisquis est ex veritate, audit vocem meam.

38 [p] Dicit ei Pilatus, [q] Quid est veritas? Et quum hoc dixisset, rursum prodiit ad Judæos, & dixit eis, Ego nullum invenio crimen

[12] 1. Syrè, dum comedũt Petscha, id est, vescuntur azymis panibus, quos Deus per dies septem in sanctimonia edi præceperat: synecdoche. In Græcis autem verbis præter synecdochen hanc ellipsis inest supplenda ex membro proximè precedẽte, ἀλλ' ἵνα φάγωσι τὸ πάσχα ἀμίαντοι, ut comederent Pascha incontaminati. Sic accipitur Pascha infr. v. 39.

[13] 1. Populares. Hebraismus.

[14] 1. vel regnũ meum, quod est mihi, sive meum inquã.

h 2. Christus parcè causam suam tuetur, non ut morti se subducat, sed ut ipsum innocentem damnari constet.

* Matth. 26. 57. mar. 14. 53. luc. 22. 54.

i 2. Lapsi semel homines, non modò nõ possunt sese suis viribus erigere, sed etiam in detetius magis ac magis præcipites ruunt, donec nova Dei virtute surrigantur.

* Matth. 26. 69. marc. 14. 67. luc. 22. 55.

* Matth. 27. 2. mar. 15. 1. luc. 23. 1. act. 10. 22. & 11. 3.

k Ab ædibus Caiaphæ.

l 2. Filius Dei sistitur ad mortalis & quidẽ profani hominis tribunal, ibique multo minus iniquitatis in profano homine, quàm in ipsis populi Dei principibus invenitur. Viva imago ità Dei adversus peccatũ, summæ ejusdem misericordiæ, severissimi denique judicii in præfractos oblatæ ejus gratiæ cõtemtores.

m Erepta enim illis fuerãt capitalia judicia, quadraginta annis ante templi destructionem.

* Matth. 20. 19.

n Dixerat Christus fore ut crucifigeretur.

* Matth. 27. 11. mar. 15. 2. luc. 23. 3.

o 2. Christus regnum suum spirituale asserit: mundanũ detrectat.

p 2. Christum oportuit quidem innocentem pronunciari, sed tamẽ quatenus nostram personã sustinet, non modò ut sceleratum, sed etiam ut sceleratorum sceleratissimum damnari.

q Fastidientis atque adeò irridentis vox, non interrogantis.

crimen in eo.

39 *Est autem vobis consuetudo ut unum dimittam vobis in Pascha: vultisne ergo dimittam vobis regem illum Iudæorum?

40 [r]*Clamitarũt autem rursum omnes dicentes, Nequaquã istum, sed Barabbam. Erat autem ille Barabbas latro.

*Matth.27.15. mar.15.6. luc.23.17.

r Ad verb. Magnum & deformẽ clamorem ediderũt. *Act.3.14.

causam invenio in eo.

39 Consuetudo autem est vobis ut unum solvam vobis in Paschate: vultis igitur *ut* solvam vobis hunc regem Iudæorum?

40 Et clamaverunt omnes, ac dixerũt, Non hunc, sed Bar-Abbam. Erat autẽ hic Bar-Abba latro.

CAPUT DECIMUMNONUM.

[1] Pilatus Christum flagellatum, [2] & spinis coronatum, [4] liberare volens, [8] Iudæorum improbitate victus, [16] crucifigendum tradit. [26] Iesus matrem discipulo commendat. [30] Aceto gustato, moritur. [34] Mortui latus lancea confoditur: [40] sepelitur.

Tunc * [a] ergo assumsit Iesum Pilatus & flagellavit.

2 Et milites contexuerunt coronam e spinis, & imposuerunt ipsius capiti, & pallio purpureo induerunt eum.

3 Et dicebant, Ave rex Iudæorum. Et bacillis eum cædebant.

4 [b] Prodiit ergo rursum Pilatus foras, & dixit eis, Ecce, adduco vobis eum foras, ut noveritis me nullum in eo crimen invenire.

5 Prodit ergo Iesus foras, gerens spineã illam coronam, & purpureum illud pallium. Et dixit eis *Pilatus*, Ecce homo.

6 Quum autem intuiti essent eũ primarii Sacerdotes & *eorum* ministri, clamitarunt, dicentes, [c] Crucifige, crucifige. Dicit eis Pilatus, Accipite eũ vos, & crucifigite, ego enim non invenio in eo crimen.

7 Responderunt ei Iudæi, Nos legem habemus, & secũdùm legem nostram debet mori, quia Filium Dei se fecit.

8 [d] Quum ergo audivisset Pilatus hunc sermonem, magis metuit.

9 Et rursus ingressus est in Prætorium, & dixit Iesu, Unde es tu? Iesus autem responsum ei non dedit.

10 Dicit ergo ei Pilatus, Mihi non loqueris? nescis me potestatem habere crucifigendi te, & potestatem habere te dimittendi?

11 Respõdit Iesus, Nõ haberes potestatem adversum me ullam, nisi *hoc* tibi datũ esset supernè: propterea qui me tradidit tibi, majus peccatum habet.

12 Ex eo *tempore* studebat Pilatus eum dimittere: Iudæi verò clamabant, dicentes, Si hunc dimiseris, non es amicus Cæsaris. quicumque se regem facit, contradicit Cæsari.

13 [e] Pilatus ergo quum audisset hũc sermonem, eduxit foras Iesum, consedítque in tribunali, in loco qui dicitur [f] Lithostrotos, Hebraicè autem Gabbatha.

14 Erat autem parasceve Paschæ, hora verò quasi sexta: tum dicit Iudæis, Ecce rex vester.

15 Illi verò clamitarunt, Tolle, tolle, crucifige eũ. Dicit eis Pilatus, Regem vestrum crucifigam? Responderunt primarii Sacerdotes, Non habemus regem nisi Cæsarem.

16 [g] Tunc ergo tradidit eũ ipsis ut crucifigeretur. *Assumpserũt autem Iesum, & abduxerunt.

*Matth.27.27. mar.15.17.

a B. Prudentia carnis ex duobus malis minus eligit: Deo autem illi maledicit.

b B. Christus rursum eodẽ illo ore absolvitur quo postea damnatus est.

c Crucifigi volunt quem ipsi ex recepta cõsuetudine lapidatum suspendissent, quasi blasphemiæ convictũ: Ideomox subjicitur, secundùm legẽ nostrã debet mori. petunt autẽ ut crucifigatur more scilicet Romano.

d B. Conscientia Pilati pro Christo pugnat: sed mox succumbit, quoniam singulari Dei virtute non fulcitur.

e B. Pilatus priusquã Christum damnet, seipsum eodẽ ore cõdemnat.

f Sic vocatur nobile pavimẽtorum genus incrustatione exiguis lapillis facta: de quo vide Plinium lib. 36.c.7.

g B. Christus Satanam peccatum & mortem cruci affigit.

*Matth.27.32. mar.15.21. luc.23.26.

Tunc Pilatus flagellavit ipsũ Ieschua.

2 Et milites intorserunt coronam ex spinis, & imposuerunt ei in capite ejus: & operuerunt eum vestibus purpureis.

3 Ac dicebant, [1] Pax tibi rex Iudæorum. & percutiebant eum super maxillas ejus.

4 Et egressus est Pilatus rursus foras, & dixit eis, Ecce, educo eum ad vos foras, ut sciatis quòd non invenio [2] in eo ne unam quidem causam.

5 Et exivit Ieschua foras, quum esset super eum corona spinarum, & vestimenta purpurea: & dixit eis Pilatus, Ecce homo.

6 Quum autem vidissent eum summi Sacerdotes & ministri, clamaverunt, & dixerunt, Suspende eum, suspende eum. Dixit eis Pilatus, Accipite vos, & crucifigite eum. ego enim non invenio in eo causam.

7 Dicunt ei Iudæi, Nobis Lex est, & sicut est in Lege nostra, reus est mortis: quia fecit seipsum Filium Dei.

8 Quum audivisset autem Pilatus hunc sermonem, magis timuit.

9 Et ingressus est rursus in prætorium, & dixit Ieschua, Unde es tu? Ieschua autẽ responsum non dedit ei.

10 Dixit ei Pilatus, Mecum non loqueris tu? Nescis tu quòd potestatem habeo ut solvam te, & potestatem habeo ut crucifigam te?

11 Dixit ei Ieschua, Nõ esset tibi in me potestas ulla, nisi datum esset tibi e supernis. Propter hoc, ejus qui tradidit me tibi, majus est peccatum quàm tuum.

12 Et propter hoc volebat Pilatus solvere eum. Iudæi autem clamabant, Si hũc solvas, non es amicus Cæsaris: quisquis enim seipsum regem facit, contrarius est Cæsari.

13 Quum autem audivisset Pilatus hunc sermonem, eduxit Ieschua foras, & sedit pro tribunali in loco qui vocatur pavimentum lapidum: Hebraicè autem dicitur [3] Gaphiphatha.

14 Et parasceve erat [4] Paschatis, ac erat quasi hora sexta: & dixit Iudæis, Ecce rex vester.

15 Illi autẽ clamabant, Tolle eum, tolle eum: [5] suspende eum, suspende eum. Dixit eis Pilatus, Regem vestrum crucifigã? Dicunt ei summi Sacerdotes, Non est nobis rex nisi Cæsar.

16 Tum tradidit eum illis ut crucifigerent eum. Et acceperunt Ieschua, & eduxerunt eum,

1 F.i. Salve, ex Hebræorum & Syrorum usu.

2 Ad verbum, Post eũ: quasi dicat, Nullum hæret in anteacta vita ejus crimen, aut culpa damnatione digna.

3 Græci ex Hebræo γαββαθᾶ, quòd pavimẽto elevatus esset locus: sed paraphrastes vocat גַּפִּיפִתָּא quòd septus esset & clausus. Gallicè *Parquet*. F. etsi fortè non minùs commodè ex Syra voce corruptè deduci potest, mutato ϕ in β, ex affinitate. quod genus mutationis linguis omnibus receptum est.

4 F.i. pridie sabbathi quod erat in festo Paschatis.

5 F. vel crucifige eum, crucifige eum.

17 Et

17 Ferentem crucem suam in locũ qui vocatur Cranium, [6] Hebræis autem dicitur Gagultha.

18 In quo loco crucifixerunt eũ, & cum eo duos alios, unum hinc & alium hinc, & Ieschua in medio.

19 Et scripsit etiam tabellam Pilatus, ac posuit super crucem ejus. Scriptum autem erat ita, Hic *est* IESCHUA NATZRAJA REX IUDÆORUM.

20 Et hunc titulũ Iudæi multi legerunt: quia prope urbem erat locus in quo crucifixus est Ieschua: & scriptus erat Hebraicè, & Græcè, & [7] Romanè.

21 Et dixerunt summi Sacerdotes Pilato, Ne scribas quòd rex sit Iudæorum, sed quòd ipse dixerit, Rex sum Iudæorum.

22 Dixit Pilatus, Id quod scripsi, scripsi.

23 Milites autem, quum crucifixissent Ieschua, tulerunt vestimenta ejus, & fecerunt in quatuor partes, partem unicuique ex militibus. tunica autem erat absque sutura, a summo contexta tota.

24 Et dixerunt unus ad alium, Ne scindamus eam, sed sortiamur sorte de ea, cujusnam futura sit. Et impleta est Scriptura quæ dixit, Diviserunt vestimenta mea inter sese, & super vestem meam jecerunt sortem. Hæc fecerunt milites.

25 Stabāt autem juxta crucem Ieschua, mater ejus & soror matris ejus, & Mariam illa quæ erat Clejuphæ, & Mariam Magdalaitha.

26 Ieschua autem vidit matrem suam & discipulum illum quem diligebat, qui adstabat: & dixit matri suæ, Mulier, ecce filius tuus.

27 Et dixit discipulo illi, Ecce mater tua. Et ex illa hora accepit eam discipulus ille apud se.

28 Post hæc sciebat Ieschua quòd omnia cõpleta essent: & ut impleretur Scriptura dixit, Sitio.

29 Et vas positum erat quod plenum erat aceto. Illi autem impleverunt spongiã aceto, & posuerunt supra hyssopum & admoverunt ori ejus.

30 Quum verò accepisset illud acetum Ieschua, dixit, Ecce, cõsummatũ est. & inclinavit caput, & reddidit spiritum suum.

31 Iudæi autem, quia parasceve erat, dixerunt, Ne maneant corpora hæc in cruce: quia [8] sabbathum illucescebat. Dies enim erat magnus dies Sabbathi illius. Et petierunt a Pilato ut frangerentur crura illorum cruci affixorum, & deponerent eos.

32 Et venerunt milites, & fregerũt crura prioris, & illius alterius qui crucifixus erat cum eo.

33 Quúmq; venissent ad Ieschua, viderunt quòd jam mortuus esset: & non fregerunt crura ejus.

34 Sed unus ex militibus percussit eum in latere ejus lancea: & confestim exivit sanguis & aqua.

35 Et is qui vidit, testatus est: & verum est testimonium ejus: & ipse novit quòd verum dixit, ut etiam vos credatis.

[6] F. Syr. Hebraicè, id est, ea lingua qua tum Hebræi in regione illa utebantur. sic passim.

[7] Id est, Latinè.

[8] Vide quæ de hac loquutione in fine cap. 23. Matth. annotavimus.

17 Et *ipse* portans crucem suã prodiens venit in eum locum qui dicitur Calvariç, Hebraicè autem Golgotha.

18 Ubi crucifixerunt eum, & cum eo alios duos, hinc & hinc, medium autem Iesum.

19 [h] Scripsit autem etiam titulum Pilatus, & imposuit cruci. Erat verò scriptum, IESUS NAZARÆUS REX ILLE IUDÆORUM.

20 Hunc ergo titulum multi Iudæorũ legerunt: quia propè civitatem erat locus ubi crucifixus erat: & erat scriptum Hebraicè, Græcè, & Romanè.

21 Dixerunt igitur Pilato primarii Sacerdotes Iudæorum, Ne scribito, Rex ille Iudæorum: sed illum dixisse, Rex sum Iudæorum.

22 Respondit Pilatus, Quod scripsi, scripsi.

23 *[i] Milites ergo quum crucifixissent Iesum, acceperunt ejus vestimenta, (& fecerunt quatuor partes, unicuique militi partem) & tunicam. erat autem tunica insutilis, a summo contexta tota.

24 Dixerũt ergo inter se, Ne findamus eam, sed sortiamur de illa cujus futura sit: ut Scriptura impleretur, dicens, * Partiti sunt vestimenta mea sibi, & super veste mea jecerunt sortem. Milites igitur hæc fecerunt.

25 [k] Stabant autem juxta crucem Iesu, mater ejus & soror matris ejus, Maria Clopæ *uxor*, & Maria Magdalene.

26 Quũ vidisset ergo Iesus matrem ac discipulum adstantem quem diligebat, dicit matri suæ, Mulier, ecce filius tuus.

27 Deinde dicit discipulo, Ecce mater tua. Et ex illa hora recepit eam discipulus ille domum suam.

28 [l] Posteà, quum sciret Iesus *reliqua* omnia jam esse peracta, * ut cõsummaretur Scriptura, dixit, Sitio.

29 [m] Vas igitur *illic* erat positum aceto plenum. Illi verò impleverunt spongiam aceto, & hyssopo circumdatam admoverunt ori ejus.

30 Quum autem accepisset Iesus acetũ, dixit, Consummatum est. & inclinato capite tradidit spiritum.

31 [n] Iudæi ergo, ut non manerent in cruce corpora Sabbatho, quoniam erat Parasceve, (erat enim magnus dies illius Sabbathi) rogaverunt Pilatum ut cõfringerentur eorum crura, ac tollerentur.

32 Venerũt ergo milites, & prioris quidem *latronis* confregerũt crura, & alterius qui crucifixus fuerat cum eo.

33 Ad Iesum autem quum venissent, ut viderunt eum jam mortuum, non confregerunt ejus crura:

34 [o] Sed quidam ex militibus lancea latus ejus [p] fodit, & statim exivit sanguis & aqua.

35 Et qui [q] vidit, testatur, & firmum est testimonium ejus: ille, *inquam*, scit se vera dicere, ut & vos credatis.

[h] B. Christus in solio crucis sedens, palàm Rex æternus omnium populorum ejus ipsius manu proscribitur cujus ore fuerat usurpari regni damnatus.

* *Matth. 27. 31. mar. 15. 14. luc. 23. 56.*

[i] B. Christus vestiũ inter carnifices (excepta inconsutili tunica) distributione significat fore ut mox suis opibus dispersis, ipsos etiam hostes suos per universum orbem locupletet: ita tamen ut unus & integer maneat Ecclesiæ thesaurus.

* *Psal. 22. 19.*

[k] B. Christus non in prioris modò, sed & in posterioris Tabulæ observatione perfectũ est omnis justitiæ exemplar.

[l] B. Christus accepto aceto spiritum exhalat, verè amarissimum & acidissimum iræ Paternæ calicem nostro nomine penitus exhauriens.

* *Psal. 69. 22. matth. 27. 22.*

[m] Galatinus refert ex libris Sanhedrin, solitos fuisse Judæos potare reũ vino thure confecto, unde ratio ejus turbaretur, atque vehementiùs inebriaretur: secundùm illud quod dicitur, date siceram perituro, & vinum iis qui amaro sunt animo. En quomodo Judæi conscientiis nocentiũ cõsulebant, & scripturã torquebant.

[n] B. Christi corpus (ipso sic volente) ad tẽpus mortuum, fauciatur, ac ne minimum quidẽ os cõfringitur. nec alia mystici ipsius corporis est conditio.

[o] B. Christus in cruce mortuus duplici symbolo testificatur se unũ esse veram expiationem, & verum credentium lavacrum. [p] Vel sauciavit.

[q] Hoc vulnere plenè facta fuit mortis Christi fides. Nam effusa aqua ex hoc vulnere indicavit fertum usque in pericardium penetrasse, illius videlicet aquæ conceptaculum, quo vulnerato necesse est omne animal protinus mori.

36 Facta sunt enim hæc ut Scriptura impleretur, *dicens, Non conteretur *ullum* os ipsius.

37 Et rursus alia Scriptura dicit, * Intuebuntur quem transfixerunt.

38 [r] * Post hæc autem rogavit Pilatum Iosephus Arimathæensis (ut qui esset discipulus Iesu, sed occultus propter metũ Iudæorum) ut tolleret corpus Iesu: quod permisit Pilatus. Venit ergo, & sustulit corpus Iesu.

39 *Venit autem & Nicodemus, (is qui venerat ad Iesum nocte primùm) ferens misturam myrrhæ & aloës libras quasi centum.

40 Acceperũt ergo corpus Iesu, & obvinxerunt illud linteis cum aromatibus, sicut mos est Iudæis funerare.

41 In eo autem loco ubi fuerat crucifixus, erat hortus, & in horto monumẽtum novum, [s] in quo nondum quisquam positus fuerat.

42 Ibi ergo, propter Parasceven Iudęorum, quòd monumentum illud propè esset, posuerunt Iesum.

36 Hæc enim facta sunt ut impleretur Scriptura quæ dicit, Os non frangetur in eo. Et rursus scriptura alia quæ dicit, Intuebuntur in eum quem confoderunt.

37 Post hæc Iauseph ille, qui erat ex Ramatha, petiit a Pilato (quia discipulus erat Ieschua, & occultus erat prę metu Iudęorum) ut tolleret corpus Ieschua. & permisit Pilatus: & venit ac sustulit corpus Ieschua.

38 Et venit etiã Nicadimus ille qui venerat priùs ad Ieschua nocte, & attulit secum condimenti myrrhæ & aloës quasi centum libras.

39 Et sustulerunt corpus Ieschua, & involverunt illud linteis: & [9] aromatibus, sicut est mos Iudæis ut sepeliant.

40 Erat autem in eo loco in quo crucifixus fuerat Ieschua, hortus, & in ipso horto locus sepulturæ novus, in quo nõdum quisquam positus fuerat.

41 Et posuerunt ibi Ieschua, eo quòd Sabbathum intraret, & eo quòd propinquum esset sepulcrum.

*Exod.12.46. num.9.12.

*Zach.12.10.

[r] 38. Sepelitur Christus palàm & loco celebri, conscio & permittente Pilato, idque ab hominibus sic Christo favẽtibus, ut tamen ante eum diem apertè nõ essent eum sequuti. ut neque de ipsius morte, neque de resurrectione meritò ambigi possit ex sepultura.

*Matth.27.57. marc.15.42. luc.23.50.

*Suprà 3.2.

[s] Ne quis ipsi resurrectionẽ calumniaretur, quasi alius quispiã ex eo sepulchro surrexisset, Theophyl.

[9] 39. supple cõdiverunt. Ellipsis ἀνάλογον, ut Mat. 1.6.

CAPUT VICESIMUM.

[2] *Maria nunciat Christum resurrexisse.* [3] *Petrus & Iohannes hoc visuri,* [4] *excurrunt.* [15] *Iesus Mariæ apparet,* [19] *& discipulis domi congregatis.* [25] *Thomas, antè incredulus,* [28] *credit.*

PRimo*[a] [b] verò die hebdomadis Maria Magdalene venit manè, quum adhuc tenebrę essent, ad monumẽtũ: cernítque lapidẽ illum sublatum a monumento.

2 Currit ergo & venit ad Simonẽ Petrum, & ad alterum illum discipulum quẽ amabat Iesus, & dicit eis, Sustulerũt Dominum e monumento, & nescimus ubi posuerint eum.

3 Exivit ergo Petrus, & alter ille discipulus, & venerunt ad monumentum.

4 Currebant autem duo simul: sed alter ille discipulus præcucurrit citiùs Petro, venítque prior ad monumentum.

5 Et quum se incurvasset cernit posita lintea: non tamen introivit.

6 Venit ergo Simon Petrus sequens eum, & introivit in monumentum, & cõspexit lintea *ibi* posita:

7 Et sudarium quod fuerat super caput ejus, non cum linteis positũ, sed seorsum involutum in unum locum.

8 Tunc ergo introivit etiam alter ille discipulus, qui venerat prior ad monumentum, viditq;, & credidit.

9 Nondum enim noverant [c] Scripturam, videlicet quòd oporteret eum ex mortuis resurgere.

10 Redierũt ergo illi discipuli ad suos.

11 * Maria verò flens stabat ad monumentum, [d] foris. Dum ergo fleret, incurvavit se in monumentum.

12 [e] Et conspexit duos Angelos [f] albatos, sedentes, unum ad caput, & alterũ ad pedes, *illic* ubi jacuerat corpus Iesu:

13 *Qui* etiam dixerunt ei, Mulier, quid fles? Dicit eis, Sustulerunt [g] Dominũ meũ, nec scio ubi posuerint eum.

PRima verò *die* [1] in septimana, venit Mariam Magdalaitha manè, dum adhuc tenebræ essent, ad locum sepulcri: & vidit lapidem, quòd sublatus esset a sepulcro.

2 Et cucurrit, & venit ad Schemeun Kipham & ad illum discipulũ alium quem diligebat Ieschua, & dixit eis, [2] Sustulerũt Dominum nostrum ex illo loco sepulcri, & nescio ubi posuerint eum.

3 Et exivit Schemeun & ille discipulus alius, & veniebant ad locum sepulcri.

4 Accurrebãt ambo simul: ille verò discipulus cucurrit ante Schemeun, & venit prior ad locum sepulcri.

5 Et prospiciens vidit lintea posita: [3] ingrediendo autem non est ingressus.

6 Venit autem Schemeun post eum, & ingressus est in locum sepulcri, ac vidit lintea posita.

7 Et sudarium quod alligatum fuerat capiti ejus, non cum linteis, sed involutũ, & positum seorsim in unum locum.

8 Tunc ingressus est etiam ille discipulus qui venerat prior ad locum sepulcri: & vidit, ac credidit.

9 Non enim adhuc noverant ex Scripturis, quòd futurum erat ut surgeret a mortuis.

10 Et abierunt illi discipuli rursum ad locum suum.

11 Mariam autem stabat ad sepulcrum, ac flebat: & quum fleret, prospexit ad sepulcrum.

12 Et vidit duos Angelos in albis *vestibus*, qui sedebant, unum [4] a cervicalibus ejus, & unum a pedibus ejus, ubi positum fuerat Ieschua.

13 Et dicunt ei, Mulier, quid fles tu? Dixit eis, Quia sustulerunt Dominum meum, & nescio ubi posuerint eum.

14 Hoc

*Marc.16.1. Luc.24.1.

[a] Vide Matth. 28.1.

[b] 2. Maria Magdalene, Petrus & Johannes primi resurrectionis Domini testes: ita quidem ut suspectæ fidei esse meritò nõ possint, quum hoc ipsum illis persuaderi vix potuerit, nedum ut ex composito id sint commenti.

[c] Per antonomasiã scripta illa quibus tãquam tabulis est obsignata Dei voluntas, Scriptura dicitur.

* *Matth.28.1. Mar.16.1.*

[d] Id est, extra speluncam, in qua excisum erat sepulcrũ.

[e] 8. Angeli quoque (& quidẽ bini) facti resurrectionis Domini testes.

[f] Ad verb. in albis, sub. vestimentis.

[g] Loquitur Maria vulgi more, qui de cadavere sic loquitur, ut de toto homine.

[1] Ad verb. In sabbatho. Vide annotata in principiũ cap. 8. Matth.

[2] 2. i. sublatus est Dominus, &c. Hebraismus, de quo sæpiùs diximus. sic infrà ℣.13.

[3] A'vaḇinhuwt Hebræa. hoc est, Minimè ingressus est.

[4] Id est, Ab eo loco ubi poni solent cervicalia: id est, A capite. Hebraicè diceretur מראשותיו, sicut legitur Gen. 28.18. & 1. Sam. 26.6. quam vocem Chaldæus utrobiq; reddit eodem nomine quo hîc utitur Sytus interpres.

14 Hoc dixit: & vertit se retrorsum, ac vidit Jeschua stantem, & nesciebat quòd Jeschua esset.

15 Dixit ei Jeschua, Mulier, quid fles tu? & quem quæris tu? Illa autē putavit quòd hortulanus esset: & dixit ei, Domine mi, si tu sustulisti eum, dic mihi ubi posueris eum: abiens tollam eum.

16 Dixit ei Jeschua, Mariam. Et conversa est, & dixit ei Hebraicè, [5] Rabbuli, quod dicitur Præceptor:

17 Dixit ei Jeschua, [6] Ne tangas me: nondum enim ascendi ad Patrem meum: Abi autem ad fratres meos, & dic eis, Ascendo ad Patrem meum, & Patrem vestrum: & Deum meum, & Deum vestrum.

18 Tunc venit Mariam Magdalaitha, & nunciavit discipulis quòd vidisset Dominum nostrum, & quòd hæc dixisset sibi.

19 Quum autē esset vespera diei illius primi in septimana, & portæ clausæ essent loci ubi erant discipuli propter metum Judæorum: veniens Jeschua stetit inter eos, & dixit eis, Pax vobiscum.

20 Hæc dixit, & ostēdit eis manus suas, & latus suum. Et gavisi sunt discipuli quòd vidissent Dominum nostrum.

21 Dixit autem eis Jeschua, Pax vobiscum. Sicut misit me Pater meus, etiam ego mitto vos.

22 Et quum dixisset hæc, flavit in eos, & dixit eis, Accipite Spiritum sanctum.

23 Si remiseritis peccata alicui, remittētur ei: & si retinueritis *peccata* alicujus, retenta sunt.

24 Thauma autem, unus ex duodecim, is qui dicitur Gemellus, nequaquam ibi erat cum eis, quum venit Jeschua.

25 Et dicunt ei discipuli, Vidimus Dominum nostrum: Ipse autem dixit eis, Nisi videam in manibus ejus loca clavorum, & immittam in ea digitos meos, & extendam manum meam in latus ejus, nō credo.

26 Et post octo dies rursus intus erant discipuli, & Thauma cum eis, & veniens Jeschua quum clausæ essent portæ, stetit in medio, & dixit eis, Pax vobiscum.

27 Ac dixit Thaumæ, Infer digitū tuum huc, & vide manus meas, & infer manum tuam, ac extende in latus meum: & ne sis incredulus, sed credens.

28 Et respōdit Thauma, ac dixit ei, Dominus meus, & Deus meus.

29 Dixit ei Jeschua, Nunc quia vidisti me, credidisti. beati sunt ii qui non viderunt me, & crediderunt.

30 Multa autem signa alia fecit Jeschua coram discipulis suis, quæ nō sunt scripta in [7] scripto hoc.

31 Quinetiā hæc quæ scripta sunt, *scripta sunt* ut credatis quòd Jeschua est Christus filius Dei: & quum crediderit is, sit vobis per nomen ejus vita quæ est in æternum.

[5] In hac voce, vel litera ל *lamed*, posita est pro נ *nun*, ut dicendum sit Rabboni: vel est cōpositio nominis cum pronomine, Rabbuli, pro Rabbonli: nec est propriè Hebraicum vocabulū, sed Chaldaicum ac Syriacum. Hebræum autem dicitur quòd tunc temporis Syriaca lingua Hebræis esset vulgaris: nam suæ linguæ usum jā in ipsa captivitate amisérant, ac victorū idioma vicinarūmq; regionū, (quod vel Chaldæū erat vel Syrū) didicerant. Quod non tātùm hic observari debet, sed in plerisq; aliis locis Novi testamenti, ubi quæ propriè sunt Chaldæa vel Syra, dicuntur Hebraica.

[r] Nos Rabboni simpliciter legimus.

[6] r. Nēpe adoratura, & in adoratione & cōtrectatione mei hęsura intēpestivè. Hoc enim factū intempestivum esse Christus demonstrat duabus rationibus quas deinde exprimit: una, quòd nondū omnia confecerit quę ad officium ipsius pertinēt: se enim festinare ut ea cōficiat, nec velle adorandum adhuc subsistere: altera, quòd mulieris hic ītē in ministerio suo occupari, quod à Christo prēcipitur, nō autem ponē respicere vel aliorsum à vocatione ejus: & charitatis officio. Hoc enim κατὰ τὸ dictum.

[7] Vel Libro. Vide principium Matth.

14 [h] Et quum hæc dixisset, convertit se retrorsum, conspexitq; Jesum stātem, nec sciebat Jesum esse.

15 Dicit ei Jesus, Mulier quid fles? quem quæris? Illa putans olitorem esse, dicit ei, Domine: si tu ipsum asportāsti, dicito mihi ubi posueris eum, & ego eum tollam.

16 Dicit ei Jesus, Maria. Illa se convertens dicit ei, Rabboni, quod dicitur Magister.

17 [i] Dicit ei Jesus, [k] Ne me tangito: nondum enim ascendi ad Patrem meum: sed proficiscere ad [l] fratres meos, & dic eis, Ascendo ad [m] Patrem meum, & Patrem vestrum, & Deum meum, & Deum vestrum.

18 Venit Maria Magdalene annuncians discipulis quòd vidisset Dominū, & *quòd* ea sibi dixisset.

19 [*n] Quum ergo vespera esset, die illo primo hebdomadis, & [o] fores essent clausæ *illic* ubi erant discipuli congregati propter metum Judæorum, venit Jesus: stetitq; in medio *ipsorum*, & dixit eis, Pax vobis.

20 Et quum hæc dixisset, ostendit eis manus ac latus suum. Gavisi sunt ergo discipuli viso Domino.

21 Dicit autem eis iterū, Pax vobis: *sicut misit me Pater, ita & ego mitto vos.

22 Et quum hæc dixisset, afflavit *eos*: & dixit eis, Accipite Spiritum sanctum.

23 [p] Si quorum remiseritis peccata, remittuntur eis: si quorum retinueritis, retenta sunt.

24 [q] Thomas autē, unus ex duodecim, qui dicitur Didymus, non erat cum eis, quando venerat Jesus.

25 Dixerunt igitur ei alii discipuli, Vidimus Dominum. Ille verò dixit eis, Nisi videro in manibus ejus vestigium clavorum, & immisero digitum meum in vestigium clavorum, & immisero manum meam in latus ejus, nequaquam credam.

26 Octo verò post diebus rursus erant discipuli ejus intus, & Thomas cum eis: venit Jesus foribus clausis, & stetit in medio *ipsorum*, & dixit, Pax vobis.

27 Deinde dicit Thomæ, Infer digitū tuum huc, & vide manus meas, & profer manum tuam, & immitte in latus meum, & ne esto incredulus, sed credens.

28 Respondit autem Thomas, & dixit, Domine mi, & Deus mi.

29 [r] Dicit ei Jesus, Quia vidisti me, Thoma, credidisti: beati qui non viderūt, & crediderunt.

30 [**s] Multa verò etiam alia signa edidit Jesus in discipulorum suorum conspectu, quæ non sunt scripta in hoc libro.

31 Hæc autem scripta sunt, ut credatis Jesum esse Christum illum Filium Dei, & ut credentes vitam habeatis per nomen ejus.

[h] B. Jesus ipse præsens se restatur verè resurrexisse.

[i] B. Christus qui resurrexit, non quærendus in hoc mūdo secundūm carnem, sed in cælis per fidē, quò ipse nobis præivit.

[k] Volebat Maria Christum amplecti præ nimio videlicet amore ejus & gaudio, quòd rursum carne præsentem vidisset. Verùm quum Dominus videret eā carnalem sui præsentiam plus æquo admirari, animū ejus ad cælestia amplexūsq; fidei erigere volens à tactu sui eā repellebat, dicens, Ne me &c. Contrà voluit ut discipuli ipsum tangerent, & hoc ut suæ resurrectionis fidem illis faceret, qui eam nondum credebant.

[l] Fratrum nomine discipulos intelligit: nam proximo versiculo, Maria dicitur annunciasse discipulis.

[m] Patrem meū dixit secūdùm naturam in Deitate, & Patrem vestrum propter gratiā in adoptione filiorum Dei. Epiphanius.

*Mar. 16. 14. Luc. 24. 36. 1. Cor. 15. 5.

[n] B. Christus jānuis clausis repentè vi divina sese discipulis sistens, plenam eis fidem facit tū resurrectionis suæ, tum ipsorum Apostolatus, afflato illis sancto Spiritu Evangelici ministerii directore.

[o] Vel sponte patuerunt illi quæ erāt clausæ cesserūntque fores, vel ipsi parietes illi fuerunt pervii.

[s] *Matth. 28. 18. [p] B. Promulgatio remissionis peccatorum per fidem in Christum, & iræ Dei declaratio retinendis incredulorum peccatis, summa est Evangelicæ prædicationis. [q] B. Christus ex Thomæ incredulitate certum resurrectionis suæ testimonium elicit. [r] B. Vera fides ab ore Dei, non ab oculis carnis pendet. *Infrà 21. 25. [t] B. Fides in Christum Filium Dei & unicum nostrum servatorem Evangelicæ doctrinæ, ac præsertim historiæ resurrectionis scopus.

CAPUT VICESIMUMPRIMUM.

1 Iesus piscantibus Apostolis apparet, 6.7 quem miraculo captorum piscium agnoscunt.
15 Petro ovium curam committit, 18 mortisque genus eidem prænunciat.

a 2. Christus non tantùm præsens, sed etiam unà cum discipulis suis vescens, plenissimam suæ resurrectionis fidem facit.

POstea [a] sese conspiciendum præbuit rursus Iesus discipulis apud mare Tiberiadis. sic autem sese conspiciendum præbuit.

2 Erant simul Simon Petrus & Thomas qui dicitur Didymus, & Nathanaël qui erat ex Cana *urbe* Galilææ, & *filii* Zebedæi, aliique ex discipulis ejus duo.

3 Dicit eis Simon Petrus, Abeo piscatũ. Dicunt ei, Imus & nos tecum. Exierunt, & ascenderũt in navigium statim: & illa nocte nihil ceperunt.

4 Manè verò jam exorto, stetit Iesus ad littus: nesciebant tamen discipuli Iesum esse.

5 Dicit igitur eis Iesus, Pueri, num quid obsonii habetis? Responderunt ei, Non.

6 At ille dixit eis, Conjicite rete in dextram navigii partem, & invenietis. Conjecerunt ergo, & nequibant ampliùs illud trahere præ multitudine piscium.

7 Dicit ergo discipulus ille, quem diligebat Iesus, Petro, Dominus est. Simon ergo Petrus quum audisset Dominum esse, [b] amiculum præcinxit, (erat enim nudus) & abjecit se in mare.

b Amiculũ ex lino, quòd natanti minimè obsisteret.

8 Alii verò discipuli navigio venerunt, (non enim longè aberant a terra, sed circiter cubitis ducentis) trahentes rete *plenum* piscium.

9 Ut autem descenderunt in terram, cernunt prunas positas, & piscem impositum, & panem.

10 Dicit eis Iesus, Adferte ex piscibus quos modò cepistis.

11 Ascendit Simon Petrus, & traxit rete in terram, plenũ magnis piscibus centum quinquaginta tribus: & quum tot essent, non est fissum rete.

12 Dicit eis Iesus, Venite, prandete. Nullus autem discipulorum audebat eum interrogare, Tu quis es? quũ scirent Dominum esse.

13 Venit ergo Iesus, & accipit panem, & dat eis, & piscem similiter.

14 Ista jam tertia vice conspicuum sese præbuit Iesus discipulis suis, postquã suscitatus fuerat ex mortuis.

c 2. Petrus terna confessione in pristinũ gradum restituitur, unde terna abnegatione exciderat: simũlque admoneetur, eum demùm esse pastorem qui Christum diligens ipsius oves pascit.

15 [c] Quum ergo prandissent, dicit Simoni Petro Iesus, Simon *fili* Ionæ, diligis me plus quàm hi? Dicit ei, Certè, Domine, tu nosti quòd amem te. Dicit ei, Pasce agnos meos.

16 Dicit ei rursum secundò, Simon *fili* Ionæ, diligis me? Ait illi, Certè, Domine, tu nosti quòd amem te. Dicit ei, Pasce oves meas.

d Nempe æquũ erat, ut triplici abnegatione triplex cõfessio opponeretur, ne de tã ti peccati remissione, & restitutione muneris Apostolici dubitaret Petrus.

17 Dicit ei tertiò, Simon *fili* Ionæ, amas me? Tristitia fuit affectus Petrus quòd [d] tertiò dixisset ipsi, Amas me? Dixitq; ei, Domine, tu omnia nosti: tu nosti quòd amem te. Dicit ei Iesus, Pasce oves meas.

POst hæc ostendit rursus seipsum Ieschua discipulis suis juxta mare Tiberiadis. Ostendit autem sic:

2 Erãt simul Schemeũ Kipha & Thauma qui dicitur Gemellus, & Nathanail ille qui erat a Katna Galilææ, & filii Zabdai, ac duo alii ex discipulis.

3 Dixit eis Schemeun Kipha, Abeo ad capiendum pisces. Dicunt ei, Nos quoque imus tecum. Et egressi sunt, & ascenderunt in navigium, & in illa nocte nihil ceperunt.

4 Quum autem esset manè, stetit Ieschua juxta littus maris: & non cognoverunt discipuli quòd Ieschua esset.

5 Et dixit eis Ieschua, Pueri, num est vobis aliquid ad edendum? Dicunt ei, Non.

6 Dixit eis, Iacite rete vestrum a latere dextro navigii, & inventuri estis. Et jecerunt: & non potuerunt trahere rete præ multitudine piscium quos *rete* ceperat.

7 Et ait discipulus ille quem diligebat Ieschua, Kiphæ, Hic, Dominus noster est. Schemeun autem quum audivisset quòd Dominus noster esset, accipiens vestem suam, cinxit circa lumbos suos, (quia nudus erat) & injecit seipsum in mare, ut veniret ad Ieschua.

8 Alii autem discipuli navigio venerũt: (non enim remoti erant multùm a terra, sed quasi ducentis cubitis) & trahebãt rete illud piscium.

9 Quum autem ascendissent in terram, viderunt prunas positas, & piscem impositum eis, ac panem.

10 Et dixit eis Ieschua, Afferte ex piscibus quos cepistis nunc.

11 Et ascendit Schemeun Kipha, & traxit rete in terram plenum piscibus magnis centum quinquaginta tribus: & in hoc toto pondere non est scissum rete illud.

12 Et dixit eis Ieschua, Venite, Vescimini. Nemo autem ex discipulis audebat interrogare eum quis esset, quia sciebant quòd Dominus noster esset.

13 Accessit autem Ieschua, & sustulit panem & pisces, ac dedit eis.

14 Hac tertia vice conspectus est Ieschua discipulis suis, quum resurrexisset [1] a mortuis.

[1] Ad verb. De inter mortuos: Gallicè, *D'entre les morts.*

15 Quum autem edissent, dixit Ieschua Schemeun Kiphæ, Schemeun fili Iona, amas tu me plus quàm hi? Dixit ei, Etiam Domine mi, tu scis quòd amo te. Dixit ei Ieschua, Pasce mihi agnos meos.

16 Dixit ei rursus [2] secunda vice, Schemeũ fili Iona, amas tu me? Dixit ei, Etiam Domine mi, tu scis quòd amo te. Dixit ei Ieschua, Pasce mihi greges meos.

[2] Ad verb. Secũdo tempore.

17 Dixit ei Ieschua rursum tertia vice, Schemeũ fili Iona, amas tu me? Et tristitia fuit Kiphæ quòd dixisset ei [3] tribus vicibus, Amas tu me? Et dixit ei, Domine mi, omnia tu intelligis, tu nosti quòd amo te. Dixit ei Ieschua, Pasce mihi [4] oves meas.

[3] Ad verbum, Tribus tẽporibus.

[4] Vocabulum est נקותי, quod respondet Hebræo רחלי. Atque eo quoque utitur noster paraphrastes Act. 8. 3 significãtque oves fœminas.

18 Ammin

18 Ammin ammin dico tibi, quòd quũ puer esses, tu tibi ipsi cingebas lũbos tuos, & ambulabas quò volebas: quum autem senueris, extendes manus tuas, & alius accinget tibi lumbos tuos, & ducet te quò non cupis.

19 Hoc autem dixit, ut ostenderet qua morte futurum erat ut glorificaret Deum. Et quum dixisset hæc, dixit ei, [5] Veni post me.

20 Et conversus est Schemeun, & vidit discipulum illum quem diligebat Jeschua, venientem post se, illum, *inquam*, qui [6] ceciderat in cœna super pectus Jeschua, & dixerat, Domine mi, quisnam [7] prodit te?

21 Hunc quum vidisset Kipha, dixit Jeschua, Domine mi, & hic quid?

22 Dixit ei Jeschua, Si volo ut maneat hic donec veniam, [8] quid ad te? Tu veni post me.

23 Et exivit hic sermo inter fratres, quòd ille discipulus non moriturus sit: Jeschua autem nequaquam quòd non moriturus esset, dixit: sed, Si volo ut maneat hic donec veniam, quid ad te?

24 Hic est discipulus qui testatur de his omnibus, & etiam scripsit hæc: & scimus nos quòd verum sit testimonium ejus.

25 Sunt autem etiam alia multa quæ fecit Jeschua, quæ si [9] sigillatim scripta essent, etiam ipse mundus, (ut opinor ego) non sufficeret libris [10] qui scriberentur.

18 [e] Amen amen dico tibi, quum esses junior, [f] cingebas te, & ambulabas quò volebas: quum autem senueris, extendes manus tuas, & alius [g] te cinget, & transferet [h] quò noles.

19 Hoc autem dixit, significans [i] qua morte glorificaturus esset Deum. Et quũ hoc dixisset, dicit ei, Sequere me.

20 [k] Conversus Petrus cernit illum discipulum quem diligebat Jesus, sequentẽ, *qui & recubuerat in cœna illa super pectus ejus, & dixerat, Domine, quis est ille qui te prodit?

21 Hunc ergo quum vidisset Petrus, dicit Jesu, Domine, hic autem quid?

22 Dicit ei Jesus, Si velim eum manere donec veniam, quid ad te? tu me sequere.

23 [l] Exiit ergo sermo iste inter fratres, discipulum illum non moriturũ: sed non dixerat ei Jesus, Non morietur: sed, Si eum velim manere donec veniam, quid ad te?

24 [m] Hic est discipulus ille qui de his testatur, & hæc scripsit: & scimus firmum esse testimonium ejus.

25 *Sunt autem & alia multa quæ fecit Jesus, quæ si scribantur sigillatim, ne mũdum quidem ipsum opinor capturum eos qui scriberentur libros. Amen.

5 i. Sequere me. Hebraism.
6 f. vide suprà in 13. 26.
7 f. i. proditurus est: vide in Matth. 17. 11.
8 Ad verb. Ad te quid ad te! Emphaticôs, quasi diceret, Nihil quicquã ad te pertinet.
9 Ad verbum, Unum unum. Respõdet Gallica loquutio, Un à un
10 f. Syrè, qui scripti essent, capiendis putà. Sensus est, non esset futurus in mundo quisquam, qui ea omnia animo capere & mente cõplecti posset præ varietate rerum gestarũ ac multitudine. Confer cũ eo quod dicitur suprà 20. 30. Sic autem accipitur χωρεῖν. Matth. 19. 11. & 12. & alibi. nam ita nisi accipiatur, oppositum in apposito (vt Scholastici loquuntur) futurum est.

e 8. Prædicitur mors Petri violenta.
f Qui peregrè proficiscũtur, præsertim in Oriente, & in iis regionibus quarum incolæ prælongis vestibus utuntur, illos necesse est succingi.
g Respexit ad illam rationẽ qua captivi loris ac vinculis constringuntur, quasi dicat, Nunc te liberè accingis, ut proficiscaris quò libuerit: atqui tempus erit, quum non te zona accinges, sed alius te vinculis cõstringet, ut te pertrahat etiã invitum.
h Non quidem quòd Petrus invitus pro Dei veritate quicquam tulerit, quum eũ legamus gaudentẽ rediisse e concilio in quo flagris cęsus fuerat, sed quia hæc voluntas nõ proficiscitur à carne, sed ab illo advẽtitio Spiritus dono, itaque repugnantiam quandam indicavit.

i Qui ex hoc loco colligunt Petrum fuisse crucifixum, ineptè argumentantur, quum Christus in genere prædicet Petri mortem violentam fore.
k 2. Cavendum ne dum aliòs circumspicimus, quod nobis injunctum est negligamus. *Suprà 13. 38.
l i. Dimanavit.
m 2. Vera est Christi historia, nec hominum curiositati, sed saluti, sancto cum delectu perscripta. *Suprà 20. 30.

Finitum est Evangelium sanctum prædicationis Juchannan Evangelistæ, quod loquutus est Græcè Ephesi.

SCRIPTUM[1] ACTORUM APOSTOLICORUM.

CAPUT PRIMUM.

[2] Continuat Lucas hanc historiam ad suum Evangelium. [9] Sublato in cælum Christo, [10] Apostoli, [11] monentibus Angelis, [12] reversi, [14] precibus incumbunt. [15] Petri oratione, [18] Judæ proditoris loco, [23] Matthias eligitur.

TREM. INTERPRET.

SCRIPTUM[2] prius scripsi ô Theophile, de omnibus quæ cœpit Dominus noster Jeschua Christus facere & docere,

2 Usque in diem illum in quo assumtus est, postquam mandata dedisset ipsis Apostolis quos elegit in Spiritu[3] sancto.

3 Quibus etiam ostẽdit seipsum viven-

BEZÆ INTERPRET.

PRIMUM[a] quidem librum confeci, Theophile, de [b] omnibus quæ cœpit Jesus & facere & docere,

2 Ad *eum* usq; diem quo quũ præcepta dedisset Apostolis, quos per Spiritum sanctum elegerat, sursum receptus est.

3 [c] Quibus etiam sese, postquam passus

1 f. vel liber: ut adnotatum est in versum 1.
2 Vel, Librum priorem. Jam antè annotatũ est in principio Evangelii Matth.
3 f. Syrè sanctitatis: & ita passim.

a 2. Transitio ab Evangelii (id est dictorũ & factorum Christi) historia ad Apostolorum acta.
b Facta Jesu sunt miracula, & actiones deitatis indices, & omniũ rerum perfecta sanctitas, atq; adeò doctrinæ ipsius exempla.
c 3. Ideò Christus statim à resurrectione non ascendit in cælum, ut suæ resurrectionis plenam fidem faceret, & Apostolòs in doctrina quam audierant, præsens confirmaret.

fuit, exhibuit vivum cum multis [d] certissimis signis, per dies quadraginta conspectus ab eis, & dicens quæ ad regnum Dei *spectant*.

4 [e] Et cum illis conveniens *mandavit eis ne abscederent Hierosolymis, sed ut exspectarent promissionem Patris, Quã, *inquit*, audistis ex me.

5 Nam * Johannes quidem baptizavit aqua, vos autem baptizabimini [f] Spiritu sancto istis non multis pòst diebus.

6 [g] Quum igitur illi cõvenissent, interrogârunt eum dicẽtes, Domine, num hoc tempore [h] restitues regnum Israëli?

7 Dixit autem ad illos, Non est vestrum nosse tempora sive [i] opportunitates quas Pater in sua ipsius auctoritate statuit.

8 * Sed recipietis virtutem Spiritus sancti, postquam supervenerit in vos, eritisq; mihi testes & Hierosolymis, & in tota Judæa, & Samaria, & usque ad ultimas terras.

9 [k] *Et quũ hæc dixisset, aspicientibus ipsis elevatus est: & nubes susceptum eum abstulit ab oculis eorum.

10 Et quum essent intentis in cælum oculis, eo proficiscẽte, ecce, viri duo adstiterunt illis albo vestitu:

11 Qui & dixerunt, Viri Galilæi, quid statis intuentes in cælum? hic Jesus qui sursum receptus est *discedens* [l] a vobis in cælum, ita veniet quemadmodum spectastis eum proficiscentem in cælum.

12 Tunc reversi sunt Hierosolymam a monte qui vocatur Oliveti, qui est propè Hierosolymam [m] distans itinere Sabbathi.

13 [n] Et quum [o] introissent, ascenderunt in [p] cœnaculum ubi commorabantur & Petrus & Jacobus, & Johannes, & Andreas, Philippus & Thomas, Bartholomæus & Matthæus, Jacobus *filius* Alphæi & Simon Zelotes, & Judas Jacobi *frater*.

14 Hi omnes [q] perdurabant [r] concorditer [s] *in* precibus & supplicationibus cũ [t] uxoribus & Maria matre Jesu, & cum ipsius [v] fratribus.

15 [x] Et per eos dies quum assurrexisset Petrus in medio discipulorum, dixit, (erat autem turba [y] capitum eôdem *loci* quasi centum viginti)

16 [z] Viri fratres, oportuit impleri Scripturam hãc, *quam prædixit Spiritus sanctus per os Davidis, de Juda, qui fuit viæ dux iis qui comprehenderunt Jesum:

17 Annumerabatur enim nobiscum, & sortitus erat sortem ministerii hujus.

18 Is igitur [a] acquisivit agrum ex mercede injustitiæ: *& [b] præcipitatus crepuit medius, & effusa sunt omnia viscera ejus:

tem, postquam passus est, signis multis per dies quadraginta apparens eis, & loquens de regno Dei.

4 Et quum comederet cum eis panem, præcepit eis ut ab Urischelem [4] nõ discederent, sed exspectarent promissionem Patris, quam, *inquit*, audivistis a me.

5 Nam Juchannan baptizavit aquis: & vos baptizabimini Spiritu sancto, nõ post dies multos.

6 Illi autem quum essent congregati, interrogaverunt eum, & dixerunt ei, Domine noster, [5] num restituturus es regnũ Israëli?

7 Dixit eis ipse, Non est vestrũm hoc, *nempe* scire tempus aut tempora quæ Pater posuit in potestate sua ipsius.

8 Sed quum venerit super vos Spiritus sanctus, accipietis virtutem, & eritis mihi testes in Urischelem, & in universa Judæa, & etiam inter Samaritanos, & usque ad extrema terræ.

9 Et hæc dicens, quum viderent eum, assumtus est: & nubes accepit eum, & occultatus est ab oculis eorum.

10 Quúmq; intueretur in cælum dum ipse abiret, [6] inventi sunt duo homines stantes juxta eos in vestibus albis:

11 Et dicunt eis, Homines Galilæi, quid statis vos, & intuemini in cælum? Hic Jeschua qui assumtus est e vobis in cælum ita veniet quemadmodum vidistis eum quum ascenderet in cælum.

12 Et posteà reversi sunt in Urischelẽ, a monte qui vocatur *mons* loci Olivarũ, qui est juxta Urischelem, & distat ab ea [7] ferè septem stadiis.

13 Et quum ingressi essent, ascenderũt in cœnaculum illud in quo manserunt Petrus & Juchannan, & Jaakub & Andreas, & Philippus & Thauma, & Matthai & Bar-tulmai, & Jaakub filius Calphai, & Schemeun Zelotes, & Jihudah [8] filius Jaakub.

14 Hi omnes pariter seduli erant in oratione [9] una anima, cum mulieribus & cũ Mariam matre Jeschua, & cum fratribus ipsius *Jeschua*.

15 Et in illis ipsis diebus surrexit Schémeun Kipha in medio discipulorum, (erat autem ibi turba hominum quasi centum viginti) ac dixit.

16 Viri fratres, justum erat ut impleretur Scriptura ea quam prædixit Spiritus sanctus per os Davidis, de Jihudah illo qui fuit dux illis qui apprehenderunt Jeschua.

17 Quia connumerabatur nobiscum, & erat ei portio in ministerio hoc.

18 Hic est qui acquisivit sibi agrum ex mercede peccati: & [10] cecidit super faciem suam super terram, & [11] divisus est a medietate sui: & effusum est universum corpus ejus.

* Indubitata signa, τεκμήρια vocat, quę necessaria vocãtur: Christum autem verè resurrexisse, indicârunt hæc signa, loqui, ambulare, edere, manibus sese contrectãdum præbuisse.

e Congregavit eos Dominus, quum dispersi huc & illuc fugissent, ut eos unà omnes haberet ascẽsionis suæ testes.

*Luc. 24. 49. Joh. 14. 26.

*Matth. 3. 11. Marc. 1. 8. Luc. 3. 16. Joh. 1. 26. Infrà 2. 2. & 11. 16. & 19. 4.

f Sub. à Patre, vel à me, ut Pater vel Christus opponatur Johanni, sicut aquæ Spiritus sanctus.

g 2. Priùs certandum quàm triumphandũ, nec curiosè investiganda quæ Deus nõ patefecit.

h Pristino statui.

i. Rei gerendę commodas occasiones, scilicet quas Dominus rebus agendis cõstituerit.

*Infrà 2. 1.

k 2. Christus promissa Spiritus sancti plena virtute, qua corpore absẽs Ecclesiam suã regat, corpus suum à nobis sursum in cælestia tabernacula sustulit, ibidem testibus Angelis ad extremum usque diem ęterni judicii permãsurum.

*Luc. 24. 51.

l E vestro cõspectu.

m Circiter duo millia passuũ.

n 2. Ecclesiastici conventus ad audiendum verbum & cõmunes preces concipiendas auctoribus Apostolis in domo privata primùm instituti & celebrati.

o Domum ingressi sunt, quã sibi Ecclesia eo tempore veluti cõmune domicilium delegerat. p Superiorem domus partem. q Verbum Græcum significatione habet cõstantiæ & firmitatis invictæ. r Utiliter cõcordiæ fit mentio. Eæ enim preces Deo sunt gratissimæ quę fiunt ab animis & voluntatibus cõsentientibus. s Petebãt discipuli tum Spiritus missionem, tum à præsentibus periculis quibus circumsidebãtur liberationem.

t Cõfirmari enim decebat uxores, quas socias periculorũ essent habituri.

v Cognatis. x 2. Petrus vel ex arcana Spiritus revelatione, vel expresso Ecclesiæ judicio, Apostolici collegii antistes & interpres. y Ad verb. nominum. Solent enim homines nominatim censeri. z 2. Occurrit Petrus Judæ proditoris offendiculo, quòd quæcumq; ei acciderunt à Deo fuerint prædicta. *Psal. 41. 10. Joh. 13. 27. a Respexit Lucas non consilium Judæ, sed eventum. Sic aliquis dicitur malũ sibi quærere, habita non consilii aut voluntatis, sed evẽtus ratione. *Mat. 27. 5. b Significãt verba Græca pronũ Judã prolapsum mediũ discissum fuisse, cũ quodã singularis crepitus fragore.

4 F. Supple adhuc & antequã promissum accepissent, ut antithesi sequente confirmatur.

5 F. al. nũ hoc tẽpore es restituturus regnum, &c. id deerat Tremellianis exẽplaribus, & est necessarium.

6 F. i. adfuerunt, vel fuerunt præstò. Hebraismus, ut Gen. 2. 20. & 19. 15.

7 Locus observatione dignus, ex quo manifestè colligitur, quæ sit apud Hebræos ratio itineris, quod sabbatho emetiri ex veterũ traditione concessum erat. Hic enim definitur esse stadiorum circiter septem. Stadiũ autem sciunt omnes 125. passus continere, atque octavã milliarii Italici partem cõstituere. Differè itaque Syrus paraphrastes docet iter sabbathi ultra milliare unũ non excedere: quam sententiam Hebræi clariùs etiam explicant atq; confirmant in Talmud, in tractatu primo ערובין cap. 4. & Maimoni eodem tractatu & capite, atque autor כל בו cap. 34. ubi magno consensu tradunt spatiũ quod emetiri licebat die sabbathi, fuisse bis mille cubitorum. Cubitum autẽ metiũtur palmis minoribus, quos Græci vocant παλαιστὰς, quorum quilibet continet quatuor pollices: sex autem simul, cubitum unũ efficiunt: cubitus passum minorem cõstituit, qui geometrici pars est media. Unde necessariò colligitur sabbathi iter duobus quidẽ millibus passibus definiri, sed minoribus, qui miliare unum dumtaxat cõficiat, non duo, ut perperàm Latini ferè interpretes putârunt, qui non observârunt discrimen inter minores passus, qui totidem sunt cubiti, & majores sive geometricos, qui illis duplo sunt longiores. F. Atq; hæc dimẽsio sumta est ex legis analogia, de qua in Num. 2. 2. diximus. 8 F. vide quæ in Matthæi 10. 3. adnotavimus. 9 F. vel animo uno. 10 F. putà laqueo fracto quo se strangulaverat pronus in terram ruit, & crepuit medius. 11 Hoc est, Disruptus est medius & effusũ projectúmq; jacuit ejus corpus.

19 Et hoc

19 Et hocipsum notum factũ est omnibus iis qui habitant in Urischelem: & ita vocatus est ager ille lingua regionis, Chakel-demah, cujus interpretatio est, Ager sanguinis.

20 Scriptum enim est in libro Psalmorum, Habitatio ejus sit deserta, & inhabitans non sit in ea. Et, Ministerium ejus accipiat alter.

21 Opus est igitur aliquo ex his viris qui fuerunt nobiscum in illo tempore toto in quo [12] ingressus est & egressus est intẽr nos Dominus Jeschua,

22 Qui incepit a Baptismo Juchãnã usque in diẽ quo assumtus est a nobis, ut ipse sit nobiscum testis resurrectionis ejus.

23 Et statuerunt duos, Jauseph qui vocatur Bar-Schabbah, qui cognominatus est Justus: & Mattiah.

24 Et quũ orarent, dixerunt, Tu, Dominè, nosti quod est in cordibus omniũ, ostende unum quem eligis ex his duobus.

25 Ut ipse accipiat portionem ministerii, & apostolatum a quo separavit se Jihudah, ut abiret in locum suum.

26 Et jecerunt sortes, & ascendit *sors* ad Matthiah: & connumeratus est cum undecim Apostolis.

[12] Quasi dicat, Vitam egit, & assiduè cõversatus est. Hebraismus frequens, ut primo Samuelis decimooctavo, versu decimosexto: & vicesimonono, versu sexto.

19 Innotuitq; omnibus habitantibus Hierosolyma: adeò ut vocetur ager ille propria ipsorum lingua, Aceldama, hoc est, ager sanguinis.

20 Scriptum est enim in libro Psalmorum, *Fiat commoratio ejus deserta, & nõ sit qui habitet in ea. Et, * [c] Episcopatum ejus accipiat alius.

21 [d] Oportet igitur ex iis viris qui nobiscum convenerunt toto tempore quo Dominus Jesus [e] versatus est inter nos,

22 Exorsus a Baptismo Johannis, ad eũ usque diem quo sursum receptus est [f] a nobis, unum fieri nobiscum testem resurrectionis ejus.

23 [g] [h] Statuerũt igitur duos, Josephum vocatum Barsaban, qui cognominabatur Justus, & Matthiam.

24 Et orantes dixerunt, Tu Domine, qui corda omnium nosti, ostende utrum elegeris ex his duobus:

25 Ut accipiat [i] sortem ministerii hujus & Apostolatus, a quo [k] aberravit Judas, ut abiret in locum suum.

26 [l] Jecerunt igitur sortes eorum, & cecidit sors super Matthiam, qui communibus [m] calculis allectus est cum undecim Apostolis.

*Psal. 69. 26.
*Psal. 109. 8.

[c] Munus & functionẽ. David quidẽ hæc scripsit in Doẽg regis armentis præfectum. Solent autem pastorum, ovium & gregis vocabula ad ecclesiasticam administrationem transferri.

[d] 12. Apostoli nihil deliberant nisi consulto Dei verbo: deinde quod totius Ecclesiæ intererat, non nisi conscia Ecclesia exsequuntur.

[e] Ad verbum, intravit, & exivit: quod genus dicẽdi Hebræis indicat functionis publicæ, eiúsque laboriosæ administrationem, quum de iis agitur qui in publico munere versantur. Deut. 31. 2. 1. Par. 27. 1. [f] A nostro cœtu. [g] 12. Apostolos oportuit immediatè à Deo ordinari, ideóque præeuntibus precibus eligitur Matthias sortitione, quæ instar divinæ vocis esset. [h] Publicè & totius collegii suffragiis. [i] Ut sit ipse consors & particeps hujus ministerii. [k] Decessit sive excidit. à prolabendo, metaphora à via ducta. Vocationes enim Hebræis viarum nomine significantur. [l] Sortiti sunt conjectis sortibus. [m] Calculis conjectis sententiæ olim, sive suffragia, declarabantur.

CAPUT SECUNDUM.

[1] Apostoli, [4] Spiritu sancto repleti, [8] diversis linguis loquuntur. [13] Ebrietatis notam [15] Petrus elevat: [22.34] Jesum Messiam esse docet. [37] Auditoribus consternatis [38] pœnitentiam suadet.

ET quum implerentur dies Pentecostes, quum essent congregati omnes simul:

2 Factus est repentè e cælo sonus tamquam venti vehementis, & impleta est eo tota domus illa in qua sedentes erant.

3 Et visæ sunt eis linguæ quæ dispertitæ erant tamquam [1] ignis, & sederunt super unumquemque ex eis.

4 Et repleti sunt omnes Spiritu sancto, & incipiebãt loqui [2] diversis linguis, prout Spiritus dabat eis eloqui.

5 Erant autem homines qui habitabant in Urischelem, [3] qui timebant a Deo, Judæi, ab omnibus populis qui sunt sub cælo.

6 Et quando factus est sonus ille, congregatus est totus populus: & conturbatus, eo quòd audiret [4] unumquemq; ex illis, quòd loquerentur linguis ipsorum.

7 Stupefacti *autem* erant [5] omnes, & mirabantur, dicentes [6] unus ad alium, Hi omnes qui loquuntur, nónne ecce Galilæi sunt?

8 Quomodo nos audivimus [7] unusquisque [8] linguam suam in qua nati sumus?

9 Parthi & Medi & [9] Elanæi, & qui ha-

[1] 3. i. linguæ ignitæ vel ignescentes: typi spiritualis doni & aspectabilis, quod acceperũt Apostoli.

[2] Ad verb. Lingua, lingua. Hebraismus.

[3] Id est, Erant religiosi & timẽtes Deum.

[4] Ad verbum, virum, virum. Hebraismus.

[5] 5. Syrè, illi omnes, de quibus præcedẽte versu.

[6] Ad verb. Unus ad unum. Hebraism.

[7] Ad verbum, Homo homo. Hebraismus paulò antè observatus.

[8] 7. nempe à rudibus & illiteratis Galilæis istis.

Quum [a] autem [b] advenisset dies Pentecostes, erant [c] omnes concorditer eodem *loci*.

2 Tum exstitit repentè sonitus e cælo tamquam ruentis flatus violenti, qui replevit totam domũ ubi erant considẽtes.

3 Et visæ sunt eis dispertitæ linguæ instar ignis, *qui* etiam [d] sedit super unumquemque eorum.

4 Repleti sunt autem omnes Spiritu sancto, cœperũntq; loqui [e] aliis linguis, [f] prout Spiritus ille dabat eis effari.

5 Erant verò Hierosolymis habitantes Judæi viri religiosi, ex omni natione *eorum* [g] qui sub cælo *sunt*.

6 Orto autem [h] hoc rumore, convenit multitudo, & conturbata fuit quòd audiret unusquisque *sua* propria lingua ipsos loquentes.

7 Obstupescebant autem omnes ac mirabantur, dicentes alii ad alios, Nónne ecce omnes isti qui loquuntur, Galilæi sunt?

8 [i] Quomodo igitur nos audimus eos sua quisque lingua in qua nati sumus?

9 Parthi & Medi & Elamitæ, & qui

[a] 2. Apostoli, die maximè solenni, ut res esset toti mũdo perspecta, uno in loco congregati, ut unum omniũ illorum munus, eumdem Spiritum eamdémq; fidem esse constaret, adhibito duplici symbolo, cælitùs designantur, & excellẽtissimis quibusq; Spiritus sancti donis, ac imprimis quidẽ linguarum extraordinario & necessario dono unguntur.

[b] Ad verb. cõpleretur, id est, inchoatus esset, velut Luc. 2. 21. Cõpleti enim dicunt Hebræi diem vel annum, quum præcedentes exacti sunt, is autẽ inchoatus. Jerem. 25. 12. Erit autem quum impleti fuerint septuaginta anni, visitabo, &c. Non enim post septuagesimum annum, sed ipso septuagesimo anno, reduxit populum Dominus. Erat autẽ Pentecostes, dies quinquagesimus post Paschatis festũ. [c] Duodecim Apostoli, qui futuri essent Ecclesiæ quasi Patriarchæ. [d] Sub. ignis, vel spiritus. [e] Alias linguas vocat, quæ diversæ essent ab ea quæ Apostolis erat familiaris, quas Marcus novas vocat. [f] Significat Apostolos, nec temerè, nec fanaticorũ instar modò hac, modò illa lingua loquutos, sed magnam habuisse auditorum rationem: in summa, nihil dixisse, nisi Spiritu sancto linguam moderante. [g] Est hyperbole Apostoli: illo enim pacto esset magis audientium miraculum, hoc verò dicentium. Nazianz. in Orat. de Pent.

[h] Hujus facti rumore. [i] Non quòd resonante una voce, auditentur plures, sed peregrinis linguis loquebantur Hebræis familiaris, ut Deut. 2. 25.

incolimus Mesopotamiam, Judæámq; & Cappadociam, Pontum, & Asiam,

10 Phrygiam, & Pamphyliam, Ægyptũ & partes Libyæ quæ est secundùm Cyrenen, & advenæ Romani, tum [k] Judæi tum Proselyti,

11 Cretes & Arabes, audimus eos loquentes nostris linguis magnifica Dei *facta*.

12 [l] Obstupescebant igitur omnes, & hæsitabant, dicentes alius ad alium, Quid hoc sibi vellet?

13 Alii verò [m] sannis *eos* exequentes dicebant, Vino dulci pleni sunt.

14 Consistens autem Petrus cum undecim, [n] extulit vocem suã, & affatus est eos, dicens, Viri Judæi, *vósque* omnes qui habitatis Hierosolymis, hoc vobis notum esto, & auribus percipite verba mea.

15 Non enim, ut vos præsumitis, isti ebrii sunt, quum sit [o] hora diei tertia:

16 Sed hoc illud est quod dictum est [p] per Prophetam Joëlem,

17 [q] *Et erit ultimis temporibus, (dicit Deus) effundã ex Spiritu meo in [r] quamvis [s] carnem: & prophetabunt filii vestri & filiæ vestræ, & juvenes vestri visiones videbunt, & seniores vestri somnia somniabunt.

18 Et quidem in servos meos & in ancillas meas in diebus illis effundã ex Spiritu meo, & prophetabunt.

19 Et edam prodigia in cælo sursum, & signa in terra deorsum, sanguinem & ignẽ & vaporem fumi.

20 [t] Sol cõvertetur in tenebras, & luna in sanguinem, priusquam veniat dies ille Domini magnus & illustris.

21 [v] Et futurum est ut quicumq; [x] invocaverit nomen Domini servetur.

22 [y] Viri Israëlitæ, audite sermones istos: Jesum illum Nazaræum, virũ à Deo [z] approbatum apud vos præstantibus factis & prodigiis & signis quæ edidit per eum Deus in medio vestri, sicut & ipsi nostis,

23 Hunc, *inquam*, definito illo consilio & [a] præcognitione Dei deditum quum accepissetis, manibus [b] sceleratis *cruci* affixum [c] interemistis.

24 [d] Quem Deus suscitavit, solutis [e] doloribus mortis, eo quòd fieri non poterat ut ipse ab ea retineretur.

25 *David enim dicit de eo, Prospiciebã Dominum in cõspectu meo semper: quoniam est mihi ad dexteram, ne concutiar.

26 Propterea oblectatum est cor meũ, & exsultavit lingua mea: atq; adeò caro mea commorabitur cum spe.

bitant [10] inter flumina, Judæi & Cappadoces, & qui sunt regionis Ponti & Asiæ,

10 Et qui sunt regionis Phrygiæ, & Pãphyliæ, & Ægypti, & regionum Libyæ, qui sunt vicini Cyrenæ, & qui venerunt e Roma, Judæi & Proselyti,

11 Et qui sunt ex Creta & Arabia: ecce, audimus quòd loquuntur linguis nostris mirabilia Dei.

12 Mirabantur autem omnes, & hæsitabant, dicentes, [11] unus ad alium, [12] Quæ est hæc voluntas?

13 Alii autem deridebant eos, dicentes, Hi merum biberunt, & inebriati sunt.

14 Et post hæc surrexit Schemeun Kipha cũ undecim Apostolis, & extulit vocem suam, ac dixit eis, Homines Judæi, & omnes qui habitatis in Urischelem, hoc notum sit vobis, & attendite sermones meos:

15 Non enim, sicut vos putatis, hi ebrii sunt: nam ecce, usque nunc tertia est hora.

16 Sed hoc est quod dictum est in Juil Propheta,

17 Erit in diebus postremis, (dicit Deus) effundam Spiritum meum super omnem carnem: & prophetabunt filii vestri & filiæ vestræ, & juvenes vestri visiones videbunt, & seniores vestri somnia somniabunt.

18 Et super servos meos & super ancillas meas effundã Spiritum meum in diebus illis, & prophetabunt.

19 Et dabo signa in cælo, & prodigia super terram, sanguinem & ignem, & vaporem fumi.

20 Sol mutabitur in caliginem, & luna in sanguinem, priusquam veniat dies Domini magnus & formidabilis.

21 Et erit, omnis qui invocaverit nomẽ Domini, [13] servabitur.

22 Homines, filii Israjel, audite sermones hos: Jeschua Natzarenum, hominem [14] qui a Deo [15] conspectus est apud vos virtutibus & prodigiis quæ Deus fecit in medio vestri [16] per manum ejus, sicut vos nostis:

23 Hunc, *inquam*, qui [17] segregatus erat ad hoc per [18] providentiam & voluntatem Dei, tradidistis in manus improborum, & crucifixistis ac interfecistis.

24 Deus autem excitavit eum, & solvit [19] dolores sepulcri: quia impossibile erat ut detineretur in ipso sepulcro.

25 David enim dixit de eo, [20] Ab initio fui spectans Dominum meum in omni tẽpore: quoniam ad dexteram meam est ut non commovear.

26 Propterea lætatum est cor meum, & exsultavit [21] gloria mea, & etiam corpus meum habitabit in spe.

[k] Judæorum nomine eos intelligit, qui origine & religione Judæi erant, quamvis alibinati. Proselyti autem erãt qui è Paganis Judæorum religionẽ amplectebantur.

[l] 3. Verbũ Domini alios perellit ut eos ad inquirendã veritatem adigat, alios verò sic redarguit, ut suæ ipsorũ impudentiæ testes esse cogat.

[m] Vocabulo utitur, quod contumeliam irrisionis indicat: Hęc autẽ irrisio, docet nullum tãtum esse miraculum, cui non audeat obtrectare impietas.

[n] Observanda est Petri confidentia, ut ab initio statim cognosceretur Spiritus sancti gratia.

[o] Ab orto sole, quæ in septimam nostram vel octavam incidere potest.

[p] Nihil aliud dissolvit quæstiones & dubitationes, nisi Propheticũ testimonium: rationes enim hominum everti possunt, vox Divina everti non potest.

[q] 3. Petrus calumniis hominum opponẽs Dei veritatem, docet in se & suis collegis impletũ quod Joël de plena Spiritus sancti exhibitione novissimis tẽporibus futura prædixerat: quæ gratia toti etiã Ecclesiæ offeratur, certo eorum exitio à quibus contemnetur.

*Joel. 2. 28.

*Esa. 44. 3.

[r] Ad verbum, omnem, indefinitè. id est, Non tantùm Judæis, sed & cæteris gentibus.

[s] i. Hominẽ.

[t] Metaphoricæ sunt hæ loquutiones: quibus significat Dominum signa per totam orbis machinam daturum iræ suæ, quæ homines terrore exaniment, ac si horrenda fieret totius naturæ cõversio. [v] 3. Usus præcipuus omnium donorum Spiritus sancti, est homines ad salutẽ per fidẽ adducere.

[x] Invocare, in sacris literis significationẽ habet precationis ardentis, implorantis opem Divinã. [y] 3. Christus innocens à sceleratis, ex Dei providentia, crucifixus. [z] Qui sic iis operibus quæ per illum fecit Deus, tamquam necessariis demonstrationibus cõprobatus. [a] Præeunte æterna Dei cognitione, quæ nec à consilio definito divelli potest, quod Epicurus facit, nec interim mali causa esse: nam pessimum Judæ factum æterno & immutabili consilio, in optimum finẽ definivit. Benè enim agit Deus, etiamsi malè agant instrumenta. [b] Dei consilium nõ excusat Judæos, quorum manus fuerunt sceleratæ. [c] Tribuitur factum iis quorum cõsilio & impulsione res acta fuit. [d] 3. Christus (sicut prædixerat David) non modò resurrexit, sed etiam in ipso sepulcro ab omni corruptione fuit immunis. [e] Morte dolorum corporis & animi plena: itaq; quum mors videretur esse ipsorum dolorũ victoria ac imperium, Christus meritò dicitur lethales istos dolores superasse, quũ mortuus mortẽ vicit, in æternum cum Patre victurus. *Psal. 16. 8.

[10] Id est, In Mesopotamia, quæ sita est inter duo flumina, Euphratẽ & Tigrim. Hebræi addere solẽt ארם, ac vocant Syriam duorum fluminum.

[11] 5. Syrè, Unus uni.

[12] Id est, Quid hoc sibi vult? Syra phrasis.

[13] Ad verbum, Vivet. Hebrai.

[14] Id est, Quẽ vos experiẽtia didicistis virũ esse à Deo vobis datum.

[15] 5. vel spectãdus datus est atq; exhibitus.

[16] Id est, Opera ejus. Tritus Hebraismus.

[17] 5. Syrè, segregatus erat sibi: Pleonasmus de quo in Matt. 4. 10.

[18] 5. Syrè, anticipatione scientiæ: periphrasis commodissima præsciẽtiæ & providentiæ.

[19] Puncta vocalia hujus nominis in Syro textu hanc interpretationẽ postulãt: quia paraphrastes bona fide Lucam reddidit. Cæterùm Græci, quos Lucas sequitur, diversa puncta quæ in Hebræo leguntur, nõ observãrunt. Tunc enim vocẽ quæ 2. Sam. 22 & Psal. 18. 6. legitur. & ad quam Evangelista alludit, vertissent Vincula. 5. etsi hanc punctorum distinctionem ubiq; non servari nonnulli ex Hebræis quoque agnoverunt. [20] 5. vel e regione, ex adverso. [21] תשבחתי, quæ vox respondet Hebrææ כבודי, pro qua Græcus habet, ἡ γλῶσσά μου, id est, Lingua mea: quia translationem nominis Hebraici כבוד explicat ex Hebræorum etiam interpretum sensu. Vide Psal. 16. 7. 5. frequens enim est hæc metonymia, quã gloria pro gloriationis instrumento usurpatur.

27 Quoniam non relicturus es animam meam in sepulcro, nec traditurus es benignum tuum ut [22] videat corruptionem.

[22] i. Obnoxius sit corruptioni. Hebraism.

28 Manifestasti mihi viam vitæ: replebis me jucunditate cum vultu tuo.

29 Homines fratres, permittitur dicere apertè apud vos de patriarcha David, quòd mortuus est, & etiam sepultus est, & locus sepulturæ ejus est apud nos usq; in hunc diem.

30 Propheta enim erat, & sciebat quòd juramentum jurasset sibi Deus, De fructibus ventris tui sedere faciam super thronum tuum.

31 Et [23] antè vidit, & loquutus est de resurrectione Christi, quòd non sit derelictus in sepulcro, etiam corpus ejus nõ [24] viderit corruptionem.

[23] i. Præcognovit.

[24] i. Obnoxius corruptioni fuerit. Hebraismus ut suprà.

32 Hunc Jeschua suscitavit Deus, & nos omnes testes ejus sumus.

33 Et ipse est qui per dexteram Dei exaltatus est, & accepit a Patre promissionem quæ *fuerat* de Spiritu sancto, & effudit donum hoc quod, ecce, vos videtis & auditis.

34 Nequaquam enim David ascendit in cælum: nam ipse dicit, Dixit Dominus Domino meo, Sede a dextera mea,

35 Donec posuero inimicos tuos scabellum pedibus tuis.

36 Verè igitur sciat tota domus Israjel, quòd Dominum & Christum fecerit eũ Deus, hunc, inquam, Jeschua quem vos crucifixistis.

37 Et quum audivissent hæc, compuncti sunt in corde suo: & dixerunt Schemeun & reliquis Apostolis, Quid faciemus fratres?

38 Dixit eis Schemeun, Convertimini, & baptizemini [25] unusquisque vestrûm in remissionem peccatorum: & accipietis donum Spiritus sancti.

[25] Ad ver. homo homo ex vobis. Hebr.

39 Vobis enim facta est promissio & filiis vestris, ac omnibus iis qui lõgè sunt, quos ipse Deus vocaverit.

40 Et sermonibus aliis pluribus [26] testabatur eis, & petebat ab eis, quum diceret, Servate vos a generatione hac prava.

[26] Hortabatur eos, exponens quid ab eis requireretur ut facerent.

41 Et quidam ex iis promptè acceperũt sermonem ejus, ac crediderunt baptizatique sunt: & addita sunt in illo die quasi tria millia animarum.

42 Et perseverantes erant in doctrina Apostolorum, & communicabant in precatione, & in fractione eucharistiæ.

43 Et factus est timor in omni anima. Et signa multa & prodigia fiebant per manũ Apostolorum in Urischelem.

44 Et omnes qui crediderant, simul erant: & quicquid erat eis, communitatis erat.

45 Et illi quibus erat possessio *aliqua*, vendebant eam, & dividebant [27] unicuique prout necessarium erat.

[27] Ad ver. Homini homini. Hebraismus.

27 Quoniam non [f] deseres animam meam apud inferos, nec sines sanctum illum tuum sentire corruptionem.

28 [g] Notas mihi fecisti vias vitæ, replebis me jucunditate in tuo conspectu.

29 Viri fratres, licet liberè dicere apud vos de patriarcha Davide, * eum & obiisse & sepultum esse, & monimentum ejus esse apud nos ad hunc usque diem.

30 Propheta igitur quum esset, & sciret *Deum [h] jurejurando sibi jurasse, fore ut ex fructu lumbi ipsius, quod ad carnem attinet, Christum illum suscitaret, *quem* collocaret super ejus throno:

31 Præscius loquutus est de resurrectione Christi, * non derelictam esse apud inferos animam ejus, neque carnem ejus sensisse corruptionem.

32 [i] Hunc Jesum suscitavit Deus: cujus *rei* omnes nos sumus testes.

33 Itaque [k] dextera Dei sursum sublatus & promissum Spiritum sanctum adeptus a Patre, effudit hoc quod vos nunc cernitis & auditis.

34 Nec enim David ascendit in cælos: sed dicit ipse, * Dixit Dominus Domino meo, Sede ad dexteram meam,

35 Usquedum [l] statuero inimicos tuos scabellum pedum tuorum.

36 Certò sciat ergo tota domus Israëlis quòd Deus hunc [m] fecerit Dominum & Christum, hunc ipsum, *inquam*, Jesum quẽ vos crucifixistis.

37 Qui verò hæc audierunt compuncti sunt corde, & dixerunt ad Petrum ac reliquos Apostolos, Quid faciemus viri fratres?

38 [n] Petrus autem ait ad eos, Resipiscite, & baptizetur unusquisque vestrûm in nomen Jesu Christi in remissionem peccatorum: & accipietis donum Spiritus sancti.

39 Vobis enim *facta est* [o] promissio, & liberis vestris, & omnibus longè post *futuris*, quoscumque videlicet advocaverit Dominus Deus noster.

40 [p] Aliisq; sermonibus plurimis [q] obtestabatur, & exhortabatur *eos*, dicés, Servamini ex gente ista prava.

41 [r] Qui ergo libenter receperunt sermonẽ ejus, baptizati sunt, & additæ sunt *Ecclesiæ* die illo animæ quasi ter mille.

42 [s] Perdurabant autem in doctrina Apostolorum, & [t] communicatione, & [v] fractione panis, & precibus.

43 [x] Obortus est autem omnibus metus: multâque prodigia & signa per Apostolos fiebant.

44 [y] Omnes autem qui credebant, erant [z] eodem *loci*, & habebant omnia communia.

45 Et possessiones ac facultates vendebant, & dispertiebant ea omnibus, prout cuique opus erat.

[f] Non permittes me permanere in sepulcro.

[g] Aditum mihi ad veram vitam patefecisti.

* 1. Reg. 2. 10. Infr. 11. 16.

* Psal. 132. 11.

[h] Solenni formula jurasset.

* Psal. 16. 10. Infr. 13. 35.

[i] B Jesum Christum esse Regem æternum designatũ testatur Petrus, & ex ipsius Spiritus sancti donis palàm convincit, addito Davidis testimonio.

[k] Virtute ac potentia Dei.

* Psal. 110. 1.

[l] Hebraismus, pro reddam & efficiam.

[m] i. Constitutum, & in eam dignitatem evectum: ut si quis dicatur rex aut potens imperator factus. Nam Christi nomen ut alibi passim, ita etiam hoc loco, Regem a Deo unctum & designatum declarat, ut norint Judæi Jesum ideò sic vocatũ quòd revera talis esset. Notandum præterea hic faciendi verbum hoc loco non referri ad ποιεῖν, sed ad statum & dignitatem summã in quam est Christus evectus, sicut describit Apostolus, Ephes. 1. 21. & 4. 10. & Phil. 2. 9. & 10.

[n] B. Resipiscentia & remissio peccatorum in Christo sunt duo Evangelii ac proinde nostræ salutis capita. Obtinentur autem ex promissionib⁹ per fidem apprehensis: & per baptismũ, quicum est conjuncta Spiritus sancti virtus, in nobis obsignantur.

[o] Gratuitum esse donũ nomen ἐπαγγελίας declarat.

[p] B. Is demum verè aggregatur Ecclesiæ, qui sese ab impiis segregat.

[q] Dei interposita auctoritate.

[r] B. Insigne virtutis Spiritus sancti exẽplum. Non baptizantur autem adulti, nisi fidem professi.

[s] B. Veræ Ecclesiæ signa sunt, doctrina Apostolica, charitatis officia, Sacramentorum administratio pura, & vera invocatio communis.

[t] Facultatum & omnium charitatis officiorum, ut posteà explicat.

[v] Utebantur Hebræi spissis minùs panibus, itaque potiùs frangebantur, quàm cultris secarentur: sic per fractionem panis convictum illum mutuum intellexerunt, atque adeò convivia quæ celebrare solent. Quum autem Agapas celebrarent, sacram etiàm Domini Cœnam soliti erant usurpare, in quam jam tum temporis irrepserant corruptelæ, quas emendat Paulus, 1. Cor. 11.

[x] B. Dominus quoties expedit, extraneorum rabiem frænat, ut Ecclesia plantari ac recreari possit.

[y] B. Charitas efficit omnia communia, quod ad usum quidem attinet, pro necessitatis ratione.

[z] Vel simul, ut infrà 3. 1. Ita enim communes Ecclesiæ cœtus significantur, cum mutua in eamdem doctrinam consensione & summa animorum concordia.

46 [a] Et quotidie perdurantes concorditer in templo, ac [b] frangentes domatim panem, & capiebant cibum cum exsultatione & simplicitate cordis:

47 Laudantes Deum, & [c] habentes gratiam apud totum populum. Dominus autem addebat quotidie Ecclesiæ qui salvi fierent.

46 Et quotidie perseverabant in templo [28] una anima: & domi frangebant portionem, & capiebant cibum exultantes, & in puritate cordis sui.

47 Laudantes Deum, traditi [29] in favorem coram universo populo. Et Dominus noster addebat quotidie illis eos [30] qui salvi fiebant in cœtu.

a 2. Fideles initio nõ tantùm ad audiendum verbum, sed etiam ad capiendum cibum magno cũ fructu conveniebant.

b i. vescentes.

c i. Grati & accepti toti populo.

28 F. vel uno animo: id autẽ est unanimes.

29 Ad verb. In intimos & viscerales, ut ita dicam, favores Hebr. Vide 1. Reg. 8. 56 Gen. 39. 21 Nechem. 1. 2. q. d. Deum laudabat qui eis gratiam conciliasset apud universum populum.

30 Ad ver. Qui vivificabantur. Hebraismus sæpe observatur.

CAPUT TERTIUM.

1 Petrus cum Iohanne in templum ascendens, 2 claudum sanat. 9 Populo ad miraculum concurrenti, 12 salutis mysterium per Christum exponit, 14 ingratitudinem eorum accusans, 16 & pœnitentiam ab illis requirens.

CÆterùm [a] Petrus & Iohannes simul ascendebant in templum, [b] sub horam precationis, *nempe* nonam.

2 Quidam autem vir claudus ab utero matris suæ, portabatur: quem ponebant quotidie ad portam templi quæ dicitur Speciosa, ut peteret eleemosynam ab ingredientibus in templum.

3 Is quum vidisset Petrũ ac Iohannem ingressuros in templum, rogavit ut eleemosynam acciperet.

4 Intentis autem in eum oculis Petrus cum Iohanne, dixit, Aspice ad nos.

5 Ille igitur [c] attendebat eos, sperans se aliquid ab eis accepturum.

6 Petrus autem dixit, Argentum & aurum nõ est mihi: quod autem habeo, hoc tibi do, In nomine Iesu Christi Nazaræi surge & ambula.

7 Et prehensa manu ejus dextera, erexit *eum*: illico verò solidatæ sunt plãtæ ipsius ac malleoli.

8 Et exsiliens stetit, & ambulavit, & ingressus est cum eis in templum, ambulans & saliens, & laudans Deum.

9 Viditque eum totus populus ambulantem & laudantem Deum.

10 Et eum agnoverunt illum esse qui ad *petendam* eleemosynam sedebat ad Speciosam portam templi: & impleti sunt pavore & stupore super eo quod ei contigerat.

11 Quum autem claudus ille qui sanatus fuerat [d] teneret Petrum & Iohannem, cucurrit totus populus ad eos in porticum quæ appellatur Solomonis, expavefactus.

12 [e] Quo viso Petrus respondit populo, Viri Israëlitæ, quid miramini de hac re? aut quid intentos oculos in nos habetis, quasi propria potestate aut pietate effecerimus ut hic ambulet?

13 Deus ille Abrahami & Isaaci & Iacobi, Deus, *inquam*, Patrum nostrorũ glorificavit Filium suum Iesum, quem vos tradidistis & abnegastis in conspectu Pilati, quum ille judicasset esse dimittendũ.

14 Vos autem sanctum illum & justum abnegastis, & postulastis homicidam cõdonari vobis:

15 [f] Principem autem vitę interemistis,

ET factum est ut quum ascenderent Schemeun Kipha & Iuchannan simul in templum in tempore precationis nonæ horæ,

2 Et ecce, homo quidam claudus ex utero matris suæ, quem ferebant viri illi qui solitiverant [1] afferentes & ponentes eum in porta templi quę vocatur Speciosa, ut esset petens [2] eleemosynam ab iis qui ingrediebantur templum.

3 Is quum vidisset Schemeun & Iuchannan, quòd ingrederentur in templũ, petebat ab eis, ut darent sibi eleemosynam.

4 Et intuiti sunt eum Schemeun & Iuchannan: ac dixerunt ei, Intuere in nos.

5 Ille autem intuitus est in eos, quum speraret accipere ab eis aliquid.

6 Dixit ei Schemeun, Aurum & argentum non est mihi: sed id quod est mihi, do tibi: In nomine Domini nostri Ieschua Christi Natzaræi surge, ambula.

7 Et apprehendit eum manu sua dextera, & erexit eum: & eadem hora confirmati sunt pedes ejus & calcanei ejus.

8 Et exsiliens surrexit, & ambulavit: ac ingressus est cum eis in templum, ambulans & exsiliens, & laudans Deum.

9 Et vidit eum totus populus ambulantem, & laudantem Deum.

10 *Et* agnoverunt quòd is esset ille mẽdicus qui sedebat quotidie, & petebat eleemosynam ad portã quæ vocatur Speciosa, & repleti sunt admiratione, & stupore super eo quod factum fuerat.

11 Et quum teneret Schemeun & Iuchannan, accurrit totus populus stupefactus ad eos ad porticũ quæ vocatur Schelimun.

12 Quúmque videret Schemeun, respondit, & dixit eis, Homines, filii Israjel, quid miramini super hoc? Aut in nos quid intuemini, quasi quòd ipsum virtute nostra aut potestate nostra fecerimus ut ambularet hic?

13 Deus ipse Abraham & Ischak & Iaakub, Deus patrum nostrorum, glorificavit Filiũ suum Ieschua, quem vos prodidistis, & abnegastis eum ante faciem Pilati, quum ille [3] justificasset ut [4] solverent eum.

14 Vos autem sanctum & justum negastis, & petiistis hominem homicidam ut daretur vobis:

15 Illum autem principem vitæ inter-

a 2. Christus claudum quẽdam natum hominem notum omnibus, loco & tempore celebri per manus Apostolorum sanans, partim eos qui crediderant confirmat, partim alios credituros vocat.

b Hora nona fuit precationi consecrata, nempe sacrificio vespertino, neque tamen Apostoli ad sacrificium conveniebant, quum scirent verum illum Agnum qui tollit peccata mundi, suo sacrificio legis umbras delevisse: sed aderant potiùs ut hoc ipsum doceren, nempe id esse reipsa exhibitũ quod ceremonię legis adumbrârant. Neque tamen dubium est quin sese quoad ejus fieri potuit, legis ceremoniis accommodârint, tantùm per dum infirmos ac rudes Christo lucrifacerent.

c Animo & oculis.

d Hoc loco tenere nõ declarat prehendere, sed ita tenere ut tibi elabi non sinas, quod arguit, claudum istũ vel eorum amore a quib⁹ curatus fuerat, vel fortassis metu, ne si eos ex oculis semel amisisset, iterum claudus fieret, ab eorum latere non discessisse.

e 2. Miracula convincendis incredulis destinata sunt, ac proinde pessimè iis abutuntur qui vel in ipsis miraculis, vel in organis quibus Deo uti placet obstupescentes, ex eo quod ad veri cultus (id est Christianismi) notitiam a Deo institutum est, idololatriæ & superstitionis stabiliendæ occasionem arripiunt.

f In seipso habentem vitam & causam vitæ.

1 F. Id est, adferre & ponere. Hebr.

2 Cur eleemosyna dicatur justitia declaratum est Luc. 11.

3 i. justũ pronunciasset.

4 F. i. ut solveretur dimitteretúrque. Hebraismus.

fecistis,

feciſtis, quem excitavit Deus [5] a mortuis: & nos omnes teſtes ejus ſumus.

16 Et per fidem nominis ſui, hunc quem videtis & agnoſcitis, ipſe confirmavit & ſanavit: & fides quæ eſt in eum, dedit illi hanc ſanitatem coram omnibus vobis.

17 Sed nunc, fratres mei, novi quòd per errorem feciſtis hoc, ſicut fecerunt principes veſtri.

18 Et Deus ſecundùm quod priùs promulgavit per os omnium prophetarum, quòd paſſurus eſſet Chriſtus ejus, implevit ita.

19 Reſipiſcite igitur, & convertimini, ut [6] deleantur peccata veſtra:

20 Et eveniant vobis tẽpora tranquillitatis a conſpectu faciei Domini, ac mittat vobis illum qui præparatus erat vobis, Ieſchua Chriſtum.

21 [7] Quem oportet cælos excipere uſq; ad complementum temporum omnium eorũ quæ loquutus eſt Deus per os prophetarum ſanctorum ſuorum qui a ſeculo *fuerunt*.

22 Muſche enim dixit, Prophetam excitabit vobis Dominus ex fratribus veſtris ſicut me: eum audite in omnibus quæ loquetur vobiſcum.

23 Et erit, omnis anima quę non audierit Prophetam illum, perdetur anima illa de populo ſuo.

24 Et Prophetæ omnes qui a tempore Schemuil, & ii qui poſt eum fuerunt, loquuti ſunt, & annunciaverunt de diebus his.

25 Vos eſtis Filii Prophetarum & [8] pacti quod poſuit Deus Patribus noſtris, quum diceret Abrahamo, In ſemine tuo benedictionem conſequentur omnes generationes terræ.

26 Vobis priùs ſuſcitavit, & miſit Deus Filium ſuum benedicentem vobis, ſi convertamini [9] & reſipiſcatis a pravitatibus veſtris.

quem Deus ſuſcitavit a mortuis: cuius *rei* nos teſtes ſumus.

16 Et per fidem in nomine ipſius, hunc quem conſpicitis ac noſtis, confirmavit nomen ipſius: [g] fides inquam quæ per ipſum *eſt*, dedit iſti integritatem hanc coram omnibus vobis.

17 Sed nunc, fratres, ſcio vos per ignorantiam *iſta* feciſſe, ſicut & primores veſtros.

18 Deus autem quæ prẹnunciaverat per [h] os omnium Prophetarum ſuorũ, Chriſtum ſuum perpeſſurum, ita implevit.

19 [i] Reſipiſcite igitur, & convertite vos, ut deleantur peccata veſtra: [k] poſtquam venerint tempora refrigerationis a conſpectu Domini,

20 Et miſerit priùs prædicatum vobis Ieſum Chriſtum:

21 Quem oportet quidem [l] cæli capiant, uſque ad tempora reſtitutionis omnium, de quibus loquutus eſt Deus a ſeculo per os omnium ſanctorũ ſuorum Prophetarum.

22 Moſes etenim ad Patres dixit, *[m] Prophetam ſuſcitabit vobis Dominus Deus veſter ex fratribus veſtris, ſicut me: audietis eum in omnibus quæ loquutus fuerit vobis.

23 Futurum eſt autem ut quiſquis non auſcultarit Prophetam illum, [n] diſperdatur e populo.

24 Sed & omnes Prophetæ a [o] Samuele & deinceps iis qui fuerunt, quotquot loquuti ſunt, etiam prænunciârunt dies iſtos.

25 [p] Vos eſtis [q] filii Prophetarum & pacti quod pepigit Deus erga patres noſtros, dicens ad Abrahamum, * Et in ſemine tuo benedictionem conſequentur omnes familiæ terræ.

26 Vobis primùm Deus [r] ſuſcitatum Filium ſuum Ieſum miſit, qui benediceret vobis, uno quoque *ſeſe* avertente a pravitatibus veſtris.

[5] Ad ver. De inter mortuos. ut Gall. *D'entre les morts.*

[6] Sumtum vetbum a rationariis, qui diſſoluta nomina inducto calamo expungũt.

[7] F. Syr. quem oportet cæli ut capiãt, ἄχρι φλίγου. Eſt autem hic verſus anantapodotos: ſubauditur enim adverſum membrum, & quem poſt complementum eorũ temporum oportet redire ad vos. ſic evidens fit Petri argumentatio.

[8] F. Syr. pacti, vel federis illius.

[9] Syrus textus impreſſus habebat ורתובון: ſed certum eſt per errorem literam Daleth poſitam fuiſſe pro litera Tau. Errori occaſionem dedit utriuſque literę admodum affinis pronuncia tio. Nos igitur locum reſtituimus ex manuſcripto codice Heydelbergenſi.

[g] Quia fide amplexus eſt illum a mortuis excitatum cujus nomen ex nobis audiit.

[h] Quamvis multi fuerint Prophetę, oris tamen numero ſingulari mentionem facit, ut indicet conſenſum Prophetiarũ.

[i] 2. Optimum quidẽ eſt Chriſtum oblatum ſtatim amplecti, ſed iis qui pro humana imbecillitate tantum beneficium neglexerint, ſupereſt reſipiſcentiæ remedium. Opponendum eſt autem crucis ignominię decretũ Dei prędictũ per Prophetas de Chriſto priùs in terris crucifigendo, deinde cælis judice & totius mundi inſtauratore apparituro, ut ſerventur omnes credituri, & omnes increduli ſemel pereant.

[k] Eſt ecliptica oratio, quæ ſic plena erit, Quum venerint tempora refrigerii, vos quoq; hoc refrigerium ſentiatis: quum venerit Chriſtus ad judicandum orbẽ, ipſum redemtorem non judicem ſentiatis. Porrò vita ęterna refrigerium dicitur, quia refrigeræ feſſos & laſſos: ſicut dicitur merces, quia compenſat labores & miſerias quas habuerunt aliquando pii in hac vita.

[l] i. Cælo contineri, vel recipi in cælum.

[m] *Deut. 18. 15. Inf. 7. 37.* [m] Hæc promiſſio eſt ſingularis & eximii cujuſdam Prophetæ. [n] Expungetur, ſive perimetur ſublatus de populo connumax ille. [o] Quo tempore regnum Iſraëlis conſtitutum fuit. [p] 2. Judæi credentes, primogeniti in regno Dei. [q] Quibus peculiariter fuerunt Prophetæ deſtinati, & quibuſcum fœdus eſt ſancitum. * *Geneſ. 22. 3. Galat. 3. 8.* [r] Exhibitum mundo, vel excitatum a mortuis, & in regnum ſuum evectum.

CAPUT QUARTUM.

[1] *Petrus & Iohannes* [3] *capti concilio ſiſtuntur,* [7. 19] *Chriſti cauſam agunt intrepidè.* [24] *Diſcipuli preces ad Deum fundunt.* [34] *Multi poſſeſſiones ſuas vendunt:* [36] *Inter quos & Barnabas numeratur.*

ET quum hos ſermones loqueretur ad populum, ſurrexerunt contra eos Sacerdotes & Tzaddukæi & magiſtratus templi:

2 Quum irati eſſent adverſus eos quòd docerent populũ, & prædicarent in Chriſto de reſurrectione [1] a mortuis.

3 Et injecerũt in eos manus, & ſervârũt eos in diem poſterum, quia propè erat veſpera.

4 Et multi qui audiverunt ſermonem, crediderunt: & erãt numero quaſi quinque millia virorum.

LOquentibus [a] autem ipſis ad populum, ſupervenerunt Sacerdotes & [b] præfectus templo & Sadducæi:

2 Moleſtè ferentes quòd docerent populum, & annunciarent in nomine Ieſu reſurrectionem ex mortuis.

3 Et injecerunt eis manus, poſuerũntque eos in cuſtodia in poſterum diem. Nam erat jam veſpera.

4 Multi verò eorum qui audierant hunc ſermonem, crediderunt: [c] & factus eſt numerus virorum quaſi quinquies mille.

[1] Adverb. De inter mortuos. Gall. *D'entre les morts,* ut in ſuperiore capite annotavimus.

[a] 1. Nulli ſępè vel diligentiores vel audaciores ſunt Eccleſiæ hoſtes, quàm qui ſe vocant ejus architectos: ſed quò iſti vehementiùs inſaniunt, eò conſtantiùs perſeverant fideles ſervi Dei.

[b] Habuerunt Judæi copiolas quaſdam ad templi ſacrorũmque cuſtodiã & præſidium, Matth. 27. 65. His erat præfectus dux aliquis, qualis fuit Eleazarus Ananiæ pontificis filius, juvenis audax & ſuperbus, quum commotum fuit bellum Judaicum, Joſeph. lib. 2. captæ Judææ.

[c] Volentes diminuere numerum, auxerunt.

5 Factum est autem postero die ut congregarétur [d] primores eorum & seniores & Scribæ Hierosolymis:

6 Et Annas Pontifex maximus, & Caiaphas & Iohannes & Alexander, & quotquot erant [e] ex genere Pontificio.

7 [f] Quum igitur statuissent eos in medio, percontati sunt, Qua potestate aut [g] quo nomine vos hoc fecistis?

8 Tunc Petrus repletus Spiritu sancto dixit eis, Primores populi, & Seniores Israëlis,

9 [h] Quandoquidem de nobis hodie quæstio habetur super beneficio in hominem infirmum *collato*, quomodo *videlicet* iste servatus sit:

10 [i] Notum sit omnibus vobis, & toti populo Israëlitico, per nomen Iesu Christi Nazaræi, quem vos crucifixistis, quẽ Deus suscitavit ex mortuis, per hoc, *inquam*, istũ adstare sanũ in vestro cõspectu.

11 * [k] Hic est lapis ille pro nihilo habitus a vobis ædificantibus, qui factus est caput anguli.

12 Nec est in alio quoquam salus. nec enim [l] aliud nomen est [m] sub cælo quod [n] datum sit inter homines, per quod oporteat nos servari.

13 [o] Conspecta verò Petri in dicendo libertate & Iohannis, compertóque homines esse illiteratos & [p] idiotas, admirabantur, & agnoscebant eos cũ Iesu fuisse.

14 Et hominem illum qui sanatus fuerat cernentes stantem cum eis, nihil poterant contradicere.

15 Iussis autem ipsis extra concilium abire, [q] conferebant inter se,

16 [r] Dicentes, quid faciemus hominibus istis? conspicuum enim signum editũ esse per eos, manifestum est omnibus habitantibus Hierosolymis, nec *id* possumus negare:

17 Sed ne *id* ampliùs serpat in populũ, minaciter interminemur eis ne posthac ulli hominum loquantur in nomine isto.

18 Itaque vocatis ipsis denunciârunt ne omnino loquerentur néve docerent in nomine Iesu.

19 [s] Petrus autem & Iohannes respondentes dixerunt eis. An justum sit in conspectu Dei vobis potiùs auscultare quàm Deo, judicate.

20 Non enim possumus nos quæ vidimus & audivimus, non loqui.

21 [t] Illi verò non invenientes quomodo punirent eos, additis minis eos dimiserunt, propter populum, quia omnes glorificabant Deum super eo quod factum fuerat.

22 Annorum enim erat ampliùs quadraginta homo ille in quem editum fuerat signum istud sanationis.

23 [v] Dimissi autẽ *illi* venerunt ad suos, & annunciaverunt quę primarii Sacerdotes & seniores ipsis dixerant.

24 [x] Qui quum *hæc* audissent, cõcordi-

5 Et die postero congregati sunt magistratus, & seniores & Legisperiti.

6 Et etiam Channan princeps sacerdotum, & Kajapha & Iuchannan & Alexander, & ii qui erant ex genere summorum Sacerdotum.

7 Et quum statuissent eos in medio, interrogabant eos, Qua virtute aut quo nomine fecistis hoc?

8 [2] Schemeun Kipha repletus est Spiritu sancto, & dixit eis, Magistratus populi & Seniores domus Israjel, audite.

9 Si nos hodie judicamur a vobis pro bono quod factum est filio hominis infirmo, nempe per quid hic sanatus sit,

10 Hoc notum sit vobis & toti populo Israjel, quòd in nomine Ieschua Christi Natzaræi, quem vos crucifixistis, quem suscitavit Deus [3] a mortuis, per hoc ipsum, ecce [4] stat coram vobis sanus.

11 Hic est lapis quem reprobastis vos ædificãtes, & ipse fact[9] est in caput anguli.

12 Nec est in homine alio salus. non enim est nomen aliud sub cælo quod datum sit filiis hominis per quod oporteat [5] servari.

13 Et quũ audivissent sermonem Schemeũ, & Iuchannan, quòd liberè dixissent illum, consideraverunt quòd non nossent libros, & idiotæ essent, & mirabãtur propter eos, ac agnoscebant eos quòd cũ Ieschua versati fuerant.

14 Et videbant quòd staret cũ eis claudus ille qui sanatus fuerat: nec poterant quicquam dicere contra eos.

15 Tũc præceperũt ut secedere facerent eos a conventu eorum. Et dicebant [6] unus ad alium,

16 Quid faciemus hominibus istis? Ecce enim, signum manifestum quod factũ est per manus eorum, omnibus habitantibus in Urischelem innotuit, neque possumus negare.

17 Sed ne ampliùs exeat fama hæc, minemur illis ne rursus loquantur de nomine hoc ulli ex filiis hominum:

18 Et vocaverũt eos, & præceperunt eis ut omnino non loquerentur, neque docerent in nomine Ieschua.

19 Responderũt Schemeũ Kipha & Iuchannan, ac dixerunt eis, An justum sit coram Deo ut vos audiamus potiùs quàm Deum, judicate.

20 Nõ enim possumus id quod vidimus & audivimus, ipsum non loqui.

21 Et minati sunt eis, & dimiserũt eos. non enim invenerunt illis causam [7] quam ponerẽt in accusatione illorũ, propter populũ. Quisq; enim glorificabat Deũ propter id quod factum fuerat.

22 Natus enim ampliùs quadraginta annos erat homo ille in quo factũ fuerat signum sanationis.

23 Et quũ dimissi essent, venerũt ad fratres suos, & narraverũt eis quicquid dixerant Sacerdotes & seniores.

24 Et illi quum audivissent, simul sustu-

[d] Illi erant qui Sanhedrin constituebant, qui omnes erant ex tribu Judæ, antequã Herodes crũdelissimè in familiam Davidis sæviret.

[e] Ex quibus pontifices legi fierique solebant, mutata jam annui muneris functione.

[f] B. In eos qui de successione personali (separata doctrinæ successione) gloriantes, veros Verbi ministros oppugnant.

[g] Qua auctoritate.

[h] Lupi verorum pastorum successores, nec Dei, nec Ecclesiæ, sed suam causam agunt.

[i] B. Id demum verus est Pastor qui oves docet ab uno Christo pendere, ut qui jam non sit mortuus, sed mortis victor omne imperiũ obtineat.

[k] Psalm. 118. 22. Esa. 28. 16. Mat. 21. 42. Mar. 12. 10. Luc. 20. 17. Rom. 9. 33. 1. Pet. 2. 7.

[k] Locus est ex Psalm. 118. 22 cujus expositionem pete ex Matth. 21. 42.

[l] Non est alius, vel alia vis cujusquam sive auctoritas. Ortum est autem illud genus loquendi, Hebræis familiare, eo quòd in periculis appellari soleant ii a quibus opem exspectamus.

[m] Uspiam. significat autem imperii Christi amplitudinem.

[n] Sub a Deo.

[o] B. Hoc saltem obtinet servorum Dei ingenua libertas, ut qui sub zeli larva delitescebant, tãdem apertè se impios prodant.

[p] Idiota si opponitur Magistratui, significat privatum: in mentione artificiorum studiorumq;, indoctum: in mentione dignitatis & præstantiæ, humilem & inhonoratum.

[q] Sub. sententias.

[r] B. Qui sibi placet in ignorantia, tandem fit etiam apertè & contra conscientiam malus.

[s] B. Sic parendum hominibus quibus subjicimur, ut Deo in primis obsequamur.

[t] B. Tantum abest ut liceat impiis quicquid libet, ut Deus etiam eo quod illis vult licere, ad amplificandam suam gloriam utatur.

[v] B. Apostoli sua pericula cum Ecclesiæ cœtu communicant.

[x] B. Nec expavescere nos oportet hostium minis, nec eorum insultus stolidè ridere: sed tum potentiæ tum benevolentiæ Dei seriam meditationem (sicut utraque nobis in Christo spectanda proponitur) adversariorum tum viribus tum malevolentiæ opponendo, ad Patris præsidium confugere.

[2] F. al. Tunc Schemeũ, &c. Sed hoc etsi legebat Tremell. vitio exemplarium omissum est.

[3] Ad verb. De inter mortuos, ut Gall. *D'entre les morts.*

[4] F. al. stat iste coram vobis, idque meliùs.

[5] F. Syr. vivere, Hebraism.

[6] Ad verb. Unus ad unum.

[7] F. vel imponerent capiti ipsorum, i. insimularent ipsos.

lerunt

lerunt vocem suam ad Deum, & dixerũt, Domine, tu es Deus qui fecisti cælum & terram, & maria, & quicquid est in eis.

25 Et tu es qui loquutus es per Spiritũ sanctum per os Davidis servi tui, Quare tumultuati sunt populi, & gentes meditatæ sunt inane?

26 Adstiterunt reges terræ & potestatẽ habentes, ac concilium inierũt simul adversus Dominum, & adversus Christum ejus.

27 Congregati enim verè sunt in urbe hac adversus sanctum Filium tuum Jeschua, quem unxeras, Hiraudis & Pilatus cum gentibus & cœtu Israjel.

28 Ad faciendum quicquid manus tua & voluntas priùs definivit ut fieret.

29 Et etiam nunc Domine intuere & vide minas eorum, & da servis tuis ut liberè prædicent sermonem tuum.

30 Te manum tuam extendente ad sanitates & ad prodigia quæ fient in nomine filii tui sancti Jeschua.

31 Et quum orassent & obsecrassent, commotus est locus in quo congregati erant: & repleti sunt omnes Spiritu sancto, & loquebantur liberè sermonem Dei.

32 Erat autem cõgregationi hominum eorum qui crediderant una anima & una mens: & nemo ex eis dicebat de opibus quas possidebat, quòd suę essent: sed quicquid erat eis, communitatis erat.

33 Et virtute magna testabantur ipsi Apostoli de resurrectione Jeschua Christi: & gratia magna erat cum omnibus ipsis.

34 Et nemo erat inter eos qui egenus esset. illi enim qui possidebãt agros & domos, vendebant, & afferebant pretia rei quæ vendebatur:

35 Ac ponebant ad pedes Apostolorũ: & dabatur [8] unicuique secundùm id quod opus habebat.

36 Jausepho autem illi qui cognominatus est Bar-nabba ab Apostolis (quod exponitur Filius consolationis) Levitæ ex regione Cypro,

37 Erat ager: & vendidit eum, & attulit pretium ejus, & posuit antè pedes Apostolorum.

[8] Ad ver. Homini homini.

ter sustulerunt vocem ad Deum, dixerúntque, Domine, tu es Deus ille qui fecisti cælum ac terram, mare, & omnia quę in eis sunt:

25 Qui Spiritu sancto per os Davidis pueri tui dixisti, * Cur fremuerunt Gentes & populi meditati sunt inania?

26 Adstiterunt reges terræ, & principes congregati sunt simul adversus Dominum, & Christum ejus.

27 Congregati sunt enim in hac civitate verè adversus sanctum Filium tuum Jesum quem unxisti, Herodes & Pontius Pilatus cum Gentibus & [y] populis Israëlis,

28 [z] Ut facerent quæcumque [a] manus tua & consilium tuum priùs prædestinavit ut fierent.

29 Nunc igitur, Domine, dispice in minas eorum, & da servis tuis ut cum omni libertate loquantur sermonem tuum.

30 Manu tua a te extensa ad sanandum, signísque & prodigiis editis per nomen sancti Filii tui Jesu.

31 [b] Quum autem precati essent, succussus est locus in quo erant congregati: & [c] repleti sunt omnes Spiritu sancto, & loquuti sunt sermonem Dei cum libertate.

32 [d] Multitudinis autem eorum qui crediderant, [e] erat cor & anima una: nec quisquam aliquid eorum quæ habebat, suum esse dicebat, [f] sed erant eis omnia communia.

33 Et Apostoli magna vi reddebant testimonium resurrectionis Domini Jesu: & gratia magna erat super eos omnes.

34 [g] Nullus enim erat egenus inter eos, quotquot erant enim possessores agrorũ aut domorum, vendentes adferebant pretia eorum quæ vendita fuerant:

35 Et deponebant ad pedes Apostolorum. distribuebatur autem *hoc* singulis [h] prout cuique opus erat.

36 Joseph ergo qui cognominatus est Barnabas ab Apostolis (quod est, si interpreteris, filius consolationis) Levites, Cyprius genere,

37 Quum haberet agrum, vendidit *eum*, & attulit pecuniam, deposuitque ad pedes Apostolorum.

* *Psal. 2.1.*

y Etsi unus esset populus Israël, numero tamen multitudinis efferunt, non tantùm propter duodecim tribus, quarum singulæ populum constituebant, sed etiam propter ingentem multitudinem, quasi gentes multæ simul coiissent, ut Jud. 5.14.

z Scelerati, nihil tale cogitantes, Dei consiliũ exequuntur, nec tamen eximuntur culpæ.

a Tu pro tua potestate, tuóque jure.

b 8. Deus visibili symbolo testatur Ecclesiæ suæ, se eũ esse qui terrã & cęlum concutiendo, sit eam confirmaturus.

c Hoc est, majore donati sunt fiducia, & certi facti sunt per spiritũ sanctum de exauditione. quum autem eos repletos dicit, vocat Spiritus sancti liberalitatẽ & immensas ejus divitias commendat.

d 8. Exemplum vetæ Ecclesiæ, in qua vigetum in doctrina rum in mutua charitate consensus: pastores autem veram doctrinam syncerè & constanter proponunt.

e Consilium voluntásque & omnes sensus congruebant.

f Hæc communio non erat talis qualẽ vellent Anabaptistæ, sed jus

& proprietas possessionis manebat in dominio possidentis, ut patet ex sequenti capite. g 8. Vera charitas etiam cum suo dispendio sublevat pauperum inopiam, sed ita ut ritè & ordine omnia administrentur. h Addit adhibitum fuisse delectum in distribuendo. non ergo æqualis fuit bonorum partitio, sed moderata dispensatio, nequis egestate ultra modum premeretur.

CAPUT QUINTUM.

[1] *Ananias ob fraudem interversi pretii,* [3] *exanimis corruit:* [10] *& Sapphira ejus uxor.* [12] *Per multa Apostolorum miracula,* [14] *Fides propagatur.* [18] *Carceri inclusos Apostolos* [19] *Angelus liberat,* [26] *& quum concilio Sacerdotum sistuntur,* [35] *Gamalielis consilio morti eximuntur:* [40] *cæsi deinde, Deum celebrant.*

ET vir quidã, cujus nomẽ erat Channanja cum uxore sua cujus nomẽ erat Schaphira vendidit agrum suum.

2 Et tulit de pretio ejus, & abscondit consentiente uxore sua, & attulit ex illo argento, & posuit ante pedes Apostolorum.

VIr [a] autem quidam nomine Ananias, cum Sapphira uxore sua vendidit possessionem:

2 Et [b] intervertit *aliquid* ex pretio, conscia etiam uxore sua: allatámque partem aliquam, ad pedes Apostolorum deposuit.

a 2. Contrariis exemplis docet Lucas quantum sit malum hypocrisis, præsertim eorũ qui sub falsa zeli specie volunt in Ecclesia eminere.

b Significat hoc verbum callidè quidpiam surripere, & quasi efficere ne quidpiam ad Dominum perveniat, aut ab oculis illius removere, ut hoc loco Ananias & Sapphira quum hoc prædium Domino consecrassent, posteà per sacrilegium partem pretii separaverunt, ne in Ecclesiæ conspectum veniret. quod tamen dissimulabant, ita ut ad sacrilegium etiam accederet diffidentia & hypocrisis.

3 Dixit autem Petrus, Anania, cur [c] implevit Satanas cor tuum ut [d] mentireris *in* Spiritũ sanctum, & interverteres ex pretio istius prædii?

4 Nonne si servasses manebat tibi, & venundatum in tua erat potestate? quid *erat* cur [e] induceres in animum rem istã? non es mentitus hominibus, sed Deo.

5 Audiens autem Ananias hos sermones, cecidit, & exanimatus est. Et exstitit metus magnus super omnes audientes ista.

6 Surgentes verò juvenes subtraxerũt eum, elatúmque sepelierunt.

7 Intercessit autem fermè horarũ trium intervallum, quum uxor quoque ipsius, nesciens quod factum fuerat, ingressa est.

8 Dixit autem ei Petrus, Dic mihi, nũm tanti prædium vendidistis? Ipsa verò dixit, Etiam, tanti.

9 Petrus autem dixit ei, Quid *est* cur cõvenerit inter vos ut [f] tentaretis Spiritum Domini? ecce, pedes eorum qui sepelierunt virum tuum, [g] ad ostium *adsunt*, & efferent te.

10 Illicò verò cecidit ad pedes ejus, & exanimata est. ingressi autem juvenes invenerunt eam mortuam, & elatam sepelierunt juxta virum suum.

11 [h] Et obortus est metus magnus toti Ecclesiæ, & omnibus qui hæc audiebant.

12 Per manus autem Apostolorum edebantur signa & prodigia multa in populo: & erant concorditer omnes in porticu Solomonis.

13 Reliquorum autem nemo audebat ipsis adhærere: sed [i] magnificabat eos populus.

14 Imò verò adjiciebantur qui crederent Domino, multitudo *videlicet* virorũ simul ac mulierum.

15 [k] Adeò ut in plateas efferrent infirmos, & ponerent in lectis ac grabbatis: ut venientis Petri vel umbra inumbraret aliquem eorum.

16 Conveniebat autem etiam vulgus vicinarum urbium Hierosolymam, adferentes infirmos ac vexatos a spiritibus impuris: qui sanabantur omnes.

17 [l] Consurgens autem Pontifex maximus, & omnes qui cum eo erant, quæ est [m] hæresis Sadducæorum, repleti sunt invidia.

18 Et injecerũt manus in Apostolos, posuerũntque eos in custodia publica.

19 [n] Sed Angelus Domini per noctem aperuit fores carceris, eductísque illis, dixit,

20 [o] Ite, & *vos* sistentes loquimini populo in templo omnia [p] verba vitæ hujus.

21 [q] *Illi* verò quum *hæc* audissent, introierunt sub diluculum in templum, & docebant. Adveniens autem Pontifex maximus, & qui cum eo *erant*, convocaverũt cõcilium & universum senatum filiorum Israël: miserũntque in carcerem ut illi adducerentur.

3 Et dixit ei Schemeun, Chãnanja, quid est quòd sic implevit Satanah cor tuum, ut mẽtireris in Spiritum sanctum, & absconderes de argento pretii agri?

4 Nonne erat tuus antequam venderetur? & quum venditus est, rursus tu potestatem habebas super pretium ejus? Quare posuisti in corde tuo [1] ut faceres volũtatem hanc? Non es mentitus in filios hominum, sed in Deum.

5 Et quum audiret Chãnaja hos sermones, cecidit, & mortuus est. Et factus est timor magnus in omnibus qui audiverunt.

6 Et surrexerũt illi qui juvenes erãt inter eos, & collegerunt eum, & eductum sepelierunt eum.

7 Et posteaquam [2] essent tres horæ, etiam uxor ejus ingressa est nesciens quid factum esset.

8 Dixit ei Schemeũ, Dic mihi, num hoc pretio vẽdidistis agrum? Illa autem dixit, Etiam, hoc pretio.

9 Dixit ei Schemeũ, [3] Quid pares facti estis in tentãdo Spiritum Domini? Ecce pedes sepelientium maritum tuum ad ostium, & illi efferent te.

10 Et eadem hora cecidit ante pedes eorum, & mortua est. & ingressi sunt juvenes illi ac invenerũt eam mortuam: & imposítam in capulum deferẽtes, sepelierũt eam juxta maritum suum.

11 Et factus est timor magnus in toto cœtu, & in omnibus illis qui audierunt.

12 Et fiebant per manum Apostolorum signa & prodigia multa in populo: omnésque cõgregabãtur simul in porticu Schelimun.

13 Et ex aliis nemo [4] audebat ut appropinquaret ad eos, sed magnificabat eos populus.

14 Et magis adjiciebãtur illi qui credebant in Domino, turba virorum ac mulierum.

15 Ita ut in plateas efferrent infirmos jacẽtes in lectis: ut quũ veniret Shemeũ, saltem umbra ejus tegeret illos.

16 Veniebãt autem multi ad eos ex civitatibus aliis quę sunt circa Urischelem, afferẽtes infirmos & eos quibus erãt spiritus impuri: & sanabantur omnes.

17 Et repletus erat invidia princeps Sacerdotũ, & omnes qui erant cum eo, qui erant ex doctrina Tzadukæorum.

18 Et injecerunt manus in Apostolos, & apprehensos incluserunt eos in carcere.

19 Tunc nocte Angelus Domini aperuit januam carceris, & eduxit eos: ac dixit eis,

20 Abite, state in templo, & loquimini populo omnes sermones hos vitæ.

21 Et egressi sunt tempore auroræ, ingressiq; sunt in templum, ac docebant. Princeps autem Sacerdotũ, & qui cum eo erant, convocaverunt collegas suos & seniores Israjel, & miserunt ad carcerem qui adducerent ipsos Apostolos.

[c] Prorsus occupavit.

[d] Quum enim prædium illud consecrassent Ecclesiæ, non dubitãtunt partem pretii intervertere, quasi illis res esset non cum Deo, sed cum hominibus: ideò postea eos dicit tẽtasse Deum.

[e] Indicatur cõsulta & deliberata fraus, & culpa hominis admittentis instinctus diabolicos.

[f] Quoties mala conscientia fit aliquid, toties homines in seipsos sententiam ferunt, & quantum in se est Deum ad iram provocant, quasi de industria volentes periculum facere, an sit justus & omnipotens.

[g] id est, Adventant.

[h] 8. Dominus mirifica sua virtute alios cohibet ne Ecclesiẽ noceant, alios in timore suo retinet, alios denique ad se allicit.

[i] Magnis laudibus efferebat. Vide Luc. 1.46.

[k] Commendatur magnitudo fidei in credentibus, quæ tanta fuit quòd certissimum sibi persuaserint de sanitate infirmorum per Petrũ & Apostolos (ut certa media per quæ Deus esset operaturus eam) impetranda.

[l] 8. Quo magis crescit Ecclesia, crescit Satanæ furor, ac proinde a minis ad carcerem venitur.

[m] Hæreseos nomine utitur hęresis autem electionem significat, inde pro recta formula disciplinæ, factione, studio & ratione vitæ sumitur, quod sectam Latini vocãrunt: initio fuit vocabuli usus medius, sed tandẽ non nisi in vitio poni cœpit. unde hæreticus qui a doctrina sana ita aberrat, ut cõtemto Dei & ecclesiæ judicio, in sententia permaneat, & Ecclesiæ concordiam violet.

[1] Nempe, quod in animo constituũ habeas.

[2] Id est, quum præterissent tres horæ a morte Chananjæ.

[3] r. al. quoniã pares fuistis in tentando Spiritum Domini, ecce pedes, &c. Hebraism. autem est, pares fuistis in tentando, pro eo quod est, pariter & ex æquo tentavistis.

[4] r. i. audebat appropinquare, ex Syrorum usu.

[n] 8. Angeli fiunt servorum Dei ministri.

[o] 8. Ideo liberat suos Dominus, ut eo animosiùs hostes lacessant.

[p] Verba quibus annunciatur ad vitam vitam ut Joh. 6.68.

[q] Dominus ex alto ridet hostium suorum conatus.

22 Et quum eò iviſſent ii qui miſſi fuerant ab eis, non invenerunt illos[f] in carcere,& reverſi venerunt,

23 Ac dixerunt, Invenimus carcerem clauſum diligenter,& etiam cuſtodes ſtãtes ad januam,& aperuimus, & neminem invenimus ibi.

24 Et quũ audirent hos ſermones ſummi ſacerdotes & magiſtratus templi, hæſitabant de illis, & cogitabant quidnam eſſet hoc.

25 Et veniens quidam notum fecit eis, Illi viri quos incluſiſtis in carcere, ecce ſtant in templo,& docent populum.

26 Tunc profecti ſunt magiſtratus cum miniſtris ut adducerent eos[6] non coactè (timebãt enim ne lapidaret ipſos popul[9].)

27 Et quum adduxiſſent eos, ſtatuerũt eos coram tota congregatione:& incipiebat princeps Sacerdotum dicere eis,

28 Nónne [7] præcipiendo præcepimus vobis ut neminem doceretis in nomine hoc? Vos autem, ecce, repleviſtis ipſam Uriſchelem doctrina veſtra, & vultis vos inducere ſuper nos ſanguinem hominis hujus.

29 Reſpondit Schemeun cum Apoſtolis & dixit eis, Deo oportet obedire potiùs quàm filiis hominis.

30 Deus Patrum noſtrorum ſuſcitavit Jeſchua, quem vos interfeciſtis, ſuſpendentes eum in ligno.

31 Hunc ipſum ſtatuit Deus principem & [8] ſervatorem: & exaltavit eum dextera ſua, ut daret converſionem & remiſſionẽ peccatorum Iſrajel.

32 Et nos teſtes ſumus ſermonum horum: ac Spiritus ſanctus ipſe quem dedit Deus iis qui credunt in ſe.

33 Et quum audiviſſent hos ſermones, diſſecabantur ira, & cogitabant interficere eos.

34 Et ſurrexit quidam ex Phariſæis, cujus nomen erat Gammaliel, doctor Legis, & honoratus ab univerſo populo, & juſſit ut educerent Apoſtolos foras ad tẽpus exiguum.

35 Ac dixit illis, Homines filii Iſrajel attendite [9] vobis ipſis,& videte quid oporteat vos facere de iſtis viris.

36 Nã ante hoc tempus ſurrexit Thauda, & dixit de ſeipſo quòd aliquid eſſet magni,& abierunt [10] poſt eum quaſi quadringẽti homines: & ipſe interfectus eſt, & illi, qui abibant poſt eum, diſperſi ſunt & facti ſunt [11] tanquam nihil.

37 Et ſurrexit poſt eum Jihuda Galilæus in diebus quibus deſcribebantur homines argento capitationis,& avertit populum multum poſt ſe: & ille mortuus eſt, & omnes, [12] qui abierant poſt eũ, diſperſi ſunt.

38 Et nũc dico vobis, Abſtinete ab iſtis hominibus,& ſinite eos. nã ſi *ita* ſit quòd a filiis hominis ſit hęc cogitatio & hoc opus, diſſolventur & diſſipabuntur:

39 Sin autem ex Deo eſt, non eſt facultas in manibus veſtris ut diſſiperis ipſum: ne reperiamini quòd adverſus Deum inſurgatis. Et paruerunt ei:

40 Et vocaverunt Apoſtolos, & ver-

[f] Ad ver. In domo incluſorũ. Hebraica periphraſis.

[6] r. Syrè, per violentiam.

[7] i. Severè præcipimus. Ita enim legitur capit. 4. quòd ad ditis minis vetuerint ne ampliùs de Chriſto loquerentur: & illa vocum geminatio apud Hebræos, Chaldæos, & Syros ad auxeſin facere ſolet.

[8] Ad verb. Vivificatorem.

[9] r. Syr. animabus veſtris: ſic deinceps.

[10] i. Sequuti ſunt eum.

[11] i. Redacti ſunt in nihilũ. Hebraiſmus.

[12] Qui ſequebantur eum.

22 Quum autem veniſſent miniſtri, nõ invenerunt eos in carcere: *quod* reverſi annunciaverunt,

23 Dicentes, Carcerem quidem invenimus clauſum quàm tutiſſimè, & cuſtodes extrà ſtantes ante fores: quum aperuiſſemus autem, neminem intus invenimus.

24 Ut verò audierunt hos ſermones,& Pontifex & præfectus templo,& primarii Sacerdotes, hæſitabant ſuper eis quónam hoc evaſurum eſſet.

25 [r] Adveniens autem quidam nunciavit eis, Ecce, viri quos poſueratis in carcere, ſtant in templo, & docent populum.

26 [s] Tunc præfectus abiens cum miniſtris, adduxit eos, non *tamen* per vim: (metuebant enim populum ne lapidaretur.)

27 [t] Adductos igitur eos ſtatuerunt in concilio:& interrogavit eos Pontifex maximus,

28 Dicens, Nónne [v] etiam atque etiam demandavimus vobis ne doceretis nomine iſto? & ecce, repleviſtis Hieroſolymam doctrina veſtra,& vultis in nos [x] inducere ſanguinem hominis iſtius.

29 [y] Reſpondens autem Petrus & Apoſtoli dixerunt, Obedire oportet Deo potiùs quàm hominibus.

30 [z] Deus ille Patrum noſtrorum ſuſcitavit Jeſum, quem vos interfeciſtis ſuſpẽſum in ligno.

31 Hunc, *inquam*, Deus dextra ſua ſurſum ſublatum *conſtituit* principem ac ſervatorem, ut det reſipiſcentiam Iſraëli & remiſſionem peccatorum.

32 [a] Et nos ſumus ei teſtes horum quæ dicimus: atq; etiam Spiritus ille ſanctus, quem dedit Deus iis qui dicto ſunt audiẽtes ipſi.

33 At illi *his* auditis [b] frendebant, & conſultabant de iis [c] interficiendis.

34 [d] Surgens autem in concilio quidam Phariſæus, nomine Gamaliel, Legis doctor, quem totus populus in pretio habebat, juſſit ut pauliſper abducerẽt foras Apoſtolos.

35 Et dixit illis, Viri Iſraëlitæ, attendite animum vobis ipſis quod ad iſtos homines *attinet*, quid facturi ſitis.

36 [e] Nam ante hæc tempora exortus eſt Theudas, dicens [f] ſe aliquem eſſe: cui agglutinatus eſt numerus virorum circiter quadringentorum: qui interemtus eſt, & omnes qui aſſenſi ſunt ei, diſſoluti ſunt,& ad nihilum redacti.

37 Poſt hunc exortus eſt Judas ille Galilæus temporibus deſcriptionis,& avertit populum multum poſt ſe: periit & ille,& omnes, qui aſſenſi fuerant ei, diſperſi ſunt.

38 Nũc itaque dico vobis, [g] abſcedite ab hominib. iſtis,& miſſos ipſos facite: quoniam ſi eſt ex [h] hominibus conſilium hoc ſive opus iſtud, diſſolvetur:

39 Sin ex Deo eſt, non poteſtis illud diſſolvere, *& videte* ne etiam cum Deo pugnare comperiamini.

40 Aſſenſi ſunt autem ei: & quum ad-

[r] r. Quo apertiùs ſe prodit Chriſti virtus, eo magis creſcit cõjuratorum ipſius hoſtium veſania.

[s] r. Tyranni Deum nõ metuentes cogũtur ſervos ſuos metuere.

[t] r. Tyrannis proprium eſt mandata ſua pro omni ratione obtrudere.

[v] Ad ver. præcipiendo præcipimus, Heb. id eſt, enixè atque modis omnibus.

[x] Facere nos homicidii reos illi[9] hominis, quẽ ne nominare quidem volunt.

[y] r. Nulli homini niſi ſecũdùm Deũ parendum eſt.

[z] r. Chriſtus invitis ſuis hoſtib[9] princeps & ſervator Eccleſiæ cõſtitutus eſt, ac reipſa declaratus.

[a] r. Non ſatis eſt rectum eſſe finem, ſed etiã pro vocationis ratione ad eũ progrediẽdum eſt.

[b] Significatur animi irati acerba perturbatio, translatione ſumta ab iis qui præ rabie dentibus ſtrident, veluti ſiquis ſerram trahat.

[c] Hoc verò eis jure non licebat, quum capitalia judicia eſſent eis ademta. Itaque non de iis judicio puniendis, ſed aperta vi potiùs interimendis cogitabant, quod impedivit Gamaliel.

[d] r. Chriſtus in ipſa hoſtiũ turba, quoties ita expedit, invenit cauſæ ſuæ patronos.

[e] r. Cavendum in religionis negotio in primis nequid præter vocationẽ zeli prętextu, audeamus.

[f] Alicujus nominis.

[g] Diſſuadet ſuos ab Apoſtolorũ cæde, nec Romanũ magiſtratum appellandum cenſet, quia nihil Judęis impatientiùs ferebat, quàm Romanorũ tyrãnidem confirmari.

[h] Fictum & commentitiũ.

vocassent Apostolos, cæsis mandarunt ne loquerentur in nomine Jesu: & dimiserunt eos.

41 [i] Ipsi ergo gaudentes profecti sunt a conspectu concilii, quòd digni habiti essent qui pro nomine Jesu contumelia afficerentur.

42 Et quotidie in [k] templo & domatim non cessabant docere & evangelizare Jesum Christum.

[i] B. Verbis ferendis assueti Apostoli, tandem ipsis verberibus assuefiunt, & ita quidem ut eo evadat fortiores.

[k] Publicè & privatim.

beraverunt eos: & præceperunt eis ne loquerentur in nomine Jeschua. ac dimiserunt eos.

41 Et egressi sunt e conspectu eorum, gaudentes quòd digni facti essent ut [13] propter nomen ignominia afficerentur.

42 Nec cessabant quotidiè docere in templo & domi, & evangelizare de Domino nostro Jeschua Christo.

[13] Sic erat tum in textu Syro impresso, tum in manuscripto codice Heydelbergensi, quòd si non sit per errorē positum loco שמה hoc est, Nomen ejus, exponetur, Propter Deum; nam השם Hebraicè & Syrè שמא nomen apud Hebræos & Syræ linguæ scriptores pro Deo frequenter ponitur.

CAPUT SEXTUM.

[1] Apostoli [2] Diaconos instituunt [5] septem delectos viros: [8] inter quos Stephanus fidei plenus, [11] captus, [13] violatæ legis Mosis accusatur.

Cæterum [a] per eos dies quum multiplicarentur discipuli, ortum est murmur [b] Græcorū adversus Hebræos, quòd ipsorum viduæ despicerentur in [c] ministerio quotidiano.

2 [d] Itaque duodecim illi, advocata multitudine discipulorum, dixerunt, Non est [e] æquum nos derelicto sermone Dei, ministrare [f] mensis.

3 [g] Deligite ergo, ô fratres, ex vobis viros septem, testimonio ornatos, plenos Spiritu sancto & sapientia, quos huic vsui præficiamus.

4 Nos verò in precibus & administratione Sermonis perdurabimus.

5 Placuit autem hic sermo toti præsenti multitudini: & elegerunt Stephanum, virum plenum fide ac Spiritu sancto, & *Philippum, & Prochorum, & Nicanorē, & Timonem, & Parmenan, & Nicolaum proselytum Antiochensem:

6 [h] Quos statuerunt in conspectu Apostolorum: qui precati [i] imposuerunt eis manus.

7 [k] Itaque sermo Dei crescebat, & valdè multiplicabatur numerus discipulorum Hierosolymis: multáque turba Sacerdotum auscultabat [l] fidei.

8 [m] Stephanus verò plenus [n] fide ac potentia, edebat prodigia & signa magna in populo.

9 [o] Exorti sunt autem [p] e synagoga quæ dicitur Libertinorum, quidam, & Cyrenæorum, & Alexandrinorum, & eorum qui sunt ex Cilicia & Asia, altercātes cum Stephano.

10 [q] Sed nequiverunt obsistere sapientiæ & spiritui per quem loquebatur.

11 Tunc subjecerunt quosdam qui dicerent se audivisse eum loquentem verba blasphema in Mosen & Deum.

12 [r] Commoverúntque plebem & Seniores & Scribas: & eum adorti, correptum adduxerunt in concilium.

[a] B. Satan foris frustrà oppugnatam Ecclesiam, intestina dissensione adoritur. Apostoli verò ex eo ipso arripiunt optimā constituendæ Ecclesiæ occasionem.

[b] Eorum qui ex Græcis Judæorum religionem erant amplexi.

[c] Distributione rerum necessariarum.

[d] B. Diversa sunt (auctoribus Apostolis) nec temerè cō jungenda docendi Verbi, & administrandi Ecclesiastici curarii munera. Apostoli verò ne diaconos quidem nisi conscia Ecclesia, elegerunt.

[e] Tale est, ut placere non debeat.

[f] Conviviis: quamquā mēsarum nomine, cætera etiā munera intelligūtur, q̄ sint cum illo conjuncta: ut quæ ad curam pauperum pertinent.

[g] B. In diaconis nedum in pastoribus) eligendis præeat oportet tū doctrinæ tum morum examen.

* *Infr. 21. 8.*

[h] B. Vetus Ecclesia ritè electos, manuum impositione Deo veluti cōsecravit.

[i] Hic totus ritus ab Hebræis fluxit, qui hac formula utebantur, tum in publicis ac solemnibus victimarum consecrationibus, tum in precibus ac benedictionibus privatis, ut liquet ex Genes. 48. hunc ritum servavit Ecclesia, 1. Timoth. 5. 22. infrà 8. 16. sed nulla hic fit mentio chrismatis, rasuræ, crucis, &c.

[k] B. Fœlix tentationis exitus.

[l] id est, doctrinæ Evangelicæ, quæ metonymicè dicitur fides, quia nihil est aliud quàm potentia ad salutem omnium credentium.

[m] B. Ecclesiam suam Dominus verbis primùm, deinde carcere, ac demum etiam verberibus præparatam tandem ad sanguinem usque & cædes cum Satana & mundo fœliciter committit.

[n] Hic aliter accipitur fides quàm in superiore versiculo, nimirum pro eo animi assensu quo oblatam in Christo justitiam amplectimur. Porrò per potentiam eximia & excellentia illa dona spiritus sancti, intelliguntur.

[o] B. Academiæ jam olim falsis pastoribus addictæ, fuerunt Satanæ flabella.

[p] Ex cœtu & veluti ex gymnasio.

[q] B. Falsi doctores quia vinci nolunt, a disputationibus ad manifestas calumnias convertuntur.

[r] B. Prima Ecclesiæ Christianæ cruenta persequutio ex Sacerdotum concilio, suggerentibus Academiarum doctoribus, exorta.

Et in illis diebus, quum multiplicati essent discipuli, murmurabant Græci discipuli adversus Hebræos, quòd cōtemnerentur viduæ eorum in ministerio quotidiano.

2 Et vocaverunt duodecim Apostoli totam congregationem discipulorum, & dixerunt eis, Nō est bonum ut relinquamus sermonem Dei, & ministremus mensis.

3 Dispicite igitur fratres mei, & eligite septem viros ex vobis de quibus sit testimonium, & plenos Spiritu Domini ac sapientia: & constituemus eos super hoc munere.

4 Et nos erimus seduli in oratione & ministerio sermonis.

5 Et placuit hic sermo coram toto populo: & elegerunt Stephanum, virum qui plenus erat fide & Spiritu sancto, & Philippum, & Prochorum, & Nicanorem, & Timonem, & Parmenam, & Nicolaum proselytum Antiochæum.

6 Hi steterunt coram Apostolis: & quū orassent, posuerunt super eos manum.

7 Et sermo Dei crescebat, & augebatur numerus discipulorum in Urischelem valdè. & populus multus ex Judæis obediebat fidei.

8 Stephanus autem plenus erat gratia & virtute, & faciebat signa & prodigia in populo.

9 Et surrexerunt quidā e synagoga quę vocatur [1] Libertinu, Cyrenæi & Alexandrini, & [2] ii *qui erant* ex Cilicia, & ex Asia, & disputabant cum Stephano.

10 Et non poterant cōsistere contra sapientiam & Spiritum qui loquebatur in eo.

11 Tunc miserunt homines & instruxerunt eos ut dicerent, Nos audivimus eum quòd dixerit sermones blasphemiæ contra Musche & contra Deum.

12 Et commoverunt populum & seniores & Legisperitos: ac venerūt & insurrexerunt in eum, & raptum adduxerunt eū in medium congregationis.

[1] F. i. exterorū illorum qui ēdes sacras Lebrathas, & parœcias eò pertinentes universúmque cōventum vocabant λαβραν, Epiphanio teste: nam isti omnes ad synagogam eamdē pertinentes Lebrathenun dicebantur, & ex eo corruptè synagoga Libertinorum dicta: qua de re plura diximus in nostra Academia, & in Genes. 8. 4.

[2] F al. eorum qui erant ex Cilicia, &c. sed hoc neque constructioni Syræ, neque Græco textui videtur respondere.

13 Et

13 Et ſtatuerunt teſtes falſos, qui dicerent, Iſte homo nõ ceſſat loqui ſermones contra Legem & contra locum hunc ſanctum.

14 Nos enim audivimus eum quòd dixerit, quòd Jeſchua hic Natzaræus ſoluturus ſit locum hunc, & mutaturus cõſuetudines quas tradidit vobis Muſche.

15 Et intuiti ſunt in eum omnes illi qui ſedebant in congregatione, & viderũt faciem *ejus* tamquam faciem Angeli.

13 [s] Stiterũntque falſos teſtes qui dicerent, Homo iſte non ceſſat loqui verba blaſphema adverſus locum hunc ſanctum & Legem.

14 Audivimus enim eum quum diceret, Jeſum iſtum Nazaræũ deſtructurum hũc locum, & mutaturum ritus quos tradidit nobis Moſes.

15 Tunc intentis in eum oculis, omnes qui ſedebant in concilio, [t] viderunt faciẽ ejus quaſi faciem Angeli.

[s] B. Exemplũm calumniatorũ, ex iis quæ benè ac verè dicta ſunt falſas concluſiones colligentium.

[t] Singularem & eximiã ſpeciẽ fuiſſe vultus Stephani, his verbis indicatur, in animi ſecuritate & conſcientia bona & cauſæ fiducia. Orationem enim habituri Stephani vultum condecoravit Deus, ut aſpectu ſtatim ipſo percelleret animos Judæorum.

CAPUT SEPTIMUM.

[1] *Stephanus cauſam dicens, oſtendit electos a Deo fuiſſe Patres,* [20] *priuſquam natus eſſet Moſes,* [47] *& ſtaret templum:* [44] *Externos verò omnes ritus ad cæleſte exemplar formatos fuiſſe.* [54] *Stridentes dentibus Judæi,* [59] *lapidibus illum obruunt.*

ET interrogavit eum princeps Sacerdotum, [1] Nunquid hæc ita ſunt?

2 Ipſe verò dixit, Homines fratres & patres noſtri, audite, Deus gloriæ viſus eſt patri noſtro Abraham, quum eſſet [2] in Meſopotamia, priuſquam veniens habitaret in Charran.

3 Et dixit ei, egredere de terra tua & [3] a filiis cognationis tuæ, & veni in terram illam quam oſtendam tibi.

4 Et egreſſus eſt tunc Abraham e terra Chaldæorum, & veniens habitavit in Charran. Et inde quum mortuus eſſet pater ejus, tranſtulit eum Deus in terram hanc, in qua vos habitatis hodie.

5 Et non dedit ei hæreditatem in ea, ne [4] longitudinis quidem pedis: & pollicitus erat quòd daturus eſſet eam ſibi, ut hæreditariò poſſideret eam, & ſemini ejus, quum non eſſet ei filius.

6 Et loquutus eſt cum eo Deus, [5] quum diceret ei, Erit ſemen tuum inquilinum in terra aliena, & ſervituti ſubjiciẽt ipſum, ac malè afficient ipſum quadringentis annis.

7 Et populum cui ſervient ſervitutem, [6] judicabo ipſum ego, dicit Deus. & poſt hæc exibunt, & ſervient mihi in loco iſto.

8 Et dedit ei [7] pactum circumciſionis. & tunc genuit Jſchak, & circumcidit eum die octavo: & Jſchak genuit Jaakub, & Jaakub genuit duodecim patres noſtros.

9 Et ipſi patres noſtri inviderũt Jauſeph, & vendiderunt eum [8] Ægypto: & Deus cum eo erat.

10 Et liberabat eum ab omnibus anguſtiis ſuis, ac dedit ei gratiam & ſapientiam coram Pareun Rege Ægypti: & conſtituit eum principem ſuper Ægyptum, & ſuper totam domum ſuam.

11 Et facta eſt fames & anguſtia magna in univerſa Ægypto, & in terra Chanaan: & non erat patribus noſtris quo ſaturarentur.

[1] F. Syr. an eſt quòd hæc ita ſint? Pleonaſmus Syrus Gallis non inſolens.

[2] Ad ver. Inter flumina. Videte annotata capit. 2. 9.

[3] I. A locis, ubi degunt ii qui tibi ſanguine conjũcti ſunt.

[4] F. al. ne veſtigium quidem pedis. nempe Tremellius legit per ℵ, alii minimè. Etſi hoc melius, ut confirmat Lucas.

[5] F. i. dicens ei, nempe Geneſeos 15.

[6] I. Puniam, Cõdemnabo, Hebraiſmus.

[7] F. vel fedus, aut diſpoſitionem: ſic deinceps.

[8] F. Syr. in Ægyptum. Metalepſis Hebraica, ſumta ex Geneſ. 37. 28. cui ſimilis eſt ibidem vet. 36. vide ſuprà in Matt. 4. 5. vendiderũt in Ægyptũ, ſupple deportandum.

DIxit [a] autem Pontifex maximus, Num igitur hæc ita habent?

2 [b] Ipſe verò dixit, Viri fratres & patres, audite, [c] Deus ille gloriæ viſus eſt patri noſtro Abrahamo quum eſſet in [d] Meſopotamia, priuſquam habitaret Charris:

3 Et dixit ei, Exi e terra tua, & ex cognatione tua, & veni in terram quamcumque oſtendam tibi.

4 Tunc exiit e terra Chaldæorum, & habitavit Charris. Et illinc poſtquam pater ejus mortuus eſt, tranſtulit eum *Deus* in terram hanc in qua nunc vos habitatis.

5 Nec dedit ei hæreditatem in ea, [e] ne veſtigium quidem pedis, quamvis [f] pollicitus eſſet ſe illam daturum ei obtinendã, & ſemini ejus poſt eum, quum non haberet prolem.

6 Loquutus autem eſt ita Deus, *Erit, *inquit*, ſemen tuum inquilinum in terra aliena, ubi ſervituti ſubjicietur, & malè accipietur [g] annis quadringentis.

7 Sed gentem cui ſervierint puniam ego, dicit Deus: & poſt hæc exibunt, & *ipſi* colent me in loco iſto.

8 *Dedítq; ei pactum Circumciſionis: *& ita *Abrahamus* genuit Iſaacum, & circumcidit eum die octavo: *Iſaacus autem *genuit* Jacobum, *& Jacobus duodecim illos patriarchas.

9 [h] Patriarchæ verò invidia moti, *Joſephum vendiderunt *abducendum* in Ægyptum: [i] ſed erat Deus cum eo.

10 Et eruit eum ex omnibus ipſius afflictionibus, *dedítque ei [k] gratiam & ſapientiam coram Pharaone Rege Ægypti, qui conſtituit eum ductorem Ægypto, & toti domui ſuæ.

11 Venit autem fames in univerſam terram Ægypti & Chanaan, & afflictio magna: & non inveniebant cibos patres noſtri.

[a] B. Admittitur quidem ad cauſam dicendã Stephanus, ſed ut juris obtentu damnetur.

[b] B. Teſtatur Stephanus ſe veros illos Patres & unicum illum verum Deum agnoſcere: ſimũlq; docet illos eſſe templo, & omni illo legali cultu antiquiores, ac proinde aliud eſſe ponendum veræ religionis fundamẽtum, gratuitum videlicet fedus.

[c] Potens ille Deus gloriæ & majeſtatis plenus.

[d] Quũ poſteà verſ. 4. dicat, Abrahamum exiiſſe a Chaldæa, palàm eſt Meſopotamiã vicinam Chaldæam continuiſſe. ſic Plinius lib. 6. capit. 27.

[e] Ne tantillum quidem, ut in ſolo ſuo poſſet figere pedem.

[f] Poſſeſſionis promiſſio certa fuit & pertinens ad Abrahamum, tametſi poſteritas demum ejus illam poſſidendo occupaverit: eſt autem ſynecdoche.

*Geneſ. 15. 18. & 16.

[g] Anni quadringenti numerantur ab initio exorti ſeminis Abrahami, id eſt, a nato Iſaaco: quadringenti autem & triginta anni qui narrantur a Paulo Galat. 3. 17. ab eo tempore quo Abraham unà cum patre exivit ex Ur Chaldæorum. * *Geneſ. 17. 9.* * *Geneſ. 21. 3.* * *Geneſ. 25. 26.* * *Geneſ. 29. 31. & 30. 1. & 31. 22.*

[h] B. Stephanus diligenter etiam commemorat Patrum quorumdam horrenda ſcelera, ut Judæos doceat non temere acquieſcendum eſſe in Patrum auctoritate & exemplis. * *Geneſ. 37. 28.*

[i] Hebr. quo peculiaris Dei favor erga aliquos declaratur. Videtur enim ab iis abeſſe, quos juvare non ſuſtinet: contra præſens illis, quos ex maximis quibuſque periculis eripit. * *Geneſ. 41. 37.*

[k] Ut gratioſus eſſet nomine ſapientiæ coram Pharaone.

*Gen.42.2. 12 *Quum audivisset autem Jacobus esse triticũ in Ægypto, misit patres nostros primùm.

*Gen.45.6. 13 *Et in secunda *profectione* agnitus est Josephus a fratribus suis, & innotuit Pharaoni genus Josephi.

14 Missis autem *nunciis*, Josephus accersivit patrem suum Jacobum, omnémque cognationem suam, capitum septuagintaquinque.

15 Descendit ergo Jacobus in Ægyptũ: obiitque ipse & patres nostri.

16 Et[l] translati sunt Sichemam, & positi in monumento quod emerat Abrahamus pretio argenti a filiis Emmoris *patris* Sichemi.

l Patriarchę filii Jacob, quamvis soli Josephi fiat mentio. Jos. 24.32.

17 Quum autem appropinquaret tempus promissionis quam Deus jurarat Abrahamo, crevit populus & multiplicatus est in Ægypto.

18 Usquequo exortus est alius rex, qui non noverat Josephum.

19 Hic[m] adversus genus nostrum ingeniosus, malè accepit patres nostros, *adeò* ut exponerent infantes suos ne soboleſcerent.

m Solertet excogitavit adversus genus nostrum, nempè jubendo ut exponerentur mares.

20 Quo tempore natus est Moses, qui fuit[n] divinitùs venustus, & nutritus fuit tres menses in domo patris sui.

n Dei benignitate & favore nascebatur ille puer ut esset aspectus illius elegans.

21 Expositum autem illum sustulit filia Pharaonis, & nutrivit eum sibi * pro filio.

* Vice filii.

22 Et eruditus fuit Moses omni sapientia Ægyptiorum: erátque potens dictis & factis.

23 Ut verò expletum est ei quadraginta annorum tempus, venit ei in mentem invisere fratres suos filios Israëlis.

*Exod. 2.11. 24 *Et quum vidisset quemdam *ex iis* affici injuria, tutatus est *eum*, percusso Ægyptio, & laborantem illum vindicavit.

25 Existimabat autem fratres suos intelligere Deum per manum ipsius dare ipsis salutem: at illi non intellexerunt.

*Exo. 2.13. 26 *Subsequẽte verò die visus est ipsis pugnãtibus, & compulit eos in pacem, dicẽs, Viri, fratres estis vos: cur alii alios injuria afficitis?

27 Is autem qui injuria afficiebat proximum, repulit eum, dicens, Quis te nobis constituit principem & judicem?

28 Num tu me vis interimere, quemadmodum interemisti heri Ægyptium illum?

29 Ad hunc autem sermonem Moses fugit, & factus est advena in regione Madian, ubi genuit duos filios.

Exo.3.2. 30 Expletis verò annis quadraginta visus est ei in deserto mõtis Sina[p] Angelus Domini in flammeo igne rubi.

p Filium Dei nunc Angelũ vocat, ipse est enim magni consilii Angelus, & ideo paulò pòst demonstrat eum dicentem Mosi, Ego sum Deus ille patrum tuorum, &c.

31 Moses autem ut *hoc* cõspexit, admiratus est visum: & quum accederet ad *hoc* cõsiderandum, exstitit ad eum vox Domini, *dicentis*,

32 Ego *sum* Deus ille patrum tuorum, Deus Abrahami, & Deus Isaaci, & Deus Jacobi, Tremefactus autem Moses nõ audebat *illud* considerare.

12 Quúmque audivisset Jaakub quòd esset frumẽtum in Ægypto, misit patres nostros primùm:

13 Et quum profecti essent secunda vice, notum fecit Jauseph seipsum fratribus suis: & innotuit Pareun cognatio Jauseph.

14 Et misit Jauseph, & venire fecit patrem suum Jaakub omnémque cognationẽ suam:[9] erántq; numero septuagintaquinque animæ.

15 Et descendit Jaakub in Ægyptum: ac mortuus est illic ipse & patres nostri.

16 [10] Et trãslatus est in Sechem, ac positus est in sepulchro quod emerat Abrahã argento [11] a filiis Chamur.

17 Et quum adveniret tempus ejus rei quam pollicitus fuerat juramẽto Deus Abrahamo, crevit populus, & corroboratus est in Ægypto:

18 Donec surgeret rex alius super Ægyptum, qui non noverat Jauseph.

19 Et [12] composuit sese adversus cognationem nostram, & malè affecit patres nostros, præcepítque ut abjicerẽtur nati eorum, ne viverent.

20 Eodem tempore natus est Musche, & dilectus fuit Deo: & educatus est mẽsibus tribus in domo patris sui.

21 Et quum abjectus esset a populo suo, invenit eum filia Pareun, & educavit eum sibi in filium.

22 Et eruditus est Musche in omni sapiẽtia Ægyptiorum: erátque [13] dives in sermonibus suis, etiam in factis suis.

23 Quúmque natus [14] esset quadraginta annos, subiit in [15] cor ejus ut visitaret fratres suos filios Israjel.

24 Et vidit quemdam ex filiis generis sui, qui [16] ducebatur coactè: & ultus est eum, [17] & reddidit ei jus, ac interfecit Ægyptium illum qui injuriam intulerat ei.

25 Et putabat quòd intelligerent filii Israjel, quòd Deus per manum ipsius [18] daret liberationem, & non intellexerunt.

26 Die autem alia visus est ipsis quum cõtenderent [19] unus cum alio, & suadebat eis ut pacarẽtur, dicẽs, Homines, fratres estis, propter quid injuriam infertis [20] unus alii?

27 Ille autem qui inferebat injuriam socio suo, repulit eũ a se, ac dixit ei, Quis constituit te super nos principem & judicem?

28 Num interficere nos quęris, sicut interfecisti heri Ægyptium?

29 Et effugit Musche ad sermonem istum, & factus est advena in terra Mediã: & fuerunt ei duo filii.

30 Et quũ impleti essent ei illic quadraginta anni, visus est ei in deserto montis Sinai Angelus Domini in igne qui ardebat in rubo.

31 Quúmque vidisset Musche, admiratus est visionem: & quum accederet ad eum ut videret, dixit ei Dominus in voce,

32 Ego sum Deus patrum tuorũ, Deus Abraham, Ischak & Jaakub. & tremefactus Musche, non audebat intueri in visionem.

9 r. Syr. suntq; exsistentes numero, id est, q eo numero nominatim habẽtur apud Mosem Genes. 46. vide Parallelos sacros.

10 r. Hic Syrus interpres vel diverso exemplari, vel judicio usus est & auctoritate sua. Etsi aliter omnes Patres legisse olim quis nesciet? consule Parallelos sacros.

11 Omittit quod in Græco adscribitur, τοῦ συχέμ: q; eam lectionem tamquã absurdam repudiet, quia cõstat ex historia, Chamur patrem fuisse Sechem, & nõ e cõverso. Sed quòd in Græco legitur, cõmodè potest exponi ex Hebraismo, ut subaudiat nomen Principis, hoc modo a filiis Chamur principis Sechem. Sic enim Hebræi nonnunquam duo propria nomina construunt, ut posterius a priore regatur.

12 r. i. cõpositis, consutis, & consarcinatis technis usus est fraudulentissimè.

13 r. i. potens. Syra synecdoche, ut infr. 15. 31.

14 Ad verb. Filius 40. annorum. Hebraismus tritus.

15 r. vel animũ: ut Latini dicũt frequẽtiùs, sed illud ad verbũ est.

16 r. vel agebatur per violentiã. hoc enim Syræ phrasi ad verbũ respondet.

17 Ad verb Et fecit ei judiciũ. Hebraismus.

18 r. i. daturus esset.

19 Ad verb. Unus cum uno. Hebraismus.

20 Ad verb. Unus uni. Hebraismus. Pòst autem ver. 28. al. legitur. Nũ interficere me quæris perfacili lapsu.

33 Et

33 Et dixit ei Dominus, Solve calceamenta tua ex pedibus tuis: terra enim in qua tu stas, sancta est.

34 [21] Videndo vidi afflictionem populi mei qui est in Ægypto, & gemitus ejus audivi, ac descendi ut liberem eos: & nũc veni, mittam te in Ægyptum.

35 Hunc Musche quem negaverant, dicentes, Quis constituit te super nos principem & judicem? hunc ipsum Deus principem & liberatorem misit eis [22] per manus Angeli illius qui visus fuerat ei in rubo.

36 Hic est qui eduxit illos faciens signa & mirabilia ac prodigia in terra Ægypti, & in mari [23] Suph, & in deserto, annis quadraginta.

37 Hic Musche est qui dixit filiis Israjel, Prophetã vobis suscitabit Dominus Deus ex fratribus vestris sicut me: ipsum audietis.

38 Hic est qui fuit in congregatione in deserto cum Angelo illo qui loquebatur cum eo, & cum patribus nostris in monte Sinai: & idem est qui accepit sermones vitæ ut nobis daret.

39 Et noluerunt [24] eum sufferre patres nostri, sed deseruerunt eum, & cordibus suis reversi sunt in Ægyptum.

40 Quum dicerent Aharoni, Fac nobis deos qui eant ante nos: quia huic Musche qui eduxit nos e terra Ægypti, nescimus quid factum sit.

41 Et fecit eis vitulum in diebus illis: & mactaverũt victimas idolis, & exsultabãt in opere manuum suarum.

42 Et cõvertit se Deus, & tradidit eos ut colerent exercitus cæli: sicut scriptum est [25] in scripto Prophetarum, Numquid quadraginta annis in deserto [26] oblationem aut victimam obtulistis mihi filii Israjel?

43 [27] Sed sustulistis tabernaculum Malcum, & sidus dei Rephan, imagines quas fecistis ut adoraretis eas: transferam vos ultra Babylonem.

44 Ecce, tabernaculum testimonii Patrum nostrorum in deserto erat, sicut mãdaverat is qui loquutus est cum Musche, ut faceret illud secundùm similitudinem quam ostendit ei.

45 Et illud ipsum tabernaculum etiam [28] inducẽdo induxerũt Patres nostri cum Jeschua in terram quã dedit eis Deus hęreditate ex Gentibus illis quas expulit ex conspectu eorum, & deportatum est usq; ad dies Davidis.

46 [29] Qui invenit misericordiam in cõspectu Dei, & petiit [30] ut inveniret tabernaculum Deo Jaakub.

47 Schelimun autem ædificavit domum.

48 Et excelsus nõ habitat [31] in opere manuum: sicut dicit Propheta,

49 Cælum mihi thronus meus est, & terra scabellum sub pedibus meis: quámnam ædem ædificabitis mihi? ait Dominus, ant quísnam est locus requietis meę?

[21] i. Probè vidi, vel Dudum vidi vel perspexi.

[22] r. i. mãdato. Hebraismus.

[23] Quasi dicat, Juncosum. Alii post Græcos vocant Rubrũ.

[24] r. vel studiũ animũmq; ad eũ advertere.

[25] i. In libro. ut jam pluribus locis observatum est.

[26] r. vel victimas aut sacrificia, plurali numero.

[27] r. de hoc versu consulẽdi nostri Paralleli sacri.

[28] i. Omnino induxerunt.

[29] i. Cõsequutus est misericordiã a Deo. Hebraismus.

[30] r. supplegratiam (ex antecedente membro) ponendi tabernaculũ Deo Jaakub. Ellipsis duplex: una cõmunis linguarum omnium, quod nomen gratię ἀπὸ κοινοῦ repetitur: altera Hebræorum propria, qui verbum εὑρεῖν aut εὕρεσιν nomine conjugato cõplectũtur vel contrà.

[31] Id est, in templis manufactis.

33 Dixit autem ei Dominus, Solve soleas pedum tuorũ: locus enim in quo stas terra sancta est.

34 Vidi, vidi vexationem populi mei qui *est* in Ægypto, & suspiria ipsorũ audivi, & descẽdi ut eruam eos: nunc ergo adesdum, mittam te in Ægyptum.

35 Hũc *ergo* Mosen quem abnegaverãt, dicentes, Quis te constituit principem & judicem? hunc, *inquam*, Deus misit principem & liberatorem *futurum*, [q] ductu angeli qui visus fuerat ei in rubo.

36 * Hic eduxit illos editis prodigiis & signis in regione Ægypti, & in rubro mari, * & in deserto, annis quadraginta.

37 [t] Hic est Moses ille qui dixit filiis Israël, * Prophetam suscitabit vobis Dominus Deus vester e fratribus vestris sicut me: ipsum audietis.

38 * Hic ille est qui conveniente *populo* in deserto, fuit cum Angelo ipsum alloquente in mõte Sina, & cum patribus nostris, quíq; excepit viva [s] eloquia quę nobis traderet.

39 Cui noluerunt auscultare patres nostri, sed repulerũt *eum*, & aversi sunt cordibus suis in Ægyptum:

40 Dicentes Aharoni, * Fac nobis Deos qui præeant nobis. Mosi enim isti qui eduxit nos ex regione Ægypti, nescimus quid contigerit.

41 Et [t] vitulum fecerunt per illos dies, obtulerũntque sacrificium idolo, & oblectãrunt sese operibus manuum suarum.

42 Vertit autem *sese* Deus, & [v] tradidit eos ad colendum [x] exercitum cæli: sicut scriptum est in libro Prophetarum, * Nũ victimas & oblationes obtulistis mihi annis quadraginta in deserto, domus Israël?

43 Imò [y] bajulastis tabernaculum Molochi, & sidus Dei vestri Remphanis, quas figuras fecistis ut eas adoraretis: itaque transferam vos ad Babylonis fines.

44 [z] Tabernaculum [a] testimonii fuit patribus nostris in deserto, prout edixerat * is qui dixerat Mosi ut faceret illud secundùm exemplar quod viderat.

45 * Quod etiam [b] exceptum introduxerunt patres nostri cum Jesu in ipsa [c] occupatione Gentium, quas expulit Deus [d] a conspectu patrum nostrorum, * usque ad dies Davidis.

46 Qui invenit gratiã in cõspectu Dei, petiítque ut nancisceretur tabernaculum Deo Jacobi.

47 [e] * Solomon autem ædificavit ei ædem.

48 * Sed Excelsissimus ille in manufactis templis non habitat, sicut Propheta dicit,

49 * Cælum mihi thronus est, terra autem scabellum pedum meorum. Quam ędem ædificabitis mihi, dicit Dominus: aut quis est locus requietis meæ?

[q] Ad verbi manu, id est, potestate: qui quidem, sicut explicat Apostolus 1. Cor. 10. 4. verus fuit liberator ac ductor, cujus minister fuit Moses.

* *Exod. 7. 8. 9. 10. 11. 14.*

* *Exo. 16. 1.*

[r] B. Agnoscit Mosen pro legislatore, sed ita ut ejus ipsius testimonio probet Legem in perfectius quippiã (nẽpe in prophericum munus, quod in Christum prophetarum caput, ferebatur) respexisse.

* *Deut. 18. 15. Sup. 3. 22.*

* *Exo. 19. 2.*

[s] λόγια Græci vocant oracula divinitũs demissa, oratione soluta.

* *Exo. 18. 1.*

[t] Quæ superstitio fuit Ægyptiacæ idolatriæ. apud hos enim & Apis mirificus vitulus cultũ habuit divinũ, ac vaccarũ simulacra insignia fuerunt, Herodotus libro 2.

[v] Eos a suo Spiritu destitutos tradidit Satanæ & pervertis cupiditatibus, ut servirẽt stellis.

[x] Per exercitũ cæli hoc loco non intelligit Angelos, sed lunam, solem, & reliquas stellas, Deut. 17. 3.

* *Amos 5. 25.*

[y] In humeros vestros sublatum tulistis.

[z] B. Fuit quidẽ erectum tabernaculum a Mose, sed quod homines revocaret ad illud exẽplar quod viderat in monte.

[a] i. Conventus, in quo videlicet solebant Israëlitæ convenire: sicut non prorsus dissimili ratione hodie Christianorum templa vulgò solent Ecclesiæ, i. congregationes & conventus vocari. * *Exod. 25. 40. Hebr. 8. 5.* * *Josue 5. 14.*

[b] Per manus traditum. Attingit hic Stephanus quod legitur Jos. 5. 14.

[c] Metonymicè intelliguntur regiones quæ a Gentibus obtinebantur.

[d] Quas Deus expulit ut ingredientibus majoribus nostris, cederent harum regionum possessionem. * *2. Sam. 7. 2. Psalm. 132. 4.*

[e] B. Templum quidem a Solomone exstructum est, Dei mandato: at non ea conditione ut majestas Dei esset in eo inclusa. * *1. Reg. 6. 1.* * *1. Paral. 17. 12.*

* *Infr. 17. 24. Esa. 66. 1.*

50 Nónne manus mea fecit hęc omnia?

51 [f] *Duri cervice & [g] incircumcisi corde & auribus, vos semper Spiritui illi sancto obnitimini: quales *fuerunt* patres vestri, tales & vos *estis*.

52 Quem Prophetarum non sunt persequuti patres vestri? trucidârunt, inquã, eos qui prænunciârunt adventum ☨usti illius, cujus nunc vos proditores & interfectores facti estis.

53 *Qui accepistis legem [h] per dispositionem Angelorum, & non observastis.

54 [i] Audientes autem hæc findebãtur cordibus suis, & stridebant dentibus in eum.

55 [k] Quum autem esset plenus Spiritu sancto, intẽtis in cælum oculis vidit [l] gloriam Dei, & ☨esum adstantem ad dexteram Dei.

56 Et ait, Ecce, cõspicio cælos apertos, & Filium illum hominis [m] adstantem ad dexteram Dei.

57 [n] Exclamãtes autem *illi* voce magna, continuerunt aures suas, & [o] irruerũt cõcorditer in eum.

58 Et ejectum eum extra urbem, lapidârunt: testes [p] autem deposuerunt pallia sua ad pedes adolescentis qui vocabatur Saulus.

59 Lapidârunt igitur Stephanum, invocantem & dicentem, Domine ☨esu recipe spiritum meum.

60 [q] Positis autem genibus, clamavit voce magna, Domine, ne [r] statuas eis hoc peccatum. Et quum hoc dixisset, [s] obdormivit.

[f] B. Stephanus zelo Dei incensus, tandem etiã suos judices judicat.
*Jer. 9. 26. Ezc. 44. 9.
[g] Incircumcisi sunt corde, qui in naturæ adhuc vitiis demersi, hærent: alioqui carne erant omnes Judæi circumcisi. duplex ergo fuit circũcisio. Vide Paul. Rom. 2. 28.
*Exo. 18. 16. Gal. 3. 19.
[h] Angelorum ministerio.
[i] B. Satan deprehẽsus, apertiùs furit.
[k] B. Quo propius mortem accedũt martyres, eo propiùs Christum intuentes, in cælum assurgunt.
[l] id est, gloriosum Deum quatenus quidem humanis oculis cerni potest.
[m] Paratum ad me confirmandum in veritatis confessione, & recipiendum ad sese.
[n] B. Zelus tum hypocritarũ, tum etiam superstitiosorum tandem in manifestam rabiẽ exit.
[o] Violentus ille fuit impetus: animadversio enim tunc Judæis contessa non erat, ut apud Pilatum fatentur, dicentes non licere sibi occidere quemquam. Ideo Joseph. lib. 20. refert ab Anano Sadducæo interfectum fuisse Jacobum fratrem Domini, eóque nomine accusatum fuisse apud Albinum præsidem. [p] Cautum erat in Lege, ut testes lapidationem auspicarentur. Deut. 17. 7. Quamvis igitur omnia ista per tumultum sint facta, & quidem violata præsidis provinciæ auctoritate, voluerunt tamen isti videri nihil agere nisi ex legis divinæ præscripto. [q] B. Fides & charitas veros Dei servos ad extrẽmum usque halitum comitantur. [r] Statuendi vocabulo, intelligit firmam ac perennem peccati imputationem coram Deo, sicut contrà dicuntur deleri ac remitti peccata quæ condonantur.
[s] id est, mortuus est, Vide 1. Thess. 4. 13.

50 Nónne, ecce, manus mea fecit hæc omnia?

51 O duri cervice, & incircumcisi in cordibus suis & in auditu suo. vos omni tempore [32] contra Spiritum sanctum stetistis, sicut patres vestri, etiam vos.

52 Quem enim ex Prophetis non sunt persequuti ac interfecerunt patres vestri? [33] Eos qui priùs declaraverunt de adventu ☨usti illius, quem vos prodidistis, & interfecistis.

53 Et accepistis Legem [34] per mandatum Angeli, & non servastis eam.

54 Et quũ audivissent hæc, impleti sunt ira in semetipsis, & stridebant dentibus suis contra eum.

55 Et ipse quum plenus esset fide & Spiritu sancto, intuitus est in cælum, & vidit gloriam Dei, & ☨eschua stantem a dextera Dei.

56 Ac dixit, Ecce, video cælos apertos, & Filium hominis stantem a dextera Dei.

57 Et clamaverunt voce elata ac obthuraverunt aures suas, & irruerunt omnes in eum.

58 Et apprehensum ejecerũt eum extra urbem, ac lapidaverunt eum, & ii qui testati sunt in eum [35] posuerunt vestimenta sua ad pedes adolescentis cujusdam qui vocabatur Schaul.

59 Et lapidabant ipsum Stephanum orantem & dicentem, Domine noster ☨eschua accipe spiritum meum.

60 Et quum posuisset genua, clamavit voce elata, & dixit, Domine noster, ne statuas eis hoc peccatum. Et quum hoc dixisset, obdormivit.

[32] Spiritui sancto obstitistis.
[33] F. vel ex eis qui priùs, &c.
[34] Ad ver. Pet manum mandati Angeli. Hebraismus, Mediante mãdato Angeli. F. al. per manũ dispositionis Angelorũ, ad verb. Tremellius legebat Angeli, numero singulari: & ita quoque Arabs. Ego nihil muto. vide in Parallelis sacris lib. 1. c. 92.
[35] Ut scilicet ad lapidationem se primos expedirent ex legis præscripto, Deut. 17. 7. Ita furor se in pium zelum trãsformat, & prętextum captat ex legis jussione.

CAPUT OCTAVUM.

[1] Dum Stephanum lugent pii, [3] Saulus Ecclesiam vastat. [5] Philippus Samariæ Christum prædicat. [19] Simonus magi [20] avaritia damnatur. [26] Philippus [27] Eunuchum Æthiopem [38] baptizat.

SAulus [a] autem ultrò consenserat ipsius cædi. Orta est verò illo die persequutio magna adversus Ecclesiam quæ *erat* Hierosolymis: & omnes dispersi sunt per regiones ☨udææ & Samariæ, præter Apostolos.

2 [b] [c] Extulerunt autem unà Stephanũ viri religiosi, & plangorem magnum ediderunt super eo.

3 [d] Saulus verò vastabat Ecclesiam, iens domatim: & tractos viros ac mulieres tradebat in custodiam *conjiciendos*.

4 At qui dispersi fuerant peragrabant *regionem*, evangelizantes sermonem *Dei*.

5 [e] Philippus verò quum devenisset in urbem Samariæ, prædicabat eis Christum.

6 Attendebat autem turba concorditer iis quæ a Philippo dicebantur, audiendo & cernendo signa quæ edebat.

SChaul [1] autem cupidus erat ac particeps mortis ejus: & facta est in illo die persequutio magna adversus ecclesiã quæ est in Urischelem: & dispersi sunt omnes per agros ☨udææ, & etiam inter Samaritanos, præter Apostolos tantùm.

2 Et positum in capulum sepelierunt Stephanum homines fideles: & luxerunt propter eum maximè.

3 Schaul autem persequebatur Ecclesiã Dei, quum intraret in domos, & trahebat homines & mulieres, & tradebat [2] in domum vinctorum.

4 Et illi qui dispersi fuerant, circuibãt, & prædicabant sermonem Dei.

5 Philippus verò descendit in urbem Samaritanorũ, & prædicabat de Christo.

6 Et quũ audirent sermonem ejus filii hominis qui illic erant, attendebãt ei, & acquiescebãt omnibus quæ dicebat, quia videbant signa quæ faciebat.

[a] B. Christus hostium rabie ad propagãdũ regnum suum abutitur.
[b] B. Stephanũ mortuũ sancti lugent & sepeliunt, singulari fidei & charitatis exẽplo: invocat autem nemo.
[c] Inter piorũ officia quæ hoc loco recẽsentur, nulla fit mentio condi tarum reliquiarum.
[d] B. Fidelium dispersio, fit Ecclesiarũ unio.
[e] B. Philippus anteà diaconus in Hierusalẽ, fit à Deo extra ordinem Evangelista.
[1] F. primum hoc membrũ alii ad caput 7 judicãt pertinere.
[2] F. periphrasis carcetis, Hebræo & Syro sermone usitatissima.

7 Multi enim quos possidebant spiritus impuri, clamabant voce elata, & egrediebantur ab eis: & alii paralytici & claudi sanati sunt.

8 Et gaudium magnum factum est in ea civitate.

9 Erat autem illic homo quidam, cujus nomen erat Simun, qui habitaverat in ea civitate tempore multo: & suis magicis præstigiis seducebat populum Samaritanorũ, quum magnifaceret seipsum, & diceret, Ego sum maximus.

10 Et dediti erant ei omnes magni & tenues, & dicebant, Hic est virtus magna Dei.

11 Et acquiescebant ei, quia tempore multo magicis præstigiis suis dementaverat eos.

12 Quum verò credidissent Philippo qui evangelizabat regnum Dei in nomine Domini nostri Jeschua Christi, baptizabantur viri & mulieres.

13 Et etiam ipse Simun credidit ac baptizatus est, & adhærebat ipsi Philippo. Quúmque videret signa & virtutes maximas quæ fiebant [3] per manum ejus, attonitus fiebat & mirabatur.

14 Et quum audivissent Apostoli qui erant in Urischelem quòd recepisset populus Samaritanorũ sermonem Dei, miserunt ad eos Schemeun Kipha & Juchannan.

15 Et descenderunt, ac oraverũt pro eis ut acciperent Spiritum sanctum.

16 [4] Non fuerat enim super unũ ex eis adhuc: sed tantùm baptizabantur in nomine Domini nostri Jeschua.

17 Tunc imponebant super illos manũ, & accipiebant Spiritum sanctum.

18 Et quũ videret Simun quòd per impositionem manuum Apostolorũ daretur Spiritus sanctus, obtulit eis argentum,

19 Dicens, Date mihi quoq; potestatem hanc, ut ille super quem posuero manum, accipiat Spiritum sanctum.

20 Dixit ei Schemeun Kipha, Argentũ tuum tecum abeat in perditionem, quia putasti quòd donum Dei [5] acquisitione mundi acquiratur.

21 Non est tibi pars neque sors in fide hac: quia cor tuum non fuit rectũ coram Deo.

22 Verumtamen convertere a malitia tua hac, & deprecare Deum, si fortè remittatur tibi dolus cordis tui.

23 [6] In felle enim [7] amaro, & in vinculis iniquitatis video te esse.

24 Respondit Simun, ac dixit, Deprecamini vos pro me Deum, ne veniat super me aliquid ex his quæ dixistis.

25 Schemeun autem & Juchannan, quũ testificati essent eis, & docuissent sermones Dei, reversi sunt Urischelem, & in pagis multis Samaritanorum evangelizaverunt.

26 Et loquutus est Angelus Domini cũ Philippo, ac dixit ei, Surge abi ad meridiem, per viam desertam quæ descendit ab Urischelem in Gaza.

27 Et surgens abiit, & occurrit ei [8] eunuchus quidam qui veniebat ex Æthiopia,

7 Spiritus enim impuri ex multis qui *eis* tenebantur, exibant, vociferantes voce magna: multiq; paralytici & claudi sanati sunt.

8 Et gaudium magnum exstitit in illa urbe.

9 [f] Vir autem quidam nomine Simon, anteà in urbe illa exercuerat artem [g] magicam, & gentem Samariæ [h] obstupefecerat, dicens se esse quempiam magnum.

10 Cui attendebant omnes a minimo usque ad maximum, dicentes, Iste est potentia illa Dei magna.

11 Attendebant autẽ ei propterea quòd a multo tempore magicis artibus eos dementârat.

12 Quum verò credidissent Philippo evangelizanti quæ ad regnum Dei & nomen Jesu Christi *pertinent*, baptizabantur tum viri, tum mulieres.

13 [i] Simon verò & ipse credidit: & baptizatus perdurabat apud Philippum: & conspiciens signa & virtutes magnas edi, obstupefiebat.

14 [k] Quum autem audissent Apostoli qui erant Hierosolymis, Samariam recepisse sermonem Dei, miserunt ad eos Petrum ac Johannem.

15 Qui quum descendissent, orarũt pro eis ut acciperent [l] Spiritum sanctum.

16 (Nondum enim in quemquam illorum illapsus fuerat, sed baptizati tantùm fuerant in nomen Jesu)

17 Deinde imposuerunt eis manus, & receperunt *illi* Spiritum sanctum.

18 [m] Quum autem conspexisset Simon per impositionem manuum Apostolorũ dari Spiritum sanctum, obtulit eis pecunias,

19 Dicens, Date etiam mihi potestatem istam, ut cuicumque imposuero manus, recipiat Spiritum sanctum.

20 [n] Petrus autem dixit ei, Pecunia tua tecum pereat, qui donum Dei existimaris pecuniis acquiri.

21 Non est tibi pars neque sors in [o] hoc negotio: cor enim tuum non est [p] rectum in Dei conspectu.

22 [q] Respice igitur ab ista malitia tua, & deprecare Deum, si fortè remittetur tibi machinatio cordis tui.

23 Video enim te in [r] felle amarissimo [s] & connexu injustitiæ positum.

24 Respondẽs autem Simon dixit, Deprecamini vos pro me apud Dominum, nequid superveniat mihi *istorum* quæ dixistis.

25 Illi igitur attestati sermonem Dei, reversi sunt Hierosolymam, & multis vicis Samaritanorum evangelizârunt.

26 [t] Angelus autem Domini loquutus est Philippo, dicens, Surge, & vade meridiem versus, ad viam quæ Hierosolymis descendit Gazam: & quæ est deserta.

27 Is igitur surgens profectus est: & ecce quidam Æthiops eunuchus, [v] dynastes

[3] 7. id est, opera & ministerio. Hebraism.

[4] Ad verbum, nõ enim mãserat super unum, &c. Hebraismus, Nevel in unum quidẽ eorum Spiritus illapsus fuerat. Exempla hujus phrasis habes Num. 24. 2. Judic. 3. 10. & pletisque aliis in locis.

[5] Id est, pretio quo res hujus mundi corruptibiles acquiruntur.

[6] Hebraismus. Vult dicere totum immersum & defixũ esse in felle sive veneno amarissimo. Quo metaphoricè significatur desperata impietas, lethale animi venenum.

[7] 7. Syr. amaroris vel amaritudinis. Hebraismus.

[8] Vox est מחימנא, quæ sonat fidelem. Hoc nomine a Syris vocantur eunuchi, vide in Matth. 19. 12. Illud tamen addã, hac ratione illos declarare non tam nomine Eunuchi vitiũ notari, quàm designari officium.

[f] B. Christus Satanã (quoties libuit) victum velut in triumpho ducit, iis ipsis spectãtibus quos fascinavit.

[g] Magia primùm in bonã partem sumebatur, nomine à Persis ducto, apud quos Magi sunt sapientes: posteà sumtum est in malam.

[h] Ita sibi suis præstigiis cõciliârat Samaritanos, ut cæco quodã furore amentes toti essent illi addicti.

[i] B. Impii quoque & reprobi interdum coguntur bonum Dei donum gustare, sed quod mox evomant.

[k] B. Petrus, nõ jã primas, sed Apostolici collegii legatus, & quidem addito Johanne collega, pro auctoritate sibi cõmissa, Ecclesias Samaritanas jactis à Philippo fundamentis superstruit.

[l] Eximia illa dona, quibus ornatos illos esse oportebat præsertim, qui præficiendi erant Ecclesiæ.

[m] B. Ambitio & avaritia hypocritas tandem ex suis latebris eliciunt.

[n] B. Simonis, non Petri, sed magi sunt successores, qui res sacras aut emunt aut vẽdunt.

[o] In hac doctrina quam annuncio.

[p] Verè rectũ, & sine simulatione.

[q] B. Benè de summis etiam peccatoribus sperandum, quoad ejus fieri potest.

[r] Fel amaritudinis, vocat interiorẽ cordis malitiam, & virus illud diabolicæ impietatis, quo Magus iste totus erat expletus. dicitur autem magus ille esse in felle, quasi oppressus esset totus felle & in eo sepultus.

[s] Iniquitatis vinculis irretitum.

[t] B. Christus gratis vocans quoscumque libuit, Philippo nihil tale cogitante, ad eunuchum imprudentem erudiendum & baptizandum usus, in Æthiopiam usque regni sui limites profert.

[v] Opibus & potestate insignis apud Candacem. Candace autem nomen commune erat Reginarum Æthiopiæ.

Candaces reginæ Æthiopum: qui præerat universæ illius gazæ, venerat Hierosolymam adoraturus:

28 Et revertebatur sedens in curru suo, legebátque Esaiam Prophetam.

29 Dixit autẽ Spiritus Philippo, Accede, & proximè adhæreto currui isti.

30 Accurrens igitur Philippus audivit eum legentem Esaiam Prophetam, & dixit, Nempè intelligis quæ legis?

31 At ille ait, Quînam enim possim, nisi mihi [x] quispiam dux viæ fuerit? Et precatus est Philippum ut ascenderet, sederétq; secum.

32 [y] Locus autem scripturæ quem legebat, hic erat, * Ut ovis ad mactationẽ ductus est: & ut agnus corã suo tonsore mutus, ita non aperuit os suum.

33 [z] In ipsius depressione judicium ejus sublatum est: [a] seculum autem ejus quis enarrabit? quoniam tollitur e terra vita ejus.

34 Respondens autem eunuchus Philippo, dixit, Oro te, de quo dicit istud Propheta? de seipso, an de alio quopiam?

35 Tum Philippus aperuit os suum, & exorsus ab hac scriptura, evangelizavit ei Jesum.

36 Quum verò pergerent in viam, venerunt ad quamdam aquam: tum ait ei eunuchus, En aquam: quid prohibet me baptizari?

37 [b] Dixit verò Philippus, [c] Si credis ex toto corde, licet. Respondens autem *ille* dixit, [d] Credo Jesum Christũ esse Filium illum Dei.

38 Jussitq; sisti currum: ac descenderũt ambo in illam aquam, Philippus simul & eunuchus: & *ille* baptizavit eum.

39 Quum autem ascendissent ex aqua, Spiritus Domini rapuit Philippum, nec amplius vidit eũ eunuchus. Perrexit igitur in via sua, gaudens.

40 Philippus autem inventus est Azoti: & peragrans *regionem* evangelizavit omnibus urbibus, usquedum veniret Cæsaream.

[x] Ad verbum, viam ad intelligendum demonstret, vel sit dux itineris.

[y] 8. Arcana Dei providentia regunturetiã quæ maximè videntur fortuita.

* Esa. 53. 7.

[z] Hebr. veritas legit: E claustro & judicio assumtus est. Claustri autẽ nomine intelligit sepulcrũ, ipsãque adeò mortis vincula: judicii autem, supplicũ quo affectus est, & miserabilem illam conditionem quam subiit Christus nostra causa patris iràm sustinens consulendus Isaiæ locus.

[a] Quamdiu ævum ipsius sit duraturum. Nam Christus excitatus ex mortuis amplius non moritur, Rom. 6. 9.

[b] 8. Professio fidei in adulis baptizandis requiritur, ac proinde Baptismo non tunc primùm in Christum inserimur, sed jam insiti cõfirmamur.

[c] ex toto corde credunt quando infirma & pusilla fides in eo esse poterit, cui tamen integer erit animus & omni fictione purus. Sic accipere cõvenit quod David jactat se diligere Dominum ex toto corde, Psal. 119. 19.

[d] Summa confessionis necessariæ ad Baptismum.

praefectus Candacis reginæ Æthiopum, & ipse præfectus erat super universum thesaurum ejus: & venerat ut adoraret in Urischelem.

28 Quúmque reverteretur ut abiret, sedebat in curru, & legebat Isaiah prophetam.

29 Et dixit Spiritus sanctus Philippo, Accede, & adjunge te currui.

30 Quúmq; accessisset, audivit quòd legeret in Isaiah propheta, & dixit ei, Num intelligis tu quod legis?

31 Et ille ait, quomodo possum intelligere, nisi quis direxerit me? Et petiit ab ipso Philippo ut ascenderet & sederet secũ.

32 Versiculus autem Scripturæ in quo legebat, est hic, Tamquam agnus ad mactationem ductus est, & sicut ovis coram tondente siluit, & ita non aperuit os suum [9] in depressione sua.

33 Ex angustia & ex judicio sublatus est. & ætatem ejus quis enarrabit? quoniã tollitur vita ejus a terra.

34 Et dicebat eunuchus ille Philippo, Oro te de quónam dixit hoc Propheta? de seipso, an de quopiam alio?

35 Tum Philippus aperuit os suũ, & incepit ab hac ipsa Scriptura, evangelizans ei de Domino nostro Jeschua.

36 Et quum pergerent in via, pervenerũt ad locũ quemdam in quo erant aquę. Et ait eunuchus ille, Ecce aquæ: quod est obstaculum quominus baptizer?

37 [10] 38 Et præcepit ut cõsisteret currus: & descẽderunt ambo ad aquas, & baptizavit Philippus eunuchum illum.

39 Quúmq; ascenderent ab aquis, Spiritus Domini rapuit Philippum, & rursus non vidit eũ eunuchus ille, sed abibat per viam suam gaudens.

40 Philippus autem inventus est in Azoto: & inde circuibat, & evangelizabat in civitatibus omnibus, usquedũ veniret Cæsaream.

[9] In Syro textu hæc, In depressione sua, cohærẽt præcedentibus. ideo ea posui in calce versiculi 32. [7] alius in libris alii distinguũt secus: sed hæc in parellelis nostris

[10] Totus 37. versus in Syro textu omittitur, nec ulla ejus fit inter errata mentio. Quamobrem illũ è meo sensu textui inserere non sum ausus, præsertim quum in aliquibus Græcis codicibus vetustis similiter omittatur. Spatium tamẽ vacuum reliqui numero tãtùm versiculi adscripto, ut perturbatio vitaretur. & versiculi Syri textus Græcis in numero responderent.

CAPUT NONUM.

[2] *Saulus Damascum petens,* [4] *à Domino prosternitur.* [10] *Ananias mittitur,* [18] *ut eum baptizet.* [23] *Judæorum insidias,* [25] *per murum demissus, evadit.* [33] *Petrus Æneæ paralytico medetur.* [36] *Tabitham defunctam* [40] *vitæ restituit.*

SAulus [a] autem adhuc [b] spiransminas ac ædem adversus discipulos Domini, adiit Pontificem maximum,

2 Et petiit ab eo epistolas *perferendas* Damascum ad synagogas: ut siquos invenisset hujus [c] sectæ, tum viros, tum mulieres, vinctos abduceret Hierosolymam.

3 Quum autem iter faceret, factum est ut appropinquaret Damasco: & repentè circumfudit eum ut fulgur lux e cælo.

4 Et quum cecidisset in terram, audivit vocem dicentem sibi, Saul, Saul, quid

[a] 8. Saulus (qui & Paulus) Christum veluti fugientem crudelissimè persequens in eundem victorem incidit. & singulari divinæ bonitatis exemplo pro sævitiæ suæ cõmerita pœna, non modò in gratiam recipitur, sed etiã Apostolus voce ipsius Domini designatus, Ananiæ ministerio ac testimonio confirmatur.

[b] Indicatur in Saulo fuisse vehementes impetus minatum de cæde discipulorum.

[c] Ad verb. viæ, viam autem vocãt Hebræi, genus vitæ quo quis insistat,

SChaul autem adhuc plenus erat injuriarũ & [1] iræ cruentæ adversus discipulos Domini nostri:

2 Et petiit sibi literas a principe Sacerdótum, [2] quas redderet in Damasco congregationi, ut si ita esset ut inveniret [3] qui iter facerẽt per hanc viam, viros aut mulieres, [4] vinciens adduceret eos in Urischelem.

3 Et quum proficisceretur, ac inciperet pervenire Damascum, repentinò [5] defluxit super eum lux de cælo.

4 Et cecidit in terrã: & audivit vocem quæ dicebat sibi, Schaul, Schaul, quid

[1] Excandescentia cædis.

[2] 5. Ad verb. quas daret sibi Damascum ad synagogam.

[3] 1. Qui sectarentur hác doctrinã & hoc religionis institutum. Notæ sunt Ambulandi & Viæ metaphoræ usitatissimæ apud Hebræos, ut nonopus habeant explicatione.

[4] 5. Syr. vinciret adduceret. Hebr. ut infrà vers. 21.

[5] Translatum verbum: id est, Affulsit.

persequeris

persequeris me? [6]durũm est tibi calcitrare contra stimulos.

5 Respondit ille, & dixit, Quis es Domine mi? Et Dominus noster dixit, Sum Jeschua Natzaræus, quem tu persequeris.

6 Sed surge, ingredere civitatem, & ibi dicetur tibi de eo quod oporteat te facere.

7 Et viri qui proficiscebantur cum eo in via stabant attoniti: quia vocem tantùm audiebant, nemo autem conspiciebatur eis.

8 Et surrexit Schaul e terra, neq; conspiciebatur quicquam, quum oculi ejus aperti essent. Et apprehendentes manus ejus, introduxerunt eum Damascum.

9 Et non cõspiciebatur ei *quicquam* tribus diebus: neque comedit neque bibit.

10 Erat autem Damasci discipulus quidam, cujus nomen erat Channanja: & Dominus dixit ei per visionem, Channanja. Et dixit, Ecce ego, Domine mi.

11 Et Dominus dixit ei, Surge, proficiscere in vicum qui vocatur rectus, & quære in domo Jihuda Schaulem qui est ex Tarso civitate.

12 [7] Ecce enim quum ipse oraret, vidit per visionem virũ, cujus nomẽ est Channanja, qui ingrederetur, & poneret ei manum, ut aperirentur oculi ejus.

13 Et dixit Channanja, Domine mi, audivi ex multis de homine isto, quot mala intulerit sanctis tuis in Urischelem.

14 Et ecce, etiam hîc est potestas ei a summis Sacerdotibus, ut vinciat omnes eos qui invocant nomen tuum.

15 Dixit ei Dominus, Surge, proficiscere. quia vas est mihi electum ut proferat nomen meum ad Gentes, & ad regna, & inter filios Israjel.

16 Ego enim ostendam ei quanta passurus sit propter nomen meum.

17 Tunc Channanja profectus est in domum ad illum, & imposuit ei manum, ac dixit ei, Schaul frater mi, Dominus noster Jeschua misit me (is qui conspectus est tibi in via quum venires) ut aperiantur oculi tui, & implearis Spiritu sancto.

18 Et eadem hora cecidit ab oculis ejus aliquid quod simile erat squamæ, & aperti sunt oculi ejus: & surgens baptizatus est.

19 Et accepit cibũ, & corroboratus est: fuitq; aliquot diebus apud discipulos illos qui erant Damasci.

20 Et eadem hora prædicabat in synagoga Judæorum de Jeschua, quòd esset filius Dei.

21 Et stupebant omnes illi qui audiebant eum, ac dicebant, Nónne hic est qui persequebatur omnes eos qui invocabãt nomen istud in Urischelem? & ecce etiam huc propter hoc ipsum mittebatur ut vinciens adduceret eos ad summos sacerdotes.

22 Schaul autem supra modum corroborabatur, & cõturbabat illos Judæos qui habitabant Damasci, quum ostenderet quòd is esset Christus.

me persequeris?

5 Dixit autem, Quis es Domine? Dominus autem dixit, Ego sum Jesus quem tu persequeris. [d] durum *fuerit* tibi contra stimulos calcitrare.

6 *Saul* verò tremens & pavens dixit, Domine, quid me vis facere? Tũ Dominus ad eum, Surge, & ingredere urbem, & dicetur tibi quid te oporteat facere.

7 Viri autem illi qui cum Saulo iter faciebant, [e] constiterunt muti, audientes quidem [f] *ejus* vocem, neminem autẽ conspicientes.

8 Surrexit autem Saulus e terra, apertisq; oculis suis, neminem videbat: manu verò ductum eum introduxerunt Damascum.

9 Fuitq; tribus diebus, non videns, [g] & non edit, neque bibit.

10 Erat autem quidam discipulus Damasci, nomine Ananias, ad quẽ dixit per visionem Dominus, Anania. Et ille ait, Ecce, ego *adsum* Domine.

11 Tum Dominus ad eum, Surge, & proficiscere in vicum qui vocatur Rectus, & quære in domo Judæ Saulum *quendam* nomine, [h] Tarsensem, ecce enim orat.

12 Et vidit per visionem virũ Ananiam nomine, introëuntem, & imponẽtem sibi manum ut visum reciperet.

13 Respondit autem Ananias, Domine, audivi ex multis de viro isto, quot malis affecerit sanctos tuos Hierosolymis.

14 Quinetiam hoc loco habet potestatem a principibus Sacerdotum, vinciendi omnes qui invocant nomen tuum.

15 Dixit autem ad eum Dominus, Proficiscere: nam [i] instrumentum electum est mihi iste, ut portet nomen meum in conspectum Gentium, & regum, & filiorum Israël.

16 Ego enim ei præmonstrabo quàm multa oporteat ipsum pro nomine meo pati.

17 Abiit igitur Ananias, & introivit domũ [k] illam, & impositis ipsi manibus dixit, Saul frater, Dominus misit me, (Jesus *inquam* qui visus est tibi in via qua veniebas) ut visum recipias, & implearis Spiritu sancto.

18 Statim autem deciderunt ab oculis ejus quasi squamæ, & visum recepit illicò: ac surgens baptizatus est.

19 Quúmq; cepisset cibum, corroboratus est. Fuit autem Saulus cum discipulis qui erant Damasci, per dies aliquot.

20 [l] Et statim in synagogis prædicavit Christum, *nempe* eum esse filium illum Dei.

21 Obstupescebant autem omnes qui eũ audiebant, & dicebant, Nónne hic est qui perdidit Hierosolymis eos qui invocabant nomen istud: & huc idcircò venit ut vinctos eos adduceret ad primarios Sacerdotes?

22 [m] Saulus autem magis sese corroborabat, & confundebat Judæos qui habitabant Damasci, [n] collatis testimoniis demonstrans eum esse Christum illum.

23 °Exp

[6] In Syro codice huc trãslatus legitur finis versus sequentis.

[7] In Syro textu hæc tamquam Dei verba ad Chananjã legũtur, nec separantur: & ideò in eodem versu omnia collocavi, licet in Græco eorũ pars collocetur in calce undecimi, & ex reliquis duodecimus versus constituatur.

[d] Proverbium de cõtumacia seipsos lædentium.

[e] Cõstiterunt, ita ut progredi nõ possent, sed attoniti manerẽt tamquam saxei.

[f] Vocem sub. Pauli audierunt: nam posteà expressè dicitur, eos nõ audivisse vocem alloquẽtis. 22. 9. alii tamen sic locos in speciem dissidentes cõciliant, audierunt, scilicet sonum, sed nõ audierunt vocem distinctam. atq; hoc narrationi cõvenientius. Sic factũ est Christo, Ioã. 12. 28.

[g] Hoc in parte miraculi ponendum est: Nam etsi Orientales meliùs inediam tolerãt quàm nos, jejunium tamen triduì tulisse non legimus nisi quos vel cibus deficeret vel aliqua major urgeret necessitas. Ergo Paulum mirè expavefactum fuisse colligimus, quòd cibum triduo non gustavit.

[h] Tarsus fuit urbs Ciliciæ vicina Anchialæ, quas duas urbes Sardanapalus fertur uno die exstruxisse.

[i] Vel vas in quo proferatur nomẽ meum.

[k] Judæ.

[l] a. Paulus nullo à carne & sanguine petito consilio, statim ad munus sibi commissum aggreditur, Galat. 1.

[m] a. Paulus nõ pugnat sola auctoritate, sed adhibitis Prophetarum testimoniis.

[n] Collatis Scripturæ locis, ut artifices aliquid compacturi solent singulas partes cõparare, ut aliæ aliis ad amussim quadrent.

23 [o] Expletis autem multis diebus ceperunt simul Judæi consilium illum interimendi.

24 Sed intellectæ sunt Saulo insidiæ eorum. adservabant autem portas die ac nocte, ut eum interimerent.

25 [p] Acceptum igitur eum discipuli nocte, per murum demiserunt, fune submissum in sporta.

26 Quum verò Saulus advenisset Hierosolymam, tentabat se propiùs adjungere discipulis: [q] sed omnes metuebant eum, non credentes eum esse discipulum.

27 Barnabas autem acceptũ eum duxit ad Apostolos, & narravit eis quomodo in via vidisset Dominum, & quòd loquutus esset ei, & quomodo Damasci liberè loquutus esset in nomine Jesu.

28 [r] Versabatur ergo [s] cum eis Hierosolymis.

29 Et liberè in nomine Domini Jesu loquebatur, & disceptabat adversus [t] Græcos: illi verò conabantur eum interimere.

30 [v] Quod quum cognovissent fratres, deduxerunt eum Cæsaream, & emiserunt Tarsum.

31 [x] Ecclesiæ igitur per totam Judæam & Galilæam & Samariam habentes pacẽ, [y] ædificabantur: & pergentes *in* timore Domini, *&* consolatione sancti Spiritus, multiplicabantur.

32 [z] Factum est autem ut Petrus, per omnes pertransiens, deveniret etiam ad Sanctos qui habitabant Lyddæ.

33 Reperit autem illic quemdam nomine Æneam, ab annis jam octo decũbentem in grabato, qui erat paralyticus.

34 Et dixit ei Petrus, Ænea, sanat te Jesus Christus: surge, & sterne tibiipsi. *Is* autem statim surrexit.

35 Et viderunt eum omnes qui incolebant [a] Lyddam & Sarona, qui converterũt *se* ad Dominum.

36 [b] Joppæ verò fuit quædam discipula nomine Tabitha, quæ, si interpreteris, dicitur Caprea. Hæc erat dives operũ bonorum & eleemosynarum quas præstabat.

37 Factum est autem per illos dies ut illa ex infirmitate moreretur: quam quum lavissent posuerunt in cœnaculo.

38 Quũ autem Lydda esset propè Joppen, discipuli, audito Petrũ illic esse, duos viros miserunt ad eum, rogantes ne cunctaretur usque ad ipsos transire.

39 Exsurgens igitur Petrus venit cũ eis: quem, quum ad venisset, adduxerunt in cœnaculũ: & adstiterunt ei omnes viduæ, flentes, & ostendentes tunicas & vestimenta quæ Dorcas faciebat quum unà cũ ipsis esset.

40 Ejectis autem omnibus foras, Petrus [c] positis genibus, oravit: & conversus ad corpus, dixit, Tabitha surge. Illa verò aperuit oculos suos, & viso Petro resedit.

41 Data autem ei manu *Petrus* erexit eã: & vocatis sanctis ac viduis eam vivam repræsentavit.

23 Et [8] quum multiplicati ei ibi essent dies, fecerunt contra eum insidias Judæi, ut interficerent eum.

24 Innotuerunt autem ipsi Schaul insidiæ quas quærebant facere ei: & custodiebãt portas civitatis die ac nocte, ut interficerent eum.

25 Tunc posuerunt eũ discipuli in sportam, & dimiserunt eum e muro nocte.

26 Et profectus est in Urischelẽ, & volebat adjungere se discipulis: & omnes timebant ab eo, neq; credebant ei quòd discipulus esset.

27 Bar-nabba autem accepit eum, & adduxit eum ad Apostolos: & narravit eis quomodo in via vidisset Dominum, & quòd ita loquutus esset [9] in nomine Jeschua.

28 [10] Et ingrediebatur cũ eis atq; egrediebatur in Urischelem: ac loquebatur in nomine Jeschua liberè, disputabãtq; cum Judæis illis qui noverant Græcè: illi verò volebant interficere eum.

29 Quúmq; *id* agnovissent fratres, deduxerunt eum nocte Cæsaream, & inde miserunt eum Tarsum.

30 Cæterùm in Ecclesia quæ erat in tota Judæa & in Galilæa & Samaria, erat pax, quum ædificaretur [11] & incederet in timore Dei, & consolatione Spiritus sancti multiplicabatur.

31 Et factum est, ut quum circuiret Schemeun per civitates, descenderet etiam ad sanctos qui habitabant in [12] Lod civitate.

32 Et invenit hominem quemdam cujus nomen Anias, qui decumbebat in lecto, & paralyticus erat annis octo.

33 Et dixit ei Schemeun, Ania, sanat te Jeschua Christus: surge, & sterne lectum tuum. Et eadem hora surrexit.

34 Et viderunt eum universi qui habitabant in Lod, & in Saarona, & conversi sunt ad Deum.

35 Erat autem discipula quædã in Juppi civitate, cujus nomen Tebitha, hæc dives erat in operibus bonis, [13] & eleemosynis quas faciebat.

36 Infirmitate autem correpta fuerat in illis diebus, & mortua est: [14] & laverũt eã, ac posuerunt eam in cœnaculo.

37 Et audiverunt discipuli quòd Schemeun in Lod esset, civitate quæ est juxta Juppin, ac miserunt ad eum viros duos qui peterent ab eo ne cũctaretur ut veniret ad se.

38 Et surrexit Schemeun, & abiit cum eis. Quúmq; venisset, ascendere fecerunt eum in cœnaculum, & cõgregatæ adstabãt illi circa eum omnes viduæ flentes, & ostendebãt ei tunicas & vestes quas dederat eis Tebitha quum viveret.

39 Schemeun autem ejecit omnes homines foras, & procidit super genua sua, & oravit: & conversus est ad cadaver, ac dixit, Tebitha surge. Ipsa autem aperuit oculos suos, & quum vidisset Schemeun, resedit.

40 Et porrexit ei manum suam, & erexit eam: & vocavit sanctos & viduas, ac dedit illam eis viventem,

41 Et

[o] B. Paulo ipsi tandem crux subeũda proponitur, sed ita ut procul tantùm ostendatur.

[p] B. Hostium insidias & conatus salva vocatione vitare nihil prohibet.

[q] B. Non temerè olim quivis ne inter oves quidem, nedũ inter pastores, admissus.

[r] B. Pericula ex periculis exspectanda cõstantibus Dei servis: sed idẽ Deus pro ipsis excubat.

[s] Cum Petro & Jacobo: eos enim ex Apostolis solos sibi tum fuisse cõspectos dicit.

[t] Vide supr. 6. 1.

[v] B. Licet, ex Ecclesiæ consilio, locũ mutare Verbi ministris.

[x] B. Ecclesiarũ ædificatio, per sequutionum exitus, modò patienter exspectetur Dominus.

[y] Hęc trãslatio significat stabilimẽtum & augmentum.

[z] B. Apostolatus Petri, sanato paralytico, obsignatur.

[a] Lydda urbs fuit Palæstinę: Saron regio campestris, & locus pascuus inter Cæsareã Palæstinæ & Taborẽ montẽ lacũmq; Genezareth, tractu longo ultra Joppen sese extendentem.

[b] B. Petrus suscitato per nomẽ Christi cadavere fidẽ facit omnibus sese Evangeliũ vitæ annunciare.

[c] Quum in genua procubuisset, qui est precantium gestus.

[8] i. Quum pluribus illic diebus egisset. Vide Genes. 38. 12. ubi similis est phrasis.

[9] F. alii addũt palãm, vel in aperto: minimè malè, ut seq. vers.

[10] Hebraismus antè explicatus, Act. 1.

[11] Metaphora Hebræa. Id est, Versaretur ac progrederetur.

[12] Hebraicè, sic dicitur 1. Paral. 8. 12. ubi narratur à quodã Schemedo exstructa in tribu Benjamin.

[13] Ad verbum, Justitiis. Sic perpetuò à paraphraste exponitur.

[14] Ritus Judæorum circa mortuos habes suprà, Marc. 14. 8.

41 Et innotuit hoc in tota civitate, & multi crediderũt in Dominum nostrum.

42 Mansit autem in ipsa *civitate* Ꝓuppi diebus nõ paucis, habitãs in domo Schemeun coriarii.

42 Id autem innotuit per totam Ꝓoppẽ, & multi crediderunt in Dominum.

43 Factumq; est ut dies multos maneret *Petrus* Ꝓoppæ, apud Simonem quemdam coriarium.

CAPUT DECIMUM.

[1] *Cornelius centurio* 4 *Angeli jussio* 5 *Petrum accersit.* 11 *Qui & ipse visione monitus,* [15.20] *ne Gentes aversetur accersitus,* 34 *Cornelio & familiæ Evangelium annunciat.* 45 *Hi autem Spiritu sancto accepto* 47 *baptizantur.*

IN Cæsarea verò erat homo quidam centurio, cujus nomen erat Curnilius, ex cohorte quæ vocatur Italica.

2 Et justus erat, ac timebat a Deo, ipse & domus ejus tota: faciebat eleemosynas multas in populo, [1] & omni tempore deprecabatur Deum.

3 Hic vidit Angelum Dei per visionem manifestè circa horam nonam in die, qui ingressus est ad eum, & dixit ei, Curnili.

4 Et ipse intuitus est in eum, ac timuit, & dixit, Quid est Domine mi? Et dixit ei Angelus, Orationes tuæ & eleemosynæ tuæ ascenderunt in memoriam coram Deo.

5 Et nunc mitte aliquos in Ꝓuppi civitatem, & accerse Schemeun qui vocatur Kipha.

6 Ecce, habitat in domo Schemeũ coriarii, qui est juxta mare: [2] ille dicet tibi quid oporteat te facere.

7 Et quũ abiisset Angelus qui loquebatur cum eo, vocavit duos ex [3] domesticis suis & militem unum qui timebãt Deum, eum [4] quem in pretio habebat,

8 Et narravit eis quicquid vidit. ac misit eos Ꝓuppi.

9 Et die postero quum ipsi iter facerẽt per viam, & appropinquarent civitati, ascendit Schemeun ad tectum ut oraret, sexta hora.

10 Et esuriebat ac cupiebat edere: quumq; pararent ei *cibum* [5] cecidit super eum mentis excessus:

11 Et vidit cælos apertos, & vas quoddam devinctum quatuor angulis: & simile erat linteo magno, ac demittebatur e cælo super terram.

12 Et erant in eo omnia viventia, quadrupedia & reptilia terræ, & volucres cæli.

13 Et vox venit ad eum, & dixit, Schemeun, surge, macta, & manduca.

14 Et Schemeũ dixit, Absit Domine mi: numquam comedi quicquam cõtaminatum & pollutum.

15 Et rursus secunda vice vox facta est ad eum, Quæ Deus purificavit, tu ne [6] cõtamines.

16 Hoc autem factum est tribus vicibus: & sublatum est vas in cælum.

17 Et quum miraretur Schemeũ apud seipsum quidnam esset visum quod vidisset, advenerunt homines illi qui missi fuerãt a Curnilio: & interrogabant de domo in qua habitaret Schemeun, & venerunt ac steterunt juxta portam vestibuli.

18 Et vocabant ibi ac interrogabant, Nunquid Schemeun qui vocatur Kipha, hic habitat?

[1] Quia in Syro textu hæc verba præcedentibus cohærẽt, inclusimus ea in versu secũdo, ne sensu conjuncto divellerentur.

[2] Licet hæc verba in Syro textu non invenerim, nec inter errata hic locus cõmemoretur, tamen quia mihi visa sunt scriptorum incuria omissa fuisse, restituere ea placuit.

[3] Ad verb. ex filiis domus suæ. Hebrais.

[4] F. vel qui studiosè attendebat ad ipsum. Atq; hoc Græco textui respõdet magis.

[5] F. i. accidit ei.

[6] F. nimirum verbo: id est, ea cave immũda & contaminata dicas. Hebræa phrasis.

Porrò [a] quidam erat Cæsareæ, nomine Cornelius, centurio ex legione quæ vocatur Italica,

2 [b] Pius ac timẽs Deum, [c] cum tota domo sua, & præstans eleemosynas multas populo.

3 Qui quum assiduè precaretur Deum, vidit per visionem manifestè quasi hora diei nona, Angelum Dei introëuntem & dicentem ipsi, Corneli.

4 At ille intẽtis oculis in eum & expavefactus dixit, [d] Quid est Domine? Dixit autem ei, Preces tuæ & eleemosynæ tuæ [e] ascenderunt [f] in memoriam in Dei conspectu.

5 Nunc igitur mitte aliquos Ꝓoppen, & accerse Simonem qui cognominatur Petrus.

6 Is diversatur apud Simonem quemdam coriarium, cui est domus apud mare: is dicet tibi quid te oporteat facere.

7 Ut autẽ discessit Angelus qui loquebatur Cornelio, vocavit duos ex famulis suis & militem pium ex iis qui cum ipso erant assidui:

8 Et quum eis exposuisset omnia, misit eos Ioppen.

9 Postridiè verò illis iter faciẽtibus, & appropinquantibus urbi, ascendit Petrus [g] in solarium ut oraret, circa horam sextam.

10 Factum est autem ut valdè esuriret, voluitque capere cibum. Parantibus igitur illis *cibum*, incidit in eum [h] mentis excessus.

11 Conspexitque cælum apertum, ac descendens ad se vas quoddam ut linteum magnum, [i] quatuor extremis devinctum, quod demittebatur in terram:

12 In quo erant [k] quævis [l] quadrupedia terræ, & feræ, & [m] reptilia: & volucres cæli.

13 Et exstitit vox ad eum, Surge Petre, macta & ede.

14 [n] Ait autem Petrus, Nequaquã Domine: nunquam enim edi quicquam pollutum vel impurum.

15 Tum vox rursus ad eũ secundò, Quę Deus purificavit, tu [o] ne polluito.

16 Hoc autem factum est ter: & rursum receptum est vas in cælum.

17 Quum autem apud se Petrus hæsitaret, *cogitans* quidnam esset visum illud quod viderat, tum ecce, viri qui missi fuerant a Cornelio, percontati de domo Simonis, supervenerunt ad vestibulum.

18 Et evocato *quopiam*, percontati sunt an Simon, qui cognominaretur Petrus, illic diversaretur.

[a] B. Petrus duplici miraculo interveniente, Gentium primitias Deo cõsecrat.

[b] Colebat igitur unũ Deũ, nec erat idololatra, nec fidei in Messiã potuit esse expers, qui pius esset: sed eum advenisse nõdum cognoverat.

[c] Magna laus isti[9] hominis, qui omnes suos domesticos & familiares atque necessarios studuerit esse religiosos ac pios.

[d] Quid me vis Domine? comparat enim se ad audiẽdum.

[e] Translatio Hebręis familiaris, ab Holocausti ritu ad preces.

[f] i. ut Deum veluti non sinant tui oblivisci. Sic enim solet interdũ Scriptura quasi balbutire.

[g] Vide Matth. 10.27.

[h] Ecstasis: siquidem etiã nõ stupet Petrus, sed Dei colloquio fruitur, & mysteria ejus docetur, mens tamen ejus quasi excessu altiùs evecta fuit, brevi ad sedes suas reditura.

[i] U: quadratũ videri possit fuisse velum.

[k] Hic manifestè particula universalis ponitur pro indefinita, i. cujuivis generis, ut significentur genera singulorum, non singula generum.

[l] eorum quæ usibus humanis subserviunt.

[m] Quid nomine reptilium intelligatur, docetur Levit. 11.

[n] B. Petrum post acceptum etiã Spiritum sanctũ oportuit quotidie in cognitione beneficii Christi proficere.

[o] Ne pro polluto habere.

19 Petro verò cogitãte de visione dixit ei Spiritus, Ecce, tres viri quærunt te.

20 Surgens itaque descende, & nihil addubitans proficiscere cum eis: nam ego eos misi.

21 Descendẽs ergo Petrus ad viros illos qui ad ipsum missi fuerant a Cornelio, dixit, Ecce, ego *n* sum quem quæritis: quæ causa est propter quam adestis?

22 Ipsi verò dixerunt, Cornelius cẽturio, vir justus & timens Deum, & ornatus testimonio totius gentis Judæorum, divinitus admonitus est ab Angelo sancto ut accerseret te domum suam, & abs te quædam audiret.

23 Intrò vocatos igitur eos accepit hospitio. Postridiè verò Petrus abiit cum eis, & quidam ex fratribus Joppẽsibus comitati sunt eum.

24 Et altero post die introierunt Cæsaream. Cornelius autem exspectabat eos, convocatis cognatis suis & necessariis amicis.

25 [p] Ut autem factum est ut introiret Petrus, occurrens ei Cornelius, & accidẽs ad ejus pedes, adoravit.

26 Petrus verò erexit eum, dicẽs, Surge: & ego ipse homo sum.

27 Et colloquens cum eo, ingressus est, invenitq; multos qui convenerant:

28 Dixitq; eis, Vos scitis Judæo nefas esse propiùs adjungere se aut accedere ad alienigenam: sed mihi ostendit Deus ne quem pollutum vel impurum hominem dicerem.

29 Quapropter etiam nihil obloquutus veni accersitus. Percontor igitur qua ratione me accersiveritis.

30 Tum Cornelius ait, Nudiusquartus usq; [q] ad hanc horam eram jejunus, & hora nona orabam domi meæ: & ecce, quidam stetit ob oculos meos, vestẽ splendida:

31 [r] Dixitq;, Corneli, exauditę sunt preces tuæ, & eleemosynæ tuæ in memoriam venerunt in conspectu Dei.

32 [s] Mitte ergo Joppen, & accerse Simonem qui cognominatur Petrus: hic diversatur in ædibus Simonis coriarii apud mare: qui quum advenerit, loquetur tibi.

33 Eodem igitur *momento* misi ad te: & tu bene fecisti qui adveneris. Nunc ergo omnes nos in conspectu Dei adsumus, ut audiamus omnia quę tibi imperata sunt a Deo.

34 [t] Petrus autem ore aperto dixit, Verè deprehendo *Deum [v] non respicere ad personam:

35 Sed in quavis gente acceptum ei esse [x] quemvis qui eum timeat, & operam det justitiæ.

36 Quem sermonem [y] significavit filiis Israëlis evangelizans pacem per Jesum Christum, qui est omnium Dominus.

37 [z] Vos nostis quod gestum est in tota Judæa, initio facto a Galilæa, post ba-

19 Et quum Schemeun cogitaret de visione, dixit ei Spiritus, Ecce, viri tres quærunt te:

20 Surge, descende, & proficiscere cum eis, non hæsitante mẽte tua: quia ego ipse misi eos.

21 Tunc descendit Schemeun ad viros illos, & dixit eis, Ego sum quem quæritis. quæ est causa propter quam venistis?

22 Dicunt ei, Viro cuidam cujus nomen est Curnilius, Centurioni, qui timet a Deo, & testatur de eo universus populus Judæorum, dictum est in visione ab Angelo sancto ut mittens introduceret te in domum suam, & audiret sermonem abs te.

23 Et introduxit eos Schemeun, & excepit eos ubi habitabat: & surrexit postridie ejus diei, & egressus est, ac abiit cũ eis. abierunt quoq; cum eis [7] aliquot viri ex fratribus Joppensibus.

24 Et die postero ingressi sunt Cæsaream: Curnilius autem exspectabat eos, congregatis ad se omnibus [8] filiis cognationis suæ, & amicis & necessariis qui erant ei.

25 Quúmq; ingrederetur Schemeun, occurrit ei Curnilius, & procidens adoravit ad pedes ejus.

26 Et Schemeun erexit eum ac dixit ei, Surge: [9] egò quoque filius hominis sum.

27 Et quum loqueretur cum eo, ingressus est, & invenit multos qui venerãt illuc:

28 Dixitq; eis, Vos scitis quòd non sit permissum homini Judæo ut se adjungat homini alienigenæ qui non sit filius generis sui: at mihi Deus ostendit ne dicerem de ullo quòd pollutus sit aut contaminatus.

29 Propter hoc promtè veni quũ [10] misissetis post me. Sed interrogo vos [11] propter quod misistis post me.

30 Et dixit ei Curnilius, Quatuor dies sunt usque ad hoc tempus, ecce quum jejuno: & hora nona [12] dum oro domi meæ adstitit vir quidam coram me indutus albis:

31 Et dixit mihi, Curnili, exaudita est oratio tua, & eleemosynarum tuarum mẽtio facta est coram Deo.

32 Sed mitte in Juppin civitatem, & accerse Schemeun qui vocatur Kipha: ecce, habitat in domo Schemeun coriarii juxta mare: & ipse veniens loquetur tecum.

33 Et eadem hora misi ad te: túq; benè fecisti quòd adveneris: & [13] ecce, nos omnes coram te, cupimus audire quicquid mandatum est tibi a Deo.

34 Aperuit autem Schemeun os suum, & ait, Verè expertus sum quòd Deus non sit [14] accipiens vultum.

35 Sed in omnibus populis, is qui timet ab eo, & operatur justitiam, acceptus est ei.

36 Sermo enim *est* quem [15] misit filiis Israjel, & evangelizavit eis pacem & tranquillitatem per Jeschua Christum qui est Dominus omnium.

37 Et etiam vos nostis sermonem qui factus est in universa Judæa, & qui incepit a Galilæa,

p 3. Adoratio religiosa unt Deo convenit: civilis autem, & ipsa periculosè ministris Verbi tribuitur.

q Non eamdẽ horã indicat, sed æqualem, duorum videlicet dierum nonam.

r 3. Fides Cornelii ex invocatione & charitate sese patefecit.

s 3. Sicut fides ex auditu nascitur, ita ex eodem nutritur & adolescit.

t 3 Sublatum est populorum discrimen adventu Christi. Quis autem sit ei gratus, ex fide & justitia intelligitur.

* Deut. 10. 17. 2 Parali. 19. 7. Job. 14. 19. Sap. 6. 7. Eccl. 15. 16. Rom. 2. 11. Galat. 2. 6. Ephes. 6. 9. Colos. 3. 25. 1. Pet. 1. 17.

v Non judicare ex externis.

x Per timorem Dei, Hebræi universum cultum intelligunt, unde intelligitur Cornelium fide minimè carusse, velut qui ante tempora Christi vixerunt, fidei expertes non fuerũt: inepte ergo faciunt qui ex hoc loco opera præparatoria, & liberum arbitrium constituunt.

y Significavit Deus Israëlitis, ex quavis gente gratum esse Deo qui piè vivit: annũciavit enim pacẽ hominibus per Christum, qui non unius gentis, i. Israëliticæ, sed omnium est dominus.

z 3. Summa Evãgelii. Christum promissum Patribus & suo tempore exhibitum summa cum Dei virtute (quam omnibus modis ostendit) ac tãdem pro nostri reconciliatione crucifixum resurrexisse tertio die, ut quisquis in eum credit, remissione peccatorum accepta serveretur, sicut supremo illo die sedente eodem ipso vivorum ac mortuorum judice, patefiet.

7 Ad verb. Vir, vir, Hebraism. F. viri nimirũ sex, ut dicitur infrà 11. 12.

8 Hebraism. Pro cognatis suis.

9 i. Ex eodem genere natus.

10 i. Accersissetis me. Sic Galli & Germani loquuntur, *vous avez envoyé apres moy*, & *, ihr habt nach mihr geschickt:* F. hoc verò Græci unica voce elegãter (ut pleraque) dixerunt μεταπεμψασθε.

11 F. alii ἱμεταπεμψασθε propter quid misistis post me? i. ad accersendum me.

12 F. vel dum orarem.

13 F. i præsto adsumus & sumus expositi voluntati tuæ. Hebraiss. ut Genes. 13.

14 Ad verb. pro Acceptor personæ. Tritus Hebraism.

15 Mittere verbum, pro Significare, sive Mãdare interposito nũcio, accipitur, ut Isaiæ 9. 8. Hebraismus.

a Galilæa, post baptismum quem prædicavit Iochannan,

38 De Ieschua qui fuit a Natzareth, quem Deus unxit Spiritu sancto, & virtute. & is est qui circuibat, & sanabat eos qui percussi erant a malo: quia Deus erat cum eo.

39 Et nos testes ejus sumus de omnibus quæ fecit in universa regione Iudææ & Urischelem.

40 [16] Hunc ipsum suspenderunt Iudæi in ligno, & interfecerunt: & eum suscitavit Deus tertio die, & [17] dedit eum ut cõspiceretur apertè.

41 Nõ autem toti populo, sed nobis qui a Deo electi sumus ut simus ei testes, qui comedimus cum eo, & bibimus post resurrectionem ejus [18] a mortuis.

42 Et præcepit nobis ut prædicaremus, & testaremur populo quòd ipse sit qui destinatus est a Deo judex vivorum & mortuorum.

43 Et de eo testati sunt omnes Prophetæ, quòd quisquis [19] credit, per nomen ejus accepturus sit remissionem peccatorum.

44 Et quum ipse Schemeũ loqueretur hos sermones, obtexit Spiritus sanctus omnes eos qui audiebant sermonem.

45 Et attoniti facti sunt ac obstupuerũt fratres circumcisi, qui venerant cum eo, quòd etiam super gentes donum Spiritus sancti effusum esset.

46 Audiebãt enim eos loquentes variis linguis, & magnificabant Deum.

47 Et dixit Schemeũ, Numquid aquas quis potest prohibere, ut non baptizẽtur hi qui (ecce) acceperunt Spiritum sanctũ, sicut nos?

48 Tunc præcepit eis ut baptizarentur in nomine Domini nostri Ieschua Christi: & petierũt ab eo ut maneret apud ipsos aliquot dies.

[16] Licet hæc verba Græco textu in versu præcedenti collocentur, nos coacti fuimus cum sequentibus in versu 40. collocare, quia Sytus textus ea sensu conjunxit.

[17] F. i. fecit ut omnibus post resurrectionẽ suam manifestus & spectatus esset.

[18] Ad verb. De inter mortuos, ut Gallicè, *D'entre les morts.*

[19] F. supple in eum, ut cõtextu Græco exprimitur.

ptisma quod prædicavit Iohannes:

38 Ut Iesum illum a Nazareta [a] unxerit Deus Spiritu sancto & potentia, qui obambulavit, beneficiis afficiens & sanans omnes sub diaboli potestatem redactos, quoniam Deus erat cum eo.

39 Et nos sumus testes omnium quæ & in regione Iudæorum & Hierosolymis fecit, quem interemerunt suspensum in ligno.

40 Hunc *autem* Deus suscitavit tertio die, fecitq; ut is conspicuus fieret:

41 Non toti populo, sed testibus quos ipse priùs [b] designaverat, *nimirum* nobis qui comedimus ac bibimus unà cum eo, posteaquam resurrexit a mortuis.

42 Mandavit autem nobis ut prædicemus populo, & cum testificatione denũciemus eum esse qui definitus sit a Deo judex vivorum ac mortuorum.

43 *Huic etiam omnes Prophetę testimonium dant, *remissionem peccatorum accepturum per nomen ejus quemvis qui crediderit in eum.

44 [c] Adhuc loquente Petro verba ista, illapsus est Spiritus sanctus in omnes qui audiebant hunc sermonem.

45 Et fideles qui *erant* ex circumcisione, & venerant cum Petro, obstupuerũt, quòd etiam in Gentes effusum esset donum Spiritus sancti:

46 Audiebãt enim eos loquentes linguis, ac magnificantes Deũ. Tunc respondit Petrus,

47 [d] Num quis aquam prohibere potest, quominus *videlicet* baptizentur isti qui Spiritum sanctum acceperunt sicut & nos?

48 [e] Et præcepit eos baptizari in nomẽ Domini. Tunc rogaverũt eum ut *ibi* permaneret ad dies aliquot.

[a] Hæc formula sumta est ex Hebræorum consuetudine, apud quos ungebantur Reges & sacerdotes: inde factum est ut dicantur ungi quos donis ac virtutibus imbuit ac exornat.

[b] Hæc Apostolorum χειροτονία, i. electio, propriè Deo tribuitur: nam etsi legitimæ ministrorum electioni Deus præsit, est tamen hoc loco tacita antithesis inter Dei χειροτονίαν, & hominum suffragia, si quidẽ à Deo immediatè designantur Apostoli, mediatè ministri Ecclesiæ.

*Jer. 31. 34. Mich. 7. 18.

*Infrà 15. 9.

[c] 2. Quod loquitur Verbi minister ex Dei mandato, Spiritus sanctus in corde obsignat, sicut ex effectis apparet.

[d] 2. Baptismus sanctos non facit, sed sanctificationem obsignat.

[e] Non fuit necesse administrari Baptismum Petri manu: quemadmodum & Paulus testatur Corinthi se paucos baptizasse, 1. Corin. 1. 14 poterãt enim alii ministri hãc partes suscipere.

CAPUT UNDECIMUM.

[2] *Petrus propter Cornelium incusatus,* [5] *facti rationem reddit.* [22] *Barnabas Antiochiam mittitur:* [26] *ubi discipuli, Christiani nominati sunt.* [28] *Ibidem Agabus famem futuram prænunciat.*

ET auditum fuit ab Apostolis & a fratribus qui erant in Iudæa quòd etiam Gentes accepissent sermonem Dei.

2 Et quum ascendisset Schemeun Urischelem, disceptabant cũ eo illi qui erant ex circumcisione:

3 Dicentes quòd ad homines præputium habentes egressus esset, & edisset cum eis.

4 Et cœpit Schemeun [1] ordine dicere eis,

5 Quum orarem in Iuppi, vidi in visione quòd descenderet vas quoddam quod simile erat linteo, & devinctum erat quatuor angulis suis, demittebatúrque e cęlo, & venit usque ad me.

6 Et intuitus sum in illud, & videbam quòd essent in eo animalia quadrupedia, & reptilia terræ, & etiam volucres cæli.

7 Et audiebam vocem quæ dicebat mihi, Schemeun, surge: macta ac manduca.

[1] Ad verbum, post post. Syra phrasis significans ordine & seriò singula ut gesta erant exponere.

AUdierunt [a] autem Apostoli & fratres qui erant in Iudæa, Gentes etiam recepisse sermonem Dei.

2 Quum igitur ascendisset Petrus Hierosolymam, disceptarunt adversus eũ qui *erant* ex circumcisione,

3 Dicentes, Ad viros præputiũ habentes introisti, & unà edisti cum eis.

4 Exorsus autem Petrus, *omnia* exposuit eis ordine, dicens,

5 Ego eram in civitate Ioppe orans: & visum in mentis excessu vidi, *nempe* descendens vas quoddam, ceu linteum magnum, quod quatuor extremis demittebatur e cælo, & ad me usque venit.

6 In quod quum intendissem oculos, consideravi, & vidi quadrupedia terræ, & feras, & reptilia, & volucres cæli.

7 Audivi autem vocem dicentem mihi, Surge Petre, macta & ede.

[a] 1. Petrus immeritò reprehensus ab imperitis, non objicit, se à nemine judicandum, sed palàm facti sui rationem reddit.

8 Dixi verò, Nequaquam Domine: nam nihil commune aut impurũ unquam introivit in os meum.

9 Respondit autem mihi vox secundò e cælo, Quæ Deus purificavit, tu ne polluito.

10 Idq; ter factum est, & rursus omnia sursum retracta sunt in cælum.

11 Tum ecce, eodem momento tres viri supervenerunt in ædes in quibus eram, Cæsarea missi ad me.

12 Dixit verò mihi spiritus ut irem cum eis, nihil addubitans. Venerunt autem mecũ etiam sex isti fratres, & ingressi sumus domum viri illius.

13 Qui annunciavit nobis quomodo vidisset Angelum domi suæ, qui adstitisset ac dixisset ipsi, Mitte aliquos Ioppen, & accerse Simonem qui cognominatur Petrus:

14 Qui tibi ea dicturus est per quæ tu serveris & tota domus tua.

15 Quũ autem cœpissem loqui, illapsus est Spiritus sanctus in eos, quemadmodũ & in nos in principio.

16 Recordatus sum verò illius dicti Domini, quum diceret, Iohannes quidẽ baptizavit aqua, vos verò baptizabimini Spiritu sancto.

17 Postquam igitur par illud donũ dedit eis Deus ut & nobis, quum crediderũt in Dominum Iesum Christum, quis eram ego qui Deum possem inhibere?

18 [b] His autem auditis quieverunt, & glorificaverunt Deum, dicentes, Nempè etiam Gentibus Deus resipiscentiam dedit ad vitam.

19 [c] Cæterùm qui dispersi fuerãt ex afflictione orta ob Stephanum, transierunt usq; in Phœniciam, & Cyprum, & [d] Antiochiam, nemini loquentes sermonem *Dei* nisi solis Iudæis.

20 [e] Erãt autem quidam Cyprii & Cyrenenses, qui ingressi Antiochiam, loquuti sunt Græcis, evangelizantes Dominum Iesum.

21 Fuit autem manus Domini cum eis: multúsq; numerus fide ipsis habita conversus est ad Dominum.

22 [f] Pervenit autem hic rumor ad aures Ecclesiæ quæ erat Hierosolymis. Emiserunt igitur Barnabam ut pergeret Antiochiam usque.

23 Qui quum advenisset & vidisset gratiã Dei, gavisus est, & hortatus est omnes ut proposito cordis permanerent cũ Domino.

24 Nam erat vir bonus & plenus Spiritu sancto & fide. & adjuncta est multa turba Domino.

25 [g] Abiit autem Barnabas Tarsum, ut requireret Saulum: & eum inventum duxit Antiochiam.

26 Factúmq; est ut annum totum congregarentur in Ecclesia, doceréntque turbam multam, & discipuli nominarentur primùm Antiochiæ Christiani.

[b] 8. De veritate comperta quærẽtes, placidè audiendi: sed vicissim ejusdem declarationi acquiescendum est.

[c] 8. Dispersio ecclesiæ Hierosolymitanę, multarũ aliarũ collectionis causa.

[d] De Antiochia Syriæ loquitur, quæ Ciliciæ erat vicina.

[e] 8. Antiochenam Ecclesiam (id est, novam quamdam Gentium Hierusalem) extraordinarię vocationi debemus.

[f] 8. Extraordinariam vocationem nõ temerè damnãt Apostoli, sed tamen ex effectis dijudicãt.

[g] 8. Nulla fuit inter Apostolos de usurpãdis aut retinẽdis sedibus ac gradibus consentio.

8 Et dixi, Absit Domine mi. Nam numquam ingressum est in os meũ quod pollutum & quod contaminatum est.

9 Et rursus vox dixit mihi e cælo, Id quod Deus purificavit, tu ne contamines.

10 Hoc factum est [2] tribus vicibus: & sublata sunt omnia in cælum.

[2] Ad verbum tribus temporibus. Hebraiſ.

11 Et eadẽ hora tres viri qui missi fuerant ad me a Curnilio e Cęsarea, venerũt, & steterunt juxta portam vestibuli *domus* in qua habitabam.

12 Et dixit mihi Spiritus, Abi cum eis absque hæsitatione. Et venerunt mecum isti quoque sex fratres: & ingressi sumus in domum ejus viri.

13 Et narravit nobis quomodo vidisset domi suæ Angelũ qui adstitisset, & dixisset sibi, Mitte in Iuppin civitatem, & accerse Schemeun qui vocatur Kipha:

14 Et ipse loquetur sermones tecum, per quos [3] servaberis tu & tota domus tua.

[3] Ad verbum, Vives. Hebr.

15 Et quũ cœpissem illic loqui, obtexit Spiritus sanctus eos, quemadmodum nos ab initio.

16 Et recordatus sum sermonis Domini nostri, qui dicebat, Iuchannan baptizavit aquis, vos autem baptizabimini Spiritu sancto.

17 Si igitur Deus æqualiter dedit donum gentibus quæ crediderunt in Dominum nostrum Ieschua Christum, sicut nobis, ego quis eram [4] ad cohibendum Deum?

[4] 1. Alii, qui sufficerem ad prohibendum Deum? hoc melius respõdet Græco, sed Tremellio defuit.

18 Et quum hos sermones audivissent, desierunt: & glorificaverunt Deum, & dicebant, Quòd jam etiam gentibus Deus dedisset conversionem ad [5] vitam.

[5] 1. Ad salutem. Hebr.

19 Illi autem qui dispersi fuerant afflictione quæ fuerat propter Stephanum, pervenerunt usque Phœniciam, etiam ad regionem Cypri, & Antiochiam, quum nemini loquerentur sermonem nisi Iudæis tantùm.

20 Erant autem quidam ex eis e Cypro & ex Cyrinia, qui ingressi fuerant Antiochiam, & loquebantur cum Græcis, ac evangelizabant de Domino nostro Ieschua.

21 Erãtque cum eis manus Domini: & multi crediderunt, & conversi sunt ad Deum.

22 Et auditum est hoc ipsum in auribus [6] filiorum congregationis quæ erat in Urischelem. Et miserunt Bar-nabbam Antiochiam.

[6] Hebraismus, i. fidelium qui ad Ecclesiam Urischelẽ pertinebant.

23 Quúmque venisset illuc, & vidisset gratiam Dei, gavisus est: & deprecabatur eos ut toto corde suo adhærerent Domino nostro.

24 Nam vir erat bonus, & repletus erat Spiritu sancto & fide, & adjectus est populus multus ad Dominum nostrum.

25 Et ipse egressus est in Tarsum ad quærendum Schaulem.

26 Quúmq; invenisset eum, adduxit eũ secum Antiochiam. Et annum totum pariter [7] congregati erant in cœtu *illo*, & docuerunt populum multum. Ab eo tempore primùm vocati sunt Antiochiæ discipuli, Christiani.

[7] 1. Conjuncti vivebant in illa Ecclesia.

27 Et

27 Et in diebus illis venerunt ex Urischelem illuc Prophetæ.

28 Et surrexit quidam ex eis, cujus nomen erat Agabus, & notum fecit eis per Spiritum, quòd fames magna futura esset in tota terra: & facta est fames ista in diebus Claudii Cæsaris.

29 Cæterùm discipuli, sicut erat [8] unicuique ex ipsis, [9] decreverunt quod mitterent in ministerium fratrum eorum qui habitabant in Judæa.

30 Et miserunt per manum Bar-nabbæ & Schaulis ad seniores qui ibi erant.

[8] Ad verb. viro viro. Hebraismus.

[9] F. vel decreverunt mittere *collectam* ad usum fratrũ, &c.

27 [h] Per id tempus autem descenderũt Hierosolymis [i] Prophetæ Antiochiam.

28 Et unus eorum surgens, nomine Agabus, significavit per Spiritum, famem magnam futuram in toto terrarum orbe: quæ etiam fuit sub Claudio Cæsare.

29 [k] Singuli verò discipulorum, prout cuique suppetebat, decreverunt [l] subministrationis causa mittere *aliquid* fratribus habitantibus in Judæa.

30 Quod & fecerunt, mittentes ad seniores per manum Barnabæ & Sauli.

[h] B. Dominus suis flagellis sic cum impiis involvit Ecclesiam, ut tamen ei, quacumq; ratione expedit, in tempore prospiciat.

[i] Prophetæ hoc loco vocantur, qui vaticinandi dono præditi erant: quemadmodũ eodem titulo filiæ Philippi posteà insignientur, infr. 21. 9. Tam celebris autem erat Antiochenæ Ecclesiæ fama, ut insignes admodum viri illuc se reciperent.

[k] B. Ecclesiæ omnes unum corpus constituunt.

[l] i. Ut ex eo possent diaconi pauperibus subvenire: omnia enim ritè & ordine administrari oportuit, quamobrem dicuntur hæc misisse ad presbyteros, id est, ad Ecclesiæ gubernatores.

CAPUT DUODECIMUM.

[1] *Herodes Jacobum gladio occidit.* [4] *Petrum incarceratum* [8] *Angelus liberat.* [20] *Rex Tyrius infensus* [21] *placatur:* [22] *Et quum divinos honores sibi vendicat,* [23] *à vermibus erosus, moritur.*

EOdem autem tempore injecerat manus in quosdam qui erãt in Ecclesia, ut malè afficeret eos, Hiraudis rex, is qui cognominatus est Agryppa.

2 Et interfecit gladio Jaakub [1] fratrem Juchannan.

3 Quúmque videret quòd placeret hoc Judæis, [2] adjecit ut apprehenderet Schemeun Kipha: & erant dies azymorum.

4 Et apprehendit eum, & conjecit eum in carcerem ac tradidit ei sexdecim milites, qui servarẽt eum, ut post petscha traderet eum populo Judæorum.

5 Et quum Schemeun servaretur in domo vinctorum, oratio assidua offerebatur a cœtu pro ipso, Deo.

6 Et ea ipsa nocte in cujus diluculo futurum erat ut traderet eum, quũ dormiret Schemeun inter duos milites, & vinctus esset duabus catenis, & alii servarent ostium carceris:

7 Angelus Domini stetit supra eum, & lux effulsit in tota ea domo: & pupugit eum in latere ejus, ac excitavit eum, & dixit ei, Surge velociter. Et ceciderunt catenæ e manibus ejus.

8 Et dixit ei Angelus, Accinge lumbos tuos, & calcea [3] calceamenta tua. Et fecit ita. & iterum dixit ei, involve te operimẽto tuo, & [4] veni post me.

9 Et egressus est, [5] ac abibat post eum, quum ignoraret quòd verum esset quod fiebat per manum Angeli. putabat enim quòd visionem videret.

10 Et quum præterita fuisset custodia prima & secunda, venerunt usque ad portam ferream, & aperta fuit eis [6] sponte. Quúmque egressi fuissent ac transivissent vicum unum, discessit ab eo Angelus.

11 Tunc agnovit Schemeun, ac dixit, Nũc novi in veritate quòd Dominus misit Angelum suum, & eripuit me e manu Hiraudis regis, & ab eo quod cogitabant adversus me Judæi.

12 Et quum considerasset, venit in domum Mariam matris Juchannan qui cognominatus est Marcus: quia fratres multi illic congregati erant, & orabant.

[1] F. Zabdai vel Zebedæi filiũ, Matth. 10. 2.

[2] F. i. præterea comprehẽdit. Hebraiſ. Græcis non insolens.

[3] Vox Syra est טלריך, quæ sonat Talaria tua: sic dicta à talis quibus alligabantur.

[4] Sequere me. Hebraismus.

[5] i. Sequebatur eum. Hebraismus, ut suprà.

[6] Ad verbum, ex voluntate suaei. A seipsa, Absque ullius opera.

Cæterùm [a] per id tempus injectis rex [b] Herodes manibus, malè accepit nonnullos ex Ecclesia.

2 [c] Interemit autem Jacobum fratrem Johannis, gladio.

3 [d] Et quum vidisset *hoc* placere Judęis, perrexit comprehendere etiam Petrum: (erant autem dies Azymorum).

4 [e] Quem etiam prehensum, conjecit in carcerem, traditum [f] quatuor quaternionibus militum, ut eum custodirent: volens eum post pascha producere populo.

5 [g] Petrus igitur asservabatur in carcere: preces autem assiduæ fiebant ad Deum ab Ecclesia pro ipso.

6 Quum verò producturus esset eum Herodes, nocte illa dormiebat Petrus inter duos milites, vinctus catenis duabus, & custodes ante ostium observabant carcerem.

7 Et ecce, Angelus Domini supervenit, & lux splenduit [h] in carcere: & pulsato latere Petri excitavit eum, dicens, Surge citò. Et exciderunt ei catenæ ex manibus.

8 Dixitq; ei Angelus, Præcingere, & subliga sandalia tua. Fecit autem ita. Tum *ille* dixit ei, Amicitor pallio tuo, & sequere me.

9 Itaq; egressus *Petrus* sequebatur eum, nec sciebat verum esse quod fiebat per Angelum, sed putabat *se* visum *aliquod* cernere.

10 Quum autem pertransivissent primam ac secundam custodiam, venerunt ad portam Ferream, quæ ducit in civitatem, quę sua sponte aperta est eis: & egressi progressi sunt per vicum unum: & statim abscessit Angelus ab eo.

11 Tum Petrus [i] ad se reversus dixit, Nunc verè scio Dominum emisisse Angelum suum, & eruisse me e manu Herodis & ex omni exspectatione populi Judæorum.

12 [k] Et *re* apud se animadversa, venit domum Mariæ matris Johannis, qui cognominabatur Marcus, ubi erant multi congregati & orantes.

[a] B. Concedit quidem indutias Ecclesiæ suę Dominus, sed ad tempus.

[b] Herodis nomen commune fuit posteritati Herodis Ascalonitæ cognomento magni. Is autem de quo mentio fit, fuit nepos Herodis Magni, filius Aristobuli, ejus Agrippæ pater, de quo posteà.

[c] Indicta causa, & vi aperta occidit.

[d] B. Tyrannorum verus mos est piorum sanguine redimere impiorum grãtiam.

[e] B. Tyranni sibi ipsis crucem figunt, tum quoque quum agunt ex animi sui sententiã.

[f] Copiolis quaternorum.

[g] B. Preces consilia tyrãnorum evertunt, Angelos a Deo impetrant, carcerem perfringunt, catenas dissolvunt, Satana denique profligato, Ecclesiam servant.

[h] Ad verbum, in habitaculo. Sic honestiore vocabulo carcerem vocabant, Plut. in Solone.

[i] Ad verbum, factus in sese. Nam anteà prorsus attonitus quasi extra se erat.

[k] B. Sacri nocturni conventus tum virorum tum mulierũ (quã diurnis locus non datur) Apostolico exemplo comprobantur.

13 [l] Quum pulsasset autem Petrus ostiũ vestibuli, [m] prodiit puella ut subausculta-
ret, nomine Rhode.
14 Quæ agnita voce Petri, præ gaudio
non aperuit vestibulum, sed intrò currẽs
annunciavit adstare Petrum ante vesti-
bulum.
15 Illi verò dixerũt ei, Insanis. Illa autem
asseverabat ita se *rem* habere. At illi dice-
bant, Angelus ejus est.
16 Petrus verò *ibi* perseverabat pulsare:
quum autem aperuissent, viderunt eum,
& perculsi fuerunt.
17 [n] *Ipse* verò manu postulato ab ipsis
silẽtio, narravit eis quomodo Dominus se
eduxisset e carcere: dixitque, Annunciate
ista Jacobo & fratribus. Et egressus, pro-
fectus est in alium locum.
18 [o] Orto autem die fuit tumultus non
parvus inter milites quidnam factũ esset
Petro.
19 Herodes verò, quum eũ requisivis-
set, & non invenisset, quæstione de custo-
dibus habita, iussit *eos* ad supplicium rapi.
& quum descendisset a Judæa Cæsaream,
ibi commoratus est.
20 [p] Herodes autẽ infenso animo erat
in Tyrios & Sidonios: at illi concorditer
venerunt ad eum, & persuaso Blasto qui
præerat cubiculo regis, petebant pacem:
eò quòd aleretur regio ipsorum ex regis
agro.
21 Statuto autem die, Herodes indutus
veste regia, & considens pro tribunali, cõ-
cionabatur ad eos.
22 [q] Populus verò acclamabat, Vox Dei,
& non hominis.
23 [r] Illicò verò percussit eum Angelus
Domini, eo quòd non [s] tribuisset gloriam
Deo, & [t] erosus a vermibus, exanima-
tus est.
24 [v x] Sermo verò Domini crescebat
ac multiplicabatur.
25 Barnabas autẽ & Saulus reversi sunt
Hierosolymis, expleto ministerio, simul
assumto etiam Johanne qui cognomina-
batur Marcus.

13 Et pulsavit ostium vestibuli: & egressa
est, ut responderet ei puella, cujus nomen
erat Rauda.
14 Et agnovit vocẽ Schemeun: ac præ
gaudio non aperuit ei ostium: sed reversa
est cursu, & dixit eis, Schemeun, ecce stat
ad ostium vestibuli.
15 Dicunt ei, omnino [7] turbata es tibi. Et
illa contendebat quòd hoc ita esset. Di-
cunt ei, [8] Potiùs Angelus ejus est.
16 Et Schemeun pulsabat ad ostium: &
egressi viderunt eum, & attoniti facti
sunt.
17 [9] Et annuebat eis manu sua ut tace-
rent. & ingressus est, ac narravit eis quo-
modo Dominus eduxisset ipsum e domo
vinctorum, dixitq; eis, Narrate hæc Ja-
kub & fratribus. Et egressus abiit in lo-
cum alium.
18 Et quum esset diluculũ, facta est con-
tentio magna inter milites de Schemeun,
[10] quidnam factum esset ei.
19 Hiraudis verò quũ quæsivisset eum,
& non invenisset eum, cõdemnavit ipsos
custodes, & præcepit ut [11] morerentur. Et
egressus est Judæa, ac morabatur in Cæ-
sarea.
20 Et quia iratus erat contra Tyrios &
Tzidonios, congregati sunt & venerunt
ad eum simul, & persuaserunt Blistao
cubiculario regis, & petierunt ab eo ut esset
sibi pax, quia alimonia regionis suæ ex re-
gno erat Hiraudis.
21 Die autem [12] certo indutus erat
Hiraudis veste regia, & sedebat super
thronum, & loquebatur cum congrega-
tione:
22 Populus verò totus clamabat ac di-
cebat, Hæ [13] filiæ vocum Dei sunt, & non
sunt filiorum hominis.
23 Et pro eo quòd nõ dedisset gloriam
Deo, percussit eum Angelus Domini, [14] &
ictus est vermibus, ac mortuus est.
24 Et evangelium Dei prædicabatur, &
incrementum accipiebat.
25 Bar-nabba autem & Schaul reversi
sunt ab Urischelem Antiochiam, postquã
complevissent ministerium suum, & as-
sumserunt secum Juchannan illum qui cognominatus est Marcus.

[l] B. Plus etiam à Deo impetramus, quàm ausimus sperare.
[m] Videlicet è loco ubi congregati erant, non ex ipsis ædibus.
[n] B. Cedendum quidem interdum furori, sed ita ut nihilo negligẽtiùs fiat opus Domini.
[o] B. Consilium malum tãdem consultoribus pessimum.
[p] B. Ecclesiæ hostium tristis & pudendus exitus.
[q] B. Popularis adulatio stultos infatuat.
[r] B. Superbis Deus resistit.
[s] Josephus narrat hunc Regem non repressisse adulatorum voces, quam ob causam & is moriens, de istorum vanitate conquestus est.
[t] Ad verbum, factus vermivorus.
[v] B. Tyranni Ecclesiam diruendo ædificant.
[x] Illi qui audiebant sermonem, augebantur fide & numero.
[7] Ad verb. Turbãdo perturbata es tibi. Emphatica reduplicatio.
F. & pleonasmus Hebraicus, de quo in Matth. 4. 10.
[8] F. vel Fortasse: ut observatum est in Matth. 21. 37.
[9] Ad verb. Movebat ad eos manum suam, ut solent qui audientiã sibi parant.
[10] Ad verbum, Quid esset ei, מה הוא pro מה ארע usitatum Hebræis, Chaldæis & Syris, ut Exod. 32. 1.
[11] Id est, Morte plectereẽtur.
[12] F. i. noto & celebri apud omneis.
[13] Frequenter invenias in antiquis Hebræorũ scriptis (ut in Talmud & in aliis) Filiam vocis pro Voce cælitùs demissa, qua mortales de voluntate Dei admoneretur. vide in tractatu de benedictionibus cap. 1. & in volumine De magistratibus cap. De pecuniariis judiciis, & alibi. Vocatur autem hujusmodi vox Filia vocis, distincta & articulata, quæ Dei voluntatem diserte & perspicuè declaret, ut verba ipsa sint velut partus à voce efformati. Perinde ergo est ac si Tyrii & Sidonii verba Hiraudis prædicarẽt esse Dei oracula, & numẽ quoddam cæleste loquutum fuisse. [14] Syra vox רפת, verbum est præteriti temporis, ut puncta vocalia indicant: nec alibi in Syris, Chaldæis, aut Talmudicis scriptoribus, quos videre licuit, reperitur. Sed nomen רפת invenitur interdum significare Panem, interdum verò Animalium stabulum. Si igitur ab his nominibus sit formatum verbum (ut plura in memoratis linguis à nominibus formãtur) vel significabit Stabulum factus est cum vermibus, sive per vermes (hoc est, stabuli instar sordibus & corruptione plenus) vel Factus est panis cũ vermibus, id est, Vermibus oppletus factus est eorum cibus. Quod propiùs accedit ad Græcæ vocis significationem. Tritum enim est scripturæ phrasi Panem pro omni cibo accipi. F. sed hoc, judicio meo, est exedi: & ex eo appellatur panis edulium, itaque rectè verteris, exesus est à vermibus.

CAPUT DECIMUMTERTIUM.

[2] Paulum & Barnabam sibi segregari jubet Spiritus. [6] Paphi [8] Elymas magus [11] excæcatur. [14] Hinc Antiochiam Pisidiæ profecti, [18] Evangelium prædicant, [45] Judæis acriter contradicentibus.

E Rant [a] autem Antiochiæ in Ecclesia
quæ *illic* erat, quidam Prophetæ &
doctores, Barnabas & Simeon qui voca-
batur Niger, & Lucius Cyrenæus, & Ma-
nahen qui fuerat unà cũ [b] Herode tetrar-
cha educatus, & Saulus.

E Rant autem in Ecclesia quę erat An-
tiochiæ, Prophetæ & doctores, Bar-
nabba, & Schemeũ qui vocabatur Niger,
& Lucius qui erat ex Curini civitate, &
[1] Manail [2] filius educationum Hiraudis te-
trarchæ, & Schaul.

[a] B. Paulus adjuncto Barnaba, non ab homine, nec per hominem, sed Spiritus sancti extraordinario mandato, Gẽtium Apostolus secundò designatus.
[b] Is fuit Antipas, qui Johannem Baptistam interfecit.
[1] Merèi primitiæ, i. Hebræa lingua מנחם. Syrè Manail, quod ad Immanuel accedit, atque hoc usu compertum est, quòd qui vocantur hoc nomine מנחם inter Judæos, ab exteris quibuscum commercia habent vocantur Manuel. Quanquam difficile est præter usum certam afferre rationem. F. Etsi hæc mihi quidem distinguenda videntur in hunc modum: Mannail Syrè, & forma Hebræa Manuel est præpositus a Deo, diversa ab Himmanuel appellatio. Loco verò illorum dixerunt idololatræ Mannachem præpositus à Sole, eo quòd Sol ab illis pro Deo coleretur. Quapropter Syri piè pro Mannachemo Mannailem vel Manuelem pronunciabant. [2] Phrasi Syra eum propriè significat qui à teneris cum aliquo enutritus & educatus est. F. collactaneum Ulpianus vocat l. si collactaneus. ff. de manumiss. vindicta.

2 Et quũ hi jejunâssent, & obsecrâssent Deum, dixit eis Spiritus sanctus, Separate mihi Schaulem & Bar-nabba ad opus illud ad quod vocavi eos.

3 Et, postquam jejunassent & orassent, imposuerunt eis manum, & dimiserunt eos.

4 Et ipsi, quum emissi essent a Spiritu sancto, descẽderũt Seleuciam: & inde iter fecerunt per mare usque in Cyprum.

5 Et quum ingressi essent Salamina civitatem, evangelizabãt sermonem Domini nostri in synagogis Judæorum: & Juchannan ministrabat eis.

6 Et quum circumlustrâssent totam insulam usq; ad Paphum civitatem, invenerunt hominẽ quemdam magicam artem exercẽtem, Judæũ, qui erat Propheta mẽdax, & ejus nomen erat [3] Bar-Schuma.

7 Hic adhærebat viro sapienti, qui erat Proconsul, & vocabatur Sergius Paulus. & vocavit Proconsul Schaulum & Barnabba, & quærebat ut audiret ab eis sermonem Dei.

8 [4] Resistebat autem eis iste magicã artem exercẽs [5] Bar-Schuma, cujus nomen [6] exponitur Elimaus: quia cupiebat avertere Proconsulem a fide.

9 Schaul autem, qui vocatus est Paulus, repletus est Spiritu sancto, & intuitus est in eum:

10 Ac dixit ei, O plene omnibus dolis & omnibus malis, fili [7] accusatoris, & hostis omnis justitiæ, non cessas pervertere vias rectas [8] Domini.

11 Et nunc manus Domini super te: & eris cæcus, & non videbis solem usque ad tempus. Et eadem hora cecidit super eum caligo & tenebræ, & circuibat ac quærebat quisnam apprehẽderet manum suam.

12 Et quum vidisset Procõsul quod factum fuerat, miratus est, & credidit doctrinæ Domini.

13 Paulus autem & Bar-nabba iter fecerunt per mare Papho civitate: & venerũt Pergen civitatem Pamphyliæ: & abscessit ab eis Juchannan, ac profectus est Urischelem.

14 Ipsi verò egressi sunt Perga, & venerunt Antiochiam civitatem Pisidiæ, ac ingressi sunt synagogam, ac sederunt in die Sabbathi.

15 [9] Et postquam lecta esset Lex & Prophetę, miserũt ad eos seniores synagogæ, & dixerunt, Viri fratres, si ita est quòd vobis sit sermo exhortationis, loquimini cum populo.

16 Et surrexit Paulus, & annuit manu sua, ac dixit, Viri, filii Israjel, & qui timetis a Deo, audite.

17 Deus populi hujus elegit Patres nostros, & extulit ac auxit eos quũ essent inco-

2 Illis autem [c] suum ministerium obeũtibus Domino & jejunantibus, dixit Spiritus sanctus, Separate mihi Barnabam & Saulem ad opus ad quod eos [d] advocavi.

3 [e] Quũ *ergo* jejunassent, & precati imposuissent eis manus, dimiserunt *eos*.

4 [f] Ipsi igitur emissi a Spiritu sancto, descenderunt [g] Seleuciam: & illinc abnavigaverunt Cyprum.

5 Quúmq; pervenissent Salamina, annunciarunt sermonem Dei in synagogis Judæorum: habebãt autem etiam Johannem *sibi* subservientem.

6 Peragrata verò insula Paphum usque, invenerunt quemdam magũ pseudoprophetam Judæum, cui nomen *erat* Bariesu,

7 Qui erat cum Proprætore Sergio Paulo, viro intelligente. Hic advocatis Barnaba & Saulo, expetivit audire sermonem Dei.

8 [h] Obsistebat autem eis Elymas, *id est*, magus, (ita enim explicatur nomen ejus) studens avertere Proprætorem a fide.

9 Saulus autem (qui & Paulus) repletus Spiritu sancto, intentis in eum oculis,

10 [i] Dixit, O plene omni dolo & ad quodvis [k] scelus facilitate, fili diaboli, hostis omnis justitiæ, nõ cessabis pervertere vias Domini rectas?

11 Nũc igitur ecce, [l] manus Domini adversùm te: erísque cæcus: non cernens solem ad certũ tempus. Illicò verò incidit in eũ caligo ac tenebræ: & circumiens, quærebat qui sese manu præhensum ducerẽt.

12 Tũc Proprætor quum vidisset quod factũ fuerat, credidit, perculsus super doctrina Domini.

13 [m] Provecti verò Papho Paulus, & qui cum eo erant, venerũt Pergen Pamphyliæ *urbem*. Johannes verò abscedẽs ab eis, reversus est Hierosolymam.

14 At ipsi progressi Perga, venerũt Antiochiam *urbem* [n] Pisidiæ, & ingressi synagogam die Sabbathi consederunt.

15 [o] Post lectionẽ autem Legis & Prophetarum, miserunt præfecti synagogæ ad eos, dicentes, Viri fratres, siquis est [p] in vobis sermo exhortationis ad populum, dicite.

16 [q] Assurgens igitur Paulus, manu silẽtio postulato, dixit, Viri Israëlitæ, & qui timetis Deum, audite.

17 Deus ille populi hujus Israëlis, elegit Patres nostros, & populũ sursùm [r] evexit

[3] F. i. filius tumoris vel inflationis, qui enunciandis suis divinationibus intumescit, tamquam si è vẽtre creparet oracula, ἐγγαστρίμυθος. Vẽtriloquus in Decreto. Syrá origine. Quod autem βαρ, filius in Græco dicitur, non est a nomine sancto Jesu, sed à Syro ישו, quod scientiã verã denotat: estque filius scientiæ, divinus, divina quadã scientia præditus.

[4] Ad verbum, Stabat autem ex adverso eis. Hebraismus.

[5] Bar-Schuma, Latinè sonat Filium nominis, ac Hebraismus est pro homine celebri, sicut Genb 6. dicuntur בני השם אנשי hoc est, Celebres, & sicut בן Hebraicè, ita בר Syriacè sæpè significat Prædituin, ut Deut. 3. 18. & Iud. 21. 10. 1. Sam. 14. 52. בן חיל, id est, Filius roboris accipitur pro Prædito robore, & Iob. 41. 25 בני שחץ Filii superbiæ, pro prædितis superbiæ: Ita hoc loco, Filius nominis Prædितum nomine significabit, id est, Hominem celebrẽ. Qua verò in re celebre fuerit ejus nomen videtur ostendere tum Hebraica ejus appellatio בר ישוע, quã Græci retinuerunt, tum ejus interpretatio Elimas. Nam בר ישוע sonat Prædितum salute, & Elimas, quod Hebraicè scriberetur אלי מעץ, sonat divinum consilium. Salutẽ enim ei ascribebãt qui ejus arte demẽtati erant, eo quòd putarent eum divinorum cõsiliorum participem esse. Sic solet Satã suas artes amplis titulis adornare & tegere: & ita apud Mosen & Danielem huic mago similes malefici splẽdido nomine, nempe חכמים, id est, Sapientes vocati fuerunt. F. vel me judice, divinaculus ἐγγαστρίμυθος, ut antè.

[6] F. putà sermone Cypriomã Cypri multas voces ortu Syras & Arabicas, forma sua induebant, & terminatione ας, ut Ἀλεξίας Saturnus apud Phrygas & Cyprios a frigore dictus: Ἀδώνας à πρεσβείας Adonis, à præstantia: & similia multa. Origo autem hujus nominis esti Trentellio nostro Hebræa videtur esse, ego bona pace puto Arabicam, non ab עלם scire (nam neq; Syrus neque Arabs interpres scripserunt per ע) sed ab altero verbo אלאם, quod illis est mussitare, ut solent isti ἐπῳδοποιοί, de quibus antè monuimus.

[7] Id est Diaboli, ut annotatum est in 4. Matth.

[8] F. alii, Domini δικαιοσύνης.

[9] Morem recitãdi Legem in synagogis diebus sabbathi introductum ab ipso Mose tradunt, & deinde post reditum à captivitate, ab Ezra in usum revocatum, & amplificatum, adjuncta Prophetarum lectione. Legem dividunt in sectiones totidem (quas vocant פרשות) quot sunt in anno sabbatha, quò ita singulis annis tota lex perlegatur, finiatũrque in festo Tabernaculorum, rursũmque sequenti sabbatho ab initio repetatur. Ex Prophetis autem capita quædam quæ appellant הפטרות lectionibus Legis tum numero tum doctrinæ cõsensu, quatenus fieri potest, correspondentia, selecta constituntúque sunt, quæ simul legantur eo ordine, quo descripta sunt ad finem Bibliorum Venetiis excusorum. Peracta legis & Prophetarum lectione, demum assurgebant, accepta priùs venia à primario synagogæ, qui de scripturis apud populum volebãt disserere. Hæc fusiùs explicantur à Maimoni primo volumine, in tractatu De benedictione sacerdotum, cap. 12. & sequentibus.

[c] Fungentibus illis munere suo, i. ut interpretatur Chrysosto. facientibus præconium.

[d] Vocare (unde nomen vocatio in Ecclesia usitatissimum) dicitur Dominus, quum facit existere quod non est, sive illud ad substantiam, sive ad qualitates referatur: sumitur inde translatio, quòd quũ aliquid esse incipit, nomẽ habet: indicatur etiam divina potentia, qui dixit & facta sunt.

[e] Jejunium & preces solennem manuum impositionem præcedebant.

[f] Paulus cum suis Cypritum primo impetu Christo subigit.

[g] Seleucia urbs fuit Ciliciæ, à Seleuco uno ex Alexandri successoribus.

[h] Satan sese Christo opponens, ejus victoriam illustrat.

[i] Magus exuta nordinem quidem, sed corporali tamen pœna à Paulo affectus, ordinariis magistratibus exemplum præbet in eos animadvertendi qui improbè & obstinatè cursum Evãgelii impediunt.

[k] Vitium illud notat, quo qui laboret, ad quodvis scelus facilè ac propenso animo feratur.

[l] Potẽtia quæ sese exerit in feriendis & proterendis suis hostibus.

[m] Exẽplum in eodẽ cœtu, tum singularis constantiæ, tũ magnæ imbecillitatis.

[n] Distinguitur ab Antiochia Syriæ.

[o] Ex. In synagoga (ad cujus exemplar institutos fuisse constat Ecclesiæ Christianæ cœtus) primùm habebatur sacrorum librorum lectio, deinde etiam iis qui doctrina pollere videbantur, fiebat ab archisynagogis loquendi potestas.

[p] Hebr. quo significatur, divinæ gratiæ dona in nobis esse tamquam in thesauris, eáque nostra non esse, sed Dei. Sic David, Posuisti in os meum cãticum novum. Psal. 40. 1.

[q] Ex. Deus plurimis peculiaribus beneficiis electũ Israëlem affecit, sed illo in primis quòd æternum liberatorem ei promisit.

[r] Sublatum evexit in dignitatem.

quum cõmoraretur *in terra Ægypti, *& ex ea eduxit eos [s] elato brachio.

18 Et circiter *quadraginta annorũ tempus mores eorum pertulit in deserto.

19 Et quũ delevisset septem gentes in terra Chanaã, *sorte distribuit eis terram earum.

20 Et posteà annis circiter [t] quadringentis quinquaginta * dedit judices usq; ad Samuelem Prophetam.

21 Et exinde *petierũt regem, *deditq; eis Deus Saulem filium Cis, virum ex tribu Benjamin, [v] annis quadraginta.

22 Et amoto illo, excitavit eis Davidem in regẽ, cui etiam testimonio dato dixit, * Inveni Davidem *filium* Jesse, virum secundùm cor meũ, qui exsequetur omnes voluntates meas.

23 [x] Hujus e semine Deus * secundùm promissionem excitavit Israëli Servatorẽ Jesum.

24 *Quum antè prædicâsset Johannes [y] coram eo jam adventante, Baptismũ resipiscentiæ toti populo Israëlis.

25 Quũ autem expleret Johannes cursum, dixit, Quem me suspicamini esse? non *is* sum ego, sed ecce, venit post me, cujus pedum soleam non sum dignus qui solvam.

26 [z] Viri fratres, filii generis Abrahami, & qui inter vos timetis Deũ, vobis sermo salutis hujus missus est.

27 [a] Qui enim habitabãt Hierosolymis, & primores eorũ, quum hunc ignorarent, tum voces Prophetarum quæ per omne Sabbathum leguntur, eo damnato, impleverunt:

28 Tũ nulla causa mortis inventa, *petierunt a Pilato ut interimeretur.

29 Quum verò perfecissent omnia quæ de eo scripta sunt, detractum e ligno, posuerunt in monumento.

30 [b] *Deus autem suscitavit eũ ex mortuis.

31 Qui conspectus est per dies multos iis qui simul ascenderant cum eo a Galilæa Hierosolymam, suntq; testes ejus apud populum.

32 Et nos vobis evangelizamus eã promissionem quæ patribus facta est, Deũ videlicet eam implevisse filiis illorum, *id est* nobis, [c] suscitato Jesu:

33 [d] Ut etiam in Psalmo secundo scriptum est, * Filius meus es tu, ego hodie genui te.

34 Quod autem suscitaverit eum ex mortuis, non ampliùs reversurũ in sepulcrum, ita dixit, * Dabo vobis [e] firmas illas Davidis beneficentias.

35 [f] Ideò & aliâs dicit, *Non sines sanctũ illum tuum sentire corruptionem.

36 Nam David quidem postquam ætate sua inservivit Dei consilio, *obdormivit, & appositus est patribus suis, sensitq; corruptionem:

læ in terra Ægypti: & brachio elato eduxit eos ex terra.

18 [10] Et nutrivit eos in deserto quadraginta annis.

19 Et perdidit septem populos in terra Kenaan, & dedit eis terram eorum hæreditate.

20 Et quadringentis & quinquaginta annis dedit eis judices, usq; ad Schemuil Prophetam.

21 Et tunc petierunt sibi regem, & dedit eis Deus Schaülem filiũ Kisch, hominem ex genere Benjamin annis quadraginta.

22 Et sustulit eũ, & suscitavit eis Davidem regem: & testatus est de eo, & dixit, Inveni Davidem filium Ischai, hominem secũdùm cor meum: ipse facit omnes voluntates meas.

23 E semine hujus excitavit Deus Israëli, juxta id quod pollicitus fuerat, Jeschua liberatorem.

24 Et misit Juchannan ut prædicaret ante adventum ejus, baptismum conversionis toti populo Israjel.

25 Et quũ expleret Juchannan ministerium suũ, dicebat, Quem putatis vos me esse? non sum ego: sed ecce, venit post me is cui nõ sum dignus ut solvam corrigias calceamentorum ejus.

26 Viri fratres, filii generis Abraham, & qui vobiscum sunt timentes Deũ, vobis hic missus est sermo salutis.

27 Qui enim habitant in Urischelem, & primores eorum, non [11] senserunt illum *sermonem*, nec etiam scripta Prophetarum quæ leguntur per omne sabbathum: sed condemnaverunt eum, & compleverunt omnia quæ scripta sunt.

28 Et quum nullam invenissent causam mortis, petierunt a Pilato ut interficerent eum.

29 Quúmq; perfecissent quicquid scriptum esset de eo, dimiserunt eum de cruce, & posuerunt eum in loco sepulcri.

30 Deus autem excitavit eum [12] a mortuis.

31 Et visus est diebus multis iis qui ascenderunt cũ eo ex Galilæa in Urischelem: & illi sunt nunc testes ejus apud populum.

32 Et etiam nos, ecce evangelizamus vobis quòd promissionem illam quæ facta fuit patribus nostris, complevit Deus nobis filiis illorũ, qui excitavit Jeschua.

33 Sicut scriptum est in secũdo Psalmo, Filius meus es tu: ego hodie genui te.

34 Et sic excitavit eum Deus a mortuis ut rursus non sit [13] reversurus visurus corruptionem, quemadmodum dicit, Dabo vobis beneficentiam David fidelem.

35 Et rursus dixit in loco alio, Non dedisti benignum tuum [14] ut videret corruptionem.

36 David enim in ætate sua ministravit voluntati Dei, & obdormivit, adjunctúsq; est patribus suis, ac vidit corruptionem.

*Exod. 1. 9.
*Exod. 12. 14.
s Apertè exerta vi ad hostes populi sui cõtinendos.
*Exod. 16. 1.
*Josue 14. 1.
t A nato Isaaco ad deletos usque, ductore Iosua. Chananæos intercesserunt anni quadringenti quadraginta septem, ideò additur particula circiter, quia tres anni desunt, sed usus est majore numero integro Apostolus.
* Judic. 3. 9.
*1. Sam. 8. 5.
*1. Sam. 9. 15. & 10. 1.
v In hoc quadraginta annorũ spatio, conjungi debet tẽpus Samuelis cum temporibus Saulis. illius enim quasi absorpta fuit à regno administratio.
v 1. Sam. 16. 13. Psal. 89. 21.
x 2. Iesum esse servatorem illum ex Davide exoriturum probat ex Johannis testimonio.
*Esa. 11. 1.
*Malach. 3. in Matth. 3. 1.
y Iohannes apparitoris instar Christum non eminùs, ut alii Prophetæ, venturum significavit, sed jam iter ingressum & sibi imminẽtem commõstravit.
z 2. Judæis propriè promissus & missus Christus.
a 2. Jesu acciderunt quæcumque de Messia prædixerãt Prophetæ, ut hinc quoq; constet illum esse verum & unicũ illum Servatorem: nec tamen propterea excusantur, qui eum non modò non receperunt, sed etiam crudelissimè (quávis innocentem) sunt persequuti.
*Matth. 27. 22. Mar. 15. 13. Luc. 23. 23. Ioh. 19. 6.
b 2. Opponẽda est gloria resurrectionis, ignominiæ crucis & sepulturæ. Probatur autem resurrectio tum oculatis testibus, tum Prophetarum testimoniis. *Matth. 28. 2. Mar. 16. 6. Luc. 24. 6. Ioh. 20. 14. c Verè enim tunc & manifestè apparuit ut Dei unigeniti Filius, quum deposita infirmitate, victor mortis è sepulcro emersit. Nisi tũ suscitatus fuisse dicatur, quũ factus est carorum Græcum verbum constat nonnumquam accipi. d 2. Si Christus mansisset in morte, non esset verus Filius Dei, nec firmum esset fedus cum Davide sancitum. *Psal. 2. 7. Heb. 1. 5. & 5. 5. *Esa. 55. 3. e Ad verbum sancta David fidelia. sancta autem vocant Græci quod Hebræi beneficentias: vocantur autem beneficẽtiæ David passiva significatione, id est, quæ in Davidem fuerunt collatæ: fideles autem dicuntur Hebræorum idiotismo firmæ atq; constantes. f 2. Sic intravis sepulcrum Dominus, ut ne corruptionem quidem senserit. *Psal. 16. 10. *1. Reg. 2. 10.

10 Ac si Græcè pro ἐθρέψατο scriptũ esset ἐδίδου, Nutrivit: sed latum est inter utrumque verbũ discrimen, ut potiùs existimem sensum respexisse. Nã ea clara certáque fuit tolerantia Dei erga immorigerum populum, quòd nõ destitit eos paternè alere & sua cura prosequi, quod innuit noster paraphrastes. r. etsi non alienum est, si verbum ἐτροφοφόρει cũ Chrysostomo acceperis, ut si esset ἐτροφοτρόφει quod est instar nutricis ferre atque educare: nempe mutata aspirata in tenuem suá causa euphoniæ quæ mutatio Græcis nõ est insolens. Sic ante annos fere mè sex scribebat ad me D. Joannes Luidus Anglus, & eruditis Græcorum exemplis placere sibi confirmabat. De hoc autẽ argumento & oratione Pauli in Parallelis diximus.
11 Sic apud Hebræos Intelligendi, & Sentiendi verba cõfunduntur, ut Psal. 58. 10.
12 Ad ver. De inter mortuos: ut Gallicè, *D'entre les morts*, sic ℣. 34.
13 r. id est, reversurus ad videndum. Hebraismus.
14 Id est, Ut obnoxius esset corruptioni: ut infrà semel atque iterum sequitur. Hebraismus.

37 Hic verò quem excitavit Deus, non vidit corruptionem.

38 Scitote igitur, fratres, quòd per hũc ipsum prędicatur vobis remissio peccatorum.

39 Et ab omnibus a quibus non potuistis per Legem Musche [15] justificari, per hunc, quisquis credit, justificatur.

40 Cavete igitur ne veniat super vos id quod scriptum est in Prophetis:

41 Videte contemtores, & admiremini, ac devastemini. quia opus operor in diebus vestris, quod nõ crederetis siquis narraret vobis.

42 Et quum egrederentur [16] ab eis, petierunt ab ipsis ut sabbatho alio loqueren tur sermones istos secum.

43 Et postquam dimissa esset congregatio, multi Judæi [17] iverunt post eos, & etiam proselyti, qui timebant a Deo: & ipsi loquebantur & suadebant eis [18] ut adhærerent gratiæ Dei.

44 Et sabbatho alio congregata est tota civitas ad audiendum sermonem Dei.

45 Et quum vidissent Judæi turbam magnam, repleti sunt invidia, [19] & obsistebant contra sermones quos loquebatur Paulus, ac blasphemabant.

46 Dixit autem Paulus & Bar-nabba liberè, Vobis oportebat primùm prędicari sermonem Dei, sed quia repellitis ipsum a vobis, & statuitis contra vos ipsos quòd non digni sitis vita quæ est in æternum, ecce, convertimus nos ad Gentes.

47 Sic enim præcepit nobis Dominus noster, sicut scriptum est, Posui te lucem Gentibus, ut sis in salutem usque ad fines terræ.

48 Quúmque audirent Gentes, gaudebant & glorificabant Deum, crediderúntque illi qui [20] positi erant ad vitam quæ est in æternum.

49 Et sermo Domini prædicabatur in tota illa regione.

50 Judæi verò suscitaverunt principes civitatis, & mulieres divites quæ cum illis [21] timebant Deum: & excitaverunt persequutionem contra Paulum & contra Bar-nabbam, & ejecerunt eos e limitibus suis.

51 Et quum egrederentur, excusserunt contra eos pulverem pedum suorum: & venerunt in Iconium civitatem.

52 Et discipuli replebantur gaudio & Spiritu sancto.

[15] Justificari pro Absolvi in judicio, Exod. 27. 7. & Deut. 25. 1. & passim alibi in utroque Testamento.

[16] Ad verb. Alatere eorum: Hebraismus.

[17] i. Sequuti sunt eos. Heb.

[18] Quasi affixi & conglutinati permanerẽt in gratia Dei. Hęc est vis verbi Syriaci.

[19] i. Opponebant se, & repugnabant sermonibus Pauli.

[20] f. i. dispositi & ordinati a Deo.

[21] puta secundùm legem quamvis non ampliùs institutę in viis Domini.

37 At is quem Deus excitavit, non sensit corruptionem.

38 [g] Notum igitur sit vobis fratres, annunciari vobis remissionem peccatorum per istum.

39 [h] Et ab omnibus a quibus non potuistis per Legem Mosis [i] justificari, per hunc credentem quemvis justificari.

40 [k] Videte ergo ne vobis superveniat quod dictum est in [l] Prophetis,

41 *Videte ô contemtores, & admiramini, & disparete: quia opus operor ego diebus vestris, opus quod non credetis, si quis enarraverit vobis.

42 [m] Egressis autem *eis* e synagoga Judæorum, rogârunt Gentes ut intra proximè sequens Sabbathum exponerentur sibi hæc verba.

43 Solutóque conventu, sequuti sunt multi ex Judæis & [n] religiosis proselytis Paulum ac Barnabam: qui alloquentes eos, persuaserunt eis ut permanerent in gratia Dei.

44 Sequente verò Sabbatho urbs propè tota congregata fuit ad audiendum sermonem Dei.

45 [o] Visa autem turba, Judæi repleti sunt invidia, & contradicebant iis quæ a Paulo dicebantur, contradicentes ac [p] blasphemantes.

46 ¶ Tunc loquendi [r] libertate usi Paulus ac Barnabas dixerunt, Vobis necesse fuit primùm exponi sermonem Dei: postquam autem illum repellitis, & indignos vos ipsos [s] decernitis æterna vita, ecce, convertimus nos ad Gentes.

47 Ita enim nobis præcepit Dominus, *dicens*, *Constitui te ut sis lux Gentium, ut sis saluti usque ad ultimas terras.

48 Gentes autem hæc audientes, gavisę sunt, & laudibus extulerunt sermonem Domini: & crediderunt quotquot erant [t] ordinati ad vitam æternam.

49 Perferebatur autem sermo Domini per totam illam regionem.

50 [v] Judæi verò exstimulârũt mulieres [x] religiosas & honoratas, & primos urbis, & excitârunt persequutionem in Paulum ac Barnabam, ejecerúntque eos e finibus suis.

51 *[y] At illi excusso pulvere pedũ suorũ in eos, venerunt Iconium.

52 Discipuli verò replebantur gaudio & Spiritu sancto.

[g] 2. Christus ideo missus, ut per Legem damnatos gratuita remissione peccatorũ donet.

[h] Quum ceremoniæ legales vos absolvere non potuerint a peccatis, absolvemini per istũ, si fide illum amplectamini.

[i] Ad verb. justum declarari.

[k] 2. Beneficia Dei cedunt cõtemtoribus certo exitio.

[l] Vide Marc. 1. 2.

* *Habac. 1. 5.*

[m] 2. Gentes præeunt Judæis in regnũ cælorum.

[n] Qui relicto Paganismo, Mosis religionem etiam amplexi.

[o] 2. Evangelii ejusdem odor reprobis incredulis mortem spirat, electis autem credentibus vitam.

[p] Contumeliis & conviciis incessentes.

[q] 2. Evangelium, expresso Dei mandato, Gentibus promulgatum.

[r] Usi oratione libera, aperta, & confidente.

[s] Hoc vestro facto quasi sententia in vos lata statuitis & decernitis.

* *Esa. 49. 6.*

[t] Itaque aut non omnes erant vitę æternæ destinati, aut omnes necesse fuisset credere: quod quia verum non est, sequitur quosdam destinatos fuisse, itaque non tantùm Deum præscivisse, sed etiam præordinasse, ut nec fides, nec fidei effecta, causæ sint ordinationis sed ordinatio fidei.

[v] 2. Ea est hostium evangelii calliditas, ut quorumdam etiam alioqui non penitùs malorum simplicitate ad suam crudelitatem exercendam abutantur. [x] Quæ essent Mosis Legem amplexæ. * *Infr. 18. 6. Mat. 10. 14. Mar. 6. 11. Luc. 9. 5.* [y] 2. Non obstat mundi perfidia, quominùs sibi Dominus Ecclesiam colligat & collectam foveat.

CAPUT DECIMUMQUARTUM.

[1] Paulus & Barnabas [5] Iconio ejiciuntur. [6] Paulus Lystræ [10] claudum sanat, [13] & sibi sacrificaturos [15] prohibet: [19] Ibidem Iudæis auctoribus lapidatur. [23] Hinc multis Ecclesiis peragratis, [26] Antiochiam revertuntur.

ET venerunt & ingressi sunt in synagogam Judęorum, & ita loquuti sunt cum eis ut crederent multi ex Judæis & ex Græcis.

2 Judæi verò ex illis qui non obediebant, excitaverunt Gentes ut malè af-

FACTũ est [a] autem [b] Iconii ut simul introirẽt synagogam Judæorum, & ita loquerentur, ut crederet Judæorum simul & Græcorum magna multitudo.

2 Judæi verò, [c] qui assensi non fuerunt *sermoni*, incitârunt & [d] malè affectos red-

[a] 2. Non minùs constantes esse nos oportet, quàm obstinata est malorum perversitas.

[b] Iconiũ urbs fuit Lycaonię.

[c] Qui nõ paruerunt doctrinę.

[d] Ad verb. depravârunt.

diderunt animos Gentium adversus fratres.

3 [c] Multum igitur tempus *ibi* commorati sunt liberè loquentes, freti Domino, qui testimonium dabat sermoni gratiæ suæ, dabatque ut signa & prodigia ederẽtur per manus eorum.

4 Fissa est autem multitudo urbis: & alii quidem erant à Judæis, alii verò ab Apostolis.

5 Quùm autem factus esset impetus Gentium ac Judæorum unà cum suis primoribus ad eos contumeliis afficiẽdos & lapidandos,

6 Re inter se animadversa [f] perfugerunt in civitates Lycaoniæ Lystram & Derben, & circumjacentem regionem:

7 Et illic evangelizaverunt.

8 [g] Quidam autem vir Lystris captus pedibus sedebat, claudus ab utero matris suæ, qui nunquam ambulaverat.

9 Hic audivit Paulum loquentem: qui quum intendisset in eum oculos, & vidisset quòd fidem haberet *se* liberatum iri,

10 Dixit voce magna, Surge in pedes tuos rectus. At *ille* exsiliit & ambulavit.

11 Turba verò quum vidisset quod fecerat Paulus, sustulerunt vocem suam, Lycaonicè dicentes, Dii assimilati hominibus, descenderunt ad nos.

12 Vocabántque Barnabam, Jovem: Paulum verò Mercurium: quoniam is præibat in loquendo.

13 Sacerdos autem Jovis collocati ante illorum urbem, quum tauros vittatos ad [h] vestibula adduxisset, volebat cum turba sacrificare.

14 Quod quum audissent Apostoli Barnabas & Paulus, [i] diruptis palliis suis insilierunt in turbam clamantes,

15 [k] Ac dicentes, Viri, cur ista facitis? nos quoque sumus homines [l] iisdem quibus vos affectionibus obnoxii, annunciãtes, ut a[m] vanis istis rebus convertatis vos ad Deum illum vivum, * qui fecit cælum & terram, & mare, & omnia quæ in eis sunt.

16 [n] Quique præteritis ætatibus * sivit omnes gentes [o] suis ipsarum viis incedere.

17 Quamquam non passus est se *esse* expertem testimonii, bona tribuendo, dans nobis cælitùs pluvias ac præstituta tempora fructibus perferendis, implens cibo & delectatione corda nostra.

18 Et hæc dicentes, vix compescuerunt turbam ne ipsis sacrificaret.

19 [p] Supervenerunt autem quidam Judæi Antiochia & Iconio, qui persuasa turba, * Paulum lapidatum traxerunt extra urbem, existimantes eum mortuum esse.

20 Quum autem circumstetissent eum discipuli, surrexit, & ingressus est urbem, & postridiè egressus venit Derben cum Barnaba.

ficerent fratres.

3 Et ii tempus multum manserunt ibi, & liberè loquebantur de Domino: & ipse testabatur de sermone gratiæ suæ per signa & prodigia quæ faciebat per manus eorum.

4 Et tota turba civitatis divisa erat: ex illis erant cum Judæis, & ex illis adhærebant Apostolis.

5 Factus est autem in hos impetus a Gẽtibus, & a Judæis ac primoribus eorum, ut contumeliis afficerent eos & obruerẽt eos lapidibus.

6 Quúmque *hoc* cognoscerent, discesserunt, & confugerũt in civitates Lycaoniæ [t] & Lystræ & Derbæ & pagos qui sunt circa eas:

7 Et ibi evangelizabant.

8 Et homo quidam habitabat in Lystra civitate: qui affligebatur in pedibus suis, claudus a ventre matris suæ, qui nũquam ambulaverat.

9 Hic audivit Paulum loquentem: & quum vidisset eum Paulus, & agnosceret quòd esset in eo fides quòd salvus futurus esset,

10 Dixit ei voce elata, Tibi dico, in nomine Domini nostri Jeschua Christi surge in pedes tuos. Et exsiliens surrexit, ac ambulavit.

11 Et congregatio populi, quum vidissent id quod fecerat Paulus, extulerunt vocem suam lingua regionis, & dicebãt, Dii assimilati sunt filiis hominis, & descẽderunt ad nos.

12 Et nominabant Bar-nabbam [z] dominum deorum, & Paulum, Mercurium, quia ipse principatum habebat in sermone.

13 Et sacerdos domini deorum, qui erat extra civitatem, adduxit tauros & coronas ad portam vestibuli ejus loci ubi habitabant, & volebat mactare illis.

14 Bar-nabba autem & Paulus, quum audivissent, sciderunt vestimenta sua, & exsilierunt: & egressi sunt ad cœtum, & clamabant.

15 Ac dicebant, Viri, quid facitis? Etiam nos filii hominis sumus, passionibus obnoxii sicut vos, & annunciamus vobis ut ab istis inutilibus convertamini [3] ad *Deum* viventem, qui fecit cælum & terram & maria, & omnia quæ sunt in eis.

16 Qui in ætatibus priscis sivit omnes gentes ut ambularent per vias [4] proprias:

17 Nõ relinquẽs seipsum sine testimonio, quum faceret eis bona e cælo, & dimitteret pluviam, & crescere faceret fructus temporibus suis, ac impleret saturitate & lætitia corda eorum.

18 Et quum hæc dicerẽt, vix cohibuerunt populum ne quis mactaret ipsis.

19 Venerunt autem Judæi ex Iconio & Antiochia: & commoverunt contra eos populum: & lapidaverunt Paulum, & traxerunt eum extra civitatem, quia putabant quòd mortuus esset.

20 Et congregati sunt iuxta eum discipuli, & surgens ingressus est in civitatem: & die postero egressus est inde cum Bar-nabba, ac venerunt in Derben civitatem.

[c] 3. Non cedẽdũ minis, imò ne aperto quidẽ furori, nisi quum ita prorsus necesse est, idq; nõ quietis captandæ causa, sed ut eo latius propagetur Evangelium.

[f] Licet aliquãdo fugere periculã opportunè.

[g] 8. Vetus est diaboli astus, efficere ut fideles servi Dei vel semel profligentur, vel pro idolis colantur, idque præcipuè arrepta ex miraculis occasione.

[h] Ædium in quibus habitabant Paulus & Barnabas.

[i] Vide Mat. 26.65.

[k] 15. Idololatria etiam dicitur quæ creaturis quantumvis sanctis & eximiis, quod unius Dei esset tribuit, nempe invocationis cultum.

[l] Mortales ut vos estis, & ejusdem atque vos humanæ naturæ participes.

[m] Hebræorum more Idola res vanæ vocãtur.

*Gen. 1. Psal. 146. 6. Apoc. 14. 7.

[n] 16. Consuetudo quantum libet vetus nõ excusat idololatras.

*Psal. 81. 12.

[o] Ex arbitrio suo vivere, nulla ipsis præscripta ratione religionis.

[p] 19. Diabolus in extremum redactus, tandem aperte furit, sed frustrà, tunc quoque quum videtur esse superior.

*2. Cor. 11. 25.

[t] 6. Vel & Lystram, & Derben, &c. διὰ πολλοῦ ἐστιν.

[z] Periphrasis est Jovis, quem prophani poëtæ appellant deorũ regem.

[3] F. al ad vivẽtem illum qui fecit, &c.

[4] Ad ver. Animæ suę, id est. Propriæ voluntatis. Hebraismus.

21 Et

21 Et quum evangelizassent [5]filiis civitatis illius, discipulos fecerunt multos: & conversi venerunt Lystram civitatem, & Iconium & Antiochiam:

22 Quum confirmarent animos discipulorum, & [6]hortarentur eos ut perseverarent in fide, ac dicebant eis quòd per oppressiones multas oporteat ingredi in regnum Dei.

23 Et constituerunt eis in omni cœtu seniores, quum jejunarent unà cum eis, ac orarent, commendaréntque eos Domino nostro in quem crediderant.

24 Et quum circuissent loca Pisidię, venerunt ad Pamphyliam.

25 Et quum loquuti essent in Perga civitate sermonem Domini, descenderunt [7] ad Attaliam.

26 Et inde iter fecerunt per mare, & venerunt Antiochiam: qui inde commendati fuerant gratiæ Domini ad opus illud quod expleverunt.

27 Et quum congregassent totum cœtum, narrabant quicquid fecisset Deus [8] cum eis, & quòd aperuisset ostium fidei gentibus.

28 Et tempore multo manserunt ibi apud discipulos.

21 [q] Quúmque evangelizassent urbi illi, & discipulos multos adjunxissent, reversi sunt Lystram & Iconium & Antiochiam:

22 [r] Confirmantes animos discipulorum, hortantes ut permanerent in fide, & *dicentes* oportere per multas afflictiones nos ingredi in regnum Dei.

23 [s] Quúmque ipsis per suffragia creassent per singulas Ecclesias Presbyteros, precatíque essent cum jejuniis, commendârunt eos Domino in quem crediderant.

24 [t] Peragratáque Pisidia, venerunt in Pamphyliam.

25 Ac Pergæ loquuti *Domini* sermonem, descenderunt [v] Attaliam.

26 * Et illinc enavigârunt [x] Antiochiam, unde fuerant commendati gratiæ Dei ad opus quod impleverant.

27 Quum autem venissent & congregassent Ecclesiam, retulerũt quanta Deus per ipsos effecisset, eúmque aperuisse Gẽtibus ostium fidei.

28 Et commorati sunt illic non parvum tempus cum discipulis.

[5] i. Civibus natis in ea civitate. Hebraismus.

[6] Ad ver. Peterent ab eis.

[7] Scriptum erat לאישליא, Ad Italiã: sed perperã. quare non dubitavi litera Jod sublata, restituere lectionem & scribere לאשליא, Ad Attaliam.

[8] Hebraismus, pro erga eos. Simile legitur Psal. 86.17. & Psalm. 119.124.

[q] 8. Per mediam mortes nihilominus in vocatione pergendum.

[r] 8. Ministrorum est, non tantùm docere, sed etiã jam doctos confirmare, & ad cruce præparare.

[s] 8. Apostoli plãtatas Ecclesias commiserunt propriis pastoribus, quos qdẽ nec temerè, sed præcũtibũ precib⁹ & jejuniis, crearunt, nec pretio, aut imperiosa potestate Ecclesiis obtruserunt, sed cœtus suffragiis comprobatos constituerunt.

[t] 8. Paulus & Barnabas sua peregrinatione defuncti, & Antiochiã reversi, rationem itineris sui Ecclesiæ exponunt.

[v] Attalia urbs Pamphylię ma

titima, Lyciæ vicina. [x] *Sup. 13.1.* [x] Antiochiam Syriæ.

CAPUT DECIMUMQUINTUM.

[2] *Antiochenis quidam jugum Legis obtrudere conantur.* [6] *Consulti de hac re Apostoli,* [19] *& quid facto opus sit,* [23] *per literas indicant.* [36] *Paulus separatus a Barnaba Ecclesias Asiæ revisit.*

DEscenderãt autem quidam ex Judæa, & docebant fratres, Si nõ circumcisi sitis juxta consuetudinem Legis, non potestis servari.

2 Et facta est commotio magna & disputatio Paulo & Barnabæ contra eos, [1] & factum est ut ascenderent Paulus & Barnabba, & alii cum eis, ad Apostolos & seniores qui erant in Urischelem propter hanc quæstionem.

3 Et deducẽs dimisit eos ecclesia, & iter fecerũt per totam Phœnicen, & etiam inter Samaritanos, narrãtes de conversione gentium, [2] & fecerũt gaudium magnum omnibus fratribus.

4 Quúmque venissent in Urischelem, excepti sunt ab ecclesia & ab Apostolis & a senioribus: & narraverũt eis, quicquid fecisset [3] cum eis Deus.

5 Surrexerũt autem homines [4] qui crediderũt ex doctrina Pharisæorum, & dicebant, Necesse erat vobis circumcidere eos, & præcipere eis ut servent Legem Musche.

6 Cõgregati verò sunt Apostoli & Seniores ut disputarent de sermone hoc.

7 Et quũ fuisset disceptatio multa, surrexit Schemeun, & dixit eis, Viri fratres, vos scitis, quòd a diebus prioribus [5] ex ore meo elegit Deus ut audirẽt gentes sermonem evangelii, & crederent.

8 Et Deus qui novit id quod est in cordibus, testatus est de eis, ac dedit eis spiritum sanctum, sicut nobis.

POrrò [a] [b] quidam qui descenderant e Judæa, docebãt fratres, *& dicebant,* Nisi circumcidamini ritu Mosis, nõ potestis servari.

2 [c] Orta igitur repugnantia & disceptatione nõ parva Paulo ac Barnabæ adversus illos, constitutum fuit ut ascenderent Paulus & Barnabas & quidam alii ex illis, ad Apostolos ac Presbyteros Hierosolymam, super hac quæstione.

3 Illi ergo [d] deducti ab Ecclesia, peragrârunt Phœnicem & Samariam, narrantes conversionem Gentium: & gaudio magno affecerunt omnes fratres.

4 Quum autem pervenissent Hierosolymam, excepti sunt ab Ecclesia & ab Apostolis, ac Presbyteris, & retulerũt quãta Deus per ipsos effecerat.

5 Sed (*ajebant*) quidam surrexerunt ex hæresi Pharisæorum qui crediderunt, dicentes oportere ipsos circumcidere & eis mandare ut observent Legem Mosis.

6 [e] Congregati sunt igitur Apostoli & Presbyteri ut dispicerent de hac re.

7 Quum autem multa disceptatio fuisset, surgens Petrus dixit eis, * [f] Viri fratres, vos scitis Deum [g] jampridem [h] inter nos elegisse *me*, ut per os meum audirent Gentes sermonem Evangelii, & crederent.

8 Et ille cordium cognitor Deus præbuit eis testimonium, dato ipsis Spiritu sancto, sicut & nobis:

[1] Pro, contigit ut ascenderẽt, subaudi, ex sententia fratrum. Hebraismus.

[2] i. Ea narrando affecerunt magno gaudio fratres. Hebraismus.

[3] i. erga eos. ut suprà 1. vide sup. 14.27.

[4] 1. nempe, inquiebant illi. Ellipsis Hebræis frequẽs, ut inf. 17.3.

[5] 7. vel per os meum, meum, inquam, elegit Deus ut audirent gẽtes, &c. Emphasis.

[a] 8. Ecclesia tandem etiam civili dissidio exercetur, orto a superbis & præfractis ingeniis malorũ initio. Fuit autem prima contentio de Christi officio, solánc ipsius justitia per fidem apprehensa justificati servemur, an verò legis etiã observatione sit opus.

[b] Epiphanius indicat fuisse Cerinthum.

[c] 8. Ecclesiarũ conventus ad opprimendas hæreses instituti, ad quos communi nomine certi homines mittebantur.

[d] Officiosè deducti ab Ecclesiastico cœtu, id est, a quibusdam delegatis ab Ecclesia.

[e] 8. Res priùs in Apostolorũ & Presbyterorum conventu audita utraqꝫ parte disceptatur, deinde cũ plebe communicatur.

* *Supr. 10.20. & 11.12.*

[f] 8. Deus ipse in vocatione Gentium incircumcisarum, docuit fide absque legali cultu salutem constare. [g] Ad verb. a diebus antiquis. id est, ab initio mandati præconii Evangelii, & statim post delapsum super nos Spiritum sanctum. [h] Ex nobis, vel ex nostro cœtu Apostolico.

9 *Nihilque[i] discrevit inter nos & illos, [k] fide *ab ipso* purificatis cordibus eorum.

10 [l] Nunc ergo[m] quid tentatis Deum, *ad imponēdum jugum cervici discipulorum, quod neq; patres nostri, neque nos portare valuimus?

11 Imò per gratiam Domini Jesu Christi credimus nos servatum iri, quemadmodum & illos.

12 [n] Tacuit autem tota illa multitudo, & audiebant Barnabam & Paulum, exponētes quanta Deus edidisset signa & prodigia per ipsos inter Gentes.

13 Postquam autem ipsi cōticuissent, respondit[o] Jacobus dicens, Viri fratres, audite me.

14 [p] Symeon exposuit quomodo primùm Deus respexerit *Gētes*, ut sumeret ex ipsis populum nomini suo.

15 Et huic *rei* cōsonant verba Prophetarum: sicut scriptum est,

16 *Post hæc revertar, & restaurabo tabernaculum Davidis collapsum, & ruinas ejus restaurabo, & rursus erigam illud:

17 Ut requirāt reliqui homines Dominum, & omnes Gentes super quas invocatum fuerit nomē meum, dicit Dominus qui facit hæc omnia.

18 [q] Nota sunt Deo ab *omni* ævo omnia opera sua.

19 [r] Quamobrem ego cēseo non esse obturbādos eos qui ex Gētibus ad Deum se convertunt.

20 Sed ad eos scribēdum ut abstineant a[s] pollutis per simulacra, & scortatione, & suffocatis rebus, & sanguine.

21 [t] Moses enim ab ætatibus antiquis oppidatim habet qui ipsum prædicent, quum in synagogis per singula Sabbatha legatur.

22 [v] Tunc visum est Apostolis & presbyteris cum tota Ecclesia, delectos ex sese viros mittere Antiochiam cum Paulo & Barnaba: *nempè* Judam qui cognomina batur Barsabas, & Silam, viros primarios inter fratres:

23 Istis per eorum manum scriptis: Apostoli & Presbyteri & fratres, iis qui sunt Antiochiæ & in Syria & in Cicilia fratribus, qui *sunt* ex Gentibus, salutem.

24 [x] Quoniā quosdam[y] e nobis egressos audivimus vos turbasse verbis, [z] labefactantes animas vestras, dicētes *oportere vos* circumcidi, & observare Legem, quibus non edixeramus:

25 [a] Visum est nobis cōcorditer coactis delectos viros mittere ad vos cum dilectis nostris Barnaba & Paulo,

26 Hominibus qui[b] exposuerūt animas suas pro nomine Domini nostri Jesu Christi.

27 Misimus ergo Judam & Silam, qui & ipsi *vobis* eadem verbis referent.

9 Et nihil discrevit inter nos & eos, quia purgavit fide corda eorum.

10 Et nunc vos quid tentatis Deum ut ponatis jugum super colla discipulorum, quod neque Patres nostri, neque nos potuimus ferre?

11 Sed per gratiam Domini nostri Jeschua Christi, credimus quòd [6] servabimur sicut ipsi.

12 Et tacuerunt universus cœtus: ac audiebant Paulum & Bar-nabbam, qui narrabant de eo quod fecisset Deus per manus eorum, signa & prodigia in Gentibus.

13 Et postquam conticuissent, surrexit Jaakub, ac dixit, Viri fratres, audite me.

14 Schemeū narravit vobis quomodo cœperit Deus eligere ex Gentibus populum nomini suo.

15 Et huic rei consentiūt sermones Prophetarum: sicut scriptum est,

16 Post hæc revertar & erigam tabernaculum David quod collapsum fuerat, & ædificabo quod corruerat ex eo, & erigā illud:

17 Ut requirant Dominum reliquiæ filiorum hominum, & omnes Gētes super quas invocatum est nomē meum: ait Dominus qui fecit hæc omnia.

18 Nota sunt a seculo opera Dei.

19 Propter hoc dico, [7] ne obtundant eos qui ex Gentibus convertuntur ad Deum.

20 Sed [8] mittatur ad eos, ut discedant a pollutione victimarum, & a scortatione, & ab eo quod suffocatum est, & a sanguine.

21 Ipsi enim Musche ab ætatibus priscis in omni civitate fuerūt prædicatores in synagogis, qui omnibus sabbathis legunt eum.

22 Tunc Apostoli & seniores cum tota Ecclesia elegerūt viros ex sese, & miserunt Antiochiam cum Paulo & Bar-nabba, Jihudam qui vocatur Bar-Schabba, & Schilam, viros qui primarii erant inter fratres:

23 Et [9] scripserūt Epistolam [10] per manus eorum, ita, Apostoli & seniores & fratres, iis qui sunt Antiochiæ, & Syriæ, & Ciliciæ fratribus, qui sunt ex Gentibus, [11] salutem.

24 Auditum est a nobis quòd quidam e nobis egressi sunt, & turbaverunt vos sermonibus, & subvertunt animas vestras, dicentes ut circumcidamini, & servetis Legē: quæ nos nō mandavimus eis.

25 Propter hoc cogitavimus omnes nos simul congregati, & elegimus viros, misimúsque eos ad vos cum Paulo & Barnabba dilectis nostris:

26 Hominibus qui tradiderunt animas suas pro nomine Domini nostri Jeschua Christi.

27 Et misimus cum eis Jihudam & Schilā, qui sermone exponēt vobis hæc eadē.

[6] Ad ver. vivemus. Hebraismus.

[7] Vel conferāt. Id est, Ne quis immensum Legis Mosaicę onus cōscientiis eorū imponat, cujus mole & gravitate obtentur & comminuantur.

[8] 1. vel mittamus, ut aliis placet Verùm hoc meliùs. Sequentia autem ponuntur optimo ordine & synecdochicè. q. d. ut abstineāt tum ab offensione Dei cōtra priorem & posteriorem tabulā Legis, tum ab offensione proximorū in rebus indifferentibus.

[9] 1. id est, scriptam a se epistolam miserunt per manus eorum: Metalepsis, ut Matth. 4. 5. & supr. 7 9.

[10] 1. Mittentes eos. Hebraism.

[11] Ad ver. Pacē. Hebraismus sæpè observatus.

[i] Supr. 10. 43. 1. Cor. 1. 2.

[i] Nullom discrimen fecit, quod attineat ad gratuiti favoris beneficium.

[k] Christus pronūciat beatos qui mundi sunt corde: tales autem efficiri fide nunc planè & dilucidè dicitur.

[l] 1. Petrus a ceremoniis ad Legem ipsam in genere transiens, docet, si petenda esset a Lege salus, nō autem a sola gratia in Jesu Christo, nullum fore servandum: quoniam Legem præstare nullus unquam potuit, ne ex Patriarchis quidem, aut ipsis Apostolis.

[m] Cur tentatis Deū, quasi ille non valeat salvare fide?

*Mat. 23. 4.

[n] 1. Viva legitimi concilii effigies, ubi sola Dei veritas regnat.

[o] Alphæi, qui & frater Domini fuit dictus.

[p] 2. Gentium vocationē ex Dei verbo cōfirmat Jacobus Petro assentiens.

*Amos 9. 11.

[q] Nihil ergo fit temerè, sed Dei ordinatione.

[r] 2. In rebus mediis hactenus communicandum cum fratrum infirmitate, ut eis concedatur discendi spatium.

[s] A sacrificiis, seu à cōviviis quæ in idolorum templis agitabantur.

[t] His verbis admonet Jacobus, fieri non posse ut tam citò, quasi uno impetu, aboleantur ceremoniæ: quia jam a multis seculis assueti essent Judæi legis doctrinæ, & Moses suos haberet præcones Ideò redimendam ad breve tempus concordiā esse, donec paulatim clariùs innotesceret libertas per Christum parta.

[v] 2. In legitima synodo nec ii quibus permittitur judicium, quicquam tyrannicè statuūnt, nec communis cœtus tumultuosè se opponit sedentibus ex Dei verbo judicibus: nec dissimilis ratio observatur in significandis & stabiliendis quæ ita fuerint decreta.

[x] 2. Concludit synodus Hierosolymitana, labefactari animas ab iis qui salutem aliunde quàm ab uno Christo per fidem apprehenso petendam docent, undecumque sint profecti, & cujuscumque auctoritatem suæ vocationi prætexant.

[y] E nostra congregatione.

[z] Translatione sumta ab illis, qui quod ædificatum est, diruunt: ædificari autem Ecclesiam, pro constirui familiaris est Scripturæ metaphora.

[a] 2. Ea demum est legitima synodus, cui Spiritus sanctus præest.

[b] Qui extremis periculis exposuerunt vitam suam.

28 [12] Placuit enim Spiritui ſancto, & etiam nobis, ut non [13] imponatur vobis onus amplius præter hæc quæ neceſſaria ſunt.

29 *Videlicet* ut abſtineatis ab iis quæ immolata ſunt *ſimulacris*, & a ſanguine, & a ſuffocato, & a ſcortatione: & quum ſervaveritis vosipſos ab illis, [14] benè eritis. Eſtote firmi in Domino noſtro.

30 Illi autem qui miſſi fuerant, venerũt Antiochiam, & cõgregaverunt totum populum, ac reddiderunt epiſtolam.

31 Et quum *illi* legiſſent, gaviſi ſunt, & conſolationem acceperunt.

32 Sermone quoque [15] copioſo corroborârunt fratres, & cõfirmaverunt [16] domeſticos, Ꝓihuda & Schilas: nam etiam ipſi prophetæ erant.

33 Quúmque manſiſſent ibi aliquod tempus, dimiſerunt eos fratres in pace ad Apoſtolos.

34 [17] Sed fuit voluntas Schilæ ut maneret ibi.

35 Paulus autem & Bar-nabba manſerunt Antiochiæ, & docebant, ac evangelizabant cum aliis multis ſermonem Dei.

36 Et poſt *aliquot* dies dixit Paulus Barnabbæ, Revertamur, & viſitemus fratres qui ſunt in omni civitate in qua prædicavimus ſermonem Dei: & videamus quid faciant.

37 Bar-nabba autem volebat aſſumere Ꝓuchannan, illum qui cognominatus eſt Marcus.

38 Paulus verò nolebat aſſumere eum ſecum, eo quòd reliquiſſet ipſos quum eſſent in Pamphylia, & non abiiſſet cum eis.

39 Propter hanc contentionem ſeparati ſunt [18] unus ab alio. Et Bar-nabba aſſumſit Marcum, & iter fecerũt per mare, & profecti ſunt in Cyprum:

40 Paulus autem elegit ſibi Schilam: & egreſſus eſt, commendatus a fratribus gratiæ Dei.

41 Et iter faciebat per Syriam & per Siliciam, & confirmabat eccleſias.

[12] Ad ver. Fuit voluntas. Hebraiſmus.

[13] f. vel imponamus vobis, ut aliis in libris legitur.

[14] i. præclarè vobiſcum agetur. Sic Gallic. *Vous ſerez bien.*

[15] f. Syr. divite. vide ſupr. in 7.22.

[16] Domeſticos appellat fideles ipſos, qui in Eccleſiam Dei tamquam in ejus familiã cooptati fuerant, f. ut Galat. 6.10.

[17] Sed fuit voluntas. Hic verſiculus in Syro textu non legitur, ac puto omiſſum fuiſſe per incuriam: quapropter eum reſtituimus.

[18] Ad ver. unus ab uno. Hebraiſmus frequens.

28 Viſum eſt enim [c] Spiritui ſancto ac [d] nobis, nequod amplius imponeremus vobis onus præter [e] neceſſaria iſta.

29 [f] *Videlicet* ut abſtineatis ab iis quę ſunt immolata ſimulacris, & ſanguine, & ſuffocato, & ſcortatione: a quibus ſi vobis caveritis, benè agetis. Valete.

30 [g] Illi igitur dimiſſi venerunt Antiochiam, & congregata multitudine reddiderunt epiſtolam.

31 Quam quum legiſſent, gaviſi ſunt ſuper ea exhortatione.

32 Ꝓudas quoque & Silas, quum eſſent & ipſi Prophetæ, multo ſermone adhortati ſunt, & confirmârunt fratres.

33 Quum autem egiſſent *illic* aliquãdiu, dimiſſi ſunt [h] cum pace a fratribus ad Apoſtolos.

34 Silæ tamen viſum eſt ibi manere.

35 Paulus autem & Barnabas commorati ſunt Antiochiæ, docentes & evãgelizantes, cum aliis etiam multis, ſermonem Domini.

36 [i] Poſt aliquot autem dies dixit Barnabæ Paulus, Reverſi inviſamus fratres noſtros opidatim in quibus annunciavimus ſermonem Domini, *cognituri* quomodo *ſe* habeant.

37 [k] Barnabæ verò conſilium erat aſſumere ſecum Ꝓohannẽ qui vocabatur Marcus.

38 Paulus autem æquum cenſebat, eum non ſimul aſſumere qui abſceſſiſſet ab ipſis ex Pamphylia, nec eorum comes in illo opere fuiſſet.

39 [l] Orta igitur fuit [m] exacerbatio, ut alter ab altero abſceſſerit: & Barnabas aſſumto Marco navigarit in Cyprum:

40 Paulus verò allecto Sila abiit commendatus gratiæ Dei a fratribus.

41 Peragravitque Syriam ac Ciliciam confirmans Eccleſias.

[c] Mentio fit in primis Spiritus ſancti, ne humanum negotium illud eſſe videatur.

[d] Non quòd tribuatur propria auctoritas hominib⁹, ſed ut miniſterii & operæ fidelitas demonſtretur.

[e] Neceſſitas illa nõ fuit preciſa, ſed referri debuit ad tempori conditionem, ut aliarum Gentiũ cum Judæis eſſet magis apta, & minùs diſſentanea vitæ ratio.

[f] 2. Charitas etiam in rebus per ſe mediis eſt neceſſaria.

[g] 2. Omnium intereſt, quid tenendum ſit certò cognoſcere, nedum ut Eccleſiam oporteat, nihil ſciendo pendere ex quorumdam placitis.

[h] Hebr. id eſt fratribus illis omnia fauſta precantibus, & cum bona Eccleſiæ venia.

[i] 2. Eccleſię, niſi aſſiduè excolantur, facillimè degenerant, ideóque inſtitutæ fuerunt, tum ſynodi tum etiam inſpectiones.

[k] 2. Triſte diſſidii inter optimos & conjunctiſſimos viros exẽplum, non tamen de rebus profanis aut privatis, neque de doctrina.

[l] 2. Deus quidem ſuorum etiam delictis, ad Eccleſiæ ædificationem, utitur: ſed tamen in optimis etiam cauſis cavendum, ne ultra modum effervescamus.

[m] Vehementer commoti fuerunt animi. Theoph. puſilli animi affectionem humanam fuiſſe cenſet. Eſt autem conſideranda vis conſilii divini: ita enim factum eſt, ut diverſis in locis exercetetur doctrina Evangelii.

CAPUT DECIMUMSEXTUM.

[1] Paulus circumciſo Timotheo, [12] Philippis agens, [14] Lydiam in fide inſtituit. [16] Pythonis ſpiritum [18] expellit. [20] Propterea Virgis cæſus, [24] in carcerem cum Sila conjicitur. [26] Terræmotu [27] carceris januæ aperiuntur. [31] [32] & ejuſdem cuſtos Chriſti fidem percipit. [35] Paulus & Silas a magiſtratu deprecante dimittuntur.

AC pervenit in Derben civitatem & Lyſtram. [1] Erat autem ibi diſcipulus quidam cujus nomen Timotheus, filius Ꝓudęæ cujuſdam fidelis, & pater ejus Gentilis *erat*.

2 Et omnes diſcipuli qui erãt ex Lyſtra & ex Iconio, teſtabantur de eo.

3 Hũc volebat Paulus aſſumere ſecum. & acceptum eum circumcidit, propter Ꝓudæos qui erant in eo loco. noverant enim omnes patrem ejus quòd Gentilis eſſet.

4 Et quum proficiſcerentur in civitates, prædicabant, ac docebant eos, ut ſer-

[1] f. Alii ab hoc loco principiũ ſtatuunt capitis 16. ſuperiora aptantes capiti præcedenti.

DEvenit [a] autem Derben & Lyſtram: & ecce, diſcipulus quidam erat illic nomine * Timotheus, filius mulieris cujuſdam [b] Ꝓudææ fidelis, patris autem Græci.

2 Huic [c] dabãt teſtimonium fratres qui Lyſtris erant & Iconii.

3 [d] Eum *itaque* voluit Paulus ſecum proficiſci: & aſſumtum eum circumcidit, propter Ꝓudæos qui in illis locis erant: ſciebant enim omnes patrem ejus Græcum eſſe.

4 [e] Prout autem pertranſibant urbes, tradebãt eis obſervanda [f] placita illa quæ

[a] 2. Timotheũ ne Paulus quidem ipſe niſi idoneo teſtimonio probatum ad miniſterii aſſumſit.

* *Rom. 16. 21. Philip. 2. 19. 1. Theſſ. 3. 2.*

[b] Paulus commẽdat in poſteriore ad Timotheũ, pietatem matris & aviæ Timothei.

[c] Nimirum pietatis & honeſtatis.

[d] 2. Timotheus non abſoluta neceſſitate, ſed propter temporis circumſtantiam ad lucrifaciendos Judæos circumciditur.

[e] 2. Servanda in rebus mediis charitas, tum ut infirmis tum ut Eccleſiæ paci conſulatur.

[f] Decreta illa, de quibus egit ſuperiore capite.

decr

decreta fuerant ab Apostolis & Presbyteris qui Hierosolymis erant.

5 Itaque Ecclesiæ confirmabantur fide, & exuberabant numero quotidie.

6 [g] Phrygia autem peragrata & Galatica regione, [h] prohibiti a Spiritu sancto loqui sermonem *Dei* in Asia.

7 Quum venissent in Mysiam, tentabãt versus Bithyniam: sed nõ sivit eos *ire* Spiritus Jesu.

8 Præterita igitur Mysia, descenderunt Troada.

9 [i] Et visum per noctem conspectum est Paulo: Vir Macedo quidam adstabat precans eum, & dicens, Transiens in Macedoniam succurre nobis.

10 [k] Ut autem hoc visum vidit, statim studuimus abire in Macedoniam, [l] collatis argumentis colligentes quòd advocasset nos Dominus ut eis evangelizaremus.

11 Provecti igitur Troade, rectum cursum tenuimus Samothracem, & sequente die Neapolin:

12 Et illinc Philippos, quæ est prima hujus partis Macedoniæ urbs, colonia. Commorati sumus autem in ea urbe aliquot dies.

13 [m] Et die sabbathi egressi sumus ex urbe ad flumen, [n] ubi solebat esse precatio: & quum consedissemus, alloquuti sumus mulieres quæ convenerant.

14 [o] Quædam autem mulier nomine Lydia, quæ purpuram vendebat in urbe Thyatirorum, Deum colens, *nos* audivit: cujus Dominus adaperuit cor ut attenderet iis quæ dicebantur a Paulo.

15 [p] Quum igitur baptizata esset, & domus ejus, rogavit *nos*, dicens, Si judicastis me fidelem esse Domino, ingressi domũ meam, manete. Et adegit nos.

16 [q] Factum est autem proficiscentibus nobis ad precationem, ut ancillula quædam, habens spiritum [r] Pythonis, occurreret nobis, quæ quæstum magnum præbebat dominis suis, vaticinando.

17 Hæc subsequuta Paulum ac nos, clamabat, dicens, Isti homines, servi sunt Dei illius altissimi, qui annunciãt vobis viam salutis.

18 Hoc autem fecit ad [s] multos dies. sed molestè ferens Paulus, & sese convertẽs, spiritui illi dixit, Mando tibi per nomen Jesu Christi ut exeas ab ea. Exiit igitur eodem illo momento.

19 [t] Videntes illius *ancillulæ* domini abiisse spem quæstus sui, prehensum Paulum & Silam traxerunt in forum ad magistratus.

20 [v] Et quum pertraxissent eos ad prætores, dixerunt, Homines isti conturbant civitatem nostram, quum sint Judæi.

21 [x] Et annunciant ritus quos non licet nobis excipere, neque usurpare, quum simus Romani.

[g] 8. Deus sua momenta constituit patefaciendę sue veritati, ut sit prorsus gratuita tum electio tum vocatio.

[h] Cur quidem prohibiti fuerint non dicit, quòd autem fuerint prohibiti dicit, instituens nos ad obediendũ, nõ ad inquirendum.

[i] 8 Evangelii ministri, ii sunt per quos Dominus perceptibus opitulatur.

[k] 8. Sancti non temerè visionibus quibusvis crediderunt.

[l] Suprà 9. 22.

[m] 8. Deus a mulierculæ conversione suum in Macedonia regnũ auspicatus, ostendit nullam esse in Evangelio personarũ acceptionem.

[n] Ubi de more solebant esse conventus.

[o] 8. Dominus quidem unus cor aperit, sed ad audiendum verbum quod prædicatur.

[p] 8. Exemplum sanctæ matris familiãs.

[q] 8. Satan sese in Angelum lucis transformans, tentat per cuniculos irrepere, sed a Paulo palãm impeditus ejicitur.

[r] Epitheton Apollinis, qui Pythius dicebatur & respõsa dabat petentibus: de quo multa fabulati sunt poëtæ, adeò ut arreptitios Pythonis spiritu afflari dicerent, & Lucas receptum loquendi morem sequitur: quia vulgi errorem tradit, non autẽ quo instinctu divinârit puella. Certum enim est sub larvâ Apollinis Diabolum lusisse, & hunc Pythonis spirituin nihil aliud fuisse quàm virtutẽ (hoc est impostura) dæmonis.

[s] Miraculum non festinavit Paulus, omnia siquidem fecit ductore Spiritu.

[t] 8. Cupiditas quæstus, persequendæ veritatis occasio. Deus intereà Timotheo parcens, Paulum & Silam ut firmiores, ad certamen vocat.

[v] 8. Avaritiæ prætexitur tum publicæ pacis, tum etiam pietatis studium.

[x] 8. Satanicum argumentum a majorum auctoritate, sine illo discrimine.

varent mandata quæ scripserant Apostoli & seniores qui erant in Urischelem.

5 Itaque Ecclesiæ confirmabãtur in fide, & augebantur numero quotidie.

6 Ambulaverũt autem per Phrygiam & per Galatiam regiones, & prohibuit eos Spiritus sanctus ne loquerentur sermonem Dei in Asia.

7 Et quum venissent in Mysiam regionem, volebant proficisci inde in Bithyniam, & non permisit eis Spiritus Jeschua.

8 Et quum exivissent ex Mysia, venerũt in Troadem regionem.

9 Et per visionem noctis visus est Paulo quasi vir quidam Macedo stans, & [2] deprecans, dicens, Veni in Macedoniam & adjuva me.

10 Quum autem vidisset Paulus hanc visionem, statim voluimus exire in Macedoniam: quia intellexeramus quòd Dominus noster vocaret nos ut evangelizaremus eis.

11 Et iter fecimus a Troade, ac rectà tetendimus in Samothraciam: inde die postero venimus Neapolin civitatem:

12 Et illinc Philippos, [3] quæ est primaria Macedoniæ: & erat colonia. Mansimus autem in hac civitate certis diebus.

13 Et egressi sumus die sabbathi extra portam urbis juxta ripam fluminis, quia ibi conspiciebatur [4] domus orationis. Quumq; sederemus, loquebamur cum mulieribus quæ congregatæ erant ibi.

14 Et mulier quædam *erat* vẽdens purpuram, quæ timebat a Deo, cujus nomen erat Lydia, ex Theutira civitate: huic aperuit cor Dominus noster, & audiebat id quod dicebat Paulus.

15 Ac baptizata est ipsa, & [5] filii domus ejus. & [6] rogabat nos, ac dicebat, Si id est quòd verè confiditis quòd crediderim in Dominum nostrum, venite, habitate in domo mea. Et multum coëgit nos.

16 Et factum est quum proficisceremur in domum orationis, ut occurreret nobis puella quædam cui erat spiritus [7] Divinationis: & faciebat dominis suis quæstum magnum divinatione qua divinabat.

17 Et veniebat post Paulum & post nos, & clamabat ac dicebat, Hi homines servi sunt Dei excelsi, & evangelizant vobis viam [8] salutis.

18 Et ita faciebat diebus multis, & irritatus est Paulus, ac dixit spiritui illi, Ego præcipio tibi in nomine Jeschua Christi ut abeas ab ea. Et eadem hora exivit.

19 Et quũ vidissent domini ejus quòd exivisset ab ea spes quæstus ipsorum, apprehenderunt Paulum & Schilam, & trahentes adduxerunt eos in forum:

20 Et obtulerunt eos ducibus ac principibus civitatis, ac dicebant, Isti homines conturbant urbem nostram, quia Judæi sunt:

21 Et prædicant nobis ritus eos quos nõ permissum est nobis suscipere & exercere, quia Romani sumus.

[2] Ad ver. petens ab eo.

[3] F. quæ est prima Macedoniæ, & est colonia.

[4] F. id est, proseucha, oratorium: ut Juvenalis dicebat olim, Ede ubi cõsistas, in qua te quęro proseucha. Qua de re legẽdus Tertullianus Adversariorũ lib. 1. cap. 19. sic inf. vers. 16.

[5] Domestici, Hebraism.

[6] Ad ver. Petebat a nobis.

[7] Vox enim Syra ܦܨܚܐ respondet Hebrææ פתח, mutata litera ܦ in ܨ ejusdẽ organi literã.

[8] Ad ver. Vitę. Hebraismus.

22 Et

22 Et turba multa congregata eſt cõtra eos. Tunc duces ſciderũt veſtimenta[9] ſua, & præceperunt ut flagellarent eos.

23 Quumq; flagellaſſent eos multùm, conjecerunt eos in domum vinctorum,& præceperunt cuſtodi domus vinctorum ut cuſtodiret eos diligenter.

24 Ille autem quum accepiſſet hoc mãdatum,introducens incluſit eos in locum interiorem domus vinctorum, & vinxit pedes eorum numella.

25 Et[10] in medietate noctis Paulus & Schila orabant,ac glorificabant Deum. & audiebant eos *reliqui* vincti.

26 Et repentè *terræ* motus magnus factus eſt,& commota ſunt fundamenta domus vinctorum,& apertæ ſunt ſtatim portæ omnes,& vincula eorum omnium ſoluta ſunt.

27 Et quum expergefactus eſſet cuſtos domus vinctorum,& vidiſſet quòd apertæ eſſent portæ domus vinctorum, accepit gladium,& quęſivit ut interficeret ſeipſum,eo quòd putabat quòd aufugiſſent vincti.

28 Et vocavit eum Paulus voce elata, ac dixit ei, Ne facias tibiipſi aliquid mali, quia omnes nos hîc ſumus.

29 Et[11] juſſit ſibi accendere lucernam: & exſiliit,ac ingreſſus eſt tremẽs,& procidit ad pedes Pauli & Schilæ.

30 Et deduxit eos foras, ac dicebat eis, Domini mei,quid oportet me facere[12] ut ſerver?

31 Et dixerunt ei, Crede in Dominum noſtrum Jeſchua Chriſtum,[13] & ſervaberis tu & domus tua.

32 Et loquuti ſunt cum eo ſermonem Domini, & cum omnibus[14] filiis domus ſuæ.

33 Et eadem hora in ipſa nocte accipiẽs lavit eos a plagis ſuis:& eadem hora baptizatus eſt ipſe[15] & filii domus ejus omnes.

34 Et accipiens aſcẽdere fecit eos in domum ſuam,& appoſuit eis menſam. exſultabátque ipſe,[16] & domeſtici ejus omnes in fide Dei.

35 Et quum eſſet diluculum, miſerũt duces[17] geſtantes virgas,qui dicerent præfecto domus vinctorum, Dimitte hos homines.

36 Et quũ audiviſſet præfectus domus vinctorum, ingreſſus dixit hunc ipſum ſermonem Paulo:nempe,Miſerunt duces ut dimittamini: & nunc exeuntes abite in pace.

37 Dixit eis Paulus,Inſontes flagellârũt[18] coram mũdo toto, homines Romanos, & conjecerunt nos in domum vinctorum,& nunc clàm ejiciunt nos?Non profectò:ſed ipſi venientes educant nos.

38 Et abierunt qui geſtabant virgas, ac dixerunt ducibus ſermones illos qui dicti fuerant ſibi. Quúmque audiviſſent quòd Romani eſſent,timuerunt:

39 Et venerunt ad eos, ac rogaverunt eos ut exirent ac diſcederent ab urbe.

40 Quumq; egreſſi eſſent e domo vinctorum,introiverunt ad Lydiam,ac viderunt ibi fratres,ac conſolati ſunt eos,& egreſſi ſunt.

[9] Pronomen Syriacum ferre etiã poteſt Eorumque le ctio propiùs accedit ad verba & ſenſum Lucæ. 1. & verò teneri debet.

[10] i. Media nocte. Hebraiſm.

[11] f. al. accendit ſibi lucernam.

[12] Ad verb. Ut vivam. Hebraiſmus.

[13] Ad verb. Et vives,ut paulò antè.

[14] i. Domeſticis ejus. Hebraiſmus.

[15] i. Domeſtici, ut paulò antè.

[16] Ad ver. Filii domus, ut paulò antè.

[17] Periphraſis eſt apparitorũ, qui virgas pro inſigni gerũt, ut ver.38.f. ex quo ῥαβδοῦχοι Græcis appellantur.

[18] i. Coram omnibus hominibus, & palàm. Sic Galli dicunt, *Devãt tout le monde.*

22 [y] Unà verò inſurrexit turba adverſus eos:& prætores diruptis eorum veſtibus juſſerunt *eos* virgis cædi.

23 Et quum multas plagas eis impoſuiſſent,conjecerunt eos in carcerem,additis mandatis commentarienſi ut tutò eos aſſervaret.

24 Qui tali accepto mandato, conjecit eos in intimum carcerem, & [z] pedes eorum adſtrinxit numella.

25 [a] Media autem nocte orantes Paulus & Silas hymnos canebãt Deo:& qui vincti erant exaudiebant eos.

26 Repentè verò terræ motus magnus exſtitit, ita ut quaterentur fundamenta carceris: & illicò apertæ ſunt omnes fores,& omnium vincula laxata.

27 [b] Expergefactus autem commentarienſis,quum videret fores carceris apertas,ſtricto gladio erat ſeipſum interemturus,exiſtimans vinctos effugiſſe:

28 [c] Clamavit verò Paulus voce magna,dicens, Ne quid feceris tibiipſi mali: omnes enim hîc ſumus.

29 Is autem petito lumine irrupit, & tremefactus accidit Paulo & Silę *ad pedes.*

30 Et productis ipſis foras,ait,Domini, quid me oportet facere ut ſerver?

31 At illi dixerunt, Crede in Dominum Jeſum Chriſtum, & ſervaberis tu ac domus tua.

32 Et loquuti ſunt ei ſermonem Domini, & omnibus qui erant domi ipſius.

33 [d] *Ipſe* verò illis aſſumtis ea ipſa hora noctis, lavit *eorum* plagas: & baptizatus eſt ipſe & omnes *domeſtici* illius illicò.

34 Et ipſis deductis domum ſuam,appoſuit menſam:& exſultavit quòd cum univerſa domo ſua credidiſſet Deo.

35 [e] Die autem exorto, prætores miſerunt[f] viatores qui dicerent,Dimitte homines illos.

36 Annunciavit autem commentarienſis hos ſermones Paulo. Miſerunt,*inquit*, præfecti ut dimittamini:nunc igitur egreſſi,ite in pace.

37 [g] Paulus autem dixit eis, Cæſos nos publicè,indicta cauſa,quũ ſimus Romani, conjecerunt in carcerem,& nũc clàm nos ejiciunt?non profectò:ſed veniant ipſi,& nos educant.

38 [h] Renunciârunt autem prætoribus viatores verba iſta:metuerũntque audito eos Romanos eſſe.

39 Et venientes precati ſunt eos,& eductos rogârunt ut egrederentur ex urbe.

40 [i] Egreſſi autem e carcere introierũt ad Lydiam:& viſis fratribus, cõſolati ſunt eos,& egreſſi ſunt *ex urbe.*

[y] a. Iniquorũ magiſtratuum exemplum,populi furori obſequentiũ.

[z] Ut tutiùs aſſervarentur, compegit eorum pedes in numellam. Numella autem fuit ligneę machinæ genus, in quã pedes & collum immittebant.

[a] a. Sanctorum preces cælum & terram concutiunt.

[b] a. Miſericors Dominus,quoties libuit per mediam mortem ad vitam trahit, & pro juſtis pœnis ſummam clementiã impertitur.

[c] a. In mediis, præſertim extraordinariis, ne pes quidem niſi Deo præeunte movendus.

[d] a. Deus eadẽ quum libuit manu vulnerat & ſanat.

[e] a. Ignominiã tandẽ iniquorum magiſtratuum merces.

[f] Viatores erãt quibus vocãdi cauſa utebãtur Magiſtratus.

[g] a. Non ſane quidem retaliãdæ injuriæ, ſed nihilominus utendum eſt adminiculis a Domino porrectis ad cohibendã impiorum libidinem,ne ſaltem aliis ſimiliter noceant.

[h] a. Impii non Dei, ſed hominũ metu movẽtur. Et Deus hac etiam ratione ſuis proſpicit quũ ita opus eſt.

[i] a. Sic vitandæ pericula,ut nũquam negligatur officium.

CAPUT DECIMUMSEPTIMUM.

1 Paulus Theſſalonicæ 3 Chriſtum annuncians, 6. 7 a Jaſone exceptus, 10 Beræam emittitur. 15 Inde Athenas profectus, 19 in Areopago 23 Deum ipſis ignotum annunciat, 34 nonnullis ad Chriſtum converſis.

ITinere [a] autem facto per Amphipolin & Apolloniam, venerunt Thessalonicam, ubi erat synagoga quædam Judæorum.

2 Paulus verò sicut consueverat introivit ad eos, & per Sabbatha tria disseruit *cum* eis ex Scripturis,

3 [b] Explicãs & ob oculos ponens oportuisse Christum pati, & resurgere ex mortuis: & hũc Jesum, Quem ego, *inquit*, annuncio vobis, esse Christum illum.

4 Nonnulli igitur eorum assensi sunt, & consociati sunt Paulo & Silæ, & religiosorum Græcorum multitudo magna, & ex mulieribus primariis non paucæ.

5 [c] Sed invidia commoti Judæi qui *sermoni* non assentiebãtur, assumtis quibusdam [d] circumforaneis viris improbis, ac turba coacta, fecerũt ut civitas tumultuaretur, & adorti domum Jasonis, studebãt eos adducere ad populum.

6 Et quum non invenissent eos, traxerũt Jasonem & quosdam fratres ad civitatis magistratus vociferando, Isti qui [e] orbis terrarum statum subverterunt, etiam hîc adsunt:

7 Quos excepit Jason: qui omnes contra edicta Cæsaris faciũt, regem alium dicentes esse, *nempe* Jesum.

8 Commoverũt autem turbam & civitatis magistratus hæc audientes.

9 *Qui* tamẽ quum [f] satis accepissent ab Jasone & reliquis, dimiserunt eos.

10 [g] Fratres verò statim per noctem Paulum simul & Silam emiserũt Berœã: qui quum advenissent: ierunt in synagogam Judæorum.

11 [h] Iis autem *Judæis* qui erãt Thessalonicæ fuerunt isti [i] generosiores, ut qui receperint Sermonem cũ omni alacritate, quotidie examinantes Scripturas an hæc ita se haberent.

12 Multi igitur crediderũt ex eis, & Græcarum mulierũ honoratarum & virorum non pauci.

13 [k] Ut autem cognoverũt Thessalonicenses Judęi, Berœæ quoque annũciatum esse a Paulo sermonem Dei, venerunt etiam illuc, concitantes turbam.

14 [l] Sed tunc statim Paulum emiserunt fratres, ut iret velut ad mare: Silas autem & Timotheus remanserunt illic.

15 [m] Qui verò Paulum susceperant [n] tuto loco constituẽdum, deduxerũt eum Athenas usque: & accepto pręcepto ad Silam ac Timotheũ, ut quàm citissimè ad ipsum venirent, abierunt.

16 [o] Paulo verò Athenis illos exspectãte, [p] irritabatur spiritus ejus in ipso, quum conspiceret urbem [q] idolis refertam.

17 Disserebat igitur in synagoga cũ Judęis & religiosis: & in foro quotidie [r] cum quibusvis obviis.

18 [s] Quidam autem ex Epicureis & Stoicis Philosophis conflictabantur cum

AC transiverunt per Amphipolin & Apolloniam civitatem: venerũntque Thessalonicam, ubi erat synagoga Judæorum.

2 Et ingressus est Paulus, sicut solitus erat, ad eos: & sabbathis tribus loquutus est cum eis de Scripturis,

3 Explicans & ostendens quòd oportuit ut Christus pateretur, & resurgeret [1] a mortuis, & [2] hic est Jeschua Christus quem evangelizo vobis.

4 Et quidam ex eis crediderunt, & adhæserunt Paulo & Schilæ, & multi ex Græcis qui timebant a Deo, ac etiam mulieres celebres non paucæ.

5 Et invidia moti sunt Judæi, & adjunxerunt se illis viri mali e foro civitatis, fecerũntque turbam magnam, & commoverunt civitatem: & venerunt, ac steterunt contra domum Jasonis, quærebãntque ut educerent eos inde, & traderent eos turbæ.

6 Quúmque non invenissent eos ibi, traxerunt Jasonem, & fratres qui erant ibi, & adduxerunt eos ad principes civitatis, clamãtes, Hi sunt qui totã terram turbârunt: & ecce, rursus huc venerunt.

7 Et qui excipit eos hic Jason, & omnes hi [3] contra mandata Cæsaris stant, dicentes, quòd est rex alius, Jeschua.

8 Turbati autem sunt principes civitatis & universus populus, quũ audivissent hæc.

9 Et acceperunt fidejussores a Jasone & etiam a fratribus: & tunc dimiserunt eos.

10 Fratres verò eadem hora ac nocte dimiserunt Paulum & Schilam in Berœam civitatem. Quúmque venissent illuc, ingressi sunt in synagogam Judæorum.

11 Nobiliores enim erant illi Judæi qui illic erant quàm Judæi illi qui erãt Thessalonicæ, & audiebant ab eis sermonem quotidie alacriter: quum discernerent ex Scripturis num hæc ita essent.

12 Et multi ex eis crediderunt, & ita etiam ex Græcis viri multi & mulieres celebres.

13 Et quum cognovissent illi Judæi qui erant ex Thessalonica, quòd sermo Dei prædicaretur a Paulo in Berœa civitate, venerunt etiam illuc, neque disierũt commovere & turbare plebem.

14 Et Paulum emiserunt fratres, ut descenderet ad mare: & mansit in ea civitate Schilas & Timotheus.

15 Et illi qui comites se præbuerũt Paulo, venerunt quoque cum eo usque Athenas civitatem. Et quum [4] discederent ab eo, acceperũt ab eo epistolam ad Schilam & Timotheum, ut citò proficiscerentur ad ipsum.

16 Ipse autem Paulus quum exspectaret Athenis [5] irritabatur in spiritu suo. Videbat *enim* civitatem plenam simulacris.

17 Et loquebatur in synagoga cum Judæis, & cum iis qui timebant a Deo quotidie, & in foro cũ iis qui [6] adversi occurrebant quotidie.

18 Philosophi etiam qui ex doctrina erant Epicuri, & alii qui vocabantur Stoi-

[1] Ad verb. De inter mortuos ut Gall. *D'entre les morts.*
[2] F. vel hic est, inquiebat, Jeschua Christ?. Ellipsis, de qua supr. in 15. 5.
[3] Id est, opponunt sese, vel obsistunt. Hebraism.
[4] Ad verbum, Quum exirent a lateribus eorũ. Hebraism.
[5] Id est, animo exacerbabatur.
[6] Vel, Obvii.

ci, dis

[a] 3. Pauli & Silæ ejectio, multorum aliorũ fasus.
[b] 3. Christus ideò mediator, quia cruci fixus resurrexit, nedum ut propter crucis ignominiã sit repudiandus.
[c] 3. Zelus incredulorum quantumlibet speciosus, tandẽ palàm deprehenditur, neque rectitudine, neque ulla ęquitate niti. Sed non licet malis quicquid libet, quũ inter eos etiam excitet Deus quorum opera ad suos liberandos utatur.
[d] Cujusmodi solent in foro vitam terere, viles nimirum & venales, quos fęcem & sentinã urbis vocare solet Cicero.
[e] 1. Isti ubique gentium & locorũ sunt seditionũ auctores.
[f] Hoc de satisdatione judicio sisti intelligendum est.
[g] 3. Ea demum est spiritus prudẽtia quæ Dei gloriam sibi sic proponit pro scopo, ut nusquã ab ea deflectat.
[h] 3. Dominus in eadem gente varia inscrutabilis suæ sapientiæ exempla eodem penè momento proponit, ut timeatur.
[i] Comparat Judæos cum Judæis.
[k] 3. Habet etiã suos zelotas Satan, & eos quidem quos minimè oportuit.
[l] 3. Nõ est consilium nec rabies contra Dominum.
[m] 3. Excubant vicissim oves Christianæ, pastorũ salute, sed in Domino.
[n] Non frustrà laudati sunt Judæi Berœenses, qui e Macedonia Athenas Paulum incolumem deduxerunt, quum tota Thessalia, & Bœotia, & Attica intercedant.
[o] 3. In lucta sapiẽtiæ divinæ cum humana, homines irrident quod non intelligunt: Deus autem stultorum curiositate utitur ut electos suos colligat.
[p] Non poterat sustinere.
[q] Idolis addictam & mancipatã. Pausanias scribit Athenis plura fuisse idola, quàm in reliqua tota Græcia, imo & pudoris, famæ, & appetitionis apud eos aras extitisse.
[r] Quącumque obvium habuisset Paulus, qui eum loquentem audire sustineret, cum eo disserebat, totus ardens zelo gloriæ Dei.
[s] 3. Duæ præcipuæ philosophorum sectæ Christum oppugnant: una, eorum qui omnem religionem irrident: altera, eorum qui de religionis capitibus pro suo arbitrio statuunt.

ci, diſputabant cum eo, & [7] multi ex eis dicebant, Quid ſibi vult hic collector ſermonum? Et alii dicebant, Deos peregrinos prædicat: quia Jeſchua & reſurrectionem ejus prædicabat eis.

19 Et apprehenderunt eum, ac deduxerũt eum in cutiam quæ vocatur [8] Ariauspagus, dicentes ei, Poſſumúsne cognoſcere quæ ſit hæc doctrina nova quã tu prædicas?

20 Sermones enim peregrinos ſeminas in auditu noſtro: & cupimus cognoſcere quinam hi ſint.

21 Atheniẽſes autem omnes, & illi qui veniebant illuc peregrini, de nulla alia re ſoliciti erant, niſi ad dicendum & audiendum aliquid novi.

22 Et quum ſtaret Paulus in Ariau-pago, dixit, Viri Athenienſes, video ego vos quòd in omnibus [9] excellitis in religione dæmonum.

23 Quum circuirem & viderem [10] domũ veſtrarum religionũ, inveni aram quandam cui inſcriptum erat, Dei abditi. Eum igitur quem ignorantes vos colitis, hunc ipſum ego prædico vobis.

24 Deus enim qui fecit mũdũ & quicquid eſt in eo, & eſt Dominus cæli & terræ, in templis [11] manufactis non habitat:

25 Neq; colitur a manibus filiorum hominis, neq; ullius rei neceſſitatem habet. quia ipſe dat [12] unicuique vitã & animã [13]:

26 Et [14] ex uno ſanguine fecit [15] mũdum totum filiorum hominis, ut habitarent ſuper faciem terræ univerſæ: & definivit tẽpora mandato ſuo, poſuitque limites habitationis filiorum hominis:

27 Ut quærerent Deum, & perveſtigarent, & ex creaturis ejus invenirẽt ipſum, eo quòd etiam non abeſt longè ab unoquoque ex nobis.

28 In eo enim ipſo vivimus & movemur & ſumus: ſicut etiam quidam ex ſapientibus veſtris dixit, Quòd ex eo eſt cognatio noſtra.

29 *Nos* igitur homines, quorum progenies ex Deo eſt, non debemus exiſtimare quòd auro aut argento aut lapidi ſculpto per artem & per ſcientiam filii hominis aſſimiletur [16] divinitas.

30 Tempora enim erroris præterire fecit Deus: & tempore hoc præcipit filiis hominis ut unuſquiſque in omni loco reſipiſcat.

31 Quia ſtatuit diem in quo judicaturus eſt univerſam terram in juſtitia, [17] per virum quem definivit: & converti fecit omnem hominem ad fidem ejus, quũ excitavit eum a mortuis.

32 Quúmque audiviſſent reſurrectionem quæ eſt a mortuis, quidam ex eis deridebant, & quidam ex eis dicebant, Tẽpore alio audiemus te de hoc.

33 Et ita egreſſus eſt Paulus e medio eorum.

34 Et quidam ex eis adhæſerunt ei, ac crediderũt. Unus autem erat Dianauſius, ex judicibus Ariaupagi, & mulier quædã cujus nomen Damaris, & alii cum eis.

eo: & quidam dicebant, Quid vult [t] garrulus iſte dicere? Alii verò, Peregrinorum deorum videtur annunciator eſſe, quoniã Jeſum & reſurrectionẽ ipſis annunciabat.

19 Et prehenſum eum duxerunt in [v] Areopagũ, dicentes, Poſſumúsne ſcire quæ ſit iſta nova de qua tu loqueris doctrina?

20 Peregrina enim quædam infers auribus noſtris. volumus ergo ſcire quidnã iſta ſibi velint.

21 [x] (Cæterùm Athenienſes omnes & inquilini peregrini nulli alii rei vacabant niſi ad dicendum aut audiendum aliquid novi.)

22 [y] Quum autem conſtitiſſet Paulus in medio Areopago, dixit, Viri Atheniẽſes, omnino conſpicio vos [z] quaſi religioſiores.

23 Pertranſiens enim & contemplans [a] ſacra veſtra, inveni etiam arã cui inſcriptũ erat, [b] Ignoto Deo. Quem ergo ignorantes colitis, hunc ego vobis annuncio:

24 [c] *Deus ille qui fecit mundum & omnia quæ in eo ſunt, quum ſit cæli & terræ Dominus, in manufactis templis nõ habitat:

25 *Nec manibus hominum colitur, alicujus rei egẽs, quum ipſe det omnibus vitam & halitum & omnia.

26 [d] Fecítque ex [e] uno ſanguine totam gentem hominum, ut habitaret ſuper univerſa ſuperficie terræ, definitis præſtitutis temporibus, & poſitis terminis habitationis eorum:

27 Ut quæreret Dominum, ſi fortè [f] palpando eum invenirent: quamquam profectò nõ longè abeſt ab unoquoque noſtrũm.

28 In ipſo enim vivimus, & movemur, & ſumus: ſicut & quidam veſtratium poëtarum dixerunt, Nam hujus progenies etiam ſumus.

29 *Progenies ergo Dei quum ſimus, non debemus exiſtimare auro & argento, aut lapidi, [g] ſculpturæ artificii & excogitationis hominum, numen eſſe ſimile.

30 [h] Deus igitur tẽporibus iſtius ignorantiæ connivendo diſſimulatis, nũc mãdat omnibus ubique hominibus ut reſipiſcant.

31 Eo quòd ſtatuit diem quo juſtè judicaturus eſt orbem terrarum, per eum virũ quem definiit, [i] fide *ejus rei* palàm facta omnibus, illo ex mortuis ſuſcitato.

32 [k] Quũ audiſſent autem reſurrectionem mortuorum, alii quidem ſannis *eum* excipiebant, alii verò dicebant, Audiemus te rurſus de hac re.

33 Et ita Paulus exivit e medio eorum.

34 Quidam verò ei ſeſe adjunxerunt & crediderunt: in quibus *fuit* & Dionyſius Areopagita, & mulier nomine Damaris, & alii cum eis.

[7] Ad verb. Homo ex eis, Hebraiſmus.

[8] r. Vel Areopagus, id eſt, vicus Martius. Senatus fuit Athenis gravitate incorrupta & ſeverita te judiciorum olim percelebris. Tullius Attico, Senatus, ὀρθὸς κάγω.

[9] s. vel redundantes aut nimii eſtis. vide Nazianzenum ἐν λόγῳ ἐπιτάφιῳ in Baſilũ magnum.

[10] t. i. ſingulas ædes & domos Deorum veſtrorum. Sylleplis Hebraica, de qua in Mat. 26. 19.

[11] Ad ver. Operis vel factura manuum.

[12] Ad ver. Omni homini, Hebraiſmus.

[13] v. In Syris noſtris deeſt, καὶ πάντα. Quod ſi addẽdum eſt, mihi certè non diſpliceret vulgata antiqua lectio, τὰ πάντα, & omnia.

[14] Pro, Ex uno homine, Hebraiſmus.

[15] i. Humanũ genus, quod per totũ mundum diffuſum eſt.

[16] r. vel deitas, τὸ θεῖον, τὸ θεῖον.

[17] Ad ver. Per manum viri, id eſt, opera & miniſterio. Hebraiſmus.

[t] Ad ver. ſeminilegus, quaſi ſemina legẽs, i. colligẽs, tralatio ſumta ab avicula quæ ſemina populat, ad eos accommodata qui nulla cũ arte eã, quã ex quibuſdam auditionibus adepti ſunt ſcientiã, oſtentant.

[v] Locus erat dictus quaſi Martius collis, ubi judices (qui Areopagitæ dicebantur) de ſummis criminibus cognoſcebant, apud quos aliquando Socrates cauſam dixerat, poſteà impietatis ab illis condemnatus.

[x] a. Sapientiã hominis vanitas.

[y] a. Ipſi idololatræ firmiſſima ſuppeditãt adverſus ſuperſtitionẽ ſuã argumenta.

[z] Detineri nimio atq; perverſo timore Deorũ veſtrorum.

[a] Sacra vocãt, omne id quod religionis cauſa homines venerantur.

[b] Pauſanias in Atticis meminit aræ Atheniẽſium, dicãtæ diis ignotis, Laërtius in Epimenide meminit aræ nullo inſcripto nomine.

[c] a. Stultiſſimũ eſt creatorem creaturæ cõparare, incõprehenſibilem circũſcribere, & eũ putare donis conciliari a quo omnes omnia accepérũt. Ii ſunt autẽ idololatriæ fontes.

*Sup. 7. 48.

*Pſal. 10. 8.

[d] a. Deus in operibus ſuis eſt mirificus, præſertim in hominis opificio, non ut in ipſis operibus obſtupeſcam*, ſed ut ad opificem aſſurgamus.

[e] Ex una cognatione ſive origine.

[f] Homines enim cæcorũ inſtar, Deum nõniſi palpando inveſtigare poterant antequam vera illa lux mundo illuceſceret. *Eſa. 40. 19.

[g] Quæ materiæ, putà aurum, argentum, lapides, ſolent humano artificio & prout hominibus comminiſci libuit, inſculpi: neque enim rudis illa materia, ſed arte quadam formam adepta coli ſolet.

[h] a. Vetus error errantes non excuſat, ſed Dei patientiam commendat: qui tamen futurus eſt juſtus contemtorum judex.

[i] Chriſto judice mundi declarato per reſurrectionem a mortuis.

[k] a. Homines ut ſuam vanitatẽ manifeſtè prodant, uno eodémque Evangelio variè afficiuntur: quod tamen non deſinit eſſe in electis efficax.

CAPUT DECIMUMOCTAVUM.

[1] Paulum Corinthi [6] Gentes docentem, [9] ſolatur Dominus. [12] Coram Gallione accuſatur, [16] ſed fruſtrà. [18] Hinc in Syriam, [19] deinde Epheſum profectus, [23] Galatiæ & Phrygiæ Eccleſias confirmat. [24] Apollos ab Aquila exquiſitiùs inſtitutus, [28] Chriſtum magno cum fructu prædicat.

POſteà [a] Paulus quum diſceſſiſſet Athenis, venit Corinthum:

2 Et reperto quodam Judæo, nomine * Aquila, Pontico natione, qui nuper venerat ex Italia, & Priſcilla uxore ejus, (eo quòd edixiſſet [b] Claudius ut omnes Judæi Roma excederent) venit ad eos:

3 Et quia ejuſdem erat artificii, manſit apud eos, & operabatur: erat enim ars illorum conficere tabernacula.

4 [c] Diſſerebat autem in ſynagoga omnibus Sabbathis, & in ſuam ſententiam [d] adducebat tum Judæos, tum Græcos.

5 Ut autem advenerunt e Macedonia Silas & Timotheus, [e] conſtringebatur ſpiritu Paulus, atteſtans Judæis Jeſum *eſſe* Chriſtum illum.

6 [f] Ipſis autem obſiſtentibus ac blaſphemantibus, * excuſſis veſtibus dixit eis, [g] Sanguis veſter *eſto* ſuper caput veſtrum: mundus ego ab hoc tempore ad Gentes proficiſcar.

7 Et digreſſus illinc introiit domum cujuſdam nomine Juſti, colentis Deum, cujus domus erat confinis ſynagogæ.

8 * Criſpus autem præfectus ſynagogæ credidit Domino cũ tota domo ſua: multique Corinthiorum audientes credebãt & baptizabantur.

9 [h] Dixit autem Dominus nocte per viſionem Paulo, [i] Ne metue, ſed loquere, & ne tacueris:

10 Nam [k] ego ſum tecum, & nemo te invadet ut malè te accipiat: quoniam populus eſt mihi multus in hac urbe.

11 [l] Commoratus eſt itaque *illic* annum & ſex menſes, docens apud eos ſermonem Dei.

12 [m] Quum autem Gallio eſſet Procõſul [n] Achaiæ, inſurrexerunt concorditer Judæi in Paulum, & adduxerunt eum ad tribunal,

13 Dicentes, Iſte perſuadet hominibus colere Deum contra Legem.

14 Paulo verò os aperturo, dixit Gallio Judæis, Si quid injuſti factum eſſet, aut facinus malũ, ô Judæi, [o] quatenus ferret ratio vos ſufferrem.

15 Sin verò quæſtio eſt de [p] ſermone & [q] nominibus & lege veſtrate, ipſi videritis: judex enim ego iſtarum rerum eſſe nolo.

16 Et abegit eos a tribunali.

17 Prehenſum autem omnes Græci Soſthenem præfectum ſynagogæ cædebant ante tribunal: neque quicquam eorũ Gallioni curæ erat.

18 [r] Paulus verò quum adhuc *illic* permãſiſſet dies multos, valedicto fratribus, enavigavit in Syriam, & cum eo Priſcil-

ET quum egreſſus eſſet Paulus Athenis, venit Corinthum,

2 Et invenit ibi hominem quemdã Judęum, cujus nomen erat Aquilas, qui erat ex Ponto regione. Et eo ipſo tempore venerat e regione Italiæ, ipſe & Priſcilla uxor ejus, (eo quòd præcepiſſet Claudius Cæſar ut exirent omnes Iudæi Roma) & acceſſit ad eos.

3 Eo quòd [1] artificii eorum eſſet, manſit apud eos, ac operabatur cum eis. Artificio autem ſuo conficientes tabernacula erant.

4 Et loquebatur in ſynagoga omni ſabbatho, & ſuadebat Judæis & prophanis.

5 Quúmque veniſſent ex Macedonia Schilas & Timotheus, coarctabatur in [2] ſermone ipſe Paulus, eo quòd ſtarent contra ſe Judæi, & blaſphemarent, quum teſtificaretur quòd Jeſchua eſſet Chriſtus.

6 [3] Et excuſſit veſtimenta ſua, ac dixit eis, Ab hoc tempore ego purus ſum: proficiſcor ad gentes.

7 Et egreſſus eſt inde, ac introivit in domum cujuſdam viri cujus nomen Titus, qui timebat a Deo: & domus ejus adhærebat ſynagogæ.

8 Et Criſpus præfectus ſynagogæ credidit in Dominum noſtrum, ipſe & [4] domeſtici ejus omnes: ac multi Corinthii audiebant, & credebant in Deum, ac baptizabantur.

9 Et dixit Dominus in viſione Paulo, ne timeas, ſed loquere, & ne taceas:

10 Quia ego tecum ſum, & nemo poteſt moleſtiã inferre tibi: & populus multus eſt mihi in urbe hac.

11 Manſit autem annum & menſes ſex Corinthi: & docebat eos ſermonem Dei:

12 Et quum eſſet Galliun Proconſul Achaiæ, congregati ſunt Judæi pariter contra Paulum, & adduxerunt eum ante tribunal,

13 Dicentes, Iſte [5] contra legem ſuadet filiis hominis ut colant Deum.

14 Et quum peteret Paulus ut aperiret os ſuum ut loqueretur, dixit Galliun Judæis, Si de aliqua re mala aut fraudulenta aut re deteſtabili accuſaretis, ô Judæi, cõvenienter ſuſciperem vos:

15 Sin autem quæſtiones ſunt de ſermone & de nominibus & de lege veſtra, ipſi noſtis inter vos: ego enim nolo eſſe judex harum [6] voluntatum.

16 Et repulit eos a tribunali ſuo.

17 Et apprehenderunt omnes prophani Suſthenem ſeniorem ſynagogę, & percutiebant eum ante tribunal: & Galliun negligebat iſta.

18 Et quum manſiſſet Paulus illic dies multos, [7] dedit pacem fratribus, & iter fecit per mare ut proficiſceretur in Syriam. Et iverunt cum eo Priſcilla & Aquilas,

quum

[a] 2. Veri miniſtri adeò non quærunt quæ ſua ſunt, ut ſuo juri ultrò renuncient, potiùs quàm vel tantillum impediatur Evangelii progreſſus.

* Rom. 16. 3.

[b] Suetonius in vita Claudii anno imperii ipſius nono inquit, Claudius Judæos auctore Chriſto perpetuò tumultuãtes Roma expulit.

[c] 2. Sépe quidem aſſeréda eſt ingenuè veritas, ſed tamen temperãda eſt doctrina prout fert profectus occaſio.

[d] Verb. quo utitur, perſuadédi habet ſignificationẽ.

[e] Angebatur animo. Indicatur autem incitati animi vehementia: tantus enim fuit Pauli ardor, ut heroico impetu totus ſui oblitus ad prædicandũ Chriſtum ferretur.

[f] 2. Omnibus fruſtrà tentatis nõ deſiſtẽdum ab opere, ſed contumacibus deſertis ad morigeros tranſeundum.

* Sup. 13. 51. Mat. 10. 14.

[g] Hebraica phraſis, qua ſignificat Judęos ſibi eſſe auctores exitii, ſe verò culpa carere, & eos deſerendo tranſeat ad cæteras gentes.

* 1. Cor. 1. 16.

[h] 2. Dominus conſtantiæ ſervorum ſuorũ vindex & aſſertor.

[i] Pleonaſmus quo confirmatur Paulus. Vidé Joh. 1. 20.

[k] Luc. 1. 66.

[l] Ad ver. ſedit, unde veteres ſedis nomen ſumſerunt, qd' tribuerunt Epiſcopis. ſedebat autem, i. cõmorabatur Paulus docens ſermonẽ Dei: nihil autẽ hæc ſedes ad illos, qui docendi cauſa ſedẽ nũquam aſpexerunt.

[m] 2. Impli malè agendo non defatigantur, ſed Dominus eorum conatus miris modis irridet.

[n] i. Græciæ. Vocabant autem præſidẽ non Græciæ ſed Achaiæ Romani, quia Græcos ſubjecerint Romani per Achæos, qui tũ Græciæ principes erant. Pauſanias.

[o] Quantũ æquitas pateret.

[p] De eo, qd' aliquis (ut veſtra fert religio) nõ rectè dixerit.

[q] De verbis: profanus. n. homo putat de religione cõntroverſiã, quęſtionẽ eſſe verborũ nõ rerũ.

[r] 2. Paul' fact' omnib. oſa, ut oẽs Chriſto lucrifaceret.

[1] Ad ver. Filius artificii eorũ. Syra phraſis. pro, Peritus in artificio eorũ.

[2] Paraphraſtes ſpiritum figuratè exponit Sermonẽ, quo animi anguſtias amplificet: ac ſi dictũ eſſet, animi dolore ita fuiſſe conſtrictũ Paulum, ut ne loqui quidẽ poſſet.

[3] In Syro cõtextu initium hujus verſus cum præcedẽtis fine permixtum eſt. Sed illa prorſus deſiderantur, Sanguis veſter ſuper caput veſtrum: quę his verbis exprimerentur, דמכון על רישכון.

[4] Ad ver. Filii dom' ejus, Hebraiſmus.

[5] id eſt, Aliter quàm lex præſcribat.

[6] i. Opinionũ quas quiſque ſibi pprio arbitrio confingit.

[7] i. Valedixit fratribus; Hebraiſmus.

quum totondisset caput suum Cenchreis: quia votum voverat.

19 Et pervenerunt Ephesum. Et ingressus est Paulus in synagogam, & loquebatur cum Judæis.

20 Et rogabant eum ut habitaret apud eos: & non acquievit,

21 Dicens, Oportet me sedulò festum venturum in Urischelem facere: & si Deus voluerit, veniam rursus ad vos.

22 Et Aquilam ac Priscillam reliquit Ephesi: & ipse iter fecit per mare, ac venit Cæsaream, & ascendit [8] Urischelem: & [9] interrogavit de pace filiorum ecclesiæ, & abiit Antiochiam.

23 Et quum mansisset ibi diebus certis, exivit, & circuivit [10] juxta ordinem regionem Phrygiæ & Galatiæ, confirmans omnes discipulos.

24 Et vir quidam, cujus nomen erat Apollo, Judæus, cujus cognatio erat ex Alexandria, & eruditus erat in sermone, & argutus erat in scripturis, venit Ephesum.

25 Hic doctus erat in via Domini, & fervens erat spiritu: ac loquebatur, ac docebat plenè de Jeschua, quum nihil sciret nisi baptismum Juchannan.

26 Et cœpit manifestè loqui in synagoga: quúmque audivissent eum Aquilas & Priscilla, adduxerunt eum domum suam, & plenè ostenderunt ei viam Domini.

27 Quúmq; vellet proficisci in Achaiam, anteverterunt eum fratres, & scripserunt discipulis ut exciperent eum. Et quum profectus esset, juvit multùm [11] per gratiã omnes fideles.

28 Fortiter enim disputabat contra Judæos coram turbis, ostendens ex scripturis de Jeschua quòd Christus esset.

la & Aquila, quum * [s] totondisset caput [t] Cenchreis: habebat enim votum.

19 Devenit autem Ephesum, & eos ibi dereliquit: ipse verò ingressus synagogã, disseruit cum Judæis.

20 [v] Rogantibus autem ipsis ut diutiùs apud ipsos maneret, non annuit:

21 Sed valedixit eis, dicens, Oportet omnino me diem festum qui instat agere Hierosolymis: sed iterum revertar ad vos, [x] * Deo volente. Et provectus est Epheso.

22 Quúmque descendisset Cæsaream, ascendissetq; *Hierosolymam*, & salutasset Ecclesiam, descendit Antiochiam.

23 Et quum egisset *illic* aliquandiu, abiit, pertransiens ordine Galaticam regionem & Phrygiam, confirmans omnes discipulos.

24 [y] Judæus autem quidam * Apollos nomine, Alexandrinus genere, vir eloquens, pervenit Ephesum, [z] potens in Scripturis.

25 Hic erat initiatus via Domini, & fervens spiritu, loquebatur & docebat diligenter ea quæ sunt Domini, sciens tantùm Baptisma Johannis.

26 Cœpitque liberè loqui in synagoga. quem auditum * Aquila & Priscilla assumserunt, & penitiùs ei exposuerunt [a] viam Dei.

27 Quum autem vellet transire in Achaiam, fratres *eum* adhortati, scripserunt discipulis ut exciperent eum: qui quũ advenisset, multum contulit iis qui crediderant [b] per gratiam.

28 Magna enim cõtentione Judæos magis ac magis redarguebat publicè, ostendens per Scripturas Jesum esse [c] Christũ illum.

[8] 7. Quædam exemplaria nõ habent nomẽ Urischelẽ: sed locus postulat saltem intelligi.

[9] 1. Pacificis verbis salutavit eos qui de Ecclesia erant. Hebraism.

[10] Syrè, Post, post. vide sup. Act. 11.

[11] Ad ver. Per manũ gratiæ. Hebraismus.

* Num. 6. 18. Infr. 21. 24.

[s] Quia ambiguus est sermo, ut non minùs ad Paulum, quàm ad Aquilã & Priscillam referri posset, ita convertit vet. interpres, ut liberum judicium lectori relinqueretur: quãvis rectiùs sit de Paulo interpretari, qui factus est omnib. omnia.

[t] Cenchreæ portus fuit Corinthiorum.

[v] 2. Apostoli nõ hominum arbitrio, sed Spiritus sancti ductu fuerunt circumacti.

[x] Sic nihil nos decet absque ista particula promittere: nescimus enim quid paritura sit postera dies.

* 1. Cor. 4. 19. Jac. 4. 15.

[y] 2. Apollos homo pius & doctus, tamen in vilis opificis atq; adeò mulierculæ schola proficere nõ recusans, insignis in Ecclesia minister evadit.

* 1. Cor. 1. 12.

[z] Scripturarum cognitione egregiè instructus.

* Rom. 16. 5.

[a] Viam quę tẽdit ad Deum.

[b] Per divinum illũ & gratuitum favorem, vel per dona illa eximia in hunc hominem collata.

[c] Quòd Jesus esset ille Christus, id est, Messias.

CAPUT DECIMUMNONUM.

[1] Discipuli quidam Ephesi, [3] Johannis doctrina imbuti, [2] ignorantes Spiritus sancti visibiles illas gratias, quibus Deus regnum Filii sui ornaverat, [5] baptizantur in nomine Jesu. [13] Exorcistæ Judæi [16] a diabolo cæduntur. [19] Libri magici exuruntur. [24] Demetrius [29] magnam in Paulum seditionem concitat.

ET quum esset Apollo Corinthi, circuivit Paulus regiones superiores *usque* ad Ephesum: & interrogavit discipulos quos invenit ibi,

2 Num accepistis Spiritum sanctum ex quo credidistis? Responderunt, & dixerunt ei, Neque etiam si sit Spiritus auditum est a nobis.

3 Dixit eis, Et in quid baptizati fuistis? Dicunt, In baptisma Juchannan.

4 Dixit eis Paulus, Juchannan baptizavit baptismo resipiscentiæ populos, quum diceret ut crederẽt in eum qui venturus erat post ipsum, qui est Jeschua Christus.

5 [1] Et quum hæc audivissent, baptizati sunt in nomen Domini nostri Jeschua Christi.

6 Et imposuit illis manum Paulus, ac venit Spiritus sanctus super eos, & loquebantur [2] variis linguis, ac prophetabant.

FActum [a] est autem interim dum Apollos esset Corinthi, ut Paulus peragratis superioribus partibus, veniret Ephesum: ubi quum discipulos quosdam invenisset,

2 Dixit eis, Num [b] Spiritum sanctum accepistis posteaquam credidistis? Illi verò dixerunt ei, Imò sit ne Spiritus sanctus ne audivimus quidem.

3 [c] Tunc dixit eis, [d] In quid ergo baptizati estis? Ipsi verò dixerunt, In [e] Johãnis baptisma.

4 Dixit autem Paulus, * Johannes quidem baptizavit Baptismo resipiscentiæ, dicens populo ut in eum qui venturus erat post ipsum, crederent, hoc est in Christum Jesum.

5 Qui verò *illum* audierunt, baptizati sunt in nomen Domini Jesu.

6 Et quum imposuisset eis manus Paulus, venit Spiritus sanctus in eos, & loquebantur linguis & prophetabant.

[2] 7. vel, sed quũ illa audiverũt, baptizati sunt in nom. &c. quasi dicat Paulus, non fuit aliud baptisma Juchannã, quã baptisma Christi, vel ipso Juchannã teste: cur ergo non eadem sciẽtia fidei, idẽmque usus, & effectus idẽ? hæc enim Pauli, ac non auctoris verba sunt, ut Græcis coniunctionibus indicatur.

[2] Ad ver. Lingua lingua. Hebraism.

[a] 8. Paulus Ephesiorum rudiatate nihil offensus, Ecclesiã ibidem instituit.

[b] Dona illa eximia Spiritus sancti, quæ nimirum tum in Ecclesia vigebant.

[c] 3. Johannes discipulos tantùm inchoavit quos Christus perficeret.

[d] 3. Qua igitur doctrina imbuti & initiati estis?

[e] Baptizari in Johannis baptismo, est prò fiteri doctrinã quam Johãnes annũciabat ac baptismo obsignabat.

* Mat. 3. 11. Mar. 1. 8. Luc. 3. 16. Joh. 1. 27.

7 Erant autem omnes isti viri circiter duodecim.

8 *Ipse* porrò ingressus synagogam, liberè loquebatur, ad tres menses differens & suadens quæ ad regnum Dei *pertinent*.

9 [f] Quum autem quidam indurarentur, & non assentirentur *sermoni*, malè loquentes de [g] via illa *Dei* in cōspectu multitudinis, abscedens ab illis, separavit discipulos, quotidie disserēs in schola [h] Tyranni cujusdam.

10 Hoc autem factum est per biennium: *ita* ut omnes qui habitabant in Asia, tum Judæi tum Græci, audierint sermonem Domini Jesu.

11 Virtutésque nō vulgares edebat Deus per manus Pauli:

12 *Ita* ut etiam ad infirmos deferrentur a corpore ejus sudaria seu semicinctia, & discederent ab eis morbi, & spiritus improbi ab eis exirent.

13 [i] Aggressi sunt verò quidam ex circulatoribus Judæis [k] exorcistis nominare super eos qui habebant spiritus malos, nomen Domini Jesu, dicentes, Adjuramus vos per Jesum quem Paulus prædicat.

14 Erant autem quidam filii Scevæ Judæi primarii Sacerdotis septem, qui hoc faciebant.

15 Respondens verò spiritus improbus, dixit, Jesum novi, & Paulum scio: vos autem qui estis?

16 Et insiliit in eos homo in quo erat spiritus ille improbus, & [l] superatis illis, invaluit contra eos, ita ut nudi & vulnerati effugerent ex domo illa.

17 Id verò innotuit omnibus tum Judæis tum Græcis qui habitabant Ephesi: & incidit metus in eos omnes, & magnificabatur nomen Domini Jesu.

18 [m] Et multi eorum qui crediderant, veniebant [n] confitentes & indicantes facta sua.

19 Multi verò ex iis qui curiosa exercuerant, comportatos libros exusserunt in omnium cōspectu: quorum supputatis pretiis, reperierunt [o] denariorum quinquaginta millia.

20 Ita fortiter crescebat sermo Domini, & invalescebat.

21 [p] His autem impletis, induxit in [q] animū Paulus peragrata Macedonia & Achaia proficisci Hierosolymam, dicens, Postquā illic fuero, oportet me Romam etiam videre.

22 Missis verò in Macedoniam duobus ex iis qui ministrabant ei, *videlicet* Timotheo & Erasto, ipse substitit ad tempus in Asia.

23 [r] Ortus est autem illo tempore tumultus non parvus super [s] via *Dei*.

24 Nam quidam nomine Demetrius, signator argenti, qui faciebat [t] tēpla Dianæ argentea, præbebat artificibus nō parvum quæstum.

25 Quibus ille congregatis, & istiusmodi rerum opificibus, dixit, Viri, scitis ex hoc quæstu nostras esse copias:

f 8. Separare sese & alios ab incredulis planè desperatis, non est scindere Ecclesiā, sed eam potiùs unire.

g Viæ nomine Hebræi intelligunt certam vitæ rationem: hic autē per excellentiam, via pro Christianismo sumitur.

h Tyranni nomen hoc loco proprium est.

i 8. Satan cogitur adversus seipsum testificari.

k Sic vocabantur, qui dæmonas ejiciebāt, addita per Dei nomen obtestatione: initio autem Ecclesiæ sic vocati sunt, qui miraculorum dono pollentes, manus imponebāt energumenis, id est, a dæmonio obsessis.

l Illis frustrà resistētibus, superior evasit.

m 8. Magia publico testimonio, & Apostolica auctoritate damnata.

n Publicè, metu divini judicii perterriti, errata sua professi sunt ac detestati: hoc autem nihil ad confessionē auricularem.

o Qui minimi æstimant, judicant excrescere hāc summam ad septē mille & quingentas libras Gallicas, vel circiter octingentas Anglicanas.

p 8. Paulus indefatigabilis.

q Spiritus instinctu. non igitur pertinaciter dicendus est Paulus in mortē ruisse, sed spiritu ductore.

r 8. Quæstus accedente pietatis prætextu vera tamen pertinaciter defendendæ idololatriæ causa.

s Vide suprà vers. 9.

t Effigies erant ædium sacrarum cum simulacro Dianæ, quas comparabant venerantes illam.

7 Erant autem omnes illi viri duodecim.

8 Et ingrediebatur Paulus in synagogā, ac loquebatur liberè menses tres, suadebātque de regno Dei.

9 Et quidam ex eis indurabātur & cōtendebant, ac malè dicebāt de via Dei coram turba [3] populorum. Tunc submovit Paulus, ac separavit ab eis discipulos: & quotidie loquebatur cum eis in schola cujusdam cujus nomen erat Tyrannus.

10 Et hoc factū est per annos duos, donec audivissent sermonē Domini omnes qui habitant in Asia Judæi & Gentiles.

11 Et virtutes magnas edebat Deus per manum Pauli.

12 Ita ut etiam a vestimentis quę erant super corpus ejus, sudaria aut [4] frusta *panni* deferrent, & ponerent super infirmos: & discedebāt ab eis infirmitates, & etiam dæmonia exibant.

13 Volebant autem etiam homines Judæi qui circumvagabantur, & adjurabant dæmones, adjurare in nomine Domini nostri Jeschua, eos quibus erant spiritus impuri, dicentes, Adjuramus vos per nomen Jeschua quem prædicat Paulus.

14 (Erant autem septem filii viri cujusdam Judæi, principis Sacerdotum, cujus nomen erat Skeva, qui faciebant hoc.)

15 Et respondit dæmonium illud malū, ac dixit eis, Jeschua agnosco, & Paulum scio: vos autem qui estis?

16 Et insiliit in eos homo ille in quo erat spiritus malus, & invaluit contra eos, & dejecit eos, & nudati ac vulnerati effugerunt ex domo illa.

17 Et hoc innotuit omnibus Judæis & Gentibus qui habitabant Ephesi. Et incidit timor super omnes eos: & exaltabatur nomen Domini nostri Jeschua Christi.

18 Et multi ex iis qui crediderunt, veniebant, & annunciabant delicta sua, ac confitebantur id quod fecerant.

19 Multi verò etiam [5] magicam artem exercentes congregaverunt scripta sua: & adferentes exusserūt ea coram [6] omni homine, & supputaverunt pretia eorum, & [7] ascendit argentum myriadum quinque.

20 Et in virtute magna corroborabatur & crescebat fides Dei.

21 Quū autem expleta essent hæc, proposuit Paulus [8] in mente sua ut circuiret totam Macedoniam & Achaiam, & proficisceretur ad Urischelē. ac dicebat, Postquā profectus fuero illuc, necesse est mihi ut etiam Romam videam.

22 Et misit duos viros ex iis qui ministrabant ei, in Macedoniam, Timotheum & [9] Aristum. ipse verò mansit ad tempus in Asia.

23 Factus est autem in illo tempore tumultus magnus ob viam Dei.

24 Erat autē ibi faber argentarius quidam, cujus nomen erat Demetrius, qui faciebat templa argentea Dianæ, & [10] præbebat hominibus artis suæ lucrum magnum.

25 Hic congregavit [11] homines artificii sui omnes, & eos qui operabantur cum eis, ac dixit illis, Viri, nostis, quòd negotiatio nostra tota est ex hoc opificio.

3 F. vel gentiū, ut vertit Fabricius.

4 F. vel semicinctia, ut Græcè appellat ex voce Latina Lucas. Sed Syrus generaliori voce interpretatus est. Nā semicinctium Latinis olim nihil aliud significavit, quàm pannum præcingentem, ac velut partem anteriorem tunicæ, quo tenuiores utebantur pro tunica, quū ex inopia tunicā integram habere nō possent. Galli Syrorum exemplo vocāt *une piece* Martialis Apophoretis, de semicinctio, Det tunicā dives: ego te præcingere possum: Essem si locuples, munus utrumque darem.

5 F. Lucas τὰ περιεργα vocat, ἱερὰ γραμματα, amuleta & periaptia quælibet magica, quorum scientiam & artem libris expresserant. Athen. lib. 12. de Anaxarcho loquens verbis Anaxilæ, ὁ πρὸς τέκνοις ὢν ἀκυτάτοις ῥαπτοῖς φορεῖον ἱερατικὰ γράμματα καλά. Rectè itaque Syrus & Arabs interpretes de rebus magicis interpretati sunt.

6 Singulare pro plurali: quia nomen generis est. Hebr.

7 i. Summa pecuniæ ascendit ad myriades quinque.

8 Hebræi dicūt, In corde suo. hoc est, Apud se constituit. Non quod ex proprio sensu hoc consilium inierit, sed Spiritus sancti impulsu, ut constat ex sequenti capite.

9 F. vel Erastū, ut Græcus.

10 Ad ver. lucrari faciebat filiōs artis suæ lucrū magnū. Hebr.

11 Ad ver. Filios artis suæ, ut paulò antè. Hebraismus.

26 Et

26 Et etiam vos auditis, & videtis quòd non tantùm [12] civibus Ephesi, sed etiam multitudini totius Asiæ persuasit hic Paulus, & pervertit *eam*, dicens quòd non dii sunt illi qui manibus filiorum hominis fiunt.

27 Et non [13] hæc res tantùm innotescit, & irrita fit, sed etiam ipsum templum Dianæ deæ magnæ, reputatur tamquam nihil: & etiam ipsa dea totius Asiæ, quã omnes gentes adorant, despectui habetur.

28 Et quũ audivissent hæc, impleti sunt ira, & clamabant, ac dicebant, Magna est Diana Ephesiorum.

29 Et tumultuata est universa civitas, & accurrerunt pariter, & profecti sunt in theatrum. Et corripientes abduxerunt secum Gaium & Aristarchum, viros Macedonios, [14] comites Pauli.

30 Et Paulus volebat intrare in theatrũ, & prohibuerunt eum discipuli.

31 Et etiam primores Asiæ, quia amici ejus erant, mittentes rogaverunt eum ne exponeret seipsum ut ingrederetur in theatrum.

32 Turbæ autem quæ erant in theatro, valdè cõmotæ erant, & alii alia clamabant: multi autem ex eis nesciebant propter quod congregati essent.

33 Populus verò Judæorũ qui erat ibi, constituerunt ex se virum Judæum, cujus nomen erat Alexander: & quum staret, [15] annuit manu sua, & volebat [16] defensionem habere apud populum.

34 Et quũ cognovissent quòd Judæus esset, clamaverunt omnes una voce quasi horas duas, Magna est Diana Ephesiorum.

35 Et sedavit eos [17] primarius civitatis, dicens, Homines Ephesii, quis enim est ex filiis hominum qui ignoret civitatem Ephesiorum, quòd cultrix sit Dianæ magnæ, [18] & imaginem ejus quæ de cælo descendit?

36 Quia igitur contra hoc nemo potest dicere, oportet vos esse sedatos, & non facere aliquid præcipitanter.

37 Adduxistis enim homines istos quũ neque templa denudârint, neque maledixerint deæ nostræ.

38 Si autem huic Demitrio & [19] hominibus artificii ejus, sit disceptatio cum aliquo, ecce Proconsul est in civitate, [20] & fasti *dies* sunt, accedant, & disceptent unus contra alium.

39 Et si ita sit quòd aliquid aliud requiratis, in loco qui datus est ex lege ad congregationem absolvendum est.

40 Eo quòd etiam in periculo [21] versamur [22] quòd accusabimur tamquam seditiosi, quia non possumus defensionem habere pro congregatione diei hujus qua congregati sumus frustrà, & tumultuati sumus sine causa. Et quum hæc dixisset dimisit turbam.

[12] Ad verbum, Filiis Ephesi. Hebraismus tritus.

[13] F. vel hoc studium tantummodo infamatur & cõturbatur, sed, &c.

[14] Ad verbum, Filii comitatus Pauli. Hebraism.

[15] Ad verbum, Movit manũ suam, vide suprà cap. 12. 17.

[16] Ad verbum, Proferre subleivationem, vide Luc. 12. 11.

[17] id est, cui maxima erat fides & auctoritas in Repub. qui juri dicundo & tabulis publicis præfectus erat: quamobrem à Luca γραμματεὺς dictus est.

[18] F. vel & imaginis ejus quæ de cælo descendit?

[19] Ad verbum, filiis artificii ejus, ut paulo antè, Hebraiss.

[20] Syra vox videtur sonare Artificia sunt. id est, Exercẽtur artes. id est, Non sunt festi dies, quibus artes exercere & jus dicere prohibitum est. Convenit cum germanismo werktage. E. quos Galli vocant *Jours ouvriers*.

[21] Ad verbum, Stamus.

[22] F. vel ut accusemur tamquam seditiosi, &c.

26 Et spectatis & auditis Paulum istum non solùm Ephesinam, sed propè totius Asiæ multam turbam persuadendo avertisse, dicẽtem deos illos non esse qui manibus fiant.

27 Non solùm autem periculum est ne [y] istud quod nobis est peculiare, nobis probrosum evadat, sed etiam ne magnæ deæ Dianæ templum pro nihilo reputetur, futurúmque sit ut etiam destruatur majestas ejus, quam Asia tota & orbis terrarum colit.

28 *His* autem auditis, pleni excandescẽtia, clamaverunt, dicentes, Magna *est* Diana Ephesiorum.

29 Et impleta est civitas tota confusione, & irruerunt concorditer in theatrum, correpto Gaio & Aristarcho Macedonibus, sociis peregrinationis Pauli.

30 Paulo verò volente prodire ad populum, non siverunt eum *prodire* discipuli.

31 [x] Sed & quidam ex Asiarchis quũ essent ei amici, *nuncii* ad eum missis, rogârunt ne se daret in theatrum.

32 Alii igitur aliud clamabãt: erat enim concio conturbata, & plerique nesciebant cujus *rei* causã convenissent.

33 Ex turba verò *quidam* produxerunt Alexandrum propellentibus eum Judæis. Alexander autem manu silentio postulato, volebat defensione vti apud populum.

34 [y] Quem ut agnoverunt Judæũ esse, vox exstitit una ab omnibus *profecta*, quasi ad horas duas clamãtibus, Magna est Diana Ephesiorum.

35 [z] Tum scriba quum sedasset turbam, dixit, Viri Ephesii, quisnam est hominum qui nesciat Ephesiorum urbem ædituam esse magnæ deæ Dianæ, & a [a] Jove delapsi *simulacri?*

36 Quum igitur istis non possit cõtradici, oportet vos sedatos esse, nec quicquã præceps facere.

37 Adduxistis enim homines istos, neque sacrilegos, neque contumeliosos in deam vestram.

38 Quòd si Demetrius & qui cũ eo sunt artifices, [b] negotium habent cum aliquo, [c] agitur forum, & [d] Proconsules adsunt, alii alios postulanto.

39 Siquid autem de rebus aliis requiritis, in [e] legitima concione explicabitur.

40 Nam periculum est ne postulemur seditionis propter *diem* hodiernũ, quum nulla subsit causa ob quam possimus reddere rationem concursus istius. Et quum hæc dixisset, dimisit concionem.

[y] Quasi dicat, si pergat Paulus, ut cœpit, opinionem de Dianæ imaginibus conturbare, totus hic quæstus peribit.

[x] 3. Invicta quidem confidãtia opus est Verbi præsertim ministris, sed quæ tamẽ sancta prudẽtia modestè se regi patiatur.

[z] 1. Idololatris pro omni ratione sufficiũt rabies & clamores.

[z] 2. Hominis politici exemplum, mendaciis pacem redimẽtis, quod nunquam fecisset Paulus.

[a] Superstitiosè credebant Ephesii, simulacrũ ad se cælitùs delatum.

[b] Siquid habẽt accusationis adversus quẽpiam.

[c] Certis enim diebus dantur judicia forẽsia & adsunt Præsides.

[d] Nomine Proconsulum intelliguntur etiam Proconsulum legati, id est, qui eorũ vices gerebant.

[e] Legitima cõcio non tantùm opponitur tumultuosæ, sed etiã illi quæ extra ordinem advocabatur: erant enim certi dies habendis concionibus constituti.

CAPUT VICESIMUM.

[1] *Paulus iter in Macedoniam instituit.* [17] *Troade in mediam noctem sermonem protendẽs,* [9] *Eutychum per fenestram delapsum* [10] *resuscitat.* [15] *Miletum* [17] *vocatis Ephesinis Presbyteris,* [23.28] *quid se & illos maneat, exponit.*

ET postquã sedatus est tumultus, vocavit Paulus discipulos, & consolatus est eos: ac osculatus est eos, & egressus abiit in Macedoniam.

POstquam [a] verò cessavit tumultus, quum advocasset Paulus discipulos, & complexus esset, abiit profecturus in Macedoniam.

[a] 2. Paulus nõ ut quieturus, sed alibi laboraturus ex Ecclesiæ consensu Epheso discedit.

2 Quum autem illas partes peragrasset, & hortatus illos fuisset [b] multo sermone, venit in Græciam.

3 [c] Et *ibi* peractis mensibus tribus, quũ ei in Syriam navigaturo factæ fuissent a Judæis insidiæ, censuit per Macedoniam reverti.

4 Comitabatur autem eum usque in Asiam Sopater Berœensis: ex Thessalonicensibus verò, Aristarchus, & Secundus, & Gaius Derbæus, & Timotheus:

5 Asiani verò, Tychicus & Trophimus, quum præivissent, exspectârunt nos Troade:

6 Nos verò enavigavimus Philippis post dies Azymorum, & venimus ad eos Troadem intra dies quinque, ubi commorati sumus dies septem.

7 [d] [e] Primo autem die hebdomadis, cõgregatis discipulis [f] ad frangendum panẽ, Paulus disserebat cum eis abiturus postridiè, produxitq; sermonem usque in mediam noctem.

8 [g] Erant verò lucernæ multæ in cœnaculo ubi erant congregati.

9 Sedens autem quidam adolescẽs nomine Eutychus in fenestra, obrutus somno profundo, quum diutiùs dissereret Paulus, præ somno deturbatus, decidit ex tertia contignatione deorsum: & sublatus est mortuus.

10 Quũ descendisset autem Paulus, prolapsus est in eum: & simul *eum* complexus dixit, Ne tumultuamini: anima enim ejus in ipso est.

11 Quum igitur ascendisset, fregissẽtq; panem, & cibum sumsisset, diu colloquutus usque ad diluculum, ita *demum* profectus est.

12 Adduxerunt autem puerum viventem, & solamen acceperunt non mediocre.

13 Nos verò progressi ad navem, provecti sumus Assum, illinc recepturi Paulum. sic enim edixerat, pedibus ipse iter facturus.

14 Ut autem conjunxit *sese* nobiscum apud Assum, recepto eo devenimus Mitylenen.

15 Et quũ illinc enavigassemus, sequenti die pervenimus e regione Chii, postridiè verò appulimus Samum: & quum diversati essemus apud Trogyllium, sequẽti die venimus Miletum.

16 [h] Decreverat enim Paulus præternavigare Ephesum, ne ipsi contingeret tempus terere in Asia. Festinabat enim, ut, si fieri posset, die Pentecostes esset Hierosolymis.

17 Missis autem [i] Mileto *nunciis* Ephesum, accersivit Presbyteros Ecclesiæ.

18 [k] Qui quum ad ipsum venissent, dixit eis, Vos scitis quomodo a primo die quo ingressus sum Asiam, vobiscum per id omne tempus fuerim,

19 Serviens Domino cum omni animi submissione, & multis lacrymis ac tẽtationibus, quæ mihi evenerunt in Judæorum insidiis:

20 Ut nihil [l] subterfugerim eorum quæ

[b] Copiosa enim opus erat exhortatione post istã turbam.

[c] 2. Præposterus zelus, etiã homicidiorũ magister. nihil autẽ vetat sancta prudentia malorum conatibus occurrere.

[d] 2. Nocturni cœtus per se damnati non possunt nec debent, quum justa eorum causa subesse possit.

[e] Ad verb. primo die Sabbathi, i. Dominicõ. ex hoc igitur loco & 1. Cor. 16. 2 nõ ineptè colligitur jam tum consuevisse Christianos hoc die solemnes conventus agere, paulatim evanescente Judaici Sabbathi ceremonia.

[f] Quãvis Hebræis panis fractio convivium domesticum significet, hoc tamẽ loco de sacra cœna intelligi & exponi debet.

[g] 2. Diabolus meditans ingenti offendiculo Ecclesiã turbare, Paulo suppeditat insignem cõfirmandi Evangelii occasionem.

[h] 2. Paulus Christi sedulus imitator, ad vincula perpetuo cursu properans; priùs veluti testamentũ condit, quo anteactæ vitę rationem reddit, doctrinam a se propositam tuetur, & Ecclesiæ pastores ad perseverantiam hortatur.

[i] Secundũ indicatos locorum situs, intervallum fuit illud inter Ephesum atque Miletum ad stadia circiter quadringẽta, quæ efficiunt propè quinquaginta millia passuum, milliaria decẽ Germanica.

[k] 2. Veri pastoris viva imago.

[l] Nihil aut per metũ, aut lucri causa subticuerim, vel aliqua ex parte dissimulãtim.

2 Et quum circuisset regiones illas, & consolatus esset eos sermonibus multis, venit in Græciæ regionem.

3 Et mansit illic tribus mensibus. Fecerunt contra eum insidias Judæi, quũ futurum esset ut proficisceretur in Syriam. & cogitavit ut reverteretur in Macedoniam.

4 Et egressi sunt cum eo usq; in Asiam, Supater qui erat ex Berrhœa civitate, & Aristarchus & Secũdus, qui erãt ex Thessalonica, & Gaius qui erat ex Derbe civitate, & Timotheus qui erat ex Lystra: & ex Asia, Tychicus & Trophimus.

5 Hi profecti sunt ante nos, & exspectaverunt nos Troade.

6 Nos verò egressi sumus Philippis civitate Macedoniæ post dies azymorum, & iter fecimus per mare, ac venimus Troadem diebus quinque, ac mansimus ibi dies septem.

7 Et in die primo septimanæ quum cõgregati essemus ut frangeremus eucharistiam, loquebatur cum eis Paulus, eo quòd die postero futurum erat ut discederet, protrahebãtque *sermonem* loquendo usq; ad medium noctis.

8 Et erant ibi lampades ignis multæ in cœnaculo illo in quo congregati erant.

9 Et sedebat adolescens quidam, cujus nomen erat Eutychus, in fenestra, ac audiebat: & mersus est somno gravi, quum protraheret sermonem ipse Paulus: & in somno suo decidit e tertia cõtignatione, & sublatus est mortuus.

10 Et quum descendisset Paulus ruit super eum, & [1] amplexatus est eum, ac dixit, Ne commoveamini: quia anima ejus in eo est.

11 Quũ verò ascendisset, fregit panem & gustavit, loquutusq; est usquedum ascendisset aurora: & tunc egressus est ut proficisceretur per aridam.

12 Et adduxerunt adolescentem viventem, gavisiq; sunt de eo plurimùm.

13 Nos autem descendimus in navigiũ, & iter fecimus ad cœtum [2] Thesus: quia illinc recepturi eramus Paulum. ita enim mandaverat, quũ proficisceretur ipse per aridam.

14 Quum autem recepissemus eum ex Theso, sustulimus eum in navigiũ, ac venimus Mitylenen.

15 Et inde die postero iter fecimus contra Chium insulam, & rursus die postero venimus Samum: & mansimus in Trogyllio, & die postero venimus Miletum.

16 Statutũ enim erat ipsi Paulo ut [3] pertransiret Ephesum, ne retardaretur ibi, eo quòd acceleraret ut (si fieri posset) diẽ Pẽtecostes in Urischelem celebraret.

17 Et ab ipsa Mileto mittens accersivit seniores ecclesiæ Ephesi.

18 Quúmque venissent ad eum, dixit eis, Vos nostis, a die primo quo ingressus sum Asiam, quomodo fui vobiscum omni tempore,

19 Colẽs Deum in depressione magna & in lacrymis, & in tentationibus quæ [4] transiverunt super me insidiis Judæorũ.

20 Neq; aspernatus sum id quod expediens

[1] Litetarũ quæ ad idem organum pronunciationis pertinent frequẽs est in Syra lingua permutatio: per quam etiam fit ut multas voces alioquin Hebraicas, Syri proprias faciãt: quemadmodum etiam interdum facere solẽt, permutato literarum ordine. de utroque exempla multa habemus in hoc libro. Hîc verò vocẽ Hebræam חבק, Amplexatus est, propriam faciunt mutato ח in ע & ב in פ id est, gutturalẽ in gutturalem aliã, & labialem in aliam labialẽ, עבקה pro חבקה quod annotare libuit, ut intelligerent linguarũ studiosi qua ratione unius linguæ vocabula ad aliã transeant.

[2] 2. id est, εἰς τὸν ἄσσον, nempe ἐκκλησίαν. Eadem verò sermone Phrygio appellatur Thesus vel Thessus: & ex ea thesion herba sive thrasi Plinio lib. 21. nat. hist. cap. 17. & alibi. Quamobrem imperitè nonnulli ex Theso vel Thesso fecerunt Thassum.

[3] 2. vel præteriret: quod est evidentius.

[4] Id est, Quæ evenerũt mihi. Qui modus loquendi frequẽter occurrit, ut Job. 13. 13. & Num. 5. 4. Paralip. 29. 30. Psal. 88. 17. Isa. 45. 14. & Zac. 9. 8.

diens erat animabus vestris; ut prædicarem vobis: & docui in vicis & in domibus.

21 Testificans Judæis & [5] Gentilibus de conversione quæ fit ad Deum, & fide quæ est in Dominum nostrum Jeschua Christum.

22 Et nunc ego vinctus sum in spiritu, & proficiscor ad Urischelem, & ignoro quid eventurum sit mihi in ea.

23 Verumtamen Spiritus sanctus in omni civitate testatur mihi, ac dicit, Vincula & afflictiones paratæ sunt tibi.

24 Sed mihi nihili æstimatur [6] anima mea, ut compleam cursum meum & ministeriũ meum quod accepi a Domino nostro Jeschua, ut testificer de Evangelio gratiæ Dei.

25 Et nunc ego novi quòd rursus vultũ meum non estis visuri, vos omnes quibus circumiens prædicavi regnum Dei.

26 Testor ego vobis hodierno die, quòd purus sum a sanguine omnium vestrûm.

27 Non enim subterfugi quominus ostenderem vobis totam voluntatem Dei.

28 Attẽdite igitur vobisipsis & toti gregi, in quo constituit vos Spiritus sanctus episcopos, ut pascatis ecclesiam Christi quam acquisivit sanguine suo.

29 Ego enim novi quòd postquàm abiero, ingredientur vobiscum lupi robusti, qui non parcent gregi:

30 Et etiam ex vobisipsis exsurgent homines loquentes perversa, ut subvertant discipulos, ut [7] abeant post eos.

31 Propter hoc estote vigilantes, & memores quòd annos tres non cessaverim nocte & die cum lacrymis corrigere unumquemque ex vobis.

32 Et nunc commendo vos Deo & sermoni gratiæ ipsius qui potest ædificare vos, & dare vobis hæreditatem cũ omnibus sanctis.

33 Argentum aut aurum aut vestimenta non cupivi.

34 Et vos nostis, in necessitate mea & eorum qui mecum sunt, ministri mei *fuerunt* hæ manus meæ.

35 Et omnia ostendi vobis. ita oportet laborare & solicitum esse de illis qui infirmi sunt: & meminisse sermonum Domini nostri Jeschua, quia ipse dixit beatũ esse eum qui dat, magis quàm *sit* is qui accipit.

36 Et quum hæc dixisset, procidit super genua sua, & oravit, & omnes *illi* homines cum eo:

37 Et factus est fletus magnus in omnibus illis: & amplexati sunt eum, & osculabantur eum.

38 Maximè autem torquebãtur propter illum sermonem quem dixerat, [8] Rursus non estis visuri faciem meam. Et comitati sunt eum usque ad navigium.

[5] r. Syr. Aramæis, id est, Syris, pro eo quod est Gẽtibus, ἐθνικοῖς: ut infrà 21.28.

[6] Id est, Vita mea. Hebraïs.

[7] Id est, Sequãtur eos. Hebr.

[8] r. al. ipsos rursus nõ esse visuros faciẽ ejus.

vobũ conducerent, quominus *ea* vobis annunciarem, & docerem vos publicè & domatim:

21 Attestans Judæis simul & Græcis conversionem ad Deum, & fidem, quæ est in Dominum nostrum Jesum Christum.

22 [m] Et nunc ecce, ego [n] vinctus Spiritu, proficiscor Hierosolymam, ignorans quæ in ea mihi occurrent:

23 Nisi quòd Spiritus sanctus oppidatim etiam atque etiam attestatur, dicens vincula & afflictiones me manere.

24 Sed nullius rei habeo rationem, neque vita mea mihi ipsi cara est, ut consummam cursum meum cum gaudio, & ministerium quod accepi a Domino Jesu, ad attestandum Evangelium gratiæ Dei.

25 Et nunc ecce, ego scio non ampliùs visuros faciem meam ullos ex vobis omnibus, per quos transivi prædicans regnum Dei.

26 Ideò testor vobis hodierno die me [o] purum esse a sanguine omnium:

27 [p] Non enim subterfugi quominus annunciarem vobis omne Dei consilium.

28 Attendite igitur *animum* ad vosipsos & totum gregem in quo vos Spiritus ille sanctus constituit episcopos, ad [q] pascendam Ecclesiam [r] Dei, quam suo [s] illo proprio sanguine acquisivit.

29 [t] Ego enim illud scio, lupos graves, non parcentes gregi, ingressuros esse in vos post discessum meum.

30 Et ex vobisipsis exorituros qui loquantur perversa, ut [v] discipulos post se abstrahant.

31 Ideò vigilate, memores me per triennium nocte & die non cessasse cum lacrymis admonere unumquemque.

32 [x] Et nunc quoq;, fratres, commendo vos Deo & sermoni gratiæ ipsius, qui *quidem Deus* potest *vos* superstruere, & dare vobis quòd [y] hæreditatem jure possideatis cum sanctificatis omnibus.

33 [z] Argentum vel aurũ aut vestem nullius concupivi.

34 Imò ipsi nostis, * usibus meis & iis qui mecum sunt, manus istas ministrasse.

35 In omnibus ostendi vobis oportere sic laborando [a] suscipere infirmos, & meminisse verborũ Domini Jesu, ipsum *videlicet* dixisse, Beatũ est dare potiùs quàm accipere.

36 Et quum hæc dixisset, positis genibus suis, oravit cum illis omnibus.

37 [b] Magnus autem fletus omniũ ortus est: & ruentes in collum Pauli, deosculabantur eum:

38 Cruciati maximè, ob sermonem quem dixerat, ipsos non esse ampliùs faciem ejus conspecturos: & deduxerunt eũ ad navim.

[m] 8. Testificatur se, ex Dei mandato, ad vincula proficisci.

[n] Vinculũ Spiritus vocat, instinctũ Spiritus sancti impellentis ad iter Hierosolymitanum, quẽ promto paratõque animo ipse sequeretur.

[o] Si perieritis, nullam tamen in me culpam fore. Vide sup. 18.6.

[p] 8. Doctrina Apostolica est omnibus modis absolutissima.

[q] Custodiẽdã, instituendam, & regendam.

[r] Illustris sententia de Christi Deitate, & ostẽdens rectè in persona hujus, propter unionem duarũ naturarũ tribui uni in cõcreto proprietatẽ alterius: id quod pia antiquitas, mẽtione cõmunicationis proprietatum, religiosè explicavit.

[s] Articulus additus excellẽtiã hujus sanguinis indicat.

[t] 8. Prophetia de pastoribus in lupos mox degeneraturis: adversus eos qui de nuda personali successione gloriantur.

[v] Abundantia miseriẽ, nimirum absentia tanti pastoris, & ingressus luporum.

[x] 8. Dei potentia & gratuitę ipsius promissiones in Verbo patefactæ, sunt Evãgelici ministerii sustentacula.

[y] Tamquam filii, atq; ideò ex gratuita benevolentia.

[z] 8. Avaritia in primis pastoribus vitanda.

* 1. Cor. 4. 12. 1. Thes. 2. 9. 2. Thes. 3. 8.

[a] Quasi porrecta manu, alioquin collapsuros retinere.

[b] 8. Evangeliũ non tollit, sed verè regit naturales affectus.

CAPUT VICESIMUMPRIMUM.

[1] *Paulus Jerosolymam tẽdens,* [8] *Cæsareæ Philippum Evangelistam convenit.* [10] *Ejus etiã vincula prædicit Agabus.* [17] *Hierosolymam quum advenisset,* [26] *templum ingressus,* [27] *comprehenditur à Judæis,* [32] *Per Lysiam tribunum iisdem eripitur.*

UT

VT[a] autem provecti sumus, avulsi ab eis, recto cursu venimus Coum, & sequenti die Rhodum, & illinc Patara.

2 Et nacti navem trajicientem in Phœniciam, *ea* conscensa, provecti sumus.

3 Quum autem cœpisset nobis apparere Cyprus, & eam ad sinistram reliquissemus, navigavimus in Syriam, & devecti sumus Tyrum: illic enim navis erat suum onus expositura.

4 Permansimus autem ibidem dies septem, inventis discipulis: qui Paulo dicebant[b] per Spiritum, ne ascenderet Hierosolymam.

5 Sed peractis illis diebus, abiimus, omnibus deducentibus nos cum uxoribus & liberis, extra urbem usque: & positis genibus in littore, oravimus.

6 Et alii alios complexi, conscendimus navim: illi autem reversi sunt domum suam.

7 Nos verò navigatione perfecta, devenimus Tyro Ptolemaida: & salutatis fratribus, mansimus diem unum apud eos.

8 Postridiè verò egressi Paulus & nos qui cum eo eramus, venimus Cæsaream: & ingressi domum Philippi Evangelistæ (qui erat[c] unus ex illis septem) mansimus apud eum.

9 Huic autem erant quatuor filiæ virgines[d] prophetantes.

10 Et quum *illic* permansissemus dies complures, descendit ex Judæa quidam propheta nomine Agabus:

11 Qui quum venisset ad nos, & sumsisset zonam Pauli, vinctis sibi manibus ac pedibus, dixit, Hæc dicit Spiritus sanctus, Virũ cujus est hæc zona, ita vincient Hierosolymis Judæi, tradéntq; in manus Gentium.

12 Ut verò ista audivimus, rogabamus & nos & ejus loci incolæ, ne ascenderet Hierosolymam.

13 Sed respondit Paulus, Quid facitis, flentes & emollientes cor meum? Nam ego non solùm vinciri, sed & mori paratus sum Hierosolymis pro nomine Domini Jesu.

14 [e] Quum igitur non assentiretur, acquievimus, dicentes, Fiat Domini voluntas.

15 Porrò post dies istos collectis sarcinis ascendimus Hierosolymam.

16 Venerunt autem simul etiam *aliqui* ex discipulis Cæsarea nobiscum, adducentes apud quem diversaremur, Mnasonem quendam Cyprium, antiquum discipulum.

17 Quum igitur pervenissemus Hierosolymam, libenter exceperunt nos fratres.

18 Sequenti verò die introiit Paulus nobiscum ad Jacobum, & omnes Presbyteri adfuerunt.

19 [f] Quos complexus, exposuit ordine singula quę Deus fecerat inter Gentes per ipsius ministerium.

20 [g] At illi *hæc* auditis, glorificaverunt Dominum: & dixerunt ei, Vides frater

[a] 1. Vocationis cursum interdum homines non tantùm amici, sed etiã Spiritu Dei præditi conãtur remorari: sed nostrum officium est, ubi nos vocati à Deo scimus, sine ulla prorsus exceptione pergere.

[b] Qui prædicebãt per Spiritum, quę pericula imminerent Paulo, illud quidem ut Prophetæ, ac humana affectione illum deterrebant ne Hierosolymã proficisceretur.

[c] De septem Diaconis loquitur, de quibus anteà cap. 6.

[d] Peculiari dono prædicendi futura erant instructæ.

[e] 1. Dei voluntas, omnium affectuũ frænum est in iis qui Dei gloriã seriò quærũt.

[f] 1. Deus auctor celebrandus omnium rectè dictorũ & factorum.

[g] 1. In rebus mediis (quales erant nõ Pharisaicæ traditiones, sed legales cæremoniæ, tantisper dũ plenius patefieret Judęis Christiana libertas) præcipit charitas ut fratribus, non præfractè & malitiosè reluctantibus veritati, sed nondum plenè institutis, quoad ejus fieri potest (præsertim quum de tota aliqua multitudine agitur) nos ipsos ultrò accõmodemus.

ET discessimus ab eis, & iter fecimus rectà Coum insulam: & die postero venimus Rhodum, ac inde Pataram.

2 Et invenimus illic navim quæ proficiscebatur in Phœnicen, & conscendimus eam, ac iter fecimus.

3 Atq; pervenimus usque ad Cyprum insulam, reliquimúsq; eam ad sinistram, ac pervenimus in Syriam, & inde pervenimus Tyrum. Illic enim erat navi exponendum onus suum.

4 Quúmq; invenissemus ibi discipulos, mansimus apud eos dies septem. & hi dicebant quotidiè Paulo per Spiritum, ne proficisceretur ad Urischelem.

5 Et post illos dies egressi sumus ut pergeremus in itinere *nostro*. comitabantúrq; nos omnes ipsi & uxores eorum usque extra civitatem: & prociderunt super genua sua juxta mare, ac orãtunt.

6 Et osculati sumus invicem, & ascendimus in navim, reversiq; sunt illi in domus suas.

7 Nos verò iter fecimus ex Tyro, & venimus ad [1] Hachum civitatem: & [2] dedimus pacem fratribus qui illic erant, ac mãsimus apud eos diem unum.

8 Et die postero egressi sumus, ac venimus Cæsaream: & ingressi mansimus in domo Philippi Evangelistæ [3] qui erat ex septem:

9 Cui erant filiæ virgines quatuor, quæ vaticinabantur.

10 Et quum essemus ibi diebus multis, descenderat ex Judæa Propheta quidam cujus nomen erat Agabus.

11 Et ingressus est ad nos, sumsitq; zonam lumborum Pauli, & vincivit pedes suos ipsius & manus suas: ac dixit, Sic dicit Spiritus sanctus, Virum dominũ zonæ hujus ita vinciẽt Judæi in Urischelem, & tradent eum in manus Gentium.

12 Et quũ hos sermones audivissemus, rogavimus eum nos [4] & filii loci *illius*, ne proficisceretur ad Urischelem.

13 Tũc respondit, & dixit Paulus, Quid facitis flentes, & comminuentes ipsum cor meum? ego enim non ut vinciar tantùm paratus sum, sed etiam ut moriar in Urischelem pro nomine Domini nostri Jeschua Christi.

14 Et quum non acquievisset nobis, destitimus, ac diximus, Voluntas [5] Domine fiat.

15 Et post dies istos prępara vimus nos, & ascendimus ad Urischelem.

16 Et venerũt nobiscum quidam discipuli ex Cæsarea, adducentes secũ fratrem quendã ex discipulis antiquis (cujus nomen erat Mnason, erátq; ex Cypro) ut exciperet nos domi suæ.

17 Quúmq; venissemus ad Urischelem, exceperunt nos fratres alacriter.

18 Et die postero ingressi sumus cũ Paulo ad Jaakub, quum essent apud eum omnes Seniores.

19 Et [6] dedimus eis pacem. Et narrabat eis Paulus [7] juxta ordinem quicquid fecisset Deus inter Gentes per ministerium ipsius.

20 Quúmque audivissent, glorificaverunt Deum, & dixerunt ei, [8] Tu vide frater noster

[1] עכו civitas est quæ tribui Ascher in hæreditatem cõtigit. Et Stephanus scribit Acci fuisse ab Hercule vocatã postquàm ibi remedium sensisset ex vulnere quod à serpente acceperat. Posteà verò Πτολεμαΐς, ut commemorat Eusebius, vocata fuit. Retiner ergo Syriacus contextus antiquũ nomẽ: Græcæ verò & Latinæ versiones illud habent quod est recentius. 1. sic enim appellatur Josue 19. Judic. 1. & alibi passim, hodiéq; suum nomẽ retinet. illud ergo etymon Stephani commentum est.

[2] 1. Valediximus fratribus, Hebraïs.

[3] Sensus est, Unus erat ex illis septẽ diaconis, de quibus act. 6.

[4] 1. Habitatores & cives loci illius Hebr.

[5] 1. al. Domini nostri fiat.

[6] 1. Salutavimus eos: Hebraismus.

[7] Ad verbum, Post post, Syra phrasis antè observata: & significat unũ post aliud narrare, quo ordine singula gesta sunt.

[8] 1. al. vides frater: ut vulgò in Græco textu legitur.

noster quot myriades sint in Judæa qui crediderũt, & omnes hi æmulatores sunt Legis.

21 Dictũ autem est de te quòd doceas ut discedant a Musche omnes Judæi qui sunt inter Gentes: dum dicis ne circumcidant filios suos, neque in ritibus Legis ambulent.

22 [9] Quia igitur auditũ est ab eis quòd veneris huc,

23 Fac id quod dicimus tibi: Sunt nobis viri quatuor quibus votum est ut purificentur:

24 Assume eos, & vade, purificare cum eis, & expone [10] pro eis impensas: ut radant capita sua: & innotescat unicuique quòd id quod dictum fuit de te, mendacium est, túque Legem perficias & serves.

25 De iis qui crediderunt ex Gentibus, nos scripsimus ut servarent seipsos ab iis quæ immolata sunt, & a scortatione, & a suffocato, & a sanguine.

26 Tunc Paulus assumsit viros illos die postero, & purificatus est cum eis, & ingressus profectus est in templum, notam faciens eis expletionem dierum purificationis, usquedum oblata esset oblatio uniuscujusque ex eis.

27 Quúmque pervenisset dies septimus, Judæi qui erant ex Asia, viderũt eum in templo, & incitaverunt contra eum populum totum: & injecerunt in eum manus,

28 Clamantes, ac dicentes, Viri, filii Israël, succurrite. hic est ille homo qui contra populum nostrum docet in omni loco, & contra locum hunc: & etiam [11] Gentiles introduxit in templum, & polluit locum hunc sanctum.

29 Antè enim viderant cũ eo Trophimum Ephesium in urbe, & putabãt quòd cum Paulo ingressus esset in templum.

30 Et commota est universa urbs, & cõgregati sunt omnis populus: & apprehenderunt Paulum, atque extraxerũt eum foras e templo. & eadem hora clausæ sunt januæ.

31 Et quum quereret turba occidere eũ, auditum est a tribuno cohortis quòd tota urbs commota esset.

32 [12] Et eadem hora assumto centurione & ducibus militum multis, accurrerunt ad eos. quúmque vidissent tribunum & milites: [13] destiterunt percutere Paulum.

33 Et appropinquavit ad eũ tribunus, & cepit eum, præcepítque ut vincirẽt eum duabus catenis: & interrogabat de eo quisnam esset, & quid fecisset.

34 Et clamabãt adversus eum homines e turba [14] quisque aliud. & propter clamorem eorum non poterat cognoscere quæ esset veritas, præcepitq; ut ducerent eum in castra.

35 Et quũ pervenisset Paulus ad gradus, portabant eũ milites, propter violentiam populi.

36 [15] Veniebat enim post eum populus multus, & clamabant, & dicebant, Tolle eum.

[9] v. Hic desunt quædã ex Græco (nam aliter legisse videtur Syrus) sed eodem argumẽto.

[10] v. vel cum eis, id est, præter eos tu quoque. Sic etiam Græcum ἐν αὐτοῖς.

[11] v. Syrè, Aramæos. vide suprà in 20.21.

[12] Ad exprimendum tribunum, centurionem, milites, utitur Græcis vocabulis.

[13] Ad verbum, Destiterunt ab eo quòd percutiebãt Paulum.

[14] Ad verbum, Aliquid aliquid, hoc est, Quisque diversum quid vociferabatur adversus Paulum, ut fit in tumultu.

[15] i. Sequebatur eum. Hebraismus.

quot sint millia Judæorum qui crediderunt: suntq; omnes accensi zelo Legis.

21 Audierunt autem de te ex aliorũ sermone, te defectionem a Mose docere omnes qui inter Gentes sunt Judæos, & dicere eos non debere circumcidere filios, neque *secundùm* ritus ambulare.

22 Quid est ergo? omnino oportet convenire multitudinem: audient enim te venisse.

23 Hoc igitur fac quod tibi dicimus: Sunt nobis viri quatuor [h] qui voto sese obstrinxerunt.

24 His assumtis, [i] sanctificator cum eis, & [k] adde ad eorum sumtus, ut * radant capita, & norint omnes nihil esse eorum quæ de te auditione acceperunt, sed te quoque ita incedere ut Legem observes.

25 De iis autem qui crediderũt ex Gentibus, nos scripsimus, & decrevimus nequid hujusmodi observent, nisi ut caveant ab iis quæ sunt immolata simulacris, & a sanguine, & rebus suffocatis, & scortatione.

26 Tum Paulus assumtis viris illis, sequente die cum eis sanctificatus ingressus est in templum, [l] denuncians expletionem dierum sanctificationis, usquedum oblata fuit pro unoquoque eorum oblatio.

27 [m] Quum autem septeni illi dies jam essent finiendi, qui ex Asia *advenerant* Judæi ipsum conspicati in templo, concitârunt totam turbam, & injecerunt manus in eum,

28 Clamantes; Viri Israëlitæ, succurrite: hic ille homo est qui adversus populum & Legem & locum hunc omnes ubique docet: atque adeò Græcos introduxit in templum, & polluit sanctum locum istum.

29 (Viderant enim anteà Trophimum Ephesium in urbe cũ eo, quem existimabant fuisse a Paulo introductum in templum.)

30 Commota est igitur urbs tota, & factus est concursus populi: & prehensum Paulũ trahebant e templo: statimq; clausæ sunt fores.

31 [n] Studentibus autem ipsis eũ interficere, pervenit rumor ad Tribunum cohortis, totam Hierosolymam conturbatam esse:

32 Qui eo ipso *momento* acceptis militibus ac Centurionibus, decurrit ad illos. At illi quum vidissent Tribunum & milites, cessârunt cædere Paulum.

33 Túc appropinquans Tribunus prehendit eum, & jussit vinciri catenis duabus: & percontatus est quisnam esset, & quid fecisset.

34 Alii autem aliud vociferabantur in turba: & quum non posset certum rescire propter tumultum, jussit eum duci in castra.

35 Quum igitur pervenisset ad gradus, evenit ut portaretur a militibus propter violentiam turbæ.

36 Sequebatur enim multitudo populi, clamans, Tolle ipsum.

37 Et

[h] Ad verb. habentes votum super se.

[i] i. Consecrator: hîc siquidem de impuris nõ agitur, sed de iis qui Nazareatus voto essent obstricti.

[k] Ut tu huîc votò non tantùm interfuisse, sed etiam præsuisse videare: ideò posteà dicitur Paulus dies purificationis denunciasse. Nam quamvis in Nazaræorũ oblationes essent sumtus decreti, licebat tamen iis aliquid adjicere.

* *Sup. 18. 18. Num. 6. 18.*

[l] Significanda erat sacerdotibus dierũ expletio, nã quo die Nazaræorum votum finiebatur, offerenda erant sacrificia.

[m] 2. Zelus præposterus maximæ confusionis & magnorum scelerum causa.

[n] 2. Dominus inter ipsos etiam profano invenit qui aliorum conatus impediãt.

37 Et quum futurum esset, ut intrò duceretur in castra Paulus, dicit Tribuno, Licètne mihi aliquid tibi dicere? Qui dixit, Græcè nosti?

38 Nónne tu es [o] Ægyptius ille qui ante hos dies commovisti & eduxisti in desertum quatuor millia [p] sicariorum?

39 Dixit autem Paulus, Ego quidem sum Judæus Tarsensis, urbis in Cilicia nō obscuræ civis: cæterùm rogo te, permitte mihi ut alloquar populum.

40 Quum igitur ille permisisset: Paulus stans in gradibus, manu silentium postulavit a plebe: & magno silentio facto, loquutus est lingua Hebræa, dicens,

[o] De isto Ægyptio, qui triginta millia hominū coëgit, vide Josephū lib. 2. cap. 12. De bello Judaico.

[p] Utitur sicariorum nomine Græcè loquens, Græca tamen inflexione: sicarius autem à sica dicitur.

37 Et quum appropinquaret ut introiret in castra ipse Paulus, dixit Tribuno, Si permittis tu mihi, loquar tecū: Ipse autem dixit ei, Græcè nosti?

38 Nō es tu ille Ægyptius, qui ante dies hos turbam excitasti, & abduxisti in desertū quatuor millia [16] hominum facinorosorum?

39 Dixit ei Paulus, Ego homo sum Judæus ex Tarso Ciliciæ civitate celebri, in qua natus sum: oro te, permitte mihi loqui ad populum.

40 Et quum permisisset ei, stetit Paulus super gradus, & [17] agitabat eis manū suam: & quum desiissent, loquutus est cum eis Hebraicè, ac dixit eis,

[16] Ad verb. Facientium mala.

[17] Gestus petentis audientiam.

CAPUT VICESIMUMSECUNDUM.

[1] *Paulum rationem fidei suæ reddentem,* [22] *aliquamdiu Judæi audiunt.* [23] *Illis verò clamantibus,* [24] *Virgis examinari jussus,* [27] *Romanum se civem esse declarat.*

VIri fratres & patres, audite meā, quam nunc apud vos utor, defensionem.

2 Quum audissent autem eum Hebræa lingua ipsos alloqui, magis præbuerunt se quietos. *ipse* verò dixit *eis:*

3 [a] Ego quidē sum Judæus, natus Tarsi *quæ urbs est* Ciliciæ, nutritus verò in hac ipsa urbe [b] apud pedes Gamalielis, eruditus ad exquisitā formā patriæ legis, zelo Dei accensus, sicut & vos omnes estis hodiè.

4 Qui hāc sectam sum persequutus usque ad mortem, vinciens ac tradēs in carceres tum viros tum mulieres.

5 Ut & Pontifex maximus mihi testis est, & totus seniorum ordo: a quibus etiam acceptis ad fratres epistolis, Damascū proficiscebar, adducturus etiam eos, qui illic essent, vinctos Hierosolymam, ut punirentur:

6 Evenit autem mihi iter facienti, & appropinquāti Damasco circiter meridiem, ut repentè e cælo circumfuderit me lux multa tamquam fulgur.

7 Cecidiq; in solum, & audivi vocem dicentem mihi, Saul, Saul, quid me persequeris?

8 Ego verò respondi, Quis es Domine? Dixitq; mihi, Ego sum Jesus Nazaræus, quem tu persequeris.

9 Porrò qui mecum erant, [c] lucem quidem conspexerunt, & expavefacti sunt: vocem autem non audierunt ejus qui loquebatur mecum.

10 Dixi verò, Quid faciā Domine? Dominus autē dixit mihi, Surge, ac proficiscere Damascum: & illic tibi dicetur de omnibus quæ cōstitutum est tibi ut facias.

11 Quum verò non viderem præ gloria lucis illius, manu deductus ab iis qui mecum erant, veni Damascum.

12 Ananias autem quidam, vir pius secundùm Legem, testimonio ornatus omnium *illic* habitantium Judæorum,

13 Veniens ad me, & adstās dixit mihi, Saul frater, recipe visum. Et ego eodē illo momento visu recepto illum vidi.

14 Ipse autem dixit, Deus patrū nostrorum designavit te qui cognosceres ipsius

[a] 2. Paul. brevi anteactæ vitæ narratione suā tum vocationem tum doctrinam ut divinam asserit.

[b] 1. Assiduus auditor: huc enim respexit, quòd qui docent solent è superiore loco discipulos alloqui in subsellii sedēs.

[c] Vide sup. 9. 7.

FRatres & patres, audite [1] defensionē quæ est apud vos.

2 (Et quum audirent quòd Hebraicè loqueretur cum eis, magis desierunt, & dixit eis)

3 Ego homo sum Judæus, & natus sum in Tarso Ciliciæ, [2] nutritus verò sum in hac urbe juxta pedes Gamalielis: & eruditus fui perfectè in lege Patrum nostrorū, & fui zelator Dei, ita ut etiam vos omnes estis.

4 Et hanc viam persequutus sum usque ad mortem, quum vincirem & traderem in domum vinctorum viros & mulieres.

5 Sicut testis est pro me princeps Sacerdotum & omnes seniores, a quibus acceperam literas ut proficiscerer ad fratres qui erant Damasci, ut etiam eos qui erant illic adducerem ad Hierischelem vinctos, & acciperent [3] constitutum in caput.

6 Et quū profectus essem, ac inciperem appropinquare Damasco, meridiè repentè e cælo effulsit super me lux magna.

7 Et cecidi super terram, audiviq; vocē quæ dicebat mihi, Schaule, Schaule, quid persequeris tu me?

8 Ego autem respondi, ac dixi, Quis es Domine mi? Et ipse dixit mihi, Ego sum Jeschua Natzaræus, quem tu persequeris.

9 Et viri qui erant mecum, viderūt lumen, [4] vocem autem non audiverunt ejus qui loquebatur mecum.

10 Et dixi, Quid faciam Domine mi? Et Dominus noster dixit mihi, Surge, proficiscere Damascum: & illic tibi dicetur de omni eo quod mandatur tibi ut facias.

11 Et quum nihil conspiceretur mihi propter gloriam lucis illius, [5] apprehenderunt me manibus meis ii qui mecum erant: & ingressus sum Damascum.

12 Et homo quidam Chānanjah, justus in Lege, sicut testantur de eo omnes Judæi qui illic *sunt*, venit ad me,

13 Dixitq; mihi, Schaule frater mi, aperi oculos tuos. Et eādem horā aperti sunt oculi mei, & intuitus sum eum.

14 Et dixit mihi, Deus patrum nostrorum cōstituit te ad cognoscendā voluntatem ejus, &

[1] F. ut sup. 19. 33.

[2] Id est, Assiduus fui ejus auditor. Mos est enim ut inferiore loco sedentes discipuli magistros è suggestu docentes audiāt. quod expressit Moses, Deut. 33. Hinc illa cohortatio ad studiū sapientiæ, in פרקי אבות cap. 1. ut juvenes se volutēt in pulvere pedum sapientum. Ita enim ibi scribūt, יהי ביתך בית ועד לחכמים והוי מתאבק בעפר רגליהם והוי שותה בצמא את דבריהם: Sit domus tua, domus conventus sapientum, & esto te volutans in pulvere pedū eorum, estōq; bibens cū sitī verba eorum.

[3] Id est, Multā impositam capiti ipsorum.

[4] putà articulatam, ut assequerentur eā quæ enunciabat Christus: nam alioquin sonum comites Pauli audierūt, ut narrat Lucas suprà 9. 7.

[5] Deerant in impresso Syro testamēto, אחרונו באידו חנון דעמי חוו. Id est, Apprehenderunt mē manibus meis ii qui mecum erant: quæ nos ex manuscripto codice Heidelbergēsi restituimus.

ejus, & *ut* videres justum illum, ac audires vocem ex ore ejus:

15 Essesque ei testis apud omnes filios hominis de omnibus quæ vidisti & audivisti.

16 Et nunc quid cunctaris tu? Surge, baptizare, & mundare a peccatis tuis, invocans nomen ejus.

17 Et reversus veni huc ad Urischelē, & oravi in templo.

18 Vidique eum in visione dicentem mihi, Festina, & exi ab Urischelem, quia non sunt accepturi tuum testimoniū de me.

19 Et ego dixi, Domine mi, etiam ipsi sciūt quòd ego tradebam in domum vinctorum, & percutiebam in omnibus Synagogis eos qui credebant in te.

20 Et quum effunderetur sanguis Stephani Martyris tui, ego quoque eram cum eis: stabam & complebam voluntatem eorum qui interfecerunt eum: & servabam vestimenta eorum qui lapidabant eum.

21 Et dixit mihi, Abi: nam ego mitto te procul ad prædicandum gentibus.

22 Et quum audivissent Paulum usque ad hunc sermonem, sustulerunt vocem suam, & clamaverunt, Tollatur de terra is qui talis est: non enim convenit ei ut vivat.

23 Et quum clamarent, & abjicerent pallia sua, ac [6] excitarent pulverem in cælum,

24 Præcepit Tribunus ut introducerent eum in castra: & mandavit ut verberibus interrogaretur, ut cognosceret propter quam causam clamarent contra eum.

25 Et quum extendissent eum [7] loris, dixit ipse Paulus Centurioni qui stabat juxta se, Permittitur vobis ut hominem Romanum qui non sit condemnatus, flagelletis?

26 Et quum audivisset Centurio, accessit ad Tribunum, dixitque ei, Quid facis tu? hic enim homo Romanus est.

27 Et accessit ad eum Tribunus, ac dixit ei, Dic mihi, Romanus es tu? Dixit ei, Etiam.

28 Et respondit Tribunus, ac dixit ei, Ego argento multo acquisivi [8] jus civitatis Romanæ. Dixit ei Paulus, Ego verò etiam in ea natus sum.

29 [9] Et statim abscesserunt ab eo illi qui quærebant ut flagellarent eum, & metuit Tribunus, quum didicisset quòd Romanus esset: eo quòd is fuisset qui eum vinciret.

30 Et die postero volebat cognoscere verè quæ esset accusatio quam adferrent adversus eum Judæi: & solvit eum, iussitq; ut venirent summi Sacerdotes & tota congregatio principum eorum: & assumsit Paulum, & deducens statuit in medio eorum.

[6] Ad verbum, Ascendere facere. Hebraiſ.

[7] F. putà quibus cæderetur, & quæstio de ipso haberetur: hoc enim est [illegible] sive [illegible]

[8] Unicum est in Syro textu novum substantivum à Roma formatum, & sonás Romanitatē.

[9] In Syra voce omissum est Vau cum sua vocali in fine, ac scriptum פרקו ק פרק. F. sed hoc in aliis exemplaribus integrū exstat.

voluntatem, & videres [d] justum illum, & audires vocem ex ore ipsius.

15 Nam eris ei testis apud omnes homines, *eorum* quæ vidisti & audisti.

16 Et nunc quid cunctaris? surgens baptizator, & abluitor a peccatis tuis, invocato nomine Domini.

17 Evenit autem mihi reverso Hierosolymam, quum oratem in templo, ut raperer extra me,

18 Et viderem eum dicentem mihi, Festina, & exi citò Hierosolymis, quoniam non excipient testimonium tuum de me.

19 Et ego dixi, Domine, ipsi sciunt me pertraxisse in carcerem, & verberibus affecisse per singulas Synagogas eos qui credebant in te.

20 Et quum effunderetur sanguis Stephani Martyris tui, ego quoque adstabam, & unà assentiebar cædi ipsius, & custodiebam pallia eorum qui [e] interimebant eum.

21 Tum *is* dixit mihi, Proficiscere: nam ego te longè ad gentes emittam.

22 [f] Audiebant autem eum ad hunc usque sermonem: tum *verò* sustulerunt vocem suam, dicentes, Tolle e terra *hominem* istiusmodi: non enim convenit eum vivere.

23 [g] Clamantibus autem eis, & projicientibus pallia, & pulverem jactantibus in aërem,

24 [h] Jussit Tribunus eū duci in castra, dixitq; ut in eum flagris inquireretur: ut resciret propter quod crimen sic clamarent adversus eum.

25 [i] Quum autem eum distendissent loris *cædendum*, dixit adstanti Centurioni Paulus, Num hominem Romanum & *quidē* indicta causa licet vobis flagellare?

26 *Hoc* autem quum audisset Centurio, adiit Tribunum, & *hoc* annunciavit ei, dicens, Vide quid facturus sis: homo enim iste, Romanus est.

27 Accedens autem Tribunus, dixit ei, Dic mihi, num tu Romanus es? At ille dixit, Etiam.

28 Et respondit Tribunus, Ego multa summa civitatē istam acquisivi. Paulus autem ait, Ego verò etiam natus sum *civis*.

29 Statim igitur abscesserunt ab eo qui erant in eum inquisituri: sed & Tribunus quoq; metuit, cognito eum [k] Romanum esse, quoniam eum vinxerat.

30 Postridiè verò volens certum rescire, nempe cujus *rei* accusaretur a Judæis, solvit eum e vinculis, & jussit primarios Sacerdotes venire, totúmque ipsorum consessum: ac deductum Paulum statuit coram eis.

[d] I. Christum.

[e] Propriè, Nēque enim præeunte judicio, sed manifesta vi Stephanus fuit à latronibus cæsus, quū ne per leges quidem tum liceret Judæis quemquā capitisdamnare.

[f] B. Pervicax superbia, neq; veritatē ipsam amplecti, neque ut ab aliis recipiatur, pati potest.

[g] Descriptio seditiosi tumultus & furiosæ turbæ.

[h] B. Prudentia carnis, non quid justum, sed quid utile sit considerat, & ita quidem ut utilitatem ex præsenti aspectu metiatur.

[i] B. Nihil prohibet justis adminiculis à Deo subministratis injuriā repellere.

[k] Non pater sed civitatis jure.

CAPUT VICESIMUMTERTIUM.

[1] *Paulum causam dicentem* [2] *Ananias percuti jubet.* [7] *Dissensio inter ipsos accusatores oritur.* [11] *Consolatur Deus Paulum.* [14] *De Judæorum insidiis* [20] *Tribunus certior factus,* [27] *Paulum Felici Præsidi mittendum curat.*

ET quū intuitus esset Paulus congregationē eorū, dixit, Viri fratres mei,

INtentis [a] autē in consessum oculis Paulus, ait, Viri fratres, ego omni conscientia bona

[a] B. Paulus bonam conscientiam omnium calumniis opponit, cujus testē citat totius vitæ suæ cursum.

tia bona servivi Deo ad hunc usque diem.

2 [b] Ananias autem Pontifex maximus imperavit iis qui ipsi adstabant, ut os ejus cæderent.

3 [c] Tum Paulus dixit ei, [d] Futurum est ut percutiat te Deus, [e] paries dealbate, & tu sedes judicans me secundùm Legem, & [f] Legem transgrediens jubes me cædi?

4 Tum qui adstabant, dixerunt, Pontifici illi Dei maximo conviciaris?

5 [g] Dixit autem Paulus, Nesciebam, fratres, Pontificem esse maximum. scriptum est enim, * Principi populi tui non maledices.

6 [h] Quum verò nosset Paulus unã quidem partem esse Sadducæorum, alteram verò Pharisæorum, clamavit in consessu, Viri fratres, * ego Pharisæus sum, filius Pharisæi: de spe & resurrectione mortuorum ego in judicium vocor.

7 [i] Quũ autem hoc esset loquutus, orta est seditio inter Pharisæos ac Sadducæos: & fissa est multitudo.

8 [k] Nam Sadducæi quidem dicunt non esse resurrectionem, [l] neque Angelum, neque spiritum: Pharisæi autem utrumque profitentur.

9 [m] Ortus est igitur clamor magnus: & quum surrexissent [n] Scribæ ex partibus Pharisæorum, depugnabant, dicentes, Nihil mali invenimus in homine isto: quòd si spiritus loquutus est ei, seu Angelus, ne repugnemus Deo.

10 [o] Magna autem orta seditione veritus Tribunus ne Paulus ab ipsis discerperetur, jussit militum manum descendere, & eum raptum e medio ipsorum, ducere in castra.

11 Sequente verò nocte superveniens ei Dominus, dixit, Confide Paule: ut enim constanter attestatus es de me Hierosolymis, sic te oportet etiam Romæ testari.

12 [p] Orto autem die, quidam ex Judæis facta coitione [q] devoverunt sese, dicentes neque esuros se neq; bibituros usquequò interemissent Paulum.

13 Erãt verò plures quàm quadraginta *viri* qui hanc conjurationem fecerant.

14 Qui adierunt primarios Sacerdotes & Seniores, & dixerunt, Devotione devovimus nosipsos, nihil gustaturos usquequò interemerimus Paulum.

15 Nunc ergo vos comparete apud Tribunũ [r] ex consessus voluntate ut eũ cras ad vos deducat, veluti exquisitiùs percognituros de iis quæ ad eum *spectant*: nos verò, priusquàm appropinquet, parati sumus ipsum interimere.

16 Quum autem filius sororis Pauli audisset insidias, venit, & ingressus in castra annunciavit *eas* Paulo.

17 [s] Paulus autem advocato quodam ex Centurionibus, ait, Adolescentem hunc abduc ad Tribunum: habet enim quod annunciet ei.

18 Ille igitur assumtum eum duxit ad Tribunũ, & dixit, Vinctus ille Paulus ad-

[b] 2. Tandé coguntur hypocritę sua ipsorũ intempetie sese prodere.
[c] 2. De injuriis queri & impios ad Dei tribunal citare licet, modò id sine odio & sedato animo fiat.
[d] Græci sermonis ratio ostendit, non esse imprecationẽ, sed pœnæ denunciationem.
[e] Vehemẽs est oratio & aspera, à convitio tamen aliena. Abesse enim potest à sanctis & piis acerbitatis & animi amari, i. παρόξυσμος, perturbatio.
[f] Jubet enim lex reũ patiẽter audiri, & de concilii sententia judicem pronunciare.
[g] 2. Magistratibus ex animo deferẽdus honor, etiam tyrannis.
* *Exod. 22. 28.*
[h] 2. Impios licet inter se interdũ cõmittere, ut ab oppugnatione desistant, modò id nulla veritatis jactura fiat.
* *Infra 24. 22. Phil. 1. 1.*
[i] 2. Infirma est malorum cõcordia, quantumlibet ad opprimẽdam veritatem cõspirent.
[k] 2. Negare Angelorũ & animarũ hypostasin, & mortuorum resurrectionem, vetus Sadducæorum hæresis.
[l] Naturas expettes molis corporum.
[m] 2. Dominus inter ipsos hostes invenit, quũ libet, causæ suæ patronos.
[n] Scribarũ munus erat publicũ, Pharisæorũ nomen, sectę fuit nomẽ.
[o] 2. Deus suos ad extremum non deserit.
[p] 2. Stulto zelo correpti, mẽtiri & occidere, quidvis denique sibi licere, arbitrãtur.
[q] Exsecrando, seu devovẽdo se, promiserũt.
[r] Senatu ita fieri petente, nempe ne privatorũ quorũdã studio Tribunus id à se peti existimet.
[s] Prudentia Spiritus cum simplicitate est cõjungẽda.

ego in omni conscientia bona versatus sum coram Deo usque in diem hunc.

2 Et Channanjah Sacerdos pręcepit iis qui stabant juxta eum ut percuterent Paulum super os ejus.

3 Et Paulus dixit ei, Futurũ est ut Deus percutiat te, paries dealbate, & [1] tu sedes: judicas me secundùm id quod est in Lege, transgrediens Legem, ac præcipis ut percutiant me.

4 Et illi qui stabant ibi, dixerunt ei, Sacerdoti Dei maledicis tu?

5 Dixit eis Paulus, Nesciebam, fratres mei, quòd Sacerdos esset. scriptum est enim, Principi populi tui ne maledixeris.

6 Et quũ nosset Paulus quòd pars populi esset Tzadukæorũ, & pars ejus Pharisæorum, clamavit in congregatione, Viri fratres mei, ego Pharisæus sum, filius Pharisæi, & de spe resurrectionis mortuorum judicor.

7 Et quum hoc dixisset, ruit unus in alium, Pharisæi & Tzadukæi, & divisus est populus.

8 Tzadukæi enim dicunt quòd non est resurrectio, neque Angelus, neque Spiritus: Pharisæi verò confitentur omnia hæc.

9 Et facta est [2] vox magna: & surrexerũt quidam legisperiti ex lectissimis Pharisæorum, & contendebant cum illis, ac dicebant, non invenimus quicquam mali in hoc homine: si autem Spiritus aut Angelus loquutus est cum eo, quid *mali* est in hoc?

10 Et quum esset tumultus magnus inter eos, timebat Tribunus ne discerperẽt Paulum: & misit ad Romanos ut venientes raperent eum e medio eorum, & introducerent eum in castra.

11 Quúmq; facta esset nox, visus est Dominus noster Paulo: & dicit ei, Corroborare: quia quemadmodum testificatus es de me in Urischelem, ita futurum est ut etiam Romæ testificeris.

12 Et quum factum esset diluculũ, congregati sunt quidam ex Judæis, & anathemate obstrinxerunt se, quòd non essent esuri neque bibituri, donec interfecissent Paulum.

13 Erant autem illi qui pacti fuerant cũ juramentis hoc pactum plures quàm quadraginta viri.

14 Et accesserunt ad Sacerdotes & ad Seniores, ac dixerunt, [3] Omninò anathemate devovimus nos, quòd nihil gustabimus donec interfecerimus Paulum.

15 Et nunc petite vos & principes congregationis a Tribuno ut adducat eum ad vos, tamquam [4] quærentes ut inquiratis verè factum ejus: & nos paramus nos ut interficiamus eum priusquàm perveniet ad vos.

16 Et audiebat filius sororis Pauli insidias has: & ingressus est in castra, ac declaravit Paulo.

17 Ac mittens Paulus vocavit unum ex Centurionibus, & dixit ei, Adduc adolescentem hunc ad Tribunum: est enim ei aliquid quod dicat illi.

18 Et accepit Centurio adolescentem, introduxitque eum ad Tribunum, ac dixit, Paulus

[1] 5. Vel tu sedes judicaturus me secundùm id quod est in Lege, & transgrediens Legẽ præcipis, &c. Syra phrasis frequentissima: ut Matth. 4. 9.
[2] 5. Id est, clamor magnus. Syrorũ phrasis.
[3] Ad verbum, Anathematizando anathematizavimus nos. Ex verbi repetitione est auxesis, sicut alibi annotavimus.
[4] 5. vel studentes inquirere verè.

Paulus vinctus vocavit me, & petiit a me ut adducerem hunc adolescentem ad te, quia sit ei aliquid quod dicat tibi.

19 Et apprehendit manu sua Tribunus adolescentem, & subduxit eum [s] ad unũ latus: & interrogavit eum, Quid est tibi quod dicas mihi?

20 Et dixit ei adolescens, Judæi consultaverunt ut peterent abs te ut deduceres Paulum cras ad congregationem eorum, quasi cupientes ut aliquid ampliùs discant ab eo.

21 Tu igitur ne acquiescas eis: ecce enim, plures quàm quadraginta viri ex eis observant eum in insidiis, & anathemate obstrinxerunt animas suas, quòd non comedent neque bibent donec interficiant eũ. & ecce parati sunt, & exspectant promissionem tuam.

22 Et dimisit Tribunus adolescentem, quum præcepisset ei, Nequis cognoscat quòd hæc declaraveris mihi.

23 Et vocavit duos centuriones, & dixit eis, Ite, parate Romanos ducentos, qui proficiscantur Cæsareã, & equites septuaginta, & qui mittentes jaculantur dextera, ducentos, qui exeant a tertia hora in nocte.

24 Parate autem etiam jumentũ, ut inequitare faciant Paulum, & evadere faciant ad Felicem Præsidem.

25 Et scripsit epistolam, ac dedit eis, in qua erat ita:

26 Claudius Lysias Felici Præsidi præstanti pacem.

27 Virum hunc ceperunt Judæi ut interficerent eum: & surrexi ego cum Romanis, & servavi eum, quum didicissem quòd Romanus esset.

28 Quúmque inquirerem ut cognoscerem causam propter quam accusabant eum, deduxi eum in congregationem eorum.

29 Et inveni quòd de quæstionibus Legis eorum accusarent eum: & causa quæ digna sit vinculis aut morte, nõ erat apud eum.

30 Quúmque declaratus esset mihi dolus circa insidias quas fecerunt contra eum Judæi, statim misi eum ad te, & præcepi accusatoribus ejus ut venirent, & dicerent contra eum coram te. Esto sanus.

31 Tunc Romani, sicut præceptum fuerat eis, acceperunt Paulum nocte, & adduxerunt eum in Antipatrida civitatem.

32 Et die postero equites dimiserunt pedites, socios suos, ut reverterentur in castra.

33 Et adduxerunt eum Cæsaream, tradiderúntque epistolam Præsidi, ac stiterũt coram eo Paulum.

34 Et quum legisset epistolam, interrogavit eum ex qua provincia esset: quúmq; didicisset quòd esset ex Cilicia,

35 Dixit ei, Auditurus sum te quum venerint accusatores tui. Et præcepit ut [6] custodirent eum in prætorio Hiraudis.

vocatum me rogavit ut hunc adolescentẽ ducerem ad te, qui aliquid habeat quod tibi loquatur.

19 Tribunus verò, prehensa ejus manu, quum secessisset seorsum, percontatus est, Quid est quod habes mihi annunciandum?

20 *Ille* autem dixit, Judæi constituerũt te rogare ut cras Paulum deducas in consessum, quasi aliquid exquisitiùs percontaturi sint de eo.

21 Tu verò ne ipsis assentitor. Insidiantur enim ei ex istis viri plures quadraginta, qui seipsos devoverunt, neque esuros neque bibituros usquequò interemerint eum: & nunc parati sunt, exspectantes quid a te renuncietur.

22 [t] Tribunus igitur dimisit adolescẽtem, quum ei mandasset *ut* nulli effutiret quòd hæc ipsi indicasset.

23 Et advocatis duobus quibusdam ex Centurionibus, dixit *eis*, Parate, ait, milites ducentos, qui proficiscantur Cæsaream usque, & equites septuaginta, & stipatores ducentos, a tertia hora noctis:

24 Et ut jumenta [v] præberent, ut impositum Paulum salvum perducerent ad Felicem Præsidem:

25 Scripta epistola quæ hanc summam contineret,

26 [x] Claudius Lysias præstãtissimo Præsidi Felici salutem.

27 Virum hunc comprehensum a Judæis, quum jam futurum esset ut ab eis interimeretur, superveniens cum militum manu, erui, edoctus Romanum esse.

28 Et volens rescire crimen, cujus eum postularẽt, deduxi eum in ipsorum consessum.

29 Quem comperi accusari de quæstionibus Legis ipsorum, nullius verò criminis reum quod sit dignum morte aut vinculis.

30 Indicatis autem mihi insidiis adversus hunc virũ eventuris a Judæis, eo ipso momento misi *eum* ad te, & mandavi quoque accusatoribus ut quæ habent adversus eum dicant apud te. Vale.

31 Milites igitur, sicut ipsis edixerat, receptum Paulum duxerunt nocte Antipatrida.

32 Postero autem die, reversi sunt in castra, relictis equitibus qui cum eo proficiscerentur.

33 Qui quum venissent Cæsaream, & reddidissent epistolam Præsidi, stiterunt coram eo etiam Paulum.

34 Quum legisset autem *literas* Præses, & interrogasset ex qua provincia esset, ac cognovisset esse ex Cilicia,

35 Audiam te, inquit, quum accusatores quoque tui adfuerint. Jussitq; in prętorio Herodis ipsum custodiri.

[s] Id est, Seorsum.

[t] 22. Non est consilium cõtra Dominum & ipsius servos.

[v] Parata exhiberent.

[x] 23. Lysias repentẽ factus à Domino Pauli patronus.

[6] Id est, custoditetur. dictũ impersonaliter, ex Hebræorum usu.

CAPUT VICESIMUMQUARTUM.

[1] Tertullo accusante [10] Paulus pro se causam dicit. [25] Præsidi & ejus uxori Christum annunciat. [27] Speratam pecuniam quum frustrà Felix exspectasset, [28] provincia decedens, vinctum Paulum relinquit.

QUinque [a] autē pòst diebus descendit Pontifex maximus Ananias cum Senioribus, & Tertullo quodam oratore: qui comparuerunt coram Præside contra Paulum.

2 Citato igitur eo, cœpit accusare Tertullus dicens,

3 [b] Multa *nos* pace potiri per te, & ea quæ rectè ac fœliciter in hac gente providentia tua [c] gesta sunt, prorsus & ubique agnoscimus, præstantissime Felix, cū omni gratiarum actione.

4 Ne verò te diutiùs interpellem, precor te ut audias nos paucis pro tua æquitate.

5 Comperimus enim virum hunc *esse* [d] pestem, & qui moveat seditionem omnibus Judæis per orbem terrarū, & [e] principem hæresis [f] Nazaræorum:

6 Qui templum quoque tentavit profanare: in quem etiam prehensum voluimus secundùm Legem nostram judicium ferre.

7 Sed interveniens Tribunus Lysias, cum magna vi abduxit eum e manibus nostris:

8 Jussis ipsius accusatoribus ad te venire: ex quo poteris ipse, inquisitione habita, de omnibus istis cognoscere de quibus nos eum accusamus:

9 [g] Consenserunt autem etiam Judæi, ajentes hæc ita se habere.

10 [h] Respondit autem Paulus, quū innuisset ei præses ut loqueretur, Quia te [i] a multis annis huic genti præfuisse scio, eò alacriore animo quæ ad me attinent pro mei defensione dicam.

11 Quū tu possis certior fieri non plures *exactos* esse dies quàm duodecim, ex quo ascendi Hierosolymam adoraturus.

12 Neq; verò me in templo invenerūt cum aliquo differentem, aut coitionem turbæ facientem, neq; in Synagogis, neque in urbe:

13 [k] Neque probare possunt ea de quibus nunc me accusant.

14 [l] Hoc verò tibi fateor, me secūdùm viam illam, quam [m] hæresin dicunt, ita colere patrium Deum, ut qui credam omnibus quæ in Lege & in Prophetis scripta sunt:

15 *Et* spem habeam in Deo, fore, quam etiam ii ipsi exspectant, resurrectionem mortuorum, tum justorum, tum injustorum.

16 Intereà verò ipse *me* exerceo, ad cōscientiam habendam sine offensa apud Deum & apud homines semper.

17 [n] Pluribus autem annis interjectis, veni eleemosynas præstiturus genti meæ & oblationes.

18 [o] Inter quæ invenerunt me sanctificatum in templo, non *tamen* cum turba, neque cum tumultu, quidam [p] ex Asia Judæi.

19 Quos oportuit apud te adesse, & accusare siquid haberent adversum me.

ET post dies quinque descēdit Chananjah princeps sacerdotū cum Senioribus, & cum Tertullo oratore: & [1] ostendit *se* Præsidi contra Paulum.

2 Quūmque citatus esset, incepit Tertullus accusans eum, ac dixit,

3 [2] In magnitudine tranquillitatis habitamus propter te, & [3] emendationes multæ fiunt [4] moderamine judicii in populo hoc, & [5] omnes nos in omni loco accipimus gratiam tuam, præstantissime Felix.

4 Ne autem fatigemus te multis, oro te ut audias demissionem nostram cum brevitate.

5 Invenimus enim virum hunc quòd sit [6] sicarius, & excitet tumultum contra omnes Judæos qui sunt in universa terra: princeps enim est doctrinæ Natzaræorum.

6 Et templum nostrum voluit contaminare: & quum apprehendissemus eum, quæsivimus ut judicaremus eum [7] sicut est *præscriptum* in Lege nostra.

7 Venit autem Lysias Tribunus, & violentia magna e manibus nostris abstulit eum, & ad te misit.

8 Ac præcepit accusatoribus ejus ut venirent ad te: & [8] inventurus es, interrogans ut discas ab eo de omnibus his de quibus nos accusamus eum.

9 [9] Acclamaverunt autem ei etiam ipsi Judæi, dicentes quòd hæc ita haberent.

10 Et innuit præses Paulo ut loqueretur. & respondit Paulus, ac dixit, Ab annis multis novi te esse judicem populi hujus: & propter hoc lubētiùs [10] defensione utor pro me ipso.

11 Quū possis tu nosse quòd non plures sint mihi quàm duodecim dies ex quo ascenderim Hierosolymam ad adorandum.

12 Neque invenerunt me quòd loquerer cum quoquam in templo, neque etiam quòd congregationem congregaverim, nec in Synagoga eorum, neque in urbe.

13 Neq; facultas est in manibus eorum, ut probent coram te id de quo nunc accusant me.

14 Cæterùm hoc fateor, quòd in ea ipsa doctrina de qua loquuntur, in ea colo Deum Patrum meorum: credens omnibus quæ scripta sunt in Lege & in Prophetis.

15 Et est mihi spes in Deo, quam etiam ipsi sperant, futuram esse resurrectionem quæ erit [11] a mortuis, *resurrectionem inquam* justorum & iniquorum.

16 Propter hoc quoque laboro ut conscientia pura sit mihi coram Deo & coram filiis hominis constanter.

17 Post annos autē plures veni ad [12] filios populi mei, ut darem eleemosynam, & offerrem oblationem.

18 Et invenerūt me isti in templo purgantem me, non cum turba, neque in tumultu. Nisi quòd tumultuati sunt illi Judæi qui venerunt ex Asia.

19 Quos oportebat ut starent mecū coram te, & accusando proferrent id quod esset eis.

20 Aut

[a] B. Hypocritæ quod nec vi nec fraude possunt, tandē jurisspecie nituntur obtinere.

[b] Crudeliter quidem & avarè administravit Provinciā Felix, multa tamen præclarè ab eo gesta narrat Josephus, capto nēpe Eleazaro sicariorū duce, & profligato Ægyptio illo impostore qui magnam in Judæa turbas dederat.

[c] καταχρώμεθα utitur nomine, quod officium perfectū Stoici definierunt.

[d] Ad verb. id est, pestilentissimum.

[e] Quasi primos ordines ducētem, vel antesignanum.

[f] Sic vocabātur per ludibrium Christiani ab urbe Nazareta ubi natū putabant Christū, unde factum ut Julianus Apostata illum Galilæum vocaret.

[g] Orationem Tertulli confirmārunt.

[h] B. Tertullus ex diaboli rhetorica, incipiens ab adulatione, desinit in mendacia: Paulus verò divina eloquētia fretus, simplici exordio adhibito, vera justificatione objectū seditionis crimen à se rejicit.

[i] Causam dixit Paulus biēnio antequam Felix de Provincia decederet, infrà 27. antequam autem Felix Judææ præficeretur à Claudio, administrārat Trachonitidem, Bathanæam, & Galaunitidem, Joseph. de bel. Jud. lib 2. cap 11.

[k] Ob oculos sistere, & certis argumētis confirmare.

[l] B. In causam religionis Paulus a conjecturali ad qualitatis statum delabitur, objectam sibi religionem non modò nō negans, sed etiā ut verā, divinam & omniū antiquissimā, defendens.

[m] Hæresis sive secta in bonam partem.

[n] B. Rem gestam denique verè narrat Paulus, quam Tertullus multis modis corruperat.

[o] Quibus rebus dum essem occupatus.

[p] Hinc colligitur Asianos uisse inimicos Pauli, & eos qui adversus eum populum concitassent.

[1] F. Id est, in jure cōparuit, cōtra Paulum experturus.

[2] id est, Tua causa ô Præses in summa trāquillitate agimus.

[3] Ad verbum, Directiones multæ fiunt, hoc est, Multa quæ depravata erant, per te corriguntur, & ad regulam rectitudinis reformantur.

[4] Ad verbum, Per libramentationis tuæ. Pulcra est prudentiæ, æquitatis & moderati judicii periphrasis.

[5] id est, Tua in nos merita omnes omni loco pro singulari gratia agnoscimus & prædicamus, atque in nos gratitudinis obligationem recipimus.

[6] Ad verbum, Jugulator sive maclator. hoc est, Nefandissimus. F. vel pestilentissimus, & perniciosissimus.

[7] i. Ut Lex nostra jubet.

[8] F. vel poteris, quum interrogabis eum, dicere ab eo, &c.

[9] Intelligit illos Judæos, quorum orator erat Tertullus. F. vel contenderunt quoque cum eo.

[10] F. ut suprà 19. 33. & 22. 1. & infrà 25. 8.

[11] Ad verbum, De inter mortuos, ut Gallicè, *D'entre les morts.*

[12] id est, Gentiles meos, vel potiùs populares. Hebr.

20 Aut hi ipsi dicant quid invenerūt in me delicti, quum starem coram congregatione eorum:

21 Nisi *sit* hoc unum verbum quod clamavi, stans in medio eorum, De resurrectione mortuorum ego judicor hodie coram vobis.

22 Felix autem, quia noverat viam hanc plenè, distulit eos: dicens, Quum venerit Tribunus audiam [13] inter vos.

23 Et præcepit Centurioni, ut servarent Paulum [14] cum quiete, & ut nemo ex notis ejus prohiberetur, quominùs ministraret ei.

24 Et post paucos dies misit Felix, & Drusilla uxor ejus quæ erat Judæa, & vocaverunt Paulum, & audiverunt ab eo de fide Christi.

25 Et quum loqueretur cum eis de justitia & sanctitate, & de judicio quod futurū est, repletus est pavore Felix, ac dixit, Nunc abi, & quum fuerit mihi opportunitas, [15] mittam post te.

26 Sperabat enim quòd munus daretur sibi a Paulo: propter hoc sedulò mittens venire faciebat eum, ac loquebatur cum eo.

27 Et quum impleti essent ei duo anni, alius præses venit in locum ejus, qui vocabatur Porcius Festus. Felix autem [16] ut faceret beneficentiam erga Judæos, reliquit Paulum vinctum.

[13] i. De cōtroversia quæ est inter vos, &c. utramq; parte audiam. Hebraismus, Deuter. 1. 16.

[14] id est, Ita ut Paulus quietè ageret, nequa ei vis aut injuria à Judæis afferretur, Gallicè, *En assurance.*

[15] i. Accersam te. Syra phrasis priùs explicata. Sic Gallicè dicitur, *J'envoyeray apres toy.*

[16] Id est, Ut rē gratam præstaret Judæis.

20 Aut hi ipsi dicant siquod comperunt in me injustè factum, [q] quum ego starem in consessu.

21 Nisi de hac una voce qua clamavi quum inter eos starem, De resurrectione mortuorum ego in judicium vocor hodie a vobis.

22 [r] Auditis autem his, Felix ampliavit eos. [s] Postquam exquisitiùs pernovero quæ ad viam istam pertinent, inquiens, quum Tribunus Lysias descenderit, pernoscam vestrum negotium.

23 [t] Edicens etiam Centurioni ut servaretur Paulus, ac laxaretur, & nequis prohiberetur ex ipsius familiaribus ei ministrare, aut eum adire.

24 Aliquot autem pòst diebus quum advenisset Felix cum [v] Drusilla uxore sua, quæ erat Judæa, accersivit Paulum: & audivit eum de fide quæ est in Christum.

25 Differente autem ipso de justitia, & continentia, & judicio futuro, expavefactus Felix respondit, Ut nunc se res habent, abi: opportunitatem autem pòst nactus accersam te.

26 Simul & illud sperans, fore ut pecunia ipsi daretur a Paulo, ut eum *vinculis* exsolveret: quamobrem etiam crebriùs eum accersens, colloquebatur cum eo.

27 [x] Biennio autem completo accepit successorem Felix Porcium Festum: & [y] volens gratiam inire a Judæis Felix, reliquit Paulum vinctum.

[q] Ad quem deductus fuerat à Tribuno.

[r] a Judex ut de re dubia, Ampliùs pronunciat.

[s] De impietate judicare non poterat Felix, nisi meliùs cognita ratione ejus viæ quā profitebatur Paulus, de reliquis quæ ad seditionē pertinebant, censet audiēdum Lysiam, ideò ampliat reum.

[t] 3. Fidus est suorum custos Dominus, & incredibilis quædā virtus veritatis etiā inter homines alioqui profanos.

[v] Drusilla soror fuit Agrippæ, de quo posteà loquetur Lucas, fœmina libidinosissima, quę ab Azizo Emesenorum rege circumciso, ad hunc Felicem Pallantis liberti Neronis fratrem transiit.

[x] a. In animo sibi malè conscio etiamsi qua interdum est æquitatis species, necesse tamen est mox deleri. Intereà tamen patientia opus est, eāq; diuturna.

[y] Quum infinita in provincia scelera admisisset, solius Pallantis fratris gratia mortem evasit, unde intelligitur cur voluerit Judæis gratificari.

CAPUT VICESIMUMQUINTUM.

[1] Festus succedens Felici, [6] jubet Paulum adduci. [11] Paulus Cæsarem appellat. [14] Festum Agrippæ regi negotium Pauli exponit, [23] eundémque illi sistit, [27] ut causam cognoscat.

ET quū venisset Festus Cæsareā, post tres dies ascendit ad Urischelem.

2 Et indicaverunt ei summi Sacerdotes & primores Judæorū de Paulo, & petierunt ab eo

3 (Rogantes eū) hanc gratiā, ut mittens accerseret eum ad Urischelem: [1] facientes insidias in via ut interficerent eum.

4 Et Festus reddidit responsum, Paulus servatur Cæsareæ, & ego [2] festino ut proficiscar.

5 Qui igitur sunt inter vos in quorum manibus sit facultas, descendant nobiscū: & de omni delicto quod est in eo homine, accusent.

6 Et quū mansisset ibi diebus octo aut decem, descendit Cæsaream: & die postero sedit pro tribunali, & præcepit ut adducerent Paulum.

7 Et quum venisset, circumdederunt eum Judei qui descenderant ab Urischelem, & accusationes multas ac duras afferebant contra eū, quas non poterant demonstrare.

8 Quúmq; Paulus [3] defensionem diceret, quòd non deliquisset quicquam neq; in Legem Judæorum, neque in Templū, neque in Cæsarem:

[1] 1. Vel dum faciebant insidias, &c.

[2] Id est, Citò redibo illuc.

[3] 1. ut suprà 19. 33. sic etiam infrà ℣. 16.

FEstus [a] ergo ingressus provinciam, triduo pòst ascendit Cæsare Hierosolymam.

2 Comparuerūt autem coram eo Pontifex maximus & primarii ex Judæis contra Paulum, & eum precati sunt,

3 Petentes gratiam adversus eum, ut accerseret eū Hierosolymam: factis insidiis ut *eum* in via interimerent.

4 Festus autem respondit ut asservaretur Paulus Cæsareæ, se verò citò *illuc* profecturum.

5 Qui ergo inter vos, inquit, *istud* poterunt, unà descendant, & siquid est in hoc viro improbum, accusent eum.

6 [b] Commoratus autem apud eos dies non plures quàm decem, quum descendisset Cæsaream, postero die sedit in tribunali, iussitq; Paulum adduci.

7 Qui quum adfuisset, circumsteterunt *eum* qui Hierosolymis descenderant Judæi, multas & graves criminationes adferentes adversus Paulum, quas nequibant [c] demonstrare:

8 Quū ipse pro sui defensione diceret, Neque in Legem Judæorum, neque in Templum, neque in Cæsarem quicquam peccavi.

[a] 8. Diligentes ministri Satanæ in captādis omnibus occasionibus: sed excubans Dominus pro suis omnia eorum consilia nullo negotio impedit.

[b] 8. Injuriam non injuria, sed jure licet repellere.

[c] Certò & indubitatis argumentis confirmare.

9 [d] Sed Festus volens gratiam inire a Judæis, respondens Paulo, dixit, Vis Hierosolymam ascendere, & illic de his judicari apud me?

10 Dixit autem Paulus, Ad tribunal Cæsaris sto, ubi me oportet judicari. Judæos nulla in re injuria affeci, sicut & tu [e] pulcrè agnoscis.

11 Nam si injuria quemquã affeci, & aliquid dignum morte feci, non recuso mori: sin verò nihil est *ex iis* de quibus isti me accusant, nullus me potest eis donare: Cæsarem appello.

12 Tunc Festus cũ concilio colloquutus, respõdit, Cæsarem appellasti? ad Cæsarem proficiscêris.

13 [f] Diebus autem aliquot exactis, [g] Agrippa rex & Bernice venerunt Cæsareã, salutaturi Festum.

14 Et quum dies complures illic essent commorati, Festus regi exposuit quæ ad Paulum *spectabant* dicens, Vir quidam est relictus a Felice in vinculis,

15 De quo quum essem Hierosolymis, comparuerunt principes Sacerdotum & Seniores Judæorum, petentes damnationem adversus eum.

16 Quibus respondi, non esse Romanis morem, quempiam ad [h] exitium concedere, priusquam is qui accusatur in cõspectu habeat accusatores, & locum defensionis accipiat super criminatione.

17 Quum ergo huc convenissent absq; ulla dilatione, consequente die sedens in tribunali, jussi adduci hominem.

18 Cujus accusatores quum adstarent, nullum crimen objiciebant eorum quæ ego suspicabar.

19 [i] Sed quæstiones quasdam de sua [k] superstitione habebant adversus eum, & de quodam Jesu defuncto, quem ajebat Paulus vivere.

20 Incertus autem ego super ejusmodi inquisitione, dixi num vellet proficisci Hierosolymam, & illic judicari super istis.

21 Quũ verò Paulus appellasset ut asservaretur Augusti cognitioni, jussi eum asservari quousque mitterem eum ad Cæsarem.

22 [l] Agrippa verò dixit Festo, Velim & ipse hominem audire. At ille, Cras, inquit, eum audies.

23 Postero igitur die quum venisset Agrippa & Bernice cum multa [m] ostentatione, & introissent in [n] auditorium cum Tribunis & eminentibus ejus urbis civibus, jubente Festo, adductus est Paulus.

24 Tum Festus, Agrippa rex, inquit, & omnes qui simul adestis nobiscum, videtis istũ, de quo omnis multitudo Judæorum interpellavit me & Hierosolymis & hîc, vociferando non oportere ipsum vivere ampliùs.

25 Ego verò quum comperissem eum nihil dignum morte fecisse: & is ipse appellasset Augustum, decrevi eum mittere.

26 De quo quid certi scribã [o] domino,

[d] 8. Dominus malorum cõsilia non tantùm avertit, sed etiam in ipsorum caput retorquet.

[e] Id est, Optimè.

[f] 8. Festus nihil tale cogitans, testibus etiam regibus, Judæorum improbitatem, & Pauli innocẽtiam in apertũ proferens, Ecclesiã Dei mirificè confirmat.

[g] Agrippa iste Agrippæ fuit filius, cujus mortem antea descripsit Lucas, ejus soror Bernice.

[h] Nõ esse Romanis hũc morem ut quempiam ad pœnã condonent priusquã, &c.

[i] 8. Profani ex intestinis rixis damnãdæ veræ doctrinæ occasionem arripiunt: sed salva interim manet veritas.

[k] Profanus homo Judaicã religionẽ superstitionem vocat, idque coram Agrippa rege: sed mirum id esse non debet, quando soliti fuerint provinciarum præsides, ob Romani imperii majestatem, sese regibus anteponere.

[l] 8. Impletur in Paulo quod de eo prædixerat Ananiæ Dominus, suprà 9.

[m] Cum magna pompa, id est, apparatu Regio.

[n] Jurisconsultorum verbũ, pro eo loco ubi jus dicitur.

[o] Id est, Cæsari, quã appellationem ab adulatoribus octam tyranni primùm affectârũt: deinde eriã boni principes non recusârunt, ut ex Plinii ad Trajanũ epistolis apparet.

9 Festus autem (quia volebat fœnerari beneficium Judæis) diceret Paulo, Vis ascendere ad Urischelem? & illic de his judicaberis coram me:

10 Respondit Paulus, ac dixit, Ad tribunal Cæsaris sto: hîc justum est mihi judicari. Nihil peccavi in Judæos, sicut etiã tu nosti.

11 Quòd si delictum commissum est a me, aut aliquid quod dignum sit morte, non me subduco a morte: si autem nõ est apud me aliquid ex his quorum accusant me, nemo daturus est me eis dono. [4] Protectiones Cæsaris appello.

12 Tunc Festus loquutus est [5] cum consiliariis suis, ac dixit, Protectionẽ Cæsaris appellâsti? ad Cæsarem iturus es.

13 Et [6] quum fuissent aliquot dies, descẽdit Agrippa rex & Bernice Cæsaream [7] ut salutarent Festum.

14 Et quum manerent apud eũ aliquot diebus, narravit Festus regi causam Pauli, dicẽs, Homo quidam vinctus relictus est a manibus Felicis:

15 Et quum essem in Urischelem, indicaverũt mihi de eo summi Sacerdotes & Seniores Judæorum, & petierũt ut [8] facerem eis judicium de eo.

16 Et dixi eis quòd nõ est mos Romanis, [9] ut dent filium hominis donũ ad necem, priusquam venerit [10] litigator ejus, & arguat eum in facie ejus, & detur ei locus ad dicendam defensionem super eo de quo accusatur.

17 Et quũ venissem huc absq; dilatione, die postero sedi pro tribunali, & præcepi ut [11] adducerent mihi hominem illum:

18 Et steterũt cum eo accusatores ejus, nec potuerunt ullam accusationem malam demonstrare contra eum, sicut suspicatus eram:

19 Quæstiones autem [12] quædam de religione eorum erant eis contra eum, & de Jeschua quodam qui mortuus est, quem dicebat Paulus quòd vivus sit.

20 Et quia [13] non erã firmus circa quæstionem rerum harũ, dicebam Paulo, Petisne tu ut proficiscaris ad Urischelem, & illic judiceris super istis?

21 Ipse autem petiit ut servaretur ad judicium Cæsaris. Et præcepi ut servaretur donec mitterem eum ad Cæsarem.

22 Dixitq; Agrippa, Cupivissem audire hominem hunc. Et Festus ait, Cras auditurus es eum.

23 Et die postero venit Agrippa & Bernice [14] cũ fastu multo, & ingressus est [15] in domum judicii cum Tribunis & primoribus civitatis, & [16] præcepit Festus: & venit Paulus.

24 Et dixit Festus, Agrippa rex, & omnes viri qui estis nobiscum, de hoc homine quem videtis, universus populus Judæorum interpellavit me in Urischelem & hîc, clamantes quòd non ampliùs conveniret huic ut viveret.

25 Ego autem cõperi quòd nihil quod dignum sit morte actum sit ab eo: & quia ipse petiit ut servaretur ad judicium Cæsaris, præcepi ut mitteretur.

26 Et non novi quid scribam de eo Cæsari.

[4] Syra phrasis, Id est, Imploro opem Cæsaris. F. vel provocationes Cæsaris appello, Syra phrasi: & ita deinceps.

[5] Ad verbum, Cum filiis cõsilii sui. Hebr.

[6] Id est, Quum intercessissent.

[7] Ad verbum, Ut pacẽ peterent Festi. Id est, Ut salutarent Festum, pacem & trãquillitatem ei optantes.

[8] Id est, Ut cõdemnarẽ eum.

[9] F. Id est, dedere quẽquam afficiendum supplicio ultimo.

[10] Ad verbum, Dominus litis ejus. Id est, qui litem movit contra eum. Hebraismus.

[11] F. id est, adduceretur homo: sic passim. Hebraismus.

[12] Ad verbum, Aliquẽ aliquẽ: Syra phrasis.

[13] F. Id est, non liquebat, aut constabat mihi.

[14] Id est, Magno apparatu regio.

[15] Id est, In auditorium in quod ad cognoscendum de causis conveniunt judices.

[16] F. id est, præcipiente Festo advenit Paulus. Sed non ita Syri utuntur participiis.

Cæsari. propter hoc volui adducere eum coram vobis, & maximè coram te, rex Agrippa, ut quum inquisita fuerit causa ejus, inveniam quid scribam.

27 Non enim convenit ut quum mittimus hominem vinctum, non scribamus delictum ejus.

non habeo. quapropter eum ad vos produxi, & maximè ad te rex Agrippa, ut habita quæstione, habeam quod scribam.

27 Nam præter rationem mihi videtur, quum mittam vinctum, non etiam crimina in eum *collata* significare.

CAPUT VICESIMUMSEXTUM.

2 Paulus coram Agrippa 4 Vitam actam a juventute, 16 Vocationémque suam, 22 tanta auctoritate exponit, 28 ut etiam regis animum nonnihil flectat: 30 sed re infecta discedunt proceres.

ET dixit Agrippa Paulo, Permittitur tibi loqui pro teipso. Tũc Paulus extendit manum suam, & [1] defendit se, ac dixit,

2 Super omnibus de quibus accusor a Judæis, rex Agrippa, arbitror ego de meipso, quòd beatus sim, qui coram te hodie me defendo.

3 Maximè quia scio quòd edoctus sis in omnibus quęstionibus & legibus Judęorum: idcirco peto abs te ut [2] cum patientia audias me.

4 Norunt enim ipsi Judæi (si volunt testari) conversationes meas quæ a pueritia mea fuerunt mihi a principio in populo meo & in Urischelem.

5 Quia a longo tempore edocti sunt de me, & norunt quòd in doctrina principali Pharisæorum vixerim.

6 Et nunc ob spem promissionis quæ facta fuit Patribus nostris a Deo, sto & judicor.

7 Ad quam spem duodecim tribus nostræ sperant quòd pervenient, precibus assiduis diei & noctis: & propter hãc eandem spem accusor [3] a Judæis, rex Agrippa.

8 [4] Quid judicatis vos? nónne oportet ut credamus quòd excitavit Deus mortuos?

9 Ego enim a principio posueram in mente mea, ut contraria multa facerem adversus nomen Jeschua Natzaræi.

10 Id quod feci etiam in Urischelem: & sanctos multos conjeci in domum vinctorum, per potestatem quam acceperam a summis sacerdotibus: & quum interficerentur ab eis, adjunxi me eis qui damnaverant eos.

11 Et in omni synagoga agitabam eos, quum cogerent ut blasphemarent nomẽ Jeschua, & in ira magna qua repletus erã contra eos, etiam ad civitates alias egressus sum ad persequendum eos.

12 Et quum proficiscerer propter hoc Damascum cum potestate & [5] permissione summorum Sacerdotum,

13 In medio diei in via vidi e cælo, ô rex, quòd effulgeret super me & super omnes qui mecum erant, lux quæ excellẽtior erat [6] quàm sol.

14 Et cecidimus omnes super terram, ac audivi vocem dicentem mihi Hebraicè, Schaul, Schaul, quid persequeris tu me? Durum est tibi calcitrare contra stimulos.

15 Et ego dixi, Quis es, Domine mi? Et Dominus noster dixit mihi, Ego sum

AGrippa verò Paulo dixit, Permittitur tibi pro teipso dicere. Tũc Paulus extenta manu, hac defensione usus est.

2 [a] Super omnibus de quibus postulor a Judæis, rex Agrippa, beatum me duco quòd sim hodie defensione apud te usurus:

3 Maximè quòd te gnarum esse sciam omnium qui apud Judęos sunt rituum & quæstionum. Ideò rogo te ut me patiente animo audias.

4 [b] Vitam itaque meam actam a juventute, quæq; a principio fuit in gente mea Hierosolymis, sciunt omnes Judæi:

5 Ut qui [c] anteà noverint, me jam inde a [d] majoribus (si velint testari) secundùm [e] exquisitissimam illam hæresim nostri religiosi cultus vixisse Pharisæum.

6 [f] Nũc verò ob spem promissionis factæ patribus nostris a Deo, sto in judiciũ vocatus:

7 Ad quam *promissionem* duodecim tribus nostræ, *Deum* nocte & die assiduè colentes sperant se deventuras, de qua spe postulor, rex Agrippa, a Judæis.

8 [g] Quid? incredibile judicatur apud vos quòd Deus mortuos suscitet?

9 Equidem statueram apud me adversus nomen illius Jesu Nazaræi multa oportere *me* contraria facere.

10 *Quod etiam feci Hierosolymis: & multos sanctorum ego carceribus inclusi, a principibus Sacerdotũ potestate accepta: & quum *ab eis* interimerẽtur, [h] tuli suffragium.

11 Ac per omnes synagogas sæpè ipsos puniens, [i] coëgi ad blasphemandum: & supra modum furens adversus eos, persequutus sum *ipsos* etiam in exteras usque civitates.

12 Inter quæ etiam *proficiscens Damascum cum auctoritate & procuratione a principibus sacerdotum,

13 Die medio, rex, in via vidi cælitùs lucem, quæ splendorem solis superans, circumfudit me suo fulgore & eos qui mecũ iter faciebant.

14 Quum autem omnes nos decidissemus in terram, audivi vocem alloquentem me, ac dicentem Hebraica lingua, Saul, Saul, quid me persequeris? durum est tibi contra stimulos calcitrare.

15 Ego autem dixi, Quis es Domine? At ille dixit, Ego sum Jesus ille quem tu

[1] f. ut suprà 33. & passim: sic versu sequẽte, & 24.

[2] f. Syrè, in protractione, vel protensione spiritus.

[3] f. Syrè, a manibus Jehudęorum.

[4] f. vel Quid? judicatis vos non oportere ut credamus, &c. ἀπιστεῖν.

[5] f. vel procuratione, i. instrumento publico auctoritatis meæ & procurationis mihi mandatæ. metonymia.

[6] f. vel quàm lux Solis.

[a] 2. Periculum judicem nancisci, magnum & rarum Dei beneficium.

[b] 2. Paulus vitæ suæ narrationem in duo tempora distribuens, prioris testes citat ipsos adversarios, posterioris verò, Patres & Prophetas.

[c] Qui anteà fuerim, ubi & quomodo vixerim.

[d] A Pharisæis oriundum.

[e] Exquisitissima erat inter Judæorum sectas Pharisaismus, quia cęteris præstabat.

[f] 8. Tres sunt testes maximè idonei veræ doctrinæ, Deus, veri Patres, Ecclesiæ consensus.

[g] 8. Mortuos resurgere probat, primùm ex Dei potentia, deinde ex Christi resurrectione, cujus ipse sit testis idoneus.

* Sup. 7. 5.

[h] Comprobavi. non enim fuit e Judicum numero.

[i] Atrocitate suppliciorum.

* Supr. 9. 2.

persequeris.

16 Sed exsurge, & sta in pedes tuos: idcircò enim apparui tibi ut designarem te ministrum ac testem tum eorum quæ vidisti, tum eorum, *in* quibus apparebo tibi:

17 Eruens te ex hoc populo, & gētibus, ad quos nunc te mitto,

18 [k] Ut aperias oculos eorum, & cōvertas *eos* a tenebris ad lucem, & *a* potestate Satanæ ad Deum, ut remissionem peccatorum & sortem inter sanctificatos accipiant per fidem quæ est in me.

19 [l] Unde, rex Agrippa, non fui rebellis cælesti illi apparitioni.

20 *Sed iis qui sunt Damasci primùm, & Hierosolymis, & in omni regione Judææ, *deinde* & Gentibus annunciavi ut resipiscerent, & cōverterent se ad Deum, opera facientes convenientia resipiscentiæ.

21 Horum causa Judæi * me in templo comprehensum tentârunt manibus *suis* interficere.

22 [m] Sed auxilium, quod *est* a Deo, nactus, perstiti in hunc usque diem, testificans *ista* [n] tum parvis tum magnis, nec quicquam dicens extra ea quæ Prophetæ ac Moses futura prædixerunt:

23 *Nempe* Christum [o] fuisse passurum, ac [p] primum ex resurrectione mortuorum, [q] lucem annunciaturum huic populo & Gentibus.

24 [r] Hæc autem ipso pro sui defensione excipiente, Festus magna voce ait: Insanis Paule, multæ literæ te ad insaniam adigunt.

25 Tum ille, Non insanio, inquit, præstantissime Feste, sed vera ac sanæ mentis verba loquor.

26 Scit enim ista rex, apud quem etiam liberè loquor: nam eum latêre quicquam horum mihi non persuadeo. neque enim id in [s] angulo gestum est.

27 [t] Credis rex Agrippa Prophetis? scio te credere.

28 Agrippa verò dixit Paulo, Propemodum persuades mihi ut fiam Christianus.

29 Paulus autē dixit, [v] Optarim a Deo, ut & propemodum & admodum non tu modò, sed omnes etiam qui me audiunt hodie, facti essetis tales qualis ego sum, exceptis istis vinculis.

30 Et quum hæc dixisset, surrexit rex ac Præses, & Bernice, & qui consederant cum eis.

31 [x] Et quum secessissent loquebantur alii ad alios, dicentes, Certè nihil morte aut vinculis dignum facit homo iste.

32 Agrippa verò Festo dixit, Dimitti poterat homo iste, nisi appellasset Cęsarem.

Jeschua Natzaræus, quem tu persequeris.

16 Dixitque mihi, Surge super pedes tuos: propter hoc ipsum enim apparui tibi, ut cōstituerem te ministrum & testem ejus quod vidisti a me, & quod futurum est ut videas a me.

17 Et eripiam te a Gente Judæorum, & a gentibus aliis ad quas ego mitto te,

18 Ut aperias oculos eorum, quò convertantur a tenebris ad lucem, & a potestate Satanæ ad Deum, ut accipiant remissionem peccatorum, & sortem cum sanctis per fidem quæ est in me.

19 Quapropter, rex Agrippa, non restiti contumaciter contra visionem cælestem:

20 Sed prædicavi primùm iis qui erant Damasci, & iis qui erant in Urischelem, & qui in omnibus agris Judææ: & etiam Gentibus prædicavi ut resipiscerent & converterentur ad Deum, & facerent opera quæ digna essent resipiscentia.

21 Et propter hæc comprehenderunt me Judęi in templo, & volebant interficere me.

22 Adjuvit autem me Deus usque in diem hunc, & ecce sto, & testificor [7] parvis & magnis, nihil extra Musche & Prophetas dicens, sed ea quę ipsi dixerunt quòd futura essent:

23 *Nempe* quòd passurus esset Christus, & quòd futurus esset principium resurrectionis [8] a mortuis, & quòd prædicaturus esset lucem populo huic & Gentibus.

24 Et quum ita se defenderet Paulus, clamavit Festus voce elata, Insaniisti Paule: multa doctrina adegit te ad insaniam.

25 Dixit ei Paulus, Non insanivi prę-stantissime Feste: sed sermones veritatis & rectitudinis loquor.

26 Et etiam rex Agrippa valdè novit de his ipsis quòd ita habeant: & idcircò liberè loquor coram eo, quia ne unū quidē ex his sermonibus arbitror ego quòd lateat eum. nequaquam enim in occulto *hæc* gesta sunt.

27 Credis tu rex Agrippa Prophetis? scio quòd credis.

28 Dixit ei rex Agrippa, [9] Propemodum persuades mihi ut fim Christianus.

29 Et Paulus dixit, [10] Optarem a Deo propemodum & admodum, nequaquam tibi tantùm, sed etiam omnibus qui audiunt me hodie, ut essent sicut ego, exceptis vinculis istis.

30 Et [11] surrexit rex & prę-ses, & Bernice, & qui sederant cum eis.

31 Et quum secessissent inde, loquebantur unus cum alio, ac dicebant, Nihil quod dignum sit morte & vinculis, fecit homo iste.

32 Et dixit Agrippa Festo, Potuisset homo iste dimitti, nisi [12] protectionem Cęsaris appellâsset.

k 8. Evangelii finis est, ad Christi cognitionem adductos, & in eo per fidem apprehenso justificatos & sanctificatos servare.

l 8. Paulus citat Apostolici sui muneris auctorem Deū, testem autem, ipsius gratiā.

* Supr. 21. & 10.

* Supr. 21. 10.

m 8. Christus, scopus Legis ac Prophetarum.

n Quibusvis, & nullo, quoad ejus fieri potuit, prætermisso.

o Christum non futurum talem regem qualem sibi Judęi somniabant, sed ferendis nostris calamitatibus ac peccatorū pœnis destinatū.

p Primum ex iis qui a mortuis unt excitati.

q Vitam, & eā quidem cum perenni fœlicitate conjunctam. Opponitur enim tenebris, quæ partim mortē, partim etiam calamitatē significant in omnibus fetè linguis.

r 8. Sapientia Dei est stultis insania, sed nihilominus cōstanter asserenda est veritas.

s Occultē & clàm.

t 8. Paulus veluti oblitus se captivū causam dicere, Apostolici muneris non potuit obliviscī.

v Deum precor ut & parū absit & valdè fiat, ut non tu modò, sed omnes qui me hodie audiūt, efficiamini similes mei exceptis vinculis.

x 8. Paulus solenniter absolvitur, nec tamen dimittitur.

7 Nomen Syriacum in impresso perperam erat cum Lamed loco Ain, quod nō dubito typographi incuria cōmissum fuisse, qui non satis observavit discrimen inter harum literarum characteres, qui apud Syros non figura sed magnitudine sola differunt. cetiè manuscriptus habet ע

8 Ad verb. De inter mortuos. Gallicè, *D'entre les morts.*

9 Ad verb. Paraphrastes vetus, In modico aliquo persuades, &c. & mox: Optarim a Deo in modico, & in multo. Hebraicè במעט ובהרבה.

10 F. Syr. optarim a Deo in pauco & in multo, non sit tibi solùm, sed etiam omnibus iis qui audiunt me hodie, ut fint vel fiāt sicut ego, &c. In pauco & in multo, id est, omnino vel omni ex parte. Hac autem loquutione Paulus usus est ut alluderet modestè ad Agrippæ dictum, in pauco, id est, propemodùm vel tantùm non persuades mihi, &c.

11 F. Syr. surrexit sibi. Pleonasmus frequens.

12 F. vel provocationem. vide sup. in 25. 11.

CAPUT VICESIMUMSEPTIMUM.

1 *Paulo* 7. 9 *periculosam navigationem præmonenti* 11 *non creditur.* 14 *Diu ventis undique jactati* 21. 41 *naufragium faciunt,* 34 *omnes tamen salvi* 44 *in terram evadunt.*

Et

ET præcepit de eo Festus, ut mitteretur ad Cæsarem in Italiam: ac tradidit Paulum & vinctos alios cum eo, viro cuidam centurioni ex cohorte Augusta, cujus nomen erat Julius.

2 Et quum factum est ut iter faceremus, descendimus in navim quæ erat ex [1] Adramanto civitate, & proficiscebatur in regionem Asię: ingressusq; est nobiscũ in navem Aristarchus Macedo, qui erat ex Thessalonica civitate.

3 Et die postero pervenimus Tzaidum: & usus est centurio benevolentia erga Paulum, & permisit ei ut proficisceretur ad amicos suos, ac refocillaretur.

4 Et illinc iter fecimus, atque (quia venti contrarii erant) circuivimus juxta Cyprum.

5 Et transivimus mare Ciliciæ & Pamphyliæ, ac pervenimus Myram civitatem Lyciæ.

6 Et invenit ibi centurio navim ex Alexandria, quæ proficiscebatur in Italiã: & collocavit nos in ea.

7 Et [2] quia graviter iter faciebat diebus multis, vix pervenimus e regione [3] Kindi insulæ. Et quia non sinebat ventus ut proficisceremur rectà, circuivimus juxta Cretam contra [4] Salamaunam civitatem.

8 Et vix iter facientes circa eam pervenimus ad locum qui vocatur [5] Portus pulchri: & propinqua erat ei civitas cujus nomen Lasia.

9 Et mansimus ibi tempore multo usq; ad diem quo præterierat etiam [6] dies jejunii Judæorum. & erat in eo [7] vitandum unicuique quominus iter faceret mari, & consulebat eis Paulus,

10 Ac dicebat, Viri, video quòd cum molestia & cum jactura multa [8] fuit nostra navigatio, non tantùm oneris navis nostræ, sed etiam [9] animarum nostrarum.

11 Cẽturio autem gubernatori & [10] domino navis auscultabat potiùs quàm sermonibus Pauli.

12 Et quia non aptus erat ille portus ad hyemandum in eo hyeme, multi ex nobis cupiebant ut navigaremus inde: &, si quidem possent, venire & hyemare in portu aliquo qui erat in Creta, & vocabatur Phœnix, & spectabat ad Austrum [11].

13 Quúmque flaret ventus Austri, & putarent quòd perventuri essent juxta voluntatem suam, navigabamus circa Cretam.

14 Et post paululum egressus est contra nos vẽtus [12] tempestatis, qui vocatur [13] Typhonicus Euroclydon.

15 Et arrepta est navis, neque potuit resistere cõtra ventum, & [14] dedimus in manum illius.

16 Et quum transivissemus insulam quæ vocabatur [15] Kaura, vix potuimus apprehendere scapham.

VT [a] autem decretum fuit ut nos enavigaremus in Italiam, tradiderũt tum Paulum tum quosdam alios vinctos Centurioni, nomine Julio, cohortis Augustæ.

2 *Conscenso igitur navigio Adramytteno, navigaturi secũdùm Asiæ regiones, provecti sumus, & nobiscum erat Aristarchus Macedo Thessalonicensis.

3 Altera autem die devecti sumus Sidonem. & Julius humaniter tractato Paulo, permisit ut ad amicos profectus, ab illis curaretur.

4 Illinc verò provecti sublegimus Cyprum, quòd venti essent adversi.

5 Et pelagus quod est [b] secundùm Ciliciam & Pamphyliam emensi, devenimus Myra *urbem* Lyciæ.

6 Et illic nactus Centurio navem Alexandrinam navigantem in Italiam, imposuit nos in eam.

7 Quumq; multis diebus tardè navigaremus, vixque pervenissemus secundùm Gnidum, non permittente nobis vento, sublegimus Cretam [c] secundùm Salmonem:

8 Et illam vix præterlegentes, pervenimus in locum quemdam quem vocant Pulcros portus, cui propinqua erat civitas Lasæa.

9 [d] Multo autem tempore peracto, & quũ jam esset periculosa navigatio, quòd jam etiam [e] jejunium præteriisset, admonebat *eos* Paulus,

10 Dicens eis, Viri, video cum injuria multóque damno nõ solùm oneris & navis, sed etiam [f] capitum nostrorum, futuram navigationem.

11 [g] Cẽturio autem gubernatori & nauclero potiùs assentiebatur quàm iis, quæ a Paulo dicebantur.

12 Et quum appositus portus non esset ad hybernandum, plerique cœperunt cõsilium solvẽdi etiam illinc, *experturi* siquo modo possent Phœnica devenire & illic hybernare: qui portus est Cretæ, spectans ad [h] Africum & Chorum.

13 Quum autem aspirasset [i] Notus, visi quod sibi proposuerant obtinuisse, quum solvissent, propiùs præterlegerunt Cretam.

14 Verùm haud multo pòst impegit in [k] eam vẽtus turbulentus qui vocatur [l] Euroclydon.

15 Quumq; abreptum esset navigium, nec posset obniti [m] vento, dato *ventũ navigio*, ferebamur.

16 Et quum infra parvam quamdam insulam quæ Clauda vocatur, cursu delati essemus, vix valuimus scaphæ compotes fieri.

[1] i. Adramyteno, quæ olim Pedasos. Sed Syri priorem ex geminatis literis mutare solent in n.

[2] i. quia onusta erat navis, non multum promovebat. Græcum contextum exponit.

[3] Ita vocat Paraphrastes locum quẽ Græci dicunt Κνίδος, transpositis literis.

[4] f. abs qua Salmoniũ, Samonium, vel Sammonium Cretæ promõtorium nomẽ habet.

[5] f. vel pulcra acte, Stephano Byzantino: cui actæ sive litori quæ urbs fuit proxima, quãvis mediterranea, ac nõ maritima, dicebatur Lasæa vel Lasia, vel Lasos Plin. lib. 4. nat. hist. capite 12.

[6] Intelligit diẽ expiationum, qui incidit in decimum mensis septimi, respondentis bona ex parte nostro septembri. Tum enim ex lege jejuniũ mandatum erat. Lev. 23. 27. ultra illum diem dicit Lucas navẽ mansisse ad Lasiã.

[7] f. in pulcris portubus.

[7] i. res erat periculosa quæ meritò vitanda est.

[8] f. vel sit nostra navigatio futura.

[9] i. vitæ nostræ.

[10] i. Nauclero.

[11] f. quæ hic in textu Græco adduntur, ἀπὸ κατὰ χῶρον, desiderãtur in Syris exemplaribus.

[12] f. vel resorbentis vorticis: quod Syra voce propriè designatur.

[13] Paraphrastes Græca vocabula retinet. Nã & Hebræi & Syri hujusmodi rerum vocabulis carent, & coguntur ea a peregrinis linguis mutuari.

[a] 2. Paulus inter vinctos qdẽ & per medias mortes, sed multis tamẽ splendidis testimoniis ornatus, Romam tandem velut ipsius Dei manu deducitur. * 1. Cor. 11. 23.

[b] Quod Ciliciam alluit.

[c] Cretæ promontorium.

[d] 2. Providentia, etiam quũ accessit extraordinaria eventus patefactio, causas medias nõ tollit, sed ordinat potiùs ac disponit rectum illatum usum.

[e] De jejunio Judaico intelligit, quod fiebat in festo expiationis, de quo Levit. 23. 27. incidebat autem in septimum mensem ad occasum Vergiliarum, quod minùs idoneũ est navigantibus.

[f] Ad ver. animarũ nostrarum.

[g] 2. Homines suę potiùs prudentiæ quàm Deo per os servorum suorũ loquenti obtẽperantes, ultrò sese mutuò in infinita pericula conjiciũt.

[h] Afticus flat ab occasu brumali, Chorus ab occasu solstitiali.

[i] Qui & Auster meridianus.

[k] Sub. Cretã, a cujus litoribus propterea abrepta fuit navis.

[l] Qui flat ab ortu brumali.

[m] Obversa prora luctari.

[14] i. Permisimus navem potestati venti. per manum enim significat potestatem, usitato scripturæ more. [15] Sic in Græcis quibusdam exemplaribus Καῦρα dicitur: & Suidas videtur Καῦρα vocare. Unde Syri mutato ω in α ex more, vocant Kauda. Neque enim mihi dubium est, errore sive librarii sive typographi scriptum esse Kaura, cum Resch, loco Kauda, cum Doleth: nam figuræ harum literarum apud Syros punctulis situ solo diversis differunt, ut proclivis fuerit lapsus. In manuscripto codice utraque lectio ponitur, fortassis quòd utroque nomine vocaretur. Similia propria nomina etiam in textu Hebræo Bibliorum reperientur, siquis conferat 10. cap. Gen. cum principio 1. lib. Paralip. f. eamdem insulam Mela & Plinius appellant Gaudon.

17 Qua subducta, adjumentis utebantur, succincta navi: metuentesque ne in Syrtin excederent, demissis velis ita ferebantur.

18 [n] Quum autem vehementi tempestate jactaremur, sequente *die* jacturam fecerunt:

19 Ac tertio die ipsi nostris manibus armamenta navis abjecimus.

20 Quum autem neque sol neque sidera apparerēt ad complures dies, & tempestas nō parva incumberet, ablata in posterum spes omnis erat salutis nostræ.

21 [o] Et quum multa jam fuisset inedia, tunc stans Paulus in medio ipsorum, dixit, Oportebat quidem, ô viri, mihi obediendo nō provehi a Creta, & vitare injuriam hanc & damnum.

22 Sed nunc adhortor vos ut bono animo sitis: amissio enim nulla erit cujusquam ex vobis, sed tantùm navis.

23 Adstitit enim mihi hac nocte Angelus Dei, cujus sum ego, & cui etiam servio,

24 Dicens, ne metue Paule, oportet te Cæsari sisti: & ecce, gratificatus est tibi Deus omnes qui tecum navigant.

25 [p] Propterea bono animo estote viri: credo enim Deo, ita fore quemadmodum loquutus est mihi.

26 In insulam autem quamdam excidere nos oportet.

27 [q] Cæterùm quum quartadecima nox advenisset, & jactaremur in [r] Adria, nautæ circa medium noctis suspicati sunt [s] appropinquare sibi aliquam regionem.

28 Et demissa [t] bolide invenerunt passus viginti: & paululùm inde progressi, rursum demissa bolide invenerunt passus quindecim.

29 Et metuentes nequo modo in aspera loca excideret, jactis e puppi anchoris quatuor, optabant diem oriri.

30 [y] Quum verò nautæ studerent fugere e navi, & demisissent scapham in mare, sub prætextu velut e prora anchoras extensuri,

31 [x] Dixit Paulus Centurioni & militibus, Nisi isti in navi mānserint, vos servari non potestis.

32 Tunc absciderunt milites funes scaphæ, & siverunt eam excidere.

33 [y] Interim autem dum oriretur dies, hortabatur Paulus omnes ut caperent cibum, dicēs, Dies hic est decimusquartus, ex quo exspectantes [z] jejuni permanetis, nullo *cibo* sumto.

34 Ideò vos hortor ut sumatis cibum: hoc enim ad salutē vestram spectat. [a] nullius enim vestrùm capillus ex capite cadet.

35 Et quum hæc dixisset, & accepisset panem, gratias egit Deo in conspectu omnium: & quum fregisset, cepit edere.

36 Omnes verò quum jam animum recepissent, sumserunt & ipsi cibum.

37 Eramus autem universa capita in navigio ducenta septuaginta sex.

17 Quúmque sustulissemus eam, extrinsecus succingebamus remedia, & muniebamus ipsam navim. & quia metuebamus ne incideret in Syrtim maris, submisimus antennam, & ita navigabamus.

18 Quúmque staret contra nos tempestas dura, die postero abjecimus [16] vasa nostra in mare.

19 Et die tertia [17] vasa ipsius navis manibus nostris abjecimus.

20 Quúmque [18] duraret tempestas dies plurimos, neque sol conspiceretur, neque luna, neq; stellæ, spes vitæ nostræ [19] prorsus abscissa erat.

21 Et quum nullus quicquam cibi sumsisset, tunc stetit Paulus in medio eorum, ac dixit, Si acquievissetis mihi, ô viri, non navigassemus a Creta, & vitassemus damnum & angustiam hanc.

22 Et nunc consulo ego vobis ut sitis sine molestia. [20] anima enim unius ex vobis non est peritura, [21] præter navem.

23 Conspectus est enim nocte hac *mihi* Angelus Dei illius cujus sum, & quem colo,

24 Ac dixit mihi, Ne timeas Paule: futurum est enim tibi ut stes coram Cæsare: & ecce, dedit tibi Deus dono omnes qui navigant tecum.

25 Propter hoc [22] resumite cor, ô viri. Credo enim in Deum quòd ita futurum est sicut dictum est mihi.

26 Cæterùm in insulam quamdā [23] projiciendi sumus.

27 Et post quatuordecim dies quibus erraveramus, & abrepti fueramus in Adriaticum mare, in medietate noctis, suspicati sunt nautę quòd ad terram appropinquarent.

28 Et dimiserunt bolidem, ac invenerunt ulnas viginti: & rursus paululùm navigaverunt, & invenerunt ulnas quindecim.

29 Quúmque metueremus ne nos inveniremus *esse* in loco in quo essent saxa, jecerūt a posteriori parte navis anchoras quatuor: & orabant ut fieret dies.

30 Nautæ autem tentaverunt fugere e navi, & demiserunt ex ea scapham in mare, per occasionem quòd ituri essent in ea, & ligaturi navem in terra.

31 Quúmque *id* vidisset Paulus, ait centurioni & militibus, Si isti in navi non maneant, vos non potestis [24] servari.

32 Tunc absciderunt milites funes scaphæ a navi, & siverunt eam deerrantem.

33 Ipse verò Paulus usquedum esset aurora suadebat omnibus ut caperent cibū, dicens eis, Hodie, ecce, decimus quartus est dies, [25] a cōcitatione nihil gustatum est a vobis.

34 Idcirco peto a vobis ut capiatis cibū ad sustentationem vitæ vestræ. capillus enim e capite ullius ex vobis non est periturus.

35 Et quum hæc dixisset, accepit panem, & glorificavit Deum coram omnibus illis: & fregit, ac cœpit comedere.

36 Et consolationem acceperūt omnes, & ceperunt alimentum.

37 Eramus autem in navi ducentæ & septuagintasex animæ.

[n] B. Exitus tandem ostendit, nullos sibi pejus consulere, quàm qui soli suæ prudentiæ sese regendos tradunt.

[o] B. Deus parcit etiam impiis ad tēpus, propter electos suos.

[p] B. Promissio super fidem efficax

[q] B. Ad promissam & certam salutē per medias tamen tēpestates, atque adeò per ipsas mortes perveniretur.

[r] i. In mari Adriatico. Ptolemæus enim orientale Siciliæ litus, mari Adriatico alui scribit.

[s] Se accedere ad aliquam regionem.

[t] Bolis, est perpendiculū quo altitudinem maris explorant nautæ.

[y] B. Nullum est tam turpe factū ad quod diffidentia & mala conscientia homines non impellāt.

[x] B. Etsi promissionum Dei exitus a causis mediis simpliciter non pendet, tamen Dei beneficentia indignos se reddunt qui oblata media vel temerè vel diffidentia nō amplectuntur.

[y] B. Trepidante mundo, soli fideles non modò quieti manent, sed alios etiam suo exēplo confirmāt.

[z] Jejunium potest improprié vocari insolita cibi abstinentia. ergo dicit Paulus eos in jejunio permānsisse, quia justo convivio nunquam refecti fuerant per totum illud tempus, ut qui mœrore agerentur, ferè ad cibi nauseam.

[a] Hebraicum proverbium, quo significatur prorsus salvos & integros ipsos fore.

[16] i. Sarcinas & res privatas singulorū qui in navi erant.

[17] i. Navis armamenta.

[18] Ad ver. Tenerer se hyems.

[19] Ad ver. Tota tota ipsa, Syra phrasis.

[20] i. Vita.

[21] r. vel, sed navis tantùm.

[22] i. Bono estote animo.

[23] Ad verb. Est nobis ut ejiciamur. Id est, Futurum est ut ejiciamur.

[24] Ad ver. Vivere.

[25] Intelligit, Ex quo mare cœpit concitari, id est, cōmoveri.

38 Quúmq;

38 Quúmque ſaturati eſſent cibo,[26] exonerabant navim, & ſuſtulerunt triticum, ac projecerunt in mare.

39 Et quum factus eſſet dies, nautę, quę eſſet illa regio non agnoverunt: ſed intuiti ſunt juxta aridam ſinum quemdam maris, quò meditabantur ut, ſi poſſibile eſſet, impellerent ipſam navim.

40 Et abſciderunt anchoras a navi, & laxaverunt illas in mare. Et ſolverunt juncturas gubernaculorum, & ſuſpenderunt [27] artemonem ad ventum qui flabat, & navigabant verſus aridam.

41 Et pervenit navis ad locum qui ſitus eſt inter duas profunditates maris: & infixit ſe in eum *locum*, & conſiſtebat ſuper eum [28] prora ipſius, & non movebatur: [29] puppis verò ejus ſolvebatur a violentia fluctuum.

42 Et volebát milites interficere ipſos vinctos, ne injicerent ſe natatu, & fugerent ab eis.

43 Et Centurio prohibuit eos ab hac re, quia volebat ſervare Paulum: & iis qui poterant injicere ſe natatu, præcepit ut primi natarent, & tranſirent ad terram.

44 Et reliquos ſuper tabulas & ſuper ligna alia navis fecit tranſire: & ita omnes [30] liberati ſunt in terra.

38 Cęterùm ſatiati cibo, allevabant navim, projicientes frumentum in mare.

39 [b] Quum autem dies ortus eſſet, terram illam non agnoſcebant: [c] ſinum verò quemdam animadverterunt habentem litus, in quem decreverant, ſi poſſent, extrudere navim.

40 Anchoris igitur undique præciſis permiſerunt *eam* mari, ſimul laxatis vinculis gubernaculorũ: & ſublato [illegible] temone ad venti flatum, tendebant ad [illegible].

41 Sed quum incidiſſent in locum [d] bimarem, impegerunt navem: ac prora quidem infixa manebat immota, puppis verò ſolvebatur præ undarum violentia.

42 [e] Militum autem conſilium erat ut vinctos interimerent, nequis quum enatâſſet, effugeret.

43 [f] Sed Centurio volens conſervare Paulum, prohibuit eos ab hac voluntate: juſſitq; ut qui poſſent natare, abjicerent *ſe* primos, & in terram evaderent:

44 [g] Reliqui verò partim in tabulis, partim quibuſdam navis *fragmentis:* & ita factum eſt ut omnes ſalvi evaderent in terram.

[26] i. Auferebát ab ea quæ gravem reddebát, id eſt Onus navis.

[27] Hic quoq; Græcum nomen, ſed mutilatum, retinet paraphraſtes: ac ponit ארמנון, Armenon pro Artemon.

[28] Ad ver. Latus ejus anterius. Latus pro parte & regione.

[29] Ad ver. Latus ejus poſterius. Latus pro parte & regione. Utrobique periphraſis eſt, hic puppis, illic proræ.

[30] F. i. liberati ex procellis evaſerunt in terram: Metalepſis.

[b] B. Tum maximè exſpectãdæ ſunt tempeſtates, quum proximus eſt portus.

[c] Sinus eſt intra terras mare, ut Adriaticus, Perſicus.

[d] Sic vocatur Iſthmus, quòd utrimq; mari alluitur.

[e] B. Incredulis nihil eſt pſidioſius, nec magis ingratum.

[f] B. Deus inter ſuos etiam hoſtes invenit quorum opera ſuos conſervet.

[g] B. Hominum malitiam vincit Dei bonitas.

CAPUT VICESIMUMOCTAVUM.

[1] Barbarorum humanitas erga naufragos. [3] Paulus viperam manu tollit, [5] illæſus. [8.9] Publium & alios ſanat. [11] Melita ſolventes, [16] Romam perveniunt. [17] Paulus Judæis [20] cauſam ſuam exponit. [23] Evangelium docet [30] biennio.

ET poſthæc [1] didicimus quòd Meliti vocaretur illa inſula.

2 Et barbari qui habitabant in ea, [2] benevolentias multas oſtendebant erga nos: & accenderunt ignem, vocaverúntque nos omnes ut nos calefaceremus propter pluviam magnam & gelu quod erat.

3 Et Paulus ſuſtulit multitudinem ramorum, & poſuit ſuper ignem, & egreſſa eſt ex eis vipera e calore ignis, & momordit manum ejus.

4 Quúmque vidiſſent eam barbari, quòd penderet in manu ejus, dicebát, Omnino hic vir homicida eſt, quem ereptum e mari juſtitia non ſivit vivere.

5 Ipſe verò Paulus extulit manum ſuã, & injecit viperam in ignem: & nihil mali factum eſt ei.

6 Exiſtimabát autem barbari quòd eadem hora conſumeretur, & caderet mortuus ſuper terram. Et quum tempus multum exſpectaſſent: & viderent quòd nihil mali factum eſſet ei, mutaverũt verba ſua, & dixerunt quòd Deus eſſet.

7 Erant autem agri in eo loco viro cuidam cujus nomen erat Publius, qui quidẽ erat primarius ipſius inſulę, & excepit nos domi ſuæ tribus diebus libenter.

8 Pater autem Publii febri & [3] dolore viſcerum infirmus erat: & ingreſſus eſt ad eum Paulus, ac oravit, & impoſuit ei manum ſuam, ac ſanavit eum.

9 Et quum factum eſſet hoc, reliqui quoque qui erant in ea inſula infirmi, accedebant ad eum, & ſanabantur.

ET quum ſalvi evaſiſſent, tunc cognoverunt inſulam illam vocari [a] Melitam.

2 Barbari verò præſtabant nobis non vulgarem humanitatem. accẽſa enim pyra acceperunt nos omnes, propter imbrem urgentem, & propter frigus.

3 [b] Quum autem converriſſet Paulus nonnihil ſarmentorum, & impoſuiſſet in pyram, vipera e calore prodiens arripuit ejus manum.

4 [c] Ut verò barbari viderunt pendentem beſtiam e manu ejus, alii aliis dicebant, Omnino homicida eſt homo iſte, quem poſtquam ſalvus evaſit e mari [d] ultio non ſivit vivere.

5 At ille excuſſa beſtia in ignem, nihil mali paſſus eſt.

6 Illi verò exſpectabant dum [e] intumeſceret, aut concideret repentè mortuus: [f] ſed quum multum *tempus* exſpectâſſent, & viderent nihil incommodi illi accidere, mutati, dicebant eum eſſe Deum.

7 [g] Cæterùm circa locum illum erant prædia primario inſulæ illius, nomine Publio, qui nos exceptos, triduò peramicè hoſpitio excepit.

8 Factum eſt autem ut pater Publii febribus ac dyſenteria detentus, decumberet: ad quem Paulus ingreſſus, & precatus, impoſitis ei manibus, ſanavit eum.

9 [h] Hoc igitur facto, reliqui etiam qui infirmitatibus tenebantur in illa inſula, accedebant, & ſanabantur.

[1] i. Cognovimus & intelleximus.

[2] i. Benevolentiæ ſuæ varia teſtimonia oſtendebant erga nos.

[3] i. Laborabat dolore viſcerum.

[a] Ea eſt quæ hodie Malta dicitur.

[b] B. Pios quidem pericula ex periculis manent, ſed glorioſo ſemper exitu.

[c] B. Etſi res adverſæ ſunt peccatorum pœnæ, tamẽ quã Deus affligendis hominibus nõ ſemper reſpiciat peccata, temerè judicant qui vel non exſpectant exitum, vel ex rebus proſperis aut adverſis unumquẽque æſtimant.

[d] Jus & fas.

[e] Verbũ Græcum incendi aut intumeſcere ſignificat. porrò Dioſcorides lib. 6. capite 38. viperæ morſum corporis tumorẽ gignere ſcribit. ſic & Nicander in Alexipharmacis.

[f] B. Hominibus veræ religionis ignaris nihil in utramq; partem inſtabilius.

[g] B. Servũ Dei quamvis miſerum & egentem excepiſſe, nullum unquã pœnituit.

[h] B. Captivo Paulo nõ fuit tamen captiva Dei virtus: ut inf. verſ. ultim.

10 [i] Qui etiam multis honoribus nos honorârunt, & quum proveheremur imposuerunt quæ usui *nobis* erant.

11 [k] Tribus itaque post mensibus provecti sumus navi Alexandrina, quæ in ea insula hyemaverat, cui [l] erat insigne Castor & Pollux.

12 Et devecti Syracusas, *illic* mansimus triduum.

13 Unde circumlegentes devenimus Rhegium: & altero post die quum supervenisset Auster, secundo die venimus Puteolos.

14 [m] Ubi repertis fratribus, rogati sumus ut permaneremus apud eos diebus septem: & ita contendimus Romam.

15 [n] Unde quum audissent fratres de rebus nostris, prodierũt nobis in occursum usque ad [o] Appii forum & tres tabernas: quos quum vidisset Paulus, gratiis actis Deo, sumsit fiduciam.

16 Quum verò venissemus Romam, Centurio tradidit vinctos [p] præfecto exercituum: sed permissum est Paulo ut habitaret [q] seorsim, cum milite qui ipsum custodiret.

17 [r] Factum est autem ut tertio post die cõvocaret Paulus Judæorum primos: qui ubi convenissent, dixit eis, Ego, viri fratres, quum nihil fecerim adversus populum aut ritus patrios, vinctus traditus sum Hierosolymis in manus Romanorum.

18 Qui quæstione de me habita, volebant me dimittere, quòd nulla sit in me causa mortis.

19 [s] Sed contradicentibus Judæis, coactus sum appellare Cæsarem: non *tamen* quasi habeam de quo gentem meam accusem.

20 Ob hanc igitur causam vos advocavi: quos viderem & alloquerer. nam propter spem Israëlis circumdatus sum hac catena.

21 Illi verò dixerunt ei, Nos neque literas accepimus de te ex Judæa: neque adveniens quisquam fratrum annunciavit aut loquutus est aliquid de te mali.

22 Æquum autem censemus ex te audire quæ sentias. nam de ista hæresi notũ est nobis ubique *ei* contradici.

23 [t] Quum igitur constituissent ei diem, venerunt ad eum in hospitium complures, quibus [v] cum attestatione exponebat regnum Dei, suadens eis quæ de Jesu Christo sunt, ex Lege Mosis & Prophetis, a mane usque ad vesperam.

24 [x] Et alii quidem assentiebantur iis quæ dicebantur, quidam verò non credebant.

25 Quum autem inter se discordes essent, digressi sunt postquam Paulus hoc verbum dixisset, Benè sanè Spiritus sanctus loquutus est per Esaiam Prophetam patribus nostris,

26 [y] Dicens, * Vade ad populum istum, & dic, Auditu audietis, & non intelligetis: & videntes videbitis, & non cernetis.

10 Et honoribus magnis honorârunt nos: & quum egrederemur inde, viatico nos instruxerunt.

11 Egressi autem sumus post mẽses tres: & iter fecimus in navi Alexandrina, quæ hyemaverat in ea insula, & erat super eam signum [4] Gemellorum.

12 Et venimus in Syracusam urbem, mansimúsque ibi dies tres.

13 Et inde circuivimus, & pervenimus ad Rhegium civitatem. Et post diem unum flabat nobis ventus Australis, ac duobus diebus venimus Puteolos civitatem Italiæ.

14 Et invenimus ibi fratres, & rogaverunt nos, ac mansimus apud eos dies septem. & tunc profecti sumus Romam.

15 Et quum audiverunt fratres qui illic erant, egressi sunt in occursum nobis usq; in plateam [5] quæ vocatur Appii forum, & usque ad tres tabernas. Et quum vidisset eos Paulus, gratias egit Deo, & seipsum corroboravit.

16 Et ingressi sumus Romam: & permisit centurio Paulo ut habitaret ubi vellet cum milite illo qui custodiebat eum.

17 Et post tres dies mittens Paulus, vocavit primores Judæorum: & quum congregati essent, dixit eis, Viri fratres, ego quum in nulla re steterim contra populũ & legem patrum meorum, in vinculis traditus sum ab Urischelem in manum Romanorum.

18 Et hi quum interrogâssent me, voluerunt dimittere me, eo quòd non invenirẽt [6] in me accusationem ullam quæ digna esset morte.

19 Et quum starent contra me Judæi, coactus sum [7] implorare protectionem Cæsaris: non quasi sit mihi ut accusem in aliqua re [8] filios populi mei.

20 Propter hoc rogavi vos ut veniretis, & viderem vos, & narrarem vobis ista. nã propter spem Israjelis vinctus sum catena hac.

21 Dicunt ei illi, Nos epistolam de te non accepimus e Judæa, neque ulli ex fratribus qui venerunt ab Urischelem, dixerunt aliquid quod malum sit de te.

22 Cupidi autem sumus ut audiamus ex te [9] id quod cogitas. propterea quòd doctrinam hanc scimus, quòd a nemine recipiatur.

23 Et constituerunt ei diem, ac congregati sunt, venerúntque ad eũ multi *eo* ubi habitabat. & exposuit eis de regno Dei, testificans & persuadens eis de Jeschua, ex lege Musche, & ex prophetis, a mane usque ad vesperam.

24 Et quidam ex eis acquiescebant sermonibus ejus, & alii non acquiescebant.

25 Et discesserunt ab eo, quum non essent consentientes invicem. Et dixit eis Paulus hunc sermonem, Benè loquutus est Spiritus sanctus per os Isaiæ contra patres vestros,

26 Dicens, Vade ad populum hunc, & dic eis, Auditu audietis, & non intelligetis: & videbitis, & non cernetis.

[i] n. Deus in suorum gratiã exteris etiam benefacit.

[k] n. Idôla sanctos nullo modo consentientes non polluunt.

[l] Sic solebant ornare naviũ proras, unde naves quoque denominabantur.

[m] n. Profanorũ etiã corda Dominus prout libet in suorũ gratiam inflectit.

[n] n. Deus nunquam patitur suos supra vires affligi.

[o] Via Appia strata opera militari, ab Appio Cæco longa atque lata excurrẽte mare versus, in qua tres erant tabernæ.

[p] Præfecto prætorio.

[q] Non in publica custodia, sed in privato hospitio quod sibi conduxerat.

[r] n. Paulus ubique se Apostolũ esse meminit.

[s] n. Utendũ quidẽ mediis a Deo oblatis, sed ita ut gloriam Dei, non autẽ nosipsos quæramus.

[t] n. Mutuus est Legis & Evangelii consensus.

[v] Argumentis idoneis probãs regnũ Dei a Prophetis prædictũ advenisse.

[x] n. Evãgelium credentibus odor vitæ, contumacib⁹ odor mortis.

[y] n. Increduli sponte quidẽ reluctantur veritati, non tamen fortuitò.

* *Esa. 6. 9. Mat. 3. 14. Marc. 4. 12. Luc. 8. 10. Joh. 12. 40. Rom. 11. 8.*

[4] Ita vocat Castorem & Pollucem, quòd essent gemelli fratres.

[5] n. Campaniẽsis agri: nam extra Latium obviam Paulo processerunt. Hujus autem fori Appii, & trium tabernarum simul meminit Tullius lib. 2 epistol. ad Atticũ.

[6] Ad ver. Post me. Syra phrasis alibi observata.

[7] n. Syr. inclamare provocationes Cæsaris: ut supr. 25. 11.

[8] i Judæos gẽtiles meos.

[9] i. Sententiã tuam, Sive id quod sentis.

27 Incrassatum enim est cor populi hujus, & auditum suum gravem reddiderũt, & oculos suos clauserunt: ne viderent oculis suis, & audirent auribus suis, & intelligerent corde suo, & convererentur ad me: & remitterem eis.

28 Notum sit igitur vobis hoc, quòd ad Gentes est missa hæc redemtio [10] Dei: ipsæ enim quoque auscultant ei.

29 [11] 30 Et mercede conduxit sibi Paulus de suo domũ: mansitq; in ea duobus annis, & excipiebat ibi omnes qui veniebant ad se.

31 Ac prædicabat de regno Dei, docebátque liberè de Domino nostro Jeschua Christo [12] absque prohibentibus.

27 Crassum enim factum est cor populi hujus, & auribus gravitèr audierunt, & oculis suis [a] conniverunt: ne cernant oculis, & auribus audiant, & corde intelligant, & convertant sese, & sanem eos.

28 [a] Notum ergo sit vobis, missam esse Gentibus hanc Dei salutem, & ipsos audituros.

29 [b] Quum ergo hæc dixisset, exierunt Judæi, multam habentes inter se altercationem.

30 [c] Mansit autem Paulus biennium totum in proprio conducto: & excipiebat omnes qui ad ipsum ingrediebantur.

31 Prædicans regnum Dei, ac docens quæ sunt de Domino Jesu Christo cum omni dicendi libertate, nemine prohibente.

[a] Videre se simulârũt, quod vel inviti cernebant, atque adeò noluerũt hoc videre.
[a] 2. Incredulitas reprobotũ non potest irritã facere Dei fidem.
[b] 2. Non Evangelium, sed Evãgelii cõtemtus, dissidiorũ causa.
[c] 2. Verbũ Dei non potest vinciri.

[10] In veteri manuscripto codice bibliothecę illustrissimi principis Electoris Palatini erat דאלהא, quod omittebatur in codice impresso.
[11] Totus 29. versiculus in contextu Syro nõ legitur. de quo quia dubito num incuria sit omissus, an verò potiùs in vetustis manuscriptis codicibus defuerit in contextu, adjicere non sum ausus. Si esset Syris verbis mihi versus exprimendus, ita dicerem, וכד הלין אמר נפקו יהודיא וסגי דרשין הוו בינתהון: Id est, Et quum hæc dixisset, egressi sunt Judæi & disceptabant multùm inter se.
[12] Id est, nullo prohibente.

Finita sunt gesta Apostolorum beatorum: hoc est, historiæ eorum.

EPISTOLA PAULI APOSTOLI AD ROMANOS.

CAPUT PRIMUM.

[1] Ab Apostolatus sui approbatione exorsus, [15] Evangelii commendationem subnectit: [16] Per quod Deus virtutem suam exerit [17] servandis Fide hominibus, [21] impiæ ingratitudinis reis. [26] In quos ira Dei meritò effusa colligitur, [27] quòd laxatis habenis in omne scelus passim ferantur.

TREM. INTERPRET.

PAulus servus Jeschua Christi, vocatus & [1] missus, qui segregatus est ad Evangelium Dei,

2 (Quod antè promiserat [2] per manum Prophetarum suorum in Scripturis sanctis)

3 De Filio suo (qui genitus est [3] in carne ex semine domus David:

4 Et [4] cognitus est Filius Dei [5] per virtutem [6] & per Spiritum sanctum, [7] qui resurrexit [8] à mortuis) *nempe* Jeschua [9] Christus Dominus noster,

5 (Per quem accepimus gratiam & apostolatum inter omnes Gentes, ut [10] obediant fidei nominis ejus.

BEZÆ INTERPRET.

[a] PAulus [b] [c] servus Jesu Christi, ex *Dei* vocatione [d] Apostolus, *[e] separatus ad *prædicandum* Evangelium Dei,

2 (Quod antè promiserat per Prophetas suos in Scripturis sanctis)

3 [f] De [g] filio suo, ([h] facto ex seminé Davidis, [i] secundùm carnem:

4 [k] Declarato Filio Dei [l] potenter secundùm Spiritum sanctificationis, per resurrectionẽ ex mortuis) *nempe* Jesu Christo Domino nostro.

5 ([m] Per quem accepimus [n] gratiam & Apostolatum ad [o] obedientiam fidei, inter omnes Gentes, [p] pro ipsius nomine:

[a] 2. Prima pars epistolæ, utilissimam præfationem continens usque ad versum 16.
[b] Minister. Neque enim hoc loco servus opponit̃ libero, sed munus & officium declarat.
[c] 2. Attentos reddit Romanos, significãs sese, non suo nomine, sed ut Dei ad Gentes legatum, cum eis agere de re omnium maxima, jã olim plurimis idoneis testibus a Deo promissa, nunc demum autem reipsa præstita.
[d] Quum in genere se servum dixisset, specialli nomine se Apostolum dicit, sdque non sibi propria auctoritate sumsisse, sed ex Dei vocatione, ideòque nil ab officio suo alienum agere, qui ad Romanos scriberet. *Act. 9. 2.
[e] Ad prædicandi Evangelii munus a Deo constitutus.
[f] 2. Reddit Romanos dociles explicata Evangelicæ doctrinæ summa. Docet igitur, Christum (Evangelii materiam & argumentum) unicum esse non geminum Dei Patris Filium, qui, quod ad naturam humanam attinet, ex Davidis genere sit conditus: quod ad divinam autem & spiritualem, qua seipsum sanctificavit, sit ex æterno Deo Patre genitus, sicut ex potenti ipsius resurrectione liquet.
[g] Personam unam Christi manifestè asserit, ejusdem duas naturas, earũmque proprietates.
[h] Qui carnem assumsit e virgine Davidis filia.
[i] Quatenus homo est: caro enim per Synecdochen pro homine sumitur.
[k] Demonstrato & manifesto.
[l] Infirmitati carnis opponitur virtus Divina, quæ mortem superat.
[m] id est, a quo.
[n] Hoc beneficium eximiæ liberalitatis, quod mihi omnium sanctorum minimo datum est, evangelizare, &c. Ephes. 3. 8.
[o] Ut homines fide obediant Deo.
[p] Nominis ejus causa.

[1] 2. vel Apostolus qui segregatus fuit ad Evangelium, &c.
[2] 1. Ministerio. Hebraismus, frequens.
[3] Hebraismus, id est, In corpore, Synecdochicòs: ut nomine Carnis sive corporis, totus homo intelligatur.
[4] Hoc est, Claris & perspicuis testimoniis demonstratus, ut. Notus in Judæa Deus, Psalm. 76. 2. & alibi passim.
[5] 1. Præpotenti Spiritus virtute & efficia.
[6] 2. Syrus legisse videtur [illegible], &c. Sed Græca lectio aliter magis placet, si ita exposueris, qui definitus, id est, præcisè & definitò fuit, declaratus filius Dei potenter secundùm spiritum sanctitatis. non autem sanctificationis, [illegible] id est, secundùm naturam illam divinam, qua sempiternus est. [illegible] æternùm a Patre genitus, ex resurrectione, vel per resurrectionem ex mortuis.
[7] Vel, Quia. Relativum causæ redditivum.
[8] 2. quod magis probo.
[8] Ad verbum, De inter mortuos, Gallicè, *D'entre les morts.* Similiter Hebræi מבין המתים: Observandum verò, Syros plerumque usurpare בין pro בין, permutato Nun in Tau.
[9] 2. vel Christo Domino nostro.
[10] Ad verbum, Auscultent. Fidem nominis Christi appellat veram tam de ipso quàm de ipsius officio persuasionem: aut certè [illegible] designat doctrinam quæ utrumque tradit, nempe Evangelium. [illegible] ergo dixit ex Hebraismo, Nominis ejus, non simpliciter Ejus: ne Christum a sua virtute separemus.

6 Inter quas estis etiam vos, [q] vocati a Jesu Christo)

7 Omnibus qui Romæ estis, dilectis Dei, vocatis sanctis: [r] Gratia *sit* vobis & pax a Deo Patre nostro, & Domino Jesu Christo.

8 [s] Primùm quidem gratias ago Deo meo per Jesum Christum, super omnibus vobis, [t] quòd fides vestra annũciatur [v] in toto mundo.

9 Testis enim mihi est Deus, quem colo [x] spiritu meo in [y] Evangelio Filii ipsius, me perpetuò mentionem facere vestri:

10 Semper in precibus meis rogans ut, si quo modo tandem aliquando prosperum iter mihi detur ex voluntate Dei, veniam ad vos.

11 Expeto enim videre vos, ut aliquod impertiar vobis donum spirituale ut vos stabiliamini.

12 Hoc est, ad [z] communem exhortationem percipiendam apud vos, per mutuam fidem, vestram simul & meam.

13 Nolim autem vos ignorare, fratres, me sæpè proposuisse venire ad vos, (sed prohibitus fui usque adhuc) ut fructum aliquem haberẽ inter vos quoque, sicut & inter reliquas Gentes.

14 Et Græcis & barbaris [a] tum sapientibus tum insipientibus debitor sum.

15 Itaque quicquid in me situ est, promtum est ad vobis quoque [b] qui Romæ estis evangelizandum.

16 [c] Nõ enim me pudet Evangelii Christi. [d] [e] potentia siquidem est Dei ad salutẽ cuivis credẽti, Judæo primùm, tum etiam [f] Græco.

17 [g] Justitia enim Dei per illud revelatur [h] ex fide in fidem: *[i] sicut scriptũ est, Justus autem ex fide vivet.

18 [k] Patet enim ira Dei e cælo [l] adversus omnem impietatem & injustitiam hominum, ut qui [m] veritatem injustè detineant:

19 [n] Quoniam id quod de Deo cognosci potest, manifestum est [o] in ipsis: Deus enim eis manifestum fecit.

20 Ipsius enim invisibilia, jam inde a [p] condito mundo ex [q] iis quæ fecit mente perpensa pervidentur, æterna *videlicet*

[q] Hoc per declarationem accipitur, ac si intercederet dictio *nempe*. Significat enim Christi esse participes per vocationem. Nam & in Christo eliguntur filii Dei, & a patre electi in ejus tamquam pastoris custodiam ac fidem committuntur Joh. 10. 27. & 17. 6.

[r] Gratuita Dei benevolentia. Pax autem Hebræis, est fœlix rerũ omnium successus.

[s] B. Reddit eosdem benevolos veris eorum laudibus commemoratis, & sua in eos verè Apostolica benevolentia, adhibito Dei ipsius testimonio, confirmata.

[t] Quòd ea sit vestra fides ut passim in Ecclesiis commendetur. Neque hìc prætermittendum est quòd Apostolus volens Romanos prædicare quòd Christi religionem susceperãt, eam appellat fidem, ut intelligamus inde pendere nostram pietatem.

[v] Per omnes Ecclesias, hyperbole e medio petita.

[x] Plenè volens & ex animo illi addictus.

[y] In promulgando Filio ipsius.

[z] Quantumvis excellens Paulus, Ecclesiam tamen docendo, ab illa potuit erudiri.

[a] Hac exegesi ostendit quid per Græcos & Barbaros intelligat, hoc est, eruditos & rudes.

[b] Eos intelligit omnes qui Romam incolebant, etiam si aliqui Romani non essent: Vide finem Epistolæ.

[c] Inest hìc sancta quædam Ironia, qua ludibria impiorum se non morari prædicat. [d] B. Altera pars epistolæ usque ad noni capitis initium. Est autem hujus disputationis status, Unam esse adipiscendæ salutis rationem (quæ in Evangelio, absque ullo populorum discrimine à Deo proponatur) Jesum Christum videlicet, per fidem apprehensum.

[e] Organon Dei verè potens & efficax ad servandum. [f] Græcus, quum opponitur Judæo, Gentilem significat. [g] B. Confirmatio, In Evangelio docetur, nos coram Deo justificari fide quotidie augescente: ergo & servari.

[h] Ex fide quæ quotidie incrementum accipiat. * *Habac. 2. 4.*

[i] B. Probatio tum antecedentis, tum consequentis ex Habacuc, qui tum justitiam coram Deo, tum vitam tribuat fidei.

[k] B. Altera principalis illius quæstionis confirmatio, Omnes homines in sese sive extra Christum consideratí, sunt reitum impietatis, tum injustitiæ, ac proinde damnationi obnoxii, ergo aliunde quærant justitiam oportet. [l] Adversus omnes impietatis species.

[m] Veritatis nomine intelligit Paulus quicquid lucis in homine relictum est: non quòd ea duce possint cum Deo in gratiam redire, sed ut suo ipsorum judicio convincantur sceleris cùm in Deum, tum in homines. [n] B. Impietatem probat ex eo quòd, quum omnes homines habeant illustre & perspicuum speculum naturæ Dei æternæ ac omnipotentis in rebus creatis, tamen ab illis principiis ad absurdissima sua commenta, in constituendo Dei cultu, defecerint.

* In ipsorum animis. [p] Deum non vides, tamen ut Deum agnoscis ex operibus ejus. Cicero. [q] Ex mundi fabrica.

6 Ex quibus *Gentibus* etiam vos vocati estis [11] in Jeschua Christo)

7 Omnibus qui Romę sunt dilecti Dei vocati [12] & sancti, [13] pax & gratia vobiscũ a Deo Patre nostro & a Domino nostro Jeschua Christo.

8 Primùm gratias ago Deo meo per Jeschua Christum [14] super omnibus vobis, quòd fides vestra [15] audita est in universo mundo.

9 Testis enim est mihi Deus, cui servio [16] in Spiritu in Evangelio Filii ipsius, quòd [17] sine intermissione omni tempore memor sum vestri in precibus meis.

10 Et [18] precor (si tandem aperiatur mihi via per voluntatem Dei) ut veniam ad vos.

11 Quia [19] valdè desidero [20] ut videam vos, ut [21] impertiar vobis donum Spiritus, [22] per quod confirmemini.

12 Et pariter consolationem capiamus per fidem vestram & meam.

13 Volo autem ut sciatis, fratres mei, quòd [23] temporibus multis volui venire ad vos, & prohibitus sum usque [24] ad hoc tempus, ut etiam in vobis esset mihi fructus, sicut in reliquis populis.

14 Græcis & [25] barbaris, sapientibus & stultis: [26] omni homini debitor sum ut prædicem.

15 Et ideò solicitus sum ut etiam vobis qui Romæ estis, evangelizem.

16 Non enim [27] pudet me Evangelii, eo quòd virtus est Dei [28] in salutem omnium credentium in ipsum, sive ex Judæis primùm, [29] sive deinde ex [30] gentilibus.

17 [31] Justitia enim ipsius Dei in eo revelatur, [32] ex fide in fidem: sicut scriptum est, [33] Justus ex fide vivet.

18 Revelatur enim ipsa ira Dei de cęlo adversus omnem iniquitatem & impietatem [34] filiorum hominis, [35] qui veritatem in iniquitate detinent.

19 Propterea quòd notitia Dei manifesta est in illis: Deus enim manifestavit eam in illis.

20 Occulta enim Dei a fundamentis mundi, in creaturis suis [36] per intellectũ conspiciuntur, & virtus ejus & divinitas

[11] Paraphrastes addit præpositionem ב: cujus ea vis est, ut valeat, Auctore Jesu Christo: nisi dicamus positum ב pro ל, In Jesum Christum, f. nempe ut communio nostra in Christo denotetur.

[12] Inseritur copula, sed quæ vim habeat exegeticæ particulæ: ac si dictũ esset, Vocati, nimirum ut sancti sitis.

[13] Verborum ordo inversus, qui familiaris est Paraphrasti. Hoc verò loco quæsitus videtur ex cõmuni salutandi more apud Hebræos.

[14] Ad verbum, Propter facies omnium vestrũm. Redundat nomen פנים, sicut plerumque apud Hebræos, פנים, id est, Facies.

[15] Id est, Celebrata.

[16] Hebraism. id est, Cum animi sincera promtitudine & alacritate.

[17] Ad verbum, Sine quiete.

[18] Verbum Hebræum & Syrum significat Dei misericordiam implorare.

[19] Ad verbum, Benè. Quomodo etiam loquuntur Latini & ferè aliæ linguæ.

[20] Id est, Videre vos.

[21] Syrè, Dem. tamquam scilicet administer Christi.

[22] Vel, Per quẽ Spiritum. Est enim anceps relativũ apud Hebræos & Syros.

[23] Chaldæa & Syra phrasis, pro פעמים רבות, id est, Vicibus multis.

[24] Ad verbum, Usque ad nunc. Hebraismus. עד עתה.

[25] Vocem Latinam usurpat paraphrastes sicut Rabbini.

[26] Distinctionem Græcam mutat, sensum tamen præclarè explicat. f. alii legunt hoc modo: quoniam omni homini debitor sum, &c. atque hæc thesis. post sequitur hypothesis & particularis accommodatio ad Romanos, duobus versibus.

[27] Ad verbum, Non enim erubesco propter Evangelium.

[28] Syrè, In vitam. & sic passim nomen Salutis exponit Vitam.

[29] Copula pro particula ordinis, & sic apud Hebræos usurpatur pro אחרי, Post.

[30] f. Syrè Aramæis: vide in Act. 20. 21.

[31] In impresso Syro Test. non legitur particula rationalis גיר, Enim, quæ fortasse propter exiguitatem omissa est: nos verò ex manuscripto codice Heidelbergensi restituimus.

[32] f. Hìc Græcè & Syrè ellipsis est relativi judicio meo, Justitia Dei quæ est ex fide, in Evangelio revelatur in fidem, id est, ut homines efficiantur credentes, & credendo salutem assequantur, de qua in antecedente descriptione Evangelii. Itaque hoc probatur ex verbis Habakuk, in quibus observa duo hæc verba, servari & vivere, esse ἀντιστροφα, ut Syrus exponit passim. Cætera in Parallelis. Hujus autem ellipseos ἀκμαιοτερα ἐν ἐνίοις, exempla sunt innumera, ut Matth. 1. 11. & 5. 20.

[33] Ad verbum, Quòd justus ex fide vivit. Sic solet Syrus literam ד (idest Quòd) præfigere testimoniis quæ aliunde citantur.

[34] Hebraismus, i. hominum.

[35] f. al. eorum qui veritatem, &c. quæ particula non ad determinationem certorum hominum pertinet (nam de omnibus agi ostendunt sequentia ad caput 4. usque) sed ad descriptionem subjecti totius de quo agitur, id est, hominum omnium, ex quorum numero crediturus, id est, justitiam ex fide prehensuros & percepturos discernit Deus.

[36] Vel, Intellectu. ב est præpositio instrumenti.

ejus quæ *est* in æternum, ut sint [37] sine effugio.

21 Propterea quòd noverunt Deum, & non tamquam Deum [38] glorificaverunt eum, [39] nec gratias egerunt ei: sed [40] inanes facti sunt in cogitationibus suis, & obscuratum est cor eorum [41] insipiens.

22 Et quum putarent in seipsis quòd sapientes essent, stulti facti sunt [42] sibi.

23 Et mutaverunt gloriam Dei qui [43] nõ corrumpitur, [44] in similitudinem imaginis [45] filii hominis qui corrumpitur, & in similitudinem volatilium & [46] quadrupedum & reptilium [47] terræ.

24 Propter hoc tradidit eos Deus in concupiscentias immundas cordis eorũ, ut afficiant ignominia corpora sua inter se.

25 Et mutaverunt veritatem Dei in mẽdacium, & reveriti sunt & coluerunt creaturas multo magis quàm eum qui creavit illas, [48] cui sunt laudes & benedictiones in [49] seculum seculorum. [50] Ammin.

26 Propter hoc tradidit illos Deus in [51] libidines [52] ignominiosas. fœminę enim eorum mutaverunt usum naturæ suæ, & re [53] quæ non est ex natura usæ sunt:

27 Et e converso etiam masculi eorum similiter reliquerunt usum naturæ fœminarum, & exarserunt in concupiscentia unus erga alium, & masculus in masculũ pudendum fecerunt: & ultionem, quæ justa erat pro errore suo, [54] in seipsis acceperunt.

28 Et sicut [55] non judicaverunt in seipsis, ut cognoscerent Deum, tradidit illos Deus in mentem [56] inanem, ut facerent id quod non oportet.

29 Oppleti omni iniquitate & scortatione, & [57] amaritudine & malitia, & [58] avaritia, & invidia, & cæde, & cõtentione, & dolo, & cogitationibus malis:

30 Et murmuratione & obtrectatione: & odio habentes Deum, contumeliosi, inflati, superbi, inventores malorum, destituti mente: qui parentibus suis non obtemperant.

31 [59] Quibúsque nullum est pactum, neque dilectio, neque pax, neque misericordia est in illis.

32 Qui cognoscentes judicium Dei, quod eos, qui talia faciunt, ad mortem condemnat, non tantùm faciunt illa, verumetiam associant se iis qui ea faciunt.

[37] Ad verbum, absque exitu in latitudinem, hoc est, Ut constricti convictique teneantur propriæ damnationis. Elegans periphrasis, & metaphora illustris. F. Excusationis putà ac defensionis, Syra phrasi, de qua vide in Acta Apostolorum. alii protractionem seu productionẽ spiritus vel respirationis explicant, minimè malè: q.d. eos ne mutire quidem ausuros ad defensionem suam. sic inf. 2. 1. & 15.

[38] id est, Laudaverunt, Celebraverunt.

[39] Syrè, Et gratias egerunt, absque repetitione negandi particulæ: quod Hebræis familiare est, ut negatio initio versus posita, totum versum neget: Exemplum habes Psal. 9. 19.

[40] id est, Vacui lumine cælesti & vera Dei notitia, ac omni pietate.

[41] Syrè, Quod non est intelligens.

[42] Pronomen redundat ex Hebraismo. F. de quo diximus in Matth. 4. 10.

[43] id est, Non est obnoxius corruptioni.

[44] ב *Beth* pro ל *Lamed*, sicut Psalm. 106. 20. unde hic locus desumtus est.

[45] Hebraismus antè observat.

[46] Paraphrastes separatis nominibus utitur. Quatuor pedum: subaudisq; בהמות sive חיות, id est, Bestiarum, sive animalium.

[47] Pro terrestrium, Hebraismus, וזחלי עפר Deuteronom. 32. 24.

[48] Hebraismus, id est, Cui soli debentur laudes & benedictiones.

[49] Hebraismus, id est, in perpetuum.

[50] Id est, Veritas, stabilitas. Clausula precum apud Hebræos. Plura de hac voce annotavimus in cap. 1. Evangelii Johannis.

[51] Ad verbum esset, Dolores sive morbos & ægritudines. Itaque generale nomen synecdochicõs pro specie κατ' ἐξοχὴν ponitur.

[52] Ad verbum, Ignominiæ. Substantivum pro epitheto, Hebræis quoque in frequenti usu.

[53] Ratione quæ aliena est a natura ipsarum.

[54] F. Syrè, in substantia sua.

[55] id est, Non cogitárunt ut cognoscerent Deum: Sensus autem est, Dei cognitionem spreverunt, F. neque certo judicio id sibi duxerunt esse faciendum ut Deum cognoscerent: hoc enim est δοκιμάζειν.

[56] Syrè, Inanitatis: Genitivus vice epitheti.

[57] Ea intelligit quæ recto judicio non minus respuenda sunt quàm palatum respuit amara.

[58] F. vel oppressione, avaritiæ nempè administra.

[59] id est, Qui pacta non servant.

ejus tum potentia tum divinitas: ad hoc ut sint inexcusabiles.

21 Propterea quòd quum Deum norint, *tamen* [r] ut Deum non glorificaverũt, neque gratias ei egerunt: sed [s] vani facti sunt in ratiocinationibus suis, & obtenebratum est cor eorum intelligentia carẽs.

22 Quum se dictitent sapientes, stulti facti sunt.

23 [t] Mutárunt enim gloriam incorruptibilis Dei in efformatam imaginem corruptibilis hominis, & volucrium, & quadrupedum, & reptilium.

24 [v x] Quamobrem etiam [y] tradidit eos Deus cupiditatibus cordium ipsorum ad impuritatem, ut fœdarent corpora sua inter se.

25 Ut qui Dei veritatem transmutárint in falsitatem, & coluerint res conditas, ac servierint *eis*, præterito Conditore, qui est benedictus in secula, Amen.

26 Propterea, *inquam*, tradidit eos Deus fœdis affectibus. nam & fœminæ illorum transmutárunt naturalem usum in eum qui est præter naturam:

27 Similitérque etiam masculi relicto naturali usu fœminæ, exarserunt sua libidine alius in alium, masculi in masculis fœda perpetrantes, & [z] compensationem (quam oportuit) erroris sui in sese recipientes.

28 [a] Et sicut non visum est eis Deum in notitia retinere: *ita* tradidit eos Deus in mentem [b] omnis judicii expertem, ut facerent quæ minimè conveniunt:

29 Oppleti omni injustitia, malitia, scortatione, improbitate, avaritia: pleni invidia, cæde, contentione, dolo, malignitate:

30 Susurrones, obloquutores, Dei osores, injuriosi, superbi, gloriosi, inventores malorum, parentibus non obedientes,

31 Desipientes, [c] fedifragi, charitatis expertes, implacabiles, immisericordes.

32 Qui Dei [d] jure agnito (*nempè* eos qui talia faciunt, dignos esse morte) *tamen* nõ solùm ea faciunt, sed etiam facientibus [e] consentiunt ultrò.

[r] Non eo cultu coluerunt qui ipsius æternæ potentiæ ac divinitati cõveniebat.

[s] Quasi dicat, a seipsis fuisse in eam amentiam conjectos.

[t] Pro vero Deo aliud sunt amplexi.

[v x] Injustitiam hominum primùm ostendit in eo quòd præter ipsius naturæ leges mutuis libidinibus sese contaminent, justo Dei judicio.

[x] Religionis contemtus omnium scelerum fons.

[y] Ut justus judex.

[z] Mercedem quæ meritis responderet.

[a] 2. Idem probat longa multorum scelerum enumeratione, a quibus si non omnibus, saltem plerisque, nemo est prorsus immunis.

[b] Insanam atque perversam: unde fit ut extincta primùm conscientia, deinde etiam maxima ex parte sublata syntereſi, homines tandem in omne sceleris genus præcipites ferantur.

[c] Pactorum ac conventorũ immemores.

[d] Per jus Dei intelligit jus quod philosophi jus naturę, jurisconsulti jus Gentium dixerunt.

[e] Socii sunt in malefaciendo, & peccantes laudant.

CAPUT SECUNDUM.

[1] *Omnes ad tribunal Dei sistit.* [12] *Gentibus excusationem* [14] *ab ignorantia præcidit.* [17] *Urget Judæos a lege scripta,* [23] *in qua gloriabantur:* [27] *æquátque eos inter se.*

PROpter hoc non est tibi [1] effugium, ô fili hominis, qui judicas proximum [2] tuum: in quo enim judicas proximum tuum, teipsum condemnas. nam tu quoq; qui judicas in iisdem versaris.

QUapropter [a] inexcusabilis es ô homo, quisquis *alium* damnas. nã hoc ipso quòd damnas alterum, teipsum condemnas: eadem enim facis *tu* qui *alium* damnas.

[1] Syr. Exitus in latitudinẽ. ut supr. 1. 20.

[2] Syr. Suum. Mutatio personæ Hebræa.

[a] 2. Convincit eos qui cæterorum numero videntur eximendi, quoniam aliorum vitia redarguant. Istos igitur dicit minimè omnium esse excusabiles, quoniam si propiùs & intus considerentur (quod omnino facit Deus) reperientur & ipsi iis esse obnoxii, quæ in reliquis animadvertunt: ut planè in seipsos sententiam ferant, quum alios damnant.

2 [b] Scimus verò judicium Dei esse [c] secundùm veritatem adversus eos, qui talia faciunt.

3 Cogitas autem hoc, [d] ô homo qui damnas eos qui talia faciunt, & facis ea, fore ut effugias judicium Dei?

4 [e] An divitias benignitatis ejus & tolerantiæ ac iræ cohibitæ contemnis, ignorans benignitatem Dei ad resipiscentiam te deducere?

5 Sed pro duritia tua & corde quod resipiscere nescit, *ipse [f] tibi thesaurũ recondis iram [g] in diem iræ & revelationis justi judicii Dei:

6 * [h] Qui reddet unicuique secundùm opera ipsius:

7 Iis quidem qui per tolerantiam quærunt [i] boni operis gloriam & honorem & incorruptibilitatem, vitam æternam:

8 Rixosis verò & [k] veritati quidem non assentientibus, obsequentibus autem injustitiæ, *erit* [l] excandescentia & ira.

9 Afflictio *inquam erit* & angustia in omnem animam hominis perpetrantis malum, tum Judæi in primis, tum etiam Græci:

10 Gloria verò & honor & pax *erit* cuivis rectè facienti bonum, tum Judæo in primis, tum & Græco.

11 [m] Nõ enim est personarum acceptio apud Deum.

12 [n] Quicumque enim sine lege peccaverunt, sine Lege quoque peribunt: & quicumque in Lege peccaverunt, per Legem damnabuntur.

13 [o] (Non enim qui audiunt Legem justi sunt apud Deum, sed qui Legem præstant, [p] justificabuntur.

14 [q] Nam quum Gentes [r] quæ Legem non habent, [s] natura quæ Legis sunt faciant, isti Legem non habentes, sibiipsis sunt Lex:

15 Ut qui ostendant opus Legis [t] scriptum in cordibus suis, unà testimonium reddente ipsorum conscientia & cogitationibus sese mutuò accusantibus, aut etiam defendentibus)

16 [v] In die quo judicabit Dominus de rebus occultis hominum, [x] ex Evangelio meo, per Jesum Christum.

17 [y] Ecce, tu cognominaris Judæus, & acquiescis in Lege, & gloriaris in Deo.

18 Et nosti *ejus* voluntatem, & exploras quæ [z] discrepant, institutus ex Legis auditu.

19 Confidísque te viæ ducem esse cæcis, lucem eorum qui *sunt* in tenebris.

2 Et scimus quòd est judicium Dei [3] secundùm veritatem, adversus illos qui in his versantur.

3 [4] Quid autem cogitas tu, ô fili hominis, qui judicas eos qui in his versantur, quum etiam tu in iisdem verseris, quòd fugies a judicio Dei?

4 Aut adversus divitias benignitatis ejus, aut adversus longanimitatem ejus & [5] spatium quod dat tibi, audes? & non nosti quòd benignitas Dei ad resipiscẽtiam inducit te?

5 Sed propter [6] malitiam cordis tui [7] impœnitentis, reponis tibi thesaurum iræ in diem iræ & revelationis judicii justi Dei,

6 Qui rependit unicuique secundùm opera ipsius:

7 Illis qui in perseverantia operum bonorum, gloriam & honorem, & incorruptibilitatem quærunt, dat [8] eis vitam quæ est in æternum:

8 Iis verò qui contentiosi sunt, & non acquiescunt veritati, sed iniquitati acquiescunt, rependet iram & indignationem.

9 Et afflictio & conturbatio *erit* omni [9] homini qui operatur mala, Judæis primùm, [10] deinde Gentilibus.

10 Gloria verò & honor & pax omni operanti bona, Judæis primùm, [11] deinde Gentilibus.

11 Non enim est [12] acceptio facierum apud Deum.

12 Qui enim sine Lege peccaverunt, etiam sine Lege peribunt: & qui [13] in Lege peccaverunt, ex Lege judicabuntur.

13 Nequaquam enim auditores Legis justi *sunt* coram Deo, sed factores Legis justificantur.

14 Si enim Gentes quibus Lex non est, ex natura sua fecerint Legem, ipsæ, quæ quum non esset eis Lex, sibiipsis factæ sunt lex:

15 [14] Et ipsæ ostendunt opus Legis tamquam scriptum super cor suum, & testatur de ipsis conscientia ipsarum, cogitationibus earum reprehendentibus, aut [15] excusantibus [16] invicem,

16 In die quo judicabit Deus occulta filiorum hominis secundùm Evangelium meum, [17] per manum Jeschua Christi.

17 Si autem tu qui Judæus vocaris, & acquiescis in Lege, & gloriaris [18] de Deo.

18 Quòd scias voluntatem ejus, & discernas utilia, quibus instructus es ex Lege:

19 Et confidis de teipso, quòd ductor sis cæcorum, & lumen eorum qui sunt in tenebris,

[b] Nullas adhibet Paulus sententias Scripturæ, differit enim adversus omnes homines in genere: affert autem prolepses, quas omnium mentibus insitas, Satã ipse non potuit prorsus evellere.

[c] Ex veta existimatione, non autem ex specie exteriore.

[d] Non caret emphasi quòd expressit hominis nomen, ut hominẽ Deo comparet.

[e] 2. Gravis exclamatio in eos qui sibi placent quòd sint aliis perspicaciores, quum nihilo sint meliores. *Jacob. 3.3.

[f] Dum indulges tuis voluptatibus, & speras te aliquid bonis tuis adjecturũ, invenies Dei indignationẽ.

[g] Intelligit ultionem quã Dominus in ultimo judicio de sceleratis sumet plenam. *Psal. 62.12. Mat. 16.27. Apoc. 22.12.

[h] 2. Firmamentum superioris disputationis, opus esse omnino justitia, tum Judæis, tum Græcis.

[i] Gloriam quæ bona opera cõsequitur. quod nõ ideo proponit, quasi aliquis esse possit qui viribus suis salutẽ possit consequi: sed ut hac proposita salutis conditione, quã præstare nemo queat, adducat homines ad Christũ, qui solus fide donatos justificat, ut ipse concludit infrà 3.21.22.

[k] Veritatis nomine naturalem intelligit notitiam.

[l] Ira subitò inflãmata, Dei nimirum in peccatorem.

[m] Homines non metitur Deus ex genere vel ex patria, ut eos amplectatur vel repudiet.

[n] 2. Universalem illam humani generis accusationem sigillatim applicat, tum gentibus, tum Judæis.

[o] 2. Occupatio adversus Judæos quos non excuset lex illa sed condemnet: quoniam non Legem audire, sed Legem custodire justificat.

[p] Justi pronunciabuntur apud Dei tribunal, quod scilicet accideret, si qui essent qui Legem præstarent: At quum non ex Lege, sed ex fide justificatus fuerit Abrahamus, sequitur neminem ex operibus justificari.

[q] 2. Occupatio adversus Gentes, quæ etiamsi Legem Mosis non habuerint, non habent tamen quid suis sceleribus prætexant, quum habeant aliquid pro Lege cordibus inscriptum, ut qui quædam ut mala prohibeant, & puniant, quædam ut bona præcipiant & laude prosequantur.

[r] Non quidem simpliciter, sed cum Judæis comparatæ.

[s] Honesta jubeant, turpia prohibeant.

[t] Hæc cognitio naturalis est notitia.

[v] 2. Deus judicia multa differet, quæ tamen suo tempore exsequeretur per Jesum Christum, severissimo cum examine, non tantùm dictorum & factorum, sed etiam cogitationum maximè arcanarum.

[x] Sicut testatur doctrina hæc, cujus ego sum præco constitutus.

[y] 2. Probatio ex Davidis & aliorum Prophetarum testimonio, Judæos summis quidem beneficiis a Deo fuisse affectos tradita eis Lege, sed esse omnium hominum maximè ingratos.

[z] Possis discernere quæ a Dei voluntate discrepant.

[3] Ad ver. In veritate.

[4] 5. vel quid autem? cogitas tu fili hominis, &c.

[5] Ad verb. Locum, id est Opportunitatem (subaudi resipiscẽdi) quam dat tibi, audes tu?

[6] 5. Vel duritiam.

[7] Ad ver. quod non resipiscit.

[8] Pleonasmus relativorũ in Syr. lingua frequentissimus.

[9] Ad ver. Filio hominis. Syr. & Hebr. phrasis.

[10] Ad verb. Et Gentilibus. 5. vel potiùs Atamæis: vide in Act. 20.21. sic deinceps.

[7] Sed est vau ordinis, ut alibi observatum est.

[11] Ad verb. Et. Estq; ordinis vau, ut modò dictum est.

[12] Vide quæ sunt annotata Mat. 6.2.

[13] Id est, sub Lege, ut infrà cap. 3.19.

[14] 5. i. ipsæ inquam ostendunt opus Legis. &c. alii autem non legũt tamquam, nec opus est. Ipsi autem legere malim quàm ipsæ, in hoc & præcedente ver. Nam perinde est atq; si dixeris, ii ipsi ex gentibus. Quemadmodum Græcè primùm quidem legitur [illegible], deinde verò mutato genere [illegible] & [illegible].

[15] Ad ver. Educentibus in latitudinem. Syra phrasis.

[16] Ad verb. In unum unum. Syra phrasis.

[17] i. Opera Jesu Christi. Hebraismus usitatus.

[18] Syr. in Deo. Hebraismus frequens.

20 Et

20 Et eruditor destitutorum mente, & præceptor infantium: & est tibi forma cognitionis & veritatis in Lege.

21 [19] Tu (inquã) qui doces alios, teipsum non doces: & qui prædicas [20] ut non furentur, tu ipse furaris:

22 Et qui dicis ne adulterium committant, tu ipse adulterium committis: & tu qui contemtui habes simulacra, spolias ipse [21] domum sanctam.

23 Et tu qui gloriaris in Lege, in eo quòd transgrederis Legem, Deum ipsum ignominia afficis.

24 Nomen enim Dei propter vos blasphematur [22] inter Gentes, sicut scriptum est.

25 Circumcisio enim prodest, si Legem perficias: si autem [23] resilias a lege, circumcisio tua facta est præputium.

26 Si autem ita est quòd præputium observet mandatum Legis, [24] nónne præputium reputatur circumcisio?

27 Et judicabit præputium quod ex [25] natura sua perfecit Legem, te qui in scriptura & in circumcisione transgrederis Legem?

28 Non enim is qui in manifesto Judæus est, nec etiam ea quæ conspicitur in carne, circumcisio *est*:

29 [26] Sed is est Judæus, qui in occulto est: & circumcisio, quæ cordis est, in spiritu, & non in [27] scripto: cujus laus non est a filiis hominis, sed a Deo.

[19] Syrè ad ver. ut Græci, Tu igitur.

[20] r. i. ne fiat furtum: Hebraismus, in sequentibus etiam observandus.

[21] Syr. Domũ sanctuarii. Hebraismus. Periphrasis sacrilegii.

[22] בין pro בין, antè observatum.

[23] Syrè ad ver. Transgressus fueris tibi a Lege Pleonasmus.

[24] הא præcedente לא idem valet quod הלוא Nónne: atque fortiùs affirmat.

[25] Videtur has voces opponere eis quas subjungit, In scriptura & in circũcisione, ut ex natura sua, idem sit quod sine Lege & circumcisione.

[26] r. vel sed is demum Judæus qui in occulto est, & ea circumcisio quæ cordis est, in spiritu & non in scripto, is est, inquam, cujus laus non est a filiis hominum, sed a Deo ipso. Utrumvis deligat lector: nam idem est argumentum.

[27] Id est, Litera.

20 Et eruditorem desipiẽtium, magistrum infantium, quòd habeas [a] informationem cognitionis ac veritatis in Lege.

21 Qui igitur doces alium, teipsum nõ doces? qui prædicas non furandum, furaris?

22 Qui dicis non mœchandum, mœcharis? qui abominaris idôla, sacrilegium admittis?

23 Qui de Lege gloriaris; per Legis transgressionem Deum afficis cõtumelia?

24 Nam * Dei nomen propter vos blasphematur inter Gentes, sicut scriptum est.

25 [b] Nam circumcisio quidem prodest si Legem exsequaris: quòd si transgressor Legis fueris, circumcisio tua facta est præputium.

26 Itaque si [c] præputium jus Legis observaverit, nónne [d] præputium illius pro circumcisione reputabitur?

27 Et quod est [e] ex natura præputium, Legem præstans, damnabit te qui per [f] literam & circumcisionem transgressor es Legis?

28 Non enim qui *est* [g] in propatulo *Judæus*, Judæus est: nec ea quæ *est* in propatulo *circumcisio, id est*, in carne, circumcisio *est*:

29 Sed qui in occulto Judæus *est*, & circumcisio cordis, *id est*, [h] in spiritu, non litera: [i] cujus *Judæi* laus non *est* ex hominibus, sed ex Deo.

[a] Rationem instituendi ac formãdi alios in cognitione veritatis, q. d. externi cultus prętextu Judæos sibi soliti omnia vindicasse, quũ revera nihil minùs quàm Legem præstarent.

* *Esa. 52. 5. Ezec. 36. 20.*

[b] 2. Occupatio peculiaris adversus eos qui in circumcisione & externo legali cultu sanctimoniam constituebant. Docet igitur, circumcisionem externam, si ab interiore separetur, non modò non justificare, sed etiam damnare circumcisos, à quibus nimirum flagitet quod ipsa significat, cordis videlicet ac totius vitæ puritatem ex Legis præscripto: adeò quidem ut si quis corpore incircumcisus detur, qui corde sit circumcisus, longè sit quibusvis solo corpore circumcisis Judæis anteponendus. [c] Metonymia, Præputiatus. [d] Præputiati status ac conditio. [e] Qui est natura & genere incircumcisus. [f] Litera, familiari Paulo phrasi, spiritui opponitur: porrò hoc loco literalis circumcisio est pelliculæ abscissæ, Spiritus autem circumcisio est cordis, id est spiritualis finis ceremoniæ, vera pietas, justitia, quibus a prophanis gentibus populus Dei secernitur. [g] Qui foris est, & externa circumcisione quæ fit manibus. [h] Cujus vis est interior & in animo, sive quæ circumcisi sunt affectus. [i] Ostendit Apostolus veri Israëlitæ notam, unde intelligitur cordis circumcisionem Deo potiùs esse conspicuam quàm hominibus.

CAPUT TERTIUM.

[1] Concedit Judæis aliquam [2] ex federe prærogativam, [4] sed quæ penitùs in Dei misericordia sita sit. [9] Judæos ac Gentes æquè esse peccatores, [11] auctoritate Scripturæ confirmat: [19] usumque legis monstrans, [28] Fide nos justificari colligit.

QUæ est igitur excellentia Judæi? aut quæ utilitas circumcisionis?

2 Multa [1] omnibus modis. [2] Primùm quòd fideles redditi sunt sermones Dei.

3 Si enim ex illis *quidam* non crediderunt, nunquid in eo quòd non crediderunt, fidem Dei irritam reddiderunt?

4 [3] Absit. Est enim Deus verax, & omnis filius hominis mendax, sicut scriptũ est, Ut sis justus in sermonibus tuis, & purus sis [4] quum judicaverint te.

5 Si autem iniquitas nostra justitiam Dei stabilit, quid dicemus? nunquid iniquus est Deus, qui [5] immittit iram suam? (tamquam filius hominis loquor.)

6 [6] Absit. [7] Alioquin quomodo judicabit Deus mundum?

7 Si enim veritas Dei abundavit per

QUæ [a] est igitur præstantia Judæi? aut quæ utilitas circumcisionis?

2 Multa per omnem modũ. [b] Primarium enim *illud est*, quòd eis credita sunt [c] eloquia Dei.

3 Quid tum enim, si [d] infidi fuerunt quidam? num ipsorum infidelitas fidem Dei inanem reddet?

4 Absit: imò esto Deus verax, omnis autem homo mẽdax: sicut scriptum est, [e] Ut justificeris in sermonibus tuis, & vincas [f] quando tu judicas.

5 [g] Quòd si [h] injustitia nostra Dei justitiam commendat, quid dicemus? num injustus Deus qui inferat [i] pœnam? ([k] huma no more loquor.)

6 Absit: alioquin quomodo judex erit Deus mundi?

7 [l] Etenim si veritas Dei per meum

[1] Syrè, in omnire.

[2] r. vel, In primis, illud est, putà excellentiæ.

[3] Syrè, Propitius sis, Parce, Subaudi Deus. Germanicè, *Behüt uns Gott.*

[4] r. i. quum judicaberis. Hebraismus frequens, pro eo quod est, quũ judicio vel quasi judicio tecum contendit.

[5] Syrè, Venire facit.

[6] Parce ut modò dictum est.

[7] Syr. Et si nõ. Sic Itali quoque loquuntur.

[a] 2. Occupatio prima adversus Judæorum objectionem, An igitur Judæi nihil habent amplius quàm Gẽtes? Habẽt, inquit Apostolus, Dei respectu qui sui federis tabulis eis commisit, adeò ut non possit quorundam perfidia efficere ut tota illa gens sine exceptione a Deo veracì abjiciatur, ut qui eorum etiam indignitate ad commendandam suam bonitatem utãtur.

[b] Primaria fuit Judęorum sors atque conditio. Notandum autem hic est, Paulum omnem præstantiam, quam Judæis concedit, in donis Dei ponere, & nihil prorsus in ipsorum meritis. [c] Oracula. [d] id est, fedifragi. [e] Ut de justitia tua constet, vel ut tua singularis bonitas ac fides in promissionibus tuis præstantis appareat. [f] Quando edidisti pulcherrimum tuæ justitiæ, constantiæ, & fidei specimen, servato eo qui fuerat fedifragus. [g] 2. Altera occupatio ex priore responso promanans, sic commendari Dei justitiam nostra injustitia ut propterea Deus non obliviscatur se esse mundi judicem, ac proinde severum injustitiæ ultorem. [h] Perfidia cum suis fructibus. Huic opponitur justitia Dei, id est, fides ac veritas in promissis præstandis. [i] Ad verbum, iram, metonymicè pro effectis iræ. [k] Hæc non in mea persona loquor, quasi ita sentiam, sed hunc sermonem humanũ illi sapientiæ tribuo quæ Dei voluntati non subjicitur. [l] Tertia objectio, aliquid addens superiori, Si peccata cedant in Dei gloriam, non modò non esse punienda, sed etiam iis esse incumbendum: quam blasphemiam Paulus contentus execrare, justam pœnam blasphemis denunciat.

mendacium exundavit in gloriam ipsius, cur ampliùs ego ut peccator condemnor?

8 Ac non (sicut de nobis malè loquuntur, & sicut quidam ajunt nos dicere) faciamus mala ut veniant bona? quorum damnatio justa est.

9 [m] Quid igitur? præcellimus? Nullo modo: nam [n] antè criminati sumus & Judæos & Græcos omnes esse [o] sub peccato.

10 Sicut scriptum est, *Non est justus, ne unus quidem.

11 Non est qui intelligat, non est qui exquirat Deum.

12 Omnes deflexerunt, simul inutiles facti sunt: non est qui faciat quod bonum est, non est usque ad unum.

13 *Sepulcrum apertum, guttur eorum, linguis suis ad dolum usi sunt, *venenum aspidum sub labiis eorum.

14 *Quorum os diris & amarulentia plenum est.

15 *Veloces pedes eorum ad effundendum sanguinem.

16 [p] Contritio & miseria in viis eorum.

17 Et [q] viam pacis non cognoverunt.

18 *Non est timor Dei coram oculis eorum.

19 [r] Scimus autem, quæcumque [s] Lex dicit, iis qui in Lege sunt dicere, [t] ut omne os obstruatur, & [v] obnoxius fiat totus mundus condemnationi Dei.

20 Propterea [x] ex operibus Legis [y] nulla caro [z] justificabitur [a] in conspectu ejus. per Legem enim *est* cognitio peccati.

21 [b] Nunc verò absque lege justitia Dei manifesta facta est, comprobata testimonio Legis ac Prophetarum.

22 [c] Justitia, inquam, Dei per fidem [d] Jesu Christi in omnes & super omnes qui credunt: non enim est distinctio.

23 Omnes enim peccaverunt, ac deficiuntur [e] gloria Dei.

24 [f] Ut qui justificentur [g] gratis, *id est*, ejus gratia, per redemtionem factam in Jesu Christo.

25 [h] Quem præstituit Deus *ut esset* placamentum per fidem in [i] sanguine ipsius, ad demonstrationē justitiæ suæ, propter dissimulationem peccatorum [k] quæ antecesserunt, [l] Deo *illa* tolerante:

26 Ad demonstrationem justitiæ suæ [m] præsenti tempore: [n] ut sit ipse justus, & [o] justificans eum [p] qui est ex fide Jesu.

mendacium meum, ad gloriam ipsius, cur [8] ampliùs tamquam [9] peccator judicor?

8 Aut nunquid *ita est* quemadmodum blasphemant de nobis quidam, & dicunt quòd dicimus, Faciamus mala, ut eveniāt bona? Quorum damnatio reservatur justitiæ.

9 Quid igitur obtinemus excellentiæ? Antè enim pronunciavimus de Judæis & de [10] Gentibus, quòd sub peccato sunt omnes.

10 Sicut scriptum est, Non est rectus, ne unus quidem:

11 Neque qui intelligit, neque qui quærat Deum.

12 Omnes declinaverunt pariter, & reprobi facti sunt: & non est qui faciat bonum, ne unus quidem.

13 Sepulcra patentia, guttura eorum, & linguæ eorum dolosæ, & venenum aspidis sub labiis eorum.

14 Os eorum plenum est maledictione & amarulentia:

15 Et pedes eorum veloces ad effundendum sanguinem.

16 Contritio & dolor in viis eorum.

17 Et viam pacis non cognoverunt.

18 Et timor Dei non est ante oculos eorum.

19 Scimus autem quòd quicquid dicit Lex, iis qui sunt in lege dicit, ut omne os obthuretur, & mundus universus obnoxius reddatur Deo.

20 Quia ex operibus Legis non justificatur [11] ulla caro coram illo. ex Lege enim cognitum est peccatum.

21 Nunc verò sine Lege justitia Dei manifestata est, & testatur de ea Lex & Prophetæ:

22 Justitia autem Dei, [12] per manum fidei [13] est Jeschua Christi, omni homini, etiam super omnem hominem qui credit in ipsum. non enim est discrimen.

23 Quia omnes peccaverūt & destituūtur gloria Dei.

24 Justificātur autem per gratiam gratis, & per redemtionem quæ est in Jeschua Christo.

25 Quem proposuit Deus propitiatorem per fidem sanguinis sui, propter [14] peccata quæ ab initio [15] peccavimus:

26 Per spatium quod dedit nobis Deus pro longanimitate sua, ad ostensionem justitiæ suæ quæ *est* in tempore hoc, ut ipse [16] sit rectus, & justificet per rectitudinem illum qui est in fide Domini nostri Jeschua Christi.

[m] 8. Altera ad primam illam objectionem responsio; Judæos, si in sese cōsiderentur, jam pridē pronunciatum esse ore Prophetarum, nihilo esse aliis meliores.

[n] Arguimus: peractā enim accusationem declarat.

[o] Reos peccati.

*Psal. 14. 1. & 53. 1.

*Psal. 5. 10.

*Psal. 140. 3.

*Psal. 10. 7.

*Esa. 59. 7.

[p] i. Quacumq; incedunt, solitudinem & vastitatē faciunt, omnia perdendo.

[q] i. Vitā innocentem & pacificam.

*Psal. 36. 2.

[r] 8. Probat illā Davidis & Esaiæ gravissimam accusationē Judæos propriè respicere.

[s] Tum Mosis, tum aliorum prophetarum scripta, totum denique vetus Testamentum Lex vocatur per excellentiam.

[t] 8. Conclusio totius superioris disputationis, a vers. 18. primi capitis. Ergo, inquit Apostolus, nō est quòd quisquam ex ulla lege, seu illa universali, seu Mosis particulari, speret se justificādum, ac proinde servādum: quum (sicut probavimus) ex Legis & vitæ collatione probetur, omnes esse peccatores, ac proinde cō demnatione dignos in Dei conspectu.

[v] Reus esse comperiatur.

[8] Perperam scribit מכול, cū litera He, p מכול cum litera Mem.

[9] Etsi hac in re multum nō est situm, quādoquidē Græcorum in nō semper est tēporis adverbium, sed etiā rationalis cōjunctio, ut Latinorum jam, nunc, hic, continuò, si, si quidem, &c. ut idem interpres accipit infrà 5. 6.

[9] In Syriaco textu legitur טליא, quod nunquā significat peccatorem, sed puerū vel infantem. quæ significatio nulla ratione huic loco accommodari potest. Puto igitur erratum esse typographi, & positum esse pro חטיא, i. peccatore: licet inter errata nō commemoretur in indice, nec corrigatur. certè manuscriptus codex ita habet ut nos restituimus.

[10] 9. Syr. Aramæis, ut suprà: vide in Act. 20. 21. sic infr. ver. 29.

[11] 9. Syrè omnis, Hebraismus, ut Luc. 1. 37.

[12] i. Per fidem, Hebræa, Syra, & Chaldæa phrasis.

[13] 9. vel, illius, putà fidei Jesu Christi ut Græca verba sonāt. Atq; hoc malo.

[14] 9. alii peccata nostra, quibus anteà peccavimus: puta secundùm veterem hominem, quem pii quotidie despoliant magis ac magis.

[15] Peccare peccatum Hebraismus, pro cōmittere peccatum, vel Peccare.

[16] 9. vel sit justus, & justificet per justitiā illum, &c.

[x] Ex eo quòd præstetur Lex. [y] Caro, ut aliàs sæpè, pro integro homine metonymicè: est tamen hoc loco emphasis: Sic enim explicatur antithesis hominis (qui nihil est aliud quàm caro per peccatum inquinata) & Dei illius in sese purissimi & perfectissimi. [z] Absolvetur coram tribunali Dei. [a] Tacita antithesis justitiæ coram hominibus quantumvis justis, & justitiæ quæ coram Deo possit subsistere, porrò sola est Christi justitia, quæ verè coram Deo possit consistere.

[b] 8. Itaque, inquit Apostolus, ne perirent homines, Deus quod olim promisit, nunc exhibet, rationem videlicet qua coram ipso absque Lege justificati servemur.

[c] 8. Hujus justitiæ veluti materia est Jesus Christus, fide apprehensus, & in hunc finem quibusvis populis oblatus, sicut extra eum omnes populi a regno Dei excluduntur. [d] Quæ habetur Christo, vel nititur Christo. [e] Gloriæ Dei nomine intelligitur meta illa ad quam contendimus, id est, vitam æternam, quæ in gloriæ Dei participatione consistit. [f] 8. Hæc igitur justitia, quod ad nos attinet, prorsus est gratuita, ut quæ nitatur iis quæ non ipsi fecimus, sed Christus nostri a peccatis redimendi causa pertulit. [g] Ex gratuito dono ac mera liberalitate.

[h] 8. Deus ergo auctor est gratuitæ istius justificationis, quia sic ei visum est: Christus verò is, in quo pœnas pro nostris peccatis perpessus, remissione peccatorum donamur: instrumentum autem quo Christum apprehendimus, est fides: finis denique, ipsa divinæ benignitatis declaratio, ut sic constet eum esse verè clementem & in suis promissis constantem, ut qui credentes gratis justificet.

[i] Sanguinis nomen ad veterum sacrificiorum figuram nos revocat, quorum veritas est in Christo. [k] Eorum peccatorum quæ, dum inimici eramus, admisimus, secundùm veterem hominem.

[l] Pro sua patientia ac facilitate. [m] Hoc tempore nimirum quo scripsit Paulus. [n] Ut summè verax ac fidelis comperiatur. [o] Christi imputata justitia justum ac irreprehensibilem constituens. [p] Ex eorum numero qui Christum fide sunt amplexi, quibus opponuntur qui ex circumcisione, id est, ex Lege salutem exspectant.

27 Ubi igitur gloriatio? [17] exclusa est. Per quam legem? operum? non: sed per legem fidei.

28 [18] Arbitramur igitur quòd per fidem justificatur filius hominis, & non per opera Legis.

29 Nunquid enim Deus Judæorum est tantùm, & Gentium minimè? Imò etiam Gentium.

30 Quia unus est Deus qui justificat circumcisionem per fidem, etiam præpútium per eam ipsam fidem.

31 Nũquid igitur Legem ipsam irritam facimus per fidem? [19] Absit: sed Legem ipsam stabilimus.

[17] F. Syr. exclusa est, vel deturbata est sibi. Pleonasmus, de quo in Matt. 4. 10.
[18] F. vel ratiocinamur, aut putamus, servata metaphora τοῦ λογίζομαι.
[19] Syrè, Parce, ut anteà in eodem capite bis observatũ est.

27 [q] Ubi igitur gloriatio? exclusa est. [r] Per quam legem? operum? non: sed per legem fidei.

28 Colligimus igitur, fide justificari hominem absque operibus Legis.

29 [s] An [t] Judæorum Deus solùm? ánnõ & Gentium? certè & Gentium.

30 Siquidem Deus unus *est* qui justificabit [v] circumcisionem ex fide, & præputium per fidem.

31 [x] Legem igitur [y] inutilem reddimus per fidem? Absit: imò Legem [z] stabilimus.

[q] B. Argumentum probandæ conclusioni, Nos fide absque operibus justificari, à fine sumtũ. Finis justificationis est unius Dei gloria: Justificamur ergo fide absque operibus, quoniam sive per sola nostra opera, sive partim fide, partim operibus justificaremur, gloria hujus justitiæ non tribueretur Deo in solidum.

[r] Per quam doctrinam? porrò doctrina operum conditionem habet annexam, Si feceris: doctrina verò fidei, si crediderís. [s] B. Aliud argumentum ab absurdo: Si à Lege Mosis penderet justificatio, Deus solis Judæis esset servator. Item, si alia ratione Judæos, alia Gentes servaret: non esset unus & sui similis. Utrosque igitur una & eadem ratione justificabit, nempe fide. Est autem conjungendum hoc argumentum cum proximè consequenti, ut planè sit firma ejus conclusio. [t] Deus, eorum Deus esse dicitur, Scripturæ more, quos benevolentia sua complectitur. [v] Circumcisos. [x] B. Occupatio: Non tamen propterea tollitur Lex, sed potiùs stabilitur, sicut suo loco declarabitur. [y] Otiosam, vacuam, & omnibus vitibus destitutam.
[z] Firmam & efficacem reddimus.

CAPUT QUARTUM.

[1] *Quod antè dixit de fide, exemplo Abrahæ, imputationis vocem inculcat hoc capite.* [3.6] *ac Scripturæ testimonio probat: & decies*

Quid igitur dicimus de Abrahã [1] patriarcha, quòd [2] invenit in carne?

2 Si enim Abraham ex operibus justificatus fuit, [3] erat ei gloriatio: sed nõ apud Deum.

3 Quid enim dicit Scriptura? nempe, Credidit Abraham Deo, & imputatum est illi ad justitiam.

4 Ei autem qui operatur, non imputatur merces tamquam quod sit per gratiã, sed tamquam id quod debetur ei:

5 Illi verò qui non operatus est, sed credidit modò in eum qui justificat peccatores, imputatur illi fides sua ad justitiam.

6 Quemadmodũ etiam David dicit de beatitudine hominis cui Deus imputavit justitiam sine operibus, quum dicit:

7 Beati illi quibus remissa est iniquitas ipsorum, & tecta sunt peccata ipsorum:

8 Et beatus vir cui non imputabit Deus peccatum suum.

9 Hæc igitur beatitudo [4] de circumcisione, an de præputio? dicimus enim quòd imputata est Abrahæ fides ejus ad justitiam.

10 Quomodo ergo imputata est ei? in circumcisione, an in præputio? Non fuit in circumcisione, sed in præputio.

11 Signum enim accepit ipsam circumcisionem, [5] & sigillum justitiæ fidei suæ quæ fuerat in præputio, ut esset pater omnium illorum qui credunt ex præputio, quò imputaretur etiam eis ad justitiam.

[1] Syrè, Principe patrum. Hebraismus.
[2] F. id est, adeptus, vel consequutus est. Hebraismus.
[3] F. vel est ei gloriatio.
[4] F. supple prædicatur.
[5] Copula, pro hoc est.

Quid [a] igitur dicemus Abrahamũ patrem illum nostrum nactũ esse [b] secundum carnem?

2 [c] Nam si Abrahamus ex operibus justificatus fuit, habet quod glorietur, at nõ apud Deum.

3 [d] Quid enim Scriptura dicit? *Credidit autem Abrahamus Deo, & [e] imputatũ est ei ad justitiam.

4 [f] Atqui [g] ei qui operatur, merces [h] non imputatur ex gratia, sed *est* ex debito:

5 Ei verò qui non operatur, sed credit in eum [i] qui justificat impium, imputatur fides sua ad justitiam.

6 [k] Sicut etiam David declarat beatum eum hominem cui Deus imputat justitiam absque operibus: dicens,

7 *Beati quorum remissæ sunt iniquitates, & quorum obtecta sunt peccata.

8 Beatus vir cui non imputârit Dominus peccatum.

9 [l] Ista igitur [m] beatitatis declaratio, in circumcisionem *solùm* an & in præputium *cadit?* Dicimus enim imputatam fuisse Abrahamo fidem ad justitiam.

10 [n] Quomodo ergo imputata est? quũ esset in circumcisione, an *quum esset* in præputio? non in circumcisione, sed in præputio.

11 [o] *Et [p] signum accepit circumcisionis, [q] sigillum justitiæ fidei receptæ in præputio, [r] ut esset pater omnium credentium in præputio, imputata etiam ipsis justitia:

[a] B. Novum argumentum maximi momenti, ab exẽplo Abrahami patris credentium desumtum. Est autẽ ejusmodi propositio, Abrahamum, si ex sese sine operibus consideretur, nihil promeritum esse, de quo gloriari possit apud Deum.
[b] Ex operibus, ut ipse versu sequenti explicat, putà si Abrahamum consideremus in sese & circumcisum, nõ autem quatenus justificatus est per fidem.
[c] B. Occupatio, meritò quidem Abrahamũ se posse extollere inter homines, ac non apud Deum.
[d] B. Confirmatio propositionis: Fidei imputatione justificatus est Abrahamus: ergo gratis sine ullo operũ ipsius respectu.
*Gen. 15. 6. Gala. 3. 6. Jac. 2. 23.
[e] Imputare hoc loco & similibus, significat acceptum ferre, pro quo dicunt *Alouër, & recevoir en compte.*

[f] B. Probatio prima confirmationis, à contrariis sumta. Ei qui suo labore quippiam promeritus est persolvitur quod debetur: ei verò qui nihil egit, sed gratis promittenti credit, fides imputatur. [g] Ei qui ex opere sit aliquid promeritus. [h] Non numeratur neque tribuitur. [i] Qui eum qui in sese est impius, facit justum in Christo. [k] B. Altera ejusdem confirmationis probatio. David collocat beatitatem in gratuita condonatione peccatorum: ergo & justificationem. *Psal. 32. 2. [l] B. Nova propositio, istam justificationis viam tum ad incircumcisos, tum ad circumcisos credentes spectare, sicut in Abrahami persona demonstratur.
[m] Illud igitur Davidis dictum, quo beatos illos esse pronunciat. [n] B. Ad incircumcisos id spectare (nam de circumcisis non dubitabatur) sic colligit. Abrahamus in præputio justificatus est, ergo ad præputiatos etiam spectat hæc justificatio. Imò ne ad circumcisos quidem pertinet ratione circumcisionis, tantum abest ut propter præputium excludantur incircumcisi. [o] B. Occupatio: cur igitur Abrahamus fuit circumcisus si jam erat justificatus? Ut (inquit) confirmaretur in eo donum justitiæ. *Gen. 17. 11.
[p] Circumcisionem, quæ signum est, ut sacramentum Baptismi dicimus pro baptismo, qui est sacramentum.
[q] Circumcisio dicta fuit prius signum quod ad externam ceremoniam pertinet: nunc vis & substantia illius signi explicatur, id est, quorsum adhibeatur: nempe justitiæ fidei, qua in ipsius Christi possessionem mittimur, non simpliciter significandæ, sed etiam obsignandæ. Spiritus enim sanctus id reipsa intùs præstat, quod Sacramenta Verbo conjuncta repræsentant. [r] B. Applicatio exempli Abrahæ ad incircumcisos credentes, quorum etiam patrem constituit Abrahamum.

12 [s] Et pater circumcisionis, iis *videlicet* qui non solùm sunt ex circumcisione, sed qui etiam incedunt per vestigia fidei patris nostri Abrahami, quæ fuit in præputio.

13 [t] Non enim [v] per legem promissio *cessit* Abrahamo, aut semini ejus: [x] ut hæres esset mundi, sed per justitiam fidei.

14 [y] Etenim si ii qui [z] ex lege *sunt*, hæredes sunt, vana facta est fides, & inanis reddita est illa promissio.

15 [a] Nam lex iram efficit: ubi enim non est Lex, ibi nec transgressio *est*.

16 [b] Propterea ex fide *est hæreditas*, ut *sit* per gratiam, ut firma sit promissio [c] toti semini: [d] *id est* non solùm ei quod *est* ex Lege, verumetiam ei quod *est* ex fide Abrahami, qui est pater omnium nostrûm,

17 (Sicut scriptum est, *[e] Patrem multarum gentium constitui te) [f] coram eo cui credidit, Deo *videlicet*, [g] vivificante mortuos, & [h] vocante quæ non sunt tamquam sint.

18 [i] Qui *Abrahamus* contra spem sub spe credidit, fore ut ipse fieret Pater multarum gentium, secundùm id quod *ei* dictum fuerat, *Ita erit semen tuum.

19 Ac [k] minimè infirmus fide non consideravit suum ipsius corpus jam [l] emortuum, quum centum circiter natus esset annos, nec emortuum uterum Saræ.

20 Ad hanc promissionem autem Dei non addubitavit incredulitate: sed corroboratus fuit fide, [m] tributa gloria Deo:

21 Ac [n] plenè persuasum habens, *eum* quod promiserat, posse etiam efficere.

22 Quapropter etiam *hoc* imputatũ est ei ad justitiam.

23 [o] Non scriptum est autem propter eum solùm, quòd *hoc* imputatum fuerat ei.

24 Sed etiam propter nos, quibus futurũ est ut imputetur, iis *nimirum* qui credunt in eum qui suscitavit Jesum Dominum nostrum a mortuis,

25 Traditum *morti* [p] propter offensas nostras, & suscitatum ad nostri justificationem.

12 Et pater circumcisionis, nequaquam [6] illorum qui ex circumcisione sunt tantùm, sed etiam illorum qui incedunt per vestigia [7] fidei præputii patris nostri Abraham.

13 Nequaquam enim per Legem facta fuit promissio Abrahæ, & semini ejus, quòd futurus esset hæres mundi, sed per justitiam fidei ipsius.

14 Si enim ii qui ex Lege sunt, fuerunt hæredes, inanis facta est fides, & irrita facta est promissio.

15 Lex enim operatrix est iræ. Quum enim non est lex, [8] non est transgressio legis.

16 Quapropter per fidem [9] est *hæreditas*, ut per gratiam justificemur: quò sit firma promissio universo semini ejus, non illi quod ex Lege est tantùm, sed etiam illi quod ex fide est Abrahæ, qui est pater omnium nostrûm.

17 Sicut scriptum est, Constitui te patrem multitudinis Gentium coram Deo, [10] in quem credidisti, qui vivificat mortuos, & vocat illa quæ non sunt, tamquam sint.

18 Et absque spe in spem credidit [11] quòd futurus esset pater multitudinis Gentium: sicut scriptum est, ita erit semen tuum.

19 Et non infirmatus est in fide sua, quum consideraret corpus suum emortuũ (quia erat [12] natus centum annos) & vulvam emortuam Saræ.

20 Et contra promissionem Dei non hæsitavit tamquam destitutus fide, sed corroboratus est in fide, & dedit gloriam Deo:

21 Et firmiter credidit quòd quicquid promisit ei Deus, potens esset perficere.

22 Propter hoc imputatum est illi ad justitiam.

23 Et nequaquam propter ipsum tantùm scriptum est hoc, quòd imputata est fides ejus ad justitiam:

24 Sed etiam propter nos: quia etiã nobis [13] futurum est ut imputet, qui credidimus in eũ qui excitavit Dominũ nostrum Jeschua Christum [14] a mortuis.

25 Qui traditus fuit propter peccata nostra, & resurrexit ut justificaret nos.

[s] 8. Applicatio ejusdem exẽpli ad circumcisos credentes, quorũ sit quidè pater Abrahamus, sed ex fide.

[t] 8. Ratio cur æstimandum sit Abrahami semen ex fide, quia videlicet Abrahamus ipse credendo sit factus ejus promissionis particeps, qua factus est omnium gentium pater.

[v] Per præstita opera, aut addita implendę Legis conditione.

[x] Ut pro filiis haberet omnes nationes orbis. Vel per mundum intelligi potest regio Chanaan.

[y] 8 Duplex cõfirmatio illius rationis: una, quòd promissio non possit apprehendi ex Lege, ac proinde esset irrita altera, quòd cõditio fidei frustrà adjungeretur promissioni ex operibus apprehendendæ.

[z] Si ii demum sunt hæredes qui Legẽ impleverunt.

[a] 8. Ratio prioris cõfirmationis, cur promissio non possit ex Lege apprehendi: quia videlicet Lex quum à nullo observetur, non cõciliat nobis Deum, sed irã ejus denunciat.

[b] 8. Conclusio hujus argumenti: Ex fide apprehendente promissionem Abrahamo factam, & quam primus ipse Abrahamus fide apprehendit, totius posteritatis Abrahami (id est Ecclesiæ ex omnibus populis collectæ) justificationem ac salutem proficisci.

[6] 7. vel illis qui ex Circumcisione sunt tãtùm, sed etiã illis qui, &c. & ita Græcè.

[7] 7. id est, quã fidem Abrahã pater noster in præputio habuit, hoc enim Græcus articulus postulat, quem aut nõ legit aut neglexit Syrus, aut obscuriùs (ut videtur) expressit. Itaq; sic melius, vestigia fidei patris nostri Abraham, quæ fuit in præputio.

[8] 7. al. non etiã est transgr.

[9] 7. vel est justitia, ex vers. 13 aut (sicut magis placet) per fidem justificamur.

[10] 7. Hic locus, judicio meo, corruptus est, & adjectione unicæ literæ ת curari potest in hunc modũ. דהמנותא בה, in quem fuit fides, vel in quem credidit. Alioqui nec Græco textui respõdet, nec benè exprimit, sed magis obscurat Pauli argumẽtationem.

[11] 7. vel ut fieret pater: qd̃ ex Græco probatur magis.

[12] Syrè, Filius centum annorum.

[13] Syrè, Futurus est ut imputet.

[14] Ad verbum, De inter mortuos, Gallicè, *D'entre les morts.*

[c] Omnibus credentibus. [d] 8. id est, non tantùm eorum qui credunt & simul ex Lege circumcisi sunt: sed etiam eorum qui absque circumcisione, & solius fidei respectu censentur in Abrahami filiis. *Gen. 17. 4. [e] 8. Spiritualis est ista paternitas, ex unica Dei promittentis virtute pendens. [f] Coram eo (videlicet) Deo, id est cognitione spirituali quæ coram Deo locum habet, & Deo nos gratos reddit. [g] Eo qui vitæ restituit. [h] Apud quem jam sunt, quæ alioqui reipsa non sunt, ut qui veluno verbo quidvis possit ex nihilo efficere. [i] 8. Descriptio veræ fidei in Dei potentia simul ac benevolentia penitus acquiescentis, proposito Abrahami exemplo. *Gen. 15. 5. [k] Fortissimus ac constantissimus. Hebræi enim contrarium ejus quod negant fortissimè asseverant. [l] Jam effœtum viribus, & ad gignendum sobolem ineptum. [m] Deo agnito & laudato, ut qui summè bonus ac verax esset. [n] Vera fidei descriptio. [o] 8. Una est perpetua tum in Abrahamo tum in omnibus fidelibus, justificationis regula, fides videlicet in Deum qui in Christo mediatore nostro expiatis nostris peccatis, eumdem à mortuis excitavit, ut & nos justificati in eo servemur.

[p] Ut offensas nostras lueret.

CAPUT QUINTUM.

[1] *Amplificationibus illustrat* [2] *justitiam Christi quæ fide apprehenditur:* [5] *Quia datus est pro infirmis,* [8] *& peccatoribus.* [14] *Inde comparationẽ facit Christi cum Adamo:* [17] *mortis cum vita:* [20] *Legis cum gratia.*

1 [a] Justificati igitur ex fide, pacem habemus erga Deum apud Dominum nostrum Jesum Christum:

2 [b] *Per quem etiam fide [c] adducti sui-

1 Quia igitur justificati sumus per fidẽ, [1] sit nobis pax erga Deum per Dominum nostrum Jeschua Christum.

2 Per quem [2] admissi sumus in fide ad

[a] 8. Aliud argumentum ab effectis: Eo justificamur quod conscientiam verè coram Deo pacat. Pacat autem conscientiam non Lex, sed fides per Christum, ut antea probavit. Fide ergo non Lege justificamur.

[1] 7. vel est: Futurũ pro continuo tempore ἐνεστῶτι.

[2] Syrè, Facti sumus appropinquare.

[b] 8. Quòd fidei tribuitur conscientiæ tranquillitas, ad Christum referendum est, ipsius fidei datorem, & in quo ipsa fides est efficax. *Eph. 2. 18. [c] Sciamus tamen hoc fidei effectum adhuc vigere.

gratiam

gratiam hanc in qua ſtamus, & gloriamur in ſpe gloriæ Dei.

3 Et non ita tantùm, ſed etiam in afflictionibus gloriamur, quia ſcimus quòd afflictio patientiam perficit in nobis:

4 Et patientia probationem, & probatio ſpem.

5 Spes autem non pudefacit: quia dilectio Dei effuſa eſt ſuper corda noſtra per Spiritum ſanctum qui datus eſt nobis.

6 [3] Si autem Chriſtus propter infirmitatem noſtram, in tempore hoc pro improbis mortuus eſt,

7 (Vix enim quis pro [4] improbis moritur: pro bonis enim fortaſſis quis audeat mori)

8 Hic oſtendit Deus charitatem ſuam quæ eſt erga nos, [5] quia ſi quum peccatores eſſemus, Chriſtus pro nobis mortuus eſt,

9 Quanto igitur magis juſtificabimur nunc per ſanguinem ipſius, & per ipſum eripiemur ab ira?

10 Si enim quum eſſemus inimici, reconciliatus eſt nobiſcum Deus per mortem Filii ſui, quanto igitur magis in reconciliatione ejus [6] vivemus per vitam ipſius?

11 Et non ita tantùm, [7] ſed etiam gloriabimur in Deo [8] per manũ Domini noſtri Jeſchua Chriſti, per quem nunc accepimus reconciliationem.

12 [9] Sicut [10] per manum unius filii hominis intravit peccatum in mundum, & [11] per manũ peccati mors: & ita in omnes filios hominis tranſiit mors [12] in eo quòd omnes peccaverunt.

13 Uſque enim ad Legem, peccatũ quũ eſſet in mundo, non reputabatur peccatum, propterea quòd non erat Lex.

14 Sed regnavit mors ab Adam, [13] & uſque ad Muſche, etiam ſuper eos qui non peccaverunt in ſimilitudine qua trãſgreſſus eſt [14] Legem Adam, qui eſt ſimilitudo ejus qui futurus erat.

15 Sed nequaquam ſicut [15] exceſſus [16] ita donum. Si enim propter exceſſum unius

mus in hanc gratiam per [d] quam [e] ſtamus, [f] & [g] gloriamur ſub ſpe gloriæ Dei.

3 [h] Neque *id* ſolùm, ſed etiã *gloriamur de afflictionibus, [i] ſcientes quòd afflictio tolerantiam efficiat:

4 Tolerantia verò experientiam, experientia autem ſpem:

5 Porrò ſpes non pudefacit, eo [k] quòd [l] charitas Dei effuſa eſt in cordibus noſtris per Spiritum ſanctum qui datus eſt nobis.

6 [m] Chriſtus enim, quum nullis adhuc viribus eſſemus, [n] præſtituto tempore pro impiis mortuus eſt.

7 [o] Enimverò vix pro [p] juſto quiſquam moriatur: (nam pro bono *viro* forſitan aliquis etiam mori ſuſtineat.)

8 [q] Commendat autem ſuam erga nos charitatem Deus, eo quòd quum adhuc eſſemus [r] peccatores, Chriſtus *pro nobis mortuus ſit.

9 Juſtificati igitur nunc ejus ſanguine, ſervabimur multo magis per eum [s] ab ira illa.

10 Nam ſi quũ inimici eſſemus, reconciliati ſumus Deo per mortem Filii ejus, multo magis reconciliati ſervabimur per vitam ipſius.

11 [t] Neque id ſolùm, verumetiam gloriamur de Deo per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, per quem nunc reconciliationem recepimus.

12 [v] Propterea ſicut per unum hominem [x] peccatum in mundum introiit ac per peccatum mors: & ita in omnes homines mors pervaſit in quo omnes peccârunt.

13 [y] Nam [z] uſque ad Legem peccatum erat in mundo: peccatũ verò *eſſe* non [a] putatur non exſiſtente lege.

14 [b] Regnavit autem mors ab Adamo uſque ad Moſen, [c] in eos etiam qui non peccaverunt ad [d] ſimilitudinem transgreſſionis Adami, [e] qui eſt typus illius qui erat futurus.

15 [f] At non ut offenſa, ita etiam *eſt* quod *Deus* gratificatur. nã ſi illius unius offenſa

[3] F. Græcè, ἵνα qua de particula vide ſuprà in 3. 7. Hãc verò interpretationẽ videtur Syrus interpres ex cõparatione verſ. 10. petiviſſe, argutè odoratus, nec malè: cujus mẽtem puta metaphraſi exponemus prætermiſſo ſequẽte verſu, judicium pio lectori permiſſuri. Nam ſi Chriſtus, inquit, propter infirmitatem noſtrã in hoc tempore pro impiis mortuus eſt, atque hic oſtendit Deus charitatem ſuam qua eſt erga nos, quòd quum eſſemus peccatores, Chriſtus pro nobis mortuus eſt: Quãto igitur magis nunc juſtificabimur per ſanguinẽ ipſius, &c. Hęc argumentatio de juſtificatione, ſequenti, quæ eſt de reconciliatione, reſpondet ἀναλόγως, & evidẽtiâ maximâ.

[4] F. lege pro juſtis ſive legitimis: nam hoc ſonat vox רשמא, qua Syrus uſus eſt. Librarii enim proculdubiò affinitate & propinquitate vocis רשעא, quæ proximè præceſſit, decepti ſunt. Argumento ſumũ autẽ hoc epicherema per parentheſin interjectũ reſolvo hoc modo: Quod quis vix pro bonis bonus factus eſt, multo minus faciet pro malis & impiis. Vix bonus ullus, ſi fortè, pro bonis moriturus eſt: multo minùs pro malis. At Chriſtus pro malis & impiis mortuus eſt, & exſeruit charitatem ſuam: multo igitur magis in eos qui boni facti ſunt, charitatẽ ſuam exerciturus eſt. [5] F. vel quod quum peccatores eſſ. &c. quod Syro etiam reſpondet.

[6] id eſt, Servabimur. Hebraiſmus frequens. [7] F. putà reconciliati ſervabimur, ſed etiam gloriantes, &c. [8] id eſt, Per dominum noſtrum, &c. Hebraiſmus ſæpè obſervatus. [9] F. Deſideratur hîc duæ voces in Syra interpretatione מטל תנא, propterea: quas ego quidem eo intercidiſſe non dubitaverim, quòd recentiores Syri hîc lectionem & ſegmentum novum ad feriam primam antè jejunium ſtatuerint, ut infrà 8. 11. Atque hic unus eſt inter alios iſtarum ſectionum fructus, quas hoc tempore multi ſuperſtitioſè colunt ac rutantur, pro eo quòd ſanctam integramq; veritatẽ divino ordine & modo teneri oportuerat. Lego itaque Spiritu ſancto præeuntẽ, Propterea ſicut per manũ, &c. Ceterùm hîc Lector eſt monendus verſum hunc cum ver. 18. continuari oportere: quicquid intercedit, id totum eſſe hyperbaton, cujus exẽpla in Paulo exſtant, Epheſ. 3. 1 & 1. Tim. 1. 5. & alibi. [10] id eſt, opera, ut paulo antè obſervavimus. [11] id eſt, Per peccatum. [12] F. id eſt, quandoquidem, vel quatenus. [13] F. id eſt, uſque ad. nam copula & phraſi Hebræa & Syra מטמא. [14] F. alii legem ſuam, id eſt, ſibi poſitam: nam alius eſt in Adamo, & alius in poſteritate ejus transgreſſionis modus.

[15] 1. Transgreſſio, qua ſcilicet Lex violatur, dum non manetur intra limites quos ipſa præſcribit. [16] F. putà effectis. Hęc autem ponuntur tria: alienationis, & reconciliationis, hoc ver. condemnationis ex peccato, & juſtitiæ, ver. 16. mortis, & vitæ æternæ, verſ. 17.

[d] Gratiam, id eſt, gratuitam benevolentiã, vel eam conditionem in quã gratuitò ſumus adſciti.

[e] Firmi permanemus.

[f] 2. Occupatio adverſus eos qui miſerias & calamitates Eccleſiæ pænè aſſiduas conſpicientes, putant Chriſtianos ſomniare, quum ſuã fœlicitatem jactant: quibus reſpõdet Apoſtolus, eorũ fœlicitatem alibi eſſe ſub ſpe repoſitam, quę quidem ſpes adeò ſit certa, ut de felicitate illa non minus exſultent, quàm ſi ea fruerentur.

[g] Non modò æquo animo & moderato ſumus, ſed etiã magna lætitia perfuſi, nobis placemus de hæreditate cæleſti, quæ nos manet.

[h] 3. Ipſæ oppreſſiones multis modis ſuppeditãt exſultationis materiem, nedum ut nos reddãt miſeros.

*Jac. 1. 2.

[i] 3. Quia afflictiones patiẽtiæ nos aſſueſaciunt, patiẽtia verò bonitatem Dei nobis reddit exploratam: iſta denique experientia ſpem noſtram alit, quæ quidem numquã nos fruſtratur.

[k] 3. Fulcimen ſpei eſt certũ conſcientiæ teſtimonium, ex Spiritus ſancti dono, nos à Deo diligi; hoc autem nihil aliud eſt quàm quod fidem vocamus: unde ſequitur, fide pacati conſcientias. [l] Qua nos Deus proſequitur.

[m] 3. Certa in adverſis conſolatio, ne pacem noſtram interturbent, quia qui prorſus infirmos atq; adeò impios, adeò dilexit, ut pro eis etiam mortem ſubiret, quî poſſet jam in ipſo viventes & ſanctificatos negligere?

[n] Tempore opportuno & idoneo, quod Pater præſcripſerat. [o] 3. Amplificatio charitatis Dei erga nos, ut de ea non poſſimus ambigere, qui pro injuſtis & à quibus nihil boni poſſit captare, atque adeò pro ſuis hoſtibus Chriſtum dederit in mortem. Quomodo igitur quos Chriſtus moriens juſtificat, & reconciliat, non ſervaret ab exitio, jam vivus? [p] Juſti alicujus hominis vice. [q] Confirmat, in nobis videlicet: ut in mediis afflictionibus ſciamus eum nobis adfuturum. [r] Quum in nobis regnaret peccatum.

*Hebr. 9. 15. 1. Pet. 3. 18. [s] id eſt, Afflictionibus & exitio. [t] 3. Tranſitio ad alterum caput juſtificationis, quod poſitum eſt in gratuita obedientiæ Chriſti imputatione: ut ad remiſſionem peccatorum accedat etiam donum juſtitiæ Chriſti per fidẽ imputatæ, quæ injuſtitiam ab Adamo in nos propagatam, omnẽſque ejus fructus abſorbeat: ut in Chriſto non modò deſinamus eſſe injuſti, ſed etiam juſti eſſe incipiamus. [v] 3. Ab Adamo in quo omnes peccârunt, reatus & mors, (quæ eſt reorum pœna) in omnes pervaſit. [x] Peccati nomine, morbum illũ intelligit hæreditarium, quem originalem vulgò vocant: ſic enim in numero ſingulari vocare ſolet illud peccatum, quum fructus in numero multitudinis ſoleat vocare, peccata.

[y] 3. Hoc ita eſſe, & reatum ac mortem non cœpiſſe poſt Legem Moſis datam, & violatam, illud manifeſtè docet, quòd mortui ſunt homines ante Legem illam poſitam. Nam quum mortui ſint, peccatum quod eſt mortis cauſa jam tum exſtabat: & ita quidem ut imputaretur, unde etiam efficitur aliquam jam tum fuiſſe Legem, cujus transgreſſio eſſet mortis cauſa.

[z] Tempore quod ab Adamo ad Moſen intercеſſit. [a] Ubi Lex nulla eſt poſita, nemo ut reus ac nocens punitur. [b] 3. Iſtam autem Legem, non eſſe illam univerſalem, nec ab actuali aliquo ſingulorum peccato mortem illam fuiſſe profectam, illud declarat, quòd ipſi infantes, qui legem illam naturalem neque cognoſcere unquam potuerunt nec tranſgredi, inſtar Adami tamen mortui ſunt. [c] Infantes. [d] Secundùm eam formam qua peccant adulti, dum cupiditatibus obſequuntur, alioqui tota poſteritas in Adamo (quum ipſe ſciens ac prudens peccaret) corrupta fuit. [e] 3. Reſpondet autem Adamus ille prior alteri poſteriori, nempe Chriſto, ſicut mox explicatur. [f] 3. In eo quidem Adamus & Chriſtus inter ſe comparantur, quòd uterque quod ſuum eſt in ſuos propaget. in eo verò primùm differunt, quòd ille quidem natura ſuam offenſam in multorum exitium propagârit, iſtius verò obedientia in multos ex gratia redundarit.

multi

multi mortui sunt, multo magis gratia Dei & donatio per gratiam, quæ *est* unius illius hominis Jesu Christi, in multos exũdavit.

16 [g] Neque ut *illud quod introiit* per unũ qui peccavit, *ita est* beneficium: nam reatus quidem *est* ex una *offensa* ad condemnationem: quod autem gratificatur *Deus*, *est* ex multis *offensis* ad [h] justificationem.

17 [i] Etenim si per unam offensam mors regnavit per unum, multo magis *ii* qui exundantiam illam gratiæ & doni justitiæ recipiunt, [k] in vita regnabunt per unum Jesum Christum.

18 [l] Nempe igitur sicut per unã offensam *reatus venit* in omnes homines ad cõdemnationem, ita per unam justificationem, *beneficium redundavit* in omnes homines, ad [m] justificationem vitæ.

19 [n] Sicut enim per [o] cõtumaciam unius hominis, peccatores constituti sunt [p] multi, ita per unius obedientiam, justi constituentur multi.

20 [q] Lex verò præterea [r] introiit ut amplificaretur offensa illa: sed ubi amplificatum est peccatum, *ibi* [s] superabundavit gratia.

21 Ut quemadmodum regnaverat peccatum ad mortem, ita etiam gratia regnaret per justitiam ad vitam æternam, per Jesum Christum Dominum nostrum.

multi mortui sunt, quanto igitur magis gratia Dei & donum ejus, propter unum Filium hominis Jeschua Christũ in multos abundabit?

16 [17] At non sicut delictũ unius, ita donum. Judicium enim quod fuit ex uno, in condemnationem fuit: donum autem ex peccatis multis, fuit ad justitiam.

17 Si enim propter delictum unius regnavit mors, *multo* magis qui acceperunt magnitudinem gratiæ & doni [18] justificationis, in vita regnabũt per manum unius Jeschua Christi.

18 [19] Sicut igitur [20] per delictum fuit cõdemnatio omnibus filiis hominis, ita per justitiam unius erit justificatio ad vitam omnibus filiis hominis.

19 Quemadmodum enim propter inobedientiam unius filii hominis peccatores multi fuerunt, ita etiam propter obedientiam unius multi justi fiunt.

20 Introitus autem qui fuit Legi, *fuit* ut augeret peccatum: & [21] ubi auctũ est peccatum, ibi exuberavit gratia.

21 Ut quemadmodum regnavit peccatum [22] in morte, ita regnaret gratia in justitia, ad vitam quæ est in æternum, per [23] manum Domini nostri Jeschua Christi.

[g] B. Altera disparitas in eo posita est, quòd illius quidem una offensa homines reos effecit: Christi autem justitia, gratis imputata, non ab illo tantùm reatu, sed etiam ab aliis omnibus absolvat.

[h] Ad sententiã absolutoriam.

[i] B. Tertium discrimen est, quòd potentior etiam sit justitia Christi gratis imputata ad vitam afferendã, quàm Adami offensa ad suos posteros morti addicendos.

[k] Vetæ & perẽnis vitæ participes facti.

[l] B. Itaque in summa, sicut ex Adami offensa contractus reatus omnes addicit morti: ita ex adverso justitia Christi, quę Dei beneficio imputatur omnibus credentibus, eos justificat, ut vitæ æternæ fiant participes.

[17] Copula pro adversativa particula, ex Hebr. 7. Etsi ferri copulativa potest, Ac non, &c.

[18] 7. alii, & justitiæ. etsi ὁ in Græco textu non cõparet.

[19] Mutavimus quod perpetram scriptum erat אכנא (quod nihil significat) in אנכנא id est, Sicut. Admissus autem est error mutatione Jod in Zain, & transpositione, quã vis eodẽ modo legatur in manuscripto.

[20] 7. alii, propter delictum unius fuit cõdemnatio, &c.

[21] Sic vertendum est כך sequente ך.

[22] Pro in mortẽ: & sic mox, In justitia, pro In justitiam.

[23] i. per Dominũ, &c. ut antè observavimus in eodem capite.

[m] Non tantùm quia remissa sunt peccata, sed etiam quia justitia Christi nobis imputatur.

[n] B. Totius istius comparationis hoc est fundamentum, quòd duo isti homines sint constituti veluti duæ stirpes, ut ex illo quidem peccatum per naturam, ex isto autem justitia per gratiam, in alios promanet.

[o] Non igitur solùm ad nos imitatione transit peccatum, sed etiam hæreditaria fuit corruptio.

[p] Multos opponit paucis.

[q] B. Occupatio: Cur igitur Lex Mosis supervenit? Ut tanto magis rei constituerentur homines, & tanto illustrius esset Dei beneficium in Christo Jesu.

[r] Accessit ad morbum illum, quo laborabant omnes homines unius peccato contaminati.

[s] Gratia è cælo tanta copia fuit effusa, ut peccatum non æquârit modò: sed etiam infinitis partibus superârit.

CAPUT SEXTUM.

[1] Descendit ad sanctificationem, sine qua neminem induere Christi justitiam docet, [4] argumento à Baptismo sumto. [12] Inde exhortationes ad vitæ puritatem deducit, [16] brevémque mentionem interserit Legis abrogatæ.

Quid [a] igitur dicemus? [b] permanebimus in peccato ut gratia auctior fiat?

2 [c] Absit. qui [d] mortui sumus peccato, quomodo adhuc vivemus in eo?

3 [e] An ignoratis, *nos quotquot baptizati sumus [f] in Christum Jesum, in mortem ejus esse baptizatos?

4 * Consepulti sumus igitur ei per baptismum in mortem: ut sicut suscitatus est Christus ex mortuis [g] in gloriam Patris, [h] ita & nos *nova vita ambulemus.

5 [i] Nam si cum eo plantati coaluimus [k] assimilatione mortis ejus, nimirum etiã resurrectionis *assimilatione* [l] *cum eo* coalescemus:

6 Illud scientes, [m] veterem illum nostrum hominem cum [n] eo crucifixum esse,

Quid igitur dicemus? manebimus in peccato ut gratia abundet?

2 [1] Absit. Qui enim mortui sumus peccato, quomodo vivemus in eo rursus?

3 [2] An quòd ignoratis qui baptizati sumus in Jeschua Christo, in mortem ejus baptizati sumus?

4 Sepulti enim sumus cum eo [3] in baptismo in mortem, ut quemadmodũ surrexit Jeschua Christus [4] a mortuis in gloriam Patris sui, ita etiam nos in vita nova ambulemus.

5 Si enim unà plantati sumus cum eo [5] in similitudine mortis ipsius, ita etiã [6] in resurrectione ejus erimus.

6 Scimus enim quòd filius hominis noster vetus crucifixus est cum eo, ut abo-

[a] B. Transitio ad aliud Christi beneficiũ, quod sanctificatio dicitur, sive regeneratio.

[b] Permanebimus in illa corruptione? Etiamsi enim non imputetur nobis reatus peccati, manet tamen in nobis corruptio, quam sanctificatio justificationẽ subsequens, paulatim interimit.

[c] B. Beneficiũ justificationis & sanctificationis perpetuo vinculo cohærent, & utrumq; manat à Christo ex Dei gratia. Est autem sanctificatio, abolitio peccati, id est, corruptionis nostræ naturæ, in cujus locum succedat naturæ instauratæ puritas.

[1] Parce, ut sæpiùs dictũ est.

[2] 7. vel aut ignoratis. vide in Matth. 7. 9.

[3] 7. vel baptismo, vel per baptismum.

[4] Ad verb. De inter mortuos, Gal. D'entre les morts. Syra phrasis ubiq; obvia.

[5] Pro, in similitudinem: ut observavimus in fine præcedentis capitis.

[6] Concisa loquutio: Id est, in similitudinem resurrectionis ejus.

[d] Mortui peccato Paulo dicuntur, qui virtutis Christi (prout mortuus est pro nobis, & nos ei συναποθανόντες) participes ita sunt facti, ut nativa illa corruptio sit in eis emortua, i. vigore suo exstincto, fructus amarissimos non edat. Contrà verò, vivere dicuntur peccato, qui sunt in carne, i. quos spiritus Dei à naturæ corruptionis servitute non asseruit. Peccato autem tertio casu hoc loco construitur: alioqui Mori peccato sexto casu, dicitur is qui peccatis quasi immortuus tenetur: qui & mortuus absolutè dicitur, infrà, versu 13. [e] B. Hujus sanctificationis tres sunt partes, nẽpe veteris hominis sive peccati mors, & sepultura, & novi hominis resurrectio, à Christi morte, sepulturæ, & resurrectionis virtute in nos promanans, cujus beneficii pignus & sigillum est baptismus noster. *Gal. 3. 27. [f] Ut cum Christo coalescentes, vim ipsius perciperemus exstinguendo peccato, & creando novo homini. * Col. 2. 12.

[g] Ut ipse Christus, deposita infirmitate, gloriosus cum Deo viveret in æternum. [h] Nos autem qui illius membra sumus, ideò resurreximus, ut & ipsi participes illius virtutis facti, incipiamus vivere vitam novam, quasi nimirum jam in cælis versemur. *1. Cor. 6. 14. Ephes. 2. 21. Col. 3. 3. 1. Tim. 2. 11. Hebr. 12. 2. 1 Pet. 2. 1. [i] B. Mors peccati & vita justitiæ, sive coalitio cum Christo, & in morte & in vita, numquam possunt divelli: ex quo consequitur, neminem esse sanctificatum qui adhuc vivat peccato: ac proinde neminem qui non resipuerit, factum esse per fidem Christi participem: & quòd autè dixerat, Legem non everti, sed stabiliri per fidem. [k] Quatenus virtute ab ipso in nos derivata; perinde morimur peccato, ut ipse mortuus est. [l] Perficitur enim in dies, imò nunquam, quandiu vivemus, erit omnino perfecta sanctificatio. [m] Universam nostram naturam, sicut cum iniquitate concepti sumus & in lucem editi. Vetus autem dicitur partim collatione veteris illius Adami cum Christo, partim etiam naturæ nostræ deformationis respectu, quam altera recentiore permutamus. [n] Natura nostra corrupta Christo tribuitur non re ipsa, sed per imputationem.

leretur

leretur corpus peccati, ut rursus non serviremus peccato.

7 Qui enim mortuus est, liberatus est a peccato.

8 Si igitur mortui sumus cum Christo, [7] credamus quòd cum ipso Christo vivemus.

9 Novimus enim quòd Christus surrexit a [8] mortuis, & iterum non moritur, & mors non dominatur ei.

10 Quòd enim mortuus est, peccato ipse mortuus est [9] semel: & quòd vivit, vivit ipse Deo.

11 Ita etiã vos reputate vosipsos, quòd mortui sitis peccato, & vivatis Deo per Dominum nostrum Jeschua Christum.

12 Ne igitur regnet peccatum in corpore vestro mortali, vt obediatis concupiscentiis ejus.

13 Et etiam ne accommodetis membra vestra arma iniquitatis ad peccatum: sed accommodate vosipsos Deo, tamquam homines qui ex mortuis revixistis: & mẽbra vestra arma sint justitiæ [10] Dei.

14 Et peccatum nõ [11] regnet super vos. non enim estis sub Lege, sed sub gratia.

15 Quid igitur? peccabimus, quia non sumus sub Lege, sed sub gratia? [12] absit.

16 Ignoratis vos quòd cui accõmodatis vosipsos, ut obediatis ei ad servitutẽ, ejus ipsius estis servi cui obeditis, sive peccato, [13] sive [14] auditui auris justitiæ?

17 Gratia autem Deo, quòd servi fuistis peccati, & obedivistis ex corde formæ doctrinæ cui traditi estis:

18 Et quum liberi facti sitis a peccato, subjecistis vos justitiæ.

19 Tamquam [15] inter filios hominis loquor, propter infirmitatem carnis vestræ: ut quemadmodum accõmodastis membra vestra servituti impuritatis & iniquitatis, ita etiam nunc accommodetis membra vestra servituti justitiæ [16] & sanctificationis.

20 Quum enim servi essetis peccati, liberi eratis justitiæ.

21 Et quis fructus erat vobis tunc, [17] in quo hodie erubescitis? finis enim ejus est mors.

22 Et nunc, quum liberi facti sitis a peccato, & facti sitis servi Deo, sunt vobis fructus sancti, quorum finis est vita quæ est in æternum.

23 Stipendium enim peccati, mors est: & donum Dei, vita quæ est in æternũ, per Dominum nostrum Jeschua Christum.

ut aboleatur [o] corpus peccati, [p] ne nos ampliùs serviamus peccato.

7 [q] Etenim qui mortuus est, liberatus est a peccato.

8 Quòd si commortui sumus Christo, credimus fore ut etiam ipsi convivamus.

9 Ut qui sciamus Christum suscitatũ ex mortuis, non ampliùs mori: mortem *inquam* ei non ampliùs dominari.

10 [r] Nam quòd mortuus est, peccato mortuus est [s] semel: quòd autem vivit, vivit [t] Deo.

11 Ita etiam vos colligite, vos tũ mortuos esse peccato, tũ verò vivere Deo per Christum Jesum Dominum nostrum.

12 Ne [v] regnato igitur peccatũ in mortali vestro corpore, ut auscultetis [x] ei in cupiditatibus corporis:

13 Neque sistite [y] membra vestra arma injustitiæ peccato: sed sistite vos Deo, ut ex mortuis vivos, & membra vestra [z] arma justitiæ Deo.

14 [a] Peccatum enim vobis non dominabitur: non enim estis sub Lege, sed sub Gratia.

15 [b] Quid igitur? peccabimus, quòd non simus sub Lege, sed sub Gratia? Absit.

16 *An nescitis quòd cui sistitis vos servos ad obediẽdum, ejus servi estis cui auscultatis, sive peccati ad mortem, sive obedientiæ ad justitiam?

17 [c] Gratia autẽ *habetur* Deo, quòd fuistis *quidem* servi peccati, sed ex corde auscultastis ei formæ doctrinæ [d] in quam estis traditi.

18 Et liberati a peccato, servi facti estis justitiæ.

19 [e] Hominum more loquor, propter infirmitatem carnis vestræ. Nempe sicut sistitis membra vestra serva impuritati & iniquitati, ad *patrandam* iniquitatem: ita nunc sistite membra vestra serva justitiæ ad sanctimoniam.

20 Quum enim servi eratis peccati, [f] liberi eratis justitiæ.

21 [g] Quem igitur fructũ habebatis tunc *ex iis* de quibus nunc erubescitis? nam [h] finis illorum, mors *est*.

22 Nunc verò liberati a peccato, servi autem facti Deo, habetis fructum vestrum in sanctimoniam: finem autem, vitam æternam.

23 [i] Nam stipendia peccati, mors: donũ autem Dei *est* vita æterna in Christo Jesu Domino nostro.

7 F. vel credimus.

8 Ut sup. ℣. 9.

9 Syrè, Uno tempore, pro una vice. Hebraismus.

10 Quæ scilicet Deo probatur.

11 F. vel regnabit: ut Græcè habetur. videtur enim promissionis esse.

12 Syrè, Parce, ut anteà observatum est.

13 F. Græcè additur, εἰς θάνατον, ad mortem: quæ voces in Syro desunt.

14 Vel, obedientiæ auris justitiæ, pro, Ad justitiam.

15 Ante quoq; observavimus בין pro בין sæpè usurpari Syrè.

16 F. Græcè ad sanctificationem.

17 id est, Cujus causa.

o Vitiositas quæ nobis inhæret.

p Finis sanctificationis, ad quem contendimus, ac tandem pervenimus, nempe quando Deus erit omnia in omnibus.

q B. Idem probat à mortis effectis adhibita Christi capitis cũ suis membris collatione.

r B. Adhortatio ad certandum cũ corruptione & omnibus ejus effectis.

s Una vice pro omnibus.

t Apud Deum.

v Regnare, apud Paulum significat summum imperiũ obtinere, cui nemo sese opponat: vel siquis hoc faciat, frustrà illud faciat.

x Peccato, tamquam Domino alicui vel tyranno.

y Mentem atq; illius facultates omnes.

z Pro instrumentis quibus ad patranda scelera utatur.

a B. Fatetur sic adhuc nõ esse mortuum in nobis peccatum, ut penitùs sit exstinctum: sed victoriam fortiter certantibus promittit, qa gratia Dei donati sumus, quæ efficit ut lex jam non fiat peccati vitus & instrumentum in nobis.

b B. Sub Lege & sub peccato esse, idem declarant, eorũ respectu qui non sunt sanctificati: sicut è cõtrario sub gratia & sub justitia esse, regeneratis cõveniunt. Sunt autem ista cõtraria ut unũ cũ altero consistere nõ possit. Expellat igitur peccatũ justitia.

*Job. 8. 34. 2. Pet. 2. 19. c B. Natura servi peccati & liberi justitiæ, gratia Dei sumus justitiæ servi, ac proinde à peccato liberi. d Hoc dicendi genus emphasin habet, significat enim Evangelicam doctrinam, quasi instar typi cujusdam esse, cui veluti immittamur, ut ejus figuræ conformemur. e Quum de rebus cælestibus loquar, libenter tamen me captui eorũ ad quos scribo accommodo: ideo similitudines istas servitutis & libertatis ex hominum commerciis sumo. f Nullum erat justitiæ in vos imperium. g B. Adhortatio ad justitiæ studium & peccati odium, proposito utriusque contrario exitu. h vel merces aut vectigal. i B. Mors est pœna peccato debita: sanctificamur autem gratis ad vitam æternam.

CAPUT SEPTIMUM.

[1] Explicat quid sit Non esse ampliùs sub Lege, [2] sumto ex conjugii lege exẽpla. [7.12] Idq; in Legis contumeliam ne vertat, [14] nostra culpa factum esse docet, [15] ut in mortis materiam cederet, [17] quæ in vitam data erat. [21] Exin transit ad describendam spiritus & carnis luctam.

AN [1] ignoratis fratres mei (sciẽtibus enim Legem loquor) quòd lex do-

AN [a] ignoratis fratres, (peritos enim Legis alloquor) legẽ *tãtisper* domi-

1 F. vel aut ignoratis, &c. ut suprà 6. 3.

a B. Proposita conjugii similitudine, statum hominis ante & post regenerationem inter se comparat. Lex (inquit) matrimonii hæc est, ut superstite marito constet matrimonium, & illo mortuo liceat mulieri alteras nuptias contrahere.

nari

nati homini quoad *ipse* vixerit?

2 *Nam viro subjecta mulier, viventi viro devincta est per legem: quòd si mortuus fuerit vir, liberata est a lege viri.

3 Proinde vivente viro mœcha [b] vocabitur, si fiat alterius viri: sin autem mortuus fuerit vir ejus, libera est a lege illa, ut non sit mœcha, si fiat alterius viri.

4 [c] Itaque fratres mei, vos quoque mortificati estis legi [d] in corpore Christi: ut essetis alterius, ejus *videlicet* qui ex mortuis suscitatus est, ut [e] fructum feramus [f] Deo.

5 [g] Quum enim [h] essemus in carne, [i] affectus peccatorum [k] per legem *exsistentes* [l] vigebant in membris nostris, ad fructũ ferendum morti.

6 Nunc autem liberati sumus a lege, [m] mortuo *eo* [n] in quo [o] detinebamur, ut serviamus in [p] novitate spiritus, ac non *in* vetustate [q] literæ.

7 [r] Quid ergo dicemus? Lex peccatum *est*? Absit. Imò peccatum non cognovi nisi per Legem, nam ipsam quoque [s] cupiditatem non nossem *esse peccatum* nisi Lex dixisset, *Non concupisces.

8 Sed peccatũ occasione per illud præceptũ sumta effecit in me totã cupiditatẽ.

9 Nam absque Lege, peccatum *quidem erat* [t] mortuum: [v] ego verò vivus eram absque Lege [x] quondam: præcepti autem illius [y] adventu peccatum *quidem* revixit, ego verò [z] mortuus sum.

10 Et inventum est illud præceptum quod *erat* ad vitã, mihi *cedere* ad mortem.

11 Nam peccatum occasione per illud præceptum sumta seduxit me & per illud occidit.

12 [a] *Itaque Lex ipsa quidem, sancta: & [b] præceptum illud, sanctum, ac justum & bonum.

13 [c] Ergò quod bonum *est*, mihi factum est mors? Absit: imò peccatũ *mihi factum est* [d] *mors*, ut [e] manifestum fiat quòd peccatum mihi per id quod bonum est efficiat mortem: *id est* ut peccatum fieret [f] admodum peccans per illud præceptum.

14 [g] Scimus enim legem esse spiritualẽ: at ego carnalis sum, venditus ut subjicerer peccato.

15 [h] Quod enim perpetro, [i] [k] non agnosco. [l] non enim quod volo, hoc ago, sed quod odi, hoc facio.

minans est super hominẽ quamdiu vivit?

2 Sicut mulier, quæ alligata est marito suo quamdiu ille vivit, per legem: si autem mortuus fuerit maritus ejus, libera facta est a lege mariti sui.

3 Si verò dum vivit maritus ejus [2] copulata fuerit viro alii, facta est adultera: quòd si moriatur maritus ejus, libera facta est a lege, & non est adultera si sit [3] viro alteri.

4 Et [4] nunc fratres mei, etiam vos mortui estis Legi in corpore Christi, ut sitis alteri, *videlicet* ei qui surrexit a mortuis, ut reddatis fructus Deo.

5 Quum enim in carne essemus, infirmitates peccatorum, quæ sunt per Legẽ, efficaces erant in membris nostris, ut fructum redderemus morti:

6 Nunc autem [5] soluti sumus a Lege, & mortui sumus ei quæ detinebat nos, ut serviamus posthac in novitate Spiritus, & non in vetustate [6] scripturæ.

7 Quid ergo dicimus? Lex peccatũ est? absit. [7] Sed peccatum non didici nisi per manum Legis. non enim concupiscentiã sciebam nisi fuisset Lex quæ dicit, Ne concupiscas.

8 Et per hoc mandatũ invenit sibi peccatũ occasionem, & perfecit in me omnẽ concupiscentiam. Absque Lege enim peccatum mortuum erat.

9 Ego autẽ vivebam sine Lege [8] ab initio. quum autem venit mandatum, peccatum revixit.

10 Et ego mortuus sum, & repertum est mihi mandatũ ipsum vitæ ad mortem.

11 Peccatum enim per occasionem quã invenit sibi [9] per manum mandati, decepit me, & per illud occidit me.

12 Lex ergo, sancta est: & mandatũ, sanctum est, & justum & bonum.

13 Bonum ergo ipsum mihi ad mortem factum est? [10] Absit: [11] sed peccatũ, ut conspiceretur quòd peccatum esset, *ipsum fuit* [12] quod per bonum perfecerit in me mortem, quo magis condemnaretur peccatum per mandatum.

14 Scimus enim quòd Lex [13] spiritualis est: ego autẽ carnalis sum, & venditus sum peccato.

15 Quod enim ago [14] non agnosco: & nequaquam id quod volo, facio, sed id quod odi, illud ipsum facio.

[2] Vel, Adhæserit.

[3] Hebraismus, Si alteri nupserit.

[4] Pro, Itaque. Sicut etiã Hebraicè ועתה pro eodẽ accipitur. vide suprà in 3. 7.

[5] Syrè, aboliti.

[6] Pro, literæ.

[7] Vel, Imo, ut 2.Cor.8.7. secũdùm quosdam.

[8] i. antè: ut alibi passim.

[9] i. per mandatum.

[10] Syrè, Parce, ut supr. ℣.7.

[11] Vel, Imo, ut suprà.

[12] Aut redundat ד Daleth in principio, f. aut hæc Ellipsis statuẽda supplendáque fuit hoc modo.

[13] Ad verb. Spiritus est, in genitivo casu. Sed ex duob⁹ substantivis simul cõstructis, alterum (quod scilicet a priori regitur) tũ in Hebræa, tum in Syriaca lingua, in adjectivi locũ subit, ut paulò post, Ego autẽ carnis, pro Carnalis sum.

[14] Hoc est, Probo. vel, Nõ est id quod scio agendum.

* 1.Cor.7.19.

[a] Id est, erit omnium voce & consensu.

[b] 2. Accõmodatio similitudinis: Ita, inquit, nobis cõtingit. Nunc enim sumus Spiritui, quasi secundo marito copulati, ex quo novã sobolẽ procreemus: mortui quidẽ respectu prioris mariti, posterioris autem respectu, veluti à mortuis excitati.

[d] Ad verb. per corpus, id est, in corpore, ut intelligatur arctissima illa Christi cum membris cõmunicatio.

[e] Fructus vocat liberos quos uxor tollit ex marito. Hebr. est.

[f] Qui sint Deo grati.

[g] 8 Explicatio prioris dicti. Nam, inquit, concupiscentiæ, quas in nobis Lex ciebat, erant in nobis instar mariti cujusdam, ex quo parlebamus verè mortiferã sobolem. Nũc autẽ mortuo illo marito, ac proinde illa vi Legis occidẽtis soluti transivimus sub Spiritus imperium, ut jam non illos putres & mortuos, sed vitales fœtus edamus.

[h] Quum essemus in prioris conjugii conditione, quam proximo versiculo vocat vetustatem literæ.

[i] Motus ad peccatum sollicitantes, qui in ipsa etiã mente vim suam exserunt.

[k] Non dixit a lege exsistentes, sed per Legem, natos nimirũ ex peccato intùs habitante, & occasionem istorum motuum arripiente ex Legis prohibitione, nullo quidẽ Legis sed nostro vitio. [l] Vim suam exserebant. [m] Quasi diceret, vinculum quo detinebamur emortuum est, ac effluxit, ita ut quod detinebat (peccatũ videlicet) jã non habeat quo nos contingat. [n] Est enim hic maritus intra nos. [o] Malæ quidem est fidei possessor Satanas, qui fraude nos addixit peccato & sibi: quamdiu tamen sumus peccatores spõte peccamus. [p] Ut eos docet qui vetere mortuo marito Spiritui sunt adjũcti, quos videlicet Spiritus Dei renovavit. [q] Per literam, Legẽ intelligit illius veteris conditionis respectu: antequam enim voluntas nostra per Spiritum sanctũ formata sit, Lex surdis canit, ac proinde nobis est muta ac mortua, quantũ ad ejus præstationẽ attinet. [r] 8. Objectio, An igitur Lex & peccatum idem sunt ac mutuò consentiunt? Imò, inquit, peccatũ à Lege coarguitur, ac damnatur. Peccatũ autem quia redargui nõ sustinet, & quasi non sentiebatur, donec irritaretur à Lege, occasionẽ inde arripit magis ferociendi, nullo tamen Legis vitio. [s] Cupiditatis nomine non pravas cupiditates solùm hoc loco intelligit, sed earum fontem: illas ipsi etiã Philosophi damnarũt licèt obscurè, hãc ne suspicari potuerunt: est nihilominus sedes nativæ illius labis. *Exo.20.17.deu.5.21. [t] Etiãsi in nobis ipsi etiã Philosophi damnarũt licèt obscurè, hãc ne suspicari potuerunt: est nihilominus sedes nativæ illius labis. [v] 8. Proponit sese pro exemplo, in quo omnes homines intuẽãtur, primò quidem quales sint natura antequã de Lege Dei seriò cogitent, stupidi videlicet, & sine sensu peccati, ad malũ proclives: deinde cujusmodi evadãt quum cõscientia redarguit Legis testimonio, pervicaces nimirũ, & peccandi libidine multo magis ardentes quàm unquàm anteà. [x] Ante adventum mãdati. [y] Quum mãdatum cœpi intelligere. [z] Hîc distingue mortẽ in peccato per peccatum (de qua hîc agit & Ephes.2.1.) à mortificatione peccati, quæ pars est nostræ justificationis. [a] 8. Cõclusio, Legem quidem per sanctã esse, totam autem culpã in nobis esse, qui Lege abutamur. *2.Tim.1.8. [b] De non concupiscendo. [c] 8. Propositio, Legem nõ esse mortis materiam, sed corruptã naturam ab ea non tantùm detectã, verùm etiam irritatam, inde occasionem rebellionis arripere, ut quæ eo ardẽtiùs res vetitas appetat, unde mortis reatus. [d] Mortis meæ culpã sustinet. [e] Ut peccatum ostẽderet, se esse peccatũ, nempe ut proderet se id esse quod est revera. Nã anteà quasi mortuũ delitescebat. [f] Quàm maximè, explicatis omnibus suis viribus. [g] 8. Causa hujus rei hæc est, quòd Lex cælestem puritatem flagitet, homines autẽ quales nascuntur, sint corruptionis mancipia, cui sponte serviunt. [h] 8. Proponit seipsum, ut regeneratum, pro exemplo, in quo diffidiũ illud spiritus & carnis, ac proinde Legis Dei & pravitatis nostræ, perspicuè appareat. Nam quia Lex in homine non regenerato tantùm mortem parit, faciliùs in eo insimulari potest: in homine autẽ regenerato, quum salutares etiam fructus edat, meliùs apparet vitiosas actiones nõ à Lege, sed à peccato, (i. corrupta natura) oriri. Ac proinde simul docet Apostolus quis sit Legis usus, redarguendo peccatũ, nempe ut prodeat se id esse quod est revera. Nã anteà quasi mortuũ delitescebat. [i] 8. Non respondent (inquit) meæ vitæ actiones, imò repugnant voluntati meæ. Itaq; ex voluntatis meæ consensu cum Lege, & repugnantia cum vitæ actionibus satis apparet aliud suadere Legem, & rectam voluntatem, aliud verò vitiositatem homini insidentem etiam regenerato. [k] Non approbo. [l] 8. Observandũ est eundem & unum hominem dici velle & nolle, diversis respectibus: velle videlicet, quatenus est gratia regeneratus: nolle quatenus non est regeneratus, sive quatenus talis est qualis est natus. Sed quoniam pars regenerata tandem victrix evadit, ideò Paulus regeneratorum partem sustinens, perinde loquitur ac si vitiositas, quæ & ipsa volens peccat, esset aliquid extra ipsum: quamvis tamen posteà fateatur hoc malum esse in carne sua, sive membris suis.

16 [15] Et

[15] Pro, Quòd sicut versu 20.
[16] Syrè, Pulcra.

16 [15] Et si id quod nolo, facio, testor ego de Lege quòd [16] bona sit:

17 Nunc autem nequaquam ego operor illud, sed peccatum quod habitat in me.

18 Novi enim illud, *videlicet* quòd non habitat in me (hoc [17] verò est in carne mea) bonum. Ut velim enim bonum, in promtu est mihi: ut operer ipsum, non possum.

19 Nequaquam enim bonum quod volo facere, facio: sed malum quod nolo facere, illud ipsum facio.

20 Et, si illud quod nolo facio, nequaquam ego facio, sed peccatum quod habitat in me.

21 [18] Invenio igitur legem quæ consentit menti meæ, illi *quidem* quæ vult facere bonum, *repugnare carni meæ:* propterea [19] quòd malum proximum est mihi.

22 Gaudeo enim in Lege ipsa Dei in filio [20] hominis interno:

23 Video verò legem aliam in mẽbris meis, quæ bellum gerit contra legẽ mentis meæ, & captivum me reddit legi peccati, quæ est in membris meis.

24 Miser ego filius hominis: quis liberabit me ex hoc corpore mortis?

25 Gratias ago Deo meo [21] per Dominum Jeschua Christum. Nunc igitur ego mẽte mea servus sum legis Dei: carne autem mea servus sum legis peccati.

[17] Redundans particula, ũcut di Græcũ cui respondet.
[18] P. vel. Invenio igitur legẽ quæ perfecta est, in ipsa mẽte mea volente facere bonũ, propterea quòd malum proximum est mihi: Sic μεταφράζει Syrus ex ℣.23. & planè consentit cum Græcis Pauli verbis. itaque a supplemẽtis tam multis facilè abstinuero.
[19] Concisa oratio. nam in contrario mẽbro oppositũ comprehẽdit. Sic ergo implẽda, Repugnãtẽ carni meæ, &c.
[20] Ad verb. Qui est intùs, hoc est, Secũdùm hominẽ renatũ & Spiritualem.
[21] Ad verb. Per manum Domini Hebraif.

16 Quòd si id facio quod nolo, cõsentio Legi quòd bona *sit*.

17 Nunc itaque non ampliùs ego id perpetro, sed [m] peccatum quod in me habitat, *id perpetrat*.

18 [n] Novi enim non habitare in me (id est in carne mea) bonum. nam velle adest mihi, sed ut quod bonum est efficiam, [o] non assequor.

19 Non enim facio bonum quod volo: sed malum quod nolo, hoc ago.

20 Quòd si id facio ego quod ego nolo, non ampliùs ego id perpetro, sed peccatum quod in me habitat, *id perpetrat*.

21 [p] Invenio igitur volenti mihi facere bonum hanc legem *impositam esse*, quòd mihi malum adjaceat.

22 Delector enim Lege Dei quod ad [q] interiorem hominem:

23 Sed cerno aliam legem in membris meis belligerantem adversus [r] legẽ mentis meæ, & captivum reddentem me legi peccati, quæ est in membris meis.

24 [s t] Ærumnosus ego homo: quis me eripiet ex isto corpore mortis?

25 [v] Gratias ago Deo per Jesum Christum Dominum nostrum. [x] Nempè igitur ipse ego mente quidem servio Legi Dei, carne verò legi peccati.

[m] Corruptiò illanativa, quẽ etiam in regenitis hæret, nondum planè debellata.
[n] B. Vitiũ istud, sive peccatum, sive Lex peccati, homines non regeneratos prorsus occupat, regeneratos autem remoratur.
[o] Hæc illi verè conveniunt, quẽ gratia Dei innovavit: nã ubi nõ est Spiritus, quæ potest esse lucta carnis?
[p] B. Conclusio, Sicut lex Dei ad bonũ hortatur, ita legẽ peccati (i. corruptionem in qua toti nati sumus) nos ad mala impellere: spiritũ autem, i. animũ nostrum quatenus est regeneratus, cũ Lege Dei consentire: carnẽ verò, i. totum hominem, legi peccati esse mancipatum. In summa igitur, malum & mors non sunt à Lege, sed à peccato, quod quidẽ regnat in non regeneratis, ut qui nec velint, nec faciant bonũ, velint autem & faciant malũ: in regeneratis autem certat adversus spiritum sive legẽ mentis, adeò ut nec tam benè vivere, nec tam à malo alieni esse possint, quàm volunt. [q] Interior homo, is est qui & novus, cui opponitur exterior, i. vetus: interioris autem hominis nomine, non mentem & rationem, carnis verò & hominis exterioris, inferiores facultates intelligit, quod facit humana Philosophia: sed exterioris nomine intelligit, quicquid est in homine vel intùs vel foris, à capite ad calcẽ, quatenus quidem homo non est gratia Dei regeneratus. [r] Lex mentis, hoc loco, non de mente, qualis illa est à natura, intelligenda est, sed de mente Spiritu Dei renovata. [s] B. Miserum quidem est, adhuc ex parte obnoxium esse peccato, quod sua natura nos reddit reos mortis: sed clamandum est ad Dominum, qui nos per ipsam mortem aliquando victores reddet, ut qui jam simus in Christo victores. [t] Ærumnosis & perpetuis pugnis fatigatus. [v] Nõ interrogat hic Paulus, sed suspirat potiùs: deinde se colligit, & se acquiescere significat in ea spe, quam habeat in Christo Jesu fundatam. [x] Hæc vera est regeneratorum perfectio, si se imperfectos esse agnoscant. Augustinus.

CAPUT OCTAVUM.

[1] Concludit nihil damnationis esse iis qui sunt Christo insiti per ejus Spiritum, [3] utcumque onerati sint adhuc peccatis. [9] Illo enim spiritu vivunt, [14] cujus testimonium [15] dubitationem omnem arcet, [18] & miserias omnes sublevat.

[1] Syrè, In carne, Hic enim ב pro ב sive ע passim usurpat Paraphrastes. r. id enim est, carne vel secundùm carnem.
[2] Deest oppositum, Sed juxta spiritũ. Sicut etiam in quibusdã Græcis codicibus, & in vulgata Latina.
[3] Mutatio personæ. In Græco codice servatur prima persona Me.

PRoinde non est condemnatio iis qui non ambulant [1] juxta carnem in Jeschua Christo [2].

2 Lex enim Spiritus vitæ qui est in Christo Jeschua, liberavit [3] te a lege peccati & mortis:

3 Eo quòd enim viribus destituta erat Lex [4] per manum infirmitatis carnis, misit Deus Filium suum in similitudine carnis peccati, propter ipsum peccatum, ut condemnaret peccatum in carne ejus:

[4] i. Ob infirmitatem carnis. Hebraismus.

NUlla [a] igitur nunc *est* condemnatio iis qui *sunt* in Christo Jesu, [b] *qui* non [c] secundùm carnem ambulant, sed secundùm Spiritum.

2 [d] Nam [e] Lex Spiritus [f] vitæ [g] *qui est* in Christo Jesu, [h] liberavit me à Lege peccati & mortis.

3 [i] Nam quæ Legis *erat* [k] impotentia, quum viribus esset destituta [l] in carne, Deus suo ipsius Filio misso in forma consimili [m] carni peccatõ obnoxiæ, [n] idque pro peccato, [o] condemnavit peccatum in carne:

[a] B. Conclusio totius superioris disputationis à vers. 6. primi capitis, ad hũc usque locũ. Quã in Christo iidem justificati consequamur peccatorũ remissionem & justitiæ imputationem, atq; adeò etiã sanctificemur: ex his efficitur, esse extra condemnationis metũ, qui per fidẽ sunt Christo insiti. [b] B. Fructus Spiritus, sive sanctificationis in nobis inchoatæ effecta, nos quidem non inserunt Christo, sed nos ei insitos esse declarant.
[c] Ducem carnem sequuti. non enim dicitur vivere secundùm carnem qui Spiritum ducem sequitur, etiamsi aliquando extra viam vestigium ponat.
[d] B. Occupatio, Quum adeò imbecilla sit vis Spiritus in nobis, quomodo inde possimus colligere nullam esse condemnationem in his qui hac vi sunt præditi? Quoniam, inquit, vis ista Spiritus vivificantis quæ tam imbecilla est in nobis, perfectissima & potentissima est in Christo: & nobis credentibus imputata, facit ut perinde censeamur, ac si nullæ prorsus reliquiæ corruptionis & mortis in nobis hæreret. Anteà igitur disputavit Paulus de remissione peccatorum, & præstationis Legis imputatione, atque adeò de inchoata in nobis sanctificatione: nunc autem de perfecta sanctitatis humanæ naturæ Christi imputatione differit, quæ pars ad planè pacandam conscientiam requirebatur. Delentur enim nostra peccata Christi sanguine, & tegitur nostræ corruptionis reatus obedientiæ Christi imputatione: ipsa autem corruptio (quam Apostolus peccatum peccans appellat) sanctificationis quidem dono paulatim sanatur in nobis, sed alio præterea remedio eget, nempe ipsius Christi carnis perfectissima sanctificatione, quæ & ipsa nobis credentibus imputatur. [e] Jus & auctoritas Spiritus, cui opponitur tyrannis peccati. [f] Qui veterem hominem mortificat, novum vivificat. [g] Sub. absolutè, & perfectè. [h] Imputata siquidem Christi sanctificatio, sanctificationem nostram inchoatam perficit. [i] B. Non argumentatur, sed sanctificationis imputatæ mysterium explicat. Quoniam enim, inquit, Legis non ea erat virtus (idque propter naturæ nostræ corruptionem) ut hominem posset purum & integrum præstare, ut quæ morbum peccati potiùs accenderet quàm extingueret, Deus filium suum induit carne huic nostræ peccatrici simili, in qua penitùs abolevit nostram vitiositatem, ut in eo per fidem apprehenso, penitùs integri & inculpati habiti, plenè comperiamur illam summam perfectionem habere quam Lex flagitat, ac proinde nulla sit in nobis condemnatio.
[k] Quæ Legi propria non est, sed vitio nostro accidit. [l] In homine non regenerato, cujus morbum quidem indicare potuit, at non sanare.
[m] Hominis naturæ quæ corrupta erat per peccatum, donec illam sanctificaret. [n] Ut peccatum aboleret in carne nostra. [o] Nullum in nos jus habere declaravit.

4 Ut jus [p] illud Legis compleatur [q] in nobis, qui non secundùm carnem ambulamus, sed secundùm Spiritum.

5 [r] Nam qui [s] secundùm carnem sunt, quæ carnis sunt sapiunt: qui verò *sunt* secundùm Spiritum, quæ Spiritus sunt.

6 [t] Nam quod sapit caro mors est: quod autem sapit Spiritus, vita & pax:

7 [v] Quoniam quod sapit caro, inimicitia *est* adversus Deum. [x] Legi enim Dei nõ subjicitur: nam ne potest quidem.

8 [y] Ergo qui in carne sunt, Deo placere non possunt.

9 [z] Vos autem non estis in carne, sed in Spiritu: siquidem Spiritus Dei habitat in vobis. quòd siquis Spiritũ Christi non habet, is non est ejus.

10 [a] Porrò si Christus in vobis *est*, [b] corpus quidem mortuum *est* propter peccatum: Spiritus autem vita *est* propter justitiam.

11 [c] Sed si Spiritus ejus qui suscitavit Jesum ex mortuis habitat in vobis: is qui excitavit Christũ ex mortuis, vivificabit etiam mortalia corpora vestra per [d] inhabitantem ipsius Spiritum in vobis.

12 [e] Nempe igitur, fratres, debitores sumus non carni, ut secundùm carnẽ vivamus, *sed Spiritui.*

13 [f] Nam si secundùm carnem vixeritis, futurum est ut moriamini: sed si Spiritu actiones corporis mortificetis, vivetis.

14 [g] Quotquot enim Spiritu Dei agũtur, ii sunt filii Dei.

15 [h] Non enim accepistis [i] Spiritum servitutis rursum ad metum, sed accepistis Spiritum [k] adoptionis, per quem clamamus Abba, *id est*, Pater.

16 *Et* ipse Spiritus [l] testatur unà cũ Spiritu nostro, nos esse filios Dei.

17 [m] Quòd si filii, etiam [n] hæredes: hæredes quidem Dei, cohæredes autẽ Christi: [o] si modò cum *eo* patimur, ut & cum *eo* glorificemur:

18 [p] [q] Reor enim minimè pares *esse* præsentis temporis perpessiones, gloriæ in nobis revelandæ.

19 [r] Etenim mundus hic cõditus [s] *quasi* exserto capite observans exspectat [t] revelationem filiorum Dei.

20 Nam [v] vanitati mundus hic cõditus

4 Quò justificatio Legis in nobis impleretur, qui nequaquam in carne ambulamus, sed in spiritu.

5 Illi enim qui in carne sunt, quod carnis est cogitãt: & illi qui [5] spirituales sunt, quod est spiritus cogitant.

6 Intellectus enim carnis, mors est: [6] & intellectus spiritus, vita & pax.

7 Propterea quòd intellectus carnis inimicitia est adversus Deum. Legi enim Dei se non submittit: quia non potest.

8 Et ii qui in carne sunt, [7] placere Deo non possunt.

9 Vos autem non estis in carne, sed in spiritu: si verè Spiritus Dei habitat in vobis. Si autem non sit in aliquo Spiritus Christi, hic nequaquam est ejus.

10 Quòd [8] si autem Christus est in vobis, corpus mortuum est propter peccatum: spiritus autem [9] vivens est propter justitiam.

11 Et si Spiritus ejus qui excitavit Dominũ nostrum Jeschua Christum [10] a mortuis, habitat in vobis, ipse qui excitavit Dominum nostrum Jeschua Christum a mortuis, etiam corpora vestra mortalia vivificabit [11] propter Spiritum ipsius qui habitat in vobis.

12 [12] Nũc, fratres mei, debitores sumus, non carni, ut in carne ambulemus.

13 Si enim in carne vivatis, futurum est ut moriamini: & si in spiritu conversationes corporis mortificetis, vivetis.

14 Illi enim qui Spiritu Dei ducuntur, hi filii sunt Dei.

15 Non enim accepistis spiritum servitutis iterum ad timorem, sed accepistis Spiritum [13] adoptionis filiorum, per quẽ clamamus, [14] Pater, Pater noster.

16 Et ipse Spiritus testatur spiritui nostro, quòd sumus filii Dei.

17 [15] Et si filii, etiam hæredes: hæredes Dei, & [16] consortes hæreditatis Jeschua Christi: ut si patiamur cum eo, etiam cum eo glorificemur.

18 Arbitror enim ego quòd non sint pares passiones temporis hujus, gloriæ illi [17] quæ futurum est ut reveletur in nobis.

19 Universa enim creatura exspectat, & [18] oculos intendit in revelationem filiorum Dei.

20 (Creatura enim subjacet vanitati,

[p] Ipsa Legis Dei substantia cõpleatur, vel illud ipsũ quod requirit. Ex ut possimus justi coram Deo inveniri, nam si justificationi adjũgatur sanctificatio nobis imputata, justi sumus ex perfecta illa Legis formula.

[q] B. Redit ad id quod dixerat, sanctificationem in nobis inchoatam, esse nostræ in Christum insitionis certũ testimonium, quiquidem est ubertimus sanctæ & honestę vitæ fructus.

[r] B. Probatio cur incedere secundùm carnẽ nonconveniat in Christum insitis, ambulare autem secundùm Spiritum eis conveniat: Quia, inquit, carnales carnalia, spirituales spiritualia cogitant.

[s] Ad carnis præscriptum vivunt.

[t] B. Probat consequutionem, eo quòd quicquid sapit caro, mortiferum est: quicquid Spiritus, vitam ac fœlicitatem spectat.

[v] B. Probatio cur intelligẽtia carnis sit mors, quia, inquit, Dei est hostis.

[x] Ratio cur caro sit Dei hostis. Quoniam illi nec vult nec potest se subjicere. Carnem autẽ vocat hominem non regeneratum.

[y] B. Conclusio, ergo ambulãtes secundùm carnem, Deo non possunt placere: ex quo efficitur non esse Christo insitos.

[z] B. Ad alteros accedit, eos videlicet qui secundùm spiritum ambulant, de quibus contraria omnino superioribus intelligenda sunt: ac primùm definit quid sit in spiritu sive sanctificatum esse, nempe habere Spiritum Dei incolam: deinde affirmat sanctificationem inseparabili nexu cum nostra in Christũ insitione cohærere.

[a] B. Confirmat fideles adversus carnis & peccati reliquias, concedens adhuc quidẽ illos (sicut ex ea quæ superest in eis vitiositate intelligitur) altera sui parte (quam corpus vocat, i. massam) à terrenis sordibus nondum purificata, in morte esse: sed simul jubens de fœlici certaminis exitu securos esse, quoniã vel exigua Spiritus (i. gratiæ regenerationis) scintilla, quam iis inesse ex justitiæ fructibus constet, sit vitæ semen. [b] Caro, sive illud omne quod adhuc in mortis & peccati salebris hæret. [c] B. Confirmatio superioris sententiæ: Eodẽ spiritu præditi estis, quo & Christus. Idẽ ergo in vobis atque in Christo tandem efficiet, quando videlicet & vos deposita prorsus omni infirmitate, & superata morte, gloria cælesti induet. [d] Virtute Spiritus, quæ sese primùm in capite nostro exseruit, sed quæ in suis membris quotidie etiam exseritur. [e] B. Adhortatio ad carnem vi Spiritus regenerationis in dies magis ac magis opprimendam: Quia, inquit, debitores estis Deo, tot acceptis ab eo beneficiis. [f] B. Alia ratio ab utili, Quia fortiter pugnantes æterna vita manebit. [g] B. Confirmatio hujus rationis, Quia filii sunt Dei qui ipsius Spiritu regũtur: ergo vita æterna eos manet. [h] B. Obiter explicat duobus istis versiculis quo jure filiorum Dei appellatio credentibus tribuatur: quoniam, inquit, Evangelii gratiam accipiunt, in qua Deus sese non rursus formidabilem, sicut in Legis promulgatione, sed benignum Patrem in Christo præbet, adeò ut eum magna cum fiducia Patrem invocemus, Spiritu sancto videlicet hanc adoptionem in animis nostris per fidem obsignante. [i] Spiritus nomine sanctus ille intelligitur, quem accipere dicimur, quum in animis nostris est efficax. [k] Quem ciebat in animis nostris prædicatione Legis. [l] Qui obsignat in animis nostris adoptionem nostram, idcóque aperuit os nostrum. [m] B. Probatio consequutionis confirmationis, quia qui Filius Dei est, cum Christo fruitur Deo. [n] Bonorum Patris participes, idque gratis, quia filii adoptivi. [o] B. Jã docet Paulus qua via filii Dei ad illã fœlicitatem pervenianr: per crucẽ videlicet, sicut & ipse Christus. Simul autem aperit consolationis fontes, ac primùm quidẽ, quòd Christum ipsum habeamus afflictionũ socium: secundò quòd illi quoq; simus in æterna illa gloria socii futuri. [p] B. Tertio, quòd hæc gloria quã exspectamus, infinitis partibus superet afflictionũ miseriã. [q] Omnibus bene expensis colligo. [r] B. Quartò, nos certò esse liberandos docet ex ea cõfusione & horrenda totius mũdi deformatione, quæ perpetua esse nõ possit, sicut ab initio non extitit. Cæterùm sicut eã initiũ habet ex hominis peccato propter quem erat conditus, Deo sic ordinãte: ita cum electis tandẽ instaurabitur. [s] Vocabulũ Græcũ significat gestus illius qui cupidissimẽ aliquid exspectat, nimirũ qui exserit caput & oculos extẽdit, quasi eminus venturũ prospiciens. Nomine verò rerũ creatarum intelligit Mundũ, id est, ittã rerũ universitatem quæ initio quidẽ fuit cõdita in pulcherrimo statu, idq; ut hominis ad Dei gloriam creati, præclaris & sanctis usibus inserviret: nũc verò eò redacta est propter hominis peccatum, ut si inferiorẽ, id est, elementarem regionem spectes, omnia sint infinitis & fœdissimis mutationibus ac tãtem etiã interitui obnoxia. Si verò cælestia corpora consideres, non possunt expertia dici istius vanitatis, quum impiis etiam Dei hostibus inserviãt, & tandem quoq; sint ultimo illo die dissolvendã: sicut David & Petrus disertis verbis declarãt. [t] Id est, dum gloria illa filiis Dei præparata, reipsa patefiat. [v] Fluxæ & evanidæ conditioni, cui opponitur constans & integra natura & recto tramite ad suum finem pertingens.

[5] Ad verb. Et spiritus, in genitivo singulari, loco epitheti, vt 1. Cor. 9. 11. Ponitur autem copula adversativè. At qui spiritus sunt, ut sequ. vers.

[6] Et pro At.

[7] Syrè, Pulcri esse & grati.

[8] Expletiva particula, sicut apud Græcos, unde sumta est.

[9] 5. vel vita est, ut Græcè legitur.

[10] Syrè, De inter mortuos. Hebr.

[11] 5. vel per Spiritum.

[12] Pro, igitur. Hebraismus. 5. nisi fortè excciderit altera particula propter occasionẽ quàm suprà in 5. 12. perstrinximus.

[13] Syrè, constitutionis filiorum, sive Statuti.

[14] Vide quæ de hac re scripsimus Marci 14. in Pater, pater mi.

[15] Pro, Quòd si. Varius est particulæ Vau usus apud Hebræos.

[16] Ad verb. Filii hæreditatis, id est Hæredes. Hebr.

[17] Hellenismus, quem Chaldei familiariter usurpant.

[18] Syrè, Quasi in specula exspectat. ut versu 23. & 24.

19 non pro volũtate sua, sed propter eum qui subjecit eam)

21 In spe quòd etiam ipsa creatura liberabitur a servitute corruptionis, in libertatem gloriæ filiorum Dei.

22 Scimus enim quòd omnes creaturæ congemiscunt, & parturiunt usque in diẽ hunc:

23 Et non solùm ipsæ, sed etiam nos, in quibus sunt primitiæ Spiritus, congemiscimus in nobisipsis, [20] & intentis oculis exspectamus [21] adoptionem filiorum, redemtionem corporum nostrorum.

24 Eo quòd in spe est [22] salus nostra. Spes autem quæ conspicitur, nequaquam est spes. Si enim conspiceremus ipsam, [23] cur intentis oculis exspectaremus eam?

25 Si verò id quod non conspicitur, speramus, per patientiam exspectamus.

26 Similiter etiam ipse Spiritus auxiliatur infirmitati nostræ. quid enim oremus quemadmodũ oportet, ignoramus: sed ipse Spiritus orat pro nobis gemitibus [24] qui verbis non exprimuntur.

27 Qui scrutatur autẽ corda, ipse novit quis sit intellectus Spiritus: quia secũdùm voluntatem Dei orat pro sanctis.

28 Scimus autem quòd iis qui diligunt Deum, [25] in omni re auxiliatur *Deus* eis ad bonum, iis *inquam* quos [26] prædestinavit ut essent vocati:

29 Et [27] præscivit eos, & obsignavit eos in similitudinem [28] figuræ filii sui, ut ipse sit primogenitus fratrum multorum.

30 Eos autem quos priùs obsignavit, eosdem vocavit: & eos quos vocavit, eosdem justificavit, & eos quos justificavit, eosdem glorificavit.

31 Quid igitur dicemus ad hæc? Si Deus pro nobis, quis est contra nos?

32 Et si Filio suo non pepercit, sed pro omnibus nobis tradidit eum, quomodo non [29] omnia cum eo dabit nobis?

33 Quis se opponet electis Dei? Deus justificat.

34 Quis cõdemnet? Christus mortuus est, & resurrexit, & est ad dexteram Dei, & orat pro nobis.

35 Quis separabit [30] me a dilectione Christi? Afflictio? aut angustia? aut persequutio? aut fames? aut nuditas? aut [31] periculum? aut gladius?

36 Quemadmodum scriptũ est, Propter te quotidiè morti tradimur, & reputati sumus tamquam oves [32] ad mactationem.

37 Sed in his omnibus vincimus per manum ejus qui dilexit nos.

38 Persuasus enim sũ, quòd neq; mors, neque vita, neque angeli, neque princi-

[19] i. Non spõte sua, aut pro voto suo, Gallicè, *Non par de sa volonté.*

[20] Syrè, Quasi in specula exspectamus.

[21] Syrè, Cõstitutionem filiorum.

[22] Syrè, Vita. quod alibi notatum est.

[23] Syrè, Quasi in specula exspectaremus.

[24] Syrè, Qui non dicuntur, i. Dici nõ possunt.

[25] f. vel ad omnes res. Statuit enim Syrus ellipsin ad nomen πάντα, atque hæc interpretatio tã cõvenit argumento antecedenti & sequẽti, quàm quod maximè. Est autem hæc Ellipsis in sermone Græco frequẽtissima.

[26] Ad verb. Antè constituit.

[27] Syrè, Et ab initio novit eos.

[28] f. vel imaginis Filii sui: quod malim.

[29] Syrè, Omnẽ rem, i. Quidvis.

[30] Mutatio numeri. Græcus retinet pluralem, Nos.

[31] Græcũ nomen retinet Paraphrastes.

[32] i. Destinatæ mactationi, Hebraismus.

subjectus est, [x] non sua sponte, sed [y] propter eum qui subjecit *eum isti vanitati.*

21 [z] Sub spe quòd & ipse conditus mũdus liberabitur ex [a] servitute corruptionis in libertatem gloriæ filiorum Dei.

22 Scimus enim totum mundum conditum unà suspirare, & unà [b] parturire ad hoc usque tempus.

23 [c] Neq; verò *ille* solùm, sed & ipsi qui primitias Spiritus habemus, nosipsi, inquã, apud nosipsos suspiramus, adoptionem exspectantes, *id est* *[d] redemtionem corporis nostri.

24 [e] Nam spe servati sumus. [f] Spes autẽ si cernatur, non est spes. quod enim quis cernit, cur speret?

25 Si verò quod non cernimus speramus, *nempe* per tolerantiam exspectamus.

26 [g] Itidem autẽ & Spiritus unà [h] sublevat infirmitates nostras. quid enim oremus ut oportet, non novimus: sed ipse Spiritus [i] intercedit pro nobis suspiriis inenarrabilibus.

27 Qui verò scrutatur corda, novit [k] quid sapiat Spiritus: quia [l] secundùm Deum intercedit pro sanctis.

28 [m] Novimus autem, iis qui diligunt Deum, [n] omnia simul adjumento esse ad bonum: iis *videlicet* qui ex [o] præstituto *ipsius* vocati sunt.

29 Nã quos præscivit, etiam prædestinavit conformãdos imagini Filii sui: ut is sit primogenitus inter multos fratres.

30 Quos verò [p] prædestinavit, eos etiã vocavit: & quos vocavit, eos etiam justificavit: quos autem justificavit, eos etiam glorificavit.

31 [q] Quid igitur dicemus ad hæc? si Deus pro nobis, quis contra nos?

32 Is quidem qui proprio Filio nõ pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit eum, quomodo non etiam cum eo nobis omnia [r] gratificabitur?

33 [s] Quis intentabit crimina adversus electos Dei? [t] Deus *is est* qui justificat.

34 Quis est qui condemnet? Christus *is est* qui mortuus est, imò verò qui etiam suscitatus est: qui etiam est ad dexterã Dei: qui etiam interpellat pro nobis.

35 Quis nos separabit a [v] charitate Christi? *num* afflictio, num angustia, num persequutio, num fames, num nuditas, num periculum, num gladius?

36 (*Sicut scriptum est, Tui causa occidimur totum diem: reputati sumus velut oves destinatæ mactationi,)

37 [x] Imò in his omnibus ampliùs quàm victores sumus per eum qui dilexit nos.

38 Nam mihi persuasum est neq; mortem, neque vitam, neque Angelos, neque

[x] Non propẽsione naturali.

[y] Ut conditoris imperio obsequamur, cui visum est ipsarum vanitate ostendere, quantopere esset homini offensus.

[z] Noluit mundum perpetuę maledictioni propter hominis peccatum subjicere, sed spem illi fecit restitutionis.

[a] A corruptione, cui nunc sunt mancipatæ, asserentur in fœlicem illum statũ incorruptionis, qui patefiet quum filii Dei in gloriam evehentur.

[b] Significatur non tantùm summus dolor, sed etiam fructus qui eũ consequitur.

[c] 2. Quintò, si exspectat reliquus mundus instauratiõnẽ, veluti suspirãs, sdque non frustrà, nos quoque nõ pigeat ingemiscere, & longè etiam certiores simus redemtionis nostræ futuræ, quum habeamus Spiritus primitias.

*Luc. 21. 28.

[d] Extremam illam instaurationem quæ futura est nostræ adoptionis cõsummatio.

[e] 3. Sextò, Cum fide spes necessario cohæret, quum credamus quę nondum obtinuimus, & spes in rem præsentẽ non feratur. Sperãdum est igitur, & patienter exspectandũ quod futurum credimus.

[f] Metonymia, pro eo quod speratur.

[g] 3. Septimò, Non est quòd fatiscamus sub afflictiõũ pondere, quã firmissimum præsidiũ suppeditent preces; quæ itritæ esse non possunt, quum à Spiritu Dei in nobis habitante proficiscantur.

[h] Tamquam onus sustinet, ne nos sub eo fatiscamus. [i] Nos ad preces instigat, atque adeò veluti verba & suspiria nobis intùs dictat. [k] Quæ suspiria à sui Spiritus afflatu proficiscantur. [l] Quia sanctos docet precari ex ipsius Dei voluntate. [m] 3. Octavò, Nec temerè, nec nostro malo affligimur, sed ex Dei providentia, summo nostro bono: qui sicut nos ab æterno elegit, ita etiam prædestinavit Filii sui conformationi: ac proindẽ suo tempore vocatos ac justificatos, per crucem ad gloriam adducet. [n] Non tantùm afflictiones, sed quidvis aliud. [o] Propositum vocat id quod Deus ab æterno pro bona sua voluntate apud se constituit. [p] Præteritum pro præsenti, quo res futura explicatur, Hebr. ut ejus firmitas constet, respicit etiam ad actum Dei continuum. [q] 3. Nonò, Non est quòd metuamus ne quicquid nobis utile est non largiatur Dominus, quũ ne Filio quidẽ suo pepercerit, ut nos servaret. [r] Gratis donabit. [s] 3. Magnificentissima conclusio totius secundæ partis hujus epistolæ, i. tractationis de justificatione, Nobis nullos coram Deo metuendos accusatores, quum Deus ipse nos ut justos absolvat: damnationem verò nobis multò minùs esse formidandã, quum Christi morte & resurrectione, omnipotentia denique ac patrocinio nitamur. Quid igitur in hac vita tanti erit momenti ut nos perterrefaciat, quasi à charitate qua Deus nos in Filio diligit excciderimus? Nihil profectò, quum illa sit firmissima, tum in sese, tum in nobis certa fide confirmatis. [t] Qui non modò insontes, sed etiam prorsus justos in Filios pronunciat. [v] Qua Christus nos prosequitur. *Psal. 44. 22. [x] Non modò tantis malis non frangimur, sed etiam plusquam victores sumus omnium illorum.

principatus, neque potestates, neque præsentia, neque futura,

39 Neque sublimitatem, neq; profunditatem, neque ullam rem aliam conditã posse nos separare a charitate Dei, quę est in Christo Jesu Domino nostro.

patus, neque virtutes, neque quæ sunt præsentia, neque quæ sunt futura,

39 Neque altitudo, neque profunditas, neque etiam creatura alia poterit separare me a charitate Dei, quæ est in Domino nostro Jeschua Christo.

CAPUT NONUM.

1 Judæis occurrit, 7 ac duplex filiorum Abrahæ genus esse dicit, 15 cunctáq; in hoc negotio peragi ex Dei voluntate, 20 instar figuli. 24.30 Tum vocationem Gentium, 31 tum Judæorum reprobationem, 25.27 Prophetarum testimoniis prædictam ostendit.

ab. Tertia pars hujus epistolæ usq; ad duodecimum caput: in qua Paulus ad fidei causas superiores ascẽdit: ac primùm quidem, quoniã de Judæorum rejectione multa dictu rus erat, insinuatione utitur, incredibilem suam in eos benevolẽtiam duplici aut etiam triplici jutejurãdo & insigni desiderii sui testificatione declarans, & omnes eorum prærogativas illis concedẽs.

b Tanta fuit Apostoli erga fratres suos charitas, ut si fieri potuisset, paratus fuisset abdicationem Israëliticæ gẽtis redimere, sui sempiterno exitio: anathematis enim nomen illud hoc loco significat.

c Carnem hoc loco appellat sanguinis cõjunctionem, ut Genes. 20.14. nõ autem humanam naturam in genere, ut sup. cap. 1. 3.

* Sup. 2.17.

d Arca fœderis, quæ erat præsentiæ Dei symbolum.

* Eph. 2.12.

e Tabulæ fœderis, metonymia.

f Lex judicialis.

VEritatem [a] dico per Christum, non mentior, attestãte mihi simul conscientia mea per Spiritum sanctum,

2 Magnam mihi tristitiam esse, & sine intermissione cruciatum cordi meo.

3 Optãrim enim ego ipse [b] anathema esse *separatum* a Christo, pro fratribus meis cognatis *inquam* meis [c] secundùm carnem:

4 Qui sunt Israëlitæ: quorum *est* adoptio, * & [d] gloria, * & [e] pacta, [f] & Legis cõstitutio, & [g] cultus, & [h] promissiones.

5 Quorum *sunt* Patres, & ex quibus *est* Christus quod ad carnem attinet, [i] qui est supra omnes Deus benedictus in secula. Amen.

6 * [k] Fieri verò non potest ut exciderit sermo Dei. non enim omnes qui *sunt* ex *patre* [l] Israële, *sunt* Israël:

7 Neque quia *sunt* semen Abrahami, *ideò* omnes *sunt* filii: [m] sed * [n] in Isaaco vocabitur tibi semen.

8 [o] Hoc est, non qui [p] filii carnis, ii filii Dei: sed qui *sunt* * [q] filii promissionis, reputantur in semine.

9 [r] Promissionis enim sermo hic est, * Hoc ipso tempore veniam, & erit Saræ filius.

10 [s] Neque *hic* solùm, * sed & Rebecca, quum ex uno concepisset, *nempè* ex Isaaco patre nostro, *hæc experta est*.

11 Nondum enim natis *pueris*, quũ nihil fecissent [t] boni vel mali, ut præstitutũ Dei quod *est* secundùm *ipsius* electionem, *id est*, non ex operibus, sed ex vocante, *firmum* [v] maneret,

12 [x] Dictum est ei, * Major serviet minori.

13 Sicut scriptum est * Jacobum dilexi, Esauum autem odio habui.

14 [y] Quid igitur dicemus? [z] Num injustitia *est* apud Deum? absit.

VEritatem dico in Christo, & non mentior: & mens mea testatur in me per Spiritum sanctum:

2 Quòd tristitia est mihi magna, & dolor qui ex corde meo non cessat.

3 [1] Orabam enim ut ego [2] ipse [3] anathema essem a Christo pro fratribus meis & cognatis meis qui sunt [4] secundùm carnem:

4 Qui sunt filii Israjel, quorum erat [5] adoptio filiorũ, & gloria, & fœdera, & Lex, & [6] ministerium, & promissiones,

5 Et Patres, ex quibus apparuit Christus in carne, qui est Deus [7] qui est super omnia, [8] cujus sunt laudes & benedictiones in [9] seculum seculorum. Ammin.

6 Nequaquã enim prorsus excidit sermo Dei. Nam neque omnes qui sunt ex Israjel, sunt Israjel:

7 Nec etiam propterea quòd ex semine sunt Abrahæ, omnes sunt [10] filii: quia dictum est, In Ischak vocabitur tibi semen.

8 Hoc verò est: nequaquam filii carnis, sunt filii Dei, sed filii promissionis reputantur [11] pro semine.

9 Promissionis namque est sermo hic, nempe, In tempore hoc veniam, & erit Filius Saræ.

10 Neque hoc tantùm, sed etiam Raphka, quum [12] fuisset illi consociatio cum uno patre nostro Ischak,

11 Quum nondum nati essent filii ejus, neque fecissent bonum aut malum, [13] præcognita fuit [14] voluntas Dei, ut firma maneret non per opera, sed [15] per manum ejus qui vocavit.

12 Dictum est enim quòd senior erit servus minori.

13 Sicut scriptum est, Jaakub dilexi, & Esau odio habui.

14 Quid igitur dicemus? nunquid iniquitas est apud Deum? [16] absit.

1 Vel, orarim.

2 F. Syrè, substantia mea, ἐμψυχία dictum.

3 Syrè, Excisio.

4 Syrè, in carne, Hebr.

5 Syrè, constitutio.

6 Id est, Cultus, subaudi divinus.

7 F. vel supremus omnium.

8 Hebr. antè explicatus.

9 Antè admonuimus ingeminationes ab Hebraïsmo fluere, & esse emphaticas.

10 Subaudi Abrahæ.

11 Vel, In semẽ.

12 i. Habuisset. Syra phrasis.

13 Syrè, Antè cognita fuit.

14 Ad verb. Electio ejus.

15 Id est, Per eum. Hebraïsmus frequẽs.

16 Syrè, Parce.

g Lex ceremonialis. h Quæ facta fuerunt Abrahamo & posteris.

i B. Testimonium Deitatis Christi manifestissimum. * Sup. 2.28.

k B. Ingreditur tractationem prædestinationis per occupationis speciem, Quî fieri possit ut rejectus sit Israël, quin simul constituendum sit, irritum esse pactum Dei cum Abrahamo & ejus semine sancitum? Respondet ergo, veritatem constare Dei verbo, etiamsi rejectus sit Israël: quoniam sic generalis est ac communis Israëlitici populi electio, ut tamen Deus arcano suo consilio deligat quos visum est. Propositio igitur & status hujus tractationis hic est, Gratiam salutis sic universaliter offerri, ut tamen ad solos electos pertineat ejus efficacia. l Israël priore loco pro Jacobo, altero pro Israëlitis sumitur. m B. Probatio prima, ab exemplo familiæ ipsius Abrahami, in qua solus Isaacus est filius habitus, idque ex Dei ordinatione: quamvis & ipse Ismaël esset ex Abrahamo ortus & circumcisus ante ipsum Isaacum. * Gen. 21.12. Heb. 11.18. n Isaacus tibi erit verus ac germanus filius, ac proinde tuæ benedictionis hæres. o B. Generalis applicatio probationis sive exempli superioris. p Qui nati sunt ex Abrahamo consueto naturæ ordine.

* Gal. 4.28. q Qui virtute promissionis sunt nati. r B. Ratio applicationis, Quoniam vi promissionis natus est Isaacus, ac proinde non fuit electus, imò ne existit quidem nisi ex gratuita Dei voluntate. Ex hoc autem consequitur prædestinationis fontem esse promissionem, non carnem, ex qua promissione manat electio particularis: sive electos nasci non autem jam natos eligi, Dei quidem prædestinantis respectu. * Gen. 18.10.

s B. Altera probatio vehementissima ab Esaui & Jacobi exemplo, utroque nato ex eodem Isaaco filio promissionis: eadem matre, eodémque partu, non diversis, sicut Ismaël & Isaacus, quum tamen Esauo rejecto solus Jacob sit electus: idque ante ipsorum ortum, ut neque ulla Jacobi probitas, ipsius eligendi, nec ulla Esaui improbitas, ipsius rejiciendi causa haberi posset. * Gen. 25.21.

t Dei decretum quod proficiscitur ex ipsius mera voluntate, qua illi visum est uno præterito, alterum eligere.

v B. Non dicit Paulus, Fieret, sed Factum permaneret. Falluntur ergo qui præscitam fidem, electionis; præscitam infidelitatem, reprobationis causam faciunt.

x B. Rejectionem Esau probat, ex eo quòd addictus sit fratri in servitutem, electionẽ autem Jacobi, ex eo quòd factus sit fratris, & quidem primogeniti, dominus. Et nequis ad res externas hoc Dei dictum traheret, declarat Apostolus ex Malachia, optimo Mosis interprete, servitutem Esaui, cum Dei odio, dominationem Jacobi, cum Dei amore fuisse conjunctam. * Gen. 25.23. * Mal. 1.2.

y B. Prima objectio, Si Deus nulla dignitatis vel indignitatis habita ratione diligit vel odit, ergo injustus est, ut qui indignos possit amare, & dignos odisse. Aversatur Apostolus hanc blasphemiam, & posteà sigillatim respondet. z Humana mens nullas alias amoris vel odii causas, quàm quæ in personis sunt, novit, undè emanat hæc objectio.

15 Ecce

17 Syrè, Hoc est per eum. Hebr.
18 F. nempe propositū Dei permanet secundùm electionem, ex ver. 11.
19 Syrè, De Pharaone, על pro ל.
20 Et pro At.
21 Ad verb. Stet ex adverso voluntatis ejus. Hebr.
22 F. vel figmētum ei qui finxit ipsum.
23 Hoc est, Postquam diu tolerasset ea. F. Hîc autem ὡς ἀπὸ κοινοῦ repetendum putavit Syrus nomē ὀργῆς, quod proximè antecessit: sed mihi duriuscula videtur esse cùm loquutio [illegible] ὀργὴν pro [illegible], tum interpretatio. Totus verò locus, ut sit evidentior, paraphrasticè repræsentari potest. Si verò Deus pertulit multa tolerantia tū vasa iræ, coagmētata ad interitum, volens ostendere iram, & notam facere potentiā suam, tum etiā vasa misericordiæ, ut notas faceret divitias gloriæ suæ in ea quæ præparavit ad gloriā suā, &c. quid dicturi sumus? id est quid habemus quod obloquamur administrationi ejus? Nam utraque vasa

15 Ecce etiam Musche dicit, Miserebor
ejus cujus misertus fuero, & gratiam præ-
stabo illi cui gratiosus futurus sum.
16 Nō igitur [17] per manus ejus qui vult,
neque per manus ejus qui currit, sed per
manus Dei misericordis [18].
17 Dicit enim in Scriptura [19] Phareuni,
Ad hoc ipsum excitavi te ut ostenderem
in te virtutem meam, & ut prædicetur no-
men meum in terra universa.
18 Itaque cujus vult, ipse miseretur, &
quem vult indurat.
19 [20] Et jam dices, De quo conqueri-
tur? Quis enim est qui [21] resistat volun-
tati ejus?
20 Tu igitur quis es, ô fili hominis, ut
respondeas Deo? Nunquid dicit [22] mas-
sa ei qui fingit ipsam, Propter quid ita
finxisti me?
21 Aut non habet potestatem figulus
in lutum suum, ut ex eadem massa faciat
vasa, unum ad decus, & unum ad dede-
cus?
22 Si verò volens ostēdere Deus iram
suam, & notam facere potentiam suam,
[23] induxit pro magna longanimitate sua
iram super vasa iræ, quæ perfecta fuerunt
ad interitum:
23 [24] Et effudit misericordias suas super
vasa misericordiæ quæ parata fuerāt Deo
ad gloriam:
24 [25] Qui sumus nos vocati [26] non tan-
tùm ex Judæis, sed etiam ex Gentibus.
25 Quemadmodum etiam in Hosea di-
cit, Vocabo eos qui non fuerunt popu-
lus meus, populum meum: & non dilectā,
dilectam:
26 Erit enim in loco ubi vocabantur
non populus meus, ibi vocabuntur filii
Dei viventis.
27 Isajah autē prædicat de filiis Israjel,
Quòd si fuerit numerus filiorum Israjel
tamquam arena quæ est in mari, resi-

pertulisse dicitur Deus, & suum finem in utrorumque eventu assequi; & utrumque sequentibus locis docet Apostolus. 24 Hîc recedit à Græco textu: ita tamen ut non obscurè servetur sensus. 25 F. Syr. Quòd sumus nos vocati, non est solùm ex Judæis, &c. videtur legisse, [illegible]
26 Ad verb. Non est tantùm.

15 [a] Nam Mosi dicit, * [b] Miserebor cu-
jus misertus fuero, & [c] cōmiserabor quem
commiseratus fuero.
16 [d] Nempè igitur *electio* non est ejus
qui [e] velit, neque ejus qui currat; sed ejus
qui miseretur, *nempè* Dei.
17 [f] Dicit enim [g] Scriptura Pharaoni,
*Ad hoc ipsum [h] excitavi te [i] ut ostendam
in te potentiam meam, & ut annuncietur
nomen meum in tota terra.
18 [k] Itaque [l] cujus vult miseretur, quem
autem vult, indurat.
19 [m] Dices ergo mihi, Quid adhuc suc-
censet? nam ejus voluntati quis obsistit?
20 [n] Imo verò, ô homo, tu quis es qui
ex adverso responsas Deo? * [o] num dicet
[p] figmentum fictori, Cur me tale fecisti?
21 * [q] Annon habet potestatem figulus
in lutum, ut ex eadem massa faciat [r] aliud
quidem vas [s] ad decus, aliud verò [t] ad de-
decus?
22 [v] *Quid* si verò volens ostendere irā,
& notam facere potentiam suam, pertulit
multa cum iræ cohibitione [x] vasa iræ,
[y] compacta ad interitum:
23 Et ut notas faceret [z] divitias gloriæ
suæ erga vasa misericordię, quæ præpara-
vit ad gloriam?
24 [a] Quos etiam vocavit, *nimirum* nos,
non solùm [b] ex Judæis, verumetiam ex
Gentibus.
25 [c] Ut etiam apud Oseen dicit, *Voca-
bo populum qui meus non *erat*, popu-
lum meum: & eam quæ dilecta non *erat*,
dilectam.
26 Et erit, in loco ubi dictum fuerat eis,
*Non populus meus vos, illic vocabūtur
filii viventis Dei.
27 [d] Esaias autem clamat super Israël,
**Etiam* si fuerit numerus filiorum Israëlis

a B. Respondet priore loco de delectis ad salutem: in quibus eligendis negat Deū injustum videri posse, etiāmsi nōdum natos nullius dignitatis respectu elegerit, sive saluti prædestinârit: quoniam videlicet electos nō adducit ad finē destinatū nisi interposita misericordia, quę causa est prædestinationi subordinata. Præsupponit autē misericordia miseriam: & hæc rursus peccatum sive voluntariam corruptionem humani generis: corruptio autē creationem cum puritate & integritate. Deinde misericordia suis gradibus præstatur, nimirū vocatione, fide, justificatione & sanctificatione, ut tandem ad glorificationem perveniatur, sicut docebit Apostolus. Ista autē omnia proposito Dei subordinata omninò efficiunt, ut nullo modo videri possit in deligendis & servandis suis electis injustus. * *Exo. 33. 19.* b Gratia & favore prosequar, quem favore prosequar. c Materna veluti misericordia amplectar, quem amplectar. d B. Conclusio responsionis, Ergo Deus nō est injustus, gratuita bonitate eligens & servans quos ei videtur, sicut etiam respondit Mosi pro toto populo deprecanti. e Voluntatem vocat cogitationem & conatum animi, cursum verò bona opera: quorum neutri laudem tribuit, sed soli misericordiæ Dei. f B. Jam respondet de reprobis, sive quos Deus odio habet nondum natos, & nullo indignitatis respectu exitio destinavit. Ac primo verum hoc esse docet, prolato testimonio ipsius Dei, de Pharaone, quem in hunc finem excitârit, ut eo indurato & justè punito, glorificaretur. g Deus in scriptura sic alloquitur Pharaonem, vel Scriptura introducit Deum alloquentem Pharaonem. * *Exo. 9. 16.* h Feci ut exsisteres. i B. Secundò profert finem consilij divini, ut doceat nullam in eo inesse injustitiam. Est autem summus hic finis, non propriè & simpliciter ipsorum reproborum exitium, sed Dei gloria in eorum justo supplicio elucens. k B. Conclusio responsionis integræ ad primam objectionem. Ergo quum Deus gratis electos, quos videlicet voluit, non tamen servet nisi gratia justificatos & sanctificatos, non potest consiliū de ipsis servandis injustum videri. Nec rursus ulla est injustitia in consilio Dei æterno de iis quos libuit perdendis, quoniam priùs indurat quàm perdat. Tertia igitur responsio ad asserendam Dei justitiam in æterno reprobādi decreto, posita est in verbo Indurandi: quod tamen subticuit in præcedente versiculo, quòd satis nota sit Pharaonis historia. Est autem maximum ejus pondus: siquidem induratio quæ misericordiæ opponitur, eadem atque illa præsupponit, nempè voluntariam corruptionem in qua indurātur reprobi: & rursus corruptio integrum creationis statum. Est autem ista quoque induratio spontanea, quia sic indurat Dominus corruptione offensos, ut ipsa eorum voluntate quos indurat, ad id judicium exercendum utatur. Sequuntur deinde indurationis fructus, nempè incredulitas & peccata, quæ veræ sunt & germanæ reproborum damnationis causæ. Cur igitur exitio destinat? quia vult. cur indurat? quia corrupti. cur damnat? quia peccatores. Ubi ergo injustitia? Imò si omnes hoc modo perderet, cui faceret injuriam? l Quem ei libuit amori suo destinare. m B. Altera objectio, sed pro reprobis tantùm, ex priore responsione nascens, Si Deus quos vult destinat exitio, & quod semel decrevit impediri non potest, quo jure damnat qui voluntate ipsius pereunt? n B. Non respōdet Apostolus non esse hanc Dei voluntatem, sive Deum pro suo arbitrio non eligere nec reprobare, quod importuni nonnulli vocant blasphemiam: imò concedit adversario antecedens utrumque, hanc nimirùm esse Dei voluntatem, & quidem cujus eventus sit necessarius: sed Deum propterea negat injustum esse malorum ultorem. Quum enim Deum ita velle & facere constet ex manifestis testimoniis, quæ hæc audacia est, hominem (id est cinerem) Deo responsare, atque adeò in jus vocare? Quòd si quis neget ita expeditum esse nodum, respondeo nullam esse ullis in rebus firmiorem demonstrationem, ut quæ nitatur certissimo isto principio, Dei voluntatem esse justitiæ regulam. * *Sap. 11. 7. Jere. 18. 6.* o B. Amplificatio superioris responsionis à comparatis sumta, ex qua etiam apparet decretum Dei statui à Paulo omnibus causis superius, ita ut non pendeat à secundarum causarum respectu, sed illas potiùs ordinet. p Hæc similitudo mirè quadrat primæ illi humani generis creationi. * *Esai. 45. 9.* q B. Alludens ab Adami creationem, humanum genus nondum conditum nisi in opificis mente, comparat massæ luti, ex qua Deus posteà, prout ab æterno decreverat, condiderit & quotidie condat tum eligendos tum reprobandos: quod etiam declarat verbum Faciendi. r B. Quum in objectione facta tantùm sit mentio vasorum ad dedecus, tamen aliorum jam in hac responsione meminit, quoniam utrimque ejusdem opificis eandem justitiam esse contendit, sicut etiam poscit contrariorum ratio. s Ad usus honestos.
t B. Quum igitur dedecoris nomine, æternæ mortis ignominia notetur, cum Paulo loquuntur qui quosdam dicunt ad justum exitium à Deo esse cōditos, & qui hac formula offenduntur, inscitiam suam produnt. v B. Secunda responsio est, Deum præterquam quòd justè decernit, quod pro suo jure decernit in exsequendis suis decretis ea uti moderatione quæ summam ipsius lenitatem in ipsis etiam reprobis declaret, quum eos diutissimè toleret & multis insignibus beneficiis frui sinat, donec tandem justis pœnis addicat: idque optimo fine, nempè ut se iniquitatis hostem & ultorem declaret, ut quæ sit ipsius potentia, severitatis judiciis patefaciat, ut denique ex contrariorum comparatione, quanta sit misericordiæ suæ in electos amplitudo, reipsa demonstret. x Vasorum nomine intelligunt Hebræi omne instrumenti genus. y B. Iterum ergo liceat cum Paulo dicere, quosdam homines à Deo opifice conditos esse ad interitum. z Magnitudinem immensam. a B. Stabilita in utramque partem doctrina de æterna Dei prædestinatione, jam ad usum ejus descendit, docens ejus testimonium non esse petendum ex arcano Dei, sed ex vocatione quæ patefit in Ecclesia, proposito Judæorū & Gentium exemplo, ut clarior sit doctrina. b Non dicit omnes & singulos Judæos vocatos, sed ex Judæis & ex Gentibus. c B. Vocatio est gratuita sicut & prædestinatio, ac proinde non est quòd indignitas nostra vel majorum nostrorum impediat quominùs statuamus nos esse electos si ab eo vocemur, & oblatam salutem fide amplectamur. * *Osea 2. 23. 1. Pet. 2. 10.* * *Osea 1. 10.* d Dominus constituit ad extremam paucitatem populum ingratum redigere. * *Esa. 10. 22.*

ut arena maris, reliquiæ servabuntur.

28 [c] Rem enim conficiet & concidet cum justitia: quoniam rem concisam peraget Dominus in terra.

29 Et sicut priùs dixit Esaias, *Nisi Dominus [f] Sabaoth reliquisset nobis [g] semẽ, facti fuissemus ut Sodoma, & Gomorrhæ similes facti fuissemus.

30 [h] Quid igitur dicemus? nempe Gẽtes quæ [i] non sectabantur justitiam, apprehendisse justitiam, justitiam autem eã quæ *est* ex fide:

31 [k] Israëlem verò consectãdo Legem justitiæ, ad Legem justitiæ nõ pervenisse.

32 Quare? Quia non ex fide, sed velut ex [l] operibus Legis. impegerunt enim ad lapidem ad quem impingitur.

33 Quemadmodũ scriptum est, * Ecce, statuo in Sion lapidem ad quem impingetur & petram offendiculi: & quisquis credit in eum, non pudefiet.

duum quod erit ex eis, [27] servabitur.

28 Sermonem decidit & pronũciavit, & faciet eum Dominus super terram.

29 Et secundùm id quod priùs dixit ipse Isajah, Nisi Dominus Tzebauth reliquisset nobis residuum, tamquam Sedum facti fuissemus, & Amuræ similes essemus.

30 Quid igitur dicemus? Quòd gentes [28] quæ nõ sectabantur justitiam, assequutæ sunt justitiam, justitiam quidem eã quę ex fide est:

31 Israjel autẽ [29] sectabatur legem justitiæ, legem justitiæ non est assequutus.

32 Propter quid? Quia nequaquã [30] erat ex fide, sed ex operibus Legis. Impegerũt enim in lapidem offensionis.

33 Sicut scriptum est, Ecce, pono in Tzehion lapidem offensionis, & petram scandali, & is qui in eum crediderit non pudefiet.

[e] 2. E contrario verò, neq; externa ulla generalis vocatio, neque majorum dignitas idoneũ est electionis testimonium, nisi Deo vocãti fide respondeamus, quod in Judęis accidit sicut prædixerat Dominus.

*Esa. 1. 9.

[f] Exercituũ, quo epitheto summa tribuitur Deo potẽtia.

[g] Reliquias vel tantillas. semẽ autem dicit, quoniam videlicet in cujusque rei semine res alioqui mortuæ & exstinctæ reviviscunt.

[27] Syrè, Vivet. Hebr.

[28] Ad ver. Quę non currebant post justitiam. Hebr.

[29] Ad verb. Currebat post. Hebr. r. al. quę sectabatur justitiã: meliùs. nam in Tremellianis libris desideratur ⁊

[30] r. nimirum sectans justitiam, ex præcedente ver.

[h] 3. Electionis declaratio, est vocatio fide apprehensa, sicut in Gentibus factum est. [i] Nulla ergo erant in Gentibus opera præpatatoria; quòd autem Gentes eò pervenerint quod non sectabantur, imputandum est divinæ misericordiæ: quòd non pervenerint Judæi eò quòd sectabantur, imputandum est illis, qui malè quærebant. [k] 3. Vocationis contemtus, causa est hominum superbia, ut damnationis culpa non aliundè quàm in ipsis hominibus quærenda sit. [l] Sub. justitiam apprehensuri, sectati sunt legem justitiæ. *Psal. 118. 22. Esa. 8. 14. & 28. 16. 1. Pet. 2. 6.

CAPUT DECIMUM.

[1] Pertractat effecta electionis, [3] quòd alii respuant, alii amplectantur [4] Christum finem Legis. [15] Gentium vocationem à Mose, [20] Judæorum verò indurationem ab Esaia prædictam recenset.

FRatres, [a] propensa quidem est volũtas cordis mei & deprecatio ad Deũ super Israël ad salutem.

2 Testor enim *de* ipsis, eos zelum Dei habere, sed non ex notitia.

3 [b] Nam [c] ignorantes Dei justitiam, & propriam justitiam [d] studentes constituere, justitiæ Dei non fuerunt subjecti.

4 [e] Nam [f] finis Legis *est* Christus, ad justitiam [g] cuivis credenti.

5 [h] Moses enim describit justitiam quæ est ex Lege, *his verbis*, *Quòd qui præstiterit ea, vivet per illa.

6 At quæ ex fide est justitia, ita dicit, *[i] Ne dixeris in corde tuo, Quis ascendet in cælum? hoc est Christum ex alto deducere.

7 Aut, Quis descendet in abyssum? hoc est Christum ex mortuis reducere.

8 [k] Sed quid dicit? * Prope te [l] verbum est in ore tuo & in corde tuo. Hoc est verbum illud fidei quod prædicamus.

9 [m] *Nempè*, Si [n] professus fueris ore tuo Dominum Jesum, & crediderit in corde tuo quòd [o] Deus eum suscitavit ex mortuis, servaberis.

10 Nam corde [p] creditur ad justitiam, fit autem ore professio ad salutem.

11 [q] Dicit enim Scriptura, * Quisquis [r] credit in eum, non pudefiet.

FRatres mei, voluntas cordis mei & obsecratio mea ad Deum pro illis est ut [1] serventur.

2 Testor enim de ipsis quòd zelus Dei est in eis, sed non [2] in scientia.

3 Justitiam enim Dei [3] ignorant, sed quærunt ut justitiam suam ipsorum stabiliant: & ideò justitiæ Dei non subjecerunt se.

4 Finis enim ipse Legis Christus est, ad justitiam omni credenti in eum.

5 Musche enim ita describit justitiam quæ est in Lege, nempè qui fecerit hæc, vivet in eis.

6 Justitia autem *quæ est* per fidem, ita loquitur, Ne dixeris in corde tuo, [4] Quisnam ascendet in cælum, & deducet Christum?

7 Et quis descendet in abyssum sepulcri, & ascendere faciet Christum a mortuis?

8 Sed quid dicit? Propè est tibi verbum ori tuo & cordi tuo. Hic est sermo fidei quem prædicamus.

9 Et si confessus fueris ore tuo Dominum nostrum Jeschua, & crediderit corde tuo quòd Deus excitavit eum a mortuis, [5] salvus eris.

10 Cor enim credens in eum justificatur, & os quod confitetur eum, [6] servatur.

11 Dicit namque Scriptura, Omnis qui credit in eum, non pudefiet.

[a] 2. Propositurus in Judæis mirę pervicaciæ exemplũ, insinuatione utitur.

[b] 3. Primus ad vocationẽ ingressus, est suæ justitiæ renũciare. alter, justitiam à Deo in Evangelio gratis oblatam fide amplecti.

[c] Ignorantia juris non excusat coram Deo, præsertim domesticos.

[d] Ignorantiæ conjuncta arrogantia.

[e] 3. Probatio, quia Lex ipsa in Christũ respicit, ut in eũ credentes servemur. Itaque vocatio ad salutem ex Legis operibus, est fictitia & vana: Christus autem ad salutem cuivis credẽti offertur.

[f] Finis Legis est illos justificare qui illã observant: quũ autem carnis nostræ vitio Legem nõ observemus, hũc finem non consequimur. At huic morbo medetur Christus qui pro nobis Legem implevit. [g] Non tantùm Judæis, sed & Gentibus. [h] 3. Legem in Christum respicere, illud manifestè probat, quòd conditionem proponit quæ à solo Christo præstita est, ut ea per fidem nobis imputata, pacificetur conscientia, nec jam quærat quis poterit in cælum ascendere, vel nos ex inferis eruere, quum utrumque à Christo præstitum doceat Evangelium, idque in eorum gratiam qui vera fide eum vocantem amplectentur.

[1] Syrè, Vivant. Hebraismus.

[2] Vel, cum scientia.

[3] Syrè, Ignorârunt, sed quæsiêrunt.

[4] Syra verba possunt & aliã ferre translationem, quisnam ascendit in cælum, & deduxit Christum? Et quis descendit in abyssum sepulcri, & ascendere fecit Christũ à mortuis? r. sed altera interpretatio meliùs respõdet Syri verbis. Legisse autem videtur illa καταγαγεῖν & ἀναγαγεῖν, pro eo quod vulgò legimus infinitè, καταγαγεῖν & ἀναγαγεῖν.

[5] Syrè, Vives. Hebraismus.

[6] Syrè, Vivit: Ut paulò pòst iterum, Vivet.

*Lev. 18. 5. Ezc. 20. 11. Gal. 3. 12. *Deut. 30. 12. [i] Ne apud te cogitaris, ut faciunt qui perplexo sunt animo. [k] 8. Vocatio fit per Verbum prædicatum. *Deut. 30. 14. [l] Per verbum intellexit Moses Legem, quam Dominus voce sua promulgavit: Paulus autem ad prædicationem Evangelii, quæ fuit Legis perfectio, accommodat. [m] 8. Ea demum est vera fides quæ non tantùm in cerebro, sed etiam in corde residet, quam externa etiam vita testamur, quæq; in Christum fertur ut unicum servatorem, qualem se in Verbo patefecit. [n] Si planè sincerè atque apertè professus fueris, te unum Jesum ducere tuum Dominum & servatorem. [o] Pater, qui dicitur excitâsse Filium à mortuis. non ut excludatur Filii divinitas, sed ut Patris consilium de nobis redimendis in Filii resurrectione spectetur. [p] Fidei tribuitur justitia: atque adeò quum oris confessio sit fidei effectum, confessio autem via sit qua ad salutem pervenitur, consequitur fidei salutem quoque tribui. [q] 8. Alteram partem nunc probat quam proposuerat ver. 4. Christum videlicet quoscumque libuit nullo discrimine vocare: quod duplici testimonio confirmat. *Esa. 28. 16.

[r] Credere in Deum, est assentiri Dei promissioni de Salute per Christum, idque non tantùm in genere, sed quum ad nos illas promissiones pertinere scimus unde nascitur confidentia.

12 Et in hoc [7] non facit distrimen, nec Judæorum nec [8] Gentilium: unus est enim Dominus omnium illorum, qui est dives in quemque qui invocat eum.

13 Quisquis enim invocaverit nomen Domini salvus erit.

14 Quomodo igitur invocabunt eum [9] quem non crediderunt? aut quomodo credent ei quem non audierunt? aut quomodo audient sine prædicante?

15 Aut quomodo prædicabunt si non mittantur? sicut scriptum est, Quàm speciosi sunt pedes evangelizantium pacem, & evangelizantium bonum!

16 Sed nequaquam omnes illi obediverunt prædicationi Evangelii. Isajah enim dicit, Domine mi, quisnam credidit [10] voci nostræ?

17 Proinde fides ex auditu auris est, & auditus auris ex sermone Dei.

18 Sed dico, Nunquid non audierunt? [11] Et ecce, in universam terram exivit [12] vox eorum, & in fines [13] orbis terræ sermones eorum.

19 Sed dico, Nunquid nõ novit Israjel? primus Musche sic dicit, Ad æmulationẽ provocabo vos per populum qui non est populus, & per populum [14] contumacem, ad iram commovebo vos.

20 Isajah autem audet, & dicit, conspectus sum iis qui non quæsiêrunt me, & inventus sum iis qui de me non interrogaverunt.

21 [15] Ad Israjel autem dicit, Expandi manus meas toto die ad populum contentiosum & contumacem.

[7] Syrè, Non distinguit.
[8] r. Syrè, Aramæorum. vide in Act. 20. 21.
[9] r. vel in quẽ non crediderunt? aut quomodo credent in eũ de quo, &c.
[10] Ad verb. Filiæ vocis nostræ, id est, Oraculis, quę divinitus accepta promulgamus, vide in Act. 12. 22.
[11] Pro, Quum ecce.
[12] Ad ver. filia vocis eorum, i. Oracula. Oracularis prædicatio eorũ.
[13] Syrè, una voce תבל, Orbis habitabilis, ut in Psal. 19.
[14] Syrè, qui nõ acquiescit, id est, Incredulũ.
[15] Pro Adversus Israëlem. Est enim præpositionum enallage frequentissima in Hebræa, Syra & Chaldæa lingua.

12 Non enim est distinctio vel Judæi vel Græci. nam idem *est* Dominus omnium, dives in quosvis a quibus invocatur.

13 *[s] Quisquis enim invocaverit nomẽ Domini, servabitur.

14 Quomodo igitur invocabunt eum in quem non crediderint? [t] quomodo autem credent *ei* de quo non audierint? quomodo autem audient absque prædicante?

15 Quomodo autem prædicabunt nisi missi fuerint? sicut scriptum est, * Quàm speciosi pedes evangelizantium pacem, evangelizantium bona!

16 [v] Sed non [x] omnes auscultârunt Evangelio. Esaias enim dicit, * Domine, quis credidit sermoni nostro?

17 [y] Ergo fides ex auditu est, auditus autem [z] per verbum Dei.

18 [a] Sed (inquam *ego*) annon audierunt? *Imò verò in omnem terram exivit sonus eorum, & ad ultima orbis terrarum verba eorum.

19 [b] Sed (inquam *ego*) num Israël non cognovit *Deum*? Primus Moses dicit, *Ego ad æmulationem provocabo vos per gentem quæ non est gens: [c] per gentem intelligentiæ expertem, ad iram vos provocabo.

20 Esaias autem [d] utitur audacia, dicítque, *Inventus sum ab iis qui me non quærebant: manifestus factus sum iis qui de me non interrogabant.

21 Adversus Israëlem autem dicit, *Toto die expandi manus meas ad populum contumacem & contradicentem.

* Joël. 2. 32.
[s] B. Vera invocatio, est veræ fidei testimonium: vera autem fides, verę vocationis: vera autem vocatio, veræ electionis.
[t] B. Fides ea vera est, quæ Deum quærit in verbo, & quidem prædicato, prout in Ecclesia constituit Dominus.
* Esa. 52. 7. Nah. 1. 15.
[v] B. Ubi fides est, ibi est & Verbum: at nõ contrà, ubi Verbum, ibi & fides: quòd multi repudiẽt sermonem.
[x] Hoc dicit propter Judæos.
* Esa. 53. 1. Joh. 12. 38.
[y] B. Conclusio superioris gradationis, ex fide oportere ad vocationem ascẽdere, sicut ex vocatione ad electionis testimonium pervenitur.
[z] Ex Dei mandato.
[a] B. Objectio, Si vocatio electionis testimonium est, annon vocati

sunt Judæi? Quidni (Inquit Apostolus) hoc fateat, quum nulla sit gens vocationis expers? nedum ut Judæos vocatos fuisse negem. * Psal. 19. 1. [b] B. Pergit quærere Judæorum defensor, Annon etiam Deum vocantem cognoverunt Judæi? Esaias (inquit Apostolus) hoc negat: & simul quod neglexerunt Judæi, ad Gentes translatum fuisse testatur. Sic autem docet Apostolus, externam illam vocationem universalem cujus præco est ipsum mundi opificium, non sufficere ad Dei notitiam: particularem autem ex Dei verbo per se inefficacem esse, sed fide quidẽ apprehendi ex Dei dono, incredulitate autem inutilem reddi, idq; sola hominum culpa, qui non possint ignorantiam prætexere. * Deut. 32. 21. [c] Vocat Gentem non gentem, omnes profanos populos, ficut vivere non dicuntur sed moti, qui æterno supplicio sunt addicti. [d] Impavidè loquitur. * Esa. 65. 1. * Esa. 65. 2.

CAPUT UNDECIMUM.

[1] Ne Judæorum rejectio ad oculi aspectum limitetur, [4] deceptum olim Eliam fuisse ait, [16] & quum radicem sanctam habeant, [23] plures quoque ex eis esse electos. [18. 24] Gentes verò admonet humilitatis: [33] & exclamat profunda esse Dei judicia.

SEd dico, Numquid repulit Deus populum suum? [1] Absit. nam etiam ego ex Israjele sum, ex semine Abrahæ, ex genere Binjamin.

2 Non repulit Deus populum suum quem [2] ab initio cognoverat. Aut ignoratis vos in Scriptura, Eliæ quidnam dicat? quum clamaret ad Deum adversus Israjel, & diceret,

3 Domine mi, prophetas tuos occiderunt, & altaria tua subverterunt: & ego solus relictus sum, & quærũt animam meã.

4 Et dictum est ei [3] in revelatione, Ecce, reliqui mihi ipsi septem millia virorũ qui in genua non prociderunt, neq; adoraverunt Baala.

5 Sic etiam in tempore hoc, residuum

NUm [a] igitur (inquam *ego*) abjecit Deus populum illum suum? Absit. [b] nam & ego Israëlita sum, ex semine Abrahami, tribus Benjaminis.

2 [c] Non abjecit Deus populum illum suum quem [d] præcognovit. [e] An nescitis de Elia quid dicit Scriptura? quomodo interpellet Deum adversus Israëlem, dicens,

3 *Domine, Prophetas tuos occiderũt: & altaria tua suffoderunt: & ego relictus sum solus, & petunt animam meam.

4 Sed quid dicit ei divinum responsum? * Feci [f] ut remanserint mihi septem millia virorum qui non flexerunt genu *imagini* [g] Baalis.

5 *Ita* igitur & hoc tempore reserva-

[1] Syrè, Parce.
[2] i. Ab æterno servare constituerat.
[3] Vel, Per revelationem.
[a] B. Iã ostendit Apostolus quomodo sit aliis applicanda hæc doctrina, permanens in proposita hypothesi Itaque docet Judæorum singulos non esse rejectos, ac proinde non temerè de singularibus personis pronunciandum esse sint nẽcne ex electorum numero.
[b] B. Prima probatio, Sum Judæus, tamen electus. De nostra ipsorum igitur electio-

ne statuere certò possumus, ac debemus, ut priùs dictum est: de aliena verò, non ita certò, sed nostra efficere debet ut de aliis benè speremus. [c] B. Secunda probatio, Quia Deus sibi constat in suo federe, etiamsi sint homines perfidi. Sic ergo quum dixerit Dominus se fore Deum suorum in mille generationes, cavendum ne ob aliquorum perfidiam, totam sobolem rejectam putemus, sed potiùs ob Dei fedus de singulis Ecclesiæ membris benè speremus.
[d] Quem ab æterno electum amplexus est. [e] B. Tertia probatio a responso quod datum est Eliæ, tum quoque quum nullus electus palàm in mundo appareret, Deũ tamen suos electos, & quidem non paucos nosse. Hinc autem etiam illud efficitur, non temerè de quoquã ut reprobo pronunciandũ, quum eò etiam interdum redigatur Ecclesia, ut velut exstincta occultissimis etiã pastoribus videatur. * 1. Reg. 19. 10. * 1. Reg. 19. 18. [f] Loquitur de reliquiis ab æterno electis, non autem in futuro eligendis: non enim electi sunt, quia idololatræ non fuissent, sed ideò idololatræ non fuerunt, quia electi erant. [g] Baal, patronum significat, vel eum in cujus aliquis est potestate, quo nomine afficiunt idololatræ hodie sua idola, quę vocant patronos suos & nostras dominas.

tio [h] secundùm electionem gratuitam facta est.

6 [i] Quòd si per gratiam, [k] non jam ex operibus: alioquin gratia jam non est gratia. Sin ex operibus, jam non est gratia: alioquin opus jam non est opus.

7 Quid igitur? Quod requirit Israël, hoc non est adeptus: sed electi assequuti sunt, reliqui verò [l] occalluerunt,

8 [m] Sicut scriptum est, *Dedit eis Deus Spiritum [n] soporis: [o] oculos ut non cernant, & aures ut non audiant usque ad hodiernum diem.

9 Et David dicit, * [p] Fiat mensa eorum in laqueum, & tendiculam, & offendiculum, & talionem ipsis.

10 Obtenebrentur oculi eorum, ut non cernant: & tergum eorum semper incurva.

11 [q] *Num* igitur (inquam *ego*) impegerũt ut caderent? Absit. sed per eorum offensam salus *obtigit* Gentibus, ut eos ad æmulationem provocaret.

12 Quòd si eorum offensa est [r] opulentia mundi, & diminutio eorum opulentia Gentium: quanto magis [s] plenitudo ipsorum?

13 [t] Nam (quod vobis dico Gentibus, quatenus ego quidem sum Apostolus Gentium) ministerium meum [v] illustro.

14 Ut *experiar* siquomodo ad æmulationem provocem consanguineos meos, & servem aliquos ex ipsis.

15 Nam si abjectio eorum est reconciliatio mundi, quæ *erit* assumtio, [x] nisi vita ex mortuis?

16 [y] Quòd si [z] primitiæ sanctæ, *sancta* etiam massa: &, si [a] radix sancta *est*, etiam rami.

17 * [b] Quòd si nonnulli rami defracti sunt, tu verò quum esses oleaster, insitus es [c] pro ipsis, & [d] particeps radicis ac pinguedinis oleæ factus es,

18 [e] Ne gloriare adversus ramos: quòd si gloriaris, non tu radicem portas, sed radix te.

19 Dices igitur, Defracti sunt rami ut ego insererer.

20 Benè: per incredulitatem defracti sunt, tu verò per fidem stas: ne effertor animo, [f] sed metue.

21 Nam si Deus [g] naturalibus ramis non pepercit, *vide* ne tibi quoque non parcat.

22 [h] Vide igitur [i] benignitatem ac

relictum est secũdùm electionem gratiæ.

6 Si autem secundùm gratiam, nequaquam ex operibus: [4] alioquin gratia non est gratia. si verò secundùm opera, nequaquam ex gratia, alioquin opus non est opus.

7 Quid igitur? Id quod quærebat Israjel, non invenit: electio autem invenit, reliquiæ verò eorum excæcatæ sunt in cordibus suis:

8 Sicut scriptum est, Dedit illis Deus spiritum commotionis, & oculos [5] quibus non discernant, & aures quæ non audiãt, usque [6] in diem hodiernum:

9 Et David rursus dicit, Sit mensa eorum coram ipsis in laqueum, & retributio eorum in offendiculum:

10 Obscurentur oculi eorum, ut non videant, & femur eorum omni tempore sit curvum.

11 Dico autem, numquid impegerunt ita ut corruerẽt? [7] Absit. sed per lapsum eorum [8] salus fuit Gentibus, [9] ad provocandum eos ad æmulationem.

12 Et si lapsus eorum fuit divitię mundo, & condemnatio eorum divitiæ Gentibus, quanto igitur magis plenitudo eorum?

13 Vobis autem dico Gentibus: ego qui sum Apostolus Gẽtium, ministerium meum glorifico.

14 Si fortè ad æmulationem provocem [10] filios carnis meæ, & [11] salvos faciam aliquos ex eis.

15 Si enim rejectio illorum, reconciliatio mundo fuit, quid igitur conversio eorum, nisi vita quæ est [12] a mortuis?

16 Si autem [13] primitiæ sanctæ, etiã massa: & si radix sancta est, etiam rami.

17 Et si ex ramis [14] amputati sunt, & tu qui oliva es sylvestris, insitus es in loca eorum, & factus es particeps radicis & pinguedinis ipsius oleæ.

18 Ne glorieris adversus ramos: quòd si glorieris, nequaquam tu portas ipsam radicem, sed ipsa radix portat te.

19 Jam autem dices, Quòd rami amputati sunt ut ego in locum eorum inserar.

20 [15] Benè, Hi, quia non crediderunt, amputati sunt: tu autem fide cõstitisti. Ne extollaris in mente tua, sed time.

21 Si enim Deus ramis illis, qui erant naturales, non pepercit, fortassis etiam tibi non parcet.

22 Vide igitur benignitatem & seve-

h Ad verbum, secundùm electionem gratiæ, non qua homines gratiam elegerũt, sed qua Deus ex gratia elegit.

i 8. Etiamsi nõ omnes electi sint, tamen q electi sunt, gratis se electos esse meminerint: qui verò gratiã pertinaciter repudiant, sibiipsis hoc imputent.

k Hoc versiculo corruit Iustitiariorũ omnis de omni genere operũ doctrina, qua docent opera causam esse justitiæ, aut causæ partem.

l Vide Marc. 3.15.

m 8. Non tamẽ accidit hæc induratio, nisi interveniente justo Dei decreto ac judicio, sed absq; culpa, quum ingratos sic puniat, omni sensu eis adempto, & duplicatis eorum tenebris, ut oblata Dei beneficia cedant justo eorum exitio.

*Esa. 29.10. & 6.9. Mat.13.14. Joh.12.40. Act.28.26.

n Altissimũ veternũ, quod omnẽ sensum adimat.

o Oculos ad non videndum, id est, ad videndum ineptos.

*Psal.69.22.

p Sicut infœlices aves eo ipso illiciuntur ad mortem, unde vitam petunt, sic Judęis in mortem cederet illud unum ex quo vitam captabant, nimirùm lex Dei, cujus præpostero zelo Evangelium repudiabant.

q 8. Istam gentis Judæorum rejectionem Dominus subordinavit, ut occasionem vocationis Gentium præberet, & hanc rursus vocationem Gentium converteret in occasionem restitutionis Judæorum, ut videlicet accensi Gentium æmulatione tandem & ipsi Evangelium amplectantur. Hinc autem discendum est non minùs subservire Dei gloriæ severitatem ipsius, quàm misericordiam, atque adeò per ipsam severitatem Deum sibi ad misericordiam aditum Invenire: vt temerè non debeamus de quoquam desperare, nec aliis insultare, sed eos potiùs ad sanctam æmulationem provocare, ut Deus in illis quoque glorificetur.

4 Syrè, Et si non: & sic paulò post, ut suprà 3.6.

5 Syr. In quibus, cum præpositione instrumentali.

6 Syrè, In diẽ diei hujus.

7 Syrè, Parce,

8 Syrè, vita.

9 i. Ut ad æmulationem provocarẽtur.

10 i. Gentiles meos Israëlitas. Hebraism.

11 Syr. Vivificem. Hebr.

12 Syr. De inter mortuos. Hebr.

13 Alludit ad primitias novę conspersionis quæ singulis annis offerendæ erant, ut in totũ annum sanctæ essent. Vide Num.15.10.

14 Syr. Amputatum est. Impersonale.

15 Vel, Probè. 7. proximè autem precedẽte membro vox *quod* ὅτι ex Hebręorum & Orientaliũ populorũ usu.

r Opulentiæ nomine intelligit Evangelii cognitionem in vitam æternam: Mundi autem, Gentes universas per totum orbem dispersas.

s Judæorum, nempè quum tota gens in communi ad Christum accedet.

t 8. Testatur se suo exemplo cæteris hac in re præire.

v Insigne & illustre reddo.

x Futurum erit, ut quum Judæi ad Evangelium accesserint, mundus quasi reviviscat.

y 8. Judæorum gens in genere ipso & ejus radice, id est Abrahamo, considerata sancta est, etiamsi plerique ejus rami sunt excisi. Itaque in judicandis fratribus non hærendum in eorum indignitate, ut semel eos omnes abdicatos esse censeamus. sed consideranda federis radix, & retro potiùs ad eorum majores fideles progrediendum, ut in illorum posteris aliquibus (quod & ipsi in nobis experiemur) benedictionem federis sciamus residere.

z Alludit ad illorum panum primitias, quorum oblatione tota frugum massa sanctificabatur, quibus in reliquum annum poterant bona cum conscientia uti.

a Abraham.

*Ierem.11.16.

b 8. Nulla causa est cur Gentes misericordiam consequutæ Judæis gratiæ contemtoribus insultent, quum ipsis Judæorum majoribus sint insitæ. Videant potiùs ne quod in Judæis meritò condemnavit Dominus, in ipsis quoque inveniatur. Est autem hinc quoque generalis doctrina elicienda, nobis esse studendum Dei gloriæ, etiam proximorum respectu, nedum ut de eo quòd aliis singulari quadam gratia prælati simus gloriemur.

c In ramorum defractorum loco.

d Contra communem agriculturæ rationem accidit, ut stolonis sterilis succus mutetur arboris generosæ succo.

e Gloriari quidem licet in Domino, sed non ita ut despiciamus Judæos: quos potiùs decet ad præclaram illam æmulationem provocare.

f Modestè ac solicitè Deum reverere.

g Naturales vocat, non quibus a natura inesset ulla sanctitas, sed qui ex iis erant nati, quos Dominus gratuito federe a reliquis Gentibus sibi segregârat.

h 8. Quum res ipsa ostendat hæreditariam non esse electionem (quamvis quo minùs perpetua sit Dei benedictio, culpa sit in hominibus, non in Deo) videndum etiam atque etiam ne quod in aliis culpamus, in nobis inveniatur. Nam firma quidem est electio, sed verè electi & insiti non superbiunt in sese, vel cum aliorum contemtu; sed cum Dei reverentia & amore proximi, ad metam sibi propositam cursum

i Facilem ac lenem animum.

ritatem

ritatem Dei: contra eos qui ceciderunt, severitatem: erga te autem benignitatem, si permanseris in ipsa benignitate: [16] alioquin etiam tu amputaberis.

[16] Syr. Si non.

23 Et illi, si non permanserint in defectu fidei suæ, etiam [17] ipsi inserentur. potens est enim Deus ut iterum inserat eos.

[17] Pleonasmus Hebræus relativorum.

24 Si enim tu qui ex oliva sylvestri, (quę est secundùm naturam tuam) amputatus fuisti, & prętęr naturam tuam insertus es in oleam bonam, quantò igitur magis hi, si inseruntur in oleam [18] naturæ suæ?

[18] Subaudi, Coalescent. F. nam Græcum verbum interpres sumit metaphoricè ἐγκεντρισθήσονται inserentur, id est, insiti coalescent, vel si inserantur coalescent.

25 Volo autem ut sciatis, fratres mei, mysterium hoc (ut non sitis sapientes [19] in cogitatione animæ vestræ) quòd cæcitas cordis ex [20] parte aliqua facta fuit Israjeli, donec ingrediatur plenitudo Gẽtium.

[19] F. id est, opinione vestra: ut inf. 11. 16.

[20] Ad verb. Ex loco exiguo.

26 Et tunc universus Israjel [21] servabitur: sicut scriptum est, veniet ex Tzehion liberator, & avertet iniquitatem a Jaakub.

[21] Syrè. Vivet. Hebraismus.

27 Et tunc erit illis testamentum illud quod est ex me, quum remiser o eis peccata ipsorum.

28 Secundùm Evangelium autem inimici sunt propter vos, [22] & secundùm electionem dilecti sunt propter Patres.

[22] Et, pro At.

29 Non enim mutatur Deus in dono suo & in vocatione sua.

30 Quemadmodum enim vos quoque contumaces fuistis Deo ab initio, nunc autem gratiam cõsequuti estis propter cõtumaciam illorum:

31 Sic etiam illi contumaces sunt facti jam propter misericordiam quæ est erga vos, ut etiam ipsis fiat misericordia.

32 Conclusit enim Deus omnem hominem in contumacia, ut omnis hominis misereretur.

33 O profunditas divitiarum & sapientiæ & scientiæ Dei! cujus judicia nemo scrutatur, & cujus semitę sunt impervestigabiles.

34 Quis enim novit mentem Domini? aut quis fuit ei [23] consiliarius?

[23] Syr. Dominus cõsilii, vel auctor. Hebr.

35 Aut quis priùs dedit ei, & ita recipiat ab eo?

[24] i. Per eum, Hebraismus.

36 Propterea quòd omnia ab eo, & omnia in eo, & omnia per [24] manum ejus, [25] cui sunt laudes & benedictiones in secula seculorum. Ammin.

[25] i. Cui debentur laudes, &c. Hebraism. frequens.

præcisam severitatem Dei: in eos quidem qui ceciderunt, præcisam severitatem: in te verò benignitatem, si permanseris [k] in benignitate: alioquin & tu excidêris.

[k] In eâ conditione, ad quam benignitas Dei te evexit. Notandum autem hîc non agi de electione singulorum, quæ firma semper est, sed gentis universæ.

23 [l] Sed & illi, si non permanserint in infidelitate, inserentur: potens enim est Deus rursum eos inserere.

[l] a. Multi ad tempus tunc excisi, id est, extra radicem, qui suo tempore inserentur: multiquoque aliquatenus & in speciem insiti, qui tamen sua culpa posteà excidunturi, & penitùs abiicientur: quòd præsertim in nationibus ac populis considerandum est, ut in Gentibus & Judæis.

24 Etenim si tu ex [m] naturali exsectus es oleastro, & præter naturam insitus es in [n] veram oleam: quantò magis ii qui naturales sunt, inserentur propriæ oleæ?

[m] Naturam intellige, non qualis creata fuit, sed ut est in Adamo corrupta, & ab eo in posteros derivata.

[n] In Judæorum gentem quâ mera gratia Deus sanctificârat. loquitur autem de tota gente, non de singulis.

25 [o] Nolim enim vos ignorare, fratres, mysterium hoc, (ut ne sitis [p] apud vosmetipsos sapientes) obdurationem ex parte Israëli evenisse, [q] tantisperdum plenitudo Gentium [r] introierit.

[o] B. Judæorum excæcatio, nec ita est universalis, ut nullos in ea gente electos habeat Dominus: nec perpetua est futura: siquidem tempus erit quo & ipsi (sicut prædixerunt Prophetę) efficaciter amplectantur, quod nũc adeò pertinaciter magna ex parte repudiant.

[p] Nec intùs insolescatis.

26 Et ita totus Israël servabitur: sicut scriptum est, * Veniet ex Sion ille liberator, & avertet impietates a Jacob.

27 Et hoc *est* illis a me pactum, * Quum abstulero peccata ipsorum.

28 [s] Itaquè [t] quod ad Evangelium *attinet*, *sunt* inimici propter vos: [v] quod ad electionem autem, dilecti propter Patres.

29 [x] Nam dona illa & illa vocatio Dei ejusmodi sunt, ut eorum ipsum pœnitere non possit.

30 [y] Sicut enim & vos quondam inobedientes fuistis Deo, nunc autem estis misericordiam consequuti per istorum contumaciam:

31 Sic & isti nunc inobedientes fuerunt, ut per vestram misericordiam & ipsi misericordiam consequantur.

32 Conclusit enim Deus [z] omnes illos in inobedientiam, ut omnium illorum misereretur.

33 [a] O profundas divitias tum sapientiæ tum cognitionis Dei! quàm inscrutabilia sunt [b] ejus judicia, & ejus [c] vię impervestigabiles!

34 * [d] Quis enim cognovit mentem Domini? aut quis ei fuit a consilio?

35 Aut quis [e] prior dedit ei, & reddetur ei?

36 Nam ex eo, & per eum, & [f] in ipsum *sunt* omnia. ipsi *sit* gloria in secula, Amen.

[q] Donec: referetur enim ad tempus. [r] In Ecclesiam. * *Esa. 59. 20.* * *Esa. 27. 9.* [s] B. Iterùm, ut Judæos & Gentes in unum veluti corpus in Christo conjungat, ac præsertim doceat quod sic Gentium in Judæos officium, inculcat non penitùs & sine certa spe abjectam esse Judæorum gentem. [t] Quatenus evangelium non admittunt. [v] Quatenus Deus respicit non quid mereantur, sed quid Deus Abrahamo promiserit. [x] B. Probatio, quia fedus de vita æterna cum illa gente sancitum, non potest esse irritum. [y] B. Altera probatio, Quia quamvis indurati meritò puniantur, tamen non propriè ejus gentis odio accidit ista Judæorum pervicacia, sed ut veluti locus introducendis in Ecclesiam Gentibus pateret, & Judæi posteà misericordiæ Gentibus factæ æmulatione accensi, fierent & ipsi ejusdem beneficii participes, ac ita constaret & gentes & Judæos sola Dei gratia servari: quod non ita esset manifestum, si vel omnes simul in ecclesiam introduxisset Deus, vel Judæorum gentem absque ista velut interruptione servâsset. [z] Tum Judæos, tum Gentes. [a] B. Exclamat Apostolus, ista verè admirabili Dei sapientia perculsus quam etiam docet esse religiosè adorandam, non autem curiosè & profanè scrutandam ultra revelationis metas. [b] Ratio quam tenet in rebus universis & singulis administrandis. [c] Consiliorum & factorum ipsius rationes. * *Esa. 40. 13. Job. 41. 2. 1. Cor. 2. 16.* [d] B. Sacrilegam hominum audaciam triplici fræno coërcet: primùm quòd Deus sit sapientissimus, ac proinde absurdissimum sit ac planè impiũ, ex nostra stultitia eum metiri. Deinde quòd nulli sit debitor, ac proinde nemo de injuria sibi facta queri possit. Tertiò quòd ejus gloriæ causa omnia sint condita, ideóque omnia sint ad gloriam ejus a nobis referenda, nedum ut cum eo fas sit nobis contendere. [e] Evertitur hoc dicto prævisionis operum doctrina & omnis meriti. [f] Sub. Deum, cujus ad gloriam omnia referuntur, nec tantùm res creatæ, sed in primis nova ipsius opera quæ in electis suis edit.

CAPUT DUODECIMUM.

[1] *Parænetica tractat:* [2] *ad cultum Deo gratum:* [9] *ad dilectionem non simulatam,* [14. 20] *etiam inimicorum.*

PEto igitur a vobis, fratres mei, per misericordias Dei, ut sistatis corpora

ADhortor [a] [b] igitur vos, fratres, per miserationes Dei, [c] ut sistatis [d] cor-

[a] B. Quarta pars epistolæ, quæ absolutis Christianæ doctrinæ capitibus versatur in vitæ Christianæ præceptis explicandis. Primo autem loco generalia & fundamentalia præcepta tradit, quorum hoc est præcipuum, ut unusquisque sese totum spirituali Dei cultui consecret, ac veluti sacrificet, gratia Dei fretus. [b] Hac præfatione indicat finem ultimum humanarum actionum esse Dei gloriam. [c] Olim hostia sistebatur ad altare, hodie altare est ubique. [d] Vosipsos, Synecdoche, olim aliena, nunc nostra offerenda.

pora

pora vestra[e] hostiam vivam, sanctam, placentem Deo, [f] rationalem illum cultum vestrum:

2 [g] Et ne vos configurate seculo isti, sed transformate vos per renovationem [h] mentis vestræ, ad hoc *ut probetis quæ sit voluntas Dei, bona illa, placens ac perfecta.

3 [i] Enimverò per gratiam quæ mihi data est, [k] edico cuivis versanti inter vos [l] ne supra modum sapiat ultra quàm oportet sapere: sed sapiat [m] ad sobrietatē, *prout cuique Deus partitus est mensuram [n] fidei.

4 [o] Quemadmodum enim in uno corpore membra multa habemus, membra verò omnia eandem non habent actionem:

5 Ita multi unum corpus sumus in Christo, singulatim autem, alii aliorum membra.

6 * [p] Habentes autem diversa dona pro gratia quæ nobis data est, sive prophetiam, *prophetemus* pro [q] proportione fidei:

7 Sive ministerium, *versemur* in ministrando: tum [r] is qui docet, in docendo:

8 Tum [s] qui exhortatur, in exhortatione, *[t] qui distribuit, cū simplicitate: [v] qui præest, cum diligentia: [x] qui miseretur, cum hilaritate.

9 [y] Charitas *esto* minimè simulata. *Estote* * abhorrentes a malo, agglutinati bono.

10 * Fraterna charitate alii ad alios amandos propensi. Honore alii aliis præeuntes.

11 *Studio minimè ignavi. Spiritu ferventes. [z] Domino servientes.

12 [a] Spe gaudentes. In afflictione subsistentes. *In oratione perdurantes.

13 *[b] Usibus sanctorum [c] communicantes. Hospitalitatem sectantes.

14 * [d] Benedicite iis qui vos insectantur, benedicite, *inquam*, & ne imprecamini.

15 Gaudete cum gaudentibus, & flete cum flentibus.

16 Itidem alii in alios affecti. *Non elatè *de vobissipsis* sentientes, sed [e] humilibus obsecundantes. Ne [f] estote prudentes apud vosmetipsos.

17 *Nemini malum pro malo vicissim reddentes. Procurantes honesta in omiū hominum conspectu.

vestra victimam vivam & sanctam, & acceptam Deo per ministerium [1] rationale:

2 Et ne conformetis vos seculo huic, sed mutemini per renovationem mentiū vestrarum, & discernite quæ sit voluntas Dei, bona & accepta & perfecta.

3 Dico autem per gratiam quæ data est mihi, omnibus vobis, ne [2] cogitetis præterquam quod convenit ut cogitetis, sed cogitate [3] in sobrietate, unusquisque sicut partitus est ei Deus fidem in mensura.

4 Sicut enim in uno corpore membra multa sunt nobis, & omnibus membris nequaquam una actio est:

5 Sic etiam nos qui multi sumus, unum sumus corpus in Christo: [4] singuli autem ex nobis membra sumus [5] in vicē.

6 Sed sunt nobis dona diversa juxta gratiam quæ data est nobis. [6] Est cui prophetia, juxta mensuram fidei suæ:

7 Et est cui ministerium est, in ministerio suo: & est [7] qui doctor est, in doctrina sua.

8 Et est qui [8] exhortator est, in exhortatione sua: & qui largitur, in simplicitate, & [9] qui præest, in diligentia: & qui miseretur, in hilaritate.

9 [10] Et non sit fraudulenta dilectio vestra, sed sitis odio habentes mala, & adhærentes bonis.

10 Diligite fratres vestros, [11] & diligite unus alium. [12] Prævenientes honore afficite alius alium.

11 Estote soliciti, & non pigri. Estote ferventes Spiritu. Estote servientes Domino vestro.

12 Estote gaudentes in spe vestra. Estote tolerantes afflictiones vestras. Estote perseverantes in precatione.

13 Estote communicantes [13] necessitati sanctorum. Estote amantes hospites.

14 Benedicite persequentibus vos, benedicite, & ne maledixeritis.

15 Gaudete cum iis qui gaudent, & flete cum iis qui flent.

16 Et id quod cogitatis vos de vobisipsis, etiam de fratribus vestris *cogitate*: neque cogitetis cogitationes sublimes, sed adhærete iis qui sunt depressi: neque sitis sapientes [14] in cogitatione animæ vestræ.

17 Neque rependatis ulli malum pro malo: sed cura sit vobis ut faciatis bonum coram filiis hominum universis.

[e] Olim mortuam, nunc hostias Spiritu vitæ præditas.

[f] i. Spiritualem, ut explicat 1. Pet. 2. 5. Est enim tacita antithesis cultus in quo seipsum homo spiritualiter Deo consecrat, & veteris cultus in quo bruta cæteraque non modò rationis sed etiam sensus expertia carnalibus adhibitis ceremoniis Deo offerebantur.

[g] 8. Secundum præceptū est, ne pro vitæ regula, reliquorum hominū opiniones aut mores sumamus, sed huic seculo penitùs renunciātes, Dei nostri voluntatē, sicut est nobis in verbo ipsi patefacta, nobis pro scopo proponamus.

[h] Nullus itaque locus huic rationi, quam reginam tamquam in arce locat Philosophia, nec libero hominis arbitrio, quale fingunt Sophistæ, si mēs ipsa renovāda est. Vide Ephes. 1. 18. & 4. 17. & Col. 1. 21.

* *Ephes. 5. 17.* *1. Thes. 4. 1. 2.*

[i] 8. Tertio loco, monet etiam atque etiam, ut quisque & intra suę vocationis limites permaneat, & pro gratiæ suæ modulo sapiat.

[k] Præcipio.

[l] Ne sibi immodicè placeat, ut ii solēt qui sibi videntur plus sapere, quàm re vera sapiant.

[m] Sobrietas erit, si non nobis arrogamus quod non habemus, & si nō de eo quod accepimus, gloriemur.

* *1. Cor. 12. 11.* *Ephes. 4. 7.*

[n] Fidem appellat cognitionem Dei in Christo, cum donis quæ manant in fideles, per Spiritum sanctum.

[1] Vel Verbale. Videtur vocari verbale ministeriū, quia non, ut in veteri cultu, bruta sermonis expertia offerebantur, sed homo ipse ratione & sermone præditus seipsum Deo offert. Aut voluit Paraphrastes Græca ad verbum exprimere. Itaque ex Græcis petenda interpretationis ratio est. F. certè λογικὴν λατρείαν videtur Syrus, p sacrificiis labiorum, quæ sermone fiūt, accepisse, ac propterea ellipsin statuisse præpositionis κατὰ.

[2] Cogitandi verbum Syris & Hebręis idē valet quod Græcis διαλογίζεσθαι.

[3] Vel, Cum modestia.

[4] Syr. Unus unus. Hebraismus.

[5] Syr. Unius unius. Hebraismus.

[6] F. Syrè, Est cui est prophetia, secundùm proportionem fidei suę, nempe dico sapiat vel cogitet, ex ver. 3. q. d. observet donum, & pro ratione doni ad vocationem attendat, ministeriūmque suū, sic sequentia omnia. Nam quæ a vers. 3. intercedūt, ea sunt hyperbatica.

[7] id est, Qui singularem habet aptitudinē & dexteritatē in his munerib̄us exsequendis.

[8] F. Vel consolator est, in consolatione sua.

[9] Syrè, qui stat in capite.

[10] Vel, Portò.

[11] Exegeticè accipitur pro Id est.

[12] Syr. Prævenientes, *Antevertentes*, honore afficientes.

[13] F. vel, cum necessitate sanctorum, aut participantes necessitatem sanctorum. Estote amantes hospitum: atque hoc evidentius.

[14] F. Ut supr. 11. 25.

[o] 8. Ratio hujus præceptionis est duplex, una, quoniam Deus non cōmisit quævis quibusvis agenda, ac proinde præposterè agit, & nō modò inutiliter, sed etiam cum aliorum incommodo se & alios fatigat, qui vocationis fines præterit: altera, quòd ista vocationum & donorum diversitas & imparitas in nostrum commodum cedit, quum idcircò instituta sit ut alii aliis obstringantur: unde consequitur, neminem hoc ægrè ferre debere, quum privatorum cujusque donorum communis sit usus. * *1. Pet. 4. 10.*

[p] 8. Quod in genere dixerat, peculiariter sacris muneribus applicat, in quibus perituriū peccatur: Ea verò distribuit in duo genera, Prophetarū videlicet & Diaconorū: & rursus Prophetas, in doctores & in pastores dividit. Diaconos autē triplices facit. nēpè ærarii Ecclesiastici veluti quæstores, quos propriè vocant Diaconos: disciplinæ moderatores, qui seniores sive Presbyteri vocantur: & propiùs curandis ipsis pauperibus servientes, cujusmodi erat viduarum collegium.

[q] Ut quisque teneat revelationis suæ modum.

[r] Qui Scripturæ interpretationi tantùm vacat.

[s] Qui alibi Pastor dicitur.

* *Matth. 6. 2. 2. Corinth. 9. 7.*

[t] Sub. eleemosynas distribuat bona fide, & sine personarum respectu.

[v] Ecclesiæ senior.

[x] Qui curandis pauperibus vacant, hilares sint, ne mœrorem mœrori addant.

[y] 8. Jam ad secundæ tabulæ officia accedens; ex charitate velut omnium eorum fonte illa derivat. Charitatem autem Christianam definit sinceritate, malarum rerum odio, bonarum autem studio, eóque propenso, & colendi proximi avido, cujus denique ultimus finis sit Dei gloria.

* *Amos 5. 15.* * *Ephes. 4. 2. 1. Pet. 2. 17.* * *1. Pet. 1. 8.*

[z] Rectè hæc clausula addita, quæ distinguit officia Christiana ab officiis philosophicis.

[a] 8. Commemorat alias virtutes varias cum suis effectis conjunctas, nempe spem, æquanimitatem, patientiam, jugem invocationem, liberalitatem in sanctos, hospitalitatem, moderationem animi in juvandis etiam inimicis, sympathiam tum in prosperis tum in adversis rebus, modestiam, honestatis & concordiæ quoad ejus fieri potest cum quibusvis colendæ, ardentissimum studium, quod nullis etiam cujusquam injuriis extingui possit.

* *Luc. 18. 1.* * *1. Cor. 16. 1.*

[b] Non autem deliciis & supervacaneis officiis, ac usibus.

[c] Vera charitatis norma, quum aliorum incommodis, non minùs quàm nostris, afficimur, & ita affecti proximum pro viribus juvamus. * *Heb. 11. 2. 1. Pet. 4. 9. Mat. 5. 44.*

[d] Benè precamini. * *Proverb. 1. 7.* *Esa. 1. 21.*

[e] Nihil æquè scindit concordiam atque ambitio, quum quispiam humilia fastidit, sublimia ambitione sectatur.

[f] Ne prudentiæ opinione turgeatis. * *Prov. 20. 22. Matt. 5. 39. 1. Cor. 6. 7. 1. Pet. 3. 9.*

18 Et,

[15] Ad ver. Secundùm quod est ex vobis. Accedit ad hanc phrasin Gallica loquutio, *Quant est de vostre costé.*
[16] Ad ver. Facite.
[17] v. al. si judicium non fueris exsequutus tibiipsi, ego exsequar, &c. Videtur itaq; legisse Syrus μὴ δικάσας, aut etiam ἐὰν μὴ ἐκδικήσῃς, pro eo quod vulgò legitur, ἐμοὶ ἐκδίκησις, &c. mea est ultio.

18 Et, si possibile sit, [15] quod ad vos spectat, cum omni filio hominis pacem [16] colite.

19 Neque sitis ulciscentes vosipsos, dilecti mei: sed date locum iræ. Scriptum est enim, [17] ‡ judicando ne judicium facias tibiipsi: ego faciam iudicium tuum, ait Deus.

20 Et, si esurierit inimicus tuus, ciba eum: & si sitierit, da potum ei. & si hæc feceris ei, carbones ignis congeres super verticem ejus.

21 Ne vincat vos malum, sed vincite malum bono.

18 * Si fieri potest, quantum in vobis est, cum omnibus hominibus in pace viventes. *Hebr. 12. 14.

19 *Non ipsi vosmet ulciscentes, dilecti: sed date locum iræ. scriptum est enim, *Meum est ulcisci: ego rependam, dicit Dominus. *Eccl. 28. 1. Matt. 5. 39. *Deut. 32. 35. Hebr. 10. 30.

20 *Itaque si esurit inimicus tuus, ciba eum: si sitit, da ei potum. hoc enim si feceris, [g] carbones ignis coacervabis in caput ejus. *Prov. 25. 22.

21 Ne vincitor a malo, sed vince bono malum.

[g] Sic Solomon ænigmaticè iram Dei alicui imminentem depingit.

CAPUT DECIMUMTERTIUM.

[2] Vult ut subdamur magistratibus, [8] proximos diligamus, [11] vivamus justè, [14] & Christum induamus.

[1] Hebr. i. potestatibus dominantibus. Utitur pluralibus, ut sit doctrina generalis.
[2] i. Qui igitur resistit potestati.
[3] i. Deo resistit.
[4] i. Resistunt eis.
[5] Heb. i. pœnâ.

OMnis anima [1] potestatibus dominatus subdita sit. Non enim est potestas quæ non a Deo sit: & quæ potestates sunt, a Deo sunt constitutæ.

2 [2] Qui insurgit igitur adversus potestatem, [3] adversus constitutionem Dei insurgit, & [4] hi qui insurgunt adversus eas, [5] judicium accipient:

3 ‡ Judices enim non sunt terrori operibus bonis, sed malis. Vis igitur non timere a potestate? fac bonum, & laus erit tibi ab ea.

4 Minister enim est Dei: sed tibi ad bona. [6] & si malum facias time. Nequaquam enim frustrà accinctus est gladio: minister enim est Dei, & [7] vindex iræ illis qui faciunt mala.

5 Et propter hoc [8] necesse est nobis ut subjecti simus, non propter iram tantùm, sed etiam propter conscientiam nostram.

6 Propter hoc etiam [9] argentum capitationis datis vos: ministri enim sunt Dei, [10] in hæc ipsa incumbentes.

7 Reddite igitur unicuique prout debetur ei: cui argentum capitationis, argentũ capitationis: & cui tributum, tributũ: & cui timor, timorẽ: & cui honor, honorẽ.

8 Et nemini quicquam debeatis [11] quàm ut alter alterum diligat. Qui enim diligit socium suum, Legem implevit.

9 Nam etiam illud quod dicit, Non occides, &, Non mœchaberis, &, Non furaberis, [12] &, Non concupisces, & si sit mandatum aliud, in hoc sermone completur, Diliges proximum tuum sicut teipsum.

10 Dilectio erga proximum suum, malum non operatur: quia dilectio expletio est Legis.

11 Et etiam hoc scitote, quòd tempus

[6] Et, pro At.
[7] Exsequutor iræ, i. Vindicte. Hebraisin.
[8] Syrè, constrictio est nobis.
[9] Syr. Argentum, i. *Tributum*, capitis.
[10] Ad verb. super hæc ipsa stantes, i. Qui præfecti sunt custodes legũ & publici status, torique in hoc incũbunt, ut jure inde victum petat, & quæcumq; necessaria sunt ad tam difficilis muneris administrationem.
[11] Syrè, nisi quòd alter, &c.
[12] Dum Syrus interpres hæc ad Mosis ordinem exigit, nonum decalogi præceptum, quod in Paulo est, prætermittit.

OMnis * [a] [b] anima [c] potestatibus supereminentibus subjecta esto. [d] nõ enim est potestas nisi a Deo: & quæ sunt potestates, sunt a Deo [e] ordinatæ. *Sap. 6. 3. Tit. 3. 1. 1. Pet. 2. 13.

2 Itaque quisquis obsistit potestati, Dei ordinationi obsistit: qui autem obsistunt, ipsi sibi condemnationem auferent.

3 [f] Nam magistratus non sunt metui bonis operibus, sed malis: [g] Vis autem non metuere potestatem? quod bonum est facito, & laudem ab ipsa obtinebis.

4 Dei enim minister est tuo bono. [h] Quòd si feceris quod malum est, metue: non enim frustra gladium gerit. nam Dei minister est, [i] vindex ad iram ei qui quod malum est fecerit.

5 [k] Quapropter necesse est subjici, non solùm propter iram, [l] sed etiam propter conscientiam.

6 [m] Propter hoc enim etiam tributa solvitis: siquidem ministri Dei sunt in hoc ipsum incumbentes.

7 * Reddite igitur omnibus quod debetis, cui tributum *debetur*, tributum: cui vectigal, vectigal: cui [n] timor, timorem: cui [o] honor, honorem.

8 [p] Nemini quicquam debete, nisi *hoc*, ut alii alios diligatis. [q] nam qui diligit alterum, [r] Legem implevit.

9 Siquidem illud, * Non mœchaberis, Non occides, Non furaberis, Non falsum testimonium dices, Non concupisces: & si quod aliud *est* præceptum, in hoc sermone [s] summatim comprehenditur: nempe, * Diliges proximum tuum sicut teipsum.

10 Charitas proximum non afficit malo. Itaque * charitas est completio Legis.

11 [t] Idq; , perspecta opportunitate,

[a] B. Jam seorsim ostendit quid subjecti debeãt suis magistratibus, obedientiam videlicet: quæ declarat nemi nem esse liberum, & ita quidem ut nõ tantùm ipsi summo magistratui, sed etiã infimis quibusvis magistratibus potestate fungentibus debeatur. *Sap. 6. 3. Tit. 3. 1. 1. Pet. 2. 13.
[b] Etiamsi Apostolus, etiãsi Evangelista, etiamsi Prophe ta, Chrysostomus. Papæ itaque tyrannis in omnia regna, evertitur.
[c] B. Argumentum ab ipsa rei natura. Quorsum enim in superiore gradu sunt collocati, nisi ut inferiores eis subjiciantur?
[d] B. Aliud maximi ponderis argumentum. Quoniam hujus ordinis auctor est Deus, ut qui sunt rebelles sciant sese cum Deo ipso bellũ gerere, unde fieri non potest quin maximas calamitates sibi accersant.
[e] Distributæ, aliæ enim sunt majores, aliæ minores.
[f] B. Tertium argumentum ab utilissimo fine, Quod

hac ratione Deus bonos conservet, malos coërceat: qua sententia ipsi quoque magistratus admonentur quid subjectis debeant. [g] B. Optima ratio ferendi jugi istius, non modò sine molestia, sed etiam maximo cum fructu. [h] B. Deus gladio etiam ultore magistratum armavit. [i] Per quem Deus ulciscitur malos. [k] B. Conclusio, parendum esse magistratui, non modò pœnæ metu, sed multo magis quia, etiamsi magistratus in conscientiam jus non haber, tamen quum Dei sit minister, bona conscientia ei resisti non potest. [l] Usque ad aras: nam iniqua præcipienti respondendum est illud Petri, Præstat Deo obedire quàm hominibus. [m] B. Enumerat præcipua in quibus posita est subjectorum obedientia. * Matt. 22. 21.
[n] Obedientiam, eámque ex animo proficiscentem. [o] Reverentiam, quam magistratui habere par est. [p] B. Ostendit quomodo futurum sit, ut quàm pauciffima judicia exerceantur, nempe si vitam ita instituamus, ut nemo quicquam meritò possit a nobis flagitare, præter id unum quod ex charitatis lege alii aliis perpetua quadam obligatione debemus. [q] B. Commendat charitatem ut Legis epitomen. [r] Non unicum aliquod præceptũ obiit: sed in genere præstitit quod Lex jubet. * Exo. 20. 14. Deu. 5. 18. [s] Tota siquidem Lex nihil aliud quàm amorẽ Dei & proximi præcipit. Sed quum Paulus hoc loco de mutuis hominum officiis differat, Legis vocabulum restringendum est ad secundam tabulam. * Lev. 19. 18. Mat. 22. 39. Mar. 12. 31. * Gal. 5. 14. Jacob. 2. 8. 1. Tim. 1. 5. [t] B. Amplificatio a circumstantia temporis, quod & ipsum nos per se officii admoneat: quum tenebris ignorantiæ & pravarum cupiditatũ divinæ veritatis cognitione depulsis, superfit ut vitam ad certam illam omnis justitiæ & honestatis normã virtute Spiritus Christi freti, exigamus.

quod

quòd *videlicet* tempus jam *sit* nostri a somno expergefiendi. Nunc enim propiùs nos est salus, quàm quum credidimus.

12 Nox processit, [v] dies autem propinquat. Abjiciamus igitur [x] opera tenebrarum, & induamur habitu qui luci conveniat.

13 Ut interdiu, compositè ambulemus: * non *in* comessationibus & ebrietatibus, non cubilibus ac lasciviis, non lite & invidia.

14 * Sed [y] induimini Domino Jesu Christo, & carnis curam ne habete ad *explendas* cupiditates.

est, & hora est deinceps ut excitemur a somno nostro. Nunc enim magis appropinquavit nobis [13] salus nostra quàm quum credidimus.

12 Nox de cætero præteriit, & dies appropinquavit. Missa faciamus igitur a nobis opera tenebrarum, & induamus arma lucis.

13 Et tamquam in die, [14] modestè ambulemus, [15] non in musica, neque in ebrietate, neque [16] in cubili immundo, neque in invidia & contentione.

14 Sed induite ipsum Dominum nostrum Jeschua Christum: & ne curam habeatis carnis vestræ ad concupiscentias.

[v] Alibi dicimur in luce versari, sed ita ut nondum apparuerit quod sumus: adhuc enim videmus ut in crepusculo.

[x] Eam vitam quam agunt qui lucem fugiunt.

* *Luc. 21. 34.*

* *Gal. 5. 16.*

1. Pet. 2. 11.

[y] Indui Christo, est in possessionem Christi mitti, ita ut ille sit in nobis, & nos in illo.

[13] Ad ver. Vita. Hebraismus jã sæpè observatus.

[14] Syr. cũ modestia.

[15] Videtur intelligere illa profusa convivia, de quibus legitur Amos 6. & Isa. 5. quę præter exquisitos cibos cõjũctam etiam habebãt musicam & omne deliciarum genus, Synecdochicùs: itaque totum conviviorum luxum sub una parte comprehendit.

[16] Syrè, in dormitorio immundo.

CAPUT DECIMUMQUARTUM.

[1] *Commendat eos qui fide sunt infirma,* [15] *ne vitio nostro scandalizentur:* [16] *Et illis è diverso imperat ut non temerè firmiores judicent:* [19] *ut intra ædificationis,* [20] *& charitatis terminos,* [22] *Christiana libertas consistat.*

[a] 1 Jam tractat quomodo in rebus mediis nos gerere deceat cũ fratribus, non malitia, nec damnanda superstitione, sed beneficii Christi ignorantia, in earum rerũ usu peccantibus. Docet autem eos leniter & patienter erudiẽdos, & ita quidem ut eorum ignorantię in ejusmodi quidem rebus accommodare nos oporteat, ex charitatis lege.

[b] Ne medię & indifferentis rei causa defugiatis ejus cõsortium, sed eum adjungite vobis.

[c] Ut discedat multo incertior quã venerit, aut perturbata conscientia resiliat.

[d] 1. Proponit pro exemplo discrimen ciborum quod nonnulli ut in Lege præscriptum (quam abrogatam esse nesciebant) penitùs observandum putabant, quum è contrario qui in Evangelii cognitione profecerant, abolitam esse istam Legis pædagogiam rectè censerent.

EUm [a] verò qui fide est infirmus, [b] assumite, non *tamen* ad [c] altercationes disceptationum.

2 [d] Alius quidẽ [e] credit edi licere quidvis: alius autem *fide* infirmus edit olera.

3 [f] Qui edit, non edentem ne pro nihilo habeto, & qui non edit, edentem ne condemnato. [g] Deus enim eum assumsit.

4 [h] Tu quis es qui condemnas alienum famulum? proprio Domino perstat aut cadit, stabilietur autem: potest enim Deus eum stabilire.

5 [i] Alius quidem æstimat diem præ die, alius autem *peræquè* æstimat quemvis diẽ. [k] [l] Unusquisque in animo suo plenè certus esto.

6 [m] Qui [n] curat diem, [o] Domino curat: & qui non curat diem, Domino non curat. [p] Qui edit, Domino edit: [q] gratias enim agit Deo: & [r] qui non edit, Domino non edit, & gratias agit Deo.

7 [s] Nullus enim nostrũm [t] sibiipsi vivit, & nullus sibiipsi moritur.

8 Nam sive vivimus, Domino vivimus: sive morimur, Domino morimur. Sive igitur vivamus, sive moriamur, Domini sumus.

EI autem qui infirmatur in fide, porrigite manum, & ne sitis divisi in cogitationibus vestris.

2 Est enim [1] qui credit quòd omnia comedamus, [2] & qui infirmus est *fide*, olus comedit.

3 Qui autem comedit, eum qui non comedit ne despiciat: & is qui nõ comedit, eum qui comedit non judicet. Deus enim assumsit eum.

4 Tu quis es qui judicas servum qui non est tuus? Quòd si stat, Domino suo stat: & si cadit, Domino suo cadit. [3] Utique autem ille stat: [4] facultas enim est in manibus Domini ejus ut stabiliat eum.

5 Est qui dijudicat diem præ die, & est qui dijudicat omnes dies. Unusquisq; autẽ in cognitione animæ suæ [5] certus esto.

6 [6] Qui cogitat de die, Domino suo cogitat: & quisquis non cogitat de die, Domino suo non cogitat: & qui comedit, Domino suo comedit, & Deo gratias agit: & qui non comedit, Domino suo non comedit, & gratias agit Deo.

7 Nemo enim est ex nobis, qui sibiipsi vivat: & nemo est qui sibiipsi moriatur.

8 Nam sive vivamus, Domino ipsi nostro vivimus: sive moriamur, Domino ipsi nostro morimur. Sive vivamus, sive moriamur, Domini nostri sumus.

[1] 1. Nobis vesci liceat quibusvis, ut Genes. 3. 3. De fructu arboris horti comedemus, i. Comedere licet. Ea enim est futuri verbi vis, apud Hebręos, Chaldæos, & Syros, ut modi potentialis vim habeat.

[2] Et, pro At.

[3] Ad ver. Stãdo autem stat. Geminatur verbum ad majorem certitudinem. Est autem præsens pro futuro, Stabit.

[4] Syrè, Propè adest in manibus ejus.

[5] Vel, Confirmetur.

[6] Ad ver. Qui cogitat diei, ut subaudiri oporteat Circumstantias. Cogitare autẽ circumstãtias diei, idem est quod antea dixit, Diem præ die dijudicare.

[e] Novit ex fide. [f] 3. In hujusmodi facto, inquit Apostolus, neque qui libertatem suam norunt, fratrem ignorantem arroganter despiciant, neque indocti morosè condemnent quod non intelligunt. [g] 3. Prima ratio, quia quum & qui edit & qui non edit, sit nihilominus Christi membrum, nec contemni qui non edit, nec condemnari qui edit, meritò potest. Explicatur autem antecedens, vers. 6. [h] 3. Alia ratio a superiore dependens, cur rudes a peritioribus non debeant, ut extra spem salutis positi, damnari. Quia, inquit Apostolus, qui hodiè rudis est, cras potest pleniore cognitione donari, ut & ipse firmus consistat. Itaque Dei est non hominis sententiam illam damnatoriam ferre. [i] 3. Aliud exemplum legalis discriminis dictum. [k] 3. Opponit isti contemtui & præcipitibus judiciis assiduum proficiendi studium, ut firmis de sua libertate benè constet, quænam sit videlicet. & cujusmodi usus: & vicissim infirmi quotidiè proficiant, ne vel illi abutantur Dei dono, vel isti in sua infirmitate sibi placeant. [l] Unusquisque apud se, id est, in conscientia sua dicere possit, se nosse, ac sibi persuasum esse per Dominum Jesum, nihil esse per se impurum. illa autem persuasio inniti debet verbo Dei.

[m] 3. Ratio petita ab ipsa rerum mediarum natura, quas bona conscientia & facere possit aliquis, & aliquis rursus non facere. Quum enim & dierum & ciborum discrimen a Deo statutum esset, qui Legis abrogationem nondum intelligebant, & tamen alioqui Christum ut Servatorem agnoscebant, quomodo potuissent bona conscientia negligere, quod a Deo præceptum sciebant? Contrà verò, qui Christi beneficium hac etiam in parte norant, bona conscientia nec dies nec cibos curabant. Itaque (dicet Apostolus vers. 10.) firmi infirmos ob res istas ne damnate, quum infirmi fratres nihilominus sint fratres. Jam verò si quis hanc doctrinam ad nostra hæc tempora trahere velit, sciat de rebus mediis agi, & quidem ejusmodi, ut qui eas non arbitrabantur medias, fundamentum haberent in Lege, & simplici ignorantia, non autem malitiosa, (illis enim ne ad tempus quidem cessit Apostolus) nec superstitione, sed religioso Dei metu hallucinarentur. [n] Peculiari quadam ratione observat. [o] Domini est judicium recténe faciat an secus: Itaque cur non potiùs laboratis de eo, ut quisque se Deo approbet, quàm ut aliena curetis?

[p] Qui nullum facit ciborum discrimen. [q] 3. Ita significat Apostolus sese de infidelibus tum infirmis tum firmis agere. Quid si verò cum infidelibus nobis sit negotium? nempè hic nobis cavenda sunt duo, sicut in epistol. ad Corinth. explicatur: unum, ne superstitiones eorum inter res medias numeremus, ut qui in idolio accumbebant: alterum ne tum quoque quum res est media (ut idolothytum in macello emere, & domi aut in priuato convivio edere) fratrum infirmorum conscientiam vulneremus. [r] Cibos immundos. [s] 3. Non hærendum, inquit, in ipso cibo, sed in usu cibi, ut demum verè possit reprehendi qui sic vivit, ut in Deum non respiciat. Illi enim & vita & mors nostra consecrata est, & idcircò mortuus est propriè Christus, non autem simpliciter, ut vescamur aut non vescamur hoc vel illo cibo. [t] Se unum respicit, quod Hebræi dicunt, Benefacit animæ suæ.

9 Propter hoc etiam Christus mortuus est, & revixit, ac resurrexit, vt ipse esset Dominus mortuis & viventibus.

10 Tu verò cur judicas fratrẽ tuum? aut etiam tu ad quid despicis fratrem tuum? Omnes enim nos futurũ est vt stemus ante tribunal Christi.

11 Sicut scriptum est, Vivo ego, dicit Dominus: mihi incurvabit se omne genu, & mihi confitebitur omnis lingua.

12 Ergo quisque nostrûm rationem [7] pro seipso reddet Deo.

13 [8] Ne deinceps judicemus alter alterũ: sed hoc judicate potiùs, ut offendiculum [9] fratri tuo non ponas.

14 Novi enim, & persuasus sum per Dominum Jeschua, quòd nihil quicquam cõtaminatum ex se est [10] nisi ei qui cogitat de re aliqua, quòd polluta sit, ei *res* illa tantũ polluta est.

15 Si autem propter cibum contristas fratrem tuum, nequaquã in charitate ambulas. Ne perdas per cibum tuum, illum cujus causa mortuus est Christus:

16 Et ne blasphemetur bonum nostrum.

17 Regnum enim Dei nõ est cibus & potus, sed justitia & pax, & gaudiũ in Spiritu sancto.

18 Qui enim in his servit Christo, placet Deo, & coram filiis hominis est probatus.

19 [11] Jam [12] sectemur pacem & ædificationem vniuscujusque.

20 Et ne propter cibum dissolvamus opera Dei. unaquæque enim res pura est, sed malum est homini qui cum offendiculo comedit.

21 Bonum est vt non comedamus carnem, neq; bibamus vinum, nec [13] quicquã per quod offenditur frater noster.

22 Tu in quo est fides, apud te ipsum retine eam coram Deo. Beatus is qui [14] non judicat seipsum in eo quod discernit.

23 Qui enim [15] divisus est, & comedit, condemnat sese: quia non *comedit* in fide. Quicquid enim non ex fide, peccatum est.

9 Ad hoc enim Christus & mortuus est & resurrexit, & revixit, ut & mortuis & viventibus dominetur.

10 [v]*Tu verò cur cõdemnas fratrẽ tuũ? aut etiam tu cur pro nihilo habes fratrem tuũ? Omnes enim sistemur apud tribunal Christi.

11 Scriptum est enim,* [x] Viuo ego, dicit Dominus, Certè mihi *sese* flectet omne genu, & omnis lingua [y] palàm agnoscet Deũ.

12 Nempe ergo unusquisq; nostrûm de seipso rationem reddet Deo.

13 [z] Ne ampliùs igitur alij alios judicemus: [a] sed hìc potiùs adhibete judicium, ut ne fratri proponatis quidpiã ad quod impingat vel offendat.

14 [b] Novi, & persuasum habeo per [c] Dominum Jesum, nihil esse [d] impurum [e] per se: sed ei qui reputat aliquid esse impurum, *id* ei impurum *esse*.

15 Verùm si propter escam frater tuus tristitia afficitur, non jam secundùm charitatem ambulas. *[f] Ne esca tua illum perdito pro [g] quo Christus mortuus est.

16 [h] Ne vestrum igitur bonum [i] blasphemator.

17 [k] Non enim est regnum Dei esca & potus, sed justitia, & pax, & gaudium per Spiritum sanctum.

18 Nam qui [l] per hæc servit Christo, placet Deo, & probatus est hominibus.

19 [m] Nempe igitur quæ ad pacem faciũt sectemur, & quæ ad mutuã ædificationem.

20 Ne cibi causa destrue opus Dei. *omnia quidem munda: sed malum *est* homini qui edens impingit.

21 *Bonum *est* non edere carnes, neque bibere vinum, neq; *quicquam facere* in quo frater tuus impingit, vel offenditur, vel infirmus est.

22 [n] [o] Tu fidem habes: apud temetipsum habe in conspectu Dei. Beatus qui non cõdemnat seipsum in *eo* [p] quod approbat.

23 Qui verò [q] dubitat, si ederit condemnatus est, quoniam nõ *edit* ex fide. quicquid verò ex fide non est, peccatum est.

[7] Pro anima sua. Hebraisf.

[8] F. alii, Ne igitur judicemus, &c.

[9] Mutatio numeri. Sic r. solvito, ne quis vestrûm fratri suo, &c. i. q. d. tu & tu, quisquis es. Syllepsis Hebraica. Judicare autẽ hoc in loco est judicio uti, vel certo judicio ad res suas & vitæ modũ attendere, atq; statuere: ut 1. Cor. 2. 2. & 7. 37. & alibi passim.

[10] F. vel sed ei qui cogitat, &c. ac ita propriè Syrus.

[11] Id est Itaq; ut paulò antè annotavimus frequenter fieri in Hebræa, Chaldæa, & Syra lingua.

[12] Ad verbum, Post pacẽ curramus, & post ædificationem unius unius, id est, cujusque. Hebraismus.

[13] F. supple, faciamus. Ellipsis est analogica. de qua in Mat. 1. 6.

[14] Id est, Non condemnat.

[15] Id est, Qui anceps & dubius est.

[v] B. Conclusio, relinquendum esse jus suũ Domino, ac proinde in rebus quæ prout cõscientia affecta est, vel bonæ vel malæ sunt, non esse infirmos fratres à firmis despiciẽdos, nedũ damnandos. Nõ valeret autem æquè hæc cõsequutio in altero membro, nempe ne infirmi firmos judicent: quoniam infirmis non est perspectum, eos qui diem non curant, & edunt, Domino non curare, & Domino edere, sicut firmis notũ esse potest. Infirmos eos qui diem curãt & non vescuntur, Domino diẽ curare, & Domino non vesci.

*2. Cor. 5. 10

* Esa. 45. 23

Phil. 2. 10.

[x] Jurisjurandi formula Deo peculiaris, qui unus verè sua vi ac potestate exsistat.

[y] Me agnoscet pro Deo.

[z] B. Ubi quid nõ faciendum sit conclusit, quid faciendũ sit ostendit, nẽpe cavendũ ne fratrem nondũ firmum, præpostero usu libertatis nostrę prorsus evertamus.

[a] Obliquè malignos istos cẽsores perstringit qui huc cõferunt totum suum acumen, ut aliquid carpendum inveniant in fratrum vita, quum potiùs omne rationis judicium huc conferre oportuerit, ne suo neglectu fratres suos vel præcipitent, vel in aliquod offendiculum impellant. [b] B. Occupatio, verum quidem esse, abrogatam esse illam pædagogiam Legis beneficio Christi, iis qui hoc norunt, sed nihilominus oportere in hujus libertatis usu considerare quid expediat, ut fratri infirmo consulatur, quum idcirco non amittatur libertas. [c] Spiritu Domini Jesu, vel per Dominum Jesum, quem nouo adventu suo maceriam diruisse. [d] Ad verb. commune. Vide Mat. 15. 11.

[e] Natura. *1. Cor. 8. 11. [f] A comparatis. Crudelis est animi pluris facere escam, quàm fratris salutem, quod illi faciunt, qui cum cujusquam fratris offendiculo sustinent vesci; & ita ei præbent resiliendi ab Evangelio occasionem. [g] B. Aliud argumentum, Christi exemplum sequi nos oportet: ille verò nedum ut propter escam infirmos perderet, pro iis vitam ipsam profudit. [h] B. Aliud argumentum, Quia sic detrahitur de Evangelica libertate, quasi ad quidvis audendum aditum aperiat. [i] Malè audiat. [k] B. Ratio generalis, & cæterorum argumentorum fundamentum, Regnum Dei non esse in his rebus externis positum, sed in justitiæ & pacis studio, & Spiritus consolatione. [l] Qui pacem ac justitiam tranquillè colit per Spiritum sanctum.

[m] B. Conclusio universalis, usum istius libertatis, atq; adeò totam vitam nostram, ad mutuam ædificationem referri oportere, adeò quidem ut quod per se purum est & licitum, tamen propter offendiculum fratris illicitum censeatur. * Tit. 1. 15. ** 1. Cor. 8. 11. [n] B. Duplicem in his rebus cautionem addit: unam ad firmos spectantem; ut qui certam notitiam hujus libertatis adeptus est, thesaurum illum conservet, quo videlicet prudenter & utiliter ita uti discitum est utatur: alteram, quæ infirmos respicit, ne temerè, solo aliorum exemplo incitati, titubante cõhscientia quicquam agant, quoniam sine peccato fieri non potest, quod ex Dei verbo non persuasi simus ipsi probari. [o] Quid nomine fidei intelligat exposuit suprà ℣. decimoquatto, nempe, certum esse ac secutum libertatis Christianæ in rebus indifferentibus. [p] Quod amplectitur. [q] Secum disceptat.

CAPUT DECIMUMQUINTUM.

[1] Fortiores robur suum conferant ad confirmandos infirmos, [5] Christi exemplo, [7] qui se communicavit, [8] non modò Judæis, [10] sed etiam Gentibus. [15] Scriptionis hujus Epistolæ ratio redditur.

DEbitores igitur sumus nos robusti ut infirmitatem imbecillium sustineamus, & non nobisipsis placeamus:

2 Sed quisque ex nobis proximo suo placeat in bonis *rebus* [1] ut ad ædifica-

DEbemus [a] autem nos, qui firmi *sumus*, infirmitates imbecillorum portare, ac [b] non indulgere nobisipsis.

2 *Itaque* unusquisque nostrûm proximo placeat [c] in bonum, *id est*, ad *ejus* ædifica-

[1] In Syro impresso textu est דלבני כשא. Filii hominis. sed apparet fuisse erratum à typographo propter affinitatem vocum דלבני כשא & דלבנינא, & in manuscripto Heidelbergẽsi erat דלבנינא, sicut nos restituimus. Sensus est. Ut par est ad ædificationẽ.

[a] B. Jam disserit generaliter Apostolus de imbecillis omnino tolerandis, quatenus tamẽ eorum bono id fieri potest.

[b] Aliis spretis. [c] Ipsius bono ac commodo.

tionem.

tionem.

3 [d] Etenim Christus non placuit sibiipsi, sed, sicut scriptum est: * Convicia eorum qui conviciantur tibi, inciderunt in me.

4 [e] Nam quæ [f] antè scripta sunt, ad nostram doctrinam antè scripta sunt: ut per tolerantiam & consolationem [g] Scripturarum, spem habeamus.

5 [h] Deus autem *auctor* tolerantiæ & consolationis *det vobis ut itidem alii in alios affecti sitis, secundùm Christum Jesum.

6 Ut concorditer uno ore glorificetis Deũ ac Patrẽ Domini nostri Jesu Christi.

7 Propterea assumite alii alios, sicut & Christus [i] assumsit nos in gloriam Dei.

8 [k] *Illud* autem dico, Jesum Christum ministrum fuisse [l] circumcisionis, [m] pro Dei veritate, ut confirmaret promissiones [n] patrum.

9 [o] Et ut Gentes pro misericordia glorificent Deum: sicut scriptum est, * Propterea [p] celebrabo te inter Gentes, & nomini tuo psallam.

10 Et rursum dicit, * Hilares estote Gentes cum populo ejus.

11 Et rursum, * Laudate Dominũ omnes Gentes, & collaudate eum omnes populi.

12 Et rursum Esaias dicit, * Erit radix Jesse, & qui exsurgat ad imperandum Gentibus, in ipso Gentes sperabunt.

13 [q] Utinam verò Deus [r] spei impleat vos [s] omni gaudio & pace credendo, ut spe exundetis per virtutem Spiritus sancti.

14 [t] Persuasum autem habeo & ipse ego de vobis, fratres mei, quòd [v] ipsi per vos pleni sitis bonitate, impleti omni cognitione, & qui possitis etiam vos mutuò admonere.

15 Audaculè verò scripsi vobis, fratres, aliquatenus, veluti commonefaciens vos, propter gratiam quæ data est mihi a Deo.

16 Ad hoc ut sim minister Jesu Christi apud Gentes: operans Evangelio Dei, ut [x] oblatio Gentium fiat accepta, sanctificata per Spiritum sanctum.

17 [y] Habeo igitur quod glorier per Christum Jesum, in iis quæ ad Deum *pertinent*.

18 Non enim sustinuerim quicquam loqui [z] quod non effecerit Christus per me, *adducendis* ad obedientiam Gentibus, verbis & factis.

19 [a] Virtute signorum ac prodigiorum, virtute Spiritus Dei: adeò ut ab Hierosolyma & circumjacentibus *regionibus*, usq; ad Illyricum, impleverim prædicandi Evangelii Christi munus.

20 Ita porrò contendens evangelizare, non ubi nominatus esset Christus, ut ne super alienum fundamentum ædificarem:

21 Sed sicut scriptum est, * Quibus non est annunciatum de eo, videbunt: & qui non audierunt intelligent.

tionem.

3 Quoniam etiam Christus hequaquam sibiipsi placuit, sed [2] sicut scriptum est, Opprobrium opprobrantium tibi cecidit super me.

4 Quicquid enim ab initio scriptũ est, ad doctrinam nostram scriptum est, ut per patientiam & per consolationem Scripturarum spes sit nobis.

5 Deus autem patientiæ & consolationis det vobis [3] ut pariter cogitetis [4] unus de alio in Jeschua Christo.

6 Ut una mente & uno ore laudetis Deũ Patrem Domini nostri Jeschua Christi.

7 Propter hoc assumite, & ferte [5] invicem, sicut etiam Christus assumsit vos ad gloriam ipsius Dei.

8 Dico autem quòd Jeschua Christus fuit minister circumcisionis pro veritate Dei, ut confirmaret promissiones Patrum.

9 [6] Et Gentes glorificent Deum pro misericordia quæ fuit super eas: sicut scriptũ est, Confitebor tibi in Gentibus, & nomini tuo psallam.

10 Et rursus dicit, Exsultate Gentes cum populo ejus.

11 Et rursus dicit, Laudate Dominum omnes vos Gentes, & glorificate eum omnes populi.

12 Et rursus Isajah dicit, Erit radix Jessæ, & is qui exsurget, erit princeps Gentibus, & in ipso sperabunt Gentes.

13 Deus autem spei impleat vos omni gaudio & pace, in fide, ut exuberetis in spe ejus per virtutem Spiritus sancti.

14 Persuasum autem habeo ego quoque de vobis, fratres mei, quòd & ipsi pleni estis bonitate, & impleti estis omni cognitione, & potestis etiam alios erudire.

15 [7] Paulò enim audaciùs scripsi vobis, fratres mei, ut commonefacerem vos propter gratiam quæ data est mihi a Deo,

16 Ut sim minister Jeschua Christi inter Gentes, & subserviam Evangelio Dei, ut fiat oblatio Gentium acceptabilis & sanctificata per Spiritum sanctum.

17 Est igitur gloriatio mihi per Jeschua Christum erga Deum.

18 Non enim ausim loqui quicquã quod non faciat [8] per manus meas Christus, ad obedientiam Gentium, in verbo & in operibus.

19 Per virtutem signorum & miraculorum, & per virtutem Spiritus Dei, ita ut ab Urischelẽ circuiverim usq; ad Illyricũ, & [9] impleverim [10] prędicationem Christi.

20 [11] Solicitè curans ut prædicarem, non [12] ubi invocatum esset nomen Christi, ne ædificarem super fundamentum alienum:

21 Sed [13] sicut scriptũ est, Quòd illi quibus nihil fuerat dictum de eo, videbunt eũ: & qui non audierunt, [14] acquiescent.

[d] B. Confirmatio ab exemplo Christi, qui nihil non pertulit, ut non infirmos modò, sed etiã crudelissimos hostes patiẽtia victos ad pacem adduceret.

[e] *Psa. 65. 10.*

[f] B. Occupatio, quæ citantur ex veterum exẽplis nobis ad imitandum proponi, ut Patrum exemplo patiẽtia & spe mutuò nos toleremus.

[g] A Mose & aliis Prophetis.

[g] Doctrina & consolatio tribuũtur Scripturis, quia illis ad docendũ & consolandũ utitur Deus.

[h] B. Petendũ à Deo patiẽtiæ exemplum, ut mutuo consensu tum firmi rũ infirmi Deo servientes alij alios ad Dei gloriam adsciscamus sicut & Christus nos omnes quãtumvis indignos assumsit.

[i] *1. Cor. 1. 10.*

[i] Nos minimè dedignatus ultrò ascivit, quos gloriæ Dei faceret participes.

[k] B. Christi exempli applicatio ad Judæos, quos quantùvis indignos, tamen propter promissiones cum patribus eorũ sanctas, honore dignatus est, ut etiam ministrio officio sit apud eos incredibili cum patiẽtia defunctus. Multò minùs igitur æquum esse, ut à Gentibus propter varia vitia spernantur, quos tanti fecit Dei Filius.

[l] Circumcisorũ Judæorum: quamdiu enim vixit, intra eorum fines sese continuit.

[m] Ut Deum esse veracẽ cõstaret.

[n] Patribus factas.

[o] B. Ejusdem applicatio ad Gentes, quas & ipsas incõprehensibili quadam bonitate Dominus respexerit, ut à Judæis quasi extraneæ despici non debeant. * *Psal. 18. 50.* [p] Apertè profitebor, & celebrabo nomen tuum.

[2] F. supple, sed neglexit rationem sui ipsius. Ellipsis cõtrarii, quam docẽt sequentia. sic infrà v. 21.

[3] Syrè, Paritatem, Æqualitatem.

[4] F. vel cum alio: quod & Græcis verbis, & sequenti fini magis videtur respõdere.

[5] Syrè ad invicem. B. Id autem est alii alios.

[6] Pro, Gentes autem.

[7] F. al. Paulò verò audaciùs, vel Sed paulò aud.

[8] i. Per me. Hebraïs.

[9] F. i. plenè & integrè testatũ fecerim. nisi quis fortè malit per hypallagem accipere, pro eo quod est, implevérim ea omnia loca prædicatione Evangelij.

[10] Vel præconium.

[11] Quum sollicitè curarem.

[12] Scribebatur corruptè בר pro בד mutato punctulo, quo discernitur apud Syros Daleth a Resch.

[13] F. vide in versum 3.

[14] i. persuadebuntur.

* *Deut. 32. 43.* * *Psa. 117. 1.* * *Esa. 11. 10.* q B. Totam superiorem tractationem precibus velut obsignat, petens eis tribui à Domino quicquid eis præceperat. r In quem speramus. s Perfecto & cumulato: t B. Peroratio Epistolæ, in qua primùm se excusat quòd pluribus ad eos scripserit, ut eos commonefaceret potiùs quàm doceret: idq; ex muneris sui necessitate, quod eum peculiariter Gentibus obliger.

v Ultrò & sponte vestra. x Passivè oblationem Gentium, vocat Gentes ipsas quibus se tamquam sacrificium dicit Dei quasi victimis litare.

y B. Magnificè quidem Apostolatum suum ab effectis assertit, sed ita ut præterquam quòd verè omnia loquitur, totam gloriam Deo ut unico auctori tribuat: nec sese propriè spectet, sed huc potiùs respiciat, ut eo minus de doctrinæ à se propositæ veritate dubitetur.

z Ita mihi in omnibus rebus omnibúsque modis adfuit Christus, ut etiamsi maximè velim, tamen dicere non possim, quid per me non effecerit ut Gentes Evangelio obedirent.

a Priore loco, virtus declarat vim & efficaciam prodigiorum in animis hominum percellendis: posteriore verò loco significat divinam potestatem illius effectricem. * *Esa. 12. 4.*

22 Propter hoc impeditus sum temporibus multis quominus venirem ad vos:

23 Nunc autem quia locus non est mihi in his regionibus, & cupidus fui jam ante annos multos ut venirem ad vos:

24 Quum proficiscar in Hispaniam, spero quòd veniam & videbo vos: & vos deducetis me illuc, postquã [15] aliqua ex parte [16] suavitate perfusus fuero [17] in videdo vos.

25 Nunc autem proficiscor ad Urischelem ut ministrem sanctis.

26 Voluerunt enim hi qui sunt in Macedonia & in Achaia, ut communicatio esset sibi cum pauperibus & sanctis qui sunt in Urischelem.

27 Voluerunt *inquam:* quinetiam debitores sunt illis. Si enim [18] in Spiritu communicaverunt cum illis Gentes, debitores sunt ut etiam in iis quæ sunt carnis ministrent eis.

28 Hoc igitur quum perfecero, & consignavero eis fructum hunc, transiturus sum per vos in Hispaniam.

29 Novi enim quòd quum venero ad vos, cum plenitudine benedictionis Evangelii Christi veniam.

30 Peto autem à vobis, fratres mei, per Dominum nostrum Jeschua Chtistum, & per dilectionem Spiritus, ut laboretis mecum in precatione quæ sit pro me erga Deum:

31 Ut liberer ab illis qui sunt [19] contumaces, qui sunt in Judæa, & ministerium quod defero ad sanctos qui sunt in Urischelem, accipiatur benè:

32 Et veniam ad vos cum gaudio, per voluntatem Dei, & refociller vobiscum.

33 Deus pacis sit cum omnibus vobis. Ammin.

22 [b] * Quapropter etiam sæpe inhibitus sum venire ad vos.

23 Nunc verò quum non ampliùs habeam locum in his regionibus, * summum autem desiderium habeã veniendi ad vos à multis annis:

24 Quando proficiscar in Hispaniam, veniam ad vos. Spero enim fore ut *istac* præteriens conspiciam vos, & a vobis deducar illuc: si tamen vestra consuetudine priùs ex parte expletus fuero.

25 Nunc autem proficiscor Hierosolymam, [c] ministrans sanctis.

26 Libuit enim Macedoniæ & Achaiæ conferre aliquid in pauperes sanctos qui sunt Hierosolymis.

27 * [d] Libuit enim *eis inquam*, & debitores eorum sunt. nam si spiritualia ipsorum *bona* Gentibus communicata sunt, debent etiam *ipsæ* in carnalibus eis [e] ministerio suo adesse.

28 Hoc igitur ubi perfecero, & eis [f] consignavero [g] hunc fructum, abibo istac in Hispaniam.

29 [h] Scio verò me, quum veniam ad vos, cum plena benedictione Evangelii Christi venturum.

30 Precor autem vos, fratres, per Dominum nostrum Jesum Christũ, & [i] per charitatem Spiritus, ut mecum certetis *vestris* pro me apud Deum precibus.

31 Ut liberer à contumacibus in Judæa, utq; ministerium hoc meum erga Hierusalem, acceptum sit sanctis:

32 Ut cum gaudio veniam ad vos per voluntatem Dei, unaq; vobiscum refociller.

33 Deus autem pacis *sit* cum omnibus vobis. Amen.

[15] Ad verbũ, parum ex multo.
[16] Syrè, Tamquam odore aromatum perfusus fuero.
[17] Ad verbũ, propter vidisse me vos. Hebr.
[18] Fortassis excidit librariis aut typographo ד Daleth in voce ברוח quum dicendũ fuerit בדרוח in iis quæ sunt Spiritus, sicut habent Græca, quamquam ne in manuscripto quidem codice aliter legatur. F. nempe loquutio hæc figurata habet elegãtiam, nec mutari opus.
[19] Syrè, immorigeri.

[b] B. Suam in eos egregiã voluntatẽ, & suarum etiam rerum statum familiariter Romanis perscribit, ita tamen ut ab Apostolicę doctrinę scopo ne tantillũ quidẽ aberret. Nihil enim narrat nisi sanctum, & ad suũ munus pertinens: & veluti quadam digressiũcula Macedonicam Ecclesiam commendans, eos ad sanctam æmulationẽ honestè provocat. * *Sup. 1. 11.* * *Sup. 1. 12.* *1. Thes. 2. 17.*

[c] Sanctis hoc officii impendens, perferendæ ad eos pecunię in ipsorum usus collectæ. * *1. Cor. 9. 11.*

[d] B. Voluntariæ quidẽ sunt eleemosynæ, sed quas tamẽ ex charitatis lege debeamus.

[e] Usibus eorum inservire.

[f] Apud eos fideliter & quasi annulo obsignatum deposuero.

[g] Hanc pecuniã in usus pauperũ collectã: eleganter autẽ eleemosyna dicitur fructus.

[h] B. Pollicetur sese ad eos non venturum vacuum, benedictione Dei fretus, sed prescitus officium ab eis postulans, ostendit quare in quibusvis difficultatibus niti nos maximè oporteat.

[i] Per mutuam illam conjunctionem, qua spiritus sanctus animos nostros devinxit.

CAPUT DECIMUMSEXTUM.

[1] *Commendat Phœben.* [3] *salutat officiosè complures,* [17] *admonetq; ut ab iis caveant qui dissidiorum auctores sunt.*

COmmendo autem vobis Phœben, sororem nostram, quæ est ministra Ecclesiæ Cenchreensis:

2 Ut excipiatis eam in Domino nostro sicut justum est sanctis, & omni re quam petierit à vobis, assistatis ei: propterea quòd etiam ipsa adstitit multis, etiam mihi.

3 [1] Salutate Priscillam & Aquilã, [2] cooperatores meos in Jeschua Christo:

4 Qui quidem pro anima mea cervices suas tradiderunt: & nequaquam ego solus gratias ago illis, sed etiam omnes Ecclesiæ Gentium:

5 Et [3] salutate Ecclesiam quæ est domi eorum. [4] Salutate Epænetum dilectũ meũ, qui est primitiæ Achaiæ in Christo.

6 [5] Salutate Mariam quæ multum laboravit [6] erga vos.

7 Salutate Andronicum & Juniam, cognatos meos, qui fuerunt cõcaptivi mei,

COmmendo [a] autem vobis Phœben sororem nostram, quæ est ministra Ecclesiæ Cenchreensis:

2 Ut eam excipiatis [b] in Domino convenienter sanctis, & adsitis ei quacumque in re *ipsi* usus fuerit vobis. nam hæc tũ multis hospitium præbuit, tum mihi etiam ipsi.

3 Salutate * Priscillam & Aquilam, adjutores meos in Christo Jesu:

4 Qui pro anima mea suam ipsorum cervicem supposuerunt: quibus non ego solus gratias ago, sed etiam omnes Ecclesiæ Gentium.

5 Item [c] Ecclesiam quæ in domo eorum est. Salutate Epænetum mihi dilectum, [d] primitias Achaiæ in Christo.

6 Salutate Mariam, quæ multum laboravit erga nos.

7 Salutate Andronicum & Juniam, cognatos meos, & concaptivos meos, qui

[1] Ad verbum, Petite pro pace Priscillæ &c. i. Salutate. & sic in sequẽtibus. Hebr.
[2] Syrè, operãtes qui mecum sunt. Hebr.
[3] Ad verbum, Date pacem Ecclesiæ. Hebr.
[4] Ad verbum, Petite pro pace Epæneti. Heb.
[5] Ad verbum, Petite pro pace Mariã. Heb.
[6] F. Græcè εἰς ὑμᾶς. Syrus legebat ὑμῶν.

[a] B. Absoluta tota disputatione, jam ad familiares commẽdationes & salutationes descendit, idq; in præcipuũ scopum respiciẽs, nempè vt norint Romani qui sint inter ipsos honore & pretio digni, atque adeò quos sibi imitandos debeãt proponere: Quamobrẽ etiam singulos egregiis aliquibus testimoniis exornat.

[b] Christi nomine. illud autem proprium est Christianis, quum alioqui virtutum illarum sint & simulacra apud profanos homines.

* *Act. 18. 1. 26.*

[c] Fidelium cœtum. in tam ampla enim civitate, distincti fuerunt cœtus.

[d] Qui primus Achæorum sese Christo consecravit: est autem allusio ad legales ceremonias.

ſunt inſignes inter Apoſtolos, qui etiam ante me fuerunt[e] in Chriſto.

8 Salutate Ampliam dilectum mihi in Domino.

9 Salutate Urbanum, adjutorem noſtrũ in Chriſto, & Stachyn mihi dilectum.

10 Salutate Apellem, probatum in Chriſto. Salutate eos qui ſunt ex Ariſtobuli *familiaribus*.

11 Salutate Herodionẽ cognatum meũ. Salutate eos qui *ſunt* ex Narciſſi *familiaribus*, eos *inquam* qui *ſunt* in Domino.

12 Salutate Tryphænam & Tryphoſam quę laborant in Domino. Salutate Perſida *mihi* dilectam, quæ multum laboravit in Domino.

13 Salutate Rufum ſelectum in Domino, & matrem ejus ac meam.

14 Salutate Aſyncritum, Phlegontem, Hermam, Patrobam, Hermen, & qui cum iis ſunt fratres.

15 Salutate Philologum & Iuliam, Nereum & ſororem ejus, & Olympam, & qui cum iis ſunt, omnes ſanctos.

16 *Salutate alij alios[f] oſculo ſancto. Salutant vos Eccleſiæ Chriſti.

17 [g] Precor autem vos, fratres, [h] ut obſervetis diſſidiorum & offendiculorum auctores contra doctrinam quam vos didiciſtis: *& declinetis ab eis.

18 Nam qui ejuſmodi *ſunt*, Domino noſtro Ieſu Chriſto non ſerviunt, ſed ſuo vẽtri: & per [i] blandiloquentiam & aſſentationem corda *hominum* minimè malorum ſeducunt.

19 [k] Veſtra enim obedientia ad omnes pervenit. Gaudeo igitur quod ad vos *attinet*: ſed volo vos [l] ſapientes quidem eſſe in rebus bonis, ſimplices verò in malis.

20 [m] Porrò Deus pacis conteret Satanã ſub pedes veſtros citò. Gratia Domini noſtri Ieſu Chriſti *ſit* vobiſcum. Amen.

21 [n] Salutant vos *Timotheus adjutor meus, & Lucius, & Iaſon, & Soſipater, cognati mei.

22 Saluto vos in Domino ego Tertius, [o] qui deſcripſi epiſtolam.

23 Salutat vos Gaius hoſpes meus & Eccleſiæ totius. Salutat vos Eraſtus procurator urbis, & Quartus frater.

24 [p] Gratia Domini noſtri Ieſu Chriſti *ſit* cum omnibus vobis. Amen.

25 *[q] Ei verò qui poteſt vos ſtabilire, ſecundùm Evangelium meum & præconiũ Ieſu Chriſti, *ex revelatione [r] myſterij quod [s] à temporibus ſecularibus tacitum fuit:

26 Nunc verò factum eſt manifeſtum, & per Scripturas Propheticas ex imperio æterni Dei ad obedientiam fidei, omnibus Gentibus[t] notificatum.

27 Soli *inquam* ſapienti Deo gloria per Ieſum Chriſtum in ſecula. Amen.

Ad Romanos ſcripta fuit Corintho, per Phœben miniſtram Cenchreenſis Eccleſiæ.

& noti ſunt inter Apoſtolos, & in Chriſto ante me fuerunt.

8 Salutate Ampliam dilectum meum in Domino noſtro.

9 Salutate Urbanum [7] cooperatorem noſtrum in Chriſto, & Stachaum dilectũ meum.

10 Salutate Apellen electum in Domino noſtro. Salutate [8] domeſticos Ariſtobuli.

11 Salutate Hiraudionem cognatũ meũ. Salutate domeſticos Narciſſi, qui ſunt in Domino noſtro.

12 Salutate Tryphænam & Tryphoſam quæ laborant in Domino noſtro. Salutate Perſidem dilectam meam, quæ multum laboravit in Domino noſtro.

13 Salutate Rufum electum in Domino noſtro, & matrem ejus & meam.

14 Salutate Aſyncritum & Phlegontem & Hermam, & Patrobam, & [9] Mercurium, & fratres qui ſunt cum eis.

15 Salutate Philologum, & Iuliam, & Nereum & ſororem ejus, & [10] Lympam, & omnes ſanctos qui ſunt cum illis.

16 Salutate alter alterum in oſculo ſancto. Salutant vos omnes Eccleſiæ Chriſti.

17 Peto autem à vobis, fratres mei, ut caveatis ab illis qui diſſidia & ſcandala faciũt præter doctrinam quam edocti eſtis, ut lõgè diſcedatis ab eis.

18 Qui enim tales ſunt, non ſerviunt Domino noſtro Ieſchua Chriſto, ſed ventri ſuo: & per ſermones dulces, & per benedictiones ſeducunt corda ſimplicium.

19 Obedientia autem veſtra [11] omni filio hominis innotuit. Gaudeo igitur [12] in vobis: & volo ut ſitis ſapientes ad bona, & ſinceri ad mala.

20 Deus autem pacis conterat brevi Satanam ſub pedibus veſtris. Gratia Domini noſtri Ieſchua Chriſti ſit vobiſcum.

21 Salutant vos Timotheus [13] cooperator meus, & Lucius & Iaſon & Suſipatraus, cognati mei.

22 Saluto vos ego Tertius, qui deſcripſi epiſtolam *hanc*, in Domino noſtro.

23 Salutat vos Gaius [14] ſuſceptor meus, & totius Eccleſiæ. Salutat vos Eraſtus qui eſt [15] procurator civitatis, & Quartus frater.

24 [16] 25 Deo autem ipſi, qui poteſt vos confirmare ſecundùm evangelium meum quod prædicatum eſt de Ieſchua Chriſto, juxta revelationem myſterii quod temporibus ſeculorum abſconditum fuerat:

26 Manifeſtatum autem eſt in tempore hoc per ſcripturas Prophetarum, [17] & per mandatum Dei qui eſt in æternum, innotuit omnibus Gẽtibus ad obedientiã fidei.

27 Qui eſt ſapiens ſolus, gloria [18] per Ieſchua Chriſtum in ſeculum ſeculorum. Ammin.

28 Gratia Domini noſtri Ieſchua Chriſti cum omnibus vobis. Ammin.

Finitur Epiſtola Pauli ad Romanos, quę ſcripta fuit è Corintho & miſſa fuit per manus Phœbæ miniſtræ fidelis.

[e] Per fidem inſiti.
* 1. Cor. 15. 20. 2. Cor. 13. 12. 1. Pet. 5. 14.
[f] Sanctum vocat oſculum, quod ab animo proficiſcitur ſanctæ illius charitatis pleno: hoc autem referendũ eſt ad illius tẽporis morem.
[g] B. Sicuti nominatim eos deſcribens qui commendatione digni erant ſatis expreſſit quos audire ac ſequi deberẽt: ita nunc falſos fratres eis depingit à quibus ſibi caveãt, non tamen nominatim, quoniam neceſſarium id non erat.
[h] Attentè & diligẽter, quaſi hoſtes è ſpecula obſervetis.
* 2. Johan. 10.
[i] Utitur nomine χρηστολογίας, quæ pollicitationẽ quæ reipſa nihil præſtet ſignificat, quam quũ audis, dicas pollicentem magis de tuis rebus quàm de propriis ſolicitũ.
[k] B. Simplicitas condienda eſt prudentia.
[l] Cognitione veritatis & prudentia inſtructos, ut bona amplecti, mala vitare, fraudes & laqueos ſeu doprophetarũ effugere, illis etiã apertè obſiſtere poſſitis. hic autẽ locus apertè refellit fidem implicitam Sophiſtarum.
[m] B. Pugnandum eſt certa ſpe victoriæ.
* B. Adſcribit ſalutationes, partim ad mutuam fovendã conjunctionẽ, partim ut totidẽ veluti ſubſcriptoribus cõfirmata hæc epiſtola, plus apud Romanos ponderis habeat.
* Act. 16. 1. Phil. 2. 19.
[o] Qui diſtante Paulo excepi.
[p] B. Jam tertiò eis valedicens, id eis precatur à quo pendet totius ſuperioris doctrinæ efficacia.
* Epheſ. 3. 20.
[q] B. Magnificat gratiarum actione, prædicat Dei potentiam & ſapientiam, quæ potiſſimùm in Evangelio eluceant, facta etiam montione vocationis Gentium, ut Romanos in ſpe hujus ſalutis confirmet. * Epheſ. 1. 9. Coloſ. 1. 26. 2. Tim. 1. 9. Tit. 1. 2.
[r] Arcani, id eſt, vocationis Gentium.
[s] Aliis omnibus ætatibus.
[t] Oblatum & quarumvis Gentium cognitioni exhibitum.

[7] Ad verbum, operatorẽ qui fuit nobiſcum.
[8] Syrè, Filios domus. Hebr. ut paulò pòſt iterum.
[9] F. al. Hermẽ, vel Hermetem.
[10] F. al. Olympam, ut Græc.
[11] Nomen generis, in voce ſingulari, vim habet pluralis.
[12] F. vel de vobis: mã Hebræa & Syra phraſis eſt.
[13] Ad verbum, Operator qui mecũ eſt. Heb. ut ℣. 9.
[14] i. Qui me domi ſuæ excepit. id eſt, Hoſpes meus.
[15] F. vel œconomus, ſed illud melius: ut ex Curopalate conſtat.
[16] Verſus 24. in Syro textu tam manuſcripto quàm impreſſo non habetur hoc loco, ſed in calce epiſtolæ additur.
[17] F. Græcè κατ' ἐπιταγὴν, ſecundùm mandatũ. At Syrus legit καὶ ἐπιταγὴν.
[18] Ad verbum, per manũ Ieſchua Chriſti.

EPISTOLA PAULI APOSTOLI AD CORINTHIOS I.

CAPUT PRIMUM.

[1] Post gratulationem, quæ vim habet exhortandi, [11] taxat dissidia Corinthiorum, eos à fastu ad humilitatem revocat. [20] Nam evertens omnem mundi sapientiam, [25. 26] solam crucis prædicationem erigit.

PAULUS vocatus & [1] legatus Jeschua Christi, per voluntatem Dei, & Sosthenes frater,

2 Ecclesiæ Dei quæ est Corinthi, *nimirum* vocatis & sanctis qui in Jeschua Christo sunt sanctificati, & omnibus iis qui invocant nomen Domini nostri Jeschua Christi, in omni loco, [2] ipsorũ, & nostri.

3 Gratia [3] vobiscum & pax à Deo Patre nostro, & à Domino nostro Jeschua Christo.

4 Gratias ago Domino meo omni tempore pro vobis, ob gratiam Dei quæ data est vobis per Jeschua Christum:

5 Quòd in omni re divites facti estis per ipsum, *nempe* in omni sermone & in omni cognitione,

6 Secundùm testimoniũ Christi quod confirmatum est in vobis.

7 [4] Quòd non destituti estis ullo ex donis ejus, sed [5] exspectatis revelationem Domini nostri Jeschua Christi.

8 Qui confirmabit vos usque in finem, ut [6] irreprehensibiles sitis in die Domini nostri Jeschua Christi.

9 Fidelis est Deus [7] per quem vocati estis in communionẽ filii sui Jeschua Christi Domini nostri.

10 Peto autem a vobis, fratres mei, per nomẽ Domini Jeschua Christi, ut sit unus sermo omnibus vobis, & nõ sint inter vos dissensiones: sed ut sitis perfecti in una mente & una cogitatione.

11 [8] Retulerunt enim mihi de vobis, fratres mei, *qui sunt* de domo Chloæ, quòd contentiones sunt inter vos.

12 Hoc autem dico, quòd est ex vobis qui dicat, Ego Pauli sum: & est qui dicat, Ego Apollo sum: & est qui dicat, Ego Cephæ sum: & est qui dicat, Ego Christi sum.

[1] r. vel Apostolus. Syrus autem adjicit copulã. ut Ro. 1. 1. quæ non extat Græcè. ut ℣. seq.

[2] r. vel Domini ipsorum & nostri. Nam etiã est anceps Syra interpretatio. hoc autẽ malo.

[3] Id est, erga vos. Heb.

[4] r. vel adeò ut non sitis destituti, &c.

[5] Tamquam è specula exspectatis.

[6] Syrè, sine accusationibus.

[7] Syrè, per cujus manum.

[8] Ad verbum, Miserũt, id est, Missis literis vel nunciis significaverunt. Hebr.

PAULUS [a] vocatione [b] Apostolus Jesu Christi per voluntatem Dei, [c] & Sosthenes frater,

2 [d] Ecclesiæ Dei quæ est Corinthi, * [e] sanctificatis [f] in Christo Jesu, * [g] vocatis sanctis cum omnibus * qui [h] invocant nomen Domini nostri Jesu Christi, quovis loco, *Domini, inquam,* tum ipsorum, tum nostri.

3 [i] Gratia vobis & pax à Deo Patre nostro, & Domino Jesu Christo.

4 [k] Gratias ago Deo meo semper de vobis, ob gratiam Dei quæ data est vobis in Christo Jesu:

5 Quòd in [l] omnibus ditati sitis in ipso, [m] [n] omni loquendi facultate, omniq; cognitione:

6 [o] Prout testimonium Christi [p] confirmatum fuit in vobis.

7 Adeò ut nullo dono deficiamini, * [q] [r] exspectantes, [s] dum reveletur Dominus noster Jesus Christus.

8 * [t] Qui *Deus* etiam confirmabit vos usque ad finem [v] inculpatos, in diem Domini nostri Jesu Christi.

9 [x] * Fidelis *est* Deus per quem vocati estis in communionẽ filii ipsius Jesu Christi Domini nostri.

10 [y] Precor autem vos, fratres, per nomẽ Domini nostri Jesu Christi, [z] ut idem loquamini omnes, & non sint inter vos dissidia, sed sitis impacti [a] eâdem mente & eâdem sententiâ.

11 [b] Declaratum est enim mihi de vobis, fratres mei, à domesticis Chloës, quòd lites sint inter vos.

12 [c] Hoc autem dico, singulos vestrũm dicere, * Ego quidem sum Pauli, ego autẽ Apollo, ego verò Cephæ, at ego Christi.

[a] 1. Inscriptio epistolæ, in qua præcipuè captat Corinthiorũ gratiam, ita tamẽ ut se Dei servũ esse, non hominum ubiq; meminerit.

[b] 1. Si Apostolus, ergo audiẽdus, etiamsi aliàs interdũ eos objurgarit, quum suã causam non agat, sed Christi mãdata perferat.

[c] 1. Sosthenem adjũgit, ut duobus testib⁹ sanciatur hæc doctrina.

[d] 1. Ecclesia Dei est etiam quæ magnis vitiis laborat, modò admonẽtibus pareat. * *Act. 11. 9. 1. Thes. 1. 1.*

[e] 1. Vera definitio Ecclesiæ Catholicę, quæ una est.

[f] Nos sanctificat Pater. i. à reliqua colluvie nos separat, donando nos filio suo, ut ipse sit in nobis & nos in illo. * *Rom. 1. 7. Ephes. 1. 1. Col. 1. 22. 2. Tim. 1. 9. Tit. 2. 1.*

[g] Quos Deus pro gratuita sua benevolẽtia sibi segregavit, vel quos Deus ad sanctitatem vocavit: illa expositio fontem sanctificationis, hæc finem ostẽdit. *2. Tim. 2. 22.*

[h] Propriè invocare is dicitur, qui cum clamore Dei subsidium petit in periculo constiturus: per Synecdochen autem pro toto Dei cultu sumitur. Itaq: invocare nomen Christi, est Christum pro vero Deo agnoscere.

[i] 1. Fundamentum & vita ipsius Ecclesiæ Christus à Patre datus.

[k] 1. Damnaturus multa vitia, incipit à vera virtutum prædicatione, ne odio aut malevolentia impulsus postea videatur ad objurgationes descendere: ita tamen ut omnia ad Deum auctorem referat, idq; in Christo, quo magis pudeat Corinthios sacra Dei dona profanare.

[l] In omni re seu negotio.

[m] 1. Attingit illud nominatim quo præcipuè abutebantur.

[n] Quum quamdiu hic versamur, ex parte cognoscamus, & ex parte prophetemus, hæc universalis nota restringenda est ad præsentem fidelium conditionem: cæterùm λόγος vocant non inanem loquentiam, sed sanctæ facundiæ donum, quo abutebantur Corinthii.

[o] 1. Verum istorum donorum usum in eo positum ostendit, ut ita illustretur Christi in ipsis potentia, ut postea magis liqueat, quàm turpiter ad gloriam & ambitionem illis abutantur.

[p] Donis illis egregiis Spiritus. * *Tit. 2. 13. Phil. 1. 20.*

[q] 1. Obiter inquit causam non esse cur sibi tantoperè de receptis donis placeant, quum hæc nihil sint præ iis quæ sunt expectanda.

[r] Dum exspectatis.

[s] Loquitur de altero Christi adventu. * *1. Thes. 1. 10. & 1. 11.*

[t] 1. Testatur se benè etiam in posterum de ipsis sperare, ut eo patientiùs ferant se postea reprehendi: simul tamen ostendit, Dei unius opus esse, tum initium, tum etiam complementum nostræ salutis.

[v] Ut sitis inculpati. Inculpatos autem vocat non quos nunquam quisquam culpârit, sed quos nemo possit meritò culpare, id est, eos qui sunt in Christo Jesu, in quibus nulla est condemnatio. Vide Luc 16.

[x] Verax & constans, nos non tantùm vocans, sed etiam nos ornans dono perseverantiæ. * *1. Thes. 5. 24.*

[y] 1. Absoluta præfatione ad rem ipsam accedit, ab obtestatione gravissima incipiens, quasi Christum ipsum, non Paulum loquentem sint audituri.

[z] 1. Prima pars hujus Epistolæ, cujus scopus est, ad mutuam concordiam Corinthios, sublatis omnibus discordiarum causis, revocare. Prima igitur hæc pars est de tollendis schismatibus. Est autem schisma quum qui in doctrina alioquin consentiunt, tamen sese ab aliis sejungunt. [a] Compacti, ut totum quippiam quod suis omnibus partibus aptè inter se cohærentibus componatur.

[b] 1. Incipit objurgationem ab occupatione, quoniam ex testibus idoneis intellexerit inter eos esse multas factiones. Simul autem aperit dissidiorum causam, quòd alij ab aliis doctoribus penderent, nonnulli verò etiã sibi ita essent addicti, ut omnes doctores negligerent, solius Christi sese discipulos, exclusis doctoribus, vocantes.

[c] Quod vobis dictum volo, illud est. * *Act. 11. 26.*

13 [d] *Num* dispertitus est Christus?[e] num Paulus crucifixus est pro vobis, [f] aut in nomen Pauli baptizati fuistis?

14 [g] Gratias ago Deo meo, quòd neminem vestrûm baptizaverim, nisi * Crispũ & Gaium:

15 Ut nequis dicat me in meum nomen baptizasse.

16 Baptizavi autem etiam Stephanæ familiam: cæterùm haud scio num quem alium baptizaverim.

17 [h] Non enim misit me Christus ut baptizarem, sed ut evangelizarem: * [i] non *tamen* cum [k] dicendi peritia, [l] ne inanis reddatur crux Christi.

18 [m] Nam sermo ille de cruce, iis quidem qui pereunt, stultitia est: iis autem qui servantur, *id est* nobis, * [n] potentia Dei est.

19 [o] Scriptum est enim, * Abolebo sapientiam sapientum, & intelligentiam intelligentium tollam e medio.

20 Ubi sapiens? ubi [p] Scriba? ubi [q] disquisitor seculi istius? nónne infatuavit Deus sapientiam mundi hujus?

21 [r] Nam postquam [s] in Dei sapientia [t] mundus non cognovit Deum per *istam* sapientiam, [v] libuit Deo per [x] stultitiam prædicationis servare credentes.

22 * [y] Quandoquidem & Judæi signũ petunt, & Græci sapientiam quærunt:

23 Nos autem prædicamus Christum crucifixum, Judæis quidem offendiculum, Græcis verò stultitiam:

24 Ipsis autem vocatis, tum Judęis, tum Græcis, Christum Dei potentiam ac Dei sapientiam.

25 Nam stultitia Dei sapiẽtior est quàm homines: & infirmitas Dei validior est quàm homines.

26 [z] Cernitis enim [a] vocationem vestrã, fratres: vos *videlicet* non esse multos sapientes [b] secundùm carnem, non multos potentes, non multos nobiles.

27 Verùm quæ stulta *sunt* mundo, ele-

13 Numquid divisus est Christus? aut numquid Paulus crucifixus est pro vobis? aut in nomine Pauli baptizati estis?

14 Gratias ago Deo meo, quòd neminẽ ex vobis baptizaverim, nisi Crispũ & Gaiũ:

15 Nequis dicat quòd [p] in nomine meo baptizaverim.

16 Baptizavi autem familiam Stephanæ: rursus autem haud scio num quemquam alium baptizaverim.

17 Non enim misit me Christus ad baptizandum, sed ad evangelizandum, non per sapientiam sermonum, ne inanis reddatur crux Christi.

18 Sermo enim crucis pereuntibus stultitia est: nobis verò qui [10] servamur, virtus est Dei.

19 Scriptum est enim, Perdam sapientiam sapientum, & vanam reddam intelligentiam intelligentium.

20 Ubi est sapiẽs, aut ubi est legisperitus? aut ubi est disputator seculi hujus? [11] nónne infatuavit Deus sapientiam mundi hujus?

21 Quia enim [12] per sapientiam Dei non cognovit mundus per sapientiam Deum, voluit Deus ut per stultitiam prædicationis [13] salvos faceret eos qui credunt.

22 Nam Judæi signa quærunt, & [14] Gentiles sapientiam petunt:

23 Nos autem prædicamus Christum crucifixum, *qui* scandalum Judæis, & Gentilibus stultitia est.

24 Eis autem qui vocati sunt tum Judæis tum Gentilibus, Christus virtus est Dei & sapientia Dei.

25 Quia stultitia ipsa Dei, sapientior est [15] quàm filiorum hominis: & infirmitas Dei robustior est quàm [16] filiorũ hominis.

26 Videte enim etiam vocationem vestram, fratres mei, quòd non multi inter vos sunt sapientes secundùm carnem, neq; multi inter vos potentes, neque multi inter [17] vos nati genere illustri.

27 Sed elegit Deus stultos mundi, ut pu-

[d] n. Prima ratio cur vitanda sint schismata, quoniam sic videtur dividi ac planè lacerari Christus, ut quiquum unus sit, non possit esse duorum separatorum ac dissidentium corporum caput.

[e] n. Altera ratio est, quòd non sine sacrilegii scelere sic pendeant ab hominibus, ut à Christo: quod quidem faciũt qui quicquid aliquis dixerit, propter personam probant: sicut isti qui idem Evãgeliũ ex unius ore acceptum probabant: ex alterius autem ore fastidiebant: adeò quidem ut factiones istæ ex doctorũ nominibus appellarentur. Substituit autem suum ipsius nomẽ Paulus, nõ tãtùm ne quẽquã gravet, sed etiam ut ostendat se causam suã non agere.

[f] n. Tertia ratio a baptismi formula, & fine desumta, qua nomen damus Christo invocato cum Patre & Spiritu sancto. Itaq; etiam si quis a doctrina Christi nõ deficiat, tamen a certis doctoribus pẽdeat cum aliorum cõtemtu, fit Christi desertor: quoniã si Christũ unũ magistrum haberet, eum per quosvis docentes audiret.

[g] n. Profitetur se eo liberiùs de his rebus agere, quòd Dei providentia factum sit, ut sit extra omnem suspicionem, quasi discipulos aliis ereptos velit sibi vindicare. Ex quo intelligere licet, non tantùm discipulos, sed etiam multò magis doctores ipsos hic reprehendi, qui suos greges sibi separatim cogebant. * *Act. 18. 8.*

[h] n. Occupatio, se non fuisse apud illos baptizandis multis intentum: minimè id tamen baptismi contemta, sed quoniam in doctrina tradenda præcipuè occupatus, auditores assentientes committebat aliis quorum illi copia erat, baptizandos. Ita verò satis ostendebat quàm esset ab omni ambitione alienus, quum e contrario ii quos reprehendit, quasi sibi non Christo discipulos congregarent, de quamplurimis à se baptizandis ambitiosè labotarent. * *Infr. 2. 1. & 4. & 13. 2. Pet. 1. 16.*

[i] n. Jam se convertit ad doctores ipsos sibi in splendida & ambitiosa facundia placentes, quo plures discipulos allicerent. Illis igitur non dissimulat se fuisse dissimilẽ, suũ exemplum Apostolica gravitate opponens perversis illorum judiciis. Est ergo alter hic locus hujus Epistolæ, de pia simplicitate in docendo Evangelio, tum in sententiis, tum in verbis observanda.

[k] Oratoria facultata. hanc autem à se non modò ut nõ necessariam removet, sed etiam ut Apostolicæ facultati omnino prorsus contrariam: suam tamen habuit Paulus dicendi facultatem, sed eam divinam, non humanam, & a fucatis illis coloribus puram.

[l] n. Ratio cur illa verborum pompa, & orationis pigmentis non sit usus, nempe quòd Deus ea demum ratione voluerit mundum sibi subjicere, ex qua intelligerent homines quantumvis stupidi, opus hoc peragi a Deo ipso absque hominum artificio. Itaque sicut proponitur in Evangelio salus per crucem Christi, qua nihil est neque contemtibilius, neque à vita remotius, ita etiam ipsam crucis prædicandæ rationem voluit Deus prorsus quàm diversissimam esse ab iis quibus solent homines ab hominibus ad aliquid audiendum & credendum allici: ideóque quadam sapientissimæ stultitiæ specie voluit de mundana illa stultissima sapientia triumphare, sicut se facturum per Esaiam prædixerat. Hinc autem colligendum est, tum doctores illos ambitiosa eloquentia turgidos, tum etiam illorum admiratores quàm longissimè à scopo suæ vocationis aberrasse.

[m] Sermo de crucifixo, vel genus orationis quo utitur in annunciánda vobis salute per Christi crucifixi mortem. * *Rom. 1. 16.*

[n] Illud in quo mirificam vim in suis servandis electis declarat. quæ quidem ita non emineret, si ab aliquo humano præsidio penderet. Sibi enim homo tribueret, quod unius crucis proprium est.

[o] n. Non modò probat Apostolus novum hoc non debere videri, quum fuerit tanto antè tempore prædictum, sed etiam declarat Deum sic solere arrogantiam mundi punire, qui sibi placeat in sua sapientia; ac proinde inane esse atque adeò evanidum, & a Deo tamquam inutile rejici, quod unum isti tantopere curabant. * *Esa. 29. 14.*

[p] Ubi es, ô literate, & terendis libris exercitate?

[q] O tu qui in hujus mundi arcanis perscrutandis & acutissimis quibusq; quæstionibus explicandis omnẽ ætatem consumis. Insultat autẽ hominibus hujus seculi, quorũ ne unus quidẽ est qui hoc arcanũ suspicari potuerit.

[r] n. Ostendit dignam fuisse hominum arrogantiam, quam Dominus ita traduceret, ut qui in sapientiæ mundi clarissimo speculo (id est, mundi opificio) noluerint Deum contemplari sicut par erat.

[s] In hac mundi fabrica, in qua singularis illa sapientia Dei insculpta est, & omnium oculis exposita.

[t] Omnes homines non regenerati, sed cujusmodi sunt quum in hanc lucem prodeunt.

[v] n. Mira Dei bonitas, sic mundi arrogantiam punientis, ut ejus saluti nihilominus consulat, docens videlicet homines stultescere, ut Deo sapiant.

[x] Sic vocat crucis prædicationem ex adversariorum hypothesi, interim adversarios gravissimè reprehendens, qui malint Deo talia affingere, quàm suam & agnoscere & deprecari stultitiam.

[y] n. Explicatio ejus quod dixerat prædicationem Evangelii stultam esse. Stulta est, inquit, hominibus, quos Deus nova luce non donavit, id est, omnibus in sese confidentis. Judæi enim requirunt miracula, & Græci argumenta quæ ratione sua possint comprehendere: ideóque Evangelio non modò non credunt, sed etiam illud irrident. Nihilominus tamen in ista stulta prædicatione inest summa Dei virtus ac sapientia, sed quam soli vocati percipiant: Deo manifestè demonstrante, sese tum quoque quum illum planè stultum esse insani homines judicant, ipsis esse longè sapientiorem: & quum infirmissima quædam adhibet, omne eorum robur superare: sicut in Evangelicæ prædicationis fructu apparuit. * *Mat. 2. 18.*

[z] n. Confirmatio ex iis ipsis petita quæ Corinthi evenerant, ubi Ecclesia ex ignobilibus & plebeiis magna ex parte constabat: ut Græciæ philosophos ad pudorem adigi necesse esset, quum viderent se sua sapientia & eloquentia nihil prorsus agere præ Apostolis, quos tamen idiotas & indoctos vocabant. Simul autem Apostolus hoc modo fastum eorum dejicit. Neque enim eos Deus prætulerat nobilibus & sapientibus illis ut superbirent, sed ut in Domino gloriati vel inviti cogerentur, ex cujus misericordia, & sapientiam istam & omnia ad salutem necessaria, ipsi omnium etiam abjectissimi essent in Christo adepti.

[a] Quam rationem sit sequutus Dominus in vobis vocandis.

[b] Eo sapientiæ genere quod unum hominibus probatur: qui quum carnales sint, spiritualem sapientiam non norunt.

[p] Vel, In nomẽ meum. hoc est, Abusus fuerim baptismo, ut mihi discipulos addicerem, tamquam doctrinæ & baptismi auctoris & schisma studuerim in Ecclesiam inducere, cujus unum est caput, Christus.

[10] Syrè, Vivimus.

[11] Nónne ecce. Nota interrogandi, ut הלא antè explicata.

[12] f. vel in sapientia Dei, id est, omnimodis illis documentis sapientiæ ejus. ex ℣. 25.

[13] Syrè, Vivificaret,

[14] f. Syrè, Aramæi: sic deinceps. vide in Act. 20. 21.

[15] f. vel filiis hominis, simpliciter ac sine ellipsi: & ita sequente mẽbro.

[16] Subaudi Sapientia.

[17] Ad verbũ, Filii cognationis magnæ. Heb.

ceret

defaceret sapientes, & elegit infirmos mundi, ut pudefaceret potentes.

28 Et elegit eos [18] quorum genus est tenue in mundo, & despectos, & [19] eos qui non sunt, ut aboleret eos qui sunt:

29 Ut non glorietur [20] ulla caro corā eo.

30 Vos autem quoq; ex ipso estis in Jeschua Christo, qui factus fuit nobis sapientia a Deo & justitia, & sanctificatio & redemtio.

31 Sicut scriptum est, [21] Quòd is qui gloriatur, in Domino glorietur.

[18] Ad verbum, Quorū cognatio est parva.

[19] Hoc est, Ita despectos ut nullius sint nominis aut numeri ac si nō essent.

[20] F. Syrè, omnis caro, ex Hebræa & Syra phrasi.

[21] F. vel ut is qui gloriatur, &c.

git Deus ut pudefaciat sapientes: & quæ *sunt* infirma mundi, elegit Deus, ut pudefaciat valida:

28 Et quæ ignobilia sunt in mundo, & pro nihilo habita, elegit Deus, & [e] ea quæ non sunt, ut ea quæ sunt [d] aboleat:

29 Ut ne glorietur ulla [c] caro in ejus conspectu.

30 [f] Sed ex ipso vos estis in Christo Jesu, [g] qui factus est nobis sapientia a Deo, justitiaq;, & sanctificatio, & redemtio:

31 Ut *fiat* sicut scriptum est, * [h] Qui gloriatur, in Domino gloriator.

[e] Quæ penè nulla sunt hominū judicio.

[d] Vana & inutilia atq; adeò nihili esse ostē dat. Vide Ro. 3. 31.

[c] Caro ut al. sæpe pro homine, significanter autem utitur carnis nomine, ut infirmam & miserabilem hominis conditionē Dei majestati opponat.

[f] Quos dejecerat, eos supra omnes mortales evehit, ita tamen ut eorum omnem dignitatem ostendat extra ipsos, id est, in Christo residere, idq; ex Deo. [g] B. Evangelium minimè omnium esse contemnendum docet, quum res omnium maximas contineat, veram nimirum sapientiam, veram justitiæ consequendæ rationem, veram sanctæ & honestæ vitæ viam, veram denique ab omnibus miseriis & calamitatibus liberationem. * *Jer. 9. 24.* [h] Deo omnia tribuat cum gratiarum actione. hoc autem loco refellitur liberum arbitrium, quale somniant Sophistæ.

CAPUT SECUNDUM.

[1] *Prædicationem suam in exemplum adducit,* [4] *humanitus quidem abjectam,* 7. [13] *spirituali tamen virtute insignem.* [14] *Tandem concludit carnis judicio non posse æstimari.*

ET ego, fratres mei, quum venirem ad vos: non per [1] magniloquentiam, neq; sapientiam prædicavi vobis mysteriū Dei.

2 Neque judicavi meipsum inter vos quasi aliquid scirem, nisi Jeschua Christū, *ac* etiam hunc crucifixum.

3 Et ego in timore magno & tremore fui apud vos.

4 Et sermo meus & prædicatio mea nō erat in persuasione [2] sermonum sapientiæ, sed in demonstratione Spiritus & virtutis:

5 Ne esset fides vestra [3] per sapientiam filiorum hominis, sed per virtutem Dei.

6 Sapientiam verò loquimur inter perfectos: Sapientiam, *inquam*, non mundi hujus, neque dominatorum mundi hujus qui abolentur:

7 Sed loquimur sapientiam Dei in mysterio, quæ recondita fuerat, & [4] priùs segregaverat eam Deus ante secula ad gloriam nostram.

8 Quam ne unus quidem ex dominatoribus hujus mundi cognovit. Si enim cognovissent eam, nequaquam Dominum gloriæ crucifixissent.

9 Sed *prædicamus* sicut scriptū est, Quod oculus non vidit, & auris non audivit, & super cor filii hominis non ascendit, quod *scilicet* præparavit Deus iis qui diligunt ipsum.

10 Nobis autem illud revelavit Deus per Spiritum suum. Spiritus enim omnia scrutatur, etiam profunda ipsius Dei.

11 Quis est enim filius hominis qui sciat ea quæ sunt in filio hominis, nisi spiritus filii hominis qui est in eo? Sic etiam, quæ sunt in Deo nemo novit, nisi spiritus Dei.

[1] Syrè, Sermonem magnificum.

[2] Hebraismus. id est, Quibus humana sapiētia sese ostētat ac venditat.

[3] F. vel in sapiētia humana, sed in virtute Dei. atque hoc fortasse melius, & cōveniētius argumēto Pauli.

[4] Hoc est, Apud se tamquā pretiosum thesaurū sepositum erat ab æterno, suo demum tēpore patefaciēdum.

EGO [a] igitur quum venirem ad vos, fratres, * veni nō cum eminentia orationis aut sapientiæ, annuncians vobis [b] testimonium Dei.

2 Non enim [c] statui quicquam scire inter vos, nisi Jesum Christum, eumq; crucifixum.

3 * Sed fui ego cum [d] infirmitate & timore ac tremore multo apud vos.

4 Neq; oratio mea & pręconium meum *versatum est* * in persuasoriis humanæ sapientiæ verbis, [e] sed in [f] demonstratione spirituali & potente.

5 [g] Ne fides vestra consistat in sapientia hominum, sed in potentia Dei.

6 [h] Sapientiam verò loquimur inter [i] adultos: sapientiam autem non seculi hujus, neque [k] principum seculi hujus qui abolentur:

7 [l] Sed loquimur sapientiam Dei *latentem* [m] in mysterio, *id est*, occultam illam, [n] quā prælinierat Deus ante secula ad gloriam nostram.

8 [o] Quam nemo principum seculi hujus cognovit. nam si cognovissent, nequaquā [p] Dominum gloriæ crucifixissent.

9 [q] Sed *prædicamus*, sicut scriptum est, * quæ oculus non vidit, nec auris audivit, [r] nec in mentem hominis venerunt, quæ paravit Deus iis a quibus ipse diligitur.

10 [s] Nobis autem Deus *ea* retexit per Spiritū suum. Spiritus enim omnia [t] scrutatur, etiam profunditates Dei.

11 [v] Quis enim hominum novit ea quę sunt hominis nisi [x] spiritus hominis qui est in eo? ita etiam ea quæ sunt Dei nemo novit nisi Spiritus Dei.

[a] B. Redit ad v. 17. superioris capitis, id est, ad sui ipsius exemplum, cōcedens se neq; grandiloquentia, neq; humanæ sapiētiæ argumentis apud eos usum esse, imò verò maxima cum simplicitate sermonis, abjectō, & humilem secūdùm carnem, unum Christum crucifixū apud eos nosse & prædicasse.

* *Sup. 1. 17.*

[b] Evangelium.

[c] Non decreveram profiteri inter vos aliam cognitionem quā Christi & quidem crucifixi.

* *Act. 18. 1.*

[d] Infirmitatē opponit eminentiæ sermonis: ideò conjungit timorē ac tremorē veræ modestię comites, non illos quibus perterrefiat conscientia, sed qui vanitati & arrogātiæ opponuntur.

* *Sup. 1. 17.*

2. Pet. 1. 16.

[e] B. Quod adversariis concesserat, jam in sui ministerij commēdationē retorquet; cujus virtus optimè ipsis perspecta, tāto videl. illustrior erat quanto magis constabat nullum mundi adminiculum intervenisse. [f] ἀποδείξεως nomine utitur, quo significatur probatio, quæ fit certis & necessariis rationibus. [g] B. Admonet Corinthios id ita factum esse magno ipsorum bono, ut qui hoc modo cæleste esse Evangelium manifestè perspicere potuerint. Itaq; tacitè eos objurgat quòd ostentationem quærentes, maximo fidei adminiculo sese ultrò privarent. [h] B. Aliud argumentum sumtū à natura rei, id est, Evangelii, quòd sit vera sapientia, sed solis perfectionis studiosis cognita: iis verò nihil sapiat, qui in mundo alioqui excellunt, sed una & caduca excellentia. [i] Perfectos vocat non eos qui jam sint perfectionem adepti, sed qui ad illam contendunt: ut Philip. 3. 15. ut perfectum infirmo opponat.

[k] Eorum qui inter homines, vel sapientia vel opibus ac potentia cæteris præstant. [l] B. Causam reddit cur hæc sapientia ab excellentibus illis mundanis ingeniis non perspiciatur, quoniā videlicet re vera tā sublimis est ut eò usq; penetrare non possint. [m] Quam homines ne suspicari quidem potuissent.

[n] B. Occurrit objectioni, Si tam abstrusa, quando & quomodo tandē cognita? Deus, inquit, eā apud se ab æterno definivit, quā hoc tempore ex suis arcanis ad hominū salutē depromeret. [o] B. Alia occupatio, Quomodo igitur hæc sapientia a primariæ auctoritatis hominibus ita repudiata est, ut etiā Christū crucifixerint? Respōdet Paulus, Quia Christū qualis erat non cognoverūt. [p] Potentem illū Deum veræ gloriæ ac majestatis plenum: continet autem hic locus apertissimū testimoniū divinitatis Christi, & unionis naturarū, quæ talis est, ut quod proprium est humanitati, divinitati tribuatur in concreto. quem tropum communicationem proprietatum vocārunt.

[q] B. Rursus objicitur, Sed quī fieri potuit ut acuti illi homines istam sapientiam non perspicerent? Respondet Paulus, Quia prædicamus quæ omnem humanum captum superant. * *Esa. 64. 4.* [r] Ne cogitare quidem ea potest homo, tantum abest ut ea possit sensibus complecti.

[s] B. Quæstio, Si captum hominum superat, quomodo à quoquam homine intelligi, nedum à vobis declarari potest? Ex peculiari inquit, per Spiritum Dei, illuminatione, à quo quisquis afflatus est, penetrat usque ad illa Dei arcana. [t] Nihil in Deo tam profundè abditum, quò non penetret Spiritus.

[v] Similitudine illustrat quod de afflatu Spiritus dixerat. Sicut vis humani ingenii res humanas pervestigat, sic mens nostra vi illa Spiritus divini freta res divinas intelligit. [x] Mens ipsius hominis, intelligendi & judicandi facultate prædita.

12 Nos verò non[y] spiritum mundi accepimus, sed spiritū qui *est* ex Deo: [z] ut [a] sciamus quæ Deus est nobis gratificatus.

13 * [b] Quæ etiam loquimur, non sermonibus quos docet humana sapientia, sed quos docet Spiritus sanctus, spiritualia cum iis quæ spiritualia sunt [c] conferentes.

14 [d] Animalis autem homo [e] non est capax eorum quæ sunt Spiritus Dei. sunt enim ei stultitia, nec potest *ea* cognoscere, quia [f] spiritualiter dijudicantur.

15 [g] * At spiritualis [h] dijudicat quidem omnia, ipse verò [i] a [k] nemine dijudicatur.

16 [l] * Quis enim novit mentem Domini, qui [m] instructurus sit eum? nos autem [n] mentem Christi habemus.

12 Nos autem nequaquā spiritum mundi accepimus, sed Spiritū qui est ex Deo, ut sciamus [5] quòd dona à Deo data sunt nobis.

13 Quæ etiam loquimur, nequaquam per doctrinam sermonum sapientiæ filiorum hominis, sed per doctrinam Spiritus: & spiritualibus spiritualia comparamus.

14 Filius enim hominis [6] qui in anima est, non percipit spiritualia: stultitia enim sunt ei, & non potest cognoscere quòd per Spiritum dijudicatur.

15 Spiritualis autem omnia dijudicat, & ipse a nemine dijudicatur.

16 Quis enim novit mentem Domini ut instruat eum? Nobis autem mens est Christi.

[y] Non sumus afflati spiritu, qui res hujus mundi doceat, sed eo qui nos ad Deū subvehat. hic locus docet adversus Sophistas quid sit fides, unde promanet, quæ sit illius vis.

[z] Quod in genere dixerat, jā ad ea restringit quæ nobis Deus de salute nostra in Christo patefecit, ne quis Spiritum Dei a prædicatione Verbi & Christi sejungat: vel fanaticos illos putet Spiritu Dei regi, qui extra verbum vagantes, suas speculationes pro Dei arcanis obtrudunt.

[5] Conjunctio Quòd, pro relativo Quæ.

[6] i. Animalis, qui tantùm ex proprio sensu & ingenio sapit.

[a] Scire hic propriè sumitur: ea enim vera est scientia, qua Spiritu Dei sumus persuasi * *Sup. 1. 17. 2. Pet. 1. 16.* [b] 8. Jam ad institutum redit, & concludit argumentum quod cœperat ℣. 6. est autem ejusmodi, Verba sunt rebus accommodanda, & res verbis convenientibus explicandæ: est autem ista sapientia spiritualis, non humana: spirituali igitur quodam docendi genere tradenda est, non humanæ illius eloquentiæ sermonibus, ut simplex quidem illa, sed incredibilis Spiritus majestas ibi eluceat. [c] Verba Dei accommodātes, nempe sicut spiritualia sunt quæ docemus, sic spirituale sit docendi genus. [d] 8. Rursus occurrit offendiculo, quī fiat ut ista tam pauci approbent. Hoc verò mirum videri non debere respondet Apostolus, quum homines in suis (ut vocant) naturalibus, non sint præditi ea facultate, qua res spirituales dignoscuntur: quæ facultas est adventitia, ideoq; sapientiam spiritualem habeant pro stultitia. Hoc autem perinde est ac si diceret, mirum non esse cæcos non judicare de coloribus, quum oculorum luce careant, ac proinde lux sit illis pro tenebris. [e] Non novit enim nisi ea quæ sunt hominum. [f] Vi Spiritus sancti. [g] 8. Amplificatio à contrariis. * *Pro. 27. 19.* [h] Intelligit ac discernit. [i] 8. Carnis sapientia, inquit Paulus, nihil certi, ne in suis quidem rebus cōstituit, nedum ut aliena, i. spiritualia, discernat: Spiritus autem Dei quo præditi sunt spirituales, falli nullo modo potest, ac proinde à nullo redargui.

[k] Homine: quum autem à Prophetis Prophetæ judicantur, judicium est Spiritus, non hominis. [l] 8. Ratio superioris dicti: Quia spiritualis dicitur, qui ex vi Spiritus didicit quod Christus non docuit. Jam verò si quod ex illo magistro didicimus, posset ab alio redargui, eum oporteret esse ipso Deo sapientiorem. Ex hoc autem consequitur, non tantùm ineptos esse, sed etiam impietatis reos, qui putant se vel perfectius quippiā posse communicari, vel meliore aliqua ratione docere posse sapientiam Dei, quam ij sciverint aut docuerint, quos certū est illo Spiritu Dei fuisse præditos. * *Esa. 9. 11. Sap. 9. 11. Rom. 11. 34.*

[m] Collatis cōsiliis edoctus quid ei sit agēdū. [n] Christi spiritu sumus præditi, qui nobis illa arcana alioquin inscrutabilia, omnēq; adeò veritatē patefecit.

CAPUT TERTIUM.

[1] Ratione reddita doctrinæ suæ humilis, [4] docet quo loco habendi sint ministri: [6] quod munus, [10] quæ vera ædificandi ratio. [16] Monet Corinthios ne patiantur animas suas profanari, [18] superba carnis sapientia.

Ego [a] porrò, fratres, non potui loqui vobis ut spiritualibus, sed *loquutus sum* ut [b] carnalibus, *id est*, ut infantibus in Christo.

2 Lactis potu vos alui, & non [c] esca: nondum enim [d] poteratis *id ferre:* imò ne nunc quidem adhuc potestis.

3 Nam adhuc carnales estis. quum enim inter vos *sint* invidia & contentio & dissidia, nónne carnales estis, & [e] secundùm hominem ambulatis?

4 Etenim quum dicit aliquis, Ego quidem sum Pauli: alter verò, Ego *sum* Apollo: nónne carnales estis?

5 [f] Quis igitur est Paulus, quis autem Apollos, nisi ministri per quos credidistis, & ut cuique Dominus dedit?

6 [g] Ego plantavi, Apollos rigavit: sed Deus dedit crescendi vim.

7 Itaque neq; is qui plantat, est aliquid, neque qui rigat: sed Deus, qui dat crescendi vim.

8 Is verò qui plantat, & is qui rigat, unum sunt: * unusquisque verò suam mercedem accipiet secundùm suum laborem.

9 Etenim Dei sumus [h] administri: Dei arvum, Dei ædificium estis.

10 Secundùm gratiam Dei quæ data est mihi, ut peritus architectus fundamentum statui: alius autem superædificat.

Et ego, fratres mei, non potui loqui vobiscum tamquam cum spiritualibus, sed tamquam cum [1] corporeis: & tamquam infantibus in Christo.

2 Lac præbui bibendum vobis, & non dedi vobis [2] cibum: non enim adhuc poteratis, sed nec etiam nunc [3] potestis.

3 Adhuc enim in carne estis. Quum enim sit in vobis æmulatio, & contentiones & dissidia, [4] ánnon corporei estis, & secundùm carnem ambulatis?

4 Quum enim dicat [5] unusquisq; ex vobis, Ego Pauli sum: & alius dicat, Ego Apollo sum, [6] nónne corporei estis?

5 Quis enim est Paulus, aut quis est Apollo, nisi ministri [7] per quorum manus credidistis? & [8] unusquisque prout ei dedit Dominus.

6 Ego plantavi, & Apollo rigavit, sed Deus crescere fecit.

7 Nō igitur is qui plātat est aliquid, neque is qui rigat, sed Deus qui crescere facit.

8 Qui autem plantat, & qui rigat, unum sunt: quisque secundùm laborem suum mercedem suam accipiet.

9 Cum Deo enim operamur: & opus Dei & ædificium Dei vos estis.

10 Et juxta gratiā Dei quæ data est mihi, posui fundamentū tanquam architectus [9] sapiens: alius autem super ipsum ædificat.

[a] 8. Explicata sapientiæ divinæ (i. Evangelicæ) dignitate, & damnata universaliter humanæ mentis cæcitate, tandem hoc Corinthiis specialiter applicat, carnaleseos appellās, id est, in quibus adhuc caro spiritui prevaleret. Adfert autem duplex ejus rei testimoniū. unū, quòd tales eos esse et expertus, adeò ut cū eis non aliter quā cū rudibus & pænē in pietatis doctrina infantibus egisse: alterū quòd reipsa ostendunt ex istis factionibus, ignorantia virtutis Spiritus & divinæ sapientiæ excitatis, sese parùm admodum profecisse.

[b] Carnales vocat, qui sunt adhuc rudes: addit enim exegeticè, infantes.

[1] Id est Carnalibus. Nam caro & corpus apud Hebræos confundunturr.

[2] Ex oppositione lactis restringitur ad cibum solidiorē.

[3] Heb. cujus exemplum habes Jes. 1. 13. & aliis locis. Sub. אוכל Ferre.

[4] Syrē, Non ecce. Heb. 1. sed hoc ex vocis etymo: alioquin vulgo pro annon: vel nónne sumitur. sic seq. ℣.

[5] 1. vel quisquā ex vobis.

[6] Syrē, Non ecce. Heb.

[7] Id est, Quorū ministerio & opera. Hebraism. ttitus.

[8] 1. Vel unicuiq; prout dedit Dominus.

[9] Heb. pro perito.

[c] Solido cibo.

[d] Ut vos solido cibo pasceremur igitur adolescebant Corinthii, ita eos aluit Apostolus, initio lacte, pòst autem solido cibo: quæ non re, sed tradēdi modo differebant. [e] Juxta humani judicii normam. [f] 8. Ubi satis multis rationibus tum ambitiosos doctores, tum stultos eorum admiratores reprehendit, jā quo loco habendi sint veri ministri Verbi ostendit, ut neq; plus neq; minus eis tribuatur, quàm par sit. Docet igitur eos quidem esse per quos ad fidem & salutem abducamur, sed ut Dei ministros, & ita quidem ut per se nihil efficiant, sed Deo in ipsis, prout visum est eos donis instruere, sic etiam operante. Nō est igitur quis minister loquatur, sed quid dicatur attendendū: & ab eo pendere nos oportet, qui per suos servos loquitur. [g] 8. Duplici similitudine illam sententiam illustrat: primū comparans cœtum fidelium arvo, quod Deus servorum opera satum & rigatum fœcūdet: deinde ædificio, quod extruat quidem Dominus, sed suorum operariorum manibus: quorum aliis in jaciendo fundamento, aliis in componendo ædificio utatur. Utraq; autem similitudo huc spectat, ut doceat unius Dei auctoritate & vi in solidum omnia perfici, ut sit in eū unū propriè respiciendū. Deinde quamvis Deus quibusdā in præstantiore aliqua operis parte utatur, non tamen propterea alios esse præ aliis negligendos, ac multò minus esse disjungendos (sicut a factiosis istis fiebat) quum omnes uni Domino operam navent, & ita quidem ut uni & eidem operi perficiendo, quamvis disparī operandi ratione inserviant, adeò ut alter altetius ope & subsidio egeat. * *Psal. 62. 12. Gala. 6. 1.* [h] Subservientes: administri autem nec vi sibi à natura ipsis insita agunt, sed ex gratia donata, qua fiunt donei. Infrà 15. 10. & 2. Cor. 3. 6. augmentum autem omne ita manare a Deo, ut nihil inde laudis ad administrum redire possit.

Quisq

Quisque autem videat quomodo ædificet super illud.

11 Fundamétum enim aliud præter hoc quod positum est, nemo potest ponere, quod est Jeschua Christus.

12 Siquis autem ædificat super hoc fundamentum aurum,[10] aut argentum, aut lapides pretiosos, aut ligna, aut fœnum, aut stipulam,

13 Opus uniuscujusque manifestum fit: dies enim ipse manifestat illud: quia per ignem manifestatur. Et opus uniuscujusque, sicut est, ignis discernet.

14 Et is cujus permanserit opus, [11] ipse qui ædificat, mercedem suam accipiet.

15 [12] Et cujus opus exustum fuerit, deficiet: ipse autem servabitur. ita tamen ut qui ab igne *servatur*.

16 Ignoratis vos quòd templum estis Dei, & Spiritus Dei habitat in vobis?

17 Qui destruit templum Dei, destructurus est eum Deus. Templum enim Dei sanctum est, quod estis vos.

18 Nemo decipiat seipsum. qui putat inter vos quòd sapiens sit in mundo hoc, fiat stultus, ut sit sapiens.

19 Sapientia enim mundi hujus, stultitia est apud Deum. Scriptum est enim, [13] Quòd comprehendit sapientes in astutia ipsorum.

20 Et rursus, Dominus novit cogitationes sapientum, quòd vanæ sunt.

21 Propter hoc nequis glorietur in filiis hominis: cuncta enim vestra sunt.

22 Sive Paulus, sive Apollo, sive Cipha, sive mundus, sive vita, sive mors, siue præsentia, sive futura, omnia, *inquã*, vestra sunt.

23 Et vos, Christi: & Christus, Dei.

[10] Aptè implet contextũ Græcum addita distinguendi particula.

[11] f. vel quod ædificaverit, Græco convenientiùs.

[12] Et pro At.

[13] f. vel qui deprehendit.

[i] Porrò quisque videat quomodo superædificet.

11 [k] Nam fundamentum aliud nemo potest statuere præter id quod positum est, quod est Jesus Christus.

12 [l] Quòd siquis superædificet super fundamentum hoc, aurum, argentum, lapides pretiosos, ligna, fœnum, stipulam,

13 [m] Cujusq; opus manifestum fiet: dies enim *id* declarabit: nam per ignem revelabitur: & cujusque opus quale sit, ignis probabit.

14 Sicujus opus manserit quod superædificaverit, mercedem accipiet:

15 Sicujus opus exustum fuerit, damnũ faciet: [n] ipse verò servabitur: ita tamen ut per ignem.

16 [o] *An nescitis vos esse templum Dei, & Spiritum Dei habitare in vobis?

17 Siquis templum Dei [p] violat, hunc perdet Deus: nam templum Dei sanctum est, quod estis vos.

18 [q] Nullus seipsum seducat: siquis *sibi* videtur esse sapiens inter vos in hoc seculo, stultus fiat ut fiat sapiens.

19 Sapientia enim mundi hujus, stultitia *est* apud Deum. scriptum est enim *, [r] Carpit sapientes in versutia ipsorum.

20 Et rursum, * Dominus novit disceptationes sapientum esse vanas.

21 [s] Itaque nullus [t] glorietur in hominibus: omnia namque [v] vestra sunt:

22 Et Paulus, & Apollos, & Cephas, [x] & mundus, & vita, & mors, & præsentia, & futura: omnia, *inquam*, vestra sunt:

23 Vos autem Christi: Christus verò Dei.

[i] B. Jam ipsos doctores alloquitur, suos in Ecclesia Corinthiaca successores, & in eorum persona omnes quicumque postea fuerunt, sunt, vel erunt Ecclesiarum pastores, quum in laborem plãtatorũ & architectorum Apostolorũ successerint. Monet igitur primùm, ne putent sibi licere suo aliquo modo ædificare, i. aliquid vel reipsa, vel docẽdi genere diversum ab architectis Apostolis, in Ecclesia proponere.

[k] B. Deinde quod sit hoc fundamentum ostẽdit, nempe Jesum Christũ, a quo illis non liceat vel tantillũ deflectere in ædificii structura.

[l] B. Tertiò, Curandum ait ut fundamẽto respondeat superficies ædificii, i. ut admonitiones, exhortationes, & quicquid ad ædificationẽ gregis facit, solidę Christi doctrinæ respondeat, tũ in materia, tum in forma: cujusmodi doctrina auro, argento, & gemmis comparatur; ex qua etiam materia Esaias & Johannes in Apocalypsi, cælestem civitatẽ fabricant. Huic autẽ opponuntur ligna, fœnum, stipula, i. curiosæ & futiles quæstiones vel ordinationes, itemq; tota illa docendi ratio ad ostentationem comparata. Nam falsæ doctrinæ, de quibus hic non agit, non dicuntur propriè superstrui huic fundamento, nisi fortassis specie tenus. [m] Testatur, quod etiam res ipsa declarabat, non omnes esse probos ædificatores, ne eos quidem qui vero & vni illi fundamento insistunt: sed hoc opus malorum ædificatorum (inquit) ut ad tempus perstet, tamen nõ semper fallet, quoniam lux veritatis tandem ut dies apparens, discussis tenebris, quale illud sit aperiet. Sicut autem materiæ illæ igni explorantur, probæ sint nẽne, ita etiam Dominus suo tempore, Spiritus & Verbi sui examine, ædificia omnia explorabit, ac proinde fiet ut quæ pura & solida inventa fuerint, ita etiam perdurent cum opificis laude: quæ verò secùs, consumta evanescant, ac proinde spe sui laboris frustretur opifex, qui sibi in te nihili placebat.

[n] B. Non adimit spem salutis imperitis & ineptis ædificatoribus qui fundamentum retineant, cujusmodi erant isti rhetores potiùs quàm pastores Corinthii: sed addit exceptionem, oportere nihilominus ipsos pati istud operis sui examen, atq; adeò ferre inanium laborũ suorum jacturam. [o] B. Perstans in ædificij metaphora, docet non modò inanem esse istam ambitionem, sed etiam cum sacrilegio conjunctam. Dicit enim Ecclesiã esse instar templi Dei, quod ipse videlicet sibi suo spiritu consecrarit. Deinde ad istos ambitiosos sese convertens, profanari docet ab eis Dei templum, quum inania illa artificia, in quibus sibi tantopere placebant, docet esse totidem sacræ Dei doctrinæ & puritatis Ecclesiæ pollutiones: quod facinus non sit futurum inultum.

* *Infr. 6. 19. 2. Cor. 6. 16.* [p] Ut rem sacram polluit ac contaminat. polluit autem Dei templum Paulo teste, qui carnali facundia puritatem Evangelii inquinat. [q] B. A contrariis colligit eos demum puram sapientiam in templo Dei profiteri, qui humana illa omnia repudiant: quòd si à mundo rideantur, satis illis esse debere, quòd ex Dei sententia sapiant. * *Job 5. 13.* [r] Utcumq; sint vafri, eos tamen Dominus capiet, quum illorum artes reteget. * *Psa. 94. 11.*

[s] B. Redit ad propositionem ℣. 2. priore loco auditores monens, ne deinceps eos quos Deus constituit salutis ipsorum non dominos sed ministros, pro dominis habeant, quod ii faciunt qui ab hominibus pendent, non à Domino per eos loquente. [t] Sibi placeat. [v] Adminicula vobis destinata.

[x] B. A personis ad res ipsas transit, ut majus sit pondus argumenti. Imò etiam à Christo ad Patrem ascendit, ut doceat in ipso etiam Christo, quatenus homo est, nos idcirco acquiescere, quia nos ad Patrem usque subvehit, sicut ipsemet Christus ubiq; testatur se missum à Patre, ut hoc vinculo cum ipso Deo unà omnes devinciamur.

CAPUT QUARTUM.

[1] *Descriptione veri Apostoli adducta,* [7] *humilitatis speciẽ honori sibi magis esse debere quàm probro docet.* [9] *Signa profert unde re ipsa appareat,* [10] *nec gloriæ,* [11] *nec ventri ipsum studuisse.* [17] *Ad finem, Timotheum commendat.*

SIc simus reputati vobis ut ministri Christi, & dispensatores mysteriorum Dei.

2 Cæterùm jam requiritur in dispensatoribus ut quisque fidelis inveniatur.

3 Mihi autem hoc minimum est [1] mihi, ut a vobis judicer, aut ab ullo filio hominis, sed neque ego meipsum judico.

SIc [a] de nobis reputet [b] homo ut de ministris Christi, & dispensatoribus mysteriorum Dei.

2 [c] Quod reliquũ est autẽ, *illud* requiritur in dispẽsatoribus ut quis fidus inveniatur.

3 [d] Mihi verò pro minimo est quòd a vobis dijudicer, [e] aut ab humano [f] judicio: [g] imò nec ipse me dijudico.

[1] Pleonasmus relativi. Heb.

[a] B. Conclusio officii auditorum erga ministros, ut pro dominis eos non habeãt: intereà verò ut à Christo missos audiant, missos, inquam, ut ex eorũ veluti manu thesaurum illum salutis ex arcanis Dei depromtum accipiant. [b] Quisque. [c] B. Posteriore loco ministros monet, ut vicissim ipsi sese non ut dominos, sed ut servos, & quidem fideles, gerant, quum sit eis coram Domino reddenda dispensationis ratio. [d] B. Quoniam sese proposuerat pro exemplo, cæteros reprehendens, utitur occupatione: & gravitate Apostolica fretus, testatur se nihil moveri contraria de se illorum judicia, à quibus ut homo abjectus habebatur, quòd nihil externi illius splendoris haberet. Affert tamen rationes optimas, cur nihil moveatur illorum de se judiciis.

[e] B. Primùm, quia quòd homines in his rebus judicant ex suo sensu, non majoris est momenti quàm quum indocti de sapientia judicant. [f] Ad verbum, die, pro judicio, ex Cilicum idiotismo.

[g] B. Secundò, inquit, quomodo vos quanti sim vel nõ sim judicare potestis, quum ne ego quidem qui mihi probabiliter meliùs sum notus quàm vobis, atque adeò qui bona conscientia in meo munere me versatum esse ausim profiteri, tamen non ausim propterea mihi quicquam tribuere? Scio enim me nihilominus non esse irreprehensibilem, nedum ut mihi instar vestri placeam.

4 Nullius enim rei mihi conscius sum: sed non per hoc justificatus sum: [h] Dominus autem is est qui me dijudicat.

5 [i] * Proinde ne ante præstitutum tempus quicquam judicate, *id est*, usquedū venerit Dominus, qui & illustraturus est res tenebris occultatas, & manifesta faciet consilia cordium: ac tunc [k] laus erit vnicuique a Deo.

6 [l] Hæc autem, fratres, figura quadam transtuli ad meipsum & Apollo, propter vos: ut in [m] nobis discatis, supra id quod scriptum est, non sapere: ut ne alius pro alio inflemini adversus alium.

7 [n] Quis enim te *ab aliis* discernit? quid autem habes quod non receperis? quòd si etiam accepisti, quid gloriaris [o] quasi non acceperis?

8 [p] Jam saturati estis, jam ditati estis, absque nobis regnum adepti estis: atque utinam sanè regnum adepti sitis, ut & nos vobis conregnemus.

9 Deus enim, puto, nos, ultimos Apostolos, spectandos proposuit, ut morti addictos. [q] Nam spectaculum facti sumus mundo, & Angelis & hominibus.

10 Nos stulti propter Christum, vos autem prudentes in Christo: nos infirmi, vos autē validi: vos gloriosi, nos ignominiosi.

11 Ad hoc usque tempus & esurimus & sitimus, & nudi sumus, & colaphis cædimur, & incertis sedibus erramus:

12 * Et laboramus, operantes propriis manibus: conviciis affecti, benè precamur: si qui nos persequantur, sufferimus.

13 * [r] Infamati precamur: tamquam [s] purgamenta mundi facti sumus, & *tamquam* omnium ramentum nunc usque.

14 [t] Non ut vos pudore suffundam, hæc scribo, sed ut filios meos dilectos admoneo.

15 Nam etsi decem millia pędagogorum habeatis in Christo, at non multos patres *habetis*. in Christo enim Jesu per Evangelium ego vos genui.

16 Precor vos igitur, imitatores mei estote.

17 Propterea misi vobis Timotheum, qui est filius meus dilectus & fidelis in Domino, qui vobis in memoriam revocabit [v] quæ sint viæ meæ in Christo, sicut ubique in omnibus Ecclesiis doceo.

18 [x] Cæterùm perinde quasi ego non sim venturus ad vos, inflati sunt quidam.

19 Sed veniam citò ad vos, * si Dominus voluerit, & cognoscam nō [y] verba istorum inflatorum, sed *spiritualem* potentiam.

20 Non enim in verbis *situm est* regnū Dei, sed in *spiritus* potentia.

21 [z] Quid vultis? cum virga veniam ad vos, an cum charitate, & [a] spiritu lenitatis?

4 Nulla enim re in anima mea [2] compungor. sed non per hoc justificatus sum: judex enim meus, Dominus est.

5 Propter hoc ne ante tempus sitis judices, usque dum venerit Dominus ipse, qui illuminat occulta tenebrarum, & revelat cogitationes cordium: tunc erit laus vnicuique a Deo.

6 Hæc autem, fratres mei, propter vos proposui [3] sub exemplo meo, & Apollo, ut in nobis disceretis ne [4] cogitaretis plusquā quod scriptum est: & nequis adversus socium suum extollatur propter *ullum* hominem.

7 Quis enim discernit te? Aut quid est tibi quod non accepisti? [5] &, si accepisti, cur gloriaris tanquā is qui non acceperis?

8 Jam [6] saturati estis, & ditati estis, & absque nobis regnum adepti estis. utinam autem regnum adepti sitis, ut etiam nos regnemus vobiscum.

9 Arbitror autem quòd nos Apostolos novissimos, posuit ipse Deus velut ad mortem: quia sumus spectaculum mundo, Angelis, & filiis hominis.

10 [7] Nos stulti propter Christum, vos autē sapientes in Christo: nos infirmi, [8] & vos robusti: vos gloria afficimini, & nos ignominia afficimur.

11 Usque ad hanc horam esurimus, & sitimus, & nudi sumus, & colaphis cædimur, & habitatio firma non est nobis:

12 Et laboramus operantes manibus nostris: ignominia afficiunt nos, & benedicimus: persequuntur nos, & sustinemus:

13 Conviciantur nobis, & [9] supplices sumus eis. tanquam rejectamenta hujus mūdi sumus, & piaculum omnis hominis usq; nunc.

14 Nequaquam ut pudefaciam vos, scribo hæc, sed tanquā filios dilectos erudio.

15 Quamvis enim myrias [10] monitorum sit vobis in Christo, tamen non sunt multi patres: in Jeschua Christo enim ego genui vos per [11] prædicationem.

16 Peto igitur à vobis ut mihi similes fiatis.

17 Propter hoc misi ad vos Timotheum, qui est filius meus dilectus & fidelis in Domino, ut ipse in memoriam reducat vobis vias meas quæ sunt in Christo, [12] juxta id quod doceo in omnibus ecclesiis.

18 Quasi autem non sim venturus ad vos, inflati sunt quidam ex vobis.

19 Sed si Dominus voluerit, citò venturus sum ad vos, & [13] cognoscam non sermonem eorum qui extollunt seipsos, sed virtutem eorum.

20 Regnum enim Dei non est in sermone, sed in virtute.

21 Quomodo vultis? cum virga veniam ad vos, an cum charitate & cum spiritu lenitatis?

[h] Sed me Domini judicio permitto.

[i] B. Tertia ratio, ut conclusio ex præcedētibus rationibus nascēs: Dei est æstimate unūquemq; suo pretio, ut qui norit cordis latebras quæ sæpissimè homines fallunt. Vestrū itaque hoc judiciū nō est.

* *Matt. 7. 1. Rom. 2. 1.*

[k] Laudati præcęteris unus nō poterat, quin cæteri culparētur: laudis autē potiùs quā vituperii mentionem facit, quia istius mali hæc erat origo, quòd certis hominibus plus tribuerent quā par esset.

[l] B. Rejecto illorum judicio, rursus se proponit pro singulari modestiæ exēplo, ut quin hac ipsa epistola reticens illorum factiosorū doctorum nomina, non dubitarit suum & Apollo nomē substituere ipsorū loco, & eorū dedecus hoc modo velut in se recipere, nedum ut se cuiquam anteponeret.

[m] Nostro exēplo, qui aliorū etiam vitia in nostras personas transferre maluimus, quā nominatim quemquā carpere.

[n] B. Optimū remediū coërcendæ arrogantiæ ostēdit: primū si cogites quo jure te eximas ex aliorū numero, quum & ipse homo sis: deinde si cōsideres etiam si quid præter alios habeas, tamen hoc te nō habere, nisi ex Dei liberalitate. Quis autem sanus de alieno glorietur, & quidem adversus Dominum?

[o] In natura igitur nihil verè laudabile, sed omnia sunt à gratia, contra Pelagianos, & Semipelagianos.

[p] B. Descendit ad gravissimā ironiam, ut ambitiosos illos ad ruborem vel invitos cogat.

[q] Qui volet antithesin habere Pauli & Episcopi Romani, qui se ejus successorem mentitur, comparet delicias Romanæ curiæ cum hac Pauli conditione. *Act. 20. 34. 1. Thes. 2. 9. 2. Thes. 3. 8.* * *Matt. 5. 44. Luc. 23. 34. Act. 7. 60.*

[r] Probris affecti. [s] Sordes undique everrendo collectæ, quas prisci Latini exvertas dixerunt. [t] B. Ironiæ acrimoniam temperans, monet ut meminerint à quo sint in Christo geniti, & eum pro exemplo sequi non dubitent, quantumvis in speciem præ aliis abjectum, at spiritus Dei efficacia potentem, ut ipsi erant in sese experti. [v] Quam viam & regulam sequar in docendis passim Ecclesiis. [x] B. Postremò, ad Apostolicas etiam minas descendit, sed ut pater filios objurgans, ne ad castigationem usque venire cogatur eorum intemperie. * *Act. 18. 21. Jac. 4. 15.* [y] Verba vocat istorum phaleras & inanem verborum splendorem, quibus opponit virtutem Spiritus.

[z] B. Transitio ad alteram partem hujus Epistolæ, in qua gravissimum scelus severissimè reprehendit, ostendens Ecclesiasticæ correctionis usum.

[a] Leniter in vos affectus.

[2] F. vel conscius sum ego.

[3] F. Syrè, in persona mea.

[4] Subaudi de vobis ipsis.

[5] Vel, Quòd si.

[6] F. Syrè, saturati estis vobis. Pleonasmus, de quo in Mat. 4. 10.

[7] F. vel nos stultos propter Christū, & sic sequētia in hoc versu.

[8] &, pro at.

[9] Syrè, Petimus ab eis, subaudi veniam.

[10] F. vel doctorum pædagogorūmque.

[11] F. vel Evangelium.

[12] F. vel quemadmodum.

[13] Pro, experiar, ex Hebrēorum usu.

CAP

CAPUT QUINTUM.

[1] Quòd incestuosum privigni xum noverca conjugium tacìti ferrent, [2.6] satis causæ esse admonet cur pudore dejuciantur potiùs quàm superbiant. [10] Ejusmodi scelera excõmunicatione vindicanda esse, [12] ne contagio latiùs serpat.

IN summa auditur inter vos scortatio,& quæ est scortatio qualis etiam non inter profanos nominatur,adeò ut [1] acceperit filius uxorem patris sui.

2 Et vos inflati estis, non autem potiùs sedistis in luctu,ut tolleretur de medio vestri is qui hoc opus operatus est?

3 Ego enim longè dissitus à vobis corpore,& propinquus vobis spiritu, jam judicavi,tãquam propinquus, illum qui hoc operatur,

4 Ut in nomine Domini nostri Jeschua Christi [2] congregemini vos omnes,& ego vobiscum spiritu, cum potestate Domini nostri Jeschua Christi,

5 Et tradatis istum Satanæ, ad interitum corporis ejus,ut in spiritu [3] salvus fiat in die Domini nostri Jeschua Christi.

6 Non est [4] bona gloriatio vestra,fratres mei. ignoratis vos quòd fermenti modicum totam massam fermentat?

7 Expurgate à vobis fermentum vetus, ut sitis massa nova,sicut estis azymi.Paschra enim nostrum Christus est,qui immolatus est pro nobis.

8 Propter hoc celebremus festum, non in fermento veteri, neq; in fermento malitiæ & amaritudinis: sed [5] in azymis puritatis & sanctitatis.

9 Scripsi vobis per epistolam,ut ne commisceamini cum scortatoribus.

10 Non autem dico, cum scortatoribus qui sunt in mundo isto, aut cum avaris, aut cum rapacibus, aut cum cultoribus simulacrorum: alioquin debuissetis etiam e mundo exire.

11 Hoc autem quod scripsi vobis, *ejusmodi est* ut non [6] commisceremini. [7] & si quis est qui vocetur frater,& est scortator, aut avarus, aut cultor simulacrorum, aut conviciator,aut ebriosus,aut rapax,cum eo qui [8] sic est, ne cibus quidem comedendus.

12 Quid enim ad me attinet judicare extraneos? [9] Vos autem eos qui intus sunt judicate.

13 Extraneos autem Deus judicat, [10] & auferte malum e medio vestri.

OMnino [a] auditur *esse* inter vos scortatio,& ejusmodi scortatio quæ ne inter Gentes quidem nominatur, adeò ut quis uxorem patris habeat.

2 [b] Et vos inflati estis, ac non potiùs luxistis,ut tolleretur e medio vestri qui facinus hoc patravit?

3 [c] Enimverò ego ut absens corpore,præsens autem [d] spiritu,jam ut præsens judicavi,ut is qui hoc ita perpetravit,

4 Vobis & meo spiritu [e] in nomine Domini nostri Jesu Christi congregatis, [f] cũ potestate Domini nostri Jesu Christi.

5 [g] Ejusmodi *inquam homo* [h] tradatur Satanæ [i] ad exitium carnis, ut spiritus salvus sit die illo Domini Jesu.

6 [k] Non *est* bona [l] gloriatio vestra. * An nescitis paululo fermẽti totam massam fermentari?

7 [m] Expurgate igitur vetus fermentum, ut sitis nova [n] massa, sicut estis fermenti expertes. Etenim [o] Pascha nostrum,pro nobis sacrificatum est, *nempe* Christus.

8 Itaque [p] festum agitemus,non fermento veteri, nec fermento malitiæ & nequitiæ: sed non fermentatis *panibus* sinceritatis & veritatis.

9 [q] Scripsi vobis in epistola,ne commisceamini cum scortatoribus.

10 [r] At non omnino cum scortatoribus mundi hujus,aut avaris,aut rapacibus, aut idololatris:alioquin debetis scilicet e mundo exire.

11 Nunc autẽ scripsi vobis ne cõmisceamini,*id est*,si quis quum frater nominetur, sit scortator,aut alieni avidus,aut idololatra,aut conviciator,aut ebriosus, aut rapax: cum ejusmodi *inquam* ne edatis quidem.

12 [s] Quid enim mea *interest* etiam de extraneis judicare? nónne de iis qui intus sunt vos judicatis?

13 De extraneis verò Deus judicat.tollite ig tur istum improbum ex vobisipsis.

[1] Ut scilicet ea tamquam uxore uteretur.

[2] r. vel congregatis omnibus vobis & me vobiscum in spiritu cum potestate Domini nostri Jeschua Christi, ut inquam tradatis istum Satanæ: &c.Atque hoc evidentius, & magis respondens Græco.

[3] Syrè,Vivat. Hebr.

[4] Syrè, Pulcra.

[5] In contextu Syriaco perperam scriptum erat בחמירא, In fermẽto pro בפטירא,In azymis,quod ex contextu plusquam liquidũ est.

[6] r.i.eos in domo Dei vobiscum & in vestra consuetudine ne habeatis.

[7] Addit copulam,quę exegetica est, Id est, Si quis.

[8] Hebr.i. talis.

[9] r.Exegesis categorica est interrogationis illius qua Paulus utiturnónne eos qui intus sunt judicatis?id est,judicare debetis ex officio vestro? hoc ergo facite, exteros judicabit Deus: sed videte domi.

[10] Pro inferendi particula, Auferte igitur.

[a] B.Gravitet reprehẽdẽdi qui tolerandis sceleribus Ecclesiam Dei exponunt ipsorum infidelium ludibriis.

[b] B.Nulli magis superbiunt, quàm qui sese minus norunt.

[c] B.Excommunicatio non est unius potestati committenda, sed ex cœtus auctoritate, præeunte legitima cognitione,administranda.

[d] Animo,cogitatione,volũtate.

[e] Invocato Domini Christi nomine.

[f] B. Non dubiũ est quin ratum sit in cælis ejusmodi judiciũ, in quo videlicet Christus ipse judex sedeat.

[g] B.Excommunicatus traditur Satanæ potestati, quũ ex domo Dei ejiciatur.

[h] Quid sit tradi Satanæ, exponit Dominus, quũ dicit, Fiat tibi sicut Ethnicus & Publicanus, Mat. 18.17.i.jus civitatis Christianę amittere:extra Ecclesiã autem regnat Satan.

[i] B.Finis tamẽ excommunicationi propositus non est excommunicati exitium, sed salus,ut videlicet hoc remedio dometur ipsius caro, ut discat spiritui vivere.

[k] B. Alius finis excommunicationis,ne contagio ad reliquos pervadat,quo fit ut necessariò sit in Ecclesia retinenda, ne alij aliorũ contagione inficiantur.

[l] Immeritò & nõ bona ratione gloriamini,quasi excellatis,quum inter vos tantum scelus inveniatur. * *Gal.r.9.*

[m] B. Allusione ad Paschæ ceremoniam facta, hortatur ut impurum illum e suo cœtu ejiciant. Olim,inquit,Pascha celebraturis non licebat fermẽtatis panibus vesci,adeò ut impurus haberetur & indignus qui Pascha vesceretur qui fermentum vel degustasset. Potrò totam nostram vitam esse oportet instar festi illius Azymorum, in quo participes facti mactati illius agni immaculati, omnem impuritatem tùm ex nobisipsis,tum ex domibus cœtibusq; nostris procul abesse jubeamus.

[n] Massæ nomine, universum Ecclesiæ corpus intelligit, singulos azymos. i. spiritu innovatos, detracta vetere corruptione.

[o] Agnus Paschæ, metonymicè.

[p] Totam vitam tamquam perpetuum festum agamus,justè & integrè.

[q] Generalius jam loquitur,& quòd de illo incestuoso dixerat, ad illos etiam palàm flagitiosos,& suis offendiculis Ecclesiam turbantes, ostendit pertinere,qui & ipsi ex Ecclesiæ communione sint ordine legitimo ejiciendi. Mentionem autem capiendi cibi faciens,vel Agapas respicit, in quibus Cœna Domini celebrabatur, vel communem vitæ usum & consuetudinem notat:quod & ipsum dextrè accipiendum est, nequis putet excommunicatione vel matrimonia dirimi,vel officia quæ alii aliis,ut parentibus filii,magistratibus subjecti, dominis servi, proximi denique proximis lucrifaciendis debent, impediri.

[r] Si protsus vobis esset abstinendum ab ejusmodi hominum consortio,vobis ex ipso mundo emigrandum esset: de iis igitur loquor, qui in sinu Ecclesiæ versantur,quos debetis disciplina Ecclesiastica ad frugem revocare,non autem de exteris, quos debetis modis omnibus Christo lucrifacere.

[s] B. Ejiciendi falsi fratres ex cœtu: extranei judicio Dei relinquendi.

CAPUT SEXTUM.

[1] Invehitur in forenses contentiones. [6] quibus se mutuò vexabant sub infidelibus, cum magno Evangelii dedecore. [9] deinde scortandi licentiam gravi comminatione exagitat.

Sustinet

Sustinet [a] [b] aliquis vestrûm, negotium habens adversus alterum, judicio experiri [c] sub injustis, [d] ac non sub sanctis?

2 [e] An ignoratis sanctos mundum judicaturos? quòd si per vos judicabitur mũdus, indigni estis [f] minimis judiciis?

3 An ignoratis fore ut Angelos judicemus, nedum *ut* quæ ad hujus vitæ usum pertinent *non judicemus?*

4 [g] Itaq; si [h] judicia habeatis de iis quæ ad hujus vitæ usum pertinẽt, [i] eos qui nullo loco habentur in Ecclesia, eos, *inquam*, in subsellis collocate.

5 [k] Ad pudorem vobis *incutiendum* loquor. Itáne non est inter vos sapiens, ne unus quidem, qui possit decernere inter fratres suos?

6 Sed frater cum fratre judicio experitur, idq; sub infidelibus.

7 Iam igitur omnino [m] defectus in vobis est, quòd [n] judicia habeatis inter vosmetipsos. *[o] quare non potiùs injuriam patimini? cur non potiùs damnum accipitis?

8 * At vos injuria afficitis, & fraudatis, idq; fratres.

9 An ignoratis injustos non esse Dei hæreditatem possessuros? [p] Ne errate. neq; scortatores, neque idololatræ, neque mœchi, neque molles, neque qui concumbunt cum masculis,

10 Neque fures, neque avari, neque ebriosi, neque conviciatores, neque rapaces, regni Dei hæreditatem possidebunt.

11 * Et hæc eratis quidam: sed abluti estis, sed sanctificati estis, sed justificati estis: in [q] nomine Domini Iesu, & per Spiritum Dei nostri.

12 * [r] [s] Omnia mihi licent, * at nõ omnia conducunt: omnia mihi licent, at ego [t] nõ redigar sub ullius rei potestatem.

13 [v] Escæ ventri *destinatæ sunt*, & venter escis: Deus autem & hunc & eas abolebit. corpus verò non scortationi, sed Domino, & Dominus corpori.

14 Deus autem & Dominum suscitavit, & * nos suscitabit potentia sua,

15 An ignoratis corpora vestra esse membra Christi? Num igitur sublata membra Christi, faciam scorti membra? Absit.

16 [y] An ignoratis eum qui agglutinatur

Audet aliquis ex vobis quum est ipsi lis cum fratre suo, litigare coram iniquis, & non coram sanctis?

2 An ignoratis vos quòd sancti mundum judicabunt? Et, si mundus per vos judicatur, non digni estis ad judicandum lites [1] minutulas?

3 Ignoratis vos quòd Angelos judicaturi sumus? quanto magis ea quæ sunt mundi hujus?

4 Sed si sit vobis lis de rebus mundi, eos, qui sunt contemtibiles in ecclesia, [2] collocate vobis in judicio.

5 Ad verecundiam autem *vestram* hoc dico vobis. Ita non est in vobis ne vnus quidem sapiens, qui possit [3] ex æquo judicare [4] inter fratrem & fratrem suum?

6 Sed frater cum fratre suo litigat: & rursus coram eis qui sunt [5] infideles.

7 Iam igitur [6] vos ipsi peccastis inter vos, quòd lis [7] unius cum altero est inter vos. Propter quid enim non injuriam patimini? & propter quid non sustinetis damnum?

8 Sed vos injuria afficitis, & damnum infertis, etiam fratribus vestris.

9 An ignoratis quòd iniqui regnũ Dei non hæreditariò consequuntur? Ne erretis: nec scortatores, nec cultores simulacrorum, nec adulteri, nec [8] molles, nec cõcubantes cum masculis,

10 Nec avari, nec fures, nec ebriosi, nec maledici, nec rapaces: hi, *inquam*, regni Dei hæreditatem non consequuntur.

11 Et hæc fuerunt [9] in unoquoq; ex vobis: sed abluti estis, & sanctificati estis, & justificati estis per nomen Domini nostri Ieschua Christi, & per Spiritum Dei nostri.

12 Omnium potestas est mihi, sed non omnia expediunt mihi: omnium potestas est mihi, at super me [10] nemo potestatem habebit.

13 Cibus est ventris, & venter est cibi: Deus autem eos ambos aboliturus est. corpus verò non scortationi, sed Domino nostro: & Dominus noster corpori.

14 Deus autem & Dominum nostrum suscitavit, & nos suscitabit per virtutem suam.

15 Ignoratis vos quòd corpora vestra membra sunt Christi? tollentes membra Christi faciemus ea membra scorti? [11] Absit.

16 [12] An ignoratis vos, quòd is qui ad-

[a] 1. Tertia quæstio de forensibus judiciis. An liceat fideli fidelem ad infidelium tribunalia trahere. Respondet nõ licere, propter offendiculũ vi delicet, Neque enim per se malum est.

[b] Quasi diceret, Eòne vos audaciæ processistis, ut vos non pudeat Evangelium exponere profanorũ ludibriis?

[c] Coràm injustis.

[d] 1. Addit se nõ prohibere quominus si ita opus est, jure agere liceat cũ proximo, sed sanctis disceptatoribus.

[e] 2. A comparatis colligit, nõ sine sanctorũ injuria judices infideles a fidelibus quæri, quum sanctos Deus ipse, judicando mundo & diabolis, sit Christo Filio velut assessores daturus, nedũ ut leves istascõtrovertias, quæ æquitate ac bona conscientia definiuntur, nõ possint dijudicare.

[f] Infimis subsellis.

[g] 3. Conclusio, qua remedium huic malo præscribit, nempe si de privatis negotiis coràm delectis ex Ecclesiæ arbitris inter se transigant: Cui muneri, inquit, vel infimus quisq; vestrum satisfacerit. Non damnat igitur judicum subsellia, sed quid propter circũstãtiã temporis expediat ostendit. idque sine ulla jurismagistratus imminutione. Nec enim agit de judiciis quæ inter infideles & fideles exercentur, neq; de publicis judiciis, sed de controversiis, quas nihil prohibet domesticis etiam arbitris componi.

[h] Fora ac curias. [i] Vilissimos quosq;. [k] 3. Thesin accommodat ad hypothesin, huc semper eos revocans, ut falsam suam de sua ipsorum præstantia opinionem eis adimat, unde omnia hæc mala oriebantur.

[l] 3. Nunc etiam longiùs progreditur, & quamvis arbitros ex fidelium certu eis concedens, simpliciter non damnet, sed stabiliat potiùs privata judicia, modò sine offendiculo exerceantur: tamen testatur, si tales essent quales esse optandum erat, futurum fuisse ut ne hoc quidem remedio egerent. [m] Impotentia animi iis tribuitur, qui a cupiditatibus se superari sinunt, vitium a temperantia & moderatione plurimùm dissidens: perstringit igitur eos qui ferendæ injuriæ sunt impares.

[n] Controversias in foro disceptandas. * *Mat. 1. 19. Luc. 6. 29. Rom. 12. 19.* [o] 3. Hoc maxima ex parte spectat ad alteram reprehensionis partem, nempe quòd etiam apud infidelium judicum subsellia litigarent: quod offendiculum debuerant potiùs quavis jactura redimere. Sed & illud in genere verum est, cedendum esse nobis de jure nostro, potiùs quàm temerè, aut aliquo vindicandæ injuriæ studio extremum juris rigorem experiamur. Corinthiis autem neutrum erat curæ, quos ait oportere resipiscere, nisi malint Dei hæreditate privari. * *1. Thes. 4. 6.*

[p] 3. Transitum sibi parat ad quartum hujus epistolæ tractatum de rebus mediis, differens in primis quomodo viri mulieribus ritè uti vel non uti possint: cujus quæstionis tres sunt loci, Scortatio, Matrimonium & Cælibatus. Ac scortationem quidem penitùs damnat: Matrimonium verò quibusdam præcipit, ut remedium bonum ac necessarium, quibusdam liberum relinquit, quibusdam non ut illicitum, sed ut incommodum, non tamen sine exceptione, dissuadet. Cælibatũ autẽ (sub quo etiam virginitatẽ comprehendo) nemini præcipit: suadet tamen, at nec propter se, sed propter aliud, nec omnibus, nec sine exceptione. Dicturus autem in scortationem, incipit à generali reprehẽsione eorum vitiorũ quibus opulenta & luxui dedita civitas præcipuè scatebat: seriò monens, resipiscentiam cum peccatorũ remissione, siue sanctificationem cũ justificatione individuo nexu cohærere. * *Tit. 3. 5.* [q] In Jesu. * *Infr. 10. 21.* [r] 3. Secundo loco Corinthios præfatur in rebus mediis simpliciter peccare: primũ quòd eis abuterẽtur, tũ in eo quòd res medias sine discrimine usurpabant, quum earũ usus ad charitatis regulam sit exigendus: nec etiã iis rectè utatur qui intẽperanter eis abutens, sese illis tamquã dominis subjicit.

[s] Quævis restringenda est autẽ universalis nota ad res medias. * *Eccle. 11. 27.* [t] Is certè subjicitur rebus mediis, quicumq; se illis non posse carere putat, ut planè servitus sub specie libertatis adblandiens manũ in ejusmodi homines iniiciat. [v] 3. Secũdò, quòd multa in rebus mediis recenserẽt quæ per se essent illicita, veluti scortationẽ, quã perinde ac esum & potũ inter merè naturales ac licitas appetitiones numerabant. Subjicit autem Apostolus hæc planè esse dissimilia. Nam, inquit, ad necessariũ hujus vitæ usum conditi sunt cibi, quæ non est perpetua. Nã & cibi & tota ista alimenti ratio brevi spatio abolentur. At non idem sentiendũ est de scortationis impuritate, cui conditum non esse corpus, sed e contrario puritati esse destinatum, vel illud ostendit, quòd Christo fit consecratum, sicut & Christus nostris etiam corporibus, ea ipsa virtute qua resurrexit, vivificandus, datus nobis est a Patre. * *Rom. 6. 1.* [x] 3. Expositio superioris argumenti à contrariis, & ejus applicatio. [y] 3. Probatio ejusdem argumenti. Contrarii sunt ex diametro scortum & Christus, caro & spiritus: ergo qui unum est cum scorto (quod quidem fit naturali illa corporum commixtione) unum esse non potest cum Christo, quæ unio est pura & spiritualis.

[1] Eadem vox דקדקא legitur eodem sensu Mat. 13. 34. derivatur autẽ a דקק, Minuit, Attenuavit. Unde verbale דקדוק, Grammatica, venit: ita vocata, quòd quæ sunt in lingua minutula, (id est rudimenta) doceat.

[2] Facite sedere. Heb.

[3] Vel jus æquũ reddere.

[4] בין pro בית, Inter, cum litera Nun.

[5] Syrè, Qui nõ ceduut.

[6] F. Substantia vestra peccatis vobis, καὶ ἡττα ὑφ' ἑαυτῶν, de quo in Mat. 4. 10.

[7] Syrè, Unus cum uno. Heb.

[8] F. vel corruptores, puta sui ipsorum. Sic enim molleis interpretatur venustè Syrus.

[9] F. Syrè, in homine homine ex vobis. Elegans phraseos illius est interpretatio, καὶ ταῦτα τινες ἦτε, hæc eratis quidam: pro eo quod est: omnes horũ vitiorum quidẽ eratis rei, sed nõ simul, quia suis vitiis singuli tenebamini, hi nẽpe his, & illi illis.

[10] F. Puta ut me traducat ab eo quod expedit, exẽpli causa ad lites, ad studium abdominis, &c.

[11] Syrè, parce.

[12] F. Vel aut, vide in Mat. 7. 9.

hæret

hæret scorto, unum est corpus *cum scorto?* Dictum est enim, Quòd erunt utrique unum corpus.

17 Qui verò adhæret Domino nostro, fit cum eo unus Spiritus.

18 Fugite a scortatione. Omne enim peccatum quod fecerit filius hominis, extra corpus suum est, qui autem scortatur, in corpus suum peccat.

19 An ignoratis vos, quòd corpus vestrũ templum est Spiritus sancti qui habitat in vobis, quem accepistis a Deo, & non estis vestrî ipsorum?

20 Emti enim estis pretio. Sitis igitur glorificantes Deum in corpore vestro & in spiritu vestro, quæ sunt Dei.

scorto, unum esse corpus *cum scorto?* [2] Erunt enim, inquit, [2] qui * duo *erant*, caro una.

17 Qui verò agglutinatur Domino, unus cum eo spiritus est.

18 [b] Fugite scortationem. omne peccatum quod fecerit homo, extra corpus est: sed qui scortatur, in proprium corpus peccat.

19 [c] An ignoratis * corpus vestrum esse templum Spiritus sancti, *qui est* in vobis, quem habetis a Deo, [d] neque vos esse vestri juris?

20 * Nam emti estis pretio: glorificate igitur Deum in corpore vestro, & in spiritu vestro, quæ sunt Dei.

[2] Apud Mosem hæc non dicuntur de scortatione, sed de matrimonio: sed quũ illa sit istius corruptio, & utrisque sit communis conjunctio carnis, nõ potest dici Apostolus hoc testimonio abusus.

[a] Apud Mosem particula (duo) non legitur, sed rectè expressa est, tũ hoc loco, tum Mat 19.5. quia fit tantùm mẽtio viri & uxoris unius, unde refellitur polygamia: qui enim cum multis consuescit, in multas veluti partes dissipatur. * *Gen. 2.24.* [b] 2. Aliud argumentum, cur fugienda sit scortatio, quoniam peculiari quadam turpitudine corpus commaculat. [c] 2. Tertium argumentum, Quòd scortator sit sacrilegus, quum corpora nostra sint Deo consecrata. * *Sup. 3.16. 2. Cor. 6.16.* [d] 2. Quartum argumentum, Quòd non simus nostri juris, ut alteri cuipiam alii, neduũ Satanæ & carni, nos possimus addicere, quum nos Deus ipse, & quidem maximo pretio, acquisierit, ut & corpore & animo suæ gloriæ inserviremus. * *Infr. 7.23. 1. Pet. 1.19.*

CAPUT SEPTIMUM.

[1] *Differens hic de conjugio,* [4] *quod est remedium vitandæ scortationis,* [10] *& indissolubile,* [18. 20] *jubet unumquemque sorte sua contentum vivere.* [25] *Qui virginitatis finis esse debeat, ostendit:* [36] *& qui conjugium suscipere debeant.*

[1] 1. Hactenus de iis quæ ad Paulum alii retulerant: deinceps de iis quę ex ipso Corinthi quæsiverant. Quapropter hac ttãsitione brevissima utitur Apostolus.

1 DE iis autem quę scripsistis mihi, bonum est viro ut ad mulierem non appropinquet.

2 Sed propter fornicationem quisque uxorem suam habeat & mulier virũ suum habeat.

3 Et vir uxori suæ dilectionem quam debet, reddat: similiter etiam ipsa uxor marito suo.

4 Uxor non habet potestatem in corpus suum, sed maritus ejus: ita etiã vir nõ habet potestatem in corpus suum, sed uxor ejus.

[2] 5. vel fraudetis, privetis jure conjugali.

5 Ne igitur [2] damno afficiatis alter alterũ, nisi quũ vos ambo cõsenseritis de tempore quo affligatis vos jejunio & ad precationem: & rursus [3] ad eamdem voluntatem convertamini, ut non tentet vos Satanas propter concupiscentiam corporis vestri.

[3] Ad idem libitũ. Hoc est Ad mutuã tori consuetudinẽ sive officium.

6 Hoc autem dico ego, tamquàm infirmis, non autem ex mandato.

7 Ego enim vellem ut omnes filii hominis similes mei essent in puritate. sed omni homini donũ datum est a Deo: [4] est qui ita, & est qui ita.

[4] Hebraismus. Est qui hoc dono pollet, est qui alio.

8 Dico autem iis quibus non sunt uxores, & viduis, quòd expedit eis si manserint ut ego.

9 Quòd si non continent, [5] jungantur matrimonio. expeditius enim longè est ducere uxorem, quàm uri concupiscentia.

[5] Syrè, Conjugentur.

10 Iis autem quibus sunt uxores, præcipio, non ego, sed Dominus meus, ut uxor a marito suo non separetur:

11 Et si separata fuerit, maneat absque viro, aut marito suo concilietur: & vir uxorem suam non dimittat.

CÆterùm [a] [b] de quibus mihi scripsistis: [c] bonum *fuerit* viro mulierem non attingere.

[a] 2. De conjugio docet, quãvis cęlibatus sua etiam habeat commoda, quæ postea explicabit, tamen vitandæ fornicationis causa necessariũ esse matrimoniũ: sed ita ut neque unus maritus plures uxores, nec una uxor plures habeat maritos.

2 Sed propter scortationes suam quisque uxorem habeto, & proprium quæque virum habeto.

3 [d] * Uxori vir [e] debitam benevolẽtiam reddito: similiter autem & uxor viro.

4 [f] Uxor proprium corpus non habet in potestate, sed vir: similiter autem & vir proprium corpus non habet in potestate, sed uxor.

5 Ne fraudate alter alterum, [g] nisi siquid ex consensu ad tempus, ut [h] vacetis jejunio, & precibus: & rursum simul convenite, ne tentet vos satanas propter incontinentiam vestram.

6 [i] Hoc autem dico ex concessione, nõ ex imperio.

7 Nam [k] velim omnes homines esse ut & ipse *sum*: sed unusquisque proprium donum habet ex Deo, alius quidem ita, alius autem ita.

8 [l] Dico autem [m] cælibibus & viduis, bonum eis est si *sic* manserint ut & ego *maneo.*

9 Quòd si se non continent, matrimonium contrahant: nam melius est matrimonium contrahere, quàm [n] uri.

10 [o] Iis autem qui matrimonio juncti sunt, mando, non ego, sed Dominus, * Uxor a viro ne se ipsa separato.

11 Quòd si se separârit, maneat cælebs, aut viro reconciliator: & vir uxorem ne dimittito.

[b] Quòd attinet ad ea de quibus ad me scripsistis.

[c] Commodum & (ut dicitur) expediẽs, quia conjugiũ multas secum affert molestias, idque ex divinæ institutionis corruptela.

[d] 2. Secundò, declarat summa partiũ benevolentia colendum esse conjugium: * *1. Pet. 3.7.*

[e] Debiti nomine genus omne benevolentiæ complectitur, quamvis tamen posteà unam speciem copiosiùs persequitur.

[f] 2. Tertiò, monet alterum in alterius esse potestate, quòd ad corpus attinet, ut mutuò se fraudate non possint. [g] 2. Quartò, addit exceptionem, nisi alter ab altero abstineat ex consensu mutuo, ut liberiùs vacent precibus. qua in re tamen monet ut quid expediat considerent, ne diuturniore ista veluti conjugii interruptione ad incontinentiam sollicitetur.

[h] Toti id unum agatis. [i] 2. Quintò, matrimonium docet non esse simpliciter omnibus necessarium, sed iis demum qui donum continentiæ non habent. Est enim hoc donum ex peculiari Dei gratia. [k] Optârim. [l] 2. Sextò, de reperendo matrimonio idem monet, nempè cælibatum quidem probandum esse, sed iis demum quibus datum est ut sese possint continere: sin minùs, reperendas esse nuptias, ut conscientiæ paci consulatur. [m] Totus hic locus facit adversus eos qui damnant secundas nuptias prioribus morte dissolutis: aliud autem est digamorum genus, qui vel constante priore matrimonio, vel rejecta priore uxore alteram superinducunt: qui veteribus canonibus arcentur a matrimonio. [n] Libidine ita æstuare, ut aut voluntas succumbat tentationi, aut certè Deum pacata conscientia non possis invocare. Nam alioquin ecquis est qui carnis stimulis non pungatur? [o] 2. Septimò, prohibet diffidia & repudiorum nunciationes, (de adulterii enim crimine non agit, quod tunc erat Romanis etiam legibus capitale) quibus dissolvi conjugii vinculum negat Christo ipso auctore. * *Mat. 1.32. & 19.9. Mar. 10.11. Luc. 16.18.*

12 [p] Reliquis autem ego dico, non Dominus, Siquis uxorem habet infidelem, quæ consentiat ad habitandum cum eo, ne eam dimittito.

13 Et uxor quæ habet virum infidelem, qui consentiat ad habitandum cum ea, ne eum dimittito.

14 [q] Maritus enim infidelis [r] sanctificatus est [s] in uxore, & uxor infidelis sanctificata est [t] in viro: alioqui certè liberi vestri impuri essent: [v] nunc autem sancti sunt.

15 [x] At si infidelis sese separet, separatus esto: non est servituti subjectus frater aut soror in [y] hujusmodi *rebus*: [z] sed ad pacem vocavit nos Deus.

16 Ecquid enim nosti uxor, an virum sis servatura? aut ecquid nosti vir, an uxorem sis servaturus?

17 [a] Sed ut unicuique *donum* partitus est Deus, ut unumquemque [b] vocavit Dominus, ita ambulet, & ita in Ecclesiis omnibus constituo.

18 [c] Circumcisus aliquis vocatus est? ne [d] attrahat *præputium*: in præputio aliquis vocatus est? ne circumcidatur.

19 Circumcisio nihil est, & præputium nihil est, sed observatio præceptorum Dei.

20 *Unusquisque in qua vocatione vocatus fuit, in ea maneat.

21 Servus vocatus es? ne sit tibi [e] curæ: sed si potes etiam liber fieri, potiùs *eo* utere.

22 Etenim qui [f] in Domino vocatus est servus, libertus Domini est: similiter & qui liber vocatus est, servus est Christi.

23 *[g] Pretio emti estis, ne estote servi hominum.

24 [h] Unusquisque in quo vocatus fuit: fratres, in hoc maneat [i] apud Deum.

25 [k] De virginibus autem imperiũ Domini non habeo: [l] sed sentẽtiam *in hac re meam* dico, ut [m] cui Dominus per misericordiam dederit fidum esse.

26 Existimo igitur [n] hoc bonum esse propter [o] instantem necessitatem, bonum *inquam esse* homini ita esse.

27 Alligatus es uxori? ne quære dissolutionem. solutus es ab uxore? ne quære uxorem.

28 Quòd si etiam duxeris uxorem, non peccasti: & si nupserit virgo, non peccavit: sed [p] afflictionẽ in carne habituri sunt *qui sunt* hujusmodi. ego verò vobis [q] parco.

29 Hoc autem aio, fratres, quoniam

12 Reliquis autem dico ego, ego, *inquam*, non Dominus meus: si sit frater cui sit uxor infidelis, & ipsa [6] velit habitare cum eo, ne deserat eam.

13 Et uxor cui est maritus infidelis, & ipse vult habitare cum ea, ne deserat maritum suum.

14 Sanctificatus est enim vir qui est infidelis, [7] in uxore fideli: & sanctificata est mulier quæ est infidelis [8] in viro fideli. [9] alioquin filii eorum polluti essent: nunc autem [10] puri sunt.

15 Si verò is qui infidelis est, separat se, [11] separet se: non est servituti addictus frater aut soror in istis. ad pacem ipsam vocavit nos Deus.

16 Quid enim nosti tu mulier an maritum tuum sis [12] servatura? aut tu vir nosti tu num uxorem tuam servaturus sis?

17 Sed unusquisque, ut partitus est ipsi Dominus, & unusquisque sicut vocavit eum Deus, ita ambulet: & etiam omnibus Ecclesiis ita præcipio.

18 Si circumcisus aliquis vocatus sit, nõ [13] revertatur ad præputium, & si in præputio vocatus sit, ne circumcidatur.

19 Circumcisio enim non est quicquã, nec etiam præputium, sed observationes mandatorum Dei.

20 Unusquisque in vocatione in qua vocatus est maneat.

21 Si servus vocatus fuisti, ne curæ sit tibi: sed etiam si potes liber fieri, elige tibi [14] potiùs quàm ut servias.

22 Qui enim servus vocatus est in Domino nostro, [15] libertus est Dei: ita is qui liber vocatus est, servus est Christi.

23 Pretio emti estis: ne fiatis servi filiorum hominis.

24 Unusquisque in eo in quo vocatus fuit, fratres mei, in eodem maneat apud Deum.

25 De virginitate autem præceptum a Deo non [16] habeo, consilium autem do, tamquam vir qui gratiam consequutus sum a Deo, ut sim fidelis:

26 Et arbitror quòd hoc sit bonum propter [17] necessitatem hujus temporis: *arbitror*, *inquam*, quòd expediat filio hominis ut ita [18] sit.

27 Alligatus es uxori? ne quæras dissolutionem. solutus es ab uxore? ne quæras uxorem.

28 [19] Et, si acceperis uxorem, non peccas: &, si virgo [20] facta fuerit viro, nõ peccat. afflictio verò in corpore erit illis qui ita [21] sunt. Ego autem vobis parco.

29 Et hoc dico, fratres mei, quòd tem-

p 2. Octavò, Matrimonia inter infidelẽ alteram partẽ, alteram verò fidelem, jam contracta, rata esse cõfirmat, ut fidelis infidelem deserere non possit.

q 3. Respondet objectioni, At fidelis polluitur societate infidelis. Hoc verò negat Apostolus, & fidelem posse bona cõscientia uti infidelis conjugis vase, ex eo probat, quòd liberi inde nati, sancti (id est in promissione) censeantur. Singulis enim fidelibus dicitur, Ero Deus tuus, & seminis tui.

r Pietas uxoris plus valet ad hoc ut conjunctio ista pro sancta habeatur, quàm mariti infidelitas ad hoc ut conjugium istud profanetur.

s Non in sese est ille infidelis sanctificatus, sed respectu uxoris.

t Sub. fideli.

v Hic locus facit adversus Catabaptistas & eos qui præcisam salutis causam ponũt in baptismo. fidelium enim liberi vi federis sancti sunt vel ante baptismum, accedit aût baptismus tamquam sanctitatis sigillũ.

x 3. Respondet quæstioni, Quid si infidelis fidelẽ deserat? tum verò, inquit, liber est fidelis, quoniam ab infideli est desertus.

y Quum ejusmodi quippiã inciderit.

z 3. Ne quis prętextu illius libertatis infideli præbeat discedendi occasionem, significat pacificè colendum esse matrimonium etiã cum infideli, ut si fieri possit lucrifiat.

a 3. Occasione ex eo arrepta quòd de servitute & libertate conjugii dixerat, digreditur ad generalem doctrinam de vitæ statu & conditione externa, ut circumcisione & præputio, servitute & libertate: generaliter monens ut quisque sua sorte contentus vivat in Domino. quoniam externa illa, ut circumcisum esse vel incircumcisum, servum vel liberum, non sunt ex regni Dei (ut loquuntur) essentia.

b Certò generi vitæ addixit.

c 3. Significat tamen in his exemplis non omnia esse paria. quoniam circumcisio per se non sit appetenda, libertatem verò servos appetere nihil prohibeat. In eo igitur dumtaxat paritas est, quòd in istis non sit positum regnum Dei: ac proinde ista non impediant quominus Deo placeamus.

d Attrahere, sub. præputium dicitur, qui chirurgi opera præputiatur, quod quidem fit cute ferro adducta, ut glandem rursus operiat. Celsi. lib. 7. cap. 25.

e Quasi hæc vocatio sit Christo indigna.

f Qui quum servus sit conditione, vocatus est ad Christi participationem. * *Sup. 6. 20. 1. Pet. 1. 19.*

g 3. Rationem dissimulationis ostendit, quoniam qui circumcisionem affectasset, sese jam non Deo, sed humanæ traditioni subjiciebat. Est autem hoc multo magis de superstitionibus intelligendũ, quas nõnulli inter res medias stultè numerãt.

h 3. Repetitio generalis doctrinæ.

i Ita sincerè & ex animo ut vos Deo approbetis.

k 3. Virginitate nulli præcipit, suadet tamen & laudat propter aliud, nempe tum propter præsentis temporis necessitatem, quũ fidelibus vix liceret uno loco consistere, & præsentis vitæ commodis frui, ac proinde expeditiores essent qui familia nõ gravabantur: tũ etiam propter hujus vitę curas, quas secum necessariò matrimoniũ trahit, ut illis animũ distrahi sit necesse: qd' in mulieribus præsertim locũ habet.

l Pro ratione circũstantiarũ hoc vobis cõsulo.

m Quod dicturus sum dico ego qui homo quidem sum, sed dignus cui fides adhibeatur, quia ut talis essem a Domino sum consequutus.

n Virginem manere.

o Propter necessitatem quæ sanctos solet assiduè urgere, quorum videlicet perpetua est jactatio, ut eorum conditio minimè videatur ad conjugium accommodata, nisi ex altera parte carnis infirmitas ad illud adigat.

p Carnis nomine comprehendit quæcumque ad præsentem vitam spectant: conjugium enim multa secum incommoda trahit: inclinat ergo ad cælibatum, non quod in eo collocet Dei cultum magis quàm in matrimonio, sed propter ea incommoda, quibus si fieri posset cuperet omnes eximi et uni Deo vacarent.

q Cupio infirmitati vestræ consultum.

6 F. i. non nolit conscientia: sic ver. seq.

7 Per uxorem. Hebraismus.

8 Per virum. Hebraismus.

9 Syrè, Et si non.

10 F. i. sanctificationis Dei in Ecclesia ex federe participes.

11 Hebraismus. hoc est, suo damno separet se, non fidelis: cujus culpa nulla est.

12 Syrè, Vivificatura. Hebraismus.

13 F. vel convertat se ad præputium, putà reducendum κατὰ τὴν ἐπισπασμὸν: quod impiũ scelus, teste Epiphanio, commisit Symmachus, quũ se Judæis adjungens secũdò circumcisus est. Arte enim exsectũ antè præputiũ induxerat, qd' Græcis dicitur ἐπισπασμὸν. nẽpe exemplo illorum, de quibus 1. Mach. 1. 16. Cornel. Celsi.

14 In Syriaco contextu non legitur particula מן præ, vel potiusquàm. Sed cõtextus arguit, correctori, quũ exemplar relegeret, excidisse. Neque enim ullus elici sensus potest, nisi restituatur. F. alii verò sine additamento exponunt hoc modo, elige tibi ut utaris. minimè id malè.

15 Ad verb. Filius libertatis, qui scilicet servitutem nõ est expertus.

16 Syr. Teneo.

17 Græcum vocabulum retinet ἀνάγκην.

18 Hebraism. I. Maneat.

19 Hebraism. pro, Quòd si.

20 Hebræa phrasis, id est, Nupserit, ut Ruth. 1. 12. & 13 & aliis locis.

21 Hebraism. i. Manent.

pus

deinceps abbreviatum est: ut illi quibus sunt uxores, sint tamquam quibus non sunt:

30 Et illi qui flent, tamquam non flentes: & illi qui gaudent, tamquam non gaudentes: & illi qui emunt tamquam non possidentes:

31 Et illi qui utuntur mundo hoc, non [22] præter justum usum. præterit enim figura mundi hujus.

32 Propterea volo ut sine solicitudine sitis. Is enim cui non est uxor, curat quæ sunt Domini sui, quomodo placeat Domino suo:

33 [23] Et is cui est uxor, solicitudine tenetur mundi, quomodo placeat uxori suæ.

34 Discrimen autem est inter mulierem & virginem: [24] quæ viro facta non est, cogitat de Domino suo, ut sit sancta in corpore suo & in spiritu suo: [25] & illa cui est maritus, cogitat [26] de mundo, quomodo placeat marito suo.

35 Hoc autem in vestrum ipsorũ [27] commodum dico: nequaquam laqueum iniicio vobis, sed ut sitis seduli erga Dominũ vestrum cum honestate decora, non cogitantes de mundo.

36 Si quis autem putat quòd despectus sit propter virginem suam, quòd præteriit tempus ejus, & non tradiderit eam viro, conveniens verò sit ut tradat eam: quemadmodum vult faciat: non peccat: conjugetur illa.

37 Qui verò firmiter statuit in mente sua, & non cogit eum *ulla* res, ac potiùs est voluntatis suæ, & ita [28] judicat in corde suo, ut servet virginem suam, benè facit.

38 [29] Ergo etiam qui tradit virginem suam, benè facit: qui verò non elocat virginem suam, longè meliùs facit.

39 Mulier, quamdiu vivit maritus ejus, alligata est per legem: si autem obdormierit maritus ejus, libera facta est, [30] ut si cui vult, dummodò in Domino nostro.

40 Beata autem est si ita maneat, secundùm sententiam meam. Puto autem etiam ego, quòd Spiritus Dei sit in me.

[22] Ad verb. Præter justitiã usus, subaudi utantur. Hoc est, Non abutantur. periphrasis.

[23] pro, At is.

[24] i. Nupta nõ est. Hebraism. modò observatus.

[25] pro, At illa.

[26] ב pro לד.

[27] Ad verb. Adjumentum.

[28] f. vide Roman. 14. 13.

[29] Alteram conclusionis partem præterit, quia satis in præcedenti proxima sententia expressa est. f. nos verò eam ex aliorũ librorum fide reposuimus.

[30] i. Ut nubat: ut antea notavimus.

opportunum tempus [r] est angustum in posterum: ut & qui habent uxores, sint ut non habentes:

30 Et qui [s] flent, ut non flentes: & qui gaudent, ut non gaudentes: & qui emunt, ut non obtinentes.

31 Et qui utuntur hoc [t] mundo, ut non abutentes. præterit enim [v] habitus hujus mundi.

32 Velim autem vos absque solicitudine esse. Qui cælebs est, solicitus est de iis quę *sunt* Domini, quomodo placiturus sit Domino:

33 At qui duxit uxorẽ, [x] solicitus est de iis quæ sunt mundi, quomodo placiturus sit uxori.

34 Discretæ sunt, ea quæ *est* uxor & ea quæ *est* virgo. quæ *est* cælebs, solicita est de iis quæ sunt Domini, ut sit sancta cùm corpore tum [y] spiritu: quæ verò nupta est, solicita est de iis quæ sunt mundi; quomodo placitura sit viro.

35 Hoc autem dico [z] vestro commodo: non ut laqueum vobis injiciam, sed ut decenter & aptè adhærescatis Domino, absque ulla distractione.

36 [a] Cæterùm siquis *sese* existimat indecorum in virginem suam committere, si florem ætatis excedat, & ita debet fieri: quod vult faciat, [b] non peccat: jungantur matrimonio.

37 Qui verò stabilis perstat [c] in corde, nec adigitur [d] necessitate, sed in potestate habet propriam voluntatem, & hoc decrevit in corde suo, ut servet suam virginem, benè facit.

38 Itaque qui dat nuptum, benè facit: qui verò non dat nuptum, [e] meliùs facit.

39 * [f] Uxor alligata est [g] lege quamdiu vivit vir ipsius: quòd si [h] obdormierit vir ipsius, libera est ad cui velit nubendum: tantùm [i] in Domino.

40 Sed beatior est si ita maneat, secundùm meam sententiam: * videor autem *mihi* & ego Spiritum Dei habere.

[r] In fines siquidem seculorum pervenimus.

[s] Flerus appellationes adversas, gaudia prosperas intelligunt Hebræi.

[t] Iis rebus quas hic Dominus nobis concedit.

[v] Habitus, figura, vel forma. indicat autem hic nihil esse solidum.

[x] Distrahuntur cogitationes eorum qui sunt conjugio devincti: ideò si cui datum est continere, commodior est cælibatus: cæterùm possunt etiã conjuges curare quæ sunt Domini. Clem. Strom. 3.

[y] Animo.

[z] Significat se nemini imponere necessitatem vel ducendæ uxoris, vel non ducendæ, sed simpliciter proponere utrum vitæ genus sit commodius.

[a] 8. Jam ad parentes se convertit, in quorum potestate sint liberi, monens ut superiorem doctrinam sequuti, dispiciãt quid suis liberis cõveniat, ne vel necessario adversus incontinentiam remedio ipsos privent, vel ad matrimonium adigant, ubi neque voluntas eò inclinat, nec ulla urget necessitas, & rursus virginitatem laudat: sed nec simpliciter, neque in omnibus. [b] Benefacit, ut explicat infr vers 38. [c] Id est, Apud se. Hebr. [d] Cui non obstat filiæ infirmitas, aut alia aliqua ratio quominus eam liberè possit servare virginem. [e] Commodiùs liberis consulit, idque non simpliciter sed conditionibus anteà expressis. [f] Rom. 7. 2. [g] 8. Quòd de cælibe marito, de uxore quoque vidua pronunciat, licere ipsi videlicet aliat nuptias contrahere, modò id religiosissimè faciat: nec tamen dissimulat eam fore a multis curis liberam quæ cælebs permanserit. [h] Mortuus fuerit. [i] Religiosè & cum Dei timore. 1. Thess. 4. 8.

CAPUT OCTAVUM.

[1] *Ab hoc loco usque ad finem decimi cap. dehortatur ut ab impuris Gentilium epulis abstineant.* [8] *Abusum Christianæ libertatis coërcet,* [11] *& scientiam charitate frænandam docet.*

De victimis aũt [1] simulacrorũ, scimus quòd in omnibus nobis est sciẽtia: [2] & scientia inflat, charitas autem ædificat.

2 Si quis autem [3] putat quòd sciat aliquid, nõdum aliquid novit, quemadmodum oportet eum nosse.

3 [4] Si quis autem diligit Deum, hic [5] cognitus est ab eo.

Cæterùm [a] de iis qui idólis immolantur, scimus nos [b] omnes cognitione esse præditos. Cognitio [c] inflat; charitas verò [d] ædificat.

2 Quòd si quis *sibi* videtur aliquid scire, nondum quicquam novit sicut oportet nosse.

3 Sed si quis diligit Deum, hic cognitus fuit ab eo.

[1] Id est, Oblatis simulacris.

[2] Copula pro adversativa, At.

[3] f. id est, hoc tantùm proponit sibi ut sciat, & in ea sciẽtia acquiescit: sic accipitur τὸ δοκεῖν Matt. 3. 9 & alibi.

[4] f. id est, si quis in se & scientia sua non acquieverit, sed eã fretus ad amorem Dei & proximi secundùm Deum omnia rerulerit, quem amorem præcepit Deus: ab eo homine Deus cognoscitur vera & salutari scientia. Omnino verbum Syrum, ut etiã Græcum, purè passiva est significatione: nisi fortè aliter legit Tremellius quàm extat in libris omnibus quos me videre contigit.

[5] Ad verbum, Factus cognoscere sibi ab eo (redundat prius pronomen) Vel, Cognitione donatus est ab eo.

[a] 2 Aggreditur aliam rerum mediarum speciem, hempe idolothytorũ, sive carnium immolatitiarũ usum. Removet autem in primis quæ Corinthii promiscuè idolothytis utentes prætexebant. Primùm igitur afferebant, istud ciborum discrimen imperitorum hominum esse, sibi verò perspectum esse Christi beneficium, qui faceret ut omnia ista essent munda mundis. Esto, inquit Paulus, simus omnes abundè instructi Christi notitia: dico tamen non esse in ista notitia simpliciter acquiescendum. Ratio est, quia nisi charitate notitia temperetur, non modò non juvat, sed etiam plurimùm nocet, quum sit fastus magistra: imò ne nomen quidem divinæ notitiæ meretur a Dei dilectione, ac proinde charitate proximi, sejuncta. [b] Restringenda est nota universalis, ut apparet ex ver. 7. tum notandum est subesse ironiã, ut apparet ex versu proximo. [c] Vanitati & arrogãtiæ veluti materiã subministrat, quatenus charitate destituitur. [d] Instruit proximũ.

4 [c] De esu igitur eorum quæ [f] idolis immolantur, scimus idolum [g] nihil *esse* in mundo, & nullum *esse* Deum alium nisi unum.

5 Nam etiamsi sint qui dicantur dii, & in cælo & in terra: (sicut sunt dii multi, & domini multi)

6 Nobis tamen unus *est* Deus, Pater ille [h] a quo omnia, & nos [i] in ipso: & [*k] unus Dominus Jesus Christus, [l] per quem omnia, & nos per ipsum.

7 [m] Sed non in omnibus *est* ea cognitio: [n] nónulli enim *cum* [o] conscientia idoli usque ad hoc tempus, ut idolis immolatum edunt: & conscientia eorum, infirma quum sit, inquinatur.

8 [p] Cæterùm esca nos non commendat Deo: neque enim si edamus, amplius habemus: neque si non edamus, minus habemus.

9 Sed videte ne quomodo facultas illa vestra impingendi causa sit infirmis.

10 [q] Etenim siquis viderit te, illa cognitione præditum, in idoleio accumbere, nónne conscientia ipsius qui infirmus est instruetur ad edendum ea quæ sunt idolis mactata?

11 [*r] Et tua ista cognitione frater infirmus, propter quem Christus est mortuus, peribit?

12 [s] Ita autem peccantes in fratres, & vulnerantes ipsorum conscientiam infirmam, in Christum peccatis.

13 [*t] Quapropter si esca offendiculo est fratri meo, non edam carnes in æternum, ne sim offendiculo fratri meo.

4 De esu igitur eorum [6] quæ immolata sunt simulacris, novimus quòd nequaquam aliquid est simulacrum in mundo, & quòd non est Deus alius nisi unus.

5 Nam etiamsi sunt qui vocantur dii, sive in cælo sive in terra: (quemadmodum sunt dii multi & domini multi)

6 [7] Nobis tamen noster unus est Deus Pater, a quo omnia, & nos [8] per ipsum: & unus Dominus Jeschua Christus, [9] per cujus manum omnia, etiam nos [9] per manum ipsius.

7 Sed nequaquam in quolibet homine est scientia: sunt enim quidam [10] qui sunt in conscientia sua usque nunc tamquam pro [11] simulacris immolata comedunt: & quia infirma est conscientia eorū, polluitur.

8 Cibus autem non facit appropinquare nos Deo. nō enim si comedamus, abundantiores simus: neque si non edamus, *aliqua re* destituimur.

9 Videte autem ne potestas vestra hęc sit offendiculum infirmis.

10 Siquis enim videat te in quo est scientia, quòd accumbas [12] in æde simulacrorum, nónne conscientia ejus, quia infirma est, confirmatur ad edendum id quod immolatum est?

11 [13] Et perit sibi per scientiam tuam is qui infirmus est, propter quem mortuus est Christus.

12 Et si sic delinquentes estis in fratres vestros, & percutitis conscientias eorum infirmas, in Christum ipsum delinquitis:

13 Quapropter si esca offendiculo est fratri meo, in æternum carnem nō comedam, ne offendiculo sim fratri meo.

e B. Applicatio ejus responsi ad idolothyta. Concedo (inquit) idolū esse revera inanem quamdam imaginationē, & unum esse Deum ac Dominū, ac proinde cibos nō posse ab idolo vel sanctos vel impuros reddi: at non inde cōficitur promiscuè illis uti ut quibusvis cibis licere.

f Idolum hoc loco sumitur pro simulacro ad numen repræsentādum efficto, cui cultus exhibeatur, unde dicta idololatria.

g Inane & vanum somniū.

h Quum pater a filio distinguitur, illi principium tribuitur.

i Substitimus.

*Iob.11.11.

Infr.12.1.

k Sed quemadmodum pater Dominus etiā dicitur, sic Filius Deus: unius ergo nomen non personas, sed naturam respicit.

l Per non causam instrumentalem, sed efficientem significat. operatur enim unā Filius cum Patre, quod non ita est accipiendum ut duas causas constituamus, quum una sit natura & simplex utriusque, etiamsi Persona sint distincti. m B. Ratio cur id non consequatur, hæc est, quia quod vos scitis, non desunt qui ignorent: externarū autem actionum judicia non tantùm a vestra, sed etiam a spectatorum conscientia dependent, ac proinde vestræ actiones non tantùm ad vestram scientiam, sed etiā ad fratrum ignorantiam accommodari debent. n B. Applicatio rationis, Multi sunt qui non possunt nisi titubante conscientia vesci idolothytis, quòd ea impura esse existiment: itaque si tuo exemplo aggrediantur quod intùs arbitrantur Deo displicere, polluitur eorum conscientia hoc esu: cui malo occasionem præbuisti. o Conscientiam idoli vocat tacitum eorum judicium qui immunda putabant esse quæ idolis offerebantur, ideóque illis bona conscientia uti non poterant: hæc enim est vis conscientiæ, ut opus natura sua medium, si bona fuerit, bonum reddat, sin mala, malū. p B. Occupatio, An verò propterea æquū fuerit nos jure nostro fraudari? Imo (inquit Apostolus) nihil quod ad Christianismū attinet, vobis deceder si abstinueritis in fratrum gratiam, sicut etiam sumtus cibus nihilo vos reddet sanctiores. Neque enim nostri commendatio coram Deo posita est in cibis: sed cum fratris offendiculo uti libertate, id verò est libertate abuti, cujus è contrario legitimus usus est siquis ea sic utatur, ut fratris infirmi rationem habeat. q B. Altera clarior ejusdē rationis applicatio, proposito exēplo accubitus in idolorū templo: quod factum Corinthii malè inter res medias numerabant, quum simpliciter sit prohibitum ob loci circumstantiam, etiam cessante offendiculo, ut suo loco dicetur. *Rom.14.11. r B. Amplificatio argumenti a comparatis simul & contrariis sumta. Tu (inquit) homuncio de tua scientia tibi placens, quæ planè nulla est (neque enim si vera scientia præditus esses, in idolorum templo accumberes) frattrémne pessumdabis tuo exemplo infirmam ejus conscientiam ad malè agendum confirmans, pro quo servando Christus ipse etiam mortem subiit? s B. Alia amplificatio, ejusmodi infirmi fratris offensionem in Christum ipsum redundare, ne putent isti sibi cum infirmis tantùm fratribus esse negotium. *Rom.14.21. t B. Conclusio quam Paulus in sua ipsius persona concipit, ne videatur ab aliis exigere cui sese prior ipse non subjiciat. Malim quidem ego, inquit, in perpetuum usque omni carnis genere abstinere, quàm peccandi occasionem ulli fratri meo præbere: nedum ut certo loco vel tempore recusem in fratris gratiam immolatitiis carnibus non vesci.

6 Ad ver. Immolatorum simulacrorum.

7 F. Syr. nobis tamen, qui nobis unus est Deus, *Deus est* Pater, ex quo omnia, &c. nā illis verbis, qui nobis unus est Deus, interpres voluit ampliùs unitatem essentiæ ostendere in personis quæ mox nominantur, quibuscū ἀναλόγως Spiritus sanctus intelligēdus est.

8 F. vel in ipso.

9 Id est, Per quem per ipsum. Hebraismus.

10 Ordo verborum inversus apud paraphrasten, Qui pro idolis tāquam quæ immolata sunt comedunt.

F. nisi fortè sic interpreteris, qui in sua conscientia huc usque, id quod ante simulacra est, tamquam immolatum idolo comedūt: evidente sententia.

11 Scilicet idolorum.

12 F. vel inter simulacra.

13 Hebraism. Hoc est quod Galli dicerent, *Et ainsi il se perd.*

CAPUT NONUM.

[1] Ostendit qualiter libertate a Domino sibi permissa [15] ultrò abstinuerit, [18. 22] ne quem in rebus mediis offenderet: [24] Vitámque nostram stadii instar esse dicit.

NOnne [a] sum Apostolus? nónne sum liber? [b] Nónne Jesum Christū Dominum illum nostrum vidi? nónne opus meum vos estis [c] in Domino?

2 Si aliis non sum Apostolus, at certè vobis sum: nam [d] sigillū Apostolatus mei vos estis in Domino.

3 [e] Mea defensio apud eos [f] qui in me

AN non sum [1] liber? ánnon sum Apostolus? aut Jeschua Christum Dominum nostrum non vidi? aut non facti estis opus meum in Domino meo?

2 Et si aliis non fuerim Apostolus, attamen vobis sum: & sigillum Apostolatus mei vos estis.

3 Et [2] defensio erga eos qui judicant

a B. Antequam longiùs progrediatur in proposita hypothesi idolothytorum, voluit omnium istorum malorum causam ostendere simul & tollere, nēpe quòd de suo jure nō putarēt Corinthii se teneri decedere in cujusquam gratiam. Proponit igitur sese pro exemplo, & quidem in te pænè prorsus necessaria. Agit tamen de utroque seorsim, ac primùm de persona. Si (inquit) causamini vos esse liberos, ac proinde velle vestra libertate uti, an non sum & ego liber, quum sim etiam Apostolus? b B. Apostolatum suum probat ab effectis, quòd ab ipso Jesu Christo fuerit designatus, & apud eos ipsos sui muneris auctoritas fuerit ipsorum conversione magnificè obsignata. Proponit autem illis hæc omnia ob oculos, ut pudeat illos sese non aliquousque in infirmorum fratrum gratiam demittere, quum ipse Apostolus nihil non fecisset ut eos penitus profanos Deo lucrifaceret. c Per Dominum. d Sigilli instar quo confirmaretur meum Apostolatum verè esse a Domino. e B. Obiter hoc addit, ac si diceret, Tantum abest ut possitis de meo Apostolatu dubitare, ut etiam eos qui hoc revocant in controversiam, soleam oppositis iis quæ apud vos per me egit Dominus refellere. f Qui de me, quasi judices de reo, quæstionem habent.

1 Ad ver. Filius libertatū, ut annotatum est sup. cap. 7.

2 Syr. Eductio in latitudinē. Hebr. F. de quo in Act. Apost.

me,

me, hæc est.

4 Numquid non est potestas nobis edendi & bibendi?

5 Aut numquid non est potestas nobis sororem uxorem circumducendi nobiscum, sicut [3] reliqui Apostoli, & sicut fratres Domini nostri, & sicut Cipha?

6 Aut mihi tantùm & Barnabæ nõ est potestas [4] ut non operemur?

7 Quisnam militat militiam impensis suiipsius? aut quisnam est qui plantat vineam, & de fructibus ejus non edit? aut quisnam est qui pascit oves, & de lacte gregis sui non edit?

8 Numquid tamquam filius hominis hæc dico? Ecce etiam Lex hæc dicit.

9 Scriptum est enim in ipsa lege Musche, Non obthurabis *os* bovis qui triturat. Numquid de bove cura est Deo?

10 Sed notum est cujus causa id dicat. Etenim propter nos scriptũ est, eo quòd in spe oporteat ut arator aret, & qui triturat, [5] in spe proventus.

11 An nos qui [6] spiritum seminavimus in vobis, magnum est si a vobis quæ sunt corporis metamus?

12 Et, si aliis est potestas super vos, nónne nobis [7] convenit potiùs? Sed non usi sumus potestate hac: verùm omnia sustinemus: ut nulla re moremur Evangelium Christi.

13 Ignoratis vos quòd ii qui in domo sancta ministrant, ex domo sancta alantur? & ii qui altari serviunt, cum altari partem capiant?

14 Ita enim Dominus noster mandavit, ut ii qui Evangelium ipsius prædicant, ex Evangelio ejus vivant.

15 Ego autem non usus sum ullo ex eis, neque propter hoc scripsi ut ita fiat mihi: esset enim expeditius mihi ut [8] omnino morerer, [9] & non ut quis gloriam meam inanem reddat.

16 Quamvis enim evangelizem, non est mihi gloriatio: necessitas enim imposita est mihi. væ autem mihi [10] nisi evangelizavero.

17 Si enim [11] in voluntate mea hoc facio, merces est mihi: si autem præter voluntatem meam, [12] dispensatio fidei meæ commissa est.

18 Quæ est igitur merces mea? ut quum evangelizo, [13] sine sumtibus efficiam prædicationem Christi, & non utar potestate quæ tradita est mihi in Evangelio.

19 Quum enim liber sim ab omnibus, omni homini subjeci meipsum, ut plures lucrifaciam:

20 Et factus sum Judæis tamquam Judæus, ut Judæos lucrifacerem: & cum iis qui sunt sub Lege, factus sum tamquam qui est sub Lege, ut eos qui sub Lege sunt lucrifacerem:

21 Et illis quibus Lex non est, factus sum tamquam exlex, (quum non sim Deo exlex, sed [14] in Lege ipsius Christi) ut etiã illos qui exleges sunt lucrifacerem.

[3] 9. supple faciunt nisi tertio casu dixeris, *reliqui Apostoli, &c.*

[4] i. Ut aliunde vivamus quã ex labore manuum nostrarum.

[5] In spe, pro Sub spe. ב pro בתר, antè observatum.

[6] 1. vel ea quæ sunt spiritus. Est enim Ellipsis relativi ה, Syris non insolens. sic Roman. 8. 5.

[7] Repeto, Habere potestatẽ.

[8] Ad ver. Moriendo morerer, Emphatica reduplicatio, ut Luc. 11.

[9] Id est, Potiùs quàm ut aliquis, &c. Sic passim Syri ex Hebraismo.

[10] אלא Syriacè compositũ ex לא & אן, pro אם לא.

[11] Hebraism. i. Voluntariè.

[12] Ad ver. Nutritio domus. Phrasis Syra.

[13] Hoc est, Gratis prædicem Christum.

[14] Pro, sub Lege.

inquirunt, hæc est,

4 [g] Annon habemus potestatem [h] edẽdi ac bibendi?

5 Annon habemus facultatem [i] sororem uxorem circumducendi, ut & reliqui Apostoli, & fratres Domini, & Cephas?

6 An solus ego & Barnabas non habemus facultatem [k] non operandi?

7 [l] Quis [m] militat propriis stipendiis unquam? quis plantat vineam, & de fructu ejus non edit? aut quis pascit gregem, & de lacte gregis non edit?

8 [n] Num [o] secundùm hominem hæc dico? nónne etiam Lex hæc dicit?

9 Nam in Mosis Lege scriptũ est, *Nõ obligabis os bovi triturãti. [p] Num boves curæ sunt Deo?

10 An *hoc* propter nos omnino dicit? propter nos enim *hoc* scriptum est. Nam sub spe debet is qui arat, arare: & qui triturat sub spe, spei suæ particeps esse.

11 [q] * Si nos vobis spiritualia seminavimus, magnum est si nos vestra carnalia messuerimus?

12 [r] Si alii *sui* in vos [s] juris participes sunt, *an* non potiùs nos? atqui non usi fuimus jure isto: sed omnia tegimus, ne interrumpamus Evangelium Christi.

13 [t] An nescitis *eos qui sacris operantur, *ea quæ* ex [v] sacratio *sunt* edere? & qui altari assident, cum altari [x] participare?

14 Ita etiam Dominus constituit iis qui Evangelium annunciant, [y] ut ex Evangelio vivant.

15 Ego tamen nullo istorum sum usus. [z] Neque verò hęc scripsi ut ita fiat in me. nam bonum est mihi mori potiùs, quàm ut gloriationem meam aliquis inanem reddat.

16 Etenim si evangelizem, non est quòd glorier: necessitas enim mihi incumbit. Væ autem mihi est nisi evangelizem.

17 Nam si volens hoc faciam, mercedẽ habeo: sin invitus, dispensatio credita est mihi.

18 Quæ igitur mihi est merces? ut quũ evangelizem, [a] gratuitum constituam Evangelium Christi, ut ne abutar facultate mea in Evangelio.

19 Nam quãvis liber sim ab omnibus, omnibus meipsum servum feci, ut plures lucrifacerem.

20 Et factus sum Judæis ut Judæus, ut Judæos lucrifacerem: iis qui sub [b] Lege sunt, ut si *essem* sub Lege, ut eos qui sub Lege sunt, lucrifacerem:

21 Exlegibus ut exlex, (*non tamen* exlex Deo, sed sublex Christo) ut lucrifacerem exleges,

g 8. Jam de re dicit, Quum & liber sim & verè Apostolus, cur mihi non liceat, nõ dico vesci idolothytis, sed meis laboribus sustentari, atque adeò uxorem etiam alere, quod & reliqui Apostoli, ac nominatim Johannes & Jacobus cognati Domini, & ipse Petrus jure faciunt?

h Ecclesiæ videlicet sumtu.

i Fidelem.

k Non vivendi ex manuum labore.

l 8. Ne videretur Apostolos gravare, æquũ esse quod facerent ostendit a comparatis, quum & milites stipendiis acceptis, & agricolæ suorũ laborum fructib⁹, & pastores sui gregis proventu vivant.

m Militare solet.

n 8. Secundo loco proferet etiam ordinationis divinæ auctoritatem, a comparatis.

o Num iis tantùm nitor quæ ex hominum consuetudine valent?

* Deut. 25. 4. 1. Tim. 5. 18.

p Num ad boves propriè respexit Dominus quũ hanc legem conderet? nam alioqui minima etiam ad Dei curam pertinent.

q Assumtio argumẽtorum cum amplificatione, quoniã ne sic quidem petitur ab illis merces, quæ meritis respõdeat.

* Rom. 15. 27.

r 8. Aliud argumentum maximi momenti: Alii apud vosmetipsos alunt, ergo & mihi licuit, idque etiam potiùs quàm cuiquã alii: & tamen recusavi, & quidvis adhuc potiùs malo perpeti nequid sit quod retardet Evangelium Christi.

s Jus appellat facultatem vivendi alieno sumtu.

t 8. Ultimo tandem loco expressam de Levitarum alimentis Legem profert, quo tamen jure uti noluerit.

* Deut. 18. 1

v De templo (metonymia) id est, de iis quæ in templo offeruntur.

x Altaris sunt socii in dividenda victima.

y Ex eo quòd Evangelium prædicant, sequitur ex hoc loco, Paulum ex missarum proventibus, & ejus generis superstitionum, victum nec sibi quæsisse, nec voluisse inde aliis quæri.

z 8. Obiter avertit suspicionem, quòd hæc scripsisset quasi mercedem non persoluram repetens. Imò, inquit, mori malim, quàm in hoc instituto gratis evangelizandi non perseverare. Nam teneor quidem omnino evangelizare, quum hoc munus sit mihi a Domino commissum: sed nisi ultrò & ipsius Dei amore hoc fecero, nihil sanè fecerim quod probetur. Quòd si mallem Evangelium malè audire quàm mercedem non accipere, tum sanè constaret me non Evangelii, sed mercedis causa labores istos subire. Hoc autem ego appello, jure suo non uti, sed abuti. Itaque non hac in re, sed in cæteris etiam quantum fieri potuit) omnibus omnia sum factus, ut eos lucrifacerem Christo, & unà cum ipsis Christo lucrifierem.

a Pro quo nullus fiat sumtus, ab iis quibus illud annuncio.

b Legis vocabulum, hoc loco ad illam partem, quæ erat ceremoniarum, est restringendum.

22 Factus sum infirmis ut infirmus, ut infirmos lucrifacerem. [c] omnibus factus sum omnia, ut omnino aliquos servarem.

23 Hoc autem facio propter Evangelium, ut[d] unà particeps ejus fiam.

24 [e] An ignoratis, eos qui in stadio currunt, omnes quidem currere, sed unum accipere præmium? sic currite ut comprehendatis:

25 Porrò quisquis certat, in omnibus est[f] continens. Illi quidem itaque ut corruptibilem coronam accipiant, *sunt continentes:* nos autem, *ut* incorruptam.

26 Ego igitur ita curro, ut non in incertum: ita pugilem ago, ut non aërem cædens.

27 Sed contundo[g] corpus meum, & in servitutem redigo: ne quo modo, quum aliis prædicârim, ipse [h] rejectaneus fiam.

22 Factus sum[15] cum infirmis tamquam infirmus, ut infirmos lucrifacerem, omni homini factus sum[16] omnia, ut omnem hominem[17] servarem.

23 Hoc autem facio[18] ut sim particeps in Evangelio.

24 Ignoratis vos quòd ii qui in[19] stadio currunt, omnes quidem currunt, sed unus accipit sibi[20] victoriam? ita currite ut comprehendatis.

25 Unusquisque enim qui[21] certamen exercet, ab omni re[22] continet mentem suam, & ii qui currunt, ut accipiant coronam quę corrumpitur, *currunt:* nos autem quæ non corrumpitur.

26 Ego igitur ita curro, ut non propter aliquid quod ignotum sit: & ita contendo, nequaquam ut contra aërem contendam:

27 Sed corpus meum subjicio & in servitutem redigo, ne fortè ego, postquam aliis prædicaverim, ipsemet reprobus sim.

[c] In rebus mediis & indifferentibus. quasi diceret, me in omnes formas mutavi, ut omni ratione aliquos servarem.

[d] Ut & ego cum iis quibus illud annuncio, fructũ ex Evangelio percipiam.

[e] 8. Aliam hujus mali causam affert, nempe quòd gulę essent dediti. Erãt enim solennes sacrificiorum epulæ: & plus satis celebratus semper fuit sacerdotum luxus. Itaque durum istis erat luxui assuetis, quum præsertim libertatem Evãgelicam prætexerent, ab his conviviis arceri. Eos verò ex adverso Apostolus, tum jucunda similitudine, tum etiam suo exemplo ad sobrietatem, imò etiam ad carnis mortificationem vocat, negans aptos esse ad cursum vel pugilationem (cujusmodi certamina Isthmica erant) qui corpori indulgerẽt: ac proinde affirmans, nullum eos præmium manere, nisi aliam vitæ rationem insisterent.

[f] Exquisitissima utitur diæta.

[g] Veterem hominem spiritui reluctantem.

[h] Reprobum non opponit electo, sed probato, eum nimirum quem experientia ostenderit non talem esse qualem esse oportebat.

[15] Vel, Erga infirmos.

[16] In Syriaco contextu desideratur כל, Id est, Omnia: quod expressi ut clarior esset sententia, aut potiùs aliquis sensus colligi possit, & ita habuit manuscriptus codex Heidelbergensis.

[17] Ad ver. Vivificarem. Hebraismus.

[18] Id est, Ut fructus Evangelii sim consors cum iis quibus Evangeliũ prædicaverim.

[19] Vocem Latinam & Græcã retinet, sed deflexam. Nam additur ן ex more, nominibus quæ incipiũt a duabus cõsonantibus. F. quem morẽ non Syri, Chaldæi, Arabęsque solùm, sed & Attici tenuerunt.

[20] F. id est, βραβεῖον, victoriæ præmium, metonymicè. simile infrà 11. 10. & Phil 3. 14.

[21] אגונא ex Græcis mutuatur.

[22] id est, Abstinet.

CAPUT DECIMUM.

1 Si Deus Judæis non pepercit, neque iis parcet quibus sors est æqualis, 3. 4 in tesseris externis suæ gratiæ. 14 Itaque absurdum esse participes fieri mensæ dæmoniorum eos qui Cœnæ Domini communicant, 24 & qui in rebus mediis rationem proximi non habent.

NOlim[a] autem vos ignorare, fratres, * [b] Patres nostros omnes sub illa nube fuisse, * & omnes per mare transivisse:

2 [c] Et omnes in [d] Mosen [e] baptizatos esse nube & mari:

3 * Et omnes[f] eamdem[g] escam spiritualem edisse:

4 Et omnes eumdem potum spiritualem bibisse. * Bibebant enim[h] ex sequente spirituali petra: Petra verò illa[i] erat Christus.

5 Sed plerosque illorum non habuit gratos Deus, * prostrati sunt enim in deserto.

6 [k] Hæc autem[l] typi nostri fuerunt, ut ne concupiscamus res malas, * sicut illi concupiverunt.

7 Ne igitur idololatræ estote, sicut quidam eorum, ut scriptum est, * Sedit populus ad edendum ac bibendum, & surrexerunt ad ludendum.

8 Neque scortemur, * sicut quidam eorum scortati sunt, & ceciderunt uno die viginti tria millia.

9 Neque tentemus[m] Christum, * sicut quidam eorum tentârunt, & a serpentibus perierunt.

VOlo autem ut sciatis, fratres mei, quòd Patres nostri omnes sub nube fuerunt, & omnes per mare transierũt:

2 Et omnes[1] per Musche baptizati sunt in nube & in mari:

3 Et omnes unum[2] cibum spiritus comederunt:

4 Et omnes unum potum spiritus biberunt. Bibebant enim de petra[3] Spiritus[4] quæ ibat cum eis. Petra autem illa, ipse erat Christus.

5 Sed nequaquam in multitudine eorum complacitum est Deo: ceciderunt enim in deserto.

6 Hæc autem, figura nobis erant, ne simus cupidi malorum, sicut illi concupiverunt.

7 Neque simus cultores simulacrorũ, sicuti etiam ex illis *quidam* coluerunt: quemadmodum scriptum est, Sedit populus ad edendum & ad bibendum, & surrexerunt ad ludendum.

8 Neque scortemur: sicut *quidam* ex eis scortati sunt, & ceciderunt uno die viginti tria millia.

9 Neque tentemus Christum, sicut etiã ex eis *quidam* tentaverunt, & perdiderunt illos serpentes.

[a] 8. Illustrat quod dixerat, proposito horrendi judicii Dei exemplo, in eos qui & ipsi easdem re ipsa, id est, ejusdem adoptionis & salutis tesseras atque nos habebant, & nihilominus quum idolorum epulis sese dedidissent, horrendis & multiplicibus pœnis affecti, in deserto perierunt. Hęc autem prętérquam quòd appositissimè dicũtur in eos qui idololatrarum conviviis intererãt, ideò etiam videtur referri, quòd nonnulli, dũmodo cœtus Ecclesiasticos frequentarent, & baptizati sacro convivio interessent, Christum confitentes, externa illa putãbant tanti nõ esse, ut Deus propterea ipsis succenseret.

[1] Ad verb. Per manum Musche.

[2] Hebraismus, id est, Spirituale. & sic mox, Potum Spiritus pro Spirituali.

[3] Spirituali. Jã dictum.

[4] F. rectè ἀκολουθοῦσα, quæ ibat cum eis: est enim ἀκολουθία, quasi ἰρμὸς κολουθία, ut ita dicamus, quemadmodum in Parallelis nostris exposuimus.

* *Exo. 13. 21. Num. 9. 18.* [b] Sic Paulus loquitur fedus respiciens, non personas, nisi in genere. * *Exod. 14. 22.* [c] 8. Re paria fuerunt veterum Sacramenta cum nostris, ut quæ ipsa in unum Christum respicerent, qui variis typis sese illis ingerebat. [d] Mose illis præeunte.

[e] Omnes quidem externo symbolo baptizati fuerunt, sed non re ipsa, quod illis non Deo imputandum. * *Exod. 16. 15.* [f] Eamdem videlicet atque nos. [g] Mannam, quæ spiritualis fuit cibus credentibus, qui fide Christum verum cibum amplectebantur. * *Exod. 17. 6. Num. 20. 10. & 21. 16.*

[h] Ex rivo & rupe profluente, qui populum sit comitatus. [i] Sacramentaliter significabat, id est, ita ut esset verè adjuncta rei veritãs: Deus enim non nudum signum, sed rem etiam ipsam significatam offert fide spiritualiter percipiendam. * *Num. 20. 6.* [k] 8 Applicatio exempli, adversus eos qui cupiditatibus suis abripiuntur extra metas a Deo propositas. Hæc enim est malorum origo, cujusmodi sunt idololatria, (cujus comes est gula,) scortatio, insurrectio adversus Christum, murmur, & similia, quæ gravissimis pœnis in populo veteri Dominus vindicavit: ut nos qui illis successimus, & multo pleniorem habemus divinæ voluntatis declarationem, ita fiamus cautiores. [l] Qui Sacramenta nostra significarent. fuit enim Circumcisio Israelitis quidem sigillum justitiæ, nobis autem typus fuit baptismi. sic de aliis. * *Num. 11. 4. & 26. 61. Psal. 106. 14.* * *Exod. 32. 6.* * *Num. 21. 9.*

[m] Tentare Christum est eum velut ad certamen provocare, quod ii faciunt, qui ejus cognitione abutentes eam suis cupiditatibus prætexunt. * *Num. 21. 6. Psalm. 106. 14.*

10 Neque murmuretis, sicut *quidam* ex eis murmuraverunt, & perierũt [5] per manus exterminatoris.

[5] i. Ab exterminatore. Hebraiſ.

11 Hæc omnia quæ contigerunt illis, in figuram noſtri fuerũt, & ſcripta ſunt propter correptionem noſtram, ad quos finis ſeculorum pervenit.

12 De cætero, qui putat quòd ſtet, caveat ne cadat.

13 Tentatio nõ pertingit vos, niſi filiorum hominis. Fidelis autem eſt Deus, qui non ſinet [6] vos ut tentemini [7] pluſquã id quod poſſitis, ſed faciet tentationi veſtræ exitum, ut poſſitis ſuſtinere.

[6] Hoc eſt, Vos tentari.
[7] i. Supra vires.

14 Propter hoc, dilecti mei, fugite a cultu ſimulacrorum.

15 Tamquam ſapientibus loquor: judicate vos id quod dico.

16 Poculum gratiarum actionis cui benedicimus, nónne eſt cõmunio ſanguinis Chriſti? & panis quem frangimus, nónne communio eſt corporis Chriſti?

17 Ut igitur unus eſt panis ille, ita omnes nos unum ſumus corpus. omnes enim ex illo eodem pane accipimus.

18 Videte Iſrajel qui eſt ſecundùm carnem: nónne illi qui edunt victimas, ſunt conſortes altaris?

19 Quid igitur dico? Quòd ſimulacrũ aliquid ſit? aut [8] victima ſimulacri aliquid ſit? Non.

[8] Quaſi dicat, Oblata ſimulacro.

20 Sed id quod immolant prophani, dæmoniis immolant, & non Deo. non autem volo ut ſitis conſortes dæmoniorum.

21 Non poteſtis bibere poculum Domini noſtri, & poculum dæmoniorũ: neque poteſtis fieri participes [9] in mẽſa Domini, & in menſa dæmoniorum.

[9] F. vel menſæ: nam illud poſtulat Syra cõſtructio, & hoc ſignificat.

22 Aut an [10] provocando ad zelotypiã provocamus Dominum noſtrum ad zelotypiam? an potentiores ſumus eo?

[10] Hoc eſt, Incendimus totũ zelotypia. Ingeminatio empharica.

23 Cujuſq; rei poteſtas eſt mihi, ſed nõ quælibet res expedit: cujuſque rei poteſtas eſt mihi, ſed nõ quælibet res ædificat.

24 Nemo quod proprium eſt quærat, ſed quiſque etiam quæ ſunt proximi ſui.

F. ex Hebræorum & Orientalium uſu.

25 Quicquid venditur in [11] macello, edite, abſque diſquiſitione propter conſcientiam.

[11] Romanam vocem retinet.

26 Domini enim eſt terra cum plenitudine ejus.

27 Siquis autem ex profanis [12] vocat vos, & vultis ire, quicquid ponitur ante vos, edite abſque diſquiſitione propter conſcientiam.

[12] Hebraiſm. Vocat & invitat ad epulas.

28 Siquis autẽ dixerit vobis quòd hoc [13] victimæ ſit, ne edatis, propter eum qui dixit vobis, & propter conſcientiam.

[13] i. Pertineat ad idolothytum.

29 Conſcientiam autem dico, nequaquam veſtram, ſed ejus qui *id* dixit. Cur

10 Neq; murmurate, ſicut *quidam eorum murmurãrunt, & perierunt a diſperſore.

*Num. 14. 37. 1. Cor. 8. 10.

11 Hæc autem omnia typicè evenerunt eis: ſcripta verò ſunt ad noſtri admonitionem, in quos [n] fines ſeculorum devenerunt.

[n] Seculum hoc noſtrum finis vocatur. eſt enim ſeculorũ complementum.

12 [o] Itaque qui *ſibi* videtur ſtare, videat ne cadat.

[o] B. Tandem ad Corinthios ipſos deſabitur, monens, ne ſibi placeant, ſed ut potiùs Satanæ aſtutiis occurrãt. Utitur tamen inſinuatione, & eos etiam erigit, ne videri poſſit eos perditis illis idololatris & Chriſti contemtoribus qui in deſerto perierunt, penitùs ſimiles facere.

13 Tentatio vos non cepit, niſi [p] humana: fidelis autem *eſt* Deus qui nõ ſinet vos tentari ſupra *id* quod poteſtis, ſed unà cũ tentatione [q] præſtabit etiam exitũ, ut poſſitis *eam* ſufferre.

[p] Quæ ab infirmitate proficiſcitur.
[q] Ille qui vos veſtri boni gratia tentari voluit, aditũ faciet ad evadẽdum.

14 Quapropter, dilecti mihi, fugite ab idololatria.

15 [r] Ut intelligentibus loquor: judicate vos quod aio.

16 Poculum [s] benedictionis cui benedicimus, nónne cõmunio ſanguinis Chriſti eſt? panis quem frangimus, nónne [t] cõmunio corporis Chriſti eſt?

[r] n Jam redire ad illas idolorum epulas, ne quid tergiverſari poſſint, præfatur ſeſe non aliis rationibus uſurũ quàm quas ipſimet optimè norint. Eſt autẽ inductio à ſimili: Sacra convivia Chriſtianorũ ſunt pignora communionis ipſorum cũ Chriſto in primis, deinde etiam inter ſe: Iſraelitæ quoque ſuis ſacrificiis mutuã in una eadẽmque religione copulationem ſanciunt: ita igitur etiam idololatræ cũ ſuis idolis aut potiùs dæmoniis (idola enim nihil ſunt) ſolennibus illis epulis copulantur. Ex quo efficitur menſam illam eſſe dæmoniorum menſam: fugienda eſt igitur vobis. Neque enim fieri poteſt ut cum Domino ſimul & cũ dæmoniis quicquã habeatis commune, nedum ut hujuſmodi epulas in rebus mediis rectè numeretis. An igitur vultis cum Deo confligere? & ſi id feceritis, an vos putatis fore ſuperiores?

17 Ut unus panis, unũ corpus *nos* illi multi ſumus: nam omnes ex uno illo pane participamus.

18 Cernite Iſraëlem *qui eſt* [v] ſecundùm carnem: nónne qui edunt victimas, [x] conſortes ſunt altaris?

19 Quid ergo dico? idôlum aliquid eſſe, aut quod idólis immolatum eſt, aliquid eſſe?

20 Imò *illud dico*, quæ immolant Gentes, dæmoniis immolant, & non Deo: nolim autem vos [y] conſortes dæmoniorum eſſe.

21 Non poteſtis poculum Domini bibere, & [z] poculum dæmoniorum: non poteſtis menſæ Domini participes eſſe, & menſæ dæmoniorum.

22 An provocamus ad æmulationem Dominum? num validiores eo ſumus?

23 *[a] [b] Omnia mihi licent, at nõ omnia conferunt: omnia mihi licent, ſed non omnia ædificant.

24 Nemo quod ſuum eſt quærat, ſed quiſque quod alterius *eſt*.

25 [c] Quicquid in [d] macello venditur, edite; nihil diſcriminantes propter conſcientiam.

26 *Domini enim eſt terra & [e] plenitudo ejus.

27 Quòd ſi quis infidelium vos vocat, & vultis ire, quicquid apponitur vobis, edite, nihil interrogantes propter conſcientiam.

28 At ſiquis vobis dixerit, Hoc idólis mactatum eſt, ne edite, propter illum qui indicavit, & propter conſcientiã: Domini enim eſt terra & plenitudo ejus.

29 Conſcientiam autem dico, non tuã, ſed illius alterius. [f] cur enim libertas mea

[t] Gratiarum actionis, unde Euchariſtia dicitur ſacrum illud epulum. [v] Effica tesſera noſtræ cum Chriſto conjunctionis, atque adeò incorporationis. [x] Ejuſdem cultus ac ſacrificii ſunt cõſcii. [y] Cum dæmoniis quicquam habere commune, aut in eam ſocietatem coire, quæ dæmoniorum auſpiciis coit. [z] Solebant profanæ Gentes feſta ſua convivia, ejus Dei laudibus cui ſacrificatum erat, & libatione claudere. *Supra 6. 12. & cap. 3. 21. [a] B. Accedens ad aliam idolothytorum ſpeciem, repetit generalem illam regulam, in rerum mediarum uſu, non noſtri ſeparatim, ſed etiam proximorum habendam eſſe rationem, ac proinde multa per ſe licita eſſe, quæ propter proximi offenſionem facere ſit neſas. [b] Vide ſuprà 6. 13. [c] B. Applicatio regulæ ad propoſitam hypotheſin. Quicquid in macello venit, tamquam ex Domini manu promiſcuè emere, & domi cum fidelibus, ſive etiam domum ab infidelibus vocati, in privato videlicet cõvictu, edere poteſtis, ſed addita exceptione, niſi quis infirmus adſit, cujus conſcientia offendatur appoſitis immolatitiis carnibus. Tum enim vobis omnino habenda eſt illius infirmitatis ratio. [d] Solebant proſtare venales carnes ſacrificatæ, quarum pretium ad ſacerdotes rediebat. *Pſal. 24. 1. [e] Infinita illa rerum copia, quibus plena eſt. [f] B. Ratio, quia nobis non eſt committendum ut libertas noſtra malè audiat, & beneficium Dei, quo uti debemus cum gratiarum actione, in crimẽ impietatis vertatur, idque noſtra culpa, ſi infirmorum conſcientiam malimus offendere, quàm de noſtro jure in re nihili decedere, atque ita occaſionem infirmis præbere ita de nobis & libertate Chriſtiana judicandi. Transfert autem Apoſtolus iſta in ſuam perſonam, ut tanto minus habeant Corinthii quod illi opponant.

damnatur ab alia conscientia?

30 Et si ego per [g] gratiam *cibum* participo, cur *ob id* impius judicor pro quo ego gratias ago?

31 [h] * Sive igitur editis, sive bibitis, sive quid faciatis, omnia ad gloriam Dei facite.

32 Estote sine offendiculo & Judæis, & Græcis, & Ecclesiæ Dei.

33 Sicut & ego *per* omnia omnibus placeo, non quærens meam ipsius utilitatẽ, sed multorum, ut serventur.

enim libertas mea [14] judicatur à cõscientia aliorum?

30 Si ego per gratiam utor, cur conviciis afficior pro eo quòd gratias ago?

31 Sive igitur edatis, sive bibatis, sive aliquid faciatis, omnia ad gloriam Dei facite.

32 Estote sine offendiculo Judæis & [15] Græcis, [16] & [17] Ecclesiæ Dei.

33 Quemadmodum etiam ego in omni re omni homini placeo, nec quæro id quod mihi expedit, sed quod pluribus expedit, [18] ut salvi fiant.

[g] Si ex Dei beneficio hoc vel illo cibo uti mihi licet, cur committam ut mea culpa hoc Dei beneficium mihi vitio vertatur?

[h] B. Conclusio, ita esse nobis instituendam vitam, ut nosipsos non quæramus, sed Dei gloriam, ac proinde quàm plurimorum salutem: qua in re non dubitat seipsum Apostolus Corinthiis (suo videlicet gregi) pro exemplo proponere, sed ita ut eos ad ipsum archetypum (id est, Christum) revocet, quò & ipse respiciat. * *Colos.3.17.*

[14] Vel, Damnatur. Hebr.

[15] F. Syrè Aramæis. vide in Act. 20. 21.

[16] Et, pro, id est, exegeticus.

[17] F. Ad cujus ordinẽ & constitutionẽ publicam pertinent sequẽtia. Hæc igitur [illegible] artificiosa.

[18] Syrè, Ut vivant. Hebraisf.

CAPUT UNDECIMUM.

[1] Notat Corinthios, quòd in sacris cœtibus [4] viri orarent velatis capitibus, [6] mulieres verò retectis. [17] in summa, quòd in pejus convenirent, [21] & profana symposia permiscerent epulo sacro Cœnæ Domini: [23] quam ad primam Christi institutionem exigit.

IMitatores * mei estote, sicut & ego Christi.

2 [a] Laudo verò vos, fratres, quòd omnia mea meministis, & sicut tradidi vobis, traditiones retinetis.

3 [b] Velim autem vos nosse * Christum esse omnis viri caput: caput autem mulieris, virum: caput verò [c] Christi Deum.

4 [d e] Omnis vir orans aut prophetans operto capite, dedecorat caput suum.

5 [f] Omnis verò mulier orans aut prophetans non operto capite, dedecorat caput suum: [g] nam *id* unum ac idem est ac si rasa esset.

6 Nam si non operitur mulier, etiam tondeatur: quòd si turpe mulieri tonderi aut radi, veletur.

7 [h] Vir enim non debet operire caput, *quũ *is* imago sit & gloria Dei: at mulier, gloria viri est.

8 [i] Non enim est vir ex muliere, sed mulier ex viro.

9 *[k] Neque enim conditus est vir propter mulierem, sed mulier propter virũ.

10 [l] Propter hoc debet mulier [m] potestatem habere in capite [n] propter Angelos.

11 [o] Attamen neque vir absque muliere, neque mulier absque viro, [p] in Domino.

12 Sicut enim mulier ex viro *est*, ita & vir per mulierem: omnia verò ex Deo.

IMitatores mei estote, sicut etiam ego Christi.

2 Laudo autem vos, fratres mei, quòd in omni re memores estis mei, & sicut tradidi vobis mandata, retinetis.

3 Volo autem ut sciatis quòd omnis viri caput est Christus: & caput mulieris vir est: & caput Christi Deus est.

4 Omnis vir qui orat aut [1] prophetizat tecto capite suo, pudefacit caput suum:

5 Et omnis mulier quæ [2] orat aut prophetizat discooperto capite suo, pudefacit caput suum. æquiparatur enim cum ea cujus rasum est caput.

6 Si enim non tegitur mulier, etiam radatur: si autem turpe est mulieri radi aut tonderi, tegatur.

7 Vir enim non debet tegere caput suũ, quia imago est & gloria Dei: [3] mulier verò gloria est viri.

8 Non enim est vir ex muliere, sed mulier ex viro.

9 Neque enim vir creatus est propter mulierem, sed mulier propter virum.

10 Propter hoc debitrix est mulier ut [4] potestas sit super caput ejus, propter Angelos.

11 Verumtamen non est vir absq; muliere, neque mulier absque viro, in Domino nostro.

12 Quemadmodum enim mulier est ex viro, ita vir [5] per mulierem: omnis verò res ex Deo est.

*2. Thess.1.9.

[a] B. Quintus hujus Epistolæ tractatus. De publicorũ cœtuum recta dispositione, tria capita cõplectens, nẽpe de virorum & fœminarum decenti habitu, de Cœnæ Domini ritu, & de recto donorum spiritualium usu. Reprehẽsurus autẽ nonnulla, incipit tamen ab eorũ laude universali, traditiones appellans, particulares de decore & honestate leges, ad Ecclesiasticam politiam spectantes, quas postea Canonas vocârunt.

[b] B. Deum in Christo mediatore proponit, nõ modò pro doctrinæ, sed etiam pro Ecclesiastici decori fine ac scopo. Deinde ad quæstionẽ propositã, de virorũ & fœminarum habitu in publicis cœtibus decenti, illud accommodans, declarat fœminam uno gradu inferiorem esse viro, ex Dei ordinatione: virum autem sic subjectum esse Christo, ut in eo oporteat gloriam Dei propter præeminentiam sexus elucere. * *Ephes.1.23.* [c] Quatenus Christus est Mediator.

[d] B. Hinc colligit, viros si operto capite (quod tum habebatur subjectionis signum) publicis cœtibus ad audiendum Verbum & preces concipiendas coactis interfiunt, sua veluti dignitate seipsos privare contra Dei ordinationem. [e] Politicam hanc esse legem Pauli temporis sui circumstantiis accommodandam hinc docetur, quòd hodie contraria prorsus ratione capite aperto loqui in cœtu signum est subjectionis. [f] Vicissim etiam colligit, fœminas quæ subjectionis signo, id est velo, sublato, in Ecclesiasticis cœtibus apparent, seipsas dedecorate. [g] B. Argumentum primum à sensu communi, quasi dictante fœminis natura, turpe illis esse non velato capite prodire in publicum, quæ tam densis & prolixis comis eas donârit, quas etiam adeò studiosè alant, ut nullo modo radi sustineant.

[h] B. Occupatio. Nonne etiam comæ viris datæ sunt? Concedo, inquit Apostolus, sed aliud obstat. Nam conditus est vir ut in ejus dominio eluceat Dei gloria: fœmina verò, ut suæ subjectionis professione virum reddat augustiorem. *Genes.1.26.27. & 3.1. & 9.6. colos.3.10.* [i] B. Inæqualitatem muliebris sexus probat ex eo quòd vir sit materiale fœminæ principium. * *Genes.2.22.* [k] B. Secundò probat potestatem maritorum in uxores, ex eo quòd uxor sit viri causa condita, non autem vir in uxoris gratiam. [l] B. Conclusio, oportere velatas esse fœminas, ut subjectionem externo signo testentur.

[m] Velamen, quod sit subjectionis symbolum.

[n] B. Quid hoc sit, nondum mihi liquet.

[o] B. Digressio, quam adhibet Apostolus, ne quod de virorum eminentia, & fœminarum gradu inferiore dictum erat politiæ ecclesiasticæ respectu, perinde accipiatur ac si nullus sit istius imparitatis modus. Viros ergo docet sic eminere, ut intereà solos viros non condiderit Dominus, sed etiam fœminas: & ita esse conditam fœminam ex viro, ut viri vicissim interventu fœminæ gignantur: quæ res admoneant ita utrimque servandum esse illum sexus gradum, ut mutua conjunctio foveatur. [p] Per Dominum.

[1] F. Nempe memoriter, aut de scripto enuncians verbũ ipsum Dei, sermone, aut cantu (Nam etiam Prophetæ symbolis, & Levitæ olim in templo instrumẽtis musicis personãtes in Testamẽto vetere dicti sunt prophetare) aut mẽte enunciantem sequẽs, ut privati in Ecclesia faciunt.

[2] F. Putà ut sanctũ Ecclesiæ membrum, sed enunciantem Dei servum animo consequẽs & signo, non autẽ ipsa obiens in Ecclesia Domini partem ullam sacri ministerii: qua re interdicit Apostolus infr. 14. 34.

[3] F. Putà in Ecclesia ex sancto & decoro ordine: nam hæc [illegible] dicta sunt.

[4] i Velamen, quod ejus subjectionis, & alterius in eam potestatis est signum: ideò ipsum hic vocat potestatẽ, tribuens signo nomen rei signatæ, metonymicè. F. huius autem rei testes sunt & observatores Angeli in Ecclesia Dei, ab externo ordine internam Dei gratiam, & pietatem membrorum optimè recognoscentes, Psal. 34.8. & 91.11. Matth. 18. 10. Ioan. 1. 51. Ephes. 3.10. & 1. Timoth. 5. 21. Hebr. 1.14. & 1. Petr. 1.12. [5] Ad verbum, per manum mulieris. Hebraismus.

13 Judicate

13 Iudicate [6] inter vosipsos; *An* decet mulierem ut nudato capite suo oret Deum?

14 Nónne etiam ipsa natura docet vos, quòd viro ex quo crevit coma ejus, ignominia est ipsi?

15 Et mulieri, ex quo [7] crevit coma ejus, gloria est ipsi? quia coma ejus pro velamine data est ei.

16 Si quis autem contendit de his, nobis non est consuetudo hujusmodi, neq; Ecclesiæ Dei.

17 Hoc autem quod præcepturus sum, non *dico* tamquam laudans vos, quia [8] non progressi estis, sed ad id quod minus est, descendistis.

18 Primùm enim quum congregamini in Ecclesia, dissidia audio quòd sint inter vos: & [9] aliqua ex parte credo.

19 [10] Oportet ut etiam cõtentiones sint inter vos, ut qui probati sunt inter vos, innotescant.

20 Quum igitur congregamini, non sicut justum est [11] in die Domini nostri, comeditis & bibitis.

21 Sed unusquisque cœnam suam priùs edit sibi, & fit *ut* unus esuriat, & alius ebrius sit.

22 Numquid domus nõ sunt vobis, ut comedatis & bibatis? An ecclesiam Dei contemnitis, & pudefacitis eos [12] quibus nihil est? Quid dicam vobis? laudabo vos? In hoc non laudo.

23 Ego enim accepi a Domino nostro id quod tradidi vobis, quòd Dominus noster Jeschua ea nocte qua traditus fuit, accepit panem:

24 Et benedixit ac fregit, & dixit, Accipite, manducate: hoc est corpus meum quod pro vobis frãgitur. ita facite ad memoriam mei.

25 Similiter postquam cœnati sunt, etiam poculum dedit, & dixit, Hoc poculũ est Testamẽtum meum in sanguine meo. ita facite quotiescumque bibitis, ad memoriam mei.

26 Quotiescumq; enim comeditis panem hũc, & bibitis poculum hoc, mortem Domini nostri commemoratis, usque ad adventum ejus.

27 Qui igitur edit de pane Domini, & bibit de poculo ejus, & non est dignus eo, reus est sanguinis Domini & corporis ejus.

28 Propter hoc probet homo seipsum, & tunc comedat de pane hoc, & bibat de poculo hoc.

29 Qui enim edit & bibit ex eo [13] indignus, condemnationem [14] sibiipsi edit & bibit, quia non discernit corpus Domini.

30 Propter hoc multi inter vos ægroti & infirmi sunt, & multi qui obdormiunt.

[6] Ad verbum, Inter vos & animam vestrã. Hebraismus.

[7] Ad verbum, Crescit.

[8] Ad verbum, Non ad id quod est ante vos, ivistis.

[9] Syrè, Aliquid, aliquid.

[10] f. Syrè, futuri estis ut contentiones, &c.

[11] Id est, die quo celebratur cœna à Domino nostro instituta.

[12] Id est, Inopes.

[13] Syrè, Quum nõ est dignus.

[14] Syrè, Animæ suę. Hebr. ut versu 28.

13 ¶ Apud vos ipsos judicate, *num* decorum est mulierem non opertam Deum orare?

14 An ne natura quidem ipsa hoc vos docet, quòd viro quidem comatum esse dedecori sit:

15 Contrà mulieri, comatam esse decori sit? Nam coma [r] pro velamine data est ei.

16 [s] Quòd siquis videtur contentiosus esse, nos ejusmodi consuetudinem nõ habemus, neque Ecclesiæ Dei.

17 [t] Hoc verò *ita* mando ut vos nõ laudem, quòd *videlicet* non cum emolumẽto sed cum detrimento convenitis.

18 [v] Primùm enim, quum convenitis in Ecclesia, audio dissidia inter vos esse: & aliquam partem credo.

19 [x] Oportet enim etiam hæreses inter vos esse, ut qui [y] probi sunt, manifesti fiant inter vos.

20 Quum igitur convenitis eôdem loci, *hoc* [z] non est Dominicam cœnam edere.

21 Nam unusquisque propriam cœnam [a] præoccupat in edendo: & hic quidem esurit, ille verò ebrius est.

22 [b] Enimvero num domos nõ habetis ad edendum & bibendum? aut Ecclesiam Dei contemnitis, & pudefacitis inopes? Quid vobis dicam? laudabo vos? in hoc non laudo.

23 [c] Ego enim accepi a Domino quod & tradidi vobis, Dominum Jesum *videlicet* ea nocte qua proditus est, accepisse panem:

24 *Et gratiis actis fregisse, ac dixisse, Accipite, edite: hoc meũ est corpus quod pro vobis [d] frangitur: hoc facite ad mei commemorationem.

25 Itidem & poculum, postquam cœnâsset, dicendo, Hoc poculum est Novum illud pactum, per meum sanguinem: hoc facite quotiescumque biberitis ad mei commemorationem.

26 Quotiescumque enim ederitis panem hũc, & poculum hoc biberitis, mortem Domini annunciatis, usquequò venerit.

27 *[e] Itaque quisquis ederit panem hunc, vel biberit poculum Domini [f] indignè, damnas erit corporis & sanguinis Domini.

28 *[g] Exploret autem [h] quisq; seipsum, & ita de pane illo edat, & de poculo illo bibat.

29 Nam qui edit & bibit indignè, damnationem sibi ipsi edit & bibit, nõ [i] discernens corpus Domini.

30 [k] Propterea inter vos multi *sunt* infirmi & valetudinarii, & dormiunt multi.

¶ B. Inculcat argumentum à communi naturæ sensu sumtum.

[r] Ut esset illi velamen, & quidem ejusmodi quod aliud accerseret.

[s] B. Præfractè contentiosis ad ultimũ opponẽdum est, Ecclesias Dei alienas esse à contentionibus.

[t] B. Transitio ad sequentem tractatum de recta cœnæ Dominiadministratione. Utitur autem hac asperiore præfatione Apostolus, ut intelligãt Corinthii se qd̃ in genere observabant, (id est Apostoli monita) in re tamẽ vel præcipua non sine magna culpa neglexisse.

[v] B. In Cœna Domini ritè celebranda requiritur unio tũ in doctrinæ veritate, tũ in affectibus, ne profanetur.

[x] B. Schismata & hæreses, etsi ex diabolo oriuntur & mala sunt, tamen temerè non eveniunt, & electorum etiã commodo cedunt.

[y] Quos experientia docuerit esse fidei & pietatis sinceræ.

[z] Usitata hyperbole Apostolus præcisè negat fieri, quod à plerisque ritè non fiebat.

[a] Aliis non exspectatis sumit.

[b] B. Agapas quamvis diu & quidẽ laudabiliter, auctoribus ipsis Apostolis, in Ecclesiis usurpatas, tamen propter abusum tollendas cẽset Apostolus.

[c] B. Vera celebrandæ Cœnæ Domini forma ex ipsius institutione petenda est, cujus hæ partes sunt quod ad pastores attinet, Annunciare mortem Domini prædicãdo ipsius verbum: benedicere panem & vinum, invocato Dei nomine, & ejus institutione cum precibus explicata: ac demum fractum panem, comedendum, & acceptum poculum, bibendum tradere, unà cum gratiarum actione. Ex parte verò gregis, Probare seipsum, i. explorare tum notitiam, tum fidem, tum resipiscentiam suam: annunciare mortem Domini. i. vera fide ipsius verbo & institutioni assentiri: ac demùm acceptum ex ministri manu panem edere, & vinum bibere, & gratias Domino agere. Hæc fuit Pauli, & Apostolorum liturgia. *Matth. 26. 26. mar. 14. 22. luc. 22. 19. [d] Fractionis nomine designatur mortis genus, quoniam Domini corpus gravissimis cruciatibus laceratum, contusum, atque etiam fractum fuit, etiamsi non perinde fuerint fracta crura ejus ut latronum. *Joh. 6. 55. [e] B. Qui sacra symbola contemnit, (id est, minùs rectè iis utitur) non panis & vini, sed rei ipsius (id est Christi) contemtor habetur, & ejus sceleris graves pœnas luet. [f] Aliter quàm dignum est tanta mysteria tractari. *2. Cor. 13. 5. [g] B. Probatio sui ipsius necessariò in Cœnâ requiritur, ac proinde admitti ad illam non debent qui seipsos probare non possunt, veluti infantes, furiosi ac mente capti, itémq; homines Christianæ religionis vel nulla vel nõ satis plena cognitione imbuti, & si qui alii sunt ejusmodi. [h] Hinc apertè refellitur fides implicita Sophistarum. [i] Discernere corpus Domini dicitur qui dignitatis illius habet rationem, ac proinde ad hunc cibum cum magna reverentia accedat. [k] B. Profanatio corporis & sanguinis Domini in ipsius mysteriis severè ab ipso vindicatur, ac proinde tanto malo tempestivè occurrendum, sese condemnando & corrigendo.

31 Etenim si nosipsos [l] dijudicaremus, non judicaremur.

32 Sed dum judicamur, a Domino erudimur, ne cum mundo condemnemur.

33 [m] Itaque fratres mei, quum convenitis ad edendum, alius alium exspectate.

34 [n] Quòd si quis esurit, domi edat: ne ad condemnationem conveniatis. [o] Reliqua verò, quum venero, ordinabo.

31 Si enim nosipsos dijudicaremus, nõ judicaremur.

32 Quum autem a Domino nostro judicamur, [15] castigãdo castigamur, ne cum mundo condemnemur.

33 Itaque, fratres mei, quum congregamini ad edendum, exspectate alter alterum.

34 Qui autem esurit, domi suæ cibum sumat, ne ad cõdemnationem congregemini. De reliquis autem, quum venero, mandabo vobis.

[l] Probaremus & exploraremus, fide & resipiscẽtia nosipsos a profanis secerneremus.

[m] 8. Cœna Domini est communis actio Ecclesiæ ac proinde privatis cœnis nullus locus relinquitur.

[15] Id est, Severiùs erudimur.

[n] 8. Non ad pascendum ventrem, sed ad animum communione Christi reficiendum instituta est cœna Domini, ac proinde à communibus epulis separari debet. [o] 8. Quæ ad ordinem spectant, ut locus, tempus, precum formulæ, & cæteta ejusmodi, pro ratione temporum, locorum & personarum, disposuit Apostolus in Ecclesiis.

CAPUT DUODECIMUM.

[1] Ut à contentione & superbia Corinthios avocet, dicit spiritualia dona ideò varia conferri, [7] ut per illa mutuò collata, [12] coalescamus ea symmetria in unum Christi corpus, [20] quemadmodum membra corporis humani in unum coalescunt.

POrrò de [a] spiritualibus *donis*, fratres, nolim vos in [b] *eorum* ignoratione versari.

2 [c] Scitis *vos* [d] Gentes fuisse, qui ad idôla illa muta, prout abripiebamini, fuisse abreptos.

3 [e] Quapropter notum vobis facio, *nullum per Spiritum Dei loquentẽ, dicere Jesum [f] anathema, *& neminem posse dicere Jesum Dominum, nisi per Spiritum sanctum.

4 [g] Distinctiones autem donorũ sunt, sed [h] idem Spiritus.

5 Et distinctiones ministeriorum sunt, sed idem Dominus:

6 Et distinctiones [i] actionum sunt, sed idem est Deus agens ea omnia in omnibus.

7 Unicuiq; verò [k] datur declaratio Spiritus ad [l] utilitatem.

8 [m] Nam huic quidem per Spiritũ datur sermo [n] sapientiæ, alii verò sermo cognitionis per eumdem Spiritum:

9 Alteri verò fides per eumdẽ Spiritũ: alii verò donum sanationum per eumdem spiritum: alii verò [o] operatio virtutum, alii verò [p] prophetia, alii verò [q] discretio spirituum.

10 Alteri verò genera linguarum, alii verò interpretatio linguarum.

11 *Sed omnia hæc agit unus ille & idẽ Spiritus, distribuens privatim *illa* singulis [r] sicut vult.

12 [s] Sicut enim corpus unum est, & mẽbra habet multa, omnia verò illa membra corporis quod unicum est, multa sunt, *sed* unum sunt corpus: [t] ita & [v] Christus.

13 Etenim per unum spiritum nos omnes [x] in unũ corpus baptizati sumus, &

DE spiritualibus autem, fratres mei, volo ut sciatis,

2 Quòd profani fuistis, & ad simulacra, & ad ea quibus non est vox, sine discrimine ducebamini.

3 Idcirco notum facio vobis, quòd nemo est qui per Spiritum Dei loquatur, & dicat quòd anathema est Jeschua: neque quisquam potest dicere quòd Dominus sit Jeschua, nisi per Spiritum sanctum.

4 Discrimina autem donorũ sunt, sed unus est Spiritus:

5 Et discrimina ministeriorum sunt: sed unus est Dominus:

6 Et discrimina virtutum sunt, sed unus est Deus qui operatur omnia in omni homine.

7 [1] Unicuique autem datur manifestatio Spiritus, sicut prodest ei.

8 Est cui datur per Spiritum sermo sapientiæ: alii autẽ sermo scientiæ, per eumdem Spiritum:

9 Alii fides per eumdem Spiritum: alii dona sanationis, per eumdem Spiritum:

10 Alii autem virtutes: alii autem prophetia: alii autem discretio spirituum: alii autem genera linguarum: alii autem interpretatio linguarum.

11 Omnia autem hæc unus Spiritus facit, & dividit [2] unicuique prout ipse *Spiritus* vult.

12 [3] Sicut enim corpus unum est, & sunt in eo membra multa, omnia autem membra corporis, quamvis plura sint, unũ sunt corpus: ita etiam [4] Christus.

13 Etenim nos quoq; omnes per unum Spiritum in unum corpus baptizati su-

[1] Ad verbum, Viro, viro. Hebraismus.

[2] Ad verbum, Cuivis homini. Hebraism.

[3] Idem error qui ante notatus est, אכונא pro איכנא vide Rom. 5. 19.

[4] 5. μυστικῶς, nempe ut caput cum Ecclesia coagmẽtatum in unitate Spiritus.

[a] 8. Jam aggrediens tertium locũ hujus tractatus, id est, de recto spiritualium donorum usu, non obscurè significat Corinthios illis fuisse abusos. Nam qui excellebant, ambitiosè illa jactantes, Deum horum donorum auctorem sua laude fraudabant: & nulla fratrum habita ratione, illis ad inanem ostentationem abutebantur, ac proinde Ecclesiam illorũ donorum usu privabãt. Abjectiores autẽ vicissim excellentioribus invidentes, secessionem meditabantur, ut totũ illud corpus veluti disjectum ac dissipatum esset. Istis ergo abusibus remediũ allaturus, primùm eos jubet diligenter considerare, se omnia hęc dona aliunde habere, nempe ex Dei gratia ac mera liberalitate, ad cujus gloriam sint referenda.

[b] Nescire à quo & in quẽ usum hæc dona vobis sint concessa.

[c] 8. Hoc probat ex prioris eorum status collatione, cum eo in quo tum erant excellentibus illis donis ornati. [d] A veri Dei cultu ac federe prorsus alienos. [e] 8. Conclusio, Scitote igitur vos de Christo ne hiscere quidẽ in ipsius gloriam posse, nisi ex Spiritus sancti gratia. *Mar. 9. 19. [f] Exsecrati, vel quocumque modo de ipsius gloria detrahere. *Sup. 8. 6. joha. 15. 15. phil. 2. 11. [g] 8. Secundo loco, jacit aliud fundamentum, nempe diversa quidem esse hæc dona, sicut diversæ sunt functiones, & diversa earumdem munera, sed unum eumdémque Spiritum, Dominum, ac Deum, esse omnium istorum datorem, & quidem in eumdem finẽ, nempe ad communem utilitatem. [h] Disertè distinguit Spiritum, à donis. [i] Sic Paulus vocat vim illam intrinsecam à Spiritu sancto manantẽ, quæ quidem illos ad mirifica aptos reddebat. [k] Spiritus sese gratis patefacit, quum videlicet hæc dona largitur. [l] Usum ecclesiæ. [m] 8. Explicat illam multiplicem diversitatem commemoratis præcipuis donis, inculcans quod anteà dixerat, ab uno & eodem spiritu omnia hæc proficisci. [n] Sapientiæ clarissimum est donum, quo præditos esse oportet, qui non tantùm docent, sed exhortantur & consolantur, quod pastorum proprium: sermo cognitionis doctoribus convenit. [o] Per facultates summa illa intelligit divinæ potentiæ effecta, quæ inter miracula excellunt, ut Mosis in educendo populo, Eliæ, & quæ iam Petri, ut in facto Ananiæ & Sapphiræ. [p] Futurorum prædictio. [q] Quibus falsi prophetæ à veris dignoscantur, quo dono præ Philippo excelluit Petrus in Simone mago dignoscendo, Act. 8. *Rom. 12. 3. eph. 4. 7. [r] 8. Adjicit etiam aliquid amplius, nempe dona ista quamvis imparia, sapientissimè tamen distribui, quoniam Spiritus Dei voluntas sit hujus dittributionis regula. [s] 8. Illustratio superioris dicti adhibita corporis similitudine. Hoc, inquit, apertè conspicitur in corpore, cujus diversa quidem membra sunt, sed ita conjuncta, ut unum corpus constituant.

[t] 8. Applicatio similitudinis: Ita etiam, inquit, de Christo mystico constituendum est. Nos enim omnes qui credimus, sive Judæi, sive Græci, sumus eodem baptismo simul devincti cum nostro Capite, ut ita unum corpus ex pluribus membris compactum construatur: & ex eodem poculo eumdem Spiritum hausimus, communem videlicet sensum ac motum spiritualem. [v] Christum intellige cum sua Ecclesia conjunctum. [x] Ut cum Christo unum corpus fieremus,

mus,

mus, ſive Judæi, ſive [5] Gentiles, ſive ſervi, ſive [6] liberi: & omnes nos unũ Spiritum imbibimus.

14 Nam etiam corpus non eſt unum membrum, ſed multa.

15 Si enim dicat pes, Propterea quòd non ſum manus, nõ ſum de corpore, num propter hoc non eſt de corpore?

16 Et ſi dicat auris, Quia non ſum oculus, non ſum de corpore: num propterea non eſt de corpore?

17 Si enim totum corpus oculi eſſent, ubi eſſet auditus? & ſi totum ipſum auditus eſſet, quomodo olfaceret?

18 Nunc autem Deus poſuit [7] unumquodq; ex membris in corpore ſicut ipſe voluit.

19 Si autem omnia unum eſſent membrum, ubi eſſet corpus?

20 Nunc autem membra ſunt plura, unum eſt autem corpus.

21 Non poteſt oculus dicere manui, [8] Non neceſſaria es mihi: neque caput poteſt dicere pedibus, Non eſtis neceſſarii mihi.

22 Sed potiùs illa membra quæ exiſtimantur eſſe infirma, [9] illa ipſa ſunt neceſſaria.

23 Et quæ exiſtimamus ignominioſa eſſe in corpore, honorem illis ampliorem adjicimus: & quæ [10] honeſtatis ſunt, honeſtatem ampliorem exercemus circa ea.

24 Quæ autem membra ſunt in nobis quę ſunt decora, non eſt opus eis *extraneo* honore: Deus enim contemperat corpus, & dat honorem majorem membro illi quod [11] minutius eſt.

25 Ne ſit diſſidiũ in corpore, ſed omnia membra æquabiliter, unum pro alio curã habeant:

26 Et quando unum membrum fuerit dolens, omnia compatiantur: &, ſi glorificetur unum membrum, omnia membra glorificentur.

27 Vos autem corpus eſtis Chriſti, & membra [12] in locis veſtris.

28 Poſuit enim Deus in Eccleſia ſua primùm Apoſtolos: poſt hos, prophetas: poſt hos, doctores: poſt hos, patrantes virtutes: poſt eos, dona ſanitatis, & opitulatores, & gubernationes, & genera linguarum.

29 Num omnes hi Apoſtoli? nũ omnes hi prophetæ? nũ omnes hi doctores? num omnes hi patrantes virtutes?

30 Num omnibus his ſunt dona ſanitatis? num omnes hi linguis loquuntur? aut num omnes hi interpretantur?

31 Si autem [13] cum æmulatione affectetis dona ampliora, ego rurſus indicabo vobis viam excellentiorem.

Judæi, & Græci, & ſervi, & liberi: & omnes [y] potati ſumus in unum Spiritum.

14 [z] Etenim corpus non eſt unum mẽbrum, ſed multa.

15 [a] Si dicat pes, Quia non ſum manus, non ſum ex corpore: num propterea non eſt ex corpore?

16 Et ſi dicat auris, Quia non ſum oculus, non ſum ex corpore: num propterea non eſt ex corpore?

17 [b] Si totũ corpus oculus, ubi auditus? ſi totum auditus, ubi odoratus?

18 Nunc autem Deus conſtituit membra, ſingula ſigillatim in corpore, ſicut voluit.

19 Quòd ſi eſſent omnia unum membrum, ubi corpus?

20 Nunc verò multa quidem membra ſunt, unum verò corpus.

21 [c] Non poteſt autem oculus dicere manui, Te mihi non opus eſt: aut rurſum caput pedibus, Non eſt mihi vobis opus.

22 Imò multo potiùs, quæ videntur membra corporis [d] infirmiſſima eſſe, neceſſaria ſunt:

23 Et quæ putamus *membra* corporis minimè eſſe honeſta: iis [e] honorem ampliorem circumponimus: & quæ ſunt in nobis indecora, copioſiorem decorem habent.

24 Nam quæ ſunt in nobis decora, *iis decore* non eſt opus: ſed Deus contemperavit corpus, ei cui deerat ampliore tributo honore:

25 Ut ne ſit diſſidium in corpore, ſed membra itidem [f] ſolicita ſint alia pro aliis.

26 [g] Itaque ſive patitur unum membrũ, compatiuntur omnia membra: ſive honore afficitur unum membrum, congratulantur omnia membra.

27 Vos autem eſtis corpus Chriſti, & membra [h] particulatim.

28 *Et alios quidem conſtituit Deus in Eccleſia, primùm Apoſtolos, deinde Prophetas, tertiò doctores: deinde *conſtituit* [i] poteſtates, deinde dona ſanationũ, [k] opitulationes, [l] gubernationes, genera linguarum.

29 Num omnes, Apoſtoli? num omnes, Prophetæ? num omnes, Doctores?

30 Num omnes edunt virtutes? num omnes donum habent ſanationum? num omnes linguis loquuntur? num omnes interpretantur?

31 [m] Sed affectate dona potiora. Et porrò iter ad excellentiam vobis indicabo.

[5] T. Syrè, Aramæi. vide in Act. 20. 21.
[6] Ad verbum, Filii libertatũ. Hebraiſm.
[7] Syrè, Unum unum. Hebr.
[8] T. Syrè, quòd nõ deſideraris tu mihi: ſic ſeq.
[9] Ad verbum, Super vel de eis eſt neceſſitas, Hebr.
[10] Geminatum continuò Daleth coarguit typographi errorẽ, qui prætermiſit poſt ſecundum Daleth negationem לא. Niſi quis vertat voces דרנוכפא אנון. Quæ honeſtatis ſunt. ut ſit ſenſus, Quæ ſingularem honeſtatem requirũt. quam verſionem ideò præ alia ſequutus ſum, quia etiã in manuſcripto codice Heidelbergẽſi ita ſcriptum reperi. T. Etſi quid vetat quominus Syram vocem (ut propriè ſonat) pro pudore accipiamus? Nã pro honeſtate quũ ſumitur, μετάληψις eſt: ſunt enim verecũdi homines plurimùm honeſti. Quare ſic ad verbum non malè verteris, Et quæ pudoris ſunt.
[11] T. nimirum honore: id eſt, cui minus honoris eſt.
[12] id eſt, Prout quiſque diverſum in corpore locum obtinet & functionem, ut ſymmetria ſervetur.
[13] Uno verbo utitur Paraphraſtes quod Latinè nõ ſatis commodè redditur à quibuſdã Æmulemini.

[y] Uno vivifico ſanguinis Domini potu, participes ſumus unius Spiritus ipſius.
[z] B. Amplificat quod ex illa ſimilitudine conſequebatur: ac ſi dicat, adeò non impediri corporis unitatẽ hac diverſitate membrorũ, ut non poſſit etiã eſſe corpus, niſi plũribus & quidẽ diverſis membris conſtet.
[a] B. Jam ſuperſtruit doctrinam, jactis illis fundamentis, primùm quidem manens in propoſita ſimilitudine, deinde etiam nudè & ſimpliciter. Compellatautem priore loco eos, qui nõ ita excellentibus donis præditi, idcirco ſe ab aliis ſegregabant, quibus nimirum invidebant. Hoc autem, inquit, perinde eſt ac ſi negaret pes ſe eſſe ex corpore, quoniam non eſt manus: vel auris, quia nõ eſt oculus. Oportet ergo potiùs omnia ſimul mutuis uſibus colligata, unitatem corporis tueri.
[b] B. Rurſum eoſdem compellans, docet fore ut ſi obtinerent quod petunt, nempe ut omnes inter ſe eſſent æquales, corporis totius ac proinde ipſorummet deſtructio conſequeretur: quoniam corpus non eſſet niſi ex pluribus & quidem diverſis inter ſe cohærentibus membris compoſitum. Ac nequis minùs rectè diſtributam eſſe iſtam impartitatẽ cauſetur, addit, Deum ipſum omnia illa ſimul compegiſſe. Oportet igitur omnia ſimul manere connexa, ut ſalvum corpus perduret.
[c] B. Jam ex adverſo compellat excellentioribus donis ornatos, monens ne inferiores, tamquam inutiles aut nullius ſint uſus, aſpernentur: Deus enim, inquit, ſic iſtam inæqualitatem temperavit, ut excellentiora & ſpecioſiora membra aliis abjectioribus & pudendis carere nullo modo poſſint, ac de illis regendis & curandis magis etiam laborent: ut hoc modo mutua neceſſitas totum corpus velut in pace & concordia contineat: ut quamvis impar ſit ſingulorum ſeorſim conſideratorum gradus ac conditio, tamen quia ſimul ſunt copulata, communia habeant tum commoda, tum incommoda.
[d] Abjectiſſima.
[e] Majore ſtudio tegimus.
[f] Ad totius corporis commodum & conſervationem ſuas functiones conferant.
[g] B. Eamdem doctrinam jam abſque allegoria Corinthiis applicat, monens, quum reipſa perſpiciant diverſas eſſe functiones, & diverſa dona ſupereſſe, ut neque invidia, neque ambitione peccent alii in alios, ſed potiùs mutua charitate conjuncti, ſinguli quod acceperunt, pro miniſterii ſui ratione, in communem uſum conferant.
[h] Aliquatenus. Nam omnes Eccleſiæ per orbem diſperſæ, diverſa ſunt unius corporis membra. *Epheſ. 4. 11.
[i] Qui fungantur poteſtate edendarum illarum virtutum.
[k] Diaconorum functiones.
[l] Seniorum ordinem declarat, qui diſciplinę Eccleſiaſticæ cuſtodes erant.
[m] B. Ambitioſos & invidos ſanctam quamdam ambitionem & invidentiam docet, putà ſi præſtantiſſimis, i. Eccleſiæ utiliſſimis quibuſque donis ſtudeant, ac proinde charitate, quæ cæteris longè præſtat, alii alios contendant ſuperare.

CAP

CAPUT DECIMUMTERTIUM.

[1] *Monet nulla tam eximia esse dona, quæ non vitientur corã Deo si absit Charitas:* [4] *ideoq; ipsa ejus laudes digreditur.*

SI [a] linguis hominum loquar & [b] Angelorum, charitatem autem non habeã, factus sum æs resonans, aut cymbalum [c] tinniens.

2 Et si habeam prophetiam, & noverim mysteria omnia, omnémque cognitionẽ: & si habeam [d] totam fidem, adeò ut* mõtes transferam, charitatem autem non habeam, nihil sum.

3 Et si insumam alendis egenis omnia quæ mihi suppetunt, & si tradam corpus meum ut comburar, charitatem autem nõ habeam, *hoc* nihil *mihi* prodest.

4 [e] Charitas [f] iram cohibet, benigna est charitas, non invidet charitas, non agit perperàm, non inflatur.

5 [g] Non agit indecorè, non quærit quæ sua sunt, non exacerbatur, non cogitat malum,

6 Non gaudet injustitia, [h] gratulatur autem veritati:

7 Omnia tegit, omnia credit, omnia sperat, omnia sustinet.

8 [i] Charitas nunquam excidit: sed & prophetiæ evanescent, & linguæ cessabũt, & [k] cognitio evanescet.

9 [l] Ex [m] parte enim cognoscimus, & ex parte prophetamus.

10 Postquam autẽ advenerit quod perfectum est, tunc quod est aliquatenus, ut inutile tolletur.

11 [n] Quũ essem infans, ut infans loquebar, ut infans sapiebam, ut infans ratiocinabar: postquam autem factus sum vir, ut inutilia sustuli quæ infantis erant.

12 [o] Cernimus enim [p] nunc per speculũ & per ænigma, tunc autem [q] coram *cernemus*: nunc novi aliquatenus, tũc verò ampliùs cognoscam prout ampliùs edoctus fuero.

13 [r] Nunc verò manet fides, spes, charitas, tria hæc: maxima autem harum charitas.

SI quavis lingua filiorum hominis loquar, & [1] ea quæ est Angelorũ, & charitas non sit in me, factus sum tamquã æs sonans, aut cymbalum edens sonum.

2 Et si fuerit in me prophetia, & cognovero mysteria omnia, & omnem scientiã: & si fuerit in me omnis fides, ita ut [2] montem transferam, & charitas non fuerit in me, nihil quicquam ero.

3 Et si [3] comedendum distribuam quicquid est mihi pauperibus, & si tradã corpus meum ut ardeat, & charitas non sit in me, nihil proficio.

4 Charitas [4] longanimis est & benigna: charitas non invidet, charitas nõ [5] tumultuatur, neque inflatur,

5 Neque agit quod pudendum est, neq; quærit quæ sunt sua: non irritatur, neque cogitat quod malum est:

6 Non gaudet de iniquitate, sed gaudet de veritate:

7 Omnia suffert, omnia credit, omnia sperat, & omnia sustinet.

8 Charitas nunquam excidet. prophetiæ enim abolebuntur, & linguæ tacebũt, & scientia abolebitur.

9 [6] Parũ enim ex multo cognoscimus, & parum ex multo prophetamus.

10 Quum autem venerit perfectio, tũc abolebitur id quod parum fuerat.

11 Quum puer essem, tamquam puer loquebar, & tamquam puer intelligebam, & tamquam puer cogitabam: quum autẽ factus sum vir, abolevi ea quæ erant pueritiæ.

12 Nunc quidem tamquam per speculũ cernimus in ænigmate, tunc verò [7] facie contra faciem: nunc [8] cognosco parum ex multo, tunc autem cognoscam quemadmodum [9] cognitus sum.

13 Hæc enim sunt tria quæ manent, fides & spes & charitas: ex eis autem quæ maxima est, charitas est.

a 1. De charitate primo loco disserit, cujus præstantiã primùm ex eo demonstrat, quòd nisi ipsa intervenerit, reliqua omnia dona sint pro nihilo coram Deo, quod partim inductione probat, partim etiam argumẽto à causa finali. Quorsum enim illa dona nisi ad Dei gloriã & Ecclesiæ utilitatem, ut antè probavit? Dona autem ista, nisi adsit charitas, nullum rectum usum habent.

b Hyperbole emphatica, quasi diceret, si linguæ essent aliquæ Angelorum, & ego eas tenerem, neque illis uterer ad commodum proximi, hoc verò nihil aliud esset quã inanis & obstrepera loquacitas.

c Inconditum & confusum sonum edens.

d Fidei nomine donum edendorũ miraculorum intelligit, non fidem justificantem, quæ charitatis expers esse non potest, illa potest.

* *Matth. 17. 20.*

e 1. Charitatis vim & naturam, partim ex contrariorum cõparatione, partim ex suis effectis pulcherrimè describit: ex quibus etiam intelligant Corinthii tum quàm sit in Ecclesia non tantùm utilis, sed etiam necessaria: tum etiam quantopere ab ea sint alieni, ac proinde quàm de nihilo superbiant. f Ad verbum, iram differt. g Non est cõtumeliosa. h Justis justitiam gratulatur. Hebræi enim veritatis nomine justitiam intelligunt. i 1 Secundò, charitatis præstantiam commẽdat, ex eo quòd nunquam in sanctis abolebitur: reliquis autem illis donis ad ædificationem Ecclesiæ tãrisper dum hic vivimus necessariis, nullus erit in altero illo seculo locus. k Ratio adipiscendæ scientiæ ex prophetia. l 1. Ratio, quia nunc eo statu sumus, ut quotidiè discere nos oporteat, ac proinde illis adminiculis, putà linguarũ & rerum perceptione, ac proinde earum doctoribus egeamus. Tunc verò quum omnẽ Dei cognitionẽ adepti fuerimus, quorsum illa quæ nõ nisi imperfectis ac proinde gradatim ad perfectionẽ contendentibus, adhibentur? m Imperfecto modo & ratione dicimus. n 1. Illustrat quod dixerat, egregia similitudine, cõparans hanc vitã infantiæ, in qua balbutimus potiùs quàm loquimur, & nihil nisi puerile cogitamus ac sentimus, ideóq; iis indigemus quæ & linguã & mentẽ formentur: ubi autẽ adolevimus, quorsum illã balbutiem, pueriles nænias, illa deniq; quibus sensim formata est nostra infantia, requiremus? o 1. Accõmodatio similitudinis: infantiæ quidẽ ad præsentem vitã, in qua obscurè res divinas pro collatæ nobis lucis modulo, perceptis linguis & auditis Ecclesiasticis doctoribus, intuemur: virilis autem & cõstantis ætatis, ad illã cælestem & æternã vitam, in qua Deum ipsum præsentẽ cernentes, & plena ejus luce irradiati, quorsum hominũ vocem, & mundana illa imperfectissima requiremus? Tunc tamen lõgè ferventissimo amore sancti omnes cum Deo & inter se devinciẽtur, ac proinde nõ abolebitur charitas, sed perficietur, quamvis nõ iis officiis coletur quæ ad hujus vitæ infirmitatem peculiariter spectãt. p Hæc omnia per cõparationem sunt intelligenda. q Ad verbum, facie ad faciem. r 1. Conclusio. ac si dicat Apostolus, Ea igitur tum erit nostra conditio: nunc autem tria nobis adsunt, & firma permanent, si modò Christi sumus, utpote sine quibus vera religio constare non potest, nempe fides, spes, & charitas. Inter ista verò maxima est charitas, utpote quæ in futura vita non aboleatur ut aliæ, sed perficiatur. Quum enim fides & spes in res promissas & futuras feratur, illas præsentes adepti, quorsum fidem & spem haberemus? At nos illic demum & Deum & nos mutuò verè & perfectè amabimus.

1 Hyperbolica amplificatio.

2 singulare pro plurali, quia est nomẽ generis, sive syllepticum.

3 Syrè, Comedere faciam. Hebr.

4 Ad verbum, Differens spiritum, id est, iram. Hebr.

5 Vel, Turbat, & motus ciet.

6 Id est, Ex parte minima. Syra phrasis antè observata.

7 Respondet huic phrasi Gallica, *Face à face*, aut *Vis à vis*. Et Hebraicè dicitur פנים אל פנים aut פנים בפנים.

8 Id est, Cognosco ex parte minima, ut modò dictum est.

9 Vel, Factus fuero cognoscere, nempe à Deo, qui inchoatam modò notitiam perficiet aperta visione.

r. Etsi id quoque sanctè dici potest, nos cognituros prout sumus cogniti, id est, spiritualem illam formam cognitionis nostræ, qua tũ noscemus perfectionẽ gloriæ Dei revelandæ in filiis ejus, fore imaginem perfectissimæ illius cognitionis qua nos cognoscit Deus.

CAPUT DECIMUMQUARTUM.

[1] *Commendat donum Prophetiæ,* [7] *& comparatione à musicis instrumentis sumta,* [12] *verum interpretandi Scripturas usum docet.* [17] *abusum tollit:* [34] *ac vetat ne mulieres publicè doceant.*

AFfectate [a] charitatem, ambite spiritualia: magis tamen ut [b] prophetetis.

SEctamini [1] charitatem, & [2] cum æmulatione appetite dona spiritus: magis autem ut prophetetis.

a 1. Illatio ex præcedẽtibus: Quum igitur sit præstantissima charitas, illam vobis in primis ducem proponite: ac proinde ea ducite excellentissima quæ quamplurimis prosunt, (ut est prophetia, id est docendæ & applicandæ doctrinæ donum: quod, quum sit excellentissimum & plurimo in Ecclesia usui, tamen contemnebatur præ aliis) non autem, quæ in speciem magis possunt videri mirifica, ut est linguarum donum, quum videlicet quispiam repentè multarum linguarum cognitione donabatur: quod homines in primis obstupefaciebas, nec tamen per se ullius erat usus, nisi adesset interpres. b Quid sit prophetia indicat versu 3.

1 Ad verbum, Currite post charitatem. Hebraismus.

2 Vide suprà in fine cap. 12.

2 Qui enim loquitur lingua, nequaquā filiis hominis loquitur, sed Deo. Nemo enim [3] audit id quod loquitur, sed spiritu [4] mysterium loquitur.

3 Qui autem prophetat, filiis hominis loquitur ædificationem & [5] exhortationem & consolationem.

4 Qui loquitur lingua, seipsum ædificat: & qui prophetat, Ecclesiam ædificat.

5 Velim autem ut vos omnes loquamini linguis, magis verò ut prophetetis. [6] Major enim est is qui prophetat, quàm is qui loquitur lingua, nisi interpretetur. si autem interpretetur, Ecclesiam ædificat.

6 Et nunc, fratres mei, si veniā ad vos, & loquar vobiscum linguis, quid prosim vobis, nisi loquar vobiscum [7] aut per revelationem, aut per cognitionem, aut per prophetiam, aut per doctrinam?

7 Etenim etiam [8] res in quibus non est anima, & edunt sonum, sive tibia, sive cithara, & si distinctionem non faciant inter [9] fistulam & sociam ejus, quomodo cognoscitur id [10] quo canitur, aut id quo pulsatur?

8 Et si buccina ediderit sonum indistinctum, quis præparabitur ad prælium?

9 Ita etiam vos, si dixeritis sermonem [11] in lingua, & non fuerit interpretatione expositus, quomodo cognoscetur id quod dicitis? eritis tamquam [12] in aërem loquentes.

10 [13] Ecce enim, genera linguarum multa sunt in mundo, & non est unum ex eis [14] sine voce:

11 Et, si non intelligam vim vocis, sum [15] barbarus ei qui loquitur: & etiam is qui loquitur, est mihi barbarus.

12 Similiter etiam vos, quoniam cum æmulatione affectatores estis donorum spiritus, ad ædificationem Ecclesiæ quærite ut excellatis.

13 Et is qui loquitur [16] lingua, oret [17] ut interpretetur.

14 Si enim orem lingua, spiritus meus orat: [18] intellectus autem meus sine fructibus est.

15 Quid igitur faciā? orabo spiritu meo, & orabo intellectu meo: & [19] canam spiritu meo, & canam etiam intellectu meo.

16 [20] Alioquin si benedicas spiritu *tantùm*, is qui implet locum [21] idiotæ, quomodo dicet Ammin ad gratiarum actionem tuam? propterea quòd [22] quid dicas nesciat.

17 Tu enim [23] pulchrè dicis, sed socius tuus non ædificatur.

18 Gratias ago Deo quòd magis quàm vos omnes loquar linguis.

19 Sed in Ecclesia volo quinque verba

2 [c] Nam qui loquitur [d] lingua, non hominibus loquitur, sed Deo. nullus enim audit, [e] spiritu verò loquitur mysteria.

3 Qui autem prophetat, hominibus loquitur [f] ædificationem, & exhortationē, & consolationem.

4 Qui loquitur lingua, seipsum ædificat: qui verò prophetat, [g] Ecclesiam ædificat.

5 Velim autē omnes vos loqui linguis, magis tamen ut prophetetis. major enim *est* qui prophetat, quàm qui loquitur linguis, excepto si interpretetur, ut Ecclesia ædificationem accipiat.

6 Quod si nunc, fratres, veniam ad vos linguis loquens, quid vos juvabo, nisi vobis loquar aut ex revelatione, aut ex cognitione, vel prophetando, vel docendo?

7 [h] Atqui animæ expertia quæ sonum edunt, & tibia, & cithara, nisi distinctionē sonis dederint, quomodo cognoscetur quod tibia canitur aut cithara?

8 Etenim si incertum sonum tuba dederit, quis apparabitur ad bellum?

9 Ita & vos nisi per linguam edideritis [i] benè significantem sermonem, quomodo cognoscetur quod dicitur? eritis enim in aërem loquentes.

10 [k] Tot, si casus tulerit, genera vocum sunt in mundo, & nihil *est* mutum.

11 Nisi igitur sciero vim vocis, ero, ei qui loquitur, barbarus: & qui [l] loquitur, apud me barbarus *fuerit*.

12 [m] Ita & vos, quandoquidem Spiritus affectatis, ad ædificationem Ecclesiæ quærite ut exundetis.

13 Quapropter qui loquitur lingua, [n] oret ut interpretetur.

14 [o] Nam [p] si orē lingua, spiritus [q] meus orat: sed intelligentia mea [r] est infructuosa.

15 Quid est igitur? orabo spiritu, sed orabo etiam [s] intelligentia: psallam spiritu, sed psallam etiam intelligentia.

16 [t] Quandoquidē si benedixeris [v] spiritu, is qui [x] implet locū idiotæ, quomodo dicturus est [y] Amen ad tuam gratiarum actionem? nam quid dicas nescit.

17 Nam tu quidē benè gratias agis, sed alius non ædificatur.

18 [z] Gratias ago Deo meo quòd magis quàm vos omnes linguis loquar.

19 Sed in Ecclesia malim [a] quinque

[3] Id est, Intelligit. Hebraic.
[4] Singulare pro plurali.
[5] Ad verbum diceretur, Cor dificationem, Gallicè *Encouragement*. Elegans nomen à לבב deductū.
[6] Vel, Potior, Præstantior.
[7] 1. Harum vocum priores duæ ad perceptionis, posteriores ad traditionis modū videntur pertinere. Perceptionis modus aut extraordinarius est per revelationem, aut ordinarius per cognitionē sciētiāmve comparatam. Tradēdi verò modus est duplex: unus, de scripto, sive loquatur verbū Dei, sive legēdū proponatur ipsum; atque hoc prophetia est, ut in caput 11. antè annotavimus: alter, sermone puro, quū prophetiæ argumentum à servis Dei in Ecclesia exponitur analoga interpretatione: qd genus Διδαχὴ appellatur.
[8] 1. vel instrumenta illa.
[9] 1. vel sonum & sociū ejus, id est, unum & alterum, Hebræa & Syra phrasi. Hoc evidentius.
[10] Alterum relativum cum præpositione instrumentali, subaudietur more Hebraico. plenū esset דבה, Cū quo.
[11] 1. Syrè, id qd canitur, aut id quod pulsatur: convenienter argumento & verbis sequētibus.
[12] Hoc est, Dono linguarum præditi.
[13] Ad verbum, Cū ætte, Formam hominis Græci servat.
[14] Id est, Ex tāta gentiū varietate, nulla est quæ mentis conceptum aliqua vocis distinctione non exprimat.
[15] Græcum nomen.
[16] 1. putà aliena ab usu & intelligentia eorum quibuscum versatur: sic deinceps.
[17] Id est, Ut addatur à Deo donum interpretandi, à quo pendet doni linguarum præstantia & usus.
[18] Id est, sententia precationis meæ, Ecclesiæ est infructuosa, quæ eam non intelligit.
[19] Id est, Ita canam, ut non audiar modò, sed etiam intelligar.
[20] Ad verbum, Si non: Hebraic.
[21] Id est, qui partes idiotæ (id est privati hominis) sustinet in sacro cœtu, neque gradu ullo eminet.
[22] ל in contextu prætermissum erat, quod nos adscripsimus.
[23] Id est, rectè.

[c] 2. Taxat perversum de dono linguarum judicium. Cur enim conferebatur? nempè ut eo pluribus populis patefierent Dei arcana. Itaque cōstat prophetiam, cui servire oportuit linguarū donum, esse isto præstāriorem: ac proinde nō tectè judicare Corinthios, qui linguas pluris quàm prophetiā faciebant, quòniam videlicet in linguarum dono plus inerat ostentationis. Hinc autem alter abusus illius doni linguarum cōsequebatur, quum Corinthii in publico cœtu linguis uterentur absque interprete: quod etsi fieri poterat cū aliquo fructu ejus qui loquebatur, tamen verum usum illius doni corrumpebat, quū nulla inde utilitas ad auditores rediret, & publici cœtus nō ad privatā alicujus, sed ad communem omnium utilitatē sint instituti.
[d] Lingua hoc loco pro idiomate peregrino sumitur, quod nemo intelligat sine interprete.
[e] Afflatu quē à Spiritu accepit: quo tamen abutitur, quū loquatur mysteria, quæ nō intelligantur à quoquam in cœtu.
[f] Quæ homines promoveant in pietatis studio.
[g] Cœtum.
[h] 2. Illustrat quod dixerat, sumta à musicis instrumētis similitudine, quæ & ipsa, quamvis articulatē non loquantur, tamen sonis suis distinguuntur, ut aliquis sit illorum usus.
[i] Commodè rem ipsam explicantem.
[k] 2. Necessitatem interpretationis cum linguarum dono conjungendæ ostendit ex idiomatum multiplici varietate, adeò ut sine interprete alius alii loquens, perindè faciat ac si non loquatur.
[l] Quales sunt Papistæ in omnibus suis concionibus, & qui aliquot verba Hebræa aut Græca ambitiosè è pulpito apud imperitum vulgus effundunt, ut inde sibi ventosæ eruditionis famam concilient.
[m] 2. Conclusio, Si volunt spiritualibus illis donis ita ut par est excellere, quærendam ipsis esse Ecclesiæ utilitatem; ac proinde donum linguarum non aliter usurpandum, quàm si accesserit peregrinæ linguæ interpretatio, sive ex eodem loquentis ore, sive ab alio interprete.
[n] Petat interpretationis donum.
[o] Ratio, quia non satis est nos sic loqui in Ecclesia, ut ipsi Deum colamus spiritu, id est, pro ratione doni quod accepimus, sed etiam oportet nos à cœtu intelligi, ne quod dicimus sit reliquis infructuosum.
[p] Si incognito idiomate in Ecclesiastico cœtu preces concipiam.
[q] Donum quidem & afflatus Spiritus suas partes peragit, sed mihi soli.
[r] Nullus ex meis precibus fructus ad Ecclesiam redit.
[s] Ita ut ab aliis etiam intelligar, & alios instituam.
[t] 2. Alia ratio, Quum oporteat Ecclesiam loquenti assentiri, atque adeò hunc assensum testari, quomodo assentientur qui non intellexerunt quid dictum sit?
[v] Solo, nulla habita audientium ratione.
[x] Qui sedet inter privatos.
[y] Unus ergo præibat, cœtus respondebat Amen.
[z] 2. Seipsum proponit pro exemplo, tum ut pudeat illos stultæ ambitionis, tum ut omnem invidiæ suspicionem effugiat.
[a] Paucissima.

verba ex intelligentia mea loqui, ut & alios voce instituam, quàm decem millia verborum lingua.

20 *[b] Fratres, ne estote pueri prudētia: sed malitia infantes, prudentia verò adulti estote.

21 In [c] lege scriptū est, *Propterea per diversæ linguæ *homines* & alia labra loquar populo huic: & ita quoque me non audient, dicit Dominus.

22 [d] Linguæ igitur sunt signum, non iis qui credūt, sed infidelibus: prophetia verò non infidelibus, sed credentibus.

23 [e] Itaque si eōdem loci convenerit tota Ecclesia, & omnes linguis loquantur, ingrediantur autem [f] idiotæ vel infideles, nónne dicent vos furere?

24 Sed si omnes prophetent, ingrediatur autem infidelis quispiam aut idiota, arguitur ab omnibus, dijudicatur ab omnibus:

25 Et ita quæ occulta sunt in ejus corde manifesta fiunt: atque ita procidens in faciem, adorabit Deum, annūcians Deum verè in vobis esse.

26 [g] Quid igitur est, fratres? quoties convenitis, quisque vestrūm canticū habet, doctrinam habet, linguam habet, revelationem habet, interpretationem habet? omnia ad ædificationem fiant.

27 [h] Et lingua quis loquitur, *fiat* per binos, aut *ad* plurimum ternos, & vicissim: unus autem interpretetur.

28 Quòd si non sit interpres, taceat in Ecclesia *qui loquitur lingua*, sibiipsi verò loquatur & Deo.

29 [i] Prophetæ autem duo aut tres loquantur, & alii dijudicent.

30 Quòd *siquid* alii revelatum fuerit assidenti, prior taceat.

31 Potestis enim omnes sigillatim prophetare, ut omnes discant, & omnes consolationem accipiant.

32 Et [k] spiritus Prophetarum Prophetis subjiciuntur.

33 Non enim est exagitationis *auctor* Deus, sed pacis, ut in omnibus Ecclesiis sanctorum.

34 [l] *Mulieres vestræ in conventibus sileant: nec enim permissum est eis ut loquantur, sed *oportet* ut subditæ sint, *sicut & Lex dicit.

35 Quòd siquid discere volunt, domi suos viros interrogent. nam turpe est mulieribus in Ecclesia loqui.

36 [m] An à vobis sermo Dei profectus est? an ad vos solos devenit?

37 Si quis sibi videtur Propheta esse, aut [n] spiritualis, agnoscat, quæ scribo vobis, esse Domini præcepta.

38 [o] Qui verò ignarus est, ignarus esto.

39 [p] Itaque fratres, ambite prophetandi donum, & loqui linguis ne prohibete.

intellectu meo loqui, ut etiam alios doceam, potiùs quàm [24] myriadem verborū lingua *non intellecta:*

20 Fratres mei, ne sitis pueri in mentibus vestris, sed in rebus malis estote infantes, & in mentibus vestris estote perfecti.

21 In [25] Lege scriptum est, Quoniā sermone peregrino & lingua aliena loquar cum populo isto: etiam minimè ita [26] audient me, dicit Dominus.

22 Itaq; linguæ in signum positæ sunt, non credentibus, sed iis qui non credunt: prophetiæ verò, nequaquam iis qui sunt increduli, sed iis qui credunt.

23 Si ergo congregetur tota Ecclesia, & omnes linguis loquantur, & ingrediātur idiotæ, aut ii qui non credunt, nónne dicent quòd hi insaniunt?

24 Et si omnes vos prophetetis, & ingrediatur ad vos idiota, aut is qui nō credit, arguitur ab omnibus vobis, & corrigitur ab omnibus vobis:

25 Et occulta cordis ejus manifesta fiūt: & tunc procidet super faciem suam, & adorabit Deum, & dicet, Verè Deus est in [27] vobis.

26 Dico itaque, fratres mei, quòd quum cōgregamini, cuicumq; ex vobis est Psalmus, [28] loquatur: & ille cui est doctrina, & ille cui est revelatio, & ille cui est lingua, & ille cui est interpretatio, omnia ad ædificationem fiant.

27 Et si lingua quis loquatur, duo loquantur, & [29] ad summum tres, & [30] sigillatim loquantur, & unus interpretetur.

28 Et si non sit qui interpretetur, taceat in Ecclesia is qui loquitur lingua, & inter seipsum & Deum loquatur.

29 Prophetæ autem duo aut tres loquantur, & cæteri discernant.

30 Et si *aliquid* alii revelatum fuerit sedenti, prior taceat.

31 Potestis enim omnes sigillatim prophetare, ut omnis homo discat, & omnis homo consolationem capiat.

32 Spiritus enim Prophetarū Prophetis subjicitur.

33 Quia Deus non est tumultus sed pacis, ut in omnibus [31] Ecclesiis sanctorum.

34 Mulieres vestræ in Ecclesia taceant: non enim permittitur eis ut loquantur, sed ut subjiciantur, sicut etiam Lex dicit.

35 Quòd siquid volunt discere, in domibus suis interrogēt maritos suos: [32] pudor enim est ut mulieres in Ecclesia loquantur.

36 Nunquid a vobis profectus est sermo Dei, aut ad vos tantùm pervenit?

37 Si quis autem ex vobis putat quòd Propheta sit, aut spiritualis sit, agnoscat hæc quæ scribo vobis, quòd mādata sunt Domini nostri.

38 Si quis autem ignorat, ignoret.

39 Ergo cum æmulatione appetite, fratres mei, ut prophetetis: & loqui linguis ne vetueritis:

[24] Myriadem posuit pro numero infinito, ex Hebraismo.

[25] Id est, in libris sacris, qui omnes interdum sub legis nomine comprehendūtur.

[26] Id est, intelligēt, ut suprà dictū est. Particula etiā auget, sicut apud Hebræos. Sensus est, Hac ratione minus quā priùs intellecturos ac percepturos esse quæ dictu rus sum illis.

[27] Vel, Inter vos, Videtur tamen magis emphaticum, Invobis: id est, Loquitur per vos.

[28] Implet addito verbo cō textum Græcum, quod in singulis membris sequentibus est repetēdum. F. Etsi hoc quoq; verbo textus carere potest, si italegeris, quisque ex vobis Psalmum habet? &c. omnia ad ædificationem fiant.

[29] Gallicè exprimas, *Et tous au plus, trois.*

[30] Syrè, Unus, unus: sicut & Hebraicè.

[31] Subaudi, Fieri docet, aut Fieri solitum est.

[32] Hebræi nominibus substantivis pro epithetis utūtur ad auxesin, ut Abominatio Domini, pro re prorsus abominanda.

*Matth. 18.3.

[b] 2. Liberè jam arguit eos puerilis inscitiæ, qui donū linguarum ad ædificationem Ecclesiarū collatum nō videant in maledictionis instrumentum hac sua ambitione converti, quum inter pœnas quibus populi sui duritiē ultus est Dominus, hæc etiā exprimatur, quòd eos inter peregrinos dispersetit, quorum linguam non intelligebant.

[c] Legis nomine totam sacrā Scripturā intelligit.

* Esa. 28. 11.

[d] 2. Conclusio, Linguarū igitur donū puniendæ incredulitati servit, nisi ad prophetiam, id est, interpretationē Scripturæ referatur, ac proinde ab audiēntibus percipiatur quod dicitur.

[e] 2. Aliud argumentū, non modò inutile esse fidelibus linguarū donum absque prophetia, sed etiam tum iis, tum Infidelibus, quos oportuit in cœtu fideliū lucrifieri, plurimùm nocere. Ita enim fieri ut videantur aliis furere fideles, nedùm ut infideles ita eruditantur.

[f] Vide Act. 4. 13.

[g] 2. Conclusio, ædificationē Ecclesiæ esse regulā ac normam recti spiritualium donorum usus.

[h] 2. Forma usus doni linguarū, Uni & alteri aut ad summū tribus vicissim in conventu, si modò adsit interpres aliquis, linguarū dono uti fas esto: sin abfuerit interpres, qui eo dono præditus est sibi soli loquitor.

[i] 2. Forma Prophetiæ, Duo aut tres proponunto, reliqui dijudicanto quod propositū fuerit, num sit videlicet verbo Dei consentaneum. Si in isto examine aliquid suppeditārit Dominus cuipiam, loquendi partes ei conceduntor. Quivis, sed suo ordine & sigillatim, ad prophetandum quoad Ecclesiæ ædificatio feret, admittitor. Alii aliorum judiciis se regi sinunto.

[k] Doctrina quam adferunt Prophetæ afflati Spiritu Dei.

[l] 2. Mulieribus silentium in publico cœtu imperatur, præcipitur verò ut domi ex viris suis perconten-

[m] 2. Universalis conclusio tractatus de donorum spiritualium in cœtibus legitimo usu: cum aspera objurgatione, ne soli sapere Corinthii sibi videantur.

[n] In spiritualibus cognoscendis ac dijudicandis eruditus.

[o] 2. Pertinaciter ignaros, nec se doceri sustinentes, nihil debet curare Ecclesia, & nihilominùs pergere in iis quæ recta sunt.

[p] 2. Prophetia in Ecclesiis omninò retinenda, linguarum donum non prohibendum, sed ordine facienda sunt omnia.

*1. Tim. 2. 11. *Gen. 3. 16.

40 Omnia autem cum modestia & cum ordine fiant.

40 Omnia decenter & ordine fiant.

CAPUT DECIMUMQUINTUM.

[1] Quum essent apud Corinthios qui corporum resurrectionem in dubium vocarent, [15] postquam ejus certitudinem validis argumentis comprobavit, [25] rationem etiam [35] & modum subjungit.

NOtum [1] autem facio vobis, fratres mei, Evangelium quod prædicavi vobis, & accepistis illud, & stetistis in eo,

2 Et in eo [2] salvi estis, Quibúsnam verbis prædicaverim vobis memores estis, nisi frustrà credidistis.

3 Tradidi enim vobis [3] a principio quemadmodum acceperam, quòd Christus mortuus est pro peccatis nostris, sicut scriptum est:

4 Et quòd sepultus est, & resurrexit tertio die, quemadmodum scriptum est:

5 Et visus est Ciphæ, & post eũ [4] duodecim:

6 Et posteà visus est pluribus quàm quingentis fratribus unà, ex quibus plures superstites sunt usque nunc, [5] & ex eis *quidam* obdormierunt:

7 Et posthæc visus est Jaakubo, & post eum omnibus Apostolis:

8 Postremò autem omnium, tamquam abortivo, visus est etiam mihi.

9 Ego sum minimus Apostolorum: neque dignus sum ut vocer Apostolus, propterea quòd persequutus sum Ecclesiam Dei.

10 Per gratiam autem Dei sum id quod sum: & gratia ejus [6] quæ in me est, non fuit inanis, sed ampliùs quàm omnes illi laboravi, non ego, sed gratia ejus [7] quę est mecum.

11 Sive ego igitur, sive illi, ita prædicamus, & ita credidistis.

12 Si autem Christus prædicatur quòd surrexit [8] a mortuis, quomodo sunt inter vos quidam qui dicunt quòd non est resurrectio mortuorum?

13 [9] Et si resurrectio mortuorũ non est, neque Christus resurrexit.

14 Et si Christus non resurrexit, inanis est prędicatio nostra, inanis quoque fides vestra.

15 Reperimur [10] autem nos quoque falsi testes Dei, quia testamur de Deo quòd excitavit Christum, quum non excitaverit.

16 Si enim mortui non resurgunt, neq; Christus resurrexit.

17 Et si Christus non resurrexit, supervacanea est fides vestra, & hactenus in peccatis vestris estis:

18 Et jam etiam ii qui obdormierunt in Christo, [11] perierunt.

19 Et, si in hac vita tantùm speramus in Christum, miserabiliores sumus omnibus filiis hominis.

CÆterùm * [a] notum facio vobis, fratres, Evangelium, quod evangelizavi vobis, quod & accepistis, in quo etiam [b] statis:

2 Per quod etiam, si retinetis quo sermone vobis evangelizaverim, servamini: [c] nisi si frustrà credidistis.

3 Tradidi enim vobis inprimis quod & accepi, Christum videlicet mortuum esse pro peccatis nostris, * secundùm Scripturas:

4 * Et sepultum fuisse, & suscitatũ tertio die, secundùm Scripturas:

5 * Et visum fuisse Cephæ, deinde [d] duodecim illis.

6 Posteà visus est ampliùs quàm quingentis fratribus [e] semel: ex quibus pleriq; manent usque adhuc, quidam autem obdormierunt.

7 Posteà visus est Jacobo: deinde Apostolis omnibus.

8 * [f] Ultimò verò omnium, velut abortivo, visus est etiam mihi.

9 * Ego enim sum minimus Apostolorum, qui non sum dignus vocari Apostolus, propterea quòd persequutus sum Ecclesiam Dei.

10 Sed gratia Dei sum id quod sum: & gratia ejus, quæ in me *collata est*, non fuit inanis, sed ampliùs quàm illi omnes laboravi: nõ ego tamen, sed gratia Dei quæ mecum *est*.

11 Et ego igitur & illi ita prædicamus, & ita credidistis.

12 [g] Quòd si Christus prædicatur ex mortuis suscitatus esse, quomodo dicunt quidã inter vos, non esse resurrectionem mortuorum?

13 [h] Nam si resurrectio mortuorum non est, Christus quoque non est suscitatus.

14 [i] Quòd si Christus nõ est suscitatus, vanum videlicet *est* præconium nostrum, vana autem *est* etiam fides vestra.

15 Invenimur autem etiam falsi testes Dei: quoniam de Deo testificati sumus, eum suscitasse Christum: quem *tamen* non suscitavit, si videlicet mortui non suscitantur.

16 [k] Nam si mortui non suscitantur, Christus quoque non est suscitatus.

17 Quòd si Christus non est suscitatus, inanis est fides vestra: [l] adhuc [m] estis in peccatis vestris.

18 [n] Nempè & qui obdormierunt in Christo, perierunt.

19 [o] Si in hac solùm vita speramus in Christum, miserrimi omnium hominum sumus.

1 F. i. nunc vobis declaraturus sum: transit enim his verbis ad declarationem dogmatis de resurrectione. Præsens autem figuratè sumitur, ut Matth. 2. 4.

2 Syrè, Viviris, Hebraismus.

3 F. vel anteà, Syra phrasi.

4 id est, Apostolis: quamvis enim Judas sublatus esset, à majore tamen parte numerus, quasi integer, dicitur, ut initio Actorum dictum est.

5 Copula pro Quamvis, ex Hebraismo.

6 Aptè Græca exponit.

7 i. Erga me. priùs dixerat, In me.

8 Syrè, De inter mortuos.

9 Vel, Quòd si, & sic mox.

10 דין, ut apud Græcos explétiva est particula.

11 F. Syrè, perierunt sibi. Pleonasmus, de quo in Matthæ. 4. 10.

* Galat. 1. 11.

a S. Sextus hujus epistolę tractatus de resurrectione. Utitur autem transitione, primùm ostendens se nihil novi afferre, ut Corinthii intelligerent se à recto cursu cœpisse deflectere: deinde non agi de re levicula, sed de altero Evangelii capite, quo amisso fidem eorũ oporteat evanescere. Et ità demùm ab ipsius Christi resurrectione hãc tractationem inchoat, nostræ videlicet fundamẽto, eámq; primùm Scripturarum, deinde Apostolorũ, & ampliùs quàm quingẽtorum fratrum, suo denique testimonio, cõfirmat.

b Quod adhuc etiã profitemini.

c Quod absurdum est & fieri nequit, quin percipiant fidei fructũ, qui crediderint.

* Esa. 53. 5.

* Jon. 2. 1.

1. Pet. 2. 24.

* Job. 20. 19.

d Selectis illis Apostolis, qui vulgò dicebãtur duodecim, etiam expũctò Juda.

e Non divisim, sed unà eodémque tempore.

* Act. 9. 4.

rom. 6. 5.

f S. Obiter auctoritatem sui Apostolatus asserit, quam maximè intererat summam esse apud Corinthios, ut hæc epistola suũ apud eos pondus obtineret. Interim autem divino quodam artificio sese cum quibusvis ita comparat, ut se infra omnes dejiciat.

* Ephes. 3. 8.

g S. Primũ argumẽtum, esse resurrectionem à mortuis. Christus resurrexit, ergo resurgunt mortui.

h S. Secundum ab absurdo. Si non est resurrectio mortuorum, Christus non resurrexit.

i S. Probatio illius absurdi ab aliis absurdis, Si Christus non resurrexit, inanis est prædicatio Evangelii, & vana est fides quam ei habuistis, & nos mẽdaces sumus.

k S. Repetit idem argumentum ab absurdo, explicaturus quomodo inanis sit fides, sublata Christi resurrectione.

l S. Primò, quũ mors sit peccatorũ pœna, frustrà credemus remissa esse nobis peccata quæ maneant: manent autem peccata, si Christi mortem non excepit ejusdẽ resurrectio.

m Adhuc sunt in peccatis, qui non sunt sanctificati, nec consequuti remissionem peccatorum.

n S. Secundò, Quia nisi Christi resurrectio statuatur, perierint omnes in Christo mortui. Quis ergo fuerit fidei fructus?

o S. Tertium argumẽtum, quod & ipsum ab absurdo petitum est, Quia nisi altera vita statuatur, in qua beati sint qui in Christum sperant, nihil esset illis miserius, ut qui in hac vita sint calamitosissimi.

p B. Conclusio superiorum argumentorum, Christus ergo resurrexit.
* *Coloss.1.18. Apoc.1.5.*
q B. Eandem conclusionem statuit pro enthymematis sequentis antecedẽte: Christus resurrexit, ergo & nos fideles(de his enim agit)resurgemus. Additur prima hujus consequutionis ratio, Quia Christus nobis non ut privatus aliquis sigillatim & per se considerãdus proponitur,sed ut primitiæ. Assumit autem quod omnibus notũ erat,totũ videlicet cumulum in primitiis sanctificari.
r Alludit ad primitias frugum, quarum oblatio reliquos fructus sanctificabat.
s B. Altera ejusdem consequutionis probatio, Quia Christus considerandus est velut Adamo oppositus, ut sicut ex uno homine Adamo propagata mors est, sic etiam ex uno homine Christo propagetur vita: id est, ut omnes fideles sicut, quia

20 p Nunc autem Christus suscitatus est ex mortuis : * q *&* r primitiæ eorum qui obdormierunt factus est.

21 s Quia enim per hominem mors, per hominem quoque resurrectio mortuorum.

22 Sicut enim in Adamo omnes moriuntur, ita & in Christo omnes t vivificabuntur.

23 * v Unusquisque autem suo ordine: primitiæ Christus, posteà qui sunt Christi,in adventu ipsius:

24 x Deinde *erit* y finis,quum tradiderit regnum Deo ac Patri : quum ut inane sustulerit z omne imperium , & omnẽ auctoritatem & potestatem.

25 Nam oportet eum regnare * usquequò omnes inimicos a suppoſuerit pedibus ejus.

26 b Ultimus *autem* hostis aboletur mors.

27 * Nã omnia subjecit sub pedes ejus. Quum autẽ dicit omnia esse *ei* subjecta, palàm est *hoc dici* excepto eo qui subjecit ei omnia.

28 Postquàm verò subjecta fuerint ei omnia, c tũc & ipse filius subjicietur ei qui subjecit ipsi omnia, d ut Deus sit omnia in omnibus.

29 e Alioqui quid faciẽt f qui ablutione utuntur super mortuis ? Si omninò mortui non suscitantur , cur ablutione utũtur super mortuis?

30 g Cur etiam nos periclitamur omni momento?

31 Diebus singulis morior h per gloriationem vestram,quam habeo in Christo Jesu Domino nostro.

32 i Si k secundùm hominem adversus bestias pugnavi Ephesi , quæ mihi utili-

20 Nunc autem Christus surrexit [12] a mortuis , & factus est primitiæ obdormientium.

21 Et quemadmodum [13] per manum filii hominis exstitit mors, ita etiã per manum filii hominis est resurrectio mortuorum.

22 Sicut enim [14] per Adamum omnes filii hominis moriuntur , ita etiam per Christum omnes vivificantur:

23 Unusquisq; ordine suo: principium est Christus, deinde illi qui Christi sunt, in adventu ipsius:

24 Et tunc erit [15] finis,quum tradiderit [16] regnum Deo Patri:quum aboleverit omnem principem & omnem dominatorem,& omnes potentes.

25 Futurum enim est ut regnet quousque posuerit inimicos suos omnes sub pedes suos.

26 Et ultimus hostis [17] abolebitur mors.

27 Omnia enim subjecit sub pedibus ejus. Quum autẽ dicit quòd omnia subjecta sunt illi,notum est [18] quòd is excipitur qui subjecit ei omnia.

28 Et quum subjecta fuerint ei omnia, tunc [19] ipse Filius subjicietur ei qui subjecit ipsi omnia,ut sit Deus omnia in omnibus.

29 Alioquin quid facient ii [20] qui baptizantur pro mortuis, si mortui non resurgunt?cur baptizantur pro mortuis?

30 Et propter quid nos quoque qualibet hora in [21] periculo manemus?

31 Juro per gloriationem [22] vestram, fratres mei , quæ est mihi in Domino nostro Jeschua Christo, quòd quotidiè morior :

32 Si [23] quemadmodum inter filios hominis projectus sum ad feras Ephesi, quæ

[12] Syrè,De inter mortuos.
[13] i. Per hominem. Hebraiſ.
[14] F. vel in Adamo , & pòst in Christo. ita Syrus Græco assentiens.
[15] F. putà illius ministerii & actionis Christi, qua mortuos vivificat.
[16] F. illud putà οἰκονομικὸν , quod Filio imposuit Pater:nam divinum illud æternũmq; cõmune est Patris,Filii,& Spiritus sancti, nec ab ulla persona sanctę Trinitatis vel momento unquam depositum : sic accipitur sequente versu.
[17] Abolitus, Subaudi, Erit. Syrè.
[18] Ad verbum, Quòd præter eum qui subjecit.&c. id est Eum excipi(sive eximi) qui subjecit illi omnia.
[19] F. id est, Christus μυστικὸς Ecclesiæ suæ in æternũ adunatus : ut suprà 12.12.
[20] F. vel qui baptizantur super mortuis, &c. Variè explicatus locus. Nos paucis & consequutionem, & ex ea sententiã loci hujus declarabimus, quã putamus simplicissimam. Propositio est, mortuorum resurrectionẽ esse:Probatio, Christum resurrexisse, ad versum usque 12. His subnectitur ἀνασκευὴ ἐξ ἀντιθέσεως: si mortui non resurgunt,nec Christus: & è diverso, si Christus non resurrexit,neque resurgent mortui,inde ad versum 16. Hinc ponuntur absurda duo:unum respectu viventium;ergo inanem fidem vivẽtium esse, ut qui adhuc sint in peccatis suis , carentes redemtione Christi, si Christus non resurrexerit : alterum,respectu mortuorum,ergo mortuos periisse,versu 17.& 18. Hæc duo absurda refellit Apostolus,ὕστερον πρότερον. Nam hoc posterius,mortuos ergo periisse, confutat Apostolus gravissimè à versu 20.hucusque. Prius autem illud,inanem esse igitur viventium fidem, hîc instituit confutare. Confutat autem tribus argumentis. 1. à solenni Dei & Ecclesiæ,membrorúmque singulorum testificatione in Baptismo. 2. à communibus piorum Dei servorum periculis ,& Pauli singularibus. 3. ex absurditate τῆς ἐπικουρείας ἱστορουμένης. Primum argumentum est hujus versus. Alioquin , ait Paulus, si Christus non resurrexerit, neque finem assequuntur , neque consilio sapiunt viventes quicumque adhuc in Ecclesia baptizantur , & se baptizandos sistunt in mortem , sepulturam, & resurrectionem Christi. Fine, nam quid facturi sunt alioqui,aut quid eis futurum est? Consilio , nam cur baptizantur, si non est resurrectio ? Non potest esse inanis illorum fides , aut illi adhuc jacere in peccatis suis. Sed quid illud , *super mortuis?* Illud continuationis sive transitionis est , tamquam si diceret Paulus : ubicumque fuit Evangelium,plurimi obdormierunt in Christo hac fide,consilio,& fine,etiámque in Ecclesia vestra:ut de iis modò ostendimus. Quòd si sancti illi viri , qui hactenus obiverunt mortem, sua exspectatione & fide delusi sunt,quid ergo à superstitibus idem ampliùs agitur? cur ita adhuc pergitur in Ecclesia,& qui nunc vivunt mortuos in eodem officio persequuntur , si inania sunt omnia ? Cur si mortui spe sua exciderunt , viventes desipiunt mortuos miseros imitando,& super irrita illorum fide irritam faciunt suã? Hæc vocis ὑπὲρ & *super* significatio Græcis & Latinis auribus non est insolens. Sed de ea Grammatici viderint. Livius 2. ab urbe condita,super bellum annona premente;id est,præter,& sexcenta alia. Cætera, judicio meo, planiora sunt. [21] Verbum Græcum usurpat. [22] F. id est,de vobis,ut sequentibus exponitur. [23] Aliquid subaudiendum:quemadmodum etiam distinctio ostendit. Sensus est, Sicut mos est , & fieri solet inter homines, More inter homines recepto. F. putà velut in theatrum productus,ut solẽt mancipia quæ cum bestiis committuntur. Supplendum ergo verbũ,fit,hoc modo:si quemadmodum fit inter filios hominum,&c.

natura ex Adamo orti sunt , moriuntur : sic, quia in Christo filii Dei facti sunt ex gratia,ab eo vivificentur. t Aliena vi, nimirùm Christi , resurgent. * *1.Thess.4.15.* v B. Duo simul agit. Declarat enim sic communem esse Christo cum suis omnibus resurrectionem, ut tamen ipse & tempore(primus enim jam resurrexit)& dignitate emineat,quoniam ab eo & in eo est nostrûm omnium vita ac gloria. Deinde hac occasione ad proximum argumentum transit. x B. Quartum argumentum , quo etiam confirmantur reliqua , nititur validissimo fundamento : quòd videlicet oporteat Deum regnare : hæc autem sit hujus regni ratio , ut velit Pater in filio suo homine facto,Rex demonstrari,cui omnia,præter ipsum promittentem , subjiciantur, ut ipse Pater posteà in Filio victore triumphet. Hujus autem dominationis Filii , in qua posita est Patris gloria , duas partes facit,nempe hostium debellationem (quorum alios oporteat omni potestate privari, ut Satanam & impios omnes, quantumvis potentes & superbos: alios verò prorsus aboleri , ut mortem) & piorum plenam ac integram ab omnibus hostibus assertionem : ut hoc modo Deus plenè in Ecclesiæ corpore unà cum Christo capite suo cohærente,regnum ac gloriam suã, veluti Rex in subditis suis,patefaciat. Hujus porrò regni primum gradum in Filii capitis resurrectione ponit : complementum verò in integra membrorum cum capite conjunctione , ultimo illo die futura. Omnia porrò ista huc pertinent , ut doceat , nisi resurgant mortui , nec Patrem summum regem , nec Christum omnium Dominum haberi posse. Nec enim domita esset Satanæ & mortis potestas, nec plena Dei in Filio suo,& Filii ipsius in suis membris gloria. y Complementum sive perfectio. z Omnes suos hostes,qui potentia sua spoliabuntur. * *Psal.110.1. Act. 2.34. Hebr.1.13.& 10.13.* a Hîc consideratur Christus,ut in forma servi manifestatus, quo respectu dominatur quidem Ecclesiæ ut caput, sed quia hæc potestas ei data est à Patre. b Conclusio argumenti à toto ad partem , nam si omnes hostes subjicientur,necesse est mortem subjici. * *Psal.8.7.Heb.2.8.* c Non,quòd non anteà Patri subjectus fuerit Filius, sed quia nondum plenè Ecclesia (quæ ejus est corpus) perfecta est, hæc enim hîc languet , nec tota illa gloriæ particeps , sanctorum etiam mortuorum corpora, quæ in sepulcris jacẽt ad resurrectionis usque diem, gloriæ erunt expertia. Cæterùm Christus ut Deus , cum Patre nos subjectos habet : ut Sacerdos, nobiscum Patri subjectus est , August. de Trinit. lib.1.cap.8. d Significatur magnificentissimis istis verbis incomprehensibilis quædam gloria , quæ à Deo promanans nos totos capiti nostro adjunctos implebit,ita tamen ut capiti sua servetur eminentia.
e B. Quintum argumentum à fine baptismi , quòd nimirùm qui baptizantur,pro mortuis baptizentur. id est,ut adversus mortem remedium habeant, quum baptismus sit regenerationis symbolum. f Qui baptizantur ut mors ipsa extinguatur,sive in resurrectionem ex mortuis,cujus symbolum est Baptismus. g B. Sextum argumentum. Nisi sit resurrectio mortuorum, quorsum Apostoli tot mortibus sese quotidiè objicerent? h Quasi diceret,quotidie morior,ejúsque rei testes appello omnes ærumnas,quas verè gloriari possum me apud vos sustinuisse. i B. Occupatio,At tu Paule ambitiosè fecisti,ut homines solent,quum Ephesi cum bestiis certares. Scilicet(inquit Paulus)quòd enim commodum inde ad me redire potuit,præter gloriam vitæ æternæ quam spero? k Non divino aliquo impulsu,neq; in Deum respiciens,sed vel gloria,vel temeritate actus.

est utilitas

est utilitas si mortui non resurgunt? Comedamus & bibamus: cras enim morituri sumus.

33 Ne erretis. Corrumpunt enim [24] mētes suaves [25] narrationes malæ.

34 Excitate corda vestra [26] justè, & ne peccetis: sunt enim aliqui in quibus cognitio Dei non est. Ad pudorem vestrum id dico.

35 Dicet aliquis ex vobis, Quomodo [27] resurgunt mortui? & quali corpore veniunt?

36 Stulte, semen quod tu seminas, si non moriatur, non reviviscit.

37 Et id quod seminas, nequaquā ipsum corpus quod futurum est seminas, sed grana nuda [28] tritici aut hordei, aut reliquorum seminum.

38 Deus autem dat ei corpus quemadmodum vult: & unicuique ex seminibus corpus [29] naturæ suæ.

39 Nequaquam enim omne corpus *est* æquale: aliud enim est corpus [30] filii hominis, aliud verò [31] bestiarum, & aliud volatilium, & aliud piscium.

40 Et sunt [32] corpora cælestia, & sunt corpora terrestria. Sed alia est gloria cælestium, & alia terrestrium:

41 Et alia est gloria Solis, & alia est gloria Lunæ, & alia gloria stellarum: & stella excellentior est stella in gloria.

42 Ita etiam [33] resurrectio mortuorum. seminantur in corruptione, surgunt incorrupta.

43 Seminantur in ignominia, resurgūt in gloria: seminantur in infirmitate, resurgunt in robore.

44 Seminatur corpus animale, resurgit corpus spirituale. est enim [34] corpus animale, & est corpus spirituale.

45 Ita etiam scriptum est, Factus est Adam [35] filius hominis primus in animam viventem: & Adam posterior, in spiritum vivificantem.

46 At nequaquam prius spirituale *fuit*, sed animale, & deinde spirituale.

47 Filius hominis primus [36] terrenus, qui è terra. filius hominis secundus, Dominus, [37] e cælo.

48 Qualis est ipse terrenus, tales etiam terreni: & qualis est ille qui est e cælo, tales etiam cælestes.

49 Et quemadmodum induimus imaginem illius qui erat e terra, ita induemus imaginem illius qui est e cælo.

50 Hoc autem dico, fratres mei, quòd caro & sanguis regnum cælorum cōsequi non possunt: neque corruptio consequetur hæreditate incorruptionem.

[24] Id est, Ingenuas & probæ indolis.
[25] Sive colloquia.
[26] Id est, Ad justitiæ & veritatis studiū.
[27] Participia præsentis tēporis pro futuro, Resurrecturi, Venturi.
[28] Ad verbum, Triticorum, Hordeorū, ut in Hebræo.
[29] Id est, Quod naturæ suæ cōvenit. Hebraismus.
[30] Id est Hominis. Hebraismus.
[31] In hoc homine erratum fuerat, atque Daleth pro Resch positū.
[32] Subaudi alia, &c. & sic in sequenti membro.
[33] Collectivè, sicut apud Hebræos pro corporibus quæ resurgunt.
[34] Ad verbum, Corpus Animæ, Corpus spiritus, ex Hebraismo.
[35] F. i. homo: carachrelis, ut versu 47.
[36] F. vel pulvereus.
[37] Id est, Cælestis. Hebraism.

corruptionem, quia nimirùm erunt firmissima & prorsus incorrupta natura: gloriam, quoniam splendore & decore inenarrabili exornabuntur: potentiā, quoniam videlicet absque cibo, potu, & aliis adminiculis, quibus caduca hæc vita ne conservare quidem sese ab interitu potest, perennia permanebunt.

[t] Sepelitur, & instar seminis homo conditur. [v] Splendoris & decoris expers. [x] A priore imbecillitate liberum, quòd videlicet vicissitudini tam variæ sit obnoxium, nec sese tueri nisi cibo, potu, & cæteris ejusmodi præsidiis possit. [y] B. Uno verbo absolvit istam qualitatis corporis mutationē ex resurrectione, quum dicit fore ut ex animali fiat spirituale: quas duas qualitates planè diversas, mox diligenter explicat. *Gen. 2. 7. [z] B. Animale corpus dicitur, quod sola anima vegetatur, cujusmodi fuit Adam, ex quo & nos orimur animales: spirituale verò vocatur, quod unā cum anima, longè excellentiore virtute vivificandū est, Dei videlicet Spiritu, quæ ex altero Adamo, nēpè Christo in nos deriv atur. [a] Adam prior dicitur, quòd ab eo tamquā à radice orti sumus: Christus autē posterior, quia in eo tamquā in principio spirituales omnes cōprehenduntur. [b] Christus dicitur Spiritus ab excellentissima illa natura, id est, Deo in ipso habitāte corporaliter, ut Adamus animalis ab animā præstāriore ejus parte. [c] B. Jubet secūdo loco considerari ordinē istius duplicis status, sive qualitatis, quòd animale præcesserit cōditio Adamo, idq; ex terræ limo: spirituale verò supervenerit, quū Dominus videlicet è cælo missus, carnem nostrā sibi adaptatā, plenitudine deitatis informaret. [d] In cœno manens, & terrestri naturæ addictus. [e] Descendisse de cælo dicitur Dominus, ratione cōmunicationis idiomatum. [f] B. Applicat autē Adami (ut ita loquar) terrenā animalitatem corporibus nostris, quādiu in terris animaliter versantur, in hac vita videlicet, & in sepulcro: tum Christi spiritualitatem iisdem nostris corporibus, postquam & ipsa resurrexerint: & illā quidem ait præcedere, hanc verò sequuturā. [g] Imaginem, intellige non vanam & inanem, sed quam res ipsa consequatur. [h] B. Conclusio, nō posse nos gloriæ Dei fieri participes, quin totā illam corporū crassam, fæculentam & corruptioni obnoxiam naturā deponamus, ut idem corpus gloria incorruptibili ornetur. [i] Hoc loco caro & sanguis sumuntur pro corpore animali, quod non nisi deposita corruptione incorruptionē cōsequetur.

tas? Si mortui non suscitātur, *[1] [m] edamus & bibamus, cras enim morimur.

33 [n] Ne errate. Mores bonos commercia corrumpunt mala.

34 Evigilate [o] justè, & ne peccate: quidā enim Deum non norūt. ad pudorem vobis *incutiendum* loquor.

35 [p] At dicet aliquis, Quomodo suscitantur mortui? quali autem corpore prodeunt?

36 [q] Desipiens, quod tu seris, non viviscit, nisi mortuum fuerit.

37 Et quod seris, non corpus oriturum seris, sed nudum granum, si casus tulerit, tritici, aut alicujus ex reliquis *seminibus*.

38 [r] Sed Deus ei dat corpus ut voluit, & singulis seminibus suum corpus.

39 Non omnis caro, eadem caro, sed alia quidem caro hominum, alia autem caro pecorum, alia autem piscium, alia verò volucrium.

40 Et *sunt* corpora cælestia, & *sunt* corpora terrestria: sed alius quidem cælestiū decor, alius verò terrestrium.

41 Alius decor Solis, & alius decor Lunæ: & alius decor stellarum. stella enim stellæ præstat decore.

42 [s] Ita *erit* & resurrectio mortuorum. [t] seritur *corpus* cum corruptione, suscitatur cum incorruptione:

43 Seritur [v] fœdum, suscitatur cū gloria: seritur omnium virium expers, suscitatur [x] potēs: [y] seritur corpus animale, suscitatur corpus spirituale.

44 Est corpus animale, & est corpus spirituale.

45 * [z] Ita etiam scriptum est, Factus est [a] prior homo Adamus animal vivens: posterior *autem* Adamus *factus est* [b] spiritus vivificus.

46 [c] At spirituale non est prius, sed animale, deinde spirituale.

47 Primus homo e terra, [d] pulvereus: secundus homo, ipse Dominus [e] e cælo.

48 [f] Qualis pulvereus ille, tales & pulverei sunt: & qualis ille cælestis, tales & qui cælestes erunt.

49 Et sicut gessimus [g] imaginē terreni, geremus etiam imaginem cælestis.

50 [h] Hoc autem dico, fratres, quia [i] caro & sanguis non possunt regni Dei hæreditatem consequi: neque corruptio hæreditatem incorruptibilitatis consequetur.

*Esa. 22. 13. Sap. 2. 6.
[1] B. Septimum argumētum à proximo depēdēs, Si nulla mortuorū resurrectio, cur alii cuipiā rei, quàm venitā & luxui fuerit studendum?
[m] Epicureorū voces.
[n] B. Cōclusio, cum gravi exhortatione, ut sibi à prava quorumdam consuetudine caveant, unde hoc malū ortum fuisse nō dissimulat, monens ut sobriè sapiāt justitiæ.
[o] Ut justitiæ vacetis.
[p] B. Probata resurrectione, jam patefacit eorum stuporem, qui non sine subsannatione quærebant quomodò fieri posset ut mortui resurgerent: &, si fortè resurgebant, quærebant ridentes, qualia essent ista corpora futura. Istos igitur qui sibi acutissimi videbātur, Paulus ad rudes agricolas amā dat, à quibus erudiantur.
[q] B. Potuisti, inquit Apostolus, ex quotidiano usu discere utrumque, siquidem semina seruntur & putrescunt, & tamē tantum abest ut propterea pereant, ut cōtrà lōgè ornatiora prodeāt, atque adeò quum nuda & arida serantur, incipiunt demùm à morte vivere, Dei videlicet virtute: & tibi incredibile videbitur corpora nostra ex putredine resurgere, & quidē multò excellentiore qualitate prædita?
[r] B. Diversitatem cernimus tum in una & eadē re, quæ modò hac modò illa forma donatur, sua tamē retēta specie: tum in grano apparet, quod nudum seritur, & lōgè aliud exsurgit: tum in diversis ejusdem generis speciebus, ut inter animalia: tum inter res alterius generis, ut corpora cælestia & corpora terrestria: quæ singula rursus magno discrimine inter se variantur. Non est igitur quòd ut rem impossibilem & inusitatam repudiemus corporum non tantùm resurrectionem, sed etiam mutationem in melius.
[s] B. Corporum excitatorum ex mortuis, triplicem qualitatem ponit: inquoniam videlicet absque cibo, potu, & aliis adminiculis, quibus caduca hæc vita ne conservare quidem sese ab interitu potest, perennia permanebunt.

51 [k]Ecce, [l] mysterium vobis dico, Non omnes quidē obdormiemus, sed omnes mutabimur, [m] momento, & jactu oculi, * ad ultimam tubam.

52 Canet enim tuba, & mortui excitabuntur incorrupti, & nos mutabimur.

53 Oportet enim corruptibile istud induere incorruptibilitatem, & mortale istud induere immortalitatem.

54 Postquam autem hoc corruptibile induerit incorruptibilitatem, & mortale istud induerit immortalitatem, tunc fiet illud quod scriptum est, * Absorpta est mors ad victoriam.

55 *Ubi tua, ô mors, victoria? ubi tuus, ô sepulcrum, aculeus?

56 Aculeus verò mortis *est* peccatū: vis autem peccati, Lex.

57 * Deo autem *habetor* gratia, qui dat nobis victoriam per Dominum nostrum Jesum Christum.

58 [n] Itaque, fratres mei dilecti, stabiles estote, immoti, eminentes in opere Domini semper, quum sciatis laborem vestrum non esse inanem [o] in Domino.

k 3. Pergit ulteriùs, declarans fore ut qui superstites ultimo illo die deprehendentur in hac vita, non descendant in illam sepulcri putrefactionē, sed subitanea immutatione renoventur, quæ immutatio sit prorsus necessaria: & in ultimum illud tēpus differatur certa beneficii & victoriæ Christi fruitio.

l Rem arcanam & adhuc occultā, ideóque dignissimam quā attentè audiatis.

m Indicatur brevissimum fore illud tempus.

*Matth. 24. 31. 1. Thess. 4. 16.

*Esa. 25. 8.

*Heb. 2. 14.

Osē. 13. 14.

*1. Joh. 5. 5.

n 3. Exhortatio ab utili sumta, ut quum intelligant alterius vitæ gloriam repositam esse fidis operariis, persistent in doctrinæ de mortuorum resurrectione veritate.

o Dei ope ac bonitate id efficiente.

51 Ecce dico vobis mysterium, Non omnes nos obdormiemus, omnes autēnos immutabimur.

52 Celerrimè, quasi [38] jactu oculi, [39] in buccina ultima quum clanget, & resurgent mortui incorrupti, & nos immutabimur.

53 Oportet enim ut hoc quod obnoxiū est corruptioni, induat incorruptionem: & similiter, ut mortale induat immortalitatem.

54 Quum autem induerit hoc quod corrumpitur, incorruptionē: & hoc quod moritur, immortalitatem, tunc fiet sermo ille qui scriptus est, Absorpta est mors in victoriam.

55 Ubi est stimulus tuus, ô mors? & ubi est victoria tua, ô [40] sepulcrum?

56 Stimulus autem mortis, peccatū est: & vis peccati, Lex est.

57 Gratia autem *sit* Deo, qui dedit nobis victoriam [41] per Dominum nostrum Jeschua Christum.

58 De cætero, fratres mei & dilecti mei, estote firmi, & ne sitis vacillantes: sed estote abundantes omni tempore in opere Domini: quū sciatis quòd labor vester non sit inanis in Domino.

38 Vel, Quasi inclinatione oculi.

39 Ad clangorem buccinæ.

40 r. vel inferne.

41 Syrè, Per manum Domini nostri. Hebraismus.

CAPUT DECIMUMSEXTUM.

[1] *Hortatur ut fratrum Hierosolymitanorum inopiæ succurrant.* [10] *Deinde Timotheū commendat:* [13] *& amica exhortatione,* [19] *deinde salutationibus epistolam claudit.*

Porrò [a] de collecta in sanctos, quēadmodum ordinavi Ecclesiis Galatiæ, ita & vos facite.

2 [b] Primo quoque *die* hebdomadis unusquisque vestrūm apud se seponat, recondēs ut thesaurum [c] quod pro Dei benignitate licuerit: ne, quum venero, tunc collectæ fiant.

3 Postquàm autem accessero, quoscūque probaveritis, hos mittam [d] cum epistolis ut perferant Hierosolymam beneficentiam vestram.

4 [e] Quòd si res digna fuerit ut & ipse proficiscar, mecum proficiscentur.

5 Veniam autem ad vos quum Macedoniam transiero. (Macedoniam enim pertransibo.)

6 Apud vos autem forsitā permanebo, aut etiā hybernabo: ut vos me prosequamini quocumque proficiscar:

7 Nolo enim vos nunc in trāscursu videre: sed spero temporis aliquantū mansurū *me* apud vos, si Dominus permiserit.

8 Permanebo autem Ephesi usque ad Pentecosten.

9 Nam ostium mihi apertum est magnū & [f] operosum, & adversarii multi.

10 Quòd si venerit Timotheus, videte ut [g] sine metu sit apud vos: opus enim Domini operatur ut & ego.

11 Nequis igitur illum pro nihilo habeat: sed prosequimini eum cum [h] pace, ut veniat ad me: exspecto enim eum cū fratribus.

12 Porrò de Apollo fratre, multū precatus sum eum ut iret ad vos cum fratribus. sed omninò non fuit *ei* volūtas nunc

a 3. Collectæ olim ex Apostoli instituto fiebant primo quoque die hebdomadis, quo nimirùm jam tum mos erat convenire.

b Qui olim dies Solis, nūc Dominicus dicitur.

c Ut quisque conferat pro ratione prosperitatis, quā à Domino obtinuerit.

d Quas illis dabitis perferendas.

e 3. reliqua pars Epistolæ scribendis rebus familiaribus consumitur, ita tamen ut omnia semper ad scopum propositū (id est Dei gloriā & Corinthiorum ædificationem) referantur.

f Ad magnas res conficiendas opportunum.

g Sine justi metus occasione.

h Salvum & incolumem, atque adeò cū bona gratia.

De eo autē quod colligitur sanctis, quemadmodum præcepi Ecclesiis Galatiæ, ita etiam vos facite.

2 [1] Primo quoque *die* septimanæ quisque vestrūm domi suæ seponat, & servet [2] id quod venit in manus suas, ne quum venero, tunc fiant collectæ.

3 Et quum venero, eos quos elegeritis vos, ipsos mittam cum epistola, ut perferant beneficentiam vestram in Urischelem.

4 Si autē [3] par fuerit opus ut ego quoque eam, etiam mecum proficiscentur.

5 Venturus autem ad vos sum, quum pertransiero Macedoniam, (transiturus enim sum in Macedoniam)

6 Et tunc etiam apud vos manebo, vel hyemabo apud vos, ut vos deducatis me in locum quò sum profecturus.

7 Nolo nunc quasi transiens per viam videre vos: spero enim quòd manebo tēpus aliquod apud vos, si Dominus meus permiserit mihi.

8 Permanebo enim Ephesi usque ad [4] Pentecosten.

9 Ostium enim magnum apertum est mihi [5] plenum operibus: & adversarii *sunt* multi.

10 Si autē venerit ad vos Timotheus, videte ut sine [6] timore sit apud vos: opus enim Domini operatur, sicut ego.

11 Nequis igitur eum despectui habeat, sed deducite eum [7] cum pace, ut veniat ad me. exspecto enim eum cum fratribus.

12 De Apollo autē, [8] fratres mei, [9] multùm petii ab eo ut proficisceretur ad vos cum fratribus: [10] & omninò non erat *ei* voluntas

1 Syrè, in omni uno (id est primo) die in sabbatho (id est Septimana.) Hebręa loquutio.

2 Hoc est, Ex eo quod ad manū habet.

3 Syra phrasis, Si ita res merebitur, Si ita par fuerit & æquum.

4 Græcum nomen usurpat.

5 Id est, Operosum, quod magnos labores requirat.

6 Timor pro formidabili periculo & discrimine, sive afflictione & persequutione.

7 Id est Tuò. Hebraismus.

8 r. vel fratre meo.

9 Quasi dicas, Multis verbis, Prolixè.

10 Et pro At adversativa.

voluntas ut veniret ad vos: quum autem erit ei [11] opportunitas, venturus est ad vos.

13 Vigilate, & state in fide, viriliter agite, & estote fortes.

14 Et omnes [12] res vestræ in charitate fiant.

15 Peto autem a vobis, fratres mei, pro [13] familia Stephanę (quia nostis quòd sunt primitiæ Achaiæ, & exposuerunt animas suas in ministerium sanctorum)

16 Ut etiam vos sitis obtemperantes iis qui tales sunt, & omni homini qui laborat nobiscum, & adjuvat *nos*.

17 Gaudeo autem de adventu Stephanæ & Fortunati & Achaici, quia [14] quod officio vestro deerat erga me, illi impleverunt.

18 Refocillârunt enim spiritum meum & vestrum. Estote igitur agnoscentes eos qui tales sunt.

19 [15] Salutant vos Ecclesiæ omnes quæ sunt in Asia. Salutant vos multùm in Domino nostro Aquila & Priscilla cum Ecclesia quæ est domi eorum.

20 Salutant vos fratres omnes. Salutate alter alterum [16] in osculo sancto.

21 Salutatio per scripturâ manus meæ Pauli.

22 Qui non diligit Dominum nostrum Jeschua Christum, sit anathema [17] Maranatha.

23 Gratia Domini nostri Jeschua Christi vobiscum.

[11] Ad ver. Locus. Hebraismus.

[12] Ad ver. Voluntates. Hebraismus.

[13] Ad verb. domo. Hebraismus.

[14] Ad ver. In quo imminuti eratis.

[15] Ad verb. Petunt pro pace vestra. Et sic in sequentibus.

[16] r. vel osculo, sine præpositione.

[17] Ita divisum in codice Syro scribitur, neque video cur fides librariorũ quibusdam hac in parte suspecta sit. Nihil enim mihi occurrit hactenus magis consentaneum aut aptum, quàm ut his verbis extremi anathematis formula attingatur: quia extremæ Christi mundi judicis condemnationi, absque spe veniæ, addicebatur peccator. Huc verò accommodari utcumque posset ratio nominis, quo hujusmodi anathema vocãt Thalmudistæ, מרנא תא, quod ex duobus, propter frequentem ejus usum, videtur coaluisse, nempè ex מרנא & תא, quod idem est quod Domine veni. Quamquam non ignoro ab expositoribus Thalmud tribus modis aliter exponi. Hac igitur solemni formula, Maran-atha, Dominus venit, prisca Ecclesia docuit se omnibus sui officii partibus erga vitum ejusmodi perfunctam esse: deinceps ab eo de communi consilio abstinere, eúmque Dei judicio atque aduentui, ut deplotatæ inter homines spei, permittere.

eundi: venturus est autem quum tempus opportunum habuerit.

13 Vigilate, perstate in fide, viriliter agite, estote fortes.

14 Omnia vestra cum charitate fiant.

15 Precor autem vos, fratres, nostis familiam [i] Stephanæ esse primitias Achaię, & sese in ministerium sanctis [k] addixisse:

16 Ut & vos [l] subjiciamini talibus, & omnibus operam suam conferentibus & laborantibus.

17 Gaudeo verò de adventu Stephanæ & Fortunati & Achaici, quoniam isti defectum vestri suppleverunt.

18 Refocillarunt enim [m] spiritum meum ac vestrum. [n] Agnoscite igitur eos qui tales sunt.

19 Salutant vos Ecclesiæ Asiæ. Salutant vos in Domino multùm Aquila & Priscilla, cum Ecclesia quæ est domi ipsorum.

20 Salutant vos fratres omnes. *Salutate alii alios osculo sancto.

21 Salutatio, manu mea Pauli.

22 Siquis non amat Dominum Jesum Christum, esto anathema, [o] maran-atha.

23 Gratia Domini Jesu Christi *sit* vobiscum.

24 Charitas mea cum omnibus vobis in Christo Jesu. Amen.

Ad Corinthios prior, missa fuit Philippis per Stephanam & Fortunatum & Achaicum & Timotheum.

[i] Stephana nomẽ viri est, non autẽ mulieris.

[k] Sese totos ministerio devovisse.

[l] Honore & reverẽtia prosequamini, illis cedatis, & ab iis sinatis vos regi ut par est, quum sese, & facultates vobis juvandis consecrârint.

[m] Animum.

[n] Tales ducite, quales sunt revera.

*Rom. 16. 16. 2. Cor. 13. 12. 1. Pet. 5. 14.

[o] Sic designatur species extremi anathematis.

24 Et dilectio mea cum omnibus vobis per Christum Jeschua. Ammin.

Finitur epistola ad Corinthios prior, quæ fuit scripta ex Epheso.

EPISTOLA PAULI AD CORINTHIOS SECUNDA.

CAPUT PRIMUM.

4 A laude afflictionum auspicatur, 8 exponens quid in Asia pertulerit, 10 & quàm dexter affulserit Deus. 17 Addit nulla levitate id factum esse quòd non venerit, uti fuerat pollicitus.

TREM. INTERPRET.

PAULUS Apostolus Jeschua Christi per volũtatem Dei, & Timotheus frater, Ecclesiæ Dei quæ est Corinthi, & omnibus sanctis qui sunt in Achaia tota.

2 Gratia vobiscum & Pax a Deo Patre nostro, & a Domino nostro Jeschua Christo.

3 Benedictus sit Deus Pater Domini no-

BEZÆ INTERPRET.

PAULUS [a] Apostolus Jesu Christi per Dei voluntatem, & Timotheus frater, Ecclesiæ Dei quæ est Corinthi, unà cum sanctis omnibus qui sunt in tota Achaia.

2 Gratia *sit* vobis & pax a Deo patre nostro, & Domino Jesu Christo.

3 *[b] [c] Benedictus *esto* Deus ac Pater Do

[a] 1. Vide hujusmodi salutationũ explicationem in superioribus epistolis.

*Ephes. 1. 1. 1. Pet. 1. 1.

[b] 1. Incipit suo more a gratiarum actione, quam tamen præter morem sibi applicat, epistolam inchoans a sui Apostolatus dignitate asserenda, vocatus (ut apparet) eorum importunitate, qui ipsius despiciendi argumentum ex ejus miseriis captabant. Ipse verò respondet, ita se affligi, ut superent tamen consolationes, quarum etiam fontes ostendit, nempe Dei Patris misericordiam in Christo.

[c] Laus & gloria tribuatur.

mini nostri Jesu Christi, Pater, *inquam*, ille [d] miserationum & Deus omnis consolationis:

4 Consolans nos in omni afflictione nostra: [e] ut possimus in quavis afflictione *positos* consolari, ea ipsa consolatione qua nos ipsos consolatur Deus.

5 Nam sicut exundant [f] perpessiones Christi in nobis, ita per Christum exundat etiam consolatio nostra.

6 [g] Sive autem affligimur, pro vestra consolatione ac salute *affligimur*: sive consolationem percipimus, *consolationem percipimus* pro vestra consolatione, quæ [h] agit *in vobis* per tolerantiam earumdem perpessionum quas & nos perpetimur: & spes nostra firma est de vobis:

7 Ut qui sciamus vos, sicut consortes estis perpessionum, ita etiam consortes *fore* consolationum.

8 [i] Non enim volumus vos ignorare, fratres, de afflictione nostra quæ nobis evenit in Asia, nos supra modum gravatos fuisse supra vires, adeò ut prorsus [k] animi penderemus, etiam quod ad vitam.

9 Sed ipsi [l] apud nos decretum mortis habuimus, ne cõfideremus in nobisipsis, sed in Deo suscitante mortuos:

10 Qui*que* ex [m] tanta morte nos eripuit & eripit: in quo speramus nos adhuc etiã ereptum iri:

11 * [n] Unà conferentibus subsidiariam operam etiam vobis per deprecationem pro nobis, [o] ut donum ex multis personis in nos *collatum*, per multos celebretur gratiarum actione pro nobis.

12 [p] Nam gloriatio nostra hæc est, testimonium *videlicet* conscientiæ nostræ, quòd cũ simplicitate & [q] sinceritate Dei, non cum sapientia carnali, sed [r] cum gratia Dei, versati sumus in mũdo, plurimùm autem apud vos.

13 [s] Non enim alia scribimus vobis quàm quæ legitis aut etiam agnoscitis. spero autem vos etiam [t] ad extremum agnituros.

14 Sicut & aliquatenus agnovistis, nos [v] gloriationem vestram esse, quemadmodum & vos nostra *estis*, in [x] diem Domini Jesu.

15 Itaque hac fiducia priùs volui ad vos venire, ut [y] secundam gratiam haberetis:

16 Et per vos transire in Macedoniam, & rursum a Macedonia venire ad vos, & a vobis deduci in Judæam.

17 [z] Hoc igitur quum deliberarem, numnam levitate sum usus? aut quæ delibero, [a] secundùm carnem delibero, [b] ut sit apud me Etiam & Non?

18 [c] Imò [d] fidelis Deus *novit* sermonem nostrum apud vos, non fuisse Etiam & Non.

stri Jeschua Christi, Pater misericordiarum, & Deus omnis consolationis.

4 Qui consolatur nos in omnibus tribulationibus nostris, ut etiam nos possimus consolari eos qui omnibus in tribulationibus sunt, per eam consolationem quam ipsi experimur a Deo.

5 Sicut enim abundant in nobis passiones Christi, ita per Christum etiam abundat consolatio nostra.

6 Sive autem affligimur, pro consolatione vestra & pro salute vestra affligimur: sive consolationem accipimus, ut vos consolationem accipiatis, & sit in vobis efficacia qua toleretis illas passiones, easdem quas etiam nos patimur: [1] & spes nostra quæ de vobis est, firma est.

7 Scimus enim quòd si socii sitis in passionibus, socii futuri estis etiam in consolatione.

8 Volumus autem ut sciatis, fratres mei, de afflictione quæ [2] fuit nobis in Asia, quòd plurimùm afflicti fuimus [3] plusquam nostræ vires *sint*, [4] adeò ut propinqua esset vita nostra ut projiceretur.

9 Et de his [5] sententiam protulimus mortis, ne esset nobis confidentia in nobisipsis, sed in Deo, qui excitat mortuos:

10 Qui ex [6] mortibus duris eripuit nos, & iterum speramus quòd erepturus sit nos,

11 Per auxilium precum vestrarum quæ *fiunt* pro nobis, ut sit donum ejus [7] quod est erga nos, [8] gratia facta pro multis, & multi gratias agant ei pro nobis.

12 Gloriatio enim nostra hæc est, testimonium [9] mentis nostræ, quòd cum simplicitate & cum putitate, & cum gratia Dei conversati sumus in mundo, & non sapientia [10] corporis, & potissimùm erga vos.

13 Nequaquam alia scribimus vobis, sed ea quæ agnoscitis, etiam persuasa habetis: cõfido autem quòd usque in finem persuasa habebitis.

14 Quemadmodum etiam persuasum habuistis [11] ex parte, quòd gloriatio vestra sumus, sicut etiam vos nostra, in diem Domini nostri Jeschua Christi.

15 Et in hac fiducia volebam priùs venire ad vos, ut dupliciter reciperetis gratiam:

16 Et transirem per vos in Macedoniam, & rursus a Macedonia ad vos venirem, & vos deduceretis me in Judęam.

17 Hoc igitur quod cogitavi, numquid tamquam levis cogitavi? aut numquid carnis sunt hæc quæ cogito, eo quòd oportuerit ut esset in eis Etiam Etiam, & Non Non?

18 Fidelis est Deus quòd non fuit sermo noster erga vos, Etiam & Non.

[d] Summè misericors.

[e] 2. Ideò nos consolatur Dominus, ut tantò certiùs possimus alios solari.

[f] Ærumnæ, quas ob Christum perpetimur, sive quas in nobis perpetitur Christus.

[g] 3. Negat despici meritò posse tum ærumnas quib⁹ premi solebat, tum consolationes quas a Domino percipiebat, quum maximum ex utrisque confirmationis argumentum capere possint ac debeant Corinthii.

[h] Etiamsi gratuitò nobis datur salus, quia tamen certo itinere ad eam pervenitur, nimirum innocentis & integræ vitæ curriculo peracto, ideò dicimur salutem nostram operari, Philip. 2. 12. Jam verò quia Deus unus est, qui p gratuita sua benevolẽtia in nobis omnia efficit, ideò dicitur salus ab eo effici in nobis per ea ipsa videlicet, per quæ nos ad ęternam vitam oportet superatis omnibus difficultatibus contendere.

[i] 3. Testatur adeò non se pudere illarũ afflictionũ, ut etiam cupiat earum magnitudinem ab omnibus intelligi, ac suam vicissim, quãvis nondũ plenam, liberationem.

[k] Prorsus inopes consilii essemus, quomodo periculum vitę evaderemus quod ad humana videlicet præsidia.

[l] Intùs & in animo, constitutum nobis erat mori.

[m] Ex summis illis periculis.

* Rom. 15. 30.

[n] 3. Ne se ipsum videatur efferre, omnia tribuit Deo, & simul piorum precibus se plurimum tribuere profitetur.

[o] 3. Gloria Dei, finis afflictionum sanctorum: quas proinde pretiosas haberi oportear.

[p] 3. Secundo loco aliam calumniam diluit, videlicet, quòd homo levis esset, & cui temerè non esset credendum, quum promisisset se ad eos venturum, nec tamen venisset. Præfatur autem de animi sui simplicitate & sinceritate, quam & ex ipsius præsentis voce cognoverint & in absentis literis debeant recognoscere: & se porrò alium nunquam futurum testatur.

[q] Candore, & animi quasi perspicuitate sancta & vera, ut testis est Deus ipse.

[r] Fretus ea ipsa sapientia, quam Deus mihi cælitùs est gratificatus.

[s] Candidè & absque fuco scribere se dicit: qui enim fucata oratione scribit, meritò sanè dicitur alia scribere quàm quæ leguntur. illud autem a Corinthiis agnosci & approbari dicit Apostolus.

[t] Perfectè.

[v] Gloriatio Pauli in Domino erat, quòd Corinthios lucrifecisset. Corinthiorum verò quòd a tali Apostolo tam purè ac sincerè fuerant instituti.

[x] Quo Judex sedebit.

[y] Alterum beneficium.

[z] 3. Inficiatione repellit calumniam, & illud quidem in primis quod nonnulli studebant Corinthiis persuadere, Paulum sibi in docendo Evangelio non constare. De hoc enim laborabat.

[a] Hominum more, qui temerè solent polliceri quidvis, & leviter consilium mutare.

[b] Ut aliquid modò affirmem, modò negem.

[c] 3. Deum ipsum citat testem ac judicem suæ in docendo uno & eodem Evangelio constantiæ.

[d] Verax, & de cujus fidelitate nefas sit dubitare.

[1] F. Hæc verba ferè sequenti versui aptari solent: idque non malè.

[2] i. Evenit.

[3] i. Supra vires nostras.

[4] i. Spe vitæ præsentis amissa, propè abjiceremus omne consiliũ de quærendo effugio.

[5] i. ipsi judicavimus fore ut moreremur.

[6] Mortes duras vocat summa pericula mortis.

[7] i. Nobis collatum.

[8] i. Collata in gratiã multorum.

[9] F. vel conscięntiæ, ut Græca vox sonat, sic infr. 4. 2. & alibi.

[10] F. vel carnis, quod est evidentius: nam corpus & caro Syrè ἀπαρεφρασ, ut in priore epistola sæpè.

[11] Ad verb. Parum ex multo, ut 1. Cor. 1.

19 Filius enim Dei Jeſchua Chriſtus, qui [12] per nos prædicatus eſt vobis, *nempe* per me & per Sylvanum & per Timotheum, non fuit Etiam & Non, ſed fuit Etiam in ipſo *Deo*.

20 Omnes enim promiſſiones Dei in ipſo Chriſto Etiam fuerũt. [13] propter hoc [14] per ipſum [15] damus Ammin ad gloriam ipſius Dei.

21 Deus autem eſt confirmans nos vobiſcum in Chriſtum, idem qui unxit nos:

22 Et obſignavit nos, & dedit arrhabonem Spiritus ſui in cordibus noſtris.

23 [16] Ego autem Deum teſtem invoco in animam meam, quòd, quia parco vobis, non venerim Corinthum.

24 Nequaquam quòd dominatores fidei veſtræ ſimus: ſed adjutores ſumus gaudii veſtri: fide enim ſtatis.

19 [c] Nam Dei filius Jeſus Chriſtus, qui inter vos per nos prædicatus eſt, *id eſt* per me & Sylvanum ac Timotheum, [f] non fuit Etiam & Non, ſed Etiam fuit in [g] ipſo.

20 [h] Quotquot enim *ſunt* promiſſiones Dei, [i] in ipſo *ſunt* Etiam, & in ipſo *ſunt* Amen, ad Dei gloriam [k] per nos.

21 [l] Porrò, qui nos confirmat vobiſcum in Chriſtum, & qui unxit nos, Deus *eſt*.

22 Qui etiam obſignavit nos, indiditque [m] arrhabonem Spiritus cordibus noſtris.

23 [n] Ego verò teſtem Deum invoco [o] in meam animam, me *idcirco* nondum veniſſe Corinthum, quòd vobis parcam.

24 [p] Non quòd dominemur veſtræ fidei, ſed *quòd* adminiſtri ſimus [q] gaudii veſtri. nam fide ſtatis.

[12] Ad verb. Per manus noſtras, id eſt, Opera noſtra. Hebraiſmus.

[13] F. ſic verba Græca diſtinguebat Syrus, ὅ ἐν αὐτῷ τὸ ἀμὴν τῷ Θεῷ, πρὸς δόξαν δι ἡμῶν, quã diſtinctionem eſſe luculentam arbitror: ut oſtendat Apoſtolus duplicem eſſe cõteſtationem promiſſorum Dei, unam a Deo promittente, alteram a noſtra conſcientia annuente eis. Hanc enim interpretationem vox illa, τῷ Θεῷ, videtur confirmare.

[14] Ad verb. Per manum ipſius Hebr.

[15] i. Reſpondemus. Subauditur enim vox, מחנמא, ſignificans Reſponſum, quæ expreſſa legitur ad Rom. 9.

[16] Hinc videtur auſpicandum eſſe ſecundum caput: & textus Syriacus hinc ſectionis initium facit.

[c] B. Adjungit ſuos collegas teſtes, quibuſcum ſummo conſenſu ſemper idem, id eſt unum Chriſtum docuit.

[f] Non fuit varius & incõſtans.

[g] Sub. Deo.

[h] B. Denique ſummam ſuæ doctrinę explicat. omnes videlicet ſalutis promiſſiones in Chriſto eſſe firmas ac ratas.

[i] Omnes in uno Chriſto proponuntur exhibendæ ac præſtãdę, conſtanti & invariata ratione.

[k] Noſtro miniſterio.

[l] B. Hujus conſtantię laudem uni gratiæ Dei per Spiritum ſanctum tribuit, ſimũlque concludit non poſſe de ſua & collegarum fide dubitari, quin ipſi Dei Spiritui fiat injuria, quum ſint ipſi ſibi optimè conſcii.

[m] Arrhabo, id eſt omne quo dato confirmatur promiſſio.

[n] B. Jam ad rem accedens, jurat tantùm abeſſe ut leviter conſilium de ſua ad eos profectione mutarit, ut contrà idcircò non venerit, ne præſens cogeretur duriùs quàm vellet cum ipſis agere.

[o] In caput meum, ſive vitæ meæ periculo.

[p] B. Removet omnem arrogantiæ ſuſpicionem, teſtans ſeſe non ut dominum, ſed ut ſervum loqui, ipſis in Domino conſolandis deſtinatum.

[q] Gaudium & pacem conſcientiæ, cujus facit auctorem Deum, opponit tyrannico terrori, ſimul finem Evangelii deſignat.

CAPUT SECUNDUM.

[1] Excuſans ſe quòd non venerit, [2] clàm illos taxat: [4] & communem ſympathiam oſtendit, [5] ut nequeat niſi ipſis hilaribus gaudere. [6] Mæcho, quem ſatanæ tradi præceperat, [7] reſipiſcenti veniam dari obſecrat, [31] & profectionis ſuæ in Macedoniam meminit.

[1] I. vide in Rom. 14. 13.

1 Iudicavi autem hoc apud meipſum, ut non rurſus cum mœſtitia venirem ad vos.

2 Si enim ego mœſtitia afficiam vos, quiſnam exhilarabit me, niſi is quem ego mœſtitia affeci?

3 Et quod ſcripſi vobis, idipſum eſt, ut non, quum venirem, mœſtitia afficerent me illi ipſi [2] quos oportebat ut ipſi me gaudio afficerent. Confido autem de vobis quòd gaudium meum veſtrũm omnium ſit.

[2] F. vel quibus id erat convenientius, ut &c.

4 Et ex afflictione multa, & ex anxietate cordis ſcripſeram vobis illa cum lacrymis multis: non ut mœſtitia eſſet vobis, ſed ut cognoſceretis charitatem eximiam quæ eſt mihi erga vos.

5 Siquis autem mœſtitia affecit me, nequaquam me affecit mœſtitia, ſed [3] paululùm vos omnes, [4] ne gravis eſſet ſermo contra vos.

[3] F. vel propemodùm.

[4] F. vel ne gravior eſſet ſermo cõtra vos: i. ut vos triſtitia affecti mœreretis, & doloris veſtri conſcientia me cõſolaretur, cohiberẽtque, ne fortè graviùs ad vos, ut conſcios & affines peccati, reſcriberem. Confirmant ſequentia.

6 Sufficit autem iſti increpatio quæ fuit a pluribus.

7 Et deinceps e diverſo oportet ut condonetis ei, & conſolemini eum: ne triſtitia abundanti abſorbeatur is qui hujuſmodi eſt.

8 Quapropter peto a vobis ut confirmetis in eum charitatem veſtram.

9 Ideò enim ſcripſi, ut etiam cognoſcerem per experientiam, num omni in re ſitis obedientes mihi.

10 Cui autem ignoſcitis vos, ego quoque. Nam etiam ego quod condonavi,

HOc autem apud me ſtatui, rurſus cũ [a] triſtitia non venire ad vos.

2 Nam ſi ego contriſto vos, quis eſt igitur qui exhilaret me, niſi is ipſe qui contriſtatus fuerit ex me?

3 Et hoc ipſum vobis ſcripſi, ne quũ venero, triſtitiam capiam ex iis de quibus oportebat me gaudere, [b] cõfiſus de vobis omnibus, meum gaudium, omnium veſtrũm *gaudium* eſſe.

4 Nam ex multa afflictione & anxietate cordis ſcripſi vobis, per multas lacrymas: non ut triſtitia afficeremini, ſed ut cognoſceretis charitatem quam habeo ſummam erga vos.

5 [c] Quòd ſiquis triſtitiam attulit, [d] non mihi triſtitiam attulit, [e] ſed quadamtenus, [f] ne *illum* aggravem, vobis omnibus.

6 Sufficit iſtiuſmodi *homini* iſta increpatio a pluribus illis *profecta*,

7 [g] Ut e contrario potiùs vos *ei* condonetis, *eúmque* conſolemini, nequo modo redundante triſtitia abſorbeatur *vir* hujuſmodi.

8 Quapropter precor vos ut [h] ratam faciatis in illum charitatem.

9 Nam in hunc finem etiam ſcripſi, ut cognoſcerem probationem veſtri, *id eſt*, an ad omnia obedientes ſitis.

10 Cui verò quidpiam condonatis, & ego *condono*. nã & ego ſi quid condonavi,

[a] Triſtitię cauſam vobis adferẽs, quod futurum erat, ſi priùs ad eos veniſſet quàm reſipuiſſent.

[b] Quia omnino ſperavi fore ut quod mihi diſplicere intelligeretis, ſtatim tolleretis: quia mea gaudia exiſtimatis vobis eſſe communia.

[c] B. Tranſit ad alterum locum hujus epiſtolæ, qui tamen velut inſeritur ſuperioribus, ad quæ poſteà revertitur. Agit autem de inceſtuoſi illius abſolutione, quoniam ſuã reſipiſcentiam ſatis teſtatus videbatur: verũ excommunicationis uſum declarans, nẽpe, ut non ab odio ſed a charitate incipiat, & in eamdem deſinat, ne dũ modum nullũ tenemus, Satanæ ſerviamus.

[d] Quaſi dicat, perinde eſſe abſterſam illam omnem molestiam, acſi numquam illam ſenſiſſet.

[e] Mecum, inquit Paulus, nullum eſt illi ampliùs negotium.

[f] Ne jam per ſe gravato onus adjiciam quod poriùs detractum cuplo.

[g] Ut pro eo quòd antea illum ſeverè ulci eſtis, nunc illi condonetis.

[h] Me deprecatore publico Eccleſiæ conſenſu declaretis vos illum denuò pro fratre complecti.

cui

cui condonavi, propter vos *id feci*, in [i] conspectu Christi, ut ne superemur a Satana.

11 Non enim illius [k] machinationes ignoramus.

12 [l] Porrò quum venissem Troadem ad *prædicandum* Evangelium Christi, etiamsi ostium mihi apertum erat per Dominum, non fuit remissio spiritui meo, eo quòd non invenissem Titum fratrem meum:

13 Sed quum illis valedixissem, abii in Macedoniam.

14 Deo *habetor* autem gratia, qui facit ut semper triumphemus in Christo: & [m] odorem cognitionis sui manifestum facit per nos quovis in loco.

15 [n] Nam Christi bona fragrantia sumus Deo: in iis qui servantur, & in iis qui pereunt:

16 His quidem, odor mortis ad mortẽ: illis verò, odor vitę ad vitam. Sed [o] ad hęc quis idoneus?

17 *Non enim, ut plerique, [p] cauponamur sermonem Dei, sed ut ex sinceritate, sed ut ex Deo, in conspectu Dei, de Christo loquimur.

propter vos cõdonavi in conspectu Christi, ne [6] occuparet nos Satanas.

11 Novimus enim cogitationes ejus.

12 Quum venissem autem Troadem propter Evangelium Christi, & apertum mihi esset ostium per Dominum, non fuit mihi quies in spiritu meo, quòd nõ invenissem Titum fratrem meum:

13 Sed dimisi eos, & abii in Macedoniam.

14 Gratia autem Deo, qui omni tempore [7] triumphum facit nobis in Christo, & manifestat per nos odorem cognitionis sui in omni loco.

15 Odor enim suavis sumus Deo per Christum in iis qui salvi fiunt, & in iis qui pereunt:

16 His odor mortis ad mortem, & illis odor vitæ ad vitam, & ad hæc quis parerit?

17 Non enim sumus sicut reliqui, [8] qui mixtura adulterant sermones Dei, sed tamquam qui in veritate, & tamquam qui ex Deo coram Deo de Christo loquimur.

[i] Verè & ex animo.

[k] Nefanda consilia & sceleratam voluntatem.

[l] 8. Redit ad Apostolatus sui confirmationem, prolatis tum suorũ laborum, tum etiam Dei benedictionis testimoniis.

[m] Alludit ad sacerdotũ unctionẽ & sacrificiorum suffitus.

[n] 8. Quoniam cõstabat eum non pari successu ubiq; recipi, imò verò longè plurimos eum despicere, atque adeò exsecrari, negat propterea de sui Apostolatus auctoritate quicquã detrahendum, quum Christũ doceat nõ tantùm ut credentium servatorem, sed etiam ut contemtorum judicem.

[o] 8. Rursus removet arrogantiæ crimen, omnia a se gesta tribuens Dei virtuti, cui sincerè, & absque turpi ulla cupiditate inserviat: cujus rei ipsosmet facit testes, usque ad versum sextum proximi capitis. * *Infr. 4. 2.*

[p] Callidè & avarè, minùs denique sincerè tractamus, metaphora a cauponibus ducta, qui nihil non adulterant.

[6] 7. Syrè, in persona Christi: quod servari potest: tamquam si diceret Apostolus, rationem habui vestri in Christo, in quo delata sunt peccata filiorum Dei in Ecclesia ipsius.

[6] 7. id est, calumniosis suis consiliis traduceret ministerium nostrum apud vos antevertendo: vide instà in 7. 2.

[7] 7. Syr. spectaculum, id est, triumphũ spectatissimum, Angelis & hominibus circumspicientibus.

[8] 7. Hæc propria verbi καπηλεύειν Græci interpretatio παρά τὸ καπύειν τὴν φλόγα, a corrumpendo vino atque infuscando, ut caupones solent.

CAPUT TERTIUM.

2 Dicit se satis habiturum commendationis, 3 quamdiu in fide permanserint: 6 se ministrum non Literæ, sed Spiritus. 8 Discrimen Legis & Evangelii exponit, 13 quòd illius claritas magis perstringat oculos quàm illuminet, 18 hujus verò lux conspicuam Dei faciem exhibeat.

INcipimus rursus nosipsos commendare? aut num egemus, ut nonnulli, commendatitiis epistolis apud vos, aut commendatitiis a vobis?

2 Epistola nostra vos estis, inscripta in cordibus nostris, quę intelligitur & legitur ab omnibus hominibus.

3 [a] Dum manifestum fit vos esse epistolam Christi [b] subministratam a nobis, inscriptam non atramento, sed Spiritu Dei [c] vivi: [d] non in tabulis lapideis, sed in carneis tabulis cordis.

4 [e] Fiduciam autem hujusmodi habemus per Christum apud Deum.

5 Non quòd idonei sumus per nosipsos ad cogitandum quicquam, velut ex nobisipsis: [f] sed quòd idonei sumus, *id* ex Deo est:

6 [g] Qui etiam fecit ut idonei essemus ministri novi pacti, non [h] literæ, sed Spiritus. nam litera occidit, Spiritus autem vivificat.

7 Quòd si mortis ministerium in literis *positum*, & [i] informatum in lapidibus, fuit [k] gloriosum, adeò ut non possent intentis oculis intueri filii Israël in faciem Mosis, propter gloriam illam faciei ejus, quæ *nunc* ut inutilis tollitur.

INcipimus rursus a principio indicare vobis qui sumus? aut numquid opus habemus, sicut alii, ut literæ commendatitiæ scribantur vobis de nobis, aut ut vos scribatis, ac commendetis nos?

2 Epistola autem nostra vos estis, quæ scripta est in cordibus nostris, quæ intelligitur ac legitur a quolibet homine.

3 Agnoscimini enim quòd epistola sitis Christi, [1] quæ subministrata est a nobis, quæ scripta est non atramento, sed per Spiritum Dei viventis: non in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnis.

4 Fiducia autem hujusmodi est nobis in Christo erga Deum.

5 Non quòd nos sufficientes simus ut cogitemus aliquid tamquã ex nobisipsis, sed facultas nostra ex Deo est:

6 Qui idoneos fecit nos, ut simus ministri Testamenti novi, non [2] in scriptura, [3] sed in Spiritu. Scriptura enim occidit, Spiritus autem vivificat.

7 Si autem ministerium mortis in Scriptura [4] designatum fuit in lapidibus, fuitque [5] in gloria, ita ut non possent filii Israjel contemplari faciem Musche, propter gloriam faciei ejus quæ abolita est:

[a] Prudenter sic concipit orationem Apostolus, ut sensim a personæ commendatione, ad rem ipsam accedat.

[b] Cui veluti scribendæ operam nostrã impendimus.

[c] Tacitè virtutem Dei opponit atramento quo scribitur Epistola, ut ostendat vim illam esse a Deo.

[d] 8. Obiter alludit ad externi Levitici ministerii cũ Evãgelico sive Apostolico collationem, quam posteà copiosè persequetur.

[e] Hanc confidentiam exerimus, & ita magnificè nobis gloriari licet de nostri ministerii dignitate & fructu.

[f] Quòd apti & accommodati simus ad tantam gratiam aliis impertiendam.

[g] 8. Amplificat suum & suorum collegarum ministerium, i. Evangelicum, ejus collatione cum ministerio Legali, quod considerat in Mosis persona, per quem videlicet lex tradita est: cui opponitur Christus Evangelii auctor. Est autem collatio ejusmodi ab ipsa substantia ministerii sumta. Lex est veluti scriptum quoddam per se mortuum & inefficax: Evangelium autem sive novum fedus, est velut ipsa Dei virtus in innovandis, justificandis, & servandis hominibus. Lex proponit mortem, omnes injustitiæ reos peragens: Evangelium offert & vitam. Legis œconomia fuit ad tempus subserviens promissioni: Evangelium manet ad finem seculorum. Itaque quis est illius splendor præ istius gloria? [h] Non legis, sed Evangelii. [i] Impressum & insculptum: ex hoc autem loco facilè colligitur Apostolum non agere de ceremoniis, sed de ipso Decalogo. [k] Gloria splendorem & majestatem declarat, quæ quidem in Mose corporalis fuit, in Christo fuit spiritualis.

[1] i. ad quam scribendã ministerium nostrum adhibuimus.

[2] i. In Lege Mosis, secluso Evangelio.

[3] i. Sed in Evangelio conjuncto cum Spiritu Christi.

[4] i. Insculptũ & impressum.

[5] i. Gloriosum.

8 Quomodo igitur mysterium Spiritus non magis erit in gloria?

9 Si enim ministerio condemnationis fuit gloria, quanto magis excellet ministerium justitiæ in gloria?

10 Quandoquidem etiam [6] glorificandum non fuit quod glorificatum est, in comparatione hujus gloriæ excellentis.

11 Si enim quod aboletur, in gloria fuit; excellentius, id quod manet in gloria, erit.

12 Itaque, quia est nobis hæc spes, [7] magis revelato oculo nos gerimus:

13 Et non sicut Musche, [8] super cujus faciem positum erat velamen, ne intuerentur filii Israjel [9] in finem ejus quod aboletur.

14 Sed excæcati sunt in mentibus suis: nam usque in hodiernum diem, quando testamentum vetus legitur, illud ipsum velamen manet super eos, neque discooperitur, [10] quoniam per Christum aboletur.

15 Et usque in hodiernum diem, quum legitur Musche, velamen super cor eorũ positum est:

16 Et quum aliquis ex eis conversus fuerit ad Dominum, auferetur ab eo velamen.

17 Dominus autem, ipse est Spiritus: & ubi est Spiritus Domini, libertas est.

18 Nos autem omnes facie revelati gloriam Domini, tamquam in speculo, videmus, & in eam imaginem transmutati sumus a gloria in gloriam, tamquam a [11] dominatore Spiritu.

8 Quî non potiùs [l] ministerium Spiritus erit gloriosum?

9 Nam si ministerium condemnationis *fuit* gloriosum, multo magis ministerium [m] justitiæ exundat gloria.

10 Etenim quod glorificatum fuit, ne glorificatum quidem fuit hac in parte, *id est*, supereminentis illius gloriæ respectu.

11 Nam si quod [n] *nunc* ut inutile tollitur, *fuit* gloriosum, multo magis est gloriosum id quod manet.

12 [o] Itaque quum ejusmodi spem habeamus, multa in loquendo evidentia utimur.

13 *[p] Nec *sumus* sicut Moses, *qui* imponebat velamen faciei suæ, ne oculos defigerent filii Israëlis [q] ad finem ejus quod *nunc* ut inutile tollitur.

14 Itaque occalluerunt mentes illorum. Nam usque ad diem hodiernũ, in lectione Veteris pacti manet non retectum velamen illud, quod in Christo inutile factum tollitur.

15 Sed ad hunc usque diem quum legitur Moses, velamen cordi eorum impositum est.

16 Quando verò sese [r] converterit ad Dominum, tolletur velamen illud.

17 * [s] Dominus verò, Spiritus ille est: ubi autem Spiritus ille Domini, illic libertas.

18 [t] Nos autem omnes retecta facie gloriam Domini, quasi in speculo intuẽtes, in eamdem imaginem transformamur ex gloria in gloriam, sicut a Domino Spiritu.

[6] F. vel glorificatum nõ est, q. d. nulla est illius gloria, si cum gloria hujus comparetur.

[7] i. Majori cum libertate. Syriaca enim phrasis est, in novo Testamento frequẽs בגלא עין, pro Liberè & apertè: ut Mar. 8. Joh. 16. Act. 2. & 4. & Heb. 4. 16.

[8] F. vel qui injiciebat velamen super faciem suam.

[9] i. In imas usque partes ministerii Mosis: sive. In scopum doctrinę quam proponebat.

[10] F. vel quod in Christo aboletur. atque hoc exponunt sequentia.

[11] F. i. Domino, qui spiritus est vivificans, ex præcedente versu.

[l] Per quod Deus offert atque adeò tradit Spiritum, non modò nõ mortuum, sed etiã vivificantem.

[m] Sub. Christi, cujus imputatione nõ modò non condemnamur, sed etiam ut justi coronamur.

[n] Aboletur Lex atque adeò ipse Decalogus, cum ipso Mose conjunctus, si ministerium Mosis per se respiciatur.

[o] B. Ostendit qua in re sit posita hæc Evangelicæ prędicationis gloria, nempe in eo quòd perspicuè patefaciat id quod Lex obscurè ostendebat, ut quæ ad Christum venturũ sanandos audi tores amandaret, quos ipsa vulneraverat.

* *Exod. 34. 33.*

[p] B. Obiter exponit allegoriam velaminis Mosis, qd fuit symbolũ obscuritatis & imbecillitatis hominum, qui legis fulgore hebetarentur potiùs quàm illustrarentur: quod velamen adventu Christi, corda illustrantis, & ad Dominum convertentis, sublatum sit, ut ab ista cæcitatis servitute in lucis libertatem per Christi Spiritus virtutem asseramur.

[q] In imas usque partes ministerii Mosis. [r] Cor eorum. * *Joh. 4. 24.* [s] Christus est ille Spiritus qui tollit velamen, in cordibus nostris agens, sicut etiam lex externa eò nos vocabat, sed frustrà, quum mortuis loquatur, donec isto spiritu simus vivificati. [t] B. Pergens in allegoria velaminis, comparat Evangelium speculo, quod etsi sit limpidissimum, tamen intuentium aciem non modò non perstringat ut Lex, sed suis etiam radiis transformet, ut & ipsi sint ejus gloriæ ac splendoris participes, aliis videlicet illustrandis: sicut dicebat Christus suis, Vos estis lux mundi, quum ipse solus esset vera Lux. Quinetiam alibi jubemur ut mundi faces cæteris prælucere, ut qui simus Spiritus Domini facti participes. Sed propriè hîc agit Paulus de Evangelii ministris, ut ex præcedentibus & sequentibus liquet, idque proposito sui suorũmque collegarum exemplo.

CAPUT QUARTUM.

[1] Recenset se adeò laborasse in prædicando Evangeliò, ut a satana excæcati sint, qui illius splendorem non cernant, [7] prolatum in testaceis vasculis, [10] tot ærumnis obnoxiis. [16] itaque suo exemplo ad fortitudinem eos hortatur, [17] ex contemtu præsentis vitæ.

PRopter hoc non est nobis [1] molestia in ministerio hoc quod habemus juxta misericordiam quæ facta est erga nos:

2 Sed rejecimus occultamenta ipsa dedecoris, neque ambulamus per astutiam, neque dolosè tractamus sermonem Dei, sed in manifestatione veritatis ostẽdimus nosipsos apud omnes mentes filiorum hominis coram Deo.

3 Quòd si autem opertum est Evangelium nostrum, iis qui pereunt opertum est:

4 Illis, inquam, quorum Deus seculi hujus excęcavit mentes, eo quòd non credant, [2] nec oriatur illis splendor Evangelii gloriæ Christi, qui est imago Dei.

5 Nequaquam enim nosipsos prædi-

PRoptereà [a] quum ministerium hoc habeamus, prout misericordiam cõsequuti sumus, [b] segnes non sumus.

2 Sed abrenũciavimus [c] pudendis latebris, non cum calliditate ambulantes, neque [d] falsantes sermonem Dei, sed declaratione veritatis commendantes nosipsos apud omnem conscientiam hominum, in conspectu Dei.

3 [e] Quòd si opertum est Evangeliũ nostrum, iis qui pereunt opertum est.

4 In quibus Deus hujus seculi excæcavit mentes, *nempe in* infidelibus, ne irradiet eos [f] illustratio Evãgelii gloriæ Christi, [g] qui est imago Dei.

5 [h] Non enim nosipsos prædicamus, sed

[1] F. vel fastidiũ, quo animus abijciatur in ministerio exsequendo: sic infr. ver. 16.

[2] F. vel ut nõ oriatur illis. &c. quod Græcis verbis est conveniẽtius.

[a] B. Jam manifestè testatur sese cum collegis (sed per Dei misericordiam) integrè & sincerè vocatione sua, neglectis omnibus periculis, defungi.

[b] Malis & calamitatibus fracti non cedimus.

[c] Versutiis & fraudũ omni generi, quę tãquam latebras homines captant, quibus sua probra operiant.

[d] Quod superiore cap. dicebat cauponantes. [e] B. Objectio, multos audire Evangelium, quo nihilo magis quàm prædicatione Legis illustrentur. Respondet, culpam esse in ipsis hominibus, quibus Satan in mundo dominans oculos eruit. Intereà nihilominus clarissimam Evangelii lucem a se & suis collegis spectandam proponi, quum Christus, quem unum prædicat, is sit in quo uno Deus cognosci ac veluti perspici possit. [f] Lumen perspicuæ ac illustris prædicationis, qua annunciatur gloria Christi.

[g] In quo seipsum conspiciendum præbet pater. [h] B. Removet suo more omnem ambitionis suspicionem, se quidem fideliter docere confitemans, sed ut servum, & totam hanc lucem quam aliis conferat cum suis collegis, a Domino testans promanare.

Christum

Christum Jesum *esse* Dominum : nos autem, servos vestros [l] propter Jesum.

6 Quoniam Deus, * [k] qui dixit ut e tenebris lux splendesceret, *is est* qui splenduit in cordibus nostris, [l] ad *præbendum* lucem notitiæ gloriæ Dei in facie Jesu Christi.

7 [m] Habemus autem thesaurum hunc in testaceis vasculis, [n] ut hæc hujus potentiæ supereminentia sit Dei, & non ex nobis:

8 Dum in omnibus affligimur, at non coarctamur : hæsitamus, at non prorsus hæremus :

9 Persequutionem patimur, sed in ea non deserimur : dejicimur, at non perimus :

10 [o] Quolibet tempore [p] mortificationem Domini Jesu in corpore circumferentes, ut etiam vita illa Jesu in corpore nostro manifesta fiat.

11 Semper enim [q] nos qui vivimus, morti tradimur propter Jesum, ut etiam vita Jesu manifesta fiat in carne nostra [r] mortali.

12 [s] Itaque mors quidem in nobis agit, vita verò in vobis.

13 [t] Et quoniam habemus eundē [v] Spiritum fidei, secundùm illud quod scriptū est, * Credidi, & ideò loquutus sum : nos quoque credimus, quamobrem etiam loquimur.

14 Scientes fore ut qui suscitavit Dominum Jesum, nos quoque per Jesum suscitet, & sistat vobiscum.

15 [x] Nam hæc omnia propter vos *fiunt*, [y] ut gratia illa amplificata, pluribus gratias agentibus, exundet in gloriam Dei.

16 Propterea non segnescimus : [z] sed etiamsi externus homo noster corrumpitur, internus tamen [a] renovatur in dies.

17 Illico enim præteriens [b] levitas afflictionis nostræ, excellenter excellentis [c] gloriæ pondus æternum conficit nobis:

18 Dum non spectamus ea quæ cernuntur, sed ea quæ non cernuntur. nam quæ cernuntur, temporaria sunt : at quæ non cernuntur, æterna.

camus, sed Christum Jeschua Dominum nostrum : nosipsos autem quòd servi vestri simus propter Jeschua.

6 Quia Deus ille qui dixit ut e tenebris lux oriretur, ipse ortus est in cordibus nostris, ut resplenderemus per cognitionem gloriæ Dei, in facie Jeschua Christi.

7 Est autem nobis hic thesaurus in vasis testaceis, ut magnitudo virtutis ex Deo sit & non ex nobis.

8 In omnibus autem affligimur, sed nō strangulamur : conquassamur, sed non damnamur.

9 Persequutionem patimur, sed non derelinquimur : repellimur, sed non perimus.

10 Omni enim tempore mortificationē Jeschua in corpore nostro portamus, ut etiam vita ipsius Jeschua in corpore nostro hoc manifestetur.

11 Si enim nos viventes ad mortem tradimur propter Jeschua, similiter etiā vita ipsius Jeschua manifestabitur in corpore nostro hoc quod moritur.

12 Itaque mors in nobis est efficax, & vita in vobis.

13 Igitur etiam nos, quia unus spiritus fidei est nobis, sicut scriptum est, Credidi, propter quod etiam loquutus sum, credimus, propter hoc etiam loquimur.

14 Et scimus quòd is qui excitavit Dominum nostrum Jeschua, etiam nos per manum Jeschua excitabit, & assumet nos vobiscum ad se.

15 Omnia enim propter vos sunt, ut abundante gratia per manum multorum augeatur gratiarum actio, in gloriam ipsius Dei.

16 Hanc ob causam non est molestum nobis. quamvis enim filius hominis noster externus corrumpitur, attamē internus renovatur de die in diem.

17 Afflictio enim ipsa temporis hujus, admodum *exsistens* parva & exigua, gloriam quæ non finitur in secula seculorum pręparat nobis:

18 [3] Qui non spectamus ea quæ conspiciuntur. [4] Quæ conspiciuntur enim, temporanea sunt : quæ autem non conspiciuntur, æterna sunt.

[l] Ut hunc ipsum Jesum vobis prędicemus.

* *Gen.1.3.*

[k] Qui solo verbo fecit.

[l] Ut a Deo illustrati, vicissim aliis eam lucem præbeamus.

[m] 2. Occurrit offendiculo, quod apud plerosque offundebat tenebras Evangelici ministerii splendori, quoniam videlicet Apostoli erant omnium calamitosissimi. Respōdet Paulus, se quidem & collegas suos esse veluti testacea vasa, sed in quibus situs sit pretiosissimus thesaurus.

[n] 2. Causas mirificas affert, cur Dominus excellentissimos servos suos ita velit affligi, ut, inquit, omnibus constet eos nō humana sed divina, eaq; prēstantissima virtute fretos cōsistere, quum millies moriātur, & nunquā pereant.

[o] 2. Amplificatio superioris sententiæ, qua suas afflictiones morti quotidianæ, virtutem autē Spiritus Dei in Christo, comparat vitæ quę mortem ipsam opprimat.

[p] Sic vocat Paulus miseram illam fidelium conditionem, ac prę cipuè ministrorum.

[q] Qui vita illa vivimus, nempe Spiritu Christi, inter tot & tantas ærumnas.

[3] Quamvis inter errores a typographo animadversos & correctos, hic non numeretur, certum tamen est errorē esse, in quo Daleth litera, quę Syriacè punctum subjectū habebat, scribitur pro litera Resch, quæ prorsus ei similis est, sed punctum habet in capite. Relicto autem Daleth, ut est in textu, vertendum esset, Qui non gaudemus in iis quę conspiciūtur : quod Græco non respondet.

[4] 7. al. addunt, sed ea quæ non conspiciūtur. Hoc nempe defuit Tremellianis exemplaribus.

[r] Miseræ illi conditioni obnoxia. [s] 2. Conclusio admodum artificiosa : ac si diceret, in summa igitur nos morimur, ut morte nostra vivaris, quum videlicet Ecclesiarum ædificandarum causa omnia illa pericula subirent, & suæ patientiæ exemplis non desinerent omnes fideles confirmare.

[t] 2. Declarat præcedentem sententiam, ostendens sese cum suis collegis mori quidem quodammodo ut aliis vitam comparatent, sed se nihilominus esse ejusdem vitæ cum illis participes : quoniam quod aliis credendum proponant, ipsi quoque inprimis credant, fore videlicet ut & ipsi cum eis in Christo tandem serventur. [v] Eamdem fidem ex ejusdem Spiritus afflatu. * *Psal.116.10.* [x] 2. Quomodo hæc constantia in ipsis foveatur ostendit, quoniam videlicet in Dei gloriam respiciunt, & Ecclesiarum sibi commissarum salutem. [y] Quum fuero liberatus & vobis restitutus, ingens illud beneficium quod in me effusum erit, vicissim in Dei gloriam redundet, multis gratias agentibus. [z] 2. Adjicit veluti triumphale epinicium, sese quidem affligi exteriùs, sed interiùs proficere quotidie : & nihili esse omnibus modis quæcumque sunt in hac vita sustinendæ ærumnæ, præ constantissima illa & æterna gloria. [a] Novas vires acquirit, ne novis malis ingruentibus frangatur externus, qui internis vitibus sustinetur.

[b] Non dicuntur ærumnæ leves quasi sint ipsæ exiguæ : sed eas illicò pertransire ostendit, quum ne tota quidem vita nostra sit diuturna. [c] Quæ constantissimè manet immota.

CAPUT QUINTUM.

[1] Perstat in eodem argumento, [6] de certa spe salutis, [8] per fidem : [12] Non ut se jactet, [14] quum Deum & ipsius Ecclesiam præ oculis habeat, [17] & nihil æstimet omnia, præter vitæ novitatem in Christo.

[a] 2. Arrepta occasione ex cōparatione pximè præcedente, corpus istud, ita ut est in hac vita calamitosum, comparat caduco & fragili tabernaculo : cui opponit cæleste domicilium, sic vocans firmam & perennem ejusdem corporis in cælo glorificati conditionem : adeò quidem, inquit, ut nos non modò non simus isti tabernaculo addicti, sed potius domicilium illud cum suspiriis & gemitibus exspectemus. Est autem etiam hic locus de futura gloria isti tractationi de ministerii dignitate insertus, ut & ille alter de quo diximus initio capitis secundi.

SCimus [a] enim nos, si terrestris hujus domus nostrę tabernaculum dissolutum fuerit, ædificium ex Deo habituros,

SCimus enim quòd si domicilium nostrum, [1] quod est in terra hac, corporis dissolvatur, nihilominus est nobis ædi-

[1] F. vel etetrai. terrenum hoc.

ficatio

ficatio quæ a Deo eſt, domicilium *videlicet* quod non eſt factum manibus, in cęlo perpetuum.

2 Nam etiam propter hoc ingemiſcimus, & concupiſcimus ut induamus domicilium noſtrum quod eſt e cælo:

3 Niſi etiam poſtquam induti fuerimus, inveniamur nudi.

4 Quum enim ſumus jam in hoc domicilio, ingemiſcimus a pondere ejus, nec volumus abjicere ipſum, ſed [2] indui ſupra ipſum, ut abſorbeatur mortalitas ejus a vita:

[2] i. ſuperindui.

5 Et qui parat nos ad hoc ipſum, Deus, qui dedit nobis arrhabonem Spiritus ſui.

6 Quandoquidem igitur ſcimus, & perſuaſum habemus quòd quamdiu in corpore manemus, peregrinamur a Domino noſtro.

7 (Per fidem enim ambulamus, & non per viſionem)

8 Idcirco confidimus & concupiſcimus [3] quòd peregrinaturi ſumus a corpore, & futuri ſimus apud Dominum noſtrum:

[3] r. vel ut peregrinemur a corpore, i. peregrinati, &c.

9 Diligentiam adhibemus ut ſive peregrinantes ſimus, ſive inhabitantes, ei placeamus.

10 Omnes enim nos futurum eſt ut ſtemus ante tribunal Chriſti, ut rependatur unicuique in corpore ſuo id quod factum eſt in ipſo, ſive quod bonũ eſt, ſive quod malum eſt.

11 Quia igitur novimus terrorem illũ Domini noſtri, filiis hominum ſuademus, Deo autem manifeſti ſumus: cõfido verò ego quòd etiam manifeſti ſimus [4] mentibus veſtris.

[4] i. conſciẽtiis, ut antè.

12 Nequaquam rurſus laudamus noſipſos vobis, ſed occaſionem damus vobis ut gloriemini in nobis erga illos qui in facie gloriantur, & non in corde.

13 Sive enim inſanimus, *inſanimus* Deo: & ſive recti ſumus, *recti ſumus* vobis.

14 Charitas enim Chriſti compellit nos:

15 Qui cogitamus iſtud, quòd unus pro omni homine mortuus ſit, ergo omnis homo mortuus eſt, & pro omni homine ipſe mortuus eſt, ut ii qui vivunt, non ſibi vivant, ſed ei qui pro illis mortuus eſt, & reſurrexit.

16 Itaque nos neminem [5] ſecundùm corpus novimus: & ſi novimus ſecundùm corpus Chriſtum, attamen deinceps non cognoſcimus.

[5] r. i. qua homo eſt ſimpliciter in hac vita natus, ſed qua reſtitutus eſt in morte & reſurrectione Chriſti.

17 Quiſquis igitur in Chriſto eſt, creatura eſt nova: vetera præterierunt:

domicilium *videlicet* non manu factum, æternum in cælis.

2 In hoc etenim ſuſpiramus, *expetentes domicilio noſtro, quod [b] e cælo eſt, [c] ſuperindui.

3 [d] Siquidem etiam induti, non nudi reperiemur.

4 Etenim qui ſumus in hoc tabernaculo ſuſpiramus gravati: in quo *conſtituti* nõ cupimus *eo* exui, ſed ſuperindui, ut abſorbeatur mortalitas a vita.

5 Porrò Deus *is eſt* qui nos ad hoc ipſum [e] condidit, qui etiam dedit nobis [f] arrhabonem Spiritus.

6 [g] [h] Confidenti igitur animo ſumus ſemper, & ſcimus nos dum adſumus in corpore, peregrè abeſſe a Domino:

7 (Per [i] fidem enim ambulamus, nõ per aſpectum:

8 [k] Confidenti autem animo ſumus: ſed gratum eſt nobis potiùs abeſſe e corpore, & adeſſe apud Dominum.)

9 [l] Quapropter etiam contendimus ut hîc præſentes, & hinc abſentes, ipſi placeamus.

10 [m]*Omnes enim nos [n] manifeſtos fieri oportet coram tribunali Chriſti, ut unuſquiſque reportet quæ in corpore *fecerit*, congruenter ad id quod fecerit, ſive bonum, ſive malum.

11 [o] Scientes igitur [p] terrorem illum Domini, homines ad fidem adducimus, Deo autem manifeſti ſumus: & ſpero *nos* etiam conſcientiis veſtris manifeſtos eſſe.

12 [q] Non enim iterum noſipſos commendamus vobis, ſed vobis occaſionem præbemus gloriandi de nobis: ut habeatis *quod dicatis* adverſus eos qui [r] in facie gloriam captant, at non in corde.

13 [s] Nam ſive inſanimus, Deo *inſanimus*: ſive ſana mente ſumus, vobis *ſana mente ſumus*.

14 [t] Charitas enim illa Chriſti [v] conſtringit nos:

15 Ut qui hoc ſtatuerimus, [x] ſi unus pro omnibus mortuus fuit, nempe iſtos omnes fuiſſe mortuos: & *illum* pro omnibus mortuum eſſe, ut qui vivunt: poſthac non [y] ſibi vivant, ſed ei qui pro ipſis mortuus eſt & ſuſcitatus eſt.

16 [z] Itaque nos poſthac neminem novimus ſecundùm carnem: [a] quòd ſi etiam novimus Chriſtum ſecundùm carnem, nunc tamen non ampliùs novimus.

17 [b] Siquis igitur *eſt* in Chriſto, [c] nova res condita *eſt*: *vetera præterierunt: ecce nova facta ſunt omnia.

*Apoc. 16. 11.

[b] Cæleſte, gloria nimirum, non autẽ ſubſtantia.

[c] Veſtem vocat immortalitatis gloriã, qua velut veſte induimur.

[d] 3. Declaratio ſuperioris dicti. non temerè, inquit, deſideramus illo domicilio cæleſti, id eſt illa gloria & æterna immortalitate) quaſi veſte operiri. Neque enim hinc migrantes manebimus nudi ſemel amiſſo corporis tegumento, ſed alia veluti veſte inſuper induetur receptũ corpus, ac proinde non hujus vitæ tædio, ſed præſtantioris deſiderio ſuſpiramus. Neq; hoc deſiderium irritum eſt, quã ad hanc vitam conditi ſimus: cujus rei pignus Spiritũ adoptionis habemus.

[e] Reſpicit primam illã creationem, ut ſignificetur in hunc finem condita fuiſſe corpora, ut ea cæleſti immortalitate induã tur.

[f] vide ſupr. 1. 21.

[g] 8. Illatio ex proximè præcedente ſententia naſcens. Itaque quum ex Spiritu ſciamus nos advenæ eſſe quamdiu hîc verſamur, conſtanter hanc mortẽ ferimus: (ſic enim cum Domino nunc ſumus, ut illum non conſpiciamus niſi fide, ac proinde ab ipſo nũc quidem abſimus) ita tamen ut ſemper ad illũ aſpiremus: quamobrem etiam ita nos gerimus, ut & hîc viventes, & quum ad eũ hinc diſcedemus, poſſimus ei eſſe accepti.

[h] Confidentes vocat illos qui ſunt animo præſenti, i. quieto, & ad ſuſtinenda pericula parati, quòd de fœlici exitu nihil dubirent.

[i] Earũ rerũ quas ſperamus, non autẽ in ipſo præſenti conſpectu Dei.

[k] Sic tamen confidimus, ſic forti & tranquillo animo peregrinationẽ illã conficimus, ut tamẽ multo malimus ad Dominũ diſcedere.

[l] Quod quũ ita ſit, ita annitimur vivere, ut & noſtra peregrinatio illi placeat, & tandẽ ab eo domũ recipiamur.

[m] 9. Nequis univerſale eſſe puret quod de illo domicilio cæleſti dixerat, addit unicuiq; priùs reddendã rationẽ ſuæ peregrinationis, poſtquam hinc migrãrit. *Rom. 14. 10.

[n] Siſti præſentes & illic inquiri, ut palàm fiat, qui ſuerimus.

[o] 11. Jam per tranſitionẽ, occaſione ex proximè præcedente ſententia arrepta, redit ad ver. 15 ſuperioris cap. ſuã & ſuorũ collegarũ ſinceritatem confirmans.

[p] Formidãbile illud judiciũ.

[q] Nova ratione removet omnẽ ſuperbiæ ſuſpicionẽ, quòd non ſua ſed illorũ interſit ſincerum haberi ipſius Apoſtolatum, contra vanã quorumdam oſtentationem.

[r] Externis larvis & fucata illa pompa ſapiẽtiæ & eloquẽtiæ humanæ, nõ aũt vera pietate, q̃ in corde ſedẽ habet.

[s] 13. Sẽſus eſt, Etiã quũ (ut nõnulli cẽſent) inſanio, dũ videor meipſum ſtultorũ more venditare, veſtro cõmodo id facio, nõ minùs quàm quũ ſimpliciter vobis evãgelizo.

[t] 13. Pergit in depellenda oſis ambitionis & oſtẽtationis ſuſpicione. Nos n. inquit, huc adigit amor Chriſti, ut quũ ipſe pro nobis omnib⁹q mortui eram⁹ quũ nobis viveremus ſi. quũ terrenis adhuc affectionib. dediti eſſem⁹) mortuus ſit, nos viciſſim vitã q̃ ab eo accepim⁹ (donati videlicet Spiritu ſãcto, ut nihil niſi cęleſte meditemur: totã ipſi cõſecrem⁹.

[v] Totos nos poſſidet.

[x] Hoc loco de ſãctificatione agit, qua fit ut Chriſtus in nobis vivat.

[y] Vide 6. & 7. c. ad Ro.

[z] 8. Declarat qd ſit nõ ſibi ſed Chriſto vivere, nẽpẽ neminẽ ſecũm carnẽ noſſe, i. ſic inter homines verſari, ut humana illa & carnalia nõ curet, ut q̃ gen⁹, patriã, formã, gloriã, opes, cętera deniq; ejuſmodi ſpectãt, in qb. ſeſe homines fatigãt.

[a] 8. Amplificatio. Hoc, inquit, adeò verũ eſt, ut ne de Chriſto qdẽ ipſo carnaliter nũc cogitem⁹, ut q̃ jã mũdũ reliquerit, ac proinde ſit nobis ſpiritualiter cõſiderãd⁹.

[b] 8. Exhortatio, ut unuſquiſq; jã Chriſti Spiritu innovat⁹, cęleſtia nõ terreſtria meditẽ.

[c] Veluti res quędã recẽs a Deo cõdita nã etſi de novo nõ cõdat⁹ homo quẽ regenerationis Spiritu donat De⁹, ſed ſolę qualitates immutãt: ſic iſi voluit loqui Spiritu ſãct⁹, ut doceat oſa in ſolidũ tribuẽda glorię Dei, nõ qd⁹ trũci & ſtipites ſim⁹, ſed qa creat in nobis De⁹ ut benè velim⁹, & poſſim⁹. *Eſa. 44. 19. Apo. 21. 5.

18 [d] Hæc autem omnia *sunt* ex Deo, qui reconciliavit nos sibi per Jesum Christum, deditque nobis ministerium reconciliationis:

19 Nempe quia Deus erat in Christo mundum reconcilians sibi, non imputando eis offensas eorum: [e] posuitque in nobis sermonem illum reconciliationis.

20 Itaque nomine Christi legatione fungimur, & velut Deo *vos* rogante per nos, oramus Christi nomine, reconciliamini Deo.

21 Fecit enim *ut* qui [f] non novit [g] peccatum, pro nobis peccatum *esset*, ut nos efficeremur [h] justitia Dei in eo.

18 Et omnia facta sunt nova à Deo qui reconciliavit nos sibi per Christum, & dedit nobis ministerium reconciliationis.

19 [6] Deus enim est in Christo, qui recõciliat mundum majestati suæ, neque imputavit illis peccata eorum: & posuit in nobis sermonem reconciliationis.

20 Legati igitur sumus pro Christo, &, acsi ipse Deus [7] peteret a vobis [8] per manum nostram: pro Christo igitur oramus, reconciliemini Deo.

21 Eum enim qui non noverat peccatũ, propter vos [9] peccatum fecit, ut nos essemus in eo justitia Dei.

d B. Commendat ministerii Evangelici prestantiã, tum ab ipsius Dei auctoritate, ut qui sit ministerii isti[9] auctoritum ab ipsa doctrinæ præstantia, ut quę annunciet reconciliationẽ cum Deo, gratuita in Christo nostrorum peccatorum remissione & justificatione oblata, sdque tam benignè & liberaliter, ut Deus ipse quodammodo ministrorum ore homines obsecret ut sui ipsorum habeant rationem, nec tantum beneficium aspernentur. Hæc autem dicens non obscurè carpit illos qui pastorum nomen mentiebantur. e Usus est nostra opera. Hebraismus. f Qui esset a peccato alienus. g Peccator non in sese, sed ex omnium nostrorum peccatorum reatu ipsi imputato.

h Justi apud Deum, & quidem justitia non nobis inhærente, sed quæ quum in Christo sit, nobis per fidem a Deo imputatur.

6 F. Evidens quidem sentẽtia: sed quid si ὡς pro ὅτι, & Græcum textũ sic verteris? Ita, quia Deus est qui in Christo reconciliat mundum sibi, nec imputat eis peccata ipsorum, qui indidit nobis sermonem reconciliationis illius. Itaque pro Christo legati sumus, &c. Quòd autem Apostolus dicit, *erat*, eo sine principio esse docet consilium Dei: quòd interpretamur, *est*, eo æternam æterni illius decreti continuationem ostendimus. 7 F. vel hortaretur vos per nos, operâque nostra. 8 i. Per nos. Hebraism. 9 i. Victimam pro peccato, quæ in Bibliis passim vocatur חטאת, quo etiam nomine peccatum appellatur.

CAPUT SEXTUM.

1 Ut vitam Christo dignam vivant, hortatur, 5 ne afflictionibus dejiciantur, 9 nec gloria insolescant: 14 pollutiones fugiant, 16 quum sint viva viventis Dei templa.

Sed [a] &, ut operam nostram ei accommodantes, hortamur ne frustrà gratiã Dei receperitis.

2 [b] (Dicit enim *Deus*, *Præstituto tempore [c] accepto exaudivi te, & in die salutis succurri tibi: ecce nunc *est* præstitutum illud tempus acceptum, ecce nunc dies salutis.)

3 [d] Nullam ulla in re præbentes impingendi causam, ne vituperetur ministerium:

4 Sed in omnibus nos [e] approbantes, *ut Dei ministri, [f] tolerantia multa in afflictionibus, in necessitatibus, in angustiis,

5 In verberibus, in carceribus, in [g] exagitationibus, in laboribus, in vigiliis, in jejuniis,

6 [h] Cum castitate, cum notitia, cum iræ cohibitione, cum benignitate, cũ Spiritu sancto, cum charitate minimè simulata,

7 [i] Per sermonem veritatis, [k] per virtutem Dei, [l] per arma justitiæ a dextris ac sinistris,

8 [m] Per gloriam & dedecus, per convitia & laudes: ut impostores, & *tamen* veraces:

9 Ut ignoti, & *tamen* noti: ut morientes, & ecce vivimus: ut qui castigamur, nec *tamen* morte afficimur:

10 Ut tristes, semper tamen gaudentes: ut pauperes, sed multos ditantes: ut nihil habentes, sed omnia obtinentes.

11 [n] Os nostrum [o] apertum est erga vos, Corinthii, cor nostrum dilatatũ est.

12 [p] Non habitatis angustè in nobis: sed angusti estis [q] in visceribus vestris.

13 Loquor autem ut filiis de pari compensatione. Dilatamini & vos.

14 [r] Ne impari jugo copulamini cum

Et tamquam adjutores petimus a vobis, ut non infructuosa sit in vobis gratia Dei quam accepistis.

2 Dicit enim, In tempore accepto exaudivi te, & in die [1] salutis audivi te. Ecce nunc tempus acceptum, & ecce nũc dies salutis.

3 Ne ulla in re detis cuiquam occasionẽ offensionis, ut non sit macula in ministerio nostro:

4 Sed in omni re ostẽdamus nosipsos, quòd ministri simus Dei in tolerantia multa, in afflictione, in necessitate, in angustiis,

5 In plagis, in vinculis, in seditionibus, in labore, in vigilia, in jejunio,

6 In puritate, in scientia, in longanimitate, in benignitate, in Spiritu sancto, in charitate non dolosa,

7 In sermone veritatis, in virtute Dei, per arma justitiæ, quæ sunt ad dexteram & ad sinistram:

8 Per gloriam & per ignominiam: per laudem & per vituperationem: quasi in errorem inducentes, & *tamen* veraces:

9 Quasi incogniti, & *tamen* cogniti: quasi mortui, & ecce vivimus: quasi castigati, & non mortificati:

10 Et quasi dolore affecti, & omni tempore gaudemus: & quasi mẽdici, & *tamen* multos ditamus: quasi ut quibus nihil sit, & *tamen* omnia possidemus.

11 Os nostrum apertum est erga vos, Corinthii, & cor nostrum dilatatum est.

12 Non estis angustia affecti in nobis: angustia autem affecti fuistis in visceribus vestris.

13 Tamquam filiis autem loquor: repẽdite mihi [2] fœnora mea erga vos, & dilatate charitatem vestram erga me.

14 Neque sitis [3] sub uno jugo cum iis

a B. Ministerio Evangelii non tantùm indigent homines ante gratiam acceptam, ut fiant ejus participes, sed etiã accepta gratia, ut in ea perseverent.

b B. Quòd offertur gratia, ex gratia Dei est, qui sua cõstituit rebus omnibus momenta, ut oblatam occasionẽ arripiamus.

*Esa. 49. 2.

c Gratuita benevolẽtia: quo videlicet tempore Deus suũ illum immensum amorem effudit.

d B. Præbet Corinthiis veri pastoris exẽplar in suo & Timothei ac Sylvani exemplo, nempe ut (sicut ab initio proposuerat) sibi & sui similibus auctoritatem cõciliet.

e Declarantes & reipsa præstantes.

*1. Cor. 4. 1.

f B. Recenset priore loco q̃ nec perpetuò nec sine exceptione ministris adsũt, nisi quod ad animi affectũ attinet: patientia tamẽ excepta, quæ & ipsa una est ex perpetuis boni ministri virtutibus.

g Sive agitationibus crebris, quum nullã quietã sedem invenirẽt. h B. Secundo loco perpetuas & necessarias virtutes recenset, & quibus armis omnia impedimenta superentur. i Prædicatione Evangelii. k Potestate edendi miracula & malos domandi, l Integritate. m Particula *per* nõ causam significat, sed quemadmodũ dicimus per campos, per urbẽ incedere: describit enim iter difficillimũ. n B. Objurgaturus eos, præfatur se ingenuè & animo aperto cum ipsis agere, & simul conqueritur illos in redamando patre paria non facere. o Oris & cordis dilatatio vehementissimum declarat affectum ejus qui loquitur, ut fieri solet in summa aliqua lætitia. p Vos in animo meo tamquam in domicilio estis, eoq; minimè angusto: totũ enim cor meum vobis pateteci, at vos intùs estis mihi angusti. q Viscera vocat Hebræorum more teneriores illos affectus, intimo cordi insidẽtes. r B. Jam liberè eos objurgat, quòd se infidelibus adjungerent socios in externa idololatria, quasi re media & indifferente: qui quartus est hujus epistolæ locus, cujus conclusio est, oportere quos Dominus filiorum nomine dignatus est, puros sese non tantùm animo, sed etiam corpore præstare, ut toti sint Deo sacri.

1 Ad verb. Vitæ. Hebraismus perpetuus.

2 i. Compensationem. hãc autem Syrus paraphrastes describit, metaphora sumta a fœneratoribus.

3 Ad verb. Filii unius jugi. Hebraismus.

qui

qui nō credunt. Quod enim consortium est justitiæ cum iniquitate? aut quæ commixtio est luci cum tenebris?

15 Aut quæ concordia est Christo cum Satana? aut quæ pars est fideli cum eo qui non credit?

16 Aut quæ consensio est templo Dei cum dæmoniorum? vos enim templum estis Dei viventis, sicut dictum est, Inhabitabo in eis, & inambulabo inter eos: & ero Deus illorum, & ipsi erunt mihi populus.

17 Quapropter exite e medio illorum, & separate vos ab eis, ait Dominus, & immunda ne tetigeritis: & ego suscipiam vos.

18 Et ero vobis in patrem, & vos eritis mihi in filios & filias, ait Dominus [4] qui omnia possidet.

[4] Periphrasis Omnipotētis.

infidelibus. *quod enim consortium justitiæ cum legis transgressione? & quę communio lucis cum tenebris?

15 Et quæ concordia Christo cum Belial? aut [s] quæ portio fideli cum infideli?

16 Et quæ consensio templo Dei cum simulacris? * nam vos templum estis Dei [t] viventis: sicut dixit Deus, *[v] Habitabo in eis & inambulabo: & ero illorum Deus, & ipsi erunt mihi populus.

17 * Quapropter exite e medio eorum, & separamini, dicit Dominus, & impurum ne attingite, tum ego excipiam vos:

18 *Et ero vobis pro patre, & vos eritis mihi pro filiis ac filiabus: dicit Dominus omnipotens.

*Eccl. 13. 16.

[s] Quid commune habet.

*1. Cor. 3. 16. & 6. 19.

[t] Deum viventem opponit idolis.

*Levit. 26. 11.

[v] Habitat nobiscum Deus, quia Christus factus est Emmanuel.

*Esa. 52. 11.

*Jer. 31. 8.

CAPUT SEPTIMUM.

[1] Ne nimium teneros animos urgendo prosternat, [2] probabile reddit quòd omnia dixerit [4] ex ingenti erga illos dilectione: [8] itaque sibi non displicere quòd mœrore eos affecerit, [10] & adduxerit ad pœnitentiam non pœnitendam.

QUia igitur sunt nobis hæ promissiones, dilecti mei, [1] quum mundaverimus nosipsos ab omni inquinamento carnis & spiritus, operemur quoque sanctificationem cum timore Dei.

2 Sustinete nos, fratres mei: contra neminem iniquè egimus, neminem corrupimus, neminem [2] occupavimus.

3 Nequaquam in condemnationem vestram loquor. anteà enim dixi quòd in corde nostro positi sitis ad moriendum simul & ad vivendum.

4 Securitas multa est mihi apud vos, & multa est mihi in vobis gloriatio: & plenus sum consolatione, & magnum abundat in me gaudium in omnibus afflictionibus meis.

5 Etenim, ex quo venimus in Macedoniam, nulla quies fuit corpori nostro, sed in omni re afflicti fuimus: extrinsecus bellum, & intrinsecus terror.

6 Sed Deus qui consolatur humiles, consolatus est nos per adventum Titi:

7 Et non solùm per adventum ejus, sed etiam per refocillationem ejus qua refocillatus fuit in nobis. Nunciavit enim nobis de charitate vestra erga nos, & de luctu vestro, & zelo vestro qui est pro nobis: & quum audivissem, gaudium magnū fuit mihi.

8 Nam etiamsi contristavi vos per epistolam, [3] non pœnitet me, [4] etiamsi [5] pœnituerit. Video enim quòd illa epistola, etiamsi horæ *momento* contristavit vos,

9 Attamen gaudium conciliavit mihi: non quòd contristaverim vos, sed quia contristatio vestra ad conversionem adduxit vos: Tristitia enim fuit vobis in Deo, ita ut in nulla re detrimentum acceperitis a nobis.

10 Tristitia enim quæ est propter

[1] F. vel mundemus nos ipsos ab omni inquinamento carnis & spiritus, operámque demus sanctimoniæ, &c. nam Syra particula Syrè & Arabicè non rarò expletiva est.

[2] Verbum est עלב propriè significans avaritiæ impulsu, quæ sunt alterius, ad se trahere, & eo est usus suprà quoque cap. 2. quamquam nonnihil a propria significatione deflexo.

[3] Ad verbum, Non expavescit mihi animus meus. Periphrasis est pœnitentiæ quæ oritur ex metu futuri mali: qualem quidam putāt fuisse in Isaaco, quū, postquam benedixisset Jacobo, putans esse alterum filium, adveniente Esau se deceptum esse intellexisset, atque ideo expavisset pavore magno, timens videlicet ne, quod fecerat, initiū esset irreconciliabilis odii inter fratres. Genes. 27. 33.

[4] Ad verb. Etiamsi expavisset.

[5] F. vel pœnituisset: quod adnotatis probat Tremellius.

HAs igitur promissiones quū habeamus, dilecti, purificemus nos ab omni inquinamento [a] carnis ac spiritus, ad finem perducentes sanctimoniam in timore Dei.

2 [b] [c] Recipite nos: neminem injuria affecimus, neminem corrupimus, neminem quæstui habuimus.

3 [d] Ad condemnationem *vestrī hoc* nō dico: nam antè dixi vos in cordibus nostris esse, ad commoriendum & convivendum.

4 Multa *est* mihi loquēdi libertas apud vos: multa mihi gloriatio de vobis: impletus sum consolatione: vehementer superabundo gaudio in omni afflictione nostra.

5 Etenim quum venissemus in Macedoniam, nullam habuit remissionem caro nostra, sed in omnibus fuimus afflicti: foris *fuerunt* pugnæ, intus metus.

6 Sed qui consolatur [e] abjectos, consolatus est nos, *nempe* Deus, [f] adventu Titi.

7 Non solùm autem adventu illius, sed etiam consolatione quam ille accepit ex vobis, quum renunciaret nobis vestrum vehemens desiderium, vestrum luctum, vestrum super me ardorem: adeò ut magis gavisus fuerim.

8 [g] Nam etiam si vos contristavi per epistolam, non me pœnitet etiamsi pœnituerit. (video enim, epistolā illam, tametsi ad tempus, vos contristasse.)

9 Nunc gaudeo, non quòd contristati fueritis, [h] sed quòd contristati fueritis ad resipiscentiam. nam contristati fuistis secundùm Deum, ut nulla in re damno affecti fueritis ex nobis.

10 Nam quæ [i] secundùm Deum est tristitia,

[a] Corporis & animi, ut sit hoc modo perfecta sanctificatio utraque sui parte cōstans.

[b] a. Rursum ab illa admonitione ad personam suam tedit, opponens tum fide litatis suę, tum perpetuæ in eos benevolētiæ suæ testimonia.

[c] Sinite ut locum apud vos inveniam, vobis videlicet docendis.

[d] Ut vos ingrati animi vel perfidiæ condemnem.

[e] Dejectos & prostratos.

[f] Iis quæ Titus adveniens renunciavit de vobis: quo fructu videlicet literas meas perlegeritis, præterquam quòd ipsa Titi præsentia sum recreatus.

[g] b. Objectio, At tu nos asperrimè tractasti: Respondet Apostolus, se non sine dolore usum hac asperitate. Addit deīde se jā etiam gaudere quòd illos ad eam tristitiā, quamvis minimè volens, impulerit, quæ tam illis fuerit fructuosa. Quamdam enim esse non solùm laudabilem, sed etiam necessariam tristitiam, ex qua videlicet suis gradibus oriatur resipiscentia, de qua magnificè ipsos laudat. Estq; hujus epistolæ quintus iste locus.

[h] Ita ut ea tristitia vobis ad emendanda vestra vitia profuerit.

[i] Secundùm Deum dolor, non formidine pœnæ territus, sed quòd sentiat se Deum clementissimum Patrem offendisse. huic opponitur dolor, qui pœnam durissimam timet, aut qui aliquibus terrenis bonis perditis angitur: illius fructus est resipiscentia: hujus desperatio, nisi Dominus succurrat.

stitia, ea resipiscētiam efficit ad salutē, cujus nunquam pœniteat: at mundi tristitia mortem efficit.

11 Ecce enim istud ipsum, quòd secundùm Deum contristati fuistis, quantum in vobis effecit studium? imò defensionē, imò indignationem, imò timorem, imò vehemens desiderium, imò zelum, imò vindicationem? per omnia testatum fecistis vos esse puros in hoc negotio.

12 Itaque etsi scripsi vobis, non *scripsi vobis* ejus respectu qui injuriam fecerat, nec ejus respectu qui injuria affectus fuerat: sed ut apud vos manifestum fieret studium illud nostrum pro vobis, [k] in cōspectu Dei.

13 Propterea consolationem accepimus ex consolatione vestri: sed quamplurimùm gavisi fuimus ob gaudium Titi, quòd refocillatus sit spiritus ejus ab omnibus vobis:

14 Et quòd si quid apud eum de vobis gloriatus sum, non fui pudefactus, sed ut omnia verè loquuti sumus vobis, ita & gloriatio nostra qua usus erā apud Titum, vera comperta sit:

15 Et [l] viscera ejus eò ampliùs erga vos *affecta* sint, memoria repetentis omnium vestrûm obedientiam, & ut cum timore ac tremore ipsum exceperitis.

16 Gaudeo igitur quòd penitus confidam de vobis.

Deum, [6] animi conversionem operatur immutabilem & dirigentem ad salutem: dolor autem hujus seculi mortem operatur.

11 Ecce enim ipsum quòd contristati fuistis propter Deum, quantum operatum est in vobis studium, & [7] defensionem, & indignationem, & timorem, & charitatem, & zelum, & vindictam? & in omni re ostendistis vosipsos, quòd puri sitis in eo negotio.

12 Esto autem, ut hoc quod scripsi vobis, non fuerit propter [8] injuriam inferentem, neque propter eum cui injuriam intulit, sed ut cognoscatur coram Deo sedulitas vestra quæ est nostrî causa.

13 Propter hoc consolationem accepimus, & cum consolatione nostra abundanter gavisi sumus ob gaudium Titi, quòd refocillatus sit spiritus ejus cum omnibus vobis:

14 Quia in eo quòd gloriatus eram apud eū de vobis, non puduerit me, sed ut in omni re veritatem loquuti sumus vobiscū, ita etiam gloriatio nostra quę fuit apud Titum, in veritate reperta sit.

15 Et etiam [9] viscera ejus abundanter creverunt erga vos, quum recordatur obedientiæ omnium vestrûm, quòd cum timore & tremore acceperitis eum.

16 Gaudeo quòd in omni re confidam de vobis.

[6] Ad ver. Pavorem animi.

[7] F. Syrè protractionē vel protensionem spiritus. vide in Act. & Roman. 1.20.

[8] F. i. offendentem, vel eū qui offendit: ut posteà offensum.

[k] Minimè fucatum, sed ejusmodi ut Deo possim illud approbare.

[l] Intimus illius amor.

[9] i. Amor ejus erga vos auctus admodū est.

CAPUT OCTAVUM.

[1] Macedonum, [9] atque adeò ipsius Christi exemplo, [14] ut liberales sint in sanctos, hortatur. [16] Titum, [18] & alium fratrem hac de causa ad ipsos profectos dicit.

PORRÒ [a] notam facimus vobis, fratres, [b] gratiam Dei præstitam Ecclesiis Macedonum:

2 *Nempe* [c] in multa exploratione afflictionis, exundans gaudium ipsorum, & profundam eorum paupertatem exundasse in copiosam benignitatem ipsorum.

3 Nam pro viribus (testor) atque suprà vires [d] voluntarii *fuerunt:*

4 Multis cum precibus nos deprecantes ut hanc [e] beneficentiam & societatem hujus ministerii sanctorum causa *subeundi*, in nos reciperemus.

5 [f] Ac non prout sperabamus *ita fecerunt*, sed semetipsos dediderunt primùm Domino, *deinde* & nobis per Dei voluntatem:

6 Ut adhortaremur Titum ut sicut antè cœpit, ita etiam absolvat apud vos hāc quoque beneficentiam.

7 Itaque sicut omnibus abūdatis, *nempe* fide, & sermone, & cognitione, & omni studio, & vestra in nos charitate, *videte* ut hac quoque gratia abundetis.

8 [g] Non ex imperio dico, sed [h] aliorum studio, vestræ quoque dilectionis [i] sinceritatem reddens exploratam.

NOtam autem vobis facimus, fratres mei, gratiam Dei quę data fuit in ecclesiis Macedoniæ.

2 Quòd in probatione multa afflictionum eorum, abundantia fuit gaudio eorum, & profunditas paupertatis eorum redundavit in divitias simplicitatis ipsorum.

3 Testor enim quòd secundùm vires ipsorum, & plusquam *sit* facultas eorum,

4 [1] Cum voluntate animæ ipsorum petierunt a nobis cum obtestatione multa, ut consortes fierent [2] in beneficentia ministerii sanctorum.

5 Et non sicut speravimus, sed seipsos tradiderunt, primùm Domino nostro, deinde etiam nobis per voluntatem Dei.

6 Ut nos peteremus a Tito, ut quemadmodum cœpisset, ita perficeret in vobis etiam beneficentiam hanc.

7 Sed quemadmodum in omni re abundantes estis, in fide, & in sermone, & in cognitione, & in omni diligentia, & in [3] charitate nostra erga vos, ita etiā in hac beneficentia abundabitis.

8 Nequaquam [4] præcipiendo præcipio vobis, sed per studium sociorum vestrorum veritatem dilectionis vestræ exploro.

[1] F. i. animo voluntario.

[2] i. In conferenda pecunia ad sublevandos sanctos.

[3] F. vel amore nostri apud vos, i. charitate qua nos ipse quimini. Atqui hoc melius, ut contextus Græcus docet.

[4] i. Imperiosè præcipio.

[a] B. Sextus locus hujus epistolæ, continens varias exhortationes Corinthiis ad beneficentiam inflammandis, qua Hierosolymitanæ Ecclesiæ inopia necessario tempore sublevaretur. Proponit autem eis priore loco Macedonicarum Ecclesiarum alioqui multis ærumnis ad extremam penuriam redactarum exemplum quod æmulentur.

[b] Beneficium divinum.

[c] Quòd multæ illæ ærumnæ, quibus Dominus ipsos exploravit, eorum alacritatē non modò nō exstinxerint, sed etiam clariorem effecerint.

[d] Sponte liberales.

[e] Beneficentiam vocat quod alii onus vocassent: hic autem versic. ex 6. est explicandus.

[f] B. Amplificat Macedonum alacritatem in eo quòd Paulum etiam rogārint ut Corinthios, Tito ad eos remisso, ad absolvendam eleemosynarum collationem incitaret.

[g] B. Tertiò, monet ut concitātam de se exspectationem non fallant. Seipsa sdque promtè ac liberaliter fratribus succurrimus propter Christum.

[h] Macedonum rogatu.

[i] Tum apparet germana esse charitas, quum

9 Noſtis enim beneficentiam Domini noſtri Ieſchua Chriſti, quòd propter vos pauper factus ſit, quum eſſet dives, ut vos per ejus paupertatem diteſceretis.

10 [5] Conſulendo autem conſulo vobis hoc quod conducit vobis. Nam a præterito anno cœpiſtis non velle tantùm, ſed etiam facere.

11 Nunc autem complete opere illud quod voluiſtis: ut ſicut fuit vobis animi promtitudo ad volendum, ita opere compleatis ex eo quod eſt vobis.

12 Si enim voluntas adſit, prout eſt ei, ita accepta eſt, nequaquam ſecundùm id quod non eſt ei.

13 Nequaquam enim ut aliis ſit relaxatio, & vobis anguſtia: ſed in æquabilitate eſtote tempore hoc, ut abundantia veſtra [6] ſit pro penuria illorum:

14 Ut etiam abundantia illorum ſit pro penuria veſtra, quò ſit æquabilitas.

15 Sicut ſcriptum eſt, Qui multum accepit, non ſuperfuit illi: & qui parum accepit, non fuit illi.

16 Gratia autem Deo, qui dedit ſtudiũ hoc pro vobis in corde Titi.

17 [7] Precationem enim noſtram ſuſcepit: & quia valdè ſolicitus eſt, ex voluntate propria profectus eſt ad vos.

18 Miſimus autem cum eo fratrem noſtrum, eum cujus laus eſt in Evangelio in omnibus Eccleſiis.

19 Quemadmodum etiam [8] deligendo delectus eſt ab Eccleſiis, ut proficiſcatur nobiſcum cum beneficentia hac quæ adminiſtratur a nobis, ad gloriã ipſius Dei, & ad animi noſtri promtitudinem.

20 Evitavimus enim hoc, ne quis imponeret nobis maculam in hac abundantia quæ adminiſtratur a nobis.

21 Procuramus enim quę bona ſunt, nõ coram Deo tantùm, ſed etiam coram filiis hominis.

22 Miſimus autem cum eis etiam fratrem noſtrum, qui nobis eſt probatus omni tempore in multis, quòd diligens ſit: nunc autem magis diligens propter fiduciam magnam quæ eſt de vobis.

23 Sive igitur Titus, ſocius meus eſt & adjutor erga vos: ſive fratres alii, legati ſunt eccleſiarum [9] gloriæ Chriſti.

24 Proinde indicium charitatis veſtræ & gloriationis noſtræ de vobis, in eos oſtendite, in conſpectu eccleſiarum omnium.

[5] Omnino autem cõſulo.

[6] r. vel adſit penuriæ illorum: & ita ſequens.

[7] i. Provinciã illam ſuſcepit Titus: quam ut ſuſciperet, orabamus eũ.

[8] Suffragiis delectus eſt.

[9] r. vel legati glorię Chriſti.

9 [k] Noſtis enim beneficentiam Domini noſtri Ieſu Chriſti, eum *videlicet* propter vos pauperem factum eſſe, quum eſſet dives, ut vos illius paupertate diteſceretis.

10 [l] Et ſententiam in ea re *meam* dico. nam hoc vobis conducit, qui non ſolùm facere, [m] ſed etiam velle antè cœpiſtis anno ſuperiore.

11 At nũc etiam illud ipſum Facere abſolvite: ut ſicut *adfuit* promtum illud Velle, ita etiam *adſit* ipſum Perficere ex eo quod habetis.

12 [n] Etenim ſi priùs adſit promtus animus, aliquis acceptus *eſt* pro eo quod habet, non pro eo quod non habet.

13 [o] Nõ enim *dico* ut aliis ſit relaxatio, vobis autem afflictio: [p] ſed *ut* pari conditione quod vobis ſupereſt *ſuppleat* hoc tempore quod illis deeſt.

14 Ut & quod illis ſupereſt ſuppleat quod vobis deeſt, ut fiat æqualitas.

15 Sicut ſcriptum eſt, *Qui multum *collegit*, plus non habuit: & qui paululum, minus non habuit.

16 [q] Gratia verò *habetur* Deo qui cordi Titi indidit idem ſtudium pro vobis,

17 Quòd tum exhortationem illam gratam habuit, tũm verò quòd majore ſtudio ultrò ad vos iter ſuſcepit.

18 Miſimus autem unà cum eo fratrem illum cujus laus eſt [r] in Evangelio per omnes Eccleſias.

19 (Nec *id* ſolùm, ſed etiam ſuffragiis delectus eſt ab Eccleſiis ſocius peregrinationis noſtræ, cum hac [s] beneficentia quæ adminiſtratur a nobis ad ipſius Domini gloriam, & *comprobandum* promtum animum veſtrum)

20 Vitantes hoc, ne quis nos vituperet in hac [t] ubertate quæ adminiſtratur a nobis.

21 *Ut qui procuremus honeſta non ſolùm in conſpectu Domini, ſed etiam in conſpectu hominum.

22 Miſimus autem cum eis fratrem noſtrum, quem ſæpè in multis probavimus ſtudioſum, nunc autem multo ſtudioſiorem, ob multam *meam* fiduciam in vobis.

23 Sive de Tito *quæritur*, ſocius meus *eſt*, & apud vos adjutor: ſive [v] de fratribus noſtris, legati *ſunt* Eccleſiarum, & [x] gloria Chriſti.

24 Itaque demonſtrationem charitatis veſtræ, & noſtræ de vobis gloriationis, edite in eos, [y] in conſpectu Eccleſiarum.

[k] B. Quartum argumentũ ab exemplo Chriſti.

[l] B. Diligenter cavet ne vi extorquere velle videatur, quod, niſi ſit voluntarium, Deo gratum eſſe non poſſit.

[m] Non ſolùm facere, ſed etiã ultrò facere. Deſignat enim voluntatẽ ſpõtaneam abſq; aliorum impulſu, nedum ab ambitione profectam.

[n] B. in eos qui tenuitatem ſolent excuſare, quaſi ſolis divitibus proprium ſit inopes juvare.

[o] B. Chriſtiana beneficẽtia eſt mutua, ut jus analogum ſervetur.

[p] Ut: ſicut nũc aliis inopibus vos abũdantes largimini e veſtro, ſic alii viciſſim de ſuo vobis largiantur.

*Exod. 16. 18.

[q] B. Commendat Titum & duos ejus collegas multis nominibus, tũ ut minimè ſit ſuſpecta eorũ fides, quaſi eos ſummiſerit ad expilandas Eccleſias: tum ut eò ſint ad collationẽ promtiores.

[r] In prædicatione Evangelii.

[s] Muneribus collatis in ſubſidium Eccleſiæ Hieroſolymitanæ.

[t] In hac copioſa Eccleſiarum munificentia, quæ noſtræ fidei commiſſa eſt.

*Rom. 12. 17.

[v] Duobus Titi collegis.

[x] Per quos gloria Chriſti illuſtratur.

[y] Teſtes hujus veſtræ pietatis habituri oẽs Eccleſias, in quarum veluti conſpectu verſamini, quũ legatos cernatis ad vos miſſos, ſuffragiis delectos.

CAPUT NONUM.

[1] Cur de eorum voluntate bene ſentiens, [3] illis tamen adhortandis ſedulò incumbat, [4] rationem adducit: [6] & ſementi eleemoſynas comparat, [10] quas Deus rependit magno fœnore.

De miniſterio autem ſanctorum, ſuperfluum facio ſi ſcribo vobis.

2 Novi enim promtitudinem animi veſtri, & propterea gloriat [9] ſum de vobis, a-

Nam [a] de miniſterio quod ſanctis exhibetis, ſupervacaneum eſt mihi ſcribere vobis.

2 Novi enim promtum animum veſtrum, quem de vobis jacto apud Mace-

[a] B. Prudenter occurrit ſuſpicioni quã concipere poterãt Corinthii, quaſi Apoſtolus adeò anxiè illos urgens, de eorum voluntate dubitaret. Teſtatur ergo ſe non ideò id facere ut eos doceat ſubveniendum eſſe ſanctis, quum ſeſe etiam pro iis ſpõſorem apud Macedonas interpoſuerit, ſed tantùm ut ſponte currentes incitet, quò ſint omnia tum paratiora, tum etiam copioſiora.

dones, Achaiam videlicet paratam esse ab anno superiore: & ex vobis *ortus* zelus provocavit complures.

3 Misi autem hos fratres, ne gloriatio nostra de vobis inanis fiat hac in parte: ut (sicut dicebam) parati sitis:

4 Ne quo modo, si mecum venerint Macedones, & invenerint vos imparatos, nos pudefiamus (ut ne vos dicã) [b] in præsidente ista gloriatione.

5 Itaque necessarium duxi adhortari hos fratres, ut priores venirent ad vos & priùs absolverent antea denunciatam beneficentiam vestram, ut ea sit parata ita ut beneficentia, & non ut [c] extortum aliquid.

6 [d] Hoc autem *dico*, Qui serit parcè, parcè etiam metet: & qui serit benignè, benignè etiam metet.

7 Quisque sicut [e] præoptat corde, *ita* agat: * non [f] ex tristitia aut ex [g] necessitate. * nam hilarem datorem diligit Deus.

8 Potens *est* autem Deus efficere ut [h] omnis gratia in vos exũdet: ut in omnibus omni tempore omne quod sufficiat habentes, exundetis [i] ad omne opus bonum:

9 Sicut scriptum est, * Dispersit, dedit pauperibus: justitia ejus manet [k] in seculum.

10 Qui autem suppeditat semen serenti, & panem ad escam suppeditet, & multiplicet sementem vestram, & augeat [l] fructus justitiæ vestræ,

11 *Vobis* omni modo ditatis ad omnem benignitatem, quæ per nos efficit ut gratiæ agantur Deo.

12 [m] Nam ministerium functionis istius non solùm supplebit quæ sanctis desunt, sed etiam exundat per multas gratiarum actiones apud Deũ *exhibitas*, [n] per approbationem istius ministerii.

13 Deum glorificando de vestra testata [o] submissione Evangelio Christi, déque benigna in se & in omnes communicatione.

14 Et per ipsorum deprecationem pro vobis propenso vos amore diligentium, propter excellentem gratiam Dei in vobis.

15 [p] Gratia autem *habetor* Deo super inenarrabili suo dono.

[b] Utitur nomine ὑπόστασις, quod significat animi quamdam impertritã subsistentiam.

[c] Quasi ab avaris.

[d] 8. Eleemosyna nec tenaciter nec malignè præstari debet. Voluntaria autem & liberalis comparatur sationi, quam ubertima messis amplissimæ benedictionis consequitur.

[e] Ultrò seligit ac constituit apud se.

* *Rom.12.8.*

[f] Liberali animo.

[g] Invitus, ut qui nolit malè audire.

* *Eccl.35.10.*

[h] Omnis Dei munificentia.

[i] Ut alios omnibus modis juvare possitis benefaciendo.

* *Psal.112.9.*

[k] Est perennis. loquitur autẽ David de viro Dei timente, & proximum amante, cui dicit nunquam defuturũ quod aliis largiatur.

[l] Piis hominibus beneficentia est pro omnibus latifundiis.

[m] 8. Alius duplex fructus beneficentiæ in sanctos vel præstãtissimus hic est, quòd occasionẽ præbeat Dei laudandi, & ita etiam patefiat nostra fides.

[n] Ex hoc vestræ charitatis specimine, in hac subministratione.

[o] Quòd uno consensu declaraveritis vos unum Evangelium cognoscere cui vosipsos libenter subjeceritis, ex quo doceatis vos cum Ecclesia Hierosolymitana consentire.

[p] Ne gloriosa ista prædicatione effertentur Corinthii, claudit hoc epiphonemate hanc exhortationem.

pud Macedones, quòd Achaia parata sit a præterito anno, & ęmulatio vestra multos provocavit.

3 Misi autem fratres, ne inanis fieret gloriatio qua gloriati sumus de vobis in hoc negotio, ut quemadmodum dixi illis, parati sitis.

4 Ne fortè veniant mecum Macedones, & inveniant vos imparatos, & erubescamus nos (ut non dicamus quòd vos erubescetis) in gloriatione ista qua gloriati sumus.

5 Idcircò solicitudo mihi fuit ut peterẽ a fratribus meis his ut venirẽt ante me ad vos, & præpararent benedictionem illam de qua jampridem commonefacti estis, ut esset parata ita ut beneficentia, nequaquam ut [1] avaritia.

6 Hoc autem *dico*, qui seminat [2] in defectu, etiam in defectu metet: & qui seminat [3] in benedictione, etiam in benedictione metet.

7 Unusquisque secundùm id quod est in mente sua, nequaquam tamquam ex tristitia, aut tamquam ex necessitate. Datorem enim hilarem diligit Dominus.

8 Facultas enim est in manibus Dei, ut omnem gratiam abundare faciat in vobis, ut omni tempore in omni re id quod sufficit vobis, sit vobis, & abundetis in omne opus bonum:

9 Sicut scriptum est, Dispersit & dedit pauperibus, & justitia ejus manet in seculum.

10 Is autem qui dat semen seminanti, & panem in cibum, ipse det & multiplicet sementem vestram, & augeat fructus justitiæ vestræ:

11 Ut in qualibet re locupletemini in omnem simplicitatem quæ perficit [4] per nos gratiarum actionem Deo.

12 Quoniam functio ministerii hujus nequaquam tantùm penuriam sanctorum supplet, sed etiam exuberat per gratiarum actiones multas Deo.

13 Nam propter probationem ministerii hujus Deum glorificamus, quòd obedientes præstitistis vos in confessione Evãgelii Christi, & associastis vos in simplicitate vestra cum illis & cum omni homine.

14 Et orationem offerunt pro vobis in charitate magna, propter magnitudinem gratiæ Dei quæ est super vos.

15 Gratia autem Deo super dono suo ineffabili.

[1] Vel, Expilatio. F. qua videlicet nolentes atque invitos multaveritis, velut symbolam ab eis extorquentes, ac nõ accipientes oblationẽ voluntariam.

[2] Vel, Cum parcitate, id est Parcè. Hebraismus.

[3] i. Liberaliter & copiosè, Hebraismus.

[4] Ad ver. Per manum nostram. Hebr.

CAPUT DECIMUM.

[1] Qua fiducia, [4] quibus armis, [6] qua vindicta sit instructus adversus improborum calumnias, ostendit: [7] seq; præsentem non minus virtutis habere in operibus, [11] quàm absentem gravitatis in verbis.

CÆterùm [a] precor vos per lenitatẽ illã [b] & æquitatẽ Christi, ego ipse Paulus, q̃ corã quidẽ summissimo animo sum inter vos, absẽs verò, sũ erga vos cõfidẽs.

EGo autem Paulus peto a vobis per lenitatem & demissionem Christi, qui etiamsi [1] in facie demissus sum apud vos, attamen absens confido de vobis.

[a] 8. Redit ad illam Apostolatus sui defensionem: sed ita ut simul auctoritate sua reipsa utatur.

[1] i. externa specie, vel, Quun præsens sum Hebraiſ.

Seriò enim & graviter monet, additis etiam planè terribilibus minis, ut se dociles præbeant. Refellit autem superbos quosdam, qui quoniam in Paulo nihil hominum more splendidum viderant, & eum lenissimum experti fuerant, qui tamen absens severissimè ad eos scripsisset, de eo non aliter quàm de Thrasone quopiam judicabant, qui soleret adversus absentes ferocire. Primùm igitur sese clementem & moderatum fuisse profitetur, sed Christi exemplo, cujus lenitatem si pergant aspernari, testatur se reipsa declaraturum quantopere illi hallucinentur qui de Apostolico munere ut de humanis functionibus judicant, nimirum ex apparentia, quam externam vocant. [b] Naturam illam ad misericordiam potiùs, quàm ad summum jus persequendum propensam.

2 Peto autem a vobis ne quum venero, cogar per confidentiam quæ est mihi [2] ut audeam ([3] sicut cogito) in homines qui arbitrantur nos quòd tamquam qui in carne simus, ambulemus.

3 [4] Etsi enim in carne ambulamus, atqui nequaquam carnis bellum gerimus.

4 Arma enim militię nostræ, nequaquā sunt carnis, sed potentiæ Dei, & per eam subjugamus munitiones rebelles.

5 Et demolimur cogitationes, & omnē altitudinem quæ sese extollit adversus cognitionem Dei, & captivas reddimus omnes ratiocinationes ad obedientiam Christi:

6 Et paratum habemus sumere vindictam de iis qui non obediunt, quum impleta fuerit obedientia vestra.

7 Faciem intuemini vos? Siquis confidit de seipso quòd Christi sit, hic sciat [5] de seipso quòd quemadmodū Christi est, ita etiam nos.

8 Si enim etiam aliquid amplius glorier de potestate quam dedit mihi Dominus noster, non pudet me: quia ad ædificationem vestram dedit nobis, & non ad repulsionem vestri.

9 [6] Dubito autē ne existimer tamquam is qui [7] perterrefaciendo perterrefaciam vos per epistolas.

10 Quia sunt quidam qui dicunt, quòd epistolæ graves sunt & robustæ, adventus autem corporis infirmus, & sermo ejus contemtibilis.

11 Sed hoc cogitet qui ejusmodi dicit, quòd quales sumus per sermonem epistolæ nostræ quum absentes sumus, tales sumus etiam quum propinqui sumus [8] facto.

12 Non enim audemus cogitare, aut comparare nosipsos cum illis qui seipsos gloria extollūt, sed quia ipsi intra sese [9] seipsos comparant, non intelligunt.

13 Nos non gloriamur [10] ultra mensurā nostram, sed juxta mensuram termini quā partitus est nobis Deus, ut pertingeremus etiam usque ad vos.

14 Nequaquam enim tamquam qui nō pertingamus ad vos, extēdimus nosipsos: usque ad vos enim pertigimus in Evangelio Christi.

15 Neque gloriamur extra mensuram nostram in labore aliorum, sed est nobis spes [11] ut crescēte fide vestra in vobis, crescamus juxta mensuram nostram:

16 Et redundemus etiam ultra vos ad evangelizandum; non in mensura aliorū, in iis quæ parata sunt, gloriemur.

17 Qui autem gloriatur, in Domino glorietur.

18 Nequaquam enim qui seipsum laudat, ille probatus est, sed is quem Deus laudaverit.

[2] Id est, Uti audacia.
[3] Id est, Sicuti statuo.
[4] In versiculo tertio deerat primum hemistichium in impresso Syro: quod restituimus ex manuscripto codice Syro bibliothecæ illustrissimi Principis Electoris Palatini.
[5] F. Syrè, ex anima sua, id est, ex seipso & apud se.
[6] Hæc verba licet in Græcis exemplaribus non legātur, in Syriaco exēplari sunt. Atque hæc exegetica sunt.
[7] Id est, vanū timorem vobis incutiam.
[8] Id est, Reipsa.
[9] F. vel sibi: quod Syra cōstructio postulat.
[10] Ad verbum, Plusquam sit mensura nostra.
[11] F. subaudi fore: ita enim habet se nostra constructio.

2 *Hoc* autem deprecor, ne præsens cōfidenter agam fiducia qua existimor audax fuisse in quosdam qui de nobis existimant quasi [c] secundùm carnem ambulemus.

3 [d] Nam in carne, non *tamen* secundùm carnem, ambulantes militamus:

4 Arma enim militiæ nostræ [e] non carnalia sunt, sed [f] divinitùs valida ad destructionem munitionum.

5 Ratiocinationes evertendo, omnémque sublimitatem quæ sese extollit adversus cognitionem Dei: [g] & in captivitatem redigēdo omnem cogitationem ad obediendum Christo:

6 Et paratum habēdo quo vindicemus omnem contumaciam, postquam impleta fuerit vestra obedientia.

7 [h] [i] Quæ ob oculos sunt aspicitis? siquis apud se confidit se Christi esse, hoc vicissim reputet [k] ex sese, quemadmodum ipse Christi *est*, ita & nos Christi *esse*.

8 Nam si amplius etiam quippiam glorier de potestate nostra, quam dedit Dominus nobis ad ædificationem, ac non ad destructionem vestrî, non pudefiam.

9 Ne videar ceu perterrefacere vos per epistolas.

10 Nam epistolæ quidem ([l] inquiunt) graves sunt & validæ: sed præsentia corporis infirma *est*, & sermo *est* nihili.

11 Hoc reputet *qui* istiusmodi *est*, quales sumus sermone per epistolas quum absumus, tales etiam *nos fore* reipsa quum aderimus,

12 [m] Non enim [n] audemus nos [o] adjungere vel conjungere cum quibusdam qui seipsos commendant: sed [p] non intelligūt quòd [q] ipsi sese metiuntur seipsis, & sibiipsis sese [r] comparant.

13 At nos non gloriabimur de iis [s] quæ mensuræ *nostræ* non sunt, sed secundùm modum nobis ad regulam admensum, *id est* ejus quam distribuit nobis Deus mensuræ, *gloriabimur* nos pervenisse ad vos etiam usque.

14 Non enim quasi non pervenerimus usque ad vos, extendimus nosipsos ultra quàm deceat: nam usque ad vos etiā pervenimus [t] in Evangelio Christi.

15 Nequaquam de iis quæ mensuræ *nostræ* non sunt gloriantes, *id est* de alienis laboribus: sed sperantes, *fore ut* augescente fide vestra in vobis amplificemur in attributa nobis nostra mensura ad exundātiam usque.

16 Vt in iis *regionibus* quæ ultra vos *sunt*, evangelizem: non ut [v] in alteri attributa mensura, de [x] præparatis gloriemur.

17 [y] *Cæterùm qui gloriatur, in Domino glorietur.

18 Non enim qui seipsum commendat, is probandus est, sed is quem Dominus commendat.

[c] Nō alio præsidio freti essemus, quàm quod præ me fero: opponitur itaque caro, i. imbecillā Pauli cōditio, spirituali & Apostolicæ dignitati.
[d] B. Secundò, testatur se quā tumvis alioqui cæterorū hominum similem, tamen iis viribus instructum prodire, quibus nullæ hominū munitiones, sive fraude & astu, sive robore & potētia restiterint, pares esse possint, quoniam divinis armis certet.
[e] Ea quibus homines auctoritatem sibi apud alios parant, & res illas magnas gerunt.
[f] Infinita illa Dei potentia nituntur.
[g] B. Amplificatio spiritualis istius virtutis, quæ hostes quantumvis callidos & potentes sic domet, ut alios quidem resipiscentes ad Christum adducat, alios præfractè rebelles ab iis qui regi se patiuntur separatos, pro meritis ulciscatur.
[h] B. Inculcat eadē, sed maximo cū sententiarum & verborum pōdere.
[i] Itāne verò in æstimādis hominibus extet nam illā larvam intuemini?
[k] Etiam à me non admonitus.
[l] Indicatur certus aliquis hujus sermonis auctor.
[m] B. Coactus refellere stultas quorumdā ambitiosorum jactationes, testatur eos nihil proferre posse, nisi quē ipsi de seipsis falsò persuaserint: se verò etiamsi de maximis rebus glorietur, non tamen ultra metas ejus mēsuræ progressurum quā sit ei admensus Dominus, ut qui ad eos usque pervenerit evangelizando: ac longiùs etiam se perrectum confidat, ubi & ipsi ita profecerint, ut in iis erudiendis non sit necesse ipsum ampliùs occupari. Additur autem amplificatio ex eo quòd in alienos labores nusquam successerit. [n] Ironia.
[o] Numerare. [p] Non sentiunt vel animadvertunt. [q] Sola de seipso persuasione freti, nihil non sibi arrogant. [r] Alios omnes contemnentes pro mensura nihil aliud adhibebant quàm seipsos. [s] De iis quæ Deus non est nobis admensus. [t] Dum Christum prædico. [v] Quasi Deus terrarum orbem inter Apostolos divisserit excolendum. [x] In regionibus ab aliis præparatis, & quasi excultis Evangelii prædicatione. [y] B. Emollit quod de se dixerat, simūlque Corinthios ad alia audienda præparat, testatus se nihil aliud quærere, quàm ut Deo sese approbet, cujus unius gloriæ studeat.
*Jere. 9. 24. 1. Cor. 1. 31.

CAPUT UNDECIMUM.

[2] *Ingenti se erga Corinthios amore cogi testatur,* [5] *ut laudes suas deprædicet.* [9] *Gratuitā illis suam operam impendisse,* [13] *ne qua in re superiores essent pseudoapostoli,* [22] *quos longè antecellere recenset in iis quæ veræ sunt laudis.*

VTinam [a] sufferretis paulisper insipientiam *meam*: imò etiam sufferte me.

2 Affecto enim vos Dei [b] æmulatione. Aptavi enim vos, *quos* uni viro, *ut* virginē puram [c] sistam, *nempe* Christo:

3 Sed metuo nequo modo, sicut * serpens ille Evam seduxit calliditate sua, [d] ita corruptæ cogitationes vestræ *degenerent* a simplicitate [e] quæ est in Christo.

4 [f] Enimverò si veniens quispiam [g] alium Jesum prædicet quem non prædicavimus, aut *si* Spiritum alterum accipiatis quem non acceperatis, aut Evangelium aliud quod nō receperatis, benè *illum* toleraveritis.

5 Puto enim me nihilo inferiorē fuisse [h] summis Apostolis.

6 [i] Quòd si [k] rudis *sum* sermone, non tamen *sum rudis* cognitione: sed omnino manifesti facti sumus in omnibus apud vos.

7 [l] Num peccavi quū ipse me submittere ut vos eveheremini: *id est* quòd gratuitò Evangelium Dei evangelizavi vobis?

8 Alias Ecclesias spoliavi, accepto *ab eis* stipendio, ut vobis inservirem: & quum apud vos essem & egerem, * non obtorpui cum cujusquam incommodo.

9 Quod enim mihi deerat suppleverūt fratres quum venissent e Macedonia: & in omnibus me conservavi vobis minimè onerosum, [m] & præstabo.

10 [n] Est veritas Christi in me, quòd hęc gloriatio [o] nō obstruetur in me in regionibus Achaiæ.

11 Quapropter? *an* quòd non diligam vos? Deus novit.

12 Sed quod facio, etiam faciam: ut amputem occasionem iis qui exoptant occasionem, ut in *eo de* quo [p] gloriantur, inveniantur quales & nos.

13 [q] Nam istiusmodi pseudoapostoli, operarii dolosi sunt, transfigurantes se in Apostolos Christi.

14 Neque id mirum. ipse enim Satanas se transfigurat in Angelum [r] lucis.

15 Non magnum est igitur si etiam ejus ministri transfigurāt se tamquam *sint* ministri justitiæ, quorum finis erit secūdùm opera ipsorum.

16 [s] Rursum dico, nequis me putet desipientē esse: alioquin vel ut desipientem recipite me, ut paululum quiddam & ego glorier.

17 Quod dico, nō dico secundùm Do-

VTinam autem tolerassetis me paulisper, ut loquerer insipienter: sed etiam toleratis me.

2 Zelotypus sum enim erga vos zelotypia Dei: despōdi enim vos viro uni virginem puram ut exhiberem Christo.

3 Metuo autem ne quemadmodū serpens seduxit Evam versutia sua, ita corrūpantur mentes vestræ a simplicitate [1] quæ *erat* erga Christum.

4 Si enim is qui venit ad vos, aliū Jeschua prædicârit vobis quem non prædicavimus, aut spiritum alium acceperitis quem non accepistis, aut Evangelium aliud quod non accepistis, pulcrè acquiesceretis.

5 Puto enim quòd nihilo minor sum quàm Apostoli qui admodum excellunt.

6 Licet enim imperitus sim sermone meo, attamen nō scientia mea: sed in omni re manifesti fuimus apud vos.

7 Nunquid [2] delinquēdo deliqui quòd humiliaverim meipsum ut vos exaltaremini, & gratis prædicaverim vobis Evangelium Dei?

8 Et Ecclesias cęteras exspoliaverim, & acceperim sumtus pro ministerio erga vos? & quum venissem ad vos, non gravaverim quemquam ex vobis?

9 Necessitatem enim meam suppleverunt fratres qui venerunt ex Macedonia: & in omni re [3] servavi meipsum, & servo, ut non onerem vos.

10 Est in me veritas Christi, quòd hæc gloriatio non abolebitur in me in regionibus Achaiæ.

11 Quamobrem? Quòd non diligā vos? Deus ipse novit.

12 Sed hoc quod facio, & jam faciam, ut amputem occasionē illorum qui quærunt occasionem, ut in ea re qua gloriantur, inveniantur sicut nos.

13 Sunt enim istiusmodi, pseudoapostoli & operarii dolosi, & assimilāt seipsos Apostolis Christi.

14 Neq; est mirandum in hoc. Etenim si Satanas ipse transfigurat se in Angelum lucis:

15 Nequaquam magnum est negotium, si etiam ministri ejus transfigurant se in ministros justitiæ: quorum finis erit secundùm opera eorum.

16 Rursus autem dico, nequis reputet de me tamquam insipiens sim: alioquin etiam ut insipientem accipite me, ut etiam ego modicum glorier.

17 Quod loquor, secundùm Dominum

[a] B. Agnoscit se quodāmodo stultos imitari in rerum istarum prædicatione, sed addit se invitū hoc facere ipsorum bono, quòd eos a vanis quibusdā & astutis hominibus non sine Satanæ fraude deceptos videat.

[b] Loquitur ut procus, sed qui tamen non sibi, at Domino illos ambiat.

[c] Ut vos conjungam.

* *Genes. 3. 4.*

[d] Hic locus notandus cōtra eos quibus nativa illa & incorrupta sacrarū scripturarum simplicitas præ humanæ facūdiæ fucis ac pigmētis sordet.

[e] Quæ iis conveniat qui in Christo sunt.

[f] B. Testatur eos falli si vel excellentius aliquod Evangeliū, vel præstantiora Spiritus dona se a quoquam accepturos somnient.

[g] Perfectiorem doctrinam de Jesu.

[h] Ad verbum, iis qui supra quàm valde sunt Apostoli.

[i] B. Refutat illorum Thrasonum calumnias. Sum, inquit, fateor, non ita facūdus orator, illi certè mihi Evangelii noticiam nō possunt adimere, sicut vos ipsi estis modis omnibus experti.

[k] Mascula illa & Evangelio digna eloquētia non caruit Paulus: carere autem voluit fucata illa dicendi ratione, quam nimiùm multi hodie sequuntur.

[l] B. Alia calumnia, quòd videlicet homo esset vulgaris, & manuum suarum labore victitans. Hic verò, inquit Apostolus, quid mihi possitis objicere, nisi quòd quidvis subire vestri causa sustinui, & quū egerem, partim manibus meis victum quærere, partim etiam quum ursit inopia, aliunde viaticum petere malui, quàm vobis ullo esse oneri, etiamsi vobis evangelizabam?

* *Infrā 12. 13.*

[m] B. Amplificatio, adeò se istius facti non pudere, ut etiam deinceps non aliter agere apud ipsos decreverit, quo verè semper possit affirmare se gratis in Achaia docuisse, minimè id quidem quòd Corinthios dedignetur, sed ut Thrasones isti occasionem jampridem captatam nusquam inveniant: ipse verò intereà illis proponat quod æmulentur, ut verè tandē possint dicere se esse Pauli similes.

[n] Forma iurisjurandi, quasi diceret, Ne censeatur in me veritas.

[o] Mihi semper parebit.

[p] Captārunt adversarii omnes occasiones, ut pares essent Paulo. Quum igitur nunquam gratis essent docturi, quum potiùs Corinthios exederent, captabant aliam occasionem, nempe ut Paulus aliquid acciperet: quod si fecisset, tum demum se pares fore sperabant. Nam ita zelum & scientiam simulabant, & ea vana specie eloquentiæ exornabant, ut aliqui etiam Paulum despicerent. ostendit autē hæc omnia fucum esse.

[q] B. Aperrè tandem istos suis coloribus depingit, prædicens fore ut quantumcumque zelum gloriæ Dei simulent, tandem seipsos prodant.

[r] Lucis nomine, gloria cælestis intelligitur, cujus sunt participes Angeli.

[s] B. Pergit aperta cum fiducia, & gravissima quadam ironia utens, petit sibi veniam tribui si velut ad tempus apud sapientes Corinthios desipiens cum summis illis hominibus de externis etiam illis rebus contendat, puta de genere, de majoribus, déque rebus fortiter gestis.

[1] F. vel quæ esse debet.

[2] Graviter deliqui.

[3] Id est, Abstinui, & abstineo.

nostrum

nostrum non loquor, sed tamquam per insipientiam in hoc loco gloriationis.

18 Quandoquidem multi gloriantur in carne, etiam ego gloriabor.

19 Faciles enim estis ad audiendũ destitutos mente, quum vos sapientes sitis:

20 Et [4] extollitis eum qui in servitutẽ vos adigit, & eum qui devorat vos, & eum qui accipit a vobis, & eum qui extollit se supra vos, & eum qui percutit vos in faciem vestram.

21 Tamquã in ignominia loquor: quasi *ita* sit quòd infirmi fuerimus. (per defectum mentis loquor) quòd in quacumq; re audet aliquis, etiam ego audeo.

22 Si Hebræi sunt, etiã ego: & si Israëlitæ sunt, etiam ego: si semen sunt Abrahæ, etiam ego.

23 Si ministri sunt Christi, per defectum mentis loquor, quòd excellentior illis sum ego: in laboribus copiosior quàm illi, in vulneribus copiosior quàm illi, in vinculis copiosior quàm illi, in mortibus, [5] sæpiùs.

24 A Judæis [6] quinquies quadragenas *plagas*, minus una, [7] devoravi.

25 [8] Ter virgis [9] cæsus fui: [10] semel lapidatus fui: ter fui in naufragio die ac nocte, sine navi *inquam* in mare fui.

26 In itineribus multis, [11] in periculo fluminum, in periculo latronum, in periculo a genere meo, in periculo a Gẽtibus: in periculo fui in civitatibus, in periculo fui in solitudine, in periculo in mari, in periculo quod est a falsis fratribus.

27 In labore & fatigatione, in vigiliis multis, in fame & siti, in jejunio multo, in [12] denudatione & nuditate:

28 Præter reliqua plurima, & [13] congregationem quæ est quotidiana contra me, & curam meam quæ est pro omnibus ecclesiis.

29 Quis infirmatur, & ego nõ infirmor? quis offenditur, & ego non uror?

30 Si gloriari oporteat, in infirmitatibus meis gloriabor.

31 Novit Deus Pater Domini nostri Jesu Christi, benedictus qui est in seculum seculorum, quòd non mentior.

32 In Damasco princeps exercitus Aretæ regis custodiebat civitatem Damascenorum, ad comprehendendum me.

33 Et ex fenestra in sporta [14] demiserunt me ex muro, & ereptus sum e manibus ejus.

minum, sed ut desipiens, in fundamento hujus gloriationis.

18 Quandoquidem multi gloriantur secundùm carnem, & ego gloriabor.

19 Libenter enim suffertis desipientes, quòd sitis sapientes.

20 [t] Suffertis enim si quis vos in servitutem adigit, siquis exedit, siquis *stipendium* accipit, siquis attollit sese, siquis vos in faciem cædit.

21 [v] Contumeliæ respectu dico: sicuti quod nos [x] infirmi fuimus: Imò in quocumque audacia vti velit aliquis, (ut desipiens loquor) audacia & ego uti velim:

22 *Hebræi sunt? *sum* & ego: Israëlitæ sunt? *sum* & ego: semen Abrahami sunt? *sum* & ego:

23 Ministri Christi sunt? (desipiens loquor) [y] superior sum ego: in laboribus, ampliùs: in plagis supra illos: in carceribus ampliùs: [z] in mortibus sæpè.

24 A Judæis [a] quinquies accepi quadragenas *plagas*, una minus.

25 *[b] Ter virgis cæsus fui, * semel fui lapidatus, * ter naufragium feci, noctem ac diem in profundo egi:

26 *In* itineribus sæpè *fui, in* periculis fluminum, periculis latronum, periculis a *meu* gentilibus, periculis a Gentibus, periculis in civitatibus, periculis in solitudine, periculis in mari, periculis inter falsos fratres.

27 In labore & [c] ærumna, in vigiliis sæpè, in fame & siti, in jejuniis sæpè, in frigore & nuditate.

28 [d] Absque iis quæ extrinsecus *eveniunt*, *urget* agmen illud in me quotidie consurgens, *id est*, solicitudo de omnibus Ecclesiis.

29 Quis infirmus est, quin ego sim infirmus? quis offendiculo afficitur, quin ego urar?

30 [e] Si gloriari oporteat, de iis quæ infirmitatis meæ *sunt* gloriabor.

31 Deus & Pater Domini nostri Jesu Christi, benedictus in secula, novit me nõ mentiri.

32 *Damasci, Ethnarcha nomine Aretæ regis, præsidio tenebat Damascenorum urbem, cupiens me prehendere:

33 Sed per fenestram in corbe fune demissus fui per mœnia, & ejus manus effugi.

[4] Non significat simpliciter Ferre aut Tolerare, sed Efferre & evehere: quemadmodum constat ex altero loco Actorum 10.7.

[5] Ad verb. Tẽporibus multis. Hebraism. f. etsi haud scio an præstet comparativè reddi, pluribus temporibus.

[6] Ad verbum, Quinque temporibus quadraginta, quadraginta.

[7] Hoc est, Magno cũ dolore tuli. f. vel simpliciter, vapulavi: sic enim accipitur verbum Luc. 12.47. & alibi.

[8] Ad verbum, Tribus tẽporibus. Hebraisf.

[9] Ab aliis quàm à Judæis.

[10] Ad verbum, Una vice. Hebraismus.

[11] Græcam vocem servat.

[12] f. vel frigore: ut alibi accipitur.

[13] f. vel collectio, id est, agmen instans apud me quotidianum vel perpetuum. & cura mea quæ est pro omnibus Ecclesiis. Hoc enim posterius est prioris dicti exegeticũ, in quo elegans metaphora à re castrensi.

[14] f. nimirum fratres qui illic erant. aut dictũ impersonaliter.

[t] 8. Antequam ad rem accedat, perstringit Corinthios, qui quum sibi sapientissimi viderentur, interea non animadvertebant pseudoapostolos ad quæstũ abuti ipsorum simplicitate.

[v] q. d. habita ejus cõtumeliẽ ratione quæ vos afficiunt id dico, quæ sanè minor nõ est, quã si vos vilium mancipiorum instar colaphis cæderent.

[x] Infirmus habetur Paulus, qui vilis, abjectus, ignobilis artifex, idiota, calamitatibus obnoxius Corinthiis videretur, quum in eo emineret vis illa divina.

*Phil. 3.1.

[y] Paulus verã gloriã nactus, apertè ministerium suũ asserit, nõ sui causa, sed quòd doctrinam suã videret periclitari.

[z] Præsentibus mortis periculis.

[a] Respicit illud quod scriptũ est Deut. 25.3. Hic locus pretereà ostendit multa quæ pertulit Paulus fuisse prætermissa à Luca.

*Act. 16.23.

[b] A præfectis Romanis.

*Act. 14.19.

*Act. 27.14.

[c] Ærumna est ægritudo laboriosa, veluti quum delassatus aliquis pro quiete cogitur novos labores capessere.

[d] 8. Hoc tandem addit velut appendicem, ut Corinthios pudeat eum aspernari à cujus solicitudine omnes pænè Ecclesias pendere res ipsa testabatur. [e] 8. Retorquet in adversarios quod ab eis objiciebatur: ut si dicat, Proferunt illi meas ærumnas ut mihi auctoritatem detrahant, at ego si gloriari velim, non aliunde sumserim argumentum: nec quicquam hic à me confingi Deus ipse est testis. *Act. 9.24.

CAPUT DUODECIMUM.

[1] *Invitus recenset* [3] *revelationes divinitùs* [4] *sibi factas*, [6] *ob quas quum verè gloriari posset, nolit*, [10] *infirmitatum suarum conscius:* [11] *sed hanc sibi necessitatem ineptiendi eos injecere*, [20] *dum se addicunt ambitiosis hominibus, per quos à Christo alienantur.*

GLoriari [1] oportet: sed non expedit. Veniò enim ad visiones & ad revelationes Domini nostri.

2 Novi hominem in Christo ante qua-

GLoriari [a] sanè non convenit mihi. Veniam enim ad apparitiones & revelationes Domini.

2 Novi hominem [b] in Christo ante

[1] f. Gr. καυχᾶσθαι δὲ οὐ συμφέρει μοι, at Syrus legit, καυχᾶσθαι δεῖ· οὐ συμφέρει μοι.

[a] 8. Pergit in proposito, & quoniam gloriosuli illi revelationes jactabant, commemorat quæ ipsum supra communem hominum captum attollant: at non absque præfatione, & accurata etiam excusatione. [b] Quod in Christo dico, i. quod sine ambitione dictum velim, quum nihil aliud quàm unum Christum respiciam.

annos

annos quatuordecim, (an in corpore, nescio: an extra corpus, nescio: Deus novit) raptum [c] in tertium usque cælum.

3 Et novi hujusmodi hominem (an in corpore, an extra corpus, nescio: Deus novit)

4 Raptum fuisse in [d] paradisum, & audisse [e] ineffabilia verba, quæ [f] non liceat homini loqui.

5 [g] Super ejusmodi homine gloriabor: de meipso verò non gloriabor, nisi in infirmitatibus meis.

6 Si enim voluero gloriari, nō ero desipiens: veritatem enim dicam. sed parcè loquor, nequis de me reputet supra *id* quod cernit *esse* me, aut *quod* audit ex me.

7 [h] Et ne supereminētiâ revelationum supra modū efferrer, datus est mihi [i] surculus infixus carni, *nempe* angelus [k] Satan, ut me colaphis cædat, ne supra modū efferar.

8 Super hoc [l] ter Dominum rogavi, ut abscederet a me.

9 Sed dixit mihi, Sufficit tibi gratia mea: nam potentia mea per infirmitatem consummatur. [m] Libentissimè igitur gloriabor potiùs de infirmitatibus meis, ut tamquam in tabernaculo [n] inhabiter in me potentia Christi.

10 Propterea [o] acquiesco in infirmitatibus, in injuriis, in necessitatibus, in persequutionibus, in angustiis pro Christo: quum enim infirmus sum, tunc potens sum.

11 Fui desipiens in gloriando: vos me coëgistis. [p] nam ego debueram à vobis commendari: nulla enim in re inferior fui [q] summis Apostolis, etiamsi nihil sum.

12 [r] Indicia quidem Apostoli edita sunt apud vos cum omni tolerantia, per signa, & prodigia, & [s] virtutes.

13 Nā quid est in quo fueritis inferiores reliquis Ecclesiis, nisi quòd ego ipse * [t] non obtorpui cum vestro incommodo? condonate mihi hanc injuriam.

14 Ecce, tertiò paratus sum venire ad vos, nec cum vestro incommodo obtorpescam. non enim quero quæ vestra sunt, sed vos. non enim debent filii parentibus, sed parentes filiis thesauros recondere.

15 Ego verò libentissimè sumtum impendam, & expendar pro animabus vestris: etiamsi, plurimùm vos diligens, minùs diligar.

16 [v] Sed esto, ego vos non gravavi: sed quòd sim callidus, dolo vos cepi.

17 Num per quemquam eorum quos misi ad vos, quæstui vos habui?

18 Precatus sum Titum, & cum eo misi fratrem: num aliqua in re vos quæstui habuit Titus? nónne eodem spiritu ambulavimus? nónne iisdem vestigiis?

tuordecim annos, (num autem in corpore, an verò [a] absque corpore, non novi: Deus novit) qui quidem raptus est usque ad tertium cælorum.

3 Et scio hunc ipsum, filium hominis (sive autem in corpore, sive absque corpore non novi: Deus novit)

4 [3] Et raptus est in paradisum, & audivit sermones ineffabiles, quos non licet filio hominis eloqui.

5 Pro hoc gloriabor. de me autem ipso non gloriabor, nisi in infirmitatibus.

6 Si enim voluero gloriari, nequaquam ero insipiens: veritatem enim dico. parco autem, nequis cogitet de me plusquam quod vidit in me, & quod audivit ex me.

7 Et ne extollerer propter excellentiā revelationum, traditus est mihi stimulus [4] carni meæ, angelus Satanæ, ut colaphis cæderet me, ne extollerer.

8 Super hoc [5] ter petii a Domino ut removeret a me.

9 Et dixit mihi, Sufficit tibi gratia mea: virtus enim mea in infirmitatibus perficitur. Libenter igitur gloriabor in infirmitatibus meis, ut [6] protegat me virtus Christi.

10 Hanc ob causam delector in infirmitatibus, in contumeliis, in afflictionibus, in persequutionibus, in angustiis quę sunt pro Christo. quum enim infirmus sum, tunc potens sum.

11 Ecce, factus sum carēs mente in gloriatione mea: quia vos coëgistis me. Debitores enim eratis ut vos testaremini de me, propterea quòd nihilo fui inferior Apostolis illis qui admodum excellunt, tametsi non sim quicquam.

12 Indicia Apostolorū edidi inter vos, cum omni potentia, & [7] cum potentiis, & cum prodigiis, & cum virtutibus.

13 Nam qua in re inferiores fuistis ecclesiis aliis, nisi in hoc quòd ego non gravavi vos? Condonate mihi hoc delictum.

14 Ecce [8] jam tertiò paratus sum ut veniam ad vos. neque gravabo vos: quia nō quæro vestra, sed vos. Non enim debitores sunt filii recondere thesauros parentibus, sed parentes filiis suis.

15 Ego verò libenter & sumtus proferam, & etiam meipsum dabo pro animabus vestris: etiamsi, quum abūdè diligam vos, vos parcè diligatis me.

16 Sed [9] esto, ego non gravavi vos, sed tamquam vir astutus per dolum furatus sum vos.

17 Nunquid [10] per virum alium quem misi ad vos, expilavi vos?

18 A Tito petii, & misi cum eo fratres, nunquid aliqua in re expilavit vos Titus? Nónne uno Spiritu ambulavimus, & eisdem vestigiis?

[c] In sublimissimum usq; cęlum, nec enim in nomine tertii est philosophandum. Sed tamen hic locus adversus eos observandus, qui cælū ponunt ubiq;.

[d] Sic vocant Græci quæ Latini vivaria, barbarè parcus, vocant, in quibus plantæ excoluntur & feræ pascūtur. Per excellentiā Græci interpretes sic vocārūt hortum illum Eden: Hinc factum ut beata illa gloriæ Dei sedes eo nomine vocaretur.

[e] Quæ fando explicari à quoquam homine nō possunt.

[f] Quæ nulla vi ne sanctorū quidem possit explicari, nēpe quia divinum est numen. Sic explicat Clemens Alex. Strom. 5.

[g] 2. Ut omnem ambitionis suspicionem removeat, testatur se illa ut extrinseca nō ut sua jactare, quamvis nihil hīc affingat, ne hac occasione plus ei tribuatur ab aliis quàm per se sit: ac proinde se velle potiùs in suis miseriis gloriari.

[h] 2. Excellens doctrina, cur Dominus præstantissimos etiā servos suos à Satana vexari, & omni tēntationum genere affligi velit: nempe ne nimiū efferantur, atq; adeò ut jugi illa exercitatione perficiantur.

[i] Concupiscētiam intelligit, quæ teli instar nobis inhęret, ut cogat etiam regeneratum Paulum exclamare, Non facio bonum quod volo, &c. Surculum autem vocat translatione ducta à surculis, qui vestigiis pedum infesti sunt, si per cæduas sylvas est ambulandum.

[k] Qui cupiditates illas incendit.

[a] 2. i. citra vel extra corpus ut sequente versu.

[3] 2. vel raptum fuisse in Paradisum, & audivisse &c.

[4] 2. vel in carne mea.

[5] Ad verb. Tribus vicibus. Hebraismus.

[6] In verbo Græco ἐπισκηνώσῃ videtur auctor hujus paraphraseos usum tabernaculorū respexisse, videlicet ut protegant à pluvia, sole, vento, & aliis hujusmodi incommodis: quæ deinde per metaphoram accōmodat virtuti Christi protegenti Paulum contra stimulos Satanæ.

[7] 2. nempe legebat Syrus ὁ ἐξουσίαις, quum libri nostri habeant, ὁ σημείοις. Neq; verò displiceret hæc Syri lectio, si aliorū auctoritate librorum confirmaretur.

[8] Ad verb. Jam tertium tēpus est quo me paro, &c.

[9] 2. vel fortasse.

[10] Ad verbum, Per manū viri alterius. Hebr.

[l] Sæpè. [m] 2. Concludit se pseudoapostolorū jactationibus solas suas ærumnas velle opponere: simūlque se excusat quòd ipsorū importunitate de his rebus tam multa dicere sit coactus, nempe quòd everso ipsius Apostolatu necesse erat ipsius doctrinā ruere. [n] Ut magis ac magis sentiam virtutem Christi: Nā quo sunt nostra tabernacula infirmiora, eo magis elucet in illis virtus Christi. [o] Illas non tantùm æquo vel forti animo fero, sed etiam voluptatem maximam ex illis percipio. [p] 2. Testes rursum Corinthios facit eorū quibus suum apud eos Apostolatum obsignārat Dominus, & denuò quàm sit tum ab omni avaritia alienus, tum in eos propensus, certis argumentis declarat. [q] Vide supr. cap. 11. ℣. 5. [r] Argumenta, ex quibus liquet me verè esse Apostolum Domini. [s] Potentia facta. * Supr. 11. 9. [t] Non fui remissus in victu meis manibus mihi quærēdo, ne vobis essem oneri. [v] 2. Aliam calumniam longè gravissimam à se depellit, nimirum quòd astu & per alios quæstum faceret.

19 Numquid rursum arbitramini quòd apud vos nos [11] excusemus? Coram Deo per Christum loquimur, & omnia, dilecti mei, propter ædificationem vestram.

20 Metuo enim ne veniam ad vos, & non inveniam vos sicut vellem: & inveniar vobis ego quoque qualem non velletis: ne contentio, & invidia, & ira, & calumnia, & obtrectatio, & murmuratio, & elatio, & tumultus *sit in vobis*.

21 Ne, quum venero ad vos, humiliet me Deus meus, & lugeam propter multos qui peccaverunt, & non resipuerunt ab impuritate, & a scortatione, & a lascivia quam patraverunt.

[11] F. Syr. protrahamus, vel protendamus spiritum, vide in Roman. 1. 20.

19 [x] Rursum putatis quòd nos vobis excusemus? in conspectu Dei, [y] in Christo loquimur: omnia autem hæc, dilecti, pro vestri ædificatione.

20 [z] Nam metuo nequo modo, quum venero, non quales velim reperiam vos, & ego reperiar vobis qualem nolitis: nequo modo *sint* lites, æmulationes, excandescentiæ, rixæ, obtrectationes, susurri, rumores, tumultuationes.

21 Ne me postquam iterum venero, deprimat Deus meus apud vos, & lugeam multos eorum qui antè peccârunt, nec resipuerunt super impuritate & scortatione & lascivia quam patrârunt.

[x] 2. Concludit se hæc ad eos non scribere quasi defensione egeat, quû nullius sibi sit cõscius: sed quòd eorum maximè interfit de ejus fide minimè dubitare à quo instituti fuerant.

[y] Ut eum loqui verè ac syncerè convenit, qui se in Christo esse profiteatur.

[z] 3. Confirmata sua apud eos auctoritate, acriter eos objurgat, ac minas etiam addit planè Apostolicas, fore videlicet ut nisi resipuerint, ipsis deinceps non parcat, quum tertiò jam eos admonuerit.

CAPUT DECIMUMTERTIUM.

[1] *Ut tertiò adventurus,* [2] *severiorem vindictam illis denunciat* [5] *qui re ipsa experti sint virtutem Christi in suo Apostolatu.* [10] *Optat tandem ut resipiscant:* [11] *& fausta illis precatur.*

IAm [1] tertiò paratus sum ut veniam ad vos, ut per os duorum triúmve testium stabile sit omne verbum.

2 Antè dixeram vobis, & rursum prædico vobis, sicut etiam [2] secundò quum essem apud vos, dixi vobis, etiam nunc procul exsistens scribo illis qui peccaverunt, & [3] residuo reliquorum, quòd si venero denuò, non parcam.

3 Propterea quòd experimentum quęritis Christi qui loquitur in me, qui nequaquam infirmus in vobis, sed potẽs est in vobis.

4 Quamvis enim crucifixus sit in infirmitate, attamen vivit in virtute Dei: etiam nos infirmi sumus cum eo, attamen vivimus cum eodem in virtute Dei quæ est in vobis.

5 Vosipsos probate num in fide firmi sitis: vosipsos tentate. ánnon agnoscitis vosipsos, *videlicet* quòd Jeschua Christus in vobis est? alioqui reprobi estis.

6 Spero autem quòd cognoscetis quòd nos non simus reprobi.

7 Opto autem à Deo ne sit in vobis aliquid mali, [4] ut experientia nostri cernatur: sed ut vos faciatis bona, & nos simus tamquam reprobi.

8 Nõ enim possumus facere quicquam contra veritatem, sed pro veritate.

9 Gaudemus autem quum nos infirmi, & vos validi *estis*. hoc autẽ oramus quoque ut vos perfecti reddamini.

10 Idcircò, quum lõgè absim, hæc scribo, ne, quum venero, duriter agam juxta potestatem quam dedit mihi Dominus meus ad ædificationem, & non repulsionem vestri.

11 Proinde, fratres mei, gaudete, & perfecti estote, & consolationem capite, & animi consensus & pax sit in vobis: & Deus charitatis ac pacis erit vobiscum.

12 Salutate alius alium osculo sancto. Salutant vos omnes sancti.

[1] Ad verb. Hoc tertiũ est tempus quod paro, &c.

[2] Ad verb. Secundo tẽpore, i. Secunda vice.

[3] F. vel reliquis aliis.

[4] Syrus textus tam in impresso quàm in manuscripto codice Heidelbergensi non legit adverbiũ negativum, quod in Græco textu, secundo loco in hoc versu ponitur: & distinctiones hujusmodi sunt ut sensum efficiant quẽ nos in versione nostra expressimus. F. Atque hic sensus interpretatur illum.

TErtiò iã venio ad vos. *Ex ore duorum testium aut trium firmum erit omne verbum.

2 Prædixi & secundò prædico ut præsens, & absens nunc scribo iis qui antè peccârunt, & reliquis omnibus, fore ut, si denuò venero, non parcam.

3 [a] Quandoquidem experimentum quæritis in me loquentis Christi, qui erga vos non infirmus, sed [b] potens est in vobis.

4 Nam etsi crucifixus fuit [c] ex infirmitate, vivit tamen ex potentia Dei. [d] nam & infirmi sumus in eo, sed vivi erimus cũ eo, ex potentia Dei apud vos.

5 * [e] Vos ipsos tentate an sitis in fide, vosipsos explorate. annon agnoscitis vosmetipsos, *videlicet* Jesum Christum in vobis esse? nisi rejectanei estis.

6 [f] At spero fore ut cognoscatis nos nõ esse rejectaneos.

7 Opto autem a Deo, nequid mali faciatis: non ut nos probi appareamus, sed ut quod bonum est faciatis, nos verò [g] velut rejectanei simus.

8 Non enim possumus quicquam adversus veritatem, sed pro veritate.

9 Gaudemus enim quum nos infirmi sumus, vos autem validi estis: hoc autem etiam optamus, vestri *videlicet* [h] connexum.

10 Propterea hæc absens scribo, ne præsens præcisa severitate utar ex auctoritate quam dedit mihi Dominus ad ædificationem, ac non ad destructionem.

11 [i] Quod reliquum est, fratres, gaudete, compingimini, consolatione fruimini, idem sapite, in pace agite: & Deus charitatis ac pacis erit vobiscum.

12 [k] Salutate alii alios osculo sancto. Salutant vos sancti omnes.

*Deut. 19. 15. Matth. 18. 16. Joh. 8. 17. Hebr. 10. 28.

[a] 3. Gravissima increpatio, quòd dum Apostolicas admonitiones despiciunt, Christi ipsius patientiã tentent, atque adeò dũ ipsum ut calamitosum aspernãtur, nihil objiciant quod non sit ipsi cũ Christo commune.

[b] Quum opus fuerit, ad vos ulciscendos erit potentissimus.

[c] Quod attinet ad infirmam illam formam servi quã accepit, semetipsum exinaniens.

[d] Particula *nam* non est causalis, sed illativa.

* 1. Cor. 11. 28.

[e] 3. Cõfirmat quod de virtute Dei dixerat in suo ministerio elucente, colligítque ex mutua inter fidem populi & ministri prædicationẽ relatione oportere ut vel Apostolatum ejus reverentur, in cujus doctrina fundata sit ipsorum fides, vel seipsos damnẽt Infidelitatis, & se non esse ex Christi corpore fateantur.

[f] 3. Mitigat illam asperitatem, sperans fore ut se dociles fideli Apostolo præbeant: illud etiam addens, se famam & existimationem suam nihil morari, dummodo serviat eorum saluti, qui sit unicus ejus scopus. [g] Hominum judicio.

[h] Ut omnibus benè compositis, Ecclesiæ membra, quæ luxata erant, in locum suum restituantur. [i] 3. Brevit exhortatio, sed quæ omnes Christianæ vitæ partes complectatur. [k] 3. Familiariter eos salutat, ac rãdem eis benè precatur.

13 Gratia Domini Jesu Christi, & charitas Dei, & communicatio Spiritus sancti sit cum omnibus vobis. Amen.

Ad Corinthios secunda fuit scripta Philippis *urbe* Macedoniæ, per Titum & Lucam.

13 Pax Domini nostri Jeschua Christi, & charitas Dei, & communicatio Spiritus sancti, sit cum omnibus vobis. Ammin.

Finitur epistola ad Corinthios secunda, quæ scripta fuit è Philippis Macedoniæ [5].

5 r. alii adduntur, & missa fuit per Titum.

EPISTOLA AD GALATAS.

CAPUT PRIMUM.

[1] *Post inscriptionem,* [6] *subjungit objurgationem, Galatas accusans defectionis* [9] *à suo Evangelio,* [15] *quod à Deo accepit,* [17] *antequam cum ullo Apostolorum contulisset.*

BEZÆ INTERPRET.

PAULUS [a] Apostolus (non [b] ab hominibus, neque [c] per hominem, *[d] sed per Jesum Christum, ac Deum Patrem qui suscitavit eum ex mortuis)

2 Quique mecum sunt omnes fratres, Ecclesiis Galatiæ.

3 Gratia vobis & pax a Deo Patre, & Domino nostro Jesu Christo:

4 [e] Qui dedit semetipsum pro peccatis nostris, *ut eximeret nos ex præsenti [f] seculo malo, secundùm voluntatē Dei, & Patris nostri.

5 Cui *sit* gloria in [g] secula seculorum. Amen.

6 [h] Miror vos ita citò, deserto eo qui vocavit vos in gratiam Christi, [i] trásferri in aliud Evangelium:

7 [k] Quod non est aliud: sed nonnulli vos turbant, & volunt [l] invertere Evangelium Christi.

8 Sed etiam si nos, aut Angelus e cælo evangelizet vobis præter *id* quod vobis evangelizavimus, [m] anathema esto.

9 Ut antè diximus, etiam nunc iterum dico, Siquis vobis evangelizaverit præter *id* quod accepistis, anathema esto.

10 [n] Nunc enim *utrum* [o] homines an Deum *audiendum* suadeo, aut quæro hominibus placere? Enimverò si adhuc hominibus placerem, Christi servus non essem.

11 [p] * Notum autem vobis facio, fratres, Evangelium illud quod est à me evangelizatum, non esse secundùm hominem.

TREM. INTERPRET.

PAULUS Apostolus (non a filiis hominis, [1] neque per filium hominis, sed per Jeschua Christū, & Deum Patrem ejus qui suscitavit eum [2] a mortuis)

2 Et omnes fratres qui mecum sunt, ecclesiis quæ sunt Galatiæ.

3 Gratia vobiscum & pax a Deo patre, & a Domino nostro Jeschua Christo:

4 Qui dedit [3] semetipsum pro peccatis nostris, ut eriperet nos a seculo isto malo, secundùm voluntatem Dei Patris nostri:

5 Cui gloria in secula seculorum. Ammin.

6 Miror quomodo celeriter aversi estis a Christo, qui vocavit vos per gratiam suam, ad Evangelium aliud:

7 Quod nequaquam est, sed [4] secundùm illos homines est qui conturbant vos, & volunt pervertere Evangelium Christi.

8 Etiamsi autem nos aut Angelus e cælo evangelizaverit vobis præterquam quod evangelizavimus vobis, sit anathema.

9 Quemadmodum antè dixi, & nunc rursus dico, quòd siquis evangelizet vobis præterquam quod accepistis, sit anathema.

10 Nunc enim filiisne hominis suadeo, an Deo? an filiis hominis quæro ut placeam? Si enim hactenus filiis hominis placuissem, servus Christi nequaquam fuissem.

11 Notū autem vobis facio, fratres mei, quòd prædicatio quę prædicata fuit a me, non fuit a filio hominis.

[1] Ad verb. Neque per manū filii hominis, sed per manū Jeschua Christi.

[2] Ad verb. De inter mortuos. Hebraiss.

[3] r. Syrè, animam suam: & ita deinceps.

[4] r. nēpe τοῖς pro τινὶ vel ἐπὶ accepit Syrus.

[a] 1. Salutatio paucis cōplectens Apostolicæ doctrinæ summam, ac præterea etiā statim ab initio præferens Apostolicę auctoritatis gravitatem, adversus pseudoapostolos mox asserendæ.

[b] Designat auctorem ministerii in genere: hoc enim est commune omnibus ministris.

[c] Instrumentalem attingit causam: hæc enim est peculiaris Apostolorum prærogativa, quod à Christo vocati sint immediatè.

*Tit. 1. 3.

[d] Christus quidem homo est, sed etiam Deus & Ecclesiæ Caput, eo nomine ex hominū numero eximendus.

[e] 1. Veri Evangelii summa est, Christum sua unius oblatione nos ex mundo selectos servari, ex Dei Patris gratuita ordinatione.

*Luc. 1. 74.

[f] Ex deprava tissima illa cōditione extra Christum.

[g] In infinitum spatium. Hebr.

[h] 1. Prima pars epistolæ, qua se Apostolum esse testatur nihilo selectis illis Christi discipulis inferiorem, & prorsus cum eis consentientem, quorum nominibus pseudoapostoli abutebantur. Inchoat autem ab objurgatione, arguens eos levitatis, quòd tam citò aures iis præbuerint qui ipsos ad novum Evangelium traducebant.

[i] Utitur voce passiva, ut culpam in pseudoapostolos rejiciat: & tempore præsenti, ut indicet ab illis rem nondum confectam, sed eos in actu esse.

[k] 1. Tempestivè monet ut meminerint non esse multiplex Evangelium, ac proinde quicquid prætexant isti pseudoapostoli, qui Legem, Mosen, patres in ore habebant, totidem hæc esse veri Evangelii corruptelas, & seipsum, atque adeò Angelos etiam ipsos (nedum ipsos pseudoapostolos) execrabiles esse oportere, si vel tantillum velint in Evangelio quod ipsis anteà tradiderat, innovare.

[l] Nihil enim magis est contrarium fidei, sive gratuitæ justificationi, quā ex Lege seu ex meritis justificatio.

[m] Vide Rom. 9. 3.

[n] 1. Confirmatio tum à natura ipsius doctrinæ sumta, tum ab ea ratione quam etat in docendo sequutus. Nec enim, inquit, vel ea docui quæ hominibus arridérent, ut isti qui in rebus externis & operibus Legis, salutis partem constituunt: neque cujusquam gratiam captavi: ac proinde cælestem esse doctrinam quam vobis tradidi res ipsa clamat.

[o] Pseudoapostolos perstringit, qui homines semper in ore habebant, ille etsi nihil derogare vellet apostolis, se tamen Deum suadere non homines.

[p] 1. Secundum argumentū, prorsus divinam esse suam doctrinā, utpote quam è cælis, ex ipso Iesu Christo, absque hominum adminiculo, hauserit: qua in re vel illis ipsis sit quodammodo superior, quos Christus hominum more in terris erudiit.

*1. Cor. 15. 1.

12 Neque

12 Neque enim a filio hominis accepi illam & didici illam, sed per revelationem Jeschua Christi.

13 Audistis enim conversationes meas quæ fuerũt antè in Judaismo, quòd summè persequebar Ecclesiã Dei, & destruebam eam:

14 Et excellentior eram multò in Judaismo quàm plurimi [5] coætanei mei qui erant in genere meo, & excellentiùs æmulator eram doctrinæ patrum meorum.

15 Quum autem voluit is qui segregavit me ab utero matris meæ, & vocavit me per gratiam suam,

16 Ut revelaret Filium suum [6] per me, quem prædicarem in Gentibus, eadẽ hora non revelavi [7] carni & sanguini.

17 Neque profectus sum ad Urischelem ad Apostolos qui erant ante me, sed profectus sum in Arabiam, & rursus reversus Damascum.

18 Et post tres annos profectus sum ad Urischelem ut viderem Kipham: & [8] mansi apud eum dies quindecim.

19 Alium autem ex Apostolis non vidi, nisi Jaakub fratrem Domini nostri.

20 Hæc autem quæ scribo vobis, ecce, coram Deo quòd non mentior.

21 Et posthæc veni in regiones Syriæ & Ciliciæ.

22 Neque agnoscebant me [9] juxta faciẽ Ecclesiæ quæ erant in Judæa, quæ erant in Christo.

23 Sed hoc tantùm audiverant, quòd is qui antè persequebatur nos, nũc ecce prędicat fidem illam quam priore tempore subvertebat:

24 Et glorificabant in me Deum.

[5] Ad verb. Filii annorũ meorum. Hebraiſ.

[6] F. vel in me, quod quidem haud ſcio an huic loco meliùs reſpondeat.

[7] i. Ulli hominum. Hebraiſ.

[8] F. id eſt, vſus ſum hoſpitio ejus, & in familia vixi.

[9] Vel de facie, ut Latini loquuntur.

12 Neque enim ego ab homine id accepi, neque edoctus ſum, ſed *illud* [q] per revelationem Jeſu Chriſti.

13 *[r] Audiſtis enim quomodo verſatus ſim olim in Judaiſmo, me *videlicet* ſupra modum perſequutum eſſe Eccleſiam Dei, & eam vaſtaſſe:

14 Et profeciſſe in Judaiſmo ſupra multos coævos meos in gente mea ſummè affectans traditiones [s] a patribus meis profectas.

15 Quando verò libuit Deo, qui [t] ſeparaverat me ab utero matris meæ, & vocavit per gratiam ſuam,

16 Revelare Filium ſuum [v] in me, *ut evangelizarem ipſum inter Gentes, [x] nõ ſtatim prætereà [y] contuli [z] cum carne & ſanguine.

17 Neque redii Hieroſolymam ad eos qui ante me *fuerunt* Apoſtoli: ſed abii in Arabiam, ac denuò reverſus ſum Damaſcum.

18 Deinde tribus poſt annis redii Hieroſolymam, ut viſerem Petrum: & permãſi apud eum dies quindecim.

19 Alium autem ex Apoſtolis non vidi quemquam, niſi Jacobum fratrem Domini.

20 In iis porrò quæ ſcribo vobis, ecce [a] in conſpectu Dei *teſtor* me non mentiri.

21 Deinde veni in regiones Syriæ & Ciliciæ.

22 Eram autem ignotus facie Eccleſiis Judææ quæ *erant* in Chriſto.

23 Sed ſolùm audierãt *qui dicerent*, Qui perſequebatur nos aliquando, nũc evangelizat [b] fidem quam olim vaſtabat:

24 Et glorificabant Deum de me.

[q] Hic locus de patefactione extraordinaria intelligendus eſt. Nam alioqui ſolus filius Evangelium ſuum patefecit per Spiritum ſuum, ſed hominum miniſterio, quod excludit Paulus.

*Act. 9. 1.

[r] B. Probat ſe a Chriſto ipſo extra ordinem fuiſſe edoctũ, exanteactę ſuę vitæ hiſtoria, ſatis vel ipſis Galatis perſpecta. Nam, inquit, in qua ſchola fuerim a puero inſtitutus notum eſt, nempe apud capitales Evangelii hoſtes. Et, nequis calumnietur me nomine nõte diſcipulum Phariſæorum fuiſſe, nemo neſcit me in Phariſaiſmo etiã excelluiſſe, & repentè Apoſtolum Gẽtium ex Phariſæo factum, adeò ut nullũ ſpatium interceſſerit, quo potuerim ab hominibus inſtitui.

[s] Paternas vocat traditiones, quia non ſolũ ipſe Phariſæus erat, ſed etiam Phariſæo patre natus.

[t] Loquitur de æterna Dei prædeſtinatione ad Apoſtolatum: cujus tres conſtituit gradus, conſilium Dei æternum, deſignationem ab utero, & vocationem: nullam autem prævisorum operum facit mentionem. [v] Mihi, hæc tamen phraſis Hebraeis familiaris indicat gratiam cælitùs illapſam. *Epheſ. 3. 1. [x] B. Quoniam objici poterat, fuiſſe quidem ipſum in via vocatum à Chriſto, ſed poſtea ab Apoſtolis aliis eruditum, quorum (ut antè dixi) nominibus ad deſtruendum ipſius Apoſtolatum pſeudoapoſtoli abutebantur, quaſi aliud traderet quàm veri Apoſtoli, nec eſſet ipſe ex eorum numero, quibus ſine exceptione credendum eſſet: idcircò reſpondet Paulus ſe ſtatim à vocatione cœpiſſe Damaſci & in Arabia evangelizare, nec ab eo tempore Hieroſolymis niſi quindecim diebus fuiſſe, ubi dumtaxat Petrum & Jacobum viderit. inde verò cœpiſſe in Syria & Cilicia docere, approbantibus Judæis Eccleſiis quibus ex fama tantùm notus eſſet, nedum ut ibi fuerit ab hominibus inſtitutus. [y] Communicavi. [z] Cum quoquam mortalium. [a] Juris jurandi formula. [b] Doctrinam fidei.

CAPUT SECUNDUM.

[1] Nihil a ſuo Evangelio diverſum ſenſiſſe Apoſtolos, [3] incircumciſi Titi exemplo oſtendit, [11] & quòd aſſeruerit illud adverſus Petri ſimulationem. [17] Inde tranſitum facit ad cauſæ tractationem, gratuitò nos juſtificari per Chriſtum.

RUrſus autẽ poſt quatuordecim annos aſcendi ad Urischelem cũ Barnabba, & aſſumſi mecum Titum.

2 Aſcendi autem per revelationem, & expoſui eis Evangelium quod prædico in Gentibus: & oſtendi ipſum illis qui reputabantur aliquid eſſe [1] inter me & eos, [2] ne fruſtrà cucurriſſem aut currerem.

3 Etiam Titus qui mecum erat, qui [3] Gentilis erat, nõ fuit coactus ut circumcideretur.

4 Propter fratres autem falſos qui ingreſſi ſunt ad nos, ut explorarent libertatẽ quæ eſt nobis in Jeſchua Chriſto, quo

[1] i. Privatim, ut Matth. 18. 15.

[2] Particula, דם apud Syros idem ſignificat quod דלא id eſt, Ne.

[3] F. Syr. Aramæus: vide in Act. 20. 21.

DEinde [a] interjectis annis quatuordecim, rurſum aſcendi Hieroſolymam unà cum Barnaba, aſſumto ſimul & Tito.

2 Aſcendi autem ex revelatione, & expoſui eis Evangelium quod prædico inter Gẽtes: ſed privatim iis qui ſunt in pretio, nequo modo [b] fruſtrà currerem aut cucurriſſem.

3 Sed neque Titus, qui mecum erat, quamvis eſſet Græcus, coactus fuit circumcidi:

4 Nẽpe propter [c] irreptitios falſos fratres qui fuerant clàm ingreſſi ad explorãdum libertatem noſtram quam habemus

[a] 2 Jam oſtendit quàm ſibi cum Apoſtolis conveniat, quibuſcum ſe fatetur de Evangelio quod inter Gentes docuerat, decimoquarto demùm à ſua converſione anno contuliſſe, quod quidem ita ſic illis probatũ, ut neque coëgerint Titum ſuum comitẽ circumcidi, fruſtrà ringẽtibus qui ipſũ inſidiosè obſervabant: neque vel tantillum ad eam doctrinam quam prædicãrat adjecerint, imo etiam datis dextris ipſum & Barnabam ut Apoſtolos à Domino Gentibus deſtinatos agnoverint. [b] Nullo cum fructu: nam quantum ad doctrinam, de ea nihil dubitavit Paulus: ſed quia ſpargebatur illum à reliquis Apoſtolis diſſentire, quod cuſum Evangelii impedire potuiſſet, huic incommodo mederi ſtudui. [c] Qui per fraudem & pietatis ſimulationem in fidelium album irrepſerant.

in Christo Jesu, ut nos in servitutem adigerent.

5 Quibus ne ad momentum quidem *nos*[d] subjiciendo cessimus: ut[e] veritas Evangelii permaneret[f] apud vos:

6 Ab iis autem qui existimantur esse aliquid, quales olim fuerint, nihil mea refert: *personam hominis Deus non accipit. Nam qui sunt in pretio,[g] nihil mecum præterea contulerunt.

7 Imò e contrario, quum vidissent mihi concreditum fuisse Evangelium [h] præputii, sicut Petro circumcisionis:

8 (Nam qui efficax fuit per Petrum ad Apostolatum circumcisionis, efficax fuerat etiam per me apud Gentes)

9 Quumq; cognovissent gratiam mihi datã Jacobus & Cephas & Johãnes,[i] qui existimantur esse columnæ,[k] dextras societatis dederunt mihi ac Barnabæ: ut nos apud Gentes, ipsi verò apud circumcisos, *Apostolatu fungeremur.*

10 Solùm *monuerunt* ut pauperum meminissemus: quod & ipsum studui facere.

11 Quum autẽ venisset Petrus Antiochiam,[l] in os ei obstiti, eo quòd condemnandus esset.

12 [m] Nam antequam venissent quidam à Jacobo, unà cum Gentibus edebat: quũ autem venissent, subterfugiebat ac separabat sese ab eis, metuens eos qui erant ex circumcisione.

13 Ac simulabant unà cum eo reliqui etiam Judæi: adeò ut Barnabas quoque simul [n] abduceretur eorum simulatione.

14 Sed quum vidissem eos [o] non recto pede incedere, ut [p] veritati Evangelii congruebat, dixi Petro coram omnibus, Si tu, quum sis Judæus, gentiliter vivis, ac non judaicè, cur Gentes [q] cogis judaizare?

15 [r] Nos natura[s] Judæi, & non ex Gentibus[t] peccatores:

16 Scientes non justificari hominem ex operibus Legis, sed per fidem [v] Jesu Christi: etiam nos in Christũ Jesum credidimus, ut justificaremur ex fide Christi, & non ex operibus Legis: propterea quòd non justificabitur ex operibus Legis [x] ulla caro.

17 *[y] Quòd si, dum quærimus justificari per Christum, invenimur & ipsi [z] peccatores, num Christus peccati minister est? Absit.

18 Nam si quæ destruxi, ea rursus ædifico, transgressorem meipsum constituo.

19 Ego enim per Legẽ [a] Legi mortuus sum, ut Deo viverem.

in servitutem adigerent me.

5 Ne minuto quidem horæ abjecimus nos ut servituti eorum subjiceremur, ut veritas Evangelii maneret apud vos.

6 Illi autem qui reputabantur quòd essent aliquid (quid verò fuerint[4] mea non refert. Deus enim faciem filiorum hominis non accipit) illi, inquã, ipsi nihil quicquam addiderunt mihi.

7 Sed e contrario: viderunt enim quòd concreditum esset mihi Evangelium præputii, sicut concreditum erat Kiphæ[5] in circumcisione.

8 (Ille enim qui efficax fuit erga Kipham in Apostolatu circumcisionis, efficax fuit etiam erga me in Apostolatu Gẽtium.)

9 Et quum cognovissent gratiam quæ data est mihi Jaakub & Kipha & Juchannan, ipsi qui reputabantur quòd essent columnæ, dextram societatis dederunt mihi & Bar-nabbæ, ut nos in Gentibus, & ipsi in circumcisione *Apostolatu fungerentur:*

10 Tantummodo ut pauperũ essemus memores: & solicitudo incubuit mihi ut illud ipsum facerem.

11 Quum venisset autem Kipha Antiochiam, in faciem ejus redargui eum, propterea quòd[6] offenderentur in eo.

12 Nam priusquam venirent quidam [7] a Jaakub, cum Gentibus comedebat: quum autẽ venissent, subducebat seipsum, & separabat, quia timebat ab illis qui erãt ex circumcisione.

13 Et[8] sese projecerant cum eo hac in re etiam cæteri Judæi: adeò ut etiam Barnabba adduceretur [9] ad accipiendum faciem eorum.

14 Quúmque vidissem quòd non ambularent rectè in veritate Evangelii, dixi Kiphæ[10] coram omnibus illis, Si tu Judæus existens [11] gentiliter vivis, & non judaicè, quomodo cogis Gentes ut judaicè vivant?

15 Si enim nos qui natura nostra Judæi sumus, & non ex Gentibus[12] peccatores,

16 (Propterea quòd novimus quòd nõ justificatur filius hominis ex operibus Legis, sed per fidem Jeschua Christi) etiam nos in ipsum Jeschua Christũ credimus quòd ex fide Christi justificabimur, & nõ ex operibus Legis: quia ex operibus Legis non justificatur ulla[13] caro.

17 Et si autem dum quærimus ut justificemur per Christum, reperimur etiam nos peccatores, ergo Jeschua Christus minister est peccati? Absit.

18 Si enim quæ destruxi, eadem rursus ædifico, ostendo de meipso, quòd transgressor mandati sim.

19 Ego enim per Legem, Legi mortuus sum, ut Deo vivam:

[d] Ut nos illis, prodita libertate, subjiceremus.

[e] Vera ac syncera evangelii doctrina, nullis istorũ falsis doctrinis corrupta.

[f] Galatarũ nomine omnes gentes intelligit.

*Deut.10.17. 2.Chron.19.7. Job.34.19. Sap. 6.7. Eccl.35.16. Act.10.34. *Rõ.2.11. Ephes. 6.9. Colos.3.25. 1.Petr.1.17.

[g] Nihil novi mihi adjecerunt.

[h] Intet Gẽtes, ut Petro inter Judæos.

[i] Quos solos isti pro columnis habent Ecclesiæ, quorũ nomine ad vos decipiendos abutũtur.

[k] Porrexerunt manum, quod symbolũ esset nostræ in Evãgelii doctrina summæ consensionis.

[l] Corã omnibus.

[m] 2. Alia vehementissima sui Apostolatus, atq; adeò ejus quã tradiderat doctrinę de gratuita per unam fidẽ justificatione probatio, quòd ob hoc ipsum palàm Antiochiæ Petrũ reprehenderit in eo peccantem quòd in Judęorũ quorumdam Hierosolymitanorum gratiã judaizans, Gentes quæ credidерãt, offendisset.

[n] Exemplo potiùs quàm judicio.

[o] Rectum pedem opponit simulationi præposteræ.

[p] Veritatem Evangelicã vocat, tum ipsam doctrinam, tũ doctrinæ usurpationem, quę vulgò practica dicitur.

[q] Cogi eos dicit, qui exẽplo Petri judaizabant.

[r] 3. Secunda pars hujus epistolę, cujus status est, Nos fide in Jesum Christũ absq; operibus Legis justificari. quod quidem sic proponit, ut primùm occurrat objectioni (sum enim, inquit, & ego Judæus, nequis possit objicere me esse Legis hostem) deinde verò id confirmet expresso Davidis testimonio.

[s] Etiamsi Judæi simus, tamen ex fide justificationem docemus, quia nimirum satis intelligimus, ex Lege neminem posse justificari.

[t] Sic vocabantur à Judæis Gentes, quòd alieni essent à Dei federe.

[v] In Jesum Christum.

[x] Ullus homo: in nomine autem carnis magna est emphasis, quo significatur hominis natura prorsus corrupta. *Rom.3.19.

[y] 3. Antequàm lõgiùs progrediatur, occurrit eorum objectioni qui ab hac gratuitæ per fidem justificationis doctrina eo nomine abhorrent, quòd sic dicant homines à bonorũ operum studio abduci. Objectio autem est hujusmodi, Si peccatores justificarentur fide per Christum absq; Lege, Christus peccantes approbaret, atq; adeò suo ministerio velut ad peccandũ hortaretur. Respondet Paulus, hãc consequutionem falsissimam esse, quoniam Christus in credentibus peccatũ destruit. Ita enim, inquit, Legis terroribus homines ad Christum confugiunt, per quem à Legis maledictione soluti & justificati servantur, ut simul Christus vim illam suam peccati peremtricem insinuet, ut, vetere homine per crucifixi Christi efficaciam abolito, Christus in ipsis vivat, & ipsi sese Deo consecrent. Itaq; siquis accepto Evangelio sese peccatis dedat, accuset non Christum, non Evangelium, sed seipsum, ut qui opus Dei in sese destruat.

[z] A justificatione descendit ad sanctificationem alterum beneficium Christi apprehensi.

[a] Lex terrens conscientiam ad Christum adducit, qui unus efficit ut verè moriamur Legi, quoniam nos justificando tollit conscientiæ terrores, & nos sanctificando facit, ut concupiscentia in nobis mortificata, non ita possit accipere occasionem peccandi ex Legis prohibitione, ut anteà faciebat. Rom. 7.10. & 11.

[4] Ad verb. Cura non est mihi.

[5] F. vel pro circumcisione, id est, Judæis circumcisis, metonymicè. sic deinceps.

[6] F. nimirũ fratres qui Antiochiæ erant.

[7] Ad verb. A juxta Jaakubũ, i. A Jerusalem, ubi Jacobus manebat. Hebraicè diceretur מאת. vel מעם, vel מאצל יעקוב

[8] F. vel hypocritas agebãt, simulabant: nã hoc quoque designatur Syro verbo. Alioqui dicendum fuerit Syrũ interpretẽ legisse συναπηχθησαν mutatione paucula.

[9] i. Ad excusandum & defendendum eos. F. aut etiam ex Græco in eãdẽ hypocrisin acceptionémque personatũ quã utebantur illi.

[10] Ad verb. In oculos omniũ illorum.

[11] F. Syr. Aramicè: vide in Act.20.21.

[12] i. Prophani & à Deo abalienati, ut Gẽtiles erant.

[13] Videtur in Pauli ratione juxta mentem paraphrastis, subintelligẽda esse alia pars argumenti, videlicet, Quãto magis gẽtibus quæ natura alienæ sunt à Deo, convenit ut sola fide in Christũ justificentur, & nõ per opera Legis, quę ne nos quidẽ Judæos justificare possunt?

20 Et

20 Et cum Christo crucifixus sum. & deinceps nequaquam ego vivo, sed vivit in me Christus; & hoc quod jam vivo in carne, per fidem filii Dei vivo, qui dilexit me, & tradidit semetipsum pro me.

21 Non rejicio gratiam Dei: [14] si enim per Legem est justitia, Christus frustrà mortuus est.

[14] Ad verbum, Per manū Legis, i. Opera & ministerio Legis.

20 Unà cum Christo crucifixus sum. Vivo autem, non amplius [b] ego: sed vivit in me Christus: & vitam quam nunc vivo [c] in carne, vivo per fidem illam Filii Dei, qui dilexit me, & tradidit semetipsum pro me.

21 [d] Irritam non facio gratiam Dei. nam si per Legem est justitia, igitur Christus [e] sine causa mortuus est.

[b] Qui olim fui.

[c] In hoc mortali corpore.

[d] 2. Secundum argumentum ab absurdo, Si Lege justificari possunt homines, ergo Christum necesse non fuit mori.

[e] Quum nulla causa esset cur id faceret.

CAPUT TERTIUM.

[1] Exprobrat quòd se abduci passi sint ab expressa illu ad vivum in Christo justificationis gratia. [6] Abrahæ exemplum adducit, [10] officium, [21] & causas latæ Legis exponens.

O Destituti mente Galatæ, quis fascinavit vos? Nam ecce quasi [1] figurādo figuratus erat ante oculos vestros Jeschua Christus crucifixus.

2 Hoc solùm cupio ut cognoscā à vobis, Ex operibus Legis accepistis Spiritū, an ex auditu fidei?

3 Ita stulti estis, qui incepistis spiritu, [2] & nunc carne perficitis?

4 Et hæc omnia frustrà sustinuistis? utinam autem frustrà.

5 Is igitur qui dedit vobis Spiritum, & operatus est in vobis virtutes, ex operibus Legis, an ex auditu fidei *id egit?*

6 Quemadmodum credidit Abraham Deo, & [3] imputata est ei ad justitiam.

7 Cognoscite igitur quòd illi qui ex fide sunt, illi sunt filii Abrahæ.

8 Nam quia præcognovit Deus quòd per fidem justificantur Gentes, priùs evangelizavit Abrahæ: sicut dicit Scriptura sancta, In te benedicentur omnes Gentes.

9 Itaq; fideles benedicuntur in Abrahamo fideli.

10 Nam illi qui ex operibus sunt Legis, sub maledictione sunt. scriptum namque est, Maledictus est quisquis non fecerit omnia quæ scripta sunt in Lege hac.

11 Quòd autem non justificetur quisquam per Legem apud Deum, hoc palàm est, eo quòd scriptum est, Justus per fidē vivet.

12 Lex autem nequaquam est ex fide: sed is qui fecerit ea quæ scripta sunt in illa, vivet in ipsis.

13 Nos autem Christus redemit a maledictione Legis: & ipse est factus pro nobis maledictio. scriptum est enim, Ma-

[1] 1. Expresè repræsentatus. Hebraismus.

[2] 2. vel ut nunc carne perficiatis?

[3] 3. nimirùm fides, ex antecedente versu. alioquin possis vertere, imputatum est.

O Amentes [a] Galatę, quis vos fascinavit ne obsequeremini veritati: quibus [b] ob oculos Jesus Christus priùs fuerat depictus, inter vos crucifixus?

2 Hoc solùm velim discere ex vobis, Ex operibus Legis [c] Spiritū accepistis, an ex [d] fide per auditum percepta?

3 [e] Adeò amentes estis? quum spiritu inceperitis, nunc [f] carne perficimini?

4 [g] Tam multa passi estis frustrà? si modò etiam frustrà.

5 [h] Qui igitur subministrat vobis Spiritum, & efficit virtutes in vobis ex operibus Legis, an ex fide per auditum percepta *subministrat?*

6 [i] Sicut * [k] Abrahamus credidit Deo, & imputatum est ei ad justitiam.

7 [l] *Ita* nostis, nēpe eos qui ex fide sunt, esse filios Abrahami.

8 [m] Quum prævidisset autem Scriptura Deum ex fide justificaturum Gentes, *id* ante evangelizavit Abrahamo, * [n] [o] Benedicentur, *inquiens*, in te omnes Gentes.

9 [p] Itaque qui ex fide *sunt*, benedicuntur cum fideli illo Abrahamo.

10 [q] Nam quotquot ex operibus Legis sunt, sub exsecratione sunt. [r] Scriptū est enim, * Exsecrabilis *est* quisquis non manserit in omnibus quæ scripta sunt in libro Legis, ut faciat ea.

11 [s] Nullum autem per Legem justificari apud Deum, manifestum *est*: quoniam * justus ex fide vivet.

12 [t] Lex autem non est ex fide: sed * Quisquis ea fecerit, [v] vivet per ea.

13 [x] *At* Christus nos redemit ab exsecratione Legis, dum pro nobis factus est exsecratio: [y] scriptum est enim, * [z] Ex-

[a] 2. Tertium argumentum ab iis Spiritus sancti donis sumtum quibus audito & credito per Pauli ministerium Evangelio cælitùs fuerant donati, quæ quum essent omniū oculis sic exposita, ut veluti vivæ essent imagines quibus Evangelicæ doctrinæ veritatem non aliter intueri possent, quàm si oculis suis Christū ipsum crucifixū spectarent, in cujus unius morte confiderēt, miratur fieri potuisse ut à pseudoapostolis dementarentur.

[b] Quibus ita egregiè ac perspicuè fuit propositus Christus, ut quasi vestris oculis repræsentata fuerit viva ipsius imago, ac si apud vosipsos esset crucifixus.

[c] Spirituales illas gratias, quibus obsignata erat in Galatas Evangelii prædicatio.

[d] Doctrina fidei.

[e] 2. Quartum argumentum superiori insertum, & id quidē duplex: si fidei adjicienda est Lex, hoc non erit progredi sed regredi, quum excellentiora sint dona illa spiritualia in vos collata, quàm quæcumque possunt à vobis proficisci. Deinde consequeretur, Legem præstantiorem esse Christo, quia perficeret quod Christus dumtaxat inchoaret.

[f] Carnis nomine ceremonias Legis intelligit, quibus opponit Spiritum, i. Spiritualem Evangelii efficaciam.

[g] 2. Adhortatio per modum exprobrationis, ne tot certamina frustra subierint.

[h] 2. Tertium illud argumentum ab effectis sumtum repetit, quoniam quædam alia insetuerat.

[i] 2. Quintum argumentum maximi ponderis, cujus triplex est antecedens. Primum, Abrahamum justificatum esse fide, justitia videlicet secūdùm promissionē fide apprehensam gratis ei imputata: quod expresè testatur Moses. * *Gen. 15. 6. Rom. 4. 3 Jac. 2. 23.*

[k] Vide Rom. 4.

[l] 2. Alterum, Ex fide æstimandos esse filios Abrahæ.

[m] 2. Tertium antecedens, omnes sine exceptione populos credentes comprehendi in benedictionis promissione. * *Gen. 12. 3 Eccles. 44. 20. Act. 3. 25.*

[n] 2. Probatio secundi & tertii antecedentis, ex verbis Mosis.

[o] Benedictio hoc loco significat gratuitam ex fide promissionem.

[p] 2. Conclusio quinti argumenti, Ergo sicut Abrahamus fide est benedictus, ita & ejus filii (i. omnes etiam ex Gentibus credentes) benedicuntur, i. gratis justificantur.

[q] 2. Sextum argumentum, cujus etiam conclusio est in præcedente versiculo à repugnantibus, Maledicuntur qui sunt ex operibus Legis, i. qui ex præstatione Legis æstimant justitiam: Ergo benedictio eorū est qui sunt ex fide, i. qui ex fide justitiam habent.

[r] 2. Probatio antecedentis, cujus syllogismi propositio est, Maledictus est quisquis non implet totam Legem. * *Deut. 27. 26.*

[s] 2. Assumtio cum conclusione, Nemo autem Legem implet: Nemo igitur Lege justificatur, sive, Omnes maledicuntur qui ex operibus Legis justitiam quærunt. Additur autem simul ipsius assumtionis probatio ejusmodi, Justitia & vita tribuitur fidei. Nemo igitur Legem implet. * *Abac. 2. 4. Rom. 1. 17. Heb. 10. 38.*

[t] Particula *ex* hoc loco non materiam, sed instrumentum significat. * *Lev. 18. 5.*

[v] 2. Ratio superioris consequutionis ostenditur: quia Lex vitam promittit omnibus qui ipsam præstant, ac proinde si præstaretur, justificaret, & vivificaret. Scriptura autem fidei justitiam ac vitam tribuens, Legi adimit, quum illa quidem ex imputatione justificet, ista verò ex operis præstatione.

[x] 2. Occupatio. Quomodo igitur possunt benedici, quos Lex pronunciat exsecrandos? Quoniam Christus sustinuit maledictionem à Lege inflictam, ut nos eam effugeremus.

[y] 2. Probatio responsionis, ex Mosis testimonio. * *Deuter. 21. 23.*

[z] Sic Latini abire in malam crucem jubent, quibus exitium imprecantur summo cum dedecore conjunctum: factus est autem pro nobis exsecratio, qui nobis debitam maledictionem sustinuit, ut nos suæ justitiæ redderet participes.

secrabilis *est* quisquis pendet in ligno.

14 [a] Ut in Gentibus benedictio Abrahami exstet in Christo Jesu, & ut promissum illum Spiritum acciperemus per fidem.

15 [b] Fratres, [c] humana loquor, Pactionem [d] ratam factam, humanam licet, nullus irritam facit, aut *aliquid ei* superaddit.

16 Abrahamo verò dictæ sunt promissiones, & semini ejus. Non dicit, Et seminibus, ut de multis: sed ut de uno, Et semini tuo [e] qui est [f] Christus.

17 [g] Hoc autē dico, pactionem a Deo, priùs ratam habitam, [h] *respicientem* in Christum, Lex [i] quæ post annos quadringentos & triginta extitit, non reddit inutilem, ad abolendam promissionem.

18 [k] Nam si ex Lege est [l] hæreditas, nō jam *est* ex promissione: Atqui Abrahamo per promissionem gratificatus est Deus *hæreditatem*.

19 [m] Quid igitur Lex? [n] transgressionū gratia adjecta est, [o] usquequò venisset semen illud cui facta est promissio: [p] *Lex, inquam*, [q] ordinata per [r] Angelos, per manū internuncii.

20 Internuncius autem, unius non est: [s] Deus verò unus est.

21 [t] *Num* igitur Lex *addita est* adversus promissiones Dei? Absit. nam si data fuisset Lex quæ posset vivificare, verè ex Lege esset justitia.

22 Sed *conclusit illa [y] Scriptura [x] omnia sub peccatum, ut [y] promissio ex fide Jesu Christi daretur credentibus.

23 [z] Antequàm autem venisset fides, sub Legis præsidio custodiebamur, conclusi [a] in eam fidem quæ futurum erat ut revelaretur.

24 Itaque Lex pædagogus noster fuit in Christum *respiciens*, ut ex fide justificaremur.

25 At postquā venit fides, non ampliùs sub pædagogo sumus.

26 [b] Omnes enim, filii Dei estis, per fidem in Christo Jesu.

ledictus est quisquis suspenditur in ligno:

14 Ut in Gentibus esset benedictio Abrahæ per Jeschua Christum: ut nos acciperemus promissionem Spiritus per fidem.

15 Fratres mei, ut qui inter filios hominis *loquuntur*, loquor. [4] Pactio filii hominis, quòd cōfirmata est, nullus rejicit, aut mutat in eo quicquam.

16 Abrahæ autem [5] promissa est promissio & semini ejus. Neque dicit ei, Seminibus tuis, tamquam multis, sed semini tuo, tamquam uni, qui est Christus.

17 Hoc autem dico, quòd pactionem quæ antè confirmata fuit a Deo in Christo, Lex quæ fuit post quadringentos & triginta annos, non potest rejicere, & irritam facere promissionem.

18 Si verò ex Lege esset hæreditas, igitur non esset ex promissione: Abrahæ verò per promissionem eam tradidit Deus.

19 Quid igitur Lex? Propter transgressionem addita fuit, donec veniret semen illud cui facta est promissio, & data est Lex [6] per manum Angelorum, per manum mediatoris.

20 Mediator autem nō est unius: Deus verò unus est.

21 Lex igitur contraria est promissioni Dei? Absit. si enim data fuisset Lex quæ posset vivificare, verè ex Lege fuisset justitia.

22 Sed comprehēdit Scriptura omnia sub peccatum, ut promissio per fidem Jeschua Christi daretur illis qui credunt.

23 Priusquam autem venisset fides, Lex custodiebat nos comprehensos ad illam fidem quæ erat revelanda.

24 Lex igitur pædagogus fuit nobis ad Christum ut ex fide justificaremur.

25 Quum venit autem fides, non sumus sub pædagogo.

26 [7] Omnes enim vos filii estis Dei per fidem Jeschua Christi.

[a] 1. Conclusio omnium superiorum, de quibus inquinti & sexti argumenti tractatione disseruit, nempe & gentes fieri in Christo gratuitæ benedictionis Abrahami participes, & Judæos etiā ipsos, quibus se accenset Apostolus, nō nisi per fidem consequi promissam illam Evangelii gratiam, quam Spiritū vocat. Distinctè verò Apostolus & his & illis cōclusionem applicat, aditum sibi parans ad sequens argumentum, in quo explicat nō alterquàm fide in Christū posse coalescere semen illud unicum Abrahæ ex omnibus populis conflatum.

[b] 1. Sequenti argumento, quod septimū est ordine, duo axiomata præponit: unum, Ritè pacta & conventa inter homines, rescindere nō licere, nec quicquam eis adjicere: alterum, sic pactū esse Deum cū Abrahamo, ut ejus sobolem quæ ex Judæis & ex Gentibus composita est (sicut ex præcedētibus apparet) in unū corpus colligeret, ut qui non dicat se Deum fore Abrahæ & seminibus ejus (quòd tamen dicendum esset, si plura haberet diversa semina, nempè Gentes seorsim, & seorsim Judæos) sed se Deum fore Abrahæ & ipsius semini, quasi uni.

[c] Utat exemplo quod sumam ex medio & promiscuo hominum usu, ut nos pudeat minùs tribuere Dei quàm hominum pactis.

[d] Quod vulgò dicunt authenticam.

[e] 1. Proponit septimi argumenti summam, nempè in uno Christo tum Gentes tum Judæos, in unum seminis Abrahæ corpus coalescere, ut omnes sint unus Christus: sicut infrà explicatur versu 28.

[f] Non agit Paulus de Christi persona, sed de duobus populis qui in unum, nimirùm Christum, coalescebant.

[g] 1. Argumentum octavum à comparatis. Si authenticum hominis pactum firmum manet, multò magis Dei pactum. Ergò Lex non fuit lata, ut abrogaret promissionem cum Abrahamo sancitam, quæ in Christum respiciebat, id est, cujus exitus à Christo pendebat.

[h] Quæ ferebat in Christum.

[i] 1. Amplificatio argumenti, Promissionem illam præterquàm quòd per se firmissima est, longissimi etiam tēporis præscriptione, nempè 430. annorum, fuisse confirmatam, ut infringi nullo pacto potuerit.

[k] 1. Objectio. Fatemur promissionem non abrogari Legis pacto, ideóque Legem cum promissione conjungimus. Imò, inquit Apostolus, stare hæc duo simul non possunt, nempè ut hæreditas ex Lege simul & promissione detur, quum promissio sit gratuita: ex quo consequitur, Legem non esse datam justificandi causa, quoniam ita infringeretur promissio.

[l] Hæreditatis nomine significatur jus seminis, ut Deus sit Deus noster, id est, ex pacti formula cum Abrahamo fideli, ut & ipsi fideles benedicamur.

[m] 1. Objectio ex superiore responso nascens: si non est ex Lege hæreditas, saltem aliqua ex parte: quorsum igitur data jampridem promissione, lata est Lex? Idcircò, inquit Apostolus, ut homines coargueret peccati, ac proinde doceret in Christum respicere, in quo tandem promissio illa omnium populorum simul servandorum impleretur: nedum ut sit lata Lex hominibus justificandis.

[n] Ut homines intelligerent patefactis transgressionibus, se sola Dei gratia, quam Abrahamo patefecerat, servari, idque in Christo.

[o] Donec diruta macerie, surgeret plenum semen illud coagmentatum ex utroq; populo, Judæis & Gentibus: seminis enim nomine, non Christus per se, sed cum suo corpore conjunctus intelligendus est.

[p] 1. Confirmatio superioris responsionis, ex ipsa ferendæ Legis ratione ac forma desumta. Lata enim est, magnum omnibus terrorem incutientibus Angelis, & interveniente Mose internuncio. Internuncio porrò opus non est uni, sed duobus, minimùm, isque dissidentibus. Lex ipsa igitur & internuncius, testimonia fuerunt iræ Dei, nedum ut hoc modo vellet Deus homines sibi reconciliare, abolita promissione, aut Lege ad promissionem adjecta.

[q] Imperata sive edicta.

[r] Opera & ministerio.

[s] 1. Occupatio, nequis objiciat, interdum ex contrahentium voluntate aliquid adjici pactis, aut priora etiam pacta rescindi. Hoc, inquit Apostolus, in Deum non cadit, qui semper unus est, id est, idem ac sui similis.

[t] 1. Conclusio per interrogationem enunciata, eadem quidem atque illa quæ expressa est suprà ver. 17. sed ex alio antecedente nascens, ut novum sit argumentum ejusmodi, Deus est sui semper similis: Lex igitur non est lata ut promissiones aboleat. Aboleret autem si vivificaret, quia sic justificaret, ac proinde aboleret justificationem illam Abrahæ & semini ejus promissam ex fide. Imò potiùs lata est, ut omnium reatum patefaceret, quo contingentes ad Christum promissum, omnes credentes gratis in eo justificarentur.

*Rom. 1. 9.

[x] Legem Scripturæ nomine intelligit.

[y] Omnes homines, & quicquid ab homine proficiscitur.

[y] In singulis verbis latet enthymema operum merita convellens: nam promissio, fides, Christus, daretur, credentibus, meritis adversantur.

[z] 1. Jam subsequitur secundæ partis hujus epistolæ altera tractatio, cujus status est, Etiamsi non justificet Lex (i. tota illa legalis œconomia) an propterea sit abolenda, quum Abrahamus ipse circumcisus fuerit, & ejus posteri Legis Mosaicæ usum retinuerint. Affirmat autem Paulus abolendam fuisse, quoniam idcircò fuit instituta, ut veluti custos ac pædagogus esset populi Dei, tantisperdum reipsa appareret promissio, id est, Christus & Evangelium manifestè ac summa cum Spiritus efficacia promulgatum.

[a] Causam finalem notat.

[b] 1. Quoniam ætas conditionem servorum non mutat, addit nos conditione esse liberos, ac proinde ex puericia egressis jam non opus esse custodia

[y] I pædagogo.

[4] 5. vel pactionem filii hominis quæ cōfirmata est, &c. aut etiam testamentum.

[5] Id est, Edita, Hebraismus.

[6] 5. vel in manu Angelorū. vide quæ in Act. 7. in Parallelis sacris adnotavimus. Sed quid si exponamus, inter Angelos? nā etiam nomen Syrū pro spatio sumitur metonymicè. Est igitur באידא in spatio, id est inter: quemadmodum non obscurè sumitur 2. Tim. 1. 2.

[7] In Syriaca voce hac, significante Omnes vos, prima litera typographi incuria omissa fuit: posuit enim ולכון pro בולכון.

27 Qui enim in Christo baptizati estis, Christum induistis.

28 Non est Judæus, neque [8] Gentilis: non est servus, [9] neque præditus libertate: non est masculus, neque fœmina: omnes enim vos unum estis in Jeschua Christo.

29 Et si Christi estis, ergo semen estis Abrahæ, & hæredes per promissionem.

[8] F. Syrè, Aramæus: ut anteà sæpè.
[9] Ad verb. Filius libertatis. Hebraismus.

27 [c] Nam quicumq; in Christum [d] baptizati fuistis, [e] Christo fuistis induti.

28 Non est Judæus neque Græcus, non est servus neque liber, non est masculus ac fœmina. omnes enim vos [f] unus estis in Christo Jesu.

29 Quòd si vos *estis* Christi, nempe Abrahami semen estis, & secundùm promissionem hæredes.

[c] B. Particula universali usus, ne videretur saltem Judæi obstringi Legis vinculo, pronũciat Baptismum esse omnibus credẽtibus communem, quod sit nostræ in Christo liberationis pignus, tum Judæis tum Græcis, ut verè hoc modo omnes sint unus in Christo, id est, semen illud Abrahæ promissum, ac vitæ æternæ hæres. [d] Tacitè circumcisioni quam jactabant pseudoapostoli opponit Baptismum. [e] Ecclesiam oportet Christo tamquam veste operiri, & sub eo delitescere ut sancta sit prorsus, & irreprehensibilis. [f] Unius instar: sic summa conjunctio significatur.

CAPUT QUARTUM.

[1] A tutela Legis emancipatos [4] Christi adventu, qui ejus est finis, [9] absurdum est ad egenas superstitiones relabi. [11] Revocat ergo eos ad puritatem doctrinæ Evangelij: [21] & pulcra allegoria suam disputationem exornat.

Dico autem quòd quanto tempore hæres puer est, non differt à [1] servis, quum dominus sit omnium:

2 Sed sub tutoribus est & curatoribus usque ad tempus quod constituit pater ejus.

3 Ita etiam nos, quum parvuli essemus, sub elementis mundi in servitutem redacti eramus:

4 Quum autem advenit complementum temporis, misit Deus Filium suum, & factus est ex muliere, & factus est sub Lege:

5 Ut eos qui sub Lege erant redimeret, & reciperemus adoptionem filiorum.

6 Quoniam autem estis filii, misit Deus spiritum filii sui in corda vestra, qui vocat [2] Abba Patrem nostrum.

7 Itaque non estis servi, sed filii: & si filii, etiam hæredes Dei [3] per Jeschua Christum.

8 Tunc enim quum ignoraretis Deum, serviebatis illis qui natura non erant dii:

9 Nunc autẽ quum cognoscatis Deum, & potiùs quum [4] cogniti sitis a Deo, denuò conversi estis ad hæc elementa infirma & egena, [5] & ab integro vultis subjici illis.

10 Dies & menses & tempora & annos observatis.

11 Metuo ne frustrà laboraverim erga vos.

12 Estote sicut ego, propterea quòd ego quoque sicut vos factus sum, fratres mei, peto a vobis, nihil deliquistis in me.

13 Nostis autem quòd per infirmitatem carnis meæ evangelizator vester fuerim a principio:

14 Et tentationem carnis meæ nõ sprevistis neque repulistis: sed tamquam Angelum Dei suscepistis me, & sicut Jeschua Christum.

[1] F. alii, servo.
[2] Vide quæ Marci 14. annotavimus in Pater, Pater mi.
[3] Ad verb. Per manũ Jeschua Christi. Hebr.
[4] Vel cognitione donati sitis F. sed illud Syro verbo respondet magis.
[5] Ad verb. Et ab eo quod est caput. Proximè ad hanc phrasin accedit Gallica, Derechef.

Hoc [a] autẽ dico, Quamdiu hæres infans est, nihil differt a servo, quamvis sit dominus omnium:

2 Sed sub tutoribus & curatoribus est [b] usque ad tempus quod pater præstituerit.

3 Ita & nos, quum essemus infantes, sub [c] elementis mundi eramus in servitutem redacti:

4 [d] At postquam venit [e] plenum tempus, emisit Deus Filium suum factum ex [f] muliere, factum Legi subjectum:

5 Ut eos qui Legi erant subjecti redimeret, *ut [g] adoptionem acciperemus.

6 [h] Quoniam autem estis filii, [i] emisit Deus [k] Spiritum Filii sui in corda vestra, clamantem, Abba, *id est*, Pater.

7 [l] Itaque non ampliùs es servus, sed filius: quòd si filius, etiam [m] hæres Dei per Christum.

8 [n] Imò tum quidem ignorantes Deũ, serviebatis iis qui natura non sunt dii.

9 At nunc, quum cognoscatis Deum, imò potiùs cogniti sitis a Deo, quomodo convertitis *vos* retrorsum ad infirma & [o] egena elementa, quibus [p] ad superiora regressi servire vultis?

10 Dies observatis, & menses, & præstituta tempora, & annos.

11 Metuo de vobis, ne frustrà fatigatus sim apud vos.

12 [q] Estote quasi ego: nam & ego *sum* quasi vos: fratres, deprecor vos. nulla in re me affecistis injuria.

13 Nostis autem me per [r] infirmitatem carnis vobis priùs evangelizâsse:

14 Et [s] explorationem mei quę *fiebat* in carne mea, non pro nihilo habuistis, neq; respuistis: sed me ut Angelum Dei, ut [t] Christum Jesum, excepistis.

[a] B. Declarat alia duplici similitudine qd̃ de custode ac pædagogo paulò antè dixerat. Legem (id est, totam illã Legalem œconomiam) dicit fuisse instar tutoris sive curatoris ad certum tẽpus dati tantisper dũ finita illa tẽporaria tutela, juris nostri fieremus, ac tandem ut filii, non ut servi viveremus. Sed & obiter Legale illud regimen velut alphabeti & rudimentorum instar fuisse docet, præ illa Evangelii doctrina.
[b] Hoc additur, quoniam qui est sub perpetua tutela & curatione, vix potest liber censeri.
[c] Lex vocatur elementa, quia illa velut rudimentis Deus ecclesiã suã erudivit: posteà pleno cornu effudit Spiritũ sanctum tempore Evangelii.
[d] B. Multa simul tradit, nẽpè suo tẽpore finitam fuisse tutelam, ut desinant curiosi homines quærere cur tam diuturna fuerit illa pædagogia: itẽ nos non esse natura filios, sed ex adoptione, idque in illo Dei Filio, qui carnem nostram idcircò induerit, ut fratres ipsius fieremus. [e] Plenum dicitur tempus, cujus omnia spatia sunt peracta: itaque nec seriùs nec tardiùs venire debuit Christus.

fuit enim incorrupta. *Rom. 5. 11. [g] Adoptio filiorum est æterna, sed suo tempore exhibetur. [h] B. Ostendit sic nos esse liberos & nostri juris factos, ut interea nos Spiritu Christi gubernari oporteat, qui in cordibus nostris regnans verum Patris cultum nos doceat. Sed hoc non est servire, sed vera potiùs libertate frui, ut filios & hæredes decet. [i] Ex consequente antecedens colligit. [k] Spiritum sanctum, qui Patris est, & Filii Spiritus peculiari autem ratione dicitur Spiritus Filii, quia per eum obsignatur nostra in illum adoptio. [l] Servus non dicitur hoc loco qui peccato serviat, quod est infidelium, sed qui sub ceremoniis adhuc degit, quod est Judæorum. [m] Particeps bonorum. [n] B. Applicat superiorem doctrinam Galatis peculiari cum reprehensione. Poterant enim Judæi præ illis aliquam excusationẽ prætexere, ut qui in illo Legali cultu fuerant nati & educati: Galatæ verò quum ex idololatria ad Christianam libertatem asciti fuissent, quo prætextu poterant ad illa rudimenta regredi?
[o] Egena & impotentia vocantur elementa in sese, & seorsum à Christo: deinde quòd ea ratione ipsi sese egenos esse in Christo testarentur, quum tamen à Christo ad ceremonias relabi nihil aliud sit, quàm, relictis opibus, inania sectari. [p] Retroflexis vestigiis. [q] B. Temperat quæcumque potestas videri acerbiùs dixisse, mirò atque adeò planè divino artificio, sic declarans suam in illos benevolentiam, ut necesse fuerit Galatas hæc legentes, vel prorsus esse desperatos, vel cum lacrymis levitatem suam agnoscere ac deprecati. [r] Per varias afflictiones. [s] Has ipsas vexationes quotidianas quibus Dominus me exploravit inter vos.
[t] Mei ministerii causa.

15 [v] Quæ igitur erat beatitatis vestræ prædicatio? testimonium enim reddo vobis, vos, si fieri potuisset, oculos vestros effossos daturos mihi fuisse.

16 Itaque *num* inimicus factus sum vobis dum vobis vera loquor?

17 Ambiunt vos[x] nō benè, imò excludere nos volunt, [y] ut se ambiatis.

18 Præclarum est autem [z] vehementer amare, in re bona semper, & non solùm dum præsens sum apud vos.

19 Filioli mei, quos iterum parturio, usquequò formetur Christus in vobis.

20 Velim autem nunc adesse apud vos, & [a] mutare vocem meam: quoniam hæsito in vobis.

21 [b] Dicite mihi qui sub Lege [c] vultis esse, Legem non auditis?

22 Scriptum est enim Abrahamū duos filios habuisse: unum ex ancilla, & unum ex libera.

23 *Sed is qui ex ancilla *natus est*, [d] secundùm carnem natus est: * qui verò ex libera, [e] per promissionem.

24 Per quæ aliud figuratur. Nam hæ [f] sunt [g] duo illa pacta: unum quidem quod est Agar ex monte [h] Sina, generans *prolem* ad servitutem.

25 Istud enim Agar, est Sina mons in Arabia: [i] eadem autem serie respondet ei Hierosolymæ quæ nunc *est*, [k] servitque cum filiis suis.

26 Illa verò quæ [l] sursum est Hierusalem, libera est, quæ est mater omnium nostrûm.

27 [m] Scriptum est enim, *Lætare sterilis quæ non paris: erumpe & clama quæ non parturis: quoniam plures sunt liberi [n] desertæ, quàm ejus quæ habet virum.

28 *Nos igitur, fratres, [o] secūdùm Isaacum [p] promissionis filii sumus.

29 Sed quemadmodum tūc is qui [q] secūdùm carnem genitus fuerat, persequebatur eum qui natus erat [r] secūdùm Spiritum: ita & nunc *fit*.

30 Sed quid dicit Scriptura? *Ejice ancillam & filium ejus. Nequaquā enim hæres erit filius ancillæ cum filio liberæ.

31 [s] Nempè, fratres, non sumus ancillæ filii, sed liberæ.

15 Ubi igitur beatitas vestra? Testor enim de vobis, quòd si possibile fuisset, oculos vestros effodissetis, & dedissetis mihi.

16 Numquid inimicus factus sum vobis, quòd prædicavi vobis veritatem?

17 Zelotypia laborant erga vos, [6] nō in re bona, sed [7] includere vos volunt ut vos sitis zelotypia laborantes erga eos.

18 Bonum est autem ut zelotypia corripiamini in rebus bonis omni tempore, non autem quum sum apud vos solummodò.

19 Filii mei, quos ab integro parturio donec formetur in vobis Christus.

20 Vellem autem esse apud vos jam, & mutarem [8] vocem meam: propterea quòd obstupesco propter vos.

21 Dicite mihi vos [9] qui cupiunt ut sint sub Lege, Legem ipsam non auditis?

22 Scriptum est enim quòd Abrahæ duo filii erant, unus ex ancilla & unus ex libera.

23 Sed is qui ex ancilla, secundùm carnem natus est: is verò qui ex libera, per promissionem fuit.

24 Hæc autem sunt allegoriæ duarum pactionum, una est quæ ex monte Sinai generat in servitutem, quæ est Hagar.

25 Hagar enim mons [10] est Sinai qui est in Arabia, & consentit cum ista Urischelem, & servit servitutem ipsa & filii ipsius.

26 Ipsa verò Urischelem superior, libera est, quæ est mater nostra.

27 Scriptum est enim, Exsulta sterilis quæ non paris, & erumpe & clama quæ non parturis: propterea quòd multiplicati sunt filii [11] devastatæ magis quàm filii habentis virum.

28 Nos autem, fratres mei, secundùm Isaacum filii promissionis sumus.

29 Et sicut tunc is qui natus erat secundùm carnem, persequebatur eum qui secundùm spiritum, ita etiam nunc.

30 Sed quid dicit Scriptura? Ejice ancillam & filium ejus: eo quòd nō erit hæres filius ancillæ cum filio liberæ.

31 [12] Nos igitur, fratres mei, non sumus filii ancillæ, sed filii liberæ.

[v] Quantus ubique rumor erat hominū, vos beatos prædicantium?
[x] Nam cōmodi sui privati causa depetunt.
[y] Ut omnem amorem à me in ipsos transferatis.
[z] Bonam suam zelotypiā, perversæ pseudoapostolorum opponit.
[a] Aliis verbis apud vos uti.
[b] 3. Quoniam pseudoapostoli perpetuò urgebant, nisi Gentes circūciderentur, Christum eis nihil profuturum, & istud dissidium eorū qui ex circūcisione crediderant adversus incircumcisos credentes; plenū erat offendiculi; Apostolus post varia argumenta, quibus illorum errorem refutavit, profert allegoriam, in qua dicit Spiritum sanctū adumbrasse omnia hæc mysteria: fore videlicet, ut duo filiorū genera Abrahamum communem patrem haberent, sed planè diverso exitu. Sicut enim Abrahamus ex Agara ancilla extranea genuit Ismaëlem vi naturæ ordinariæ: ex Sara verò ingenua sustulit Isaacū, vi promissionis, & ex sola gratia: quorum ille non modò nō fuit hæres, sed etiam hæredē est persequutus: ita duas esse pactiones, & velut duplices ex duabus illis pactionibus tamquam matribus nasci Abrahamo filios. Unam igitur latam fuisse in Sina extra terram promissam, secundùm quam pactionem geniti sint Abrahæ filii secundùm carnem, Judæi videlicet, ex illa pactione (id est, ex Lege) quærentes justitiam: at non hæredes, imò tandem ex domo ejiciendi, ut qui veros hæredes persequantur. Alteram verò in illa sublimi Hierusalem, sive in Sione (ipsius videlicet Christi sacrificio) sancitam, quæ filios promissionis gignat: virtute nimirùm Spiritus sancti credentes, & in promissione gratuita instar Abrahæ acquiescentes, qui soli, expulsis illis servis, sint filiorum jure, patriæ hæreditatis futuri participes. [c] Qui ultrò apperitis. *Gen.16.15.
[d] Consueto hominum more, & naturæ vi ordinaria. *Gen.21.2. [e] Vi promissionis, quam Abrahamus sibi & vero suo semini apprehendit. Nam alioqui effœti erant Abrahamus & Sara. [f] Figurant & adumbrant. [g] Duæ dicuntur pactiones, una veteris, altera novi testamenti: quæ tamen reipsa duæ non fuerant, sed temporum & œconomiæ ratione. [h] Sinæ facit mentionem, quòd in eo monte sancita fuit illa pactio, quam adumbrabat Agar.
[i] Quam rationem habet Agar ad filios suos, eamdem Hierusalem habet ad suos. [k] Sub Sina. [l] In sublimi, id est, excellenti loco posita. [m] 2. Ostendit se in hac allegoria sequutum Esaiæ Prophetæ vestigia, qui pronunciārit Ecclesiam constituendam ex filiis Saræ sterilis, id est ex iis qui merè spiritualiter per fidem fierent Abrahæ filii, potiùs quàm ex Agara fœcunda: jam tum prædicens Judæorum rejectionem & Gentium vocationem. *Esa.54.1.
[n] Destructæ & excisæ. *Rom.9.8. [o] Exemplo Isaaci, qui cælestis Hierusalem est primogenitus, velut Ismaël servæ synagogæ. [p] Semen illud ad quod pertinet promissio. [q] Naturæ vi ordinaria. [r] Divinitùs & spirituali ratione. *Gen.21.10. [s] 2. Conclusio superioris allegoriæ, Nullo modo accersendam esse Legalem servitutem, quum ancillæ filii non sint hæredes.

[6] F. Syrè, non est ad bonum. Pleonasmus.
[7] F. vel excludere, nam Syrū verbū est claudere pro auctoritate, sive intùs, sive foris.
[8] Ad verb. Filiā vocis meę. Id est, Orationem & verba mea nutricum more adversū captum accōmodarem. De filia vocis vide quæ scripsimus Act.12.
[9] A secunda ad tertiam personam transit: & exponi potest, Dicite (inquā) vos qui ex eorum numero estis qui delectantur Legi subjici. F. nisi conjunctionis [illegible] statuatur, & quicumque volūt sub lege esse. verūque verò, sive enallage sive ellipsis, non est Hebræis & Syris insolens.
[10] Id est, Per allegoriā designat montem Sinai.
[11] F. vel desolatæ.
[12] Ultimus versus in impresso Syro Codice omittebatur, sed nos ex manuscripto Heidelbergensi restituimus.

CAPUT QUINTUM.

[1] *Quia ex libera ortos esse dixit, admonet quantum sit pretium tantæ libertatis:* [15] *qualiter ea sit utendum:* [16] *ut spiritui obediant,* [19] *& resistant carni.*

IN libertate igitur qua Christus nos liberavit, perstate, & ne regrediētes implicamini servitutis jugo.

STate igitur in libertate ea qua Christus liberavit nos: neque subjiciatis vos jugo servitutis.

2 Ecce

2 Ecce ego Paulus dico vobis quòd si circumcidamini, Christus nihil prodest vobis.

3 Contestor autem rursus omnem filiũ hominis qui circumciditur, quòd debitor est ut universam Legem impleat.

4 Exclusi estis a Christo qui in Lege justificamini, & a gratia excidistis.

5 Nos enim per spiritum qui est ex fide, spem justitiæ exspectamus.

6 In Christo enim ʃeschua circumcisio non est quicquam, neque præputium, sed fides quæ perficitur dilectione.

7 Pulcrè currebatis, quis est qui turbavit vos ut veritati non acquiesceretis?

8 Persuasio vestra non fuit ex eo qui vocavit vos.

9 Fermenti modicum totam massam fermentat.

10 Ego fiduciam habeo de vobis in Domino nostro, quòd nihil aliud cogitatis: & is qui turbavit vos, ipse feret judiciũ, quisquis ille sit.

11 Ego autem, fratres mei, si adhuc circumcisionem prædicarem, cur persequutionem paterer? Numquid irritum factũ est offendiculum crucis?

12 Utinam autem [t] etiam abscindendo abscindantur illi qui conturbant vos.

13 Vos autem in libertatem vocati fuistis, fratres mei: tantummodò ne sit libertas vestra ad occasionem carnis, sed per dilectionem estote subjecti alius alii.

14 Tota enim [z] Lex in uno verbo completur, in eo *videlicet*, Diliges proximum tuum sicut teipsum.

15 Si autem unus alium [3] mordeatis & devoretis, videte ne unus ab alio consumamini.

16 Dico autem ut spiritu ambuletis, & [4] concupiscentiam carnis nunquamperficiatis.

17 Nam caro concupiscit id quod oppositum est spiritui, & spiritus concupiscit id quod oppositum est carni: & ambo cõtraria sunt [5] invicem, ut non id quod volueritis faciatis.

18 Si autem spiritu ducimini, non estis sub Lege.

19 Nota sunt enim ipsa opera carnis: quæ sunt, scortatio, impuritas, [6] luxus,

20 Cultus simulacrorum, veneficium, inimicitiæ, contentio, æmulatio, ira, calumniæ, dissidia, schismata,

21 Invidiæ, cædes, ebrietas, comessatio, & omnia his similia. Et illi qui hæc agunt, sicut antè dixi vobis, etiam nunc dico, quòd regni Dei non erunt hæredes.

[t] i. Prorsus abscindantur. Hebraismus.

[z] Subaudi, Secundæ tabulę. ד. Respicit autem ad pios & Christi membra. Nam cùm Christus τὰ πᾶσι τὸν Θεὸν, ipsis consummaverit: id est reliquum nostri officii, ut in iis quæ ad proximum spectant occupemur. quapropter hæc in scripturis complementũ Legis (pura qd nobis restat) appellantur.

[3] Syrum verbũ ab Hebræo videtur mutuatus esse paraphrastes, trãspositis literis, & Ψ mutato in Π: quæ mutatio ordinaria est in hac lingua, ut in Chaldæa.

[4] Ne perficiatis opere quod caro concupiscit, neque exsequamini quod illa meditatur.

[5] Ad verb. Unum alteri.

[6] Ad ver. Fœtor. ד. nimirũ qui nascitur ex effœminata libidine, quę a Selga Pamphyliæ opido nomen habet.

2 [a] *Ecce, ego Paulus dico vobis, [b] si circumcidamini, Christum nihil vobis profuturum.

3 Testor enim rursùm omni homini qui circumciditur, eum esse debitorẽ totius Legis servandæ.

4 [c] Inanes facti estis *separati* a Christo, *quicumque [d] per Legem justificamini: & a gratia excidistis.

5 [e] Nos enim [f] Spiritu ex fide, spem justitiæ exspectamus.

6 [g] Nam in Christo ʃesu neque circumcisio quicquam valet, [h] neque præputiũ: [i] sed [k] fides per charitatem efficax.

7 [l] Currebatis benè, quis vos interrupit ut non obsequeremini veritati?

8 [m] Hæc persuasio non *est profecta* [n] ex eo qui vocat vos.

9 [o] * Paulum fermenti totam massam fermentat.

10 [p] Ego confido de vobis in Domino, vos nihil aliud esse sensuros: sed qui turbat vos, auferet condemnationem, quisquis fuerit.

11 [q] Ego autem, fratres, si circumcisionem etiã prædico, quid adhuc persequutionem patior? nempè inane redditũ fuerit offendiculum crucis.

12 [r] Utinam etiã abscindantur qui vos [s] inquietant.

13 Vos enim ad libertatem vocati estis, fratres: [t] tantùm ne libertatem *arripite ut datam* carni occasionem, sed ex charitate servite alii aliis.

14 [v] Nam [x] tota Lex uno dicto completur, isto *videlicet*, * Diliges proximũ tuum ut teipsum.

15 [y] Quòd si alii alios mordetis & exeditis, videte ne vicissim alii ab aliis consumamini.

16 [z] *Hoc* autem dico, * spiritu ambulate, & quod concupiscit caro, ne perficite.

17 Nam [a] caro concupiscit adversus spiritum, spiritus autem adversus carnem: hæc autem inter se opposita sunt, ut non quæcumque volueritis, eadem faciatis

18 Quòd si spiritu ducimini, non estis sub Lege.

19 [b] Porrò manifesta sunt opera carnis: quæ sunt, adulterium, scortatio, impuritas, lascivia,

20 Idololatria, veneficium, inimicitiæ, lites, æmulationes, excandescentiæ, rixæ, dissidia, hæreses,

21 Invidiæ, cædes, ebrietates, comessationes, & his similia, quæ prædico vobis, prout etiam prædixi: eos *videlicet* qui talia agunt, regni Dei non fore hæredes.

[a] 2. Altera obtestatio, qua diserè testatur justitiam operum & justitiã ex fide nõ posse simul stare, quoniam nemo ex Lege justificari potest, nisi qui plenè ac perfectè illam præstat. Arripit autem circumcisionis exemplum, quoniã ea erat totius Legalis cultus basis, & præcipuè urgebatur a pseudoapostolis.

* *Act. 15. 1.*

[b] Circumcisio, aliàs sigillum justitiæ dicitur: sed hic observanda est circumstantia temporis, quo Baptismus Circũcisioni successerat. Præterea disputat Apostolus ex adversariorum hypothesi, qui Circumcisioni salutis partem adscribebant.

[c] Vacui, id est, ut posteà explicat, a gratia excidistis.

* *1. Cor. 1. 17.*

[d] i. Quæritis per Legem justificati, revera enim nemo per Legem justificatur.

[e] 3. Tacitè comparat novum populum cum vetere. Certum enim est hunc quoque in fide nõ in circumcisione spem omnẽ justitiæ ac vitæ fundasse, sed ita ut eorũ fides esset ceremoniali & externo cultũ implicita, nostra autem fides nuda est, ac spirituali cultu contenta.

[f] Spiritus qui fidem gignit.

[g] 5. Ratio additur, Quia nũc circumcisio est abolita, Christo nobis exhibito cum plena spiritualis circũcisionis ubertate.

[h] 3. Facit etiam præputii mentionem, ne sibi Gentes in eo placeant, ut Judæi in circumcisione.

[i] 2. Occupatio. Si abolitus est totus ille Legalis cultus, qua in re igitur nos exercebimus? in charitate, inquit Paulus. Neque enim fides de qua agitur, otiosa esse potest, imò assiduos charitatis fructus edit. [k] Sic vera fides ab adulterina distinguitur, non autem charitas fidei tamquam justificationis *causa*, adjungitur. [l] 2. Iterum objurgat Galatas, sed cum admiratione & superioris etiam cursus laude, quò plus verecundiæ ipsis incutiat. [m] 3. Agit ex Apostolica auctoritate, negans posse ex Deo esse illam doctrinam suæ repugnantem. [n] Ex Deo. [o] 2. Hoc addit, ne de re parvi momenti videatur contendere, solicitè monens similitudine a fermento sumta, qua Christus etiam ipse usus est) ne vel minimo vitio patiantur puritatem Apostolicæ doctrinæ infici. * *1. Cor. 1. 6.* [p] 2. Mitigat superiorem increpationem, derivans culpam in pseudoapostolos, quibus horrendum judiciũ Dei denunciat. [q] 2. Jubet eos considerare quàm hac in re suum commodum non quærat, quum ipsi liceat hominum odia vitare, si velit Judaismum cum Christianismo conjungere. [r] 2. Exemplum veri pastoris, zelo gloriæ Dei & gregis sui charitate inflammati. [s] Qui enim Legem prædicant, cogunt conscientias perpetuò trepidare. [t] Tertia pars epistolæ docens rectũ Christianæ libertatis usum in eo positum esse, ut a peccati seu carnis servitute manumissi, & spiritui parentes, alii aliorum saluti serviamus, ex charitate. [v] 2. Charitatem proximi proponit tamquam scopum ad quem Christiani omnes actiones suas referant, citato Legis testimonio. [x] Ad secundam tabulam restringi debet. * *Levit. 19. 18. Matth. 22. 39. Mar. 12. 31. Rom. 13. 9. Jac. 2. 8.* [y] 2. Exhortatio ad charitatis officia, ab utili: quoniam nulli sibi pejus consulant, quàm qui mutuò se oderunt.

[z] 2. Agnoscit maximam piorum imbecillitatem, quòd ex parte sint regenerati: sed monet ut meminerint se donatos esse Dei Spiritu, qui eos a servitute peccati, ac proinde a Lege, asseruerit, quatenus est peccati vitius, ne cupiditatibus sese dedant. * *Rom. 13. 14. 1. Pet. 2. 11.*

[a] In uno enim eodémque homine regenerato caro habitat, regnat autem spiritus, non tamen sine lucta, quod copiosè explicatur Roman 7.

[b] Quod in genere dixerat, particulatim explicat, præcipua aliquot carnis effecta recensens, eáque Spiritus fructibus opponens, ut nemo possit ignorantiam prætexere.

22 At[c] fructus ſpiritus, eſt charitas, gaudium, pax, iræ cohibitio, benignitas, bonitas, fides, lenitas, continentia.

23 [d] Adverſus ejuſmodi non eſt Lex.

24 Qui enim *ſunt* Chriſti, carnem crucifixerunt cum affectibus & cupiditatibus.

25 [e] Si vivimus ſpiritu, ſpiritu etiam incedamus.

26 [f] Ne ſimus inanis gloriæ cupidi, alii alios provocantes, alii aliis invidentes.

22 Fructus autem Spiritus ſunt, dilectio, gaudium, pax, longanimitas, benignitas, bonitas, fides, manſuetudo, [7] continentia.

23 [8] Adverſus hos lex non eſt poſita.

24 Illi autem qui Chriſti ſunt, carnem ſuam crucifixerunt cum omnibus morbis ejus & concupiſcentiis ejus.

25 Vivamus igitur ſpiritu, & ſpiritui [9] conſentiamus:

26 Et ne ſimus [10] vacui gloria, ut ignominia afficiamus unus aliũ, & invideamus vnus alii.

[c] Non ſunt igitur fructus liberi arbitrii niſi quatenus a gratia liberatum eſt.

[d] 8. Nequis objiceret Paulum agere ſophiſtã, ut qui Spiritum urgendo, nihil aliud quàm quod Lex præcipit, urgeret. oſtendit ſe nõ literalem illã & externam, ſed ſpiritualem obedientiam requirere, quæ non ex Lege promanet, ſed ex Chriſti Spiritu nos regenerante, quem oporteat eſſe noſtræ vitæ moderatorem.

[7] 7. vel patientia: ut alibi paſſim.

[8] Adverſus eos qui ejuſmodi fructus edunt.

[9] 7. vel perfectè adhæreamus.

[10] 7. vel inanes gloria, id eſt, κενοδοξοι evidentius.

[e] Si verè donati ſumus illo Spiritu vivifico, qui facit ut peccato mortui, Deo vivamus, hoc reipſa, id eſt ſancta vita, teſtemur.

[f] 8. Adjicit peculiares exhortationes, prout noverat Galatas certis vitiis eſſe obnoxios, ac primùm quidem ambitionem cavendam eſſe docet, quæ duas habet comites, obtrectationem & invidiam, unde infinitas contentiones & injurias neceſſe ſit exoriti.

CAPUT SEXTUM.

[1] *Agit jam in ſpecie de Charitate erga delinquentes & lapſos,* [6] *erga Miniſtros Verbi,* [10] *erga domeſticos fidei,* [12] *non quemadmodum falſi Legis Zelatores,* [13] *qui in carne mutilata gloriantur,* [14] *non autem in cruce Chriſti.*

FRatres, [a] etiam ſi [b] præoccupatus fuerit homo in aliqua offenſa, [c] vos ſpirituales [d] reconcinnate hujuſmodi hominem cum [e] ſpiritu lenitatis: [f] conſiderans *unuſquiſque* temetipſum, & ne tu tenteris.

2 [g] Alii aliorum onera portate: & ita complete [h] Legem Chriſti.

3 Nam ſiquis ſibi videtur aliquid, quum nihil ſit, hunc ſuus ipſius animus ſeducit.

4 Opus autem ſuum probatum reddat unuſquiſque: & tunc in ſemetipſo ſolo gloriationem habebit, & non in alio.

5 *[i] Nam unuſquiſque ſuum onus portabit.

6 *[k] Communicet autem qui inſtituitur in ſermone, cum eo qui ſe inſtituit, [l] omnia bona:

7 [m] Ne errate: Deus non irridetur. quicquid enim ſeminaverit homo, hoc & metet.

8 Nam qui ſeminat [n] carni ſuæ, ex carne metet interitum: qui verò ſeminat ſpiritui, ex ſpiritu metet vitam æternam.

9 [o]* Porrò ne benefaciendo ſegnes ſimus. Præſtituto enim tempore ſuo metemus, ſi non frangamur animo.

10 [p] Nempè igitur dum tempus opportunum habemus, ſimus benefici erga omnes, maximè verò erga domeſticos fidei.

11 [q] Videtis quàm longis literis vobis ſcripſerim mea manu.

12 Quicumque volunt [r] ſpecioſi apparere [s] in carne, ii cogunt vos circumcidi, tantùm ne ob [t] crucem Chriſti perſequutionem patiantur.

13 Nam ne ipſi quidem qui circumciduntur, Legem ſervant: ſed volunt vos

FRatres mei, ſi quis ex vobis præoccupetur in *aliquo* delicto, vos qui in ſpiritu eſtis, inſtaurate eum per ſpiritum lenitatis: & eſtote cauti, ne etiam vos tentemini.

2 Et geſtate onus alter alterius, ut ita impleatis legem Chriſti.

3 Siquis enim exiſtimat ſe eſſe aliquid, quum non ſit, ſeipſum fallit.

4 Sed quiſque opus ſuum probet, & tunc in [1] ſeipſo habebit gloriam ſuam, & non in aliis.

5 Unuſquiſque enim ſarcinam ſuam ipſius portabit.

6 Communicet autem is qui audivit verbum, ei qui [2] audire facit eum, in omnibus bonis.

7 Non erretis, Deus non illuditur. id enim quod ſeminaverit filius hominis, illud ipſum meſſurus eſt.

8 Qui in carne ſeminavit, de carne corruptionem meſſurus eſt: qui in ſpiritu ſeminavit, de ſpiritu vitam quæ eſt in æternum metet.

9 Et quum facimus quod bonum eſt, ne ſit moleſtum nobis: erit enim tempus quando metemus, & non erit moleſtum nobis.

10 Nunc igitur, dum tempus eſt nobis, operemur bona erga omnem hominem, & maximè erga [3] domeſticos fidei.

11 Videte has literas: ſcripſi vobis manibus meis.

12 Qui volunt gloriari in carne, illi cogunt vos ut circumcidamini, tantùm ut propter crucem Chriſti non patiantur perſequutionem.

13 Etenim ne ipſi quidem qui circumcidunt, obſervant Legem: ſed volunt ut

[a] 1. Importunum rigorè damnat, quòd fratrum reprehenſiones ſpiritu manſuetudinis oporteat eſſe temperatas.

[b] A carne & Satana.

[c] Qui virtute Spiritus ſuſtinemini.

[d] Nitamini in eo ſupplere quod deeſt.

[e] Sic loquuntur Hebr. ut omnes veras virtutes intelligamus a Deo proficiſci.

[f] 1. Attingit ulcus, quoniam ii ferè ſunt rigidiſſimi cenſores, qui ſuæ infirmitatis ſunt immemores.

[g] 2. Finem hunc eſſe reprehẽſionum oſtendit, ut fratrẽ collapſum erigamus, non autem ſuperbè opprimamus. unumquemq; igitur oportere non ex aliorum reprehenſione, ſed ex ſui ipſius approbatione laudabilem vitam ſectari.

[h] Chriſtus charitatis præceptum diſertè & peculiariter vocat ſuum mandatum.

*1. Cor. 3. 8.

[i] 2. Ratio cur homines oporteat in ſeſe potiſſimùm eſſe intentos: quoniam videlicet unuſquiſque non ex comparatione cum altero, ſed ex ſuiipſius vita coram Deo cenſebitur.

[1] Ad verb. Inter ipſum & animam ſuam erit gloria ejus. Hebraiſm.

[2] 7. i. docet ac inſtituit ipſum voce.

[3] 7. vide Act. 15. 32.

*1. Corinth. 9. 7.

[k] 2. Æquum eſt magiſtros pro facultatum ratione a diſcipulis ali.

[l] Quævis pro facultatum ratione.

[m] 3. Beneficentiam in egenos commendat, primùm omnium eos objurgans, quos non pudet hoc vel illud prætexere quominùs proximos juvent, quaſi Deum poſſint fallere: deinde eleemoſynam comparans ſationi ſpirituali quam conſequutura ſit ſpiritualis meſſis, ut nihil ſit ea lucroſius: avaram autem parſimoniam ſationi carnali, unde nihil niſi caducum & mox perituram colligatur.

[n] Hujus præſentis vitæ commodis.

[o] 8. In eos qui initio quidem ſunt benefici, ſed non perſeverant, quòd diutiùs videatur meſſis differri, perinde acſi unum & idem eſſet ſationis ac meſſis momentum.

*2. Theſſ. 3. 13.

[p] 8. Domeſtici fidei (id eſt, eadem religionis profeſſione nobiſcum conjuncti) cæteris quibuſcumque ſunt anteferendi, ita tamen ut in quoſvis nihilominùs beneficentia noſtra redundet.

[q] Quarta & ultima pars epiſtolæ, in qua redit ad præcipuum ſcopum, nempè ne Galatæ ſeſe a pſeudoapoſtolis ampliùs ſinant extra viam abripi. Depingit autem illos pſeudoapoſtolos ſuis coloribus, arguens illos ambitionis, ut qui ne Legis quidem ſtudio faciant quod faciunt, ſed idcircò dumtaxat ut ex Galatarum circumciſione bonam gratiam ſuæ gentis aucupentur.

[r] Speciem opponit veritati.

[s] In ceremoniarum obſervatione.

[t] Crucifixi prædicationem.

circumc

circumcidamini, ut in carne vestra glorientur.

14 Mihi autem non eveniat ut glorier nisi in cruce Domini nostri Jeschua Christi, per quem mundus crucifixus est mihi, & ego crucifixus sum mundo.

15 Non enim circumcisio est aliquid, neque præputium, sed creatura nova.

16 Et qui juxta hanc semitam incedunt, pax erit super eos, & misericordia, & supra Israjel Dei.

17 Deinceps mihi nequis [4] molestiam exhibeat: ego enim stigmata Domini nostri Jeschua Christi in corpore meo porto.

18 Gratia Domini nostri Jeschua Christi cum spiritu vestro *sit*, fratres mei. Ammin.

Finitur Epistola ad Galatas, quæ scripta fuit Roma.

[4] Ad verb. Laborem injiciat.

circumcidi, ut[y] de vestra carne glorientur.

14 [z] A me verò absit[y] gloriari nisi in cruce Domini nostri Jesu Christi, per quem mundus mihi crucifixus est, & ego mundo.

15 Nam in Christo Jesu neque circumcisio quicquam valet, neque præputium, sed nova creatura.

16 Et quicumque secundùm hanc regulam incedent, pax *esto* super eos & misericordia, & super[z] Israëlem Dei.

17 [a] De cætero, ne quis mihi molestias præbeto: ego enim [b] stigmata[c] Domini Jesu in corpore meo porto.

18 [d] Gratia Domini nostri Jesu Christi *sit* cum[e] Spiritu vestro, fratres. Amen.

Ad Galatas missa fuit Roma.

[y] Quòd vos Judaismo implicuerint: alludit tamē ad formam circumcisionis.

[z] B. Comparationē sui cum illis non dubitat instituere, testificans se ex adverso iis ærūnis gaudere, quas Christi causa sustineat, & sicut à mundo despiciatur, se vicissim mundū pro nihilo habere: quę sit vera veri Israëlis circūcisio.

[y] Hoc verbum apud Paulum in laude positum, significat aliqua in re acquiescere. [z] Verum Israëlem, cujus laus est ex Deo, non ex hominibus. Rom. 2. 19. [a] B. Perseverans in eadem translatione, ærumnas suas atq; adeò plagarum sibi pro Christi nomine impositarum vibices opponit. [b] Inustas notas, quales inuri servis fugitivis solebant. [c] Multum enim externæ circumcisionis cicatrici, tamquam verum Apostolatus sui sigillum. interest cujus stigmata feramus: siquidem causa facit martyrem, non pœna. [d] B. Valedicens precatur eis gratiam & Spiritum adversus pseudoapostolorum fraudes, externa illa inculcantes. [e] Cum animis vestris.

EPISTOLA PAULI AD EPHESIOS.

CAPUT PRIMUM.

[1] Post salutationem, [4] de gratuita Dei electione, [5] & adoptione disserit: [7. 13] à qua salus hominum, tamquam ex vero & nativo fonte, manat. Et quia tā sublime arcanum capi non potest, [16] precatur ut ad plenam [20] Christi cognitionem Ephesios Deus adducat.

TREM. INTERPRET.

PAULUS Apostolus Jeschua Christi per voluntatem Dei illis qui sunt Ephesi, sanctis & fidelibus in Jeschua Christo.

2 Pax vobiscum & gratia à Deo Patre nostro, & à Domino nostro Jeschua Christo.

3 Benedictus sit Deus Pater Domini nostri Jeschua Christi, qui benedixit nos in omnibus benedictionibus [1] Spiritus in cælo in Christo.

4 Quemadmodum priùs elegit nos in ipso ante fundationem mundi, ut essemus sancti & sine macula coram eo,

5 Et [2] per dilectionem [3] prædestinavit nos sibi, [4] & posuit nos in filios per Jeschua Christū, prout placuit volūtatiejus.

6 Ut laudetur gloria gratiæ ejus quam

[1] 1. Vel spiritualibus in cælo per Christum.

[2] In Syriaco textu, *per dilectionē*, non cohæret mēbro superiori, ut in Græco, sed incipit membrum proximum, præposita conjunctione. [3] Verbum Syriacum propriè significat, Signavit & notam inussit. Estq; metaphora sumta ab iis qui ex rerum magna multitudine, certas quasdam deligūt, quas ut à reliquis dignoscant, nota aliqua insigniunt. [4] 5. i. adoptavit & effecit filios.

BEZAE INTERPRET.

PAULUS [a] Apostolus Jesu Christi per voluntatem Dei, *sanctis qui sunt Ephesi, & [b] fidelibus in Christo Jesu:

2 Gratia *sit* vobis & pax à Deo patre nostro, & Domino Jesu Christo.

3 *[c] Benedictus esto Deus[d] & Pater Domini nostri Jesu Christi, [e] qui benedixit nobis omni[f] benedictione spirituali, [g] in cælis [h] in Christo.

4 [i] Sicut elegit nos [k] in ipso ante jactum mundi fundamentum, [l] [m] ut simus [n] sancti & inculpati [o] in conspectu ejus cum charitate.

5 [p] Qui prædestinavit nos quos adoptaret in filios per Jesum Christū [q] in sese, pro benevolo affectu voluntatis suæ,

6 [r] Ad [s] laudem gloriosæ suæ gratiæ,

[a] B. Inscriptio & salutatio, de quibus in aliis epistolis dictū est.

* 1. Cor. 1. 2.

[b] Sanctorum. definitio & circūscriptio per fidem.

* 1. Cor. 1. 2. 1. Pet. 1. 3.

[c] B. Prior pars epistolæ, in qua omnes salutis nostræ causas, proposito Ephesiorū exemplo & variis exhortationibus adhibitis, pertractat, inchoans suo more a gratiarū actione.

[d] B. Causa efficiens nostræ salutis est Deus non universaliter & confusè consideratus, sed ut Pater Domini nostri Jesu Christi. [e] B. Causa finalis proxima, & nostri respectu, est salus nostra, collatis omnibus ad salutem necessariis, quod benedictionis genus est cæleste & electorum proprium. [f] Omni beneficentiæ genere, quæ verè cælestis est ac divina. [g] Qua nos è sublimi suo solio donat Pater. vel quia iis donis donantur sancti, quæ propria sunt civium cælestium. [h] B. Materia nostræ salutis Christus: in quo uno, spirituali ac salvifica benedictione donamur. [i] B. Explicat causam efficientem, sive quomodo Deus Pater nos in filios servet: Quia, inquit, ab æterno elegit nos in Filio. [k] Adoptandos. [l] B. Explicat causam illam finalem proximam, quam duplicem facit, sanctificationem videlicet & justificationem, de qua mox disseret. Ex his autem duo sunt etiam notanda, nempè non posse vitæ sanctitatem à gratia electionis separari: deinde, quicquid in nobis est puritatis, esse beneficium Dei gratuitò nos eligentis. [m] Non ergo quia eramus aut esse debebamus sancti, ideò nos elegit Deus: sed ut sancti essemus. [n] Christi justitia induti. [o] Verè ac syncerè. [p] B. Alia etiam dilucidior explicatio causæ efficientis, ipsiúsque adeò æternæ electionis, qua nos dicitur Deus in Christo elegisse, quoniam videlicet ei visum est apud se nos nondum natos destinare quos per Jesum Christum adoptaret in filios: ut nulla hic sit ratio electionis nisi in gratuita Dei benevolentia quærenda, nec fides prævia sit prædestinationis causa, sed effectum. [q] Nihil neque præsens, neque futurum respexit Deus, sed seipsum. [r] B. Causa finalis ultima ac præcipua, gloria Dei Patris, ut qui nos gratis servat in Filio. [s] Ut beneficentia ipsius, sicut summam laudem meretur, ita etiam prædicetur.

[c] qua nos gratis sibi acceptos effecit in illo dilecto.

7 [v] In quo habemus redemtionem, per sanguinem ipsius, remissionem, *inquam*, lapsuum ex divite ipsius gratia,

8 [x y] Qua exundavit in nos [z] omni sapientia & prudentia:

9 Postquam notum fecit nobis [a] mysterium voluntatis suæ, [b] secundùm gratuitam suam benevolentiam quam præstituerat in sese,

10 [c] *Nempe* ut in plena temporum illorum præstitutorum dispensatione [d] summatim recolligeret omnia illa in Christo, tum quæ in cælis sunt, tum quæ in terra:

11 [e] In ipso, *inquam*, in quo etiam in sortem adsciti sumus, quum essemus prædestinati secundùm præstitutum ejus qui [f] agit omnia ex consilio voluntatis suæ.

12 Ut nos simus laudi gloriæ ipsius, qui priores [g] speravimus in Christo.

13 [h] In quo *speraſtis* & vos audito [i] sermone illo veritatis illius, *id est* Evangelio salutis vestræ: per quod etiã posteà quàm credidistis, [k] obsignati estis [l] Spiritu illo promissionis sancto:

14 Qui est arrhabo hæreditatis nostræ, dum [m] ad obtinendam redemtionem, ad laudem gloriæ ipsius.

15 [n] Propterea etiam ego, audita ea quę in vobis est fide in Dominum Jesum, & charitate in omnes sanctos,

16 Non cesso gratias agere pro vobis, mentionem vestri faciens in precibus meis.

17 Ut Deus Domini nostri Jesu Christi, Pater ille [o] gloriæ, det vobis Spiritum sapientiæ & revelationis, per [p] agnitionem ipsius:

18 Illuminatis oculis mentis vestræ: ad sciendum [q] quæ sit spes illa vocationis ipsius, & quæ opes gloriæ hæreditatis ipsius in sanctis:

19 [r] Et quæ sit supereminens illa magnitudo potentię ipsius in nobis qui credimus, *pro efficacitate roboris virium ipsius,

20 [s] Quod exeruit in Christo quũ suscitavit eum ex mortuis, & [t] collocavit ad dextram suam in cælis,

21 Longè supra omne imperium ac potestatem, & potentiam, & dominationem, & [v] omne nomen quod nominatur non solùm in hoc seculo, verumetiam in futuro.

22 [x] Et omnia subjecit ejus pedibus, eumq; cõstituit [y] caput super omnia *ipsi* Ecclesiæ.

effudit super nos [5] per dilectum suum.

7 Per quem est nobis redemtio, & per sanguinem istius remissio peccatorum, juxta opulentiam gratiæ suæ,

8 Quæ exuberavit in nos in omni sapientia & omni intelligentia spiritus:

9 Et manifestavit nobis arcanum voluntatis suæ, quod anteà proposuerat se factu rum esse in se,

10 In dispensatione plenitudinis temporum, ut cuncta de integro renovarentur in Christo, quæ sunt in cælis & in terra:

11 Et in ipso nos electi sumus, quemadmodum prædestinavit nos, & vult ipse qui omnia efficit juxta consilium voluntatis suæ,

12 Ut simus nos, qui priores speravimus in Christo, ad honorem gloriæ ipsius.

13 In quo vos quoque audivistis sermonem veritatis, qui est Evangelium salutis vestræ: & in eumdem credidistis, & obsignati estis Spiritu sancto qui promissus erat.

14 Qui est arrhabo hæreditatis nostræ in redemtionem eorum [6] qui servantur, & in laudem gloriæ ipsius.

15 Quapropter etiam ego, ecce, ex quo audivi fidem vestram quæ in Dominum nostrum Jeschua Christum, & charitatem vestram quæ est erga omnes sanctos,

16 Non desino gratias agere pro vobis, & memor esse vestri in precibus meis:

17 Ut Deus Domini nostri Jeschua Christi, Pater gloriæ, det vobis Spiritum sapientiæ & revelationis [7] per agnitionem ipsius:

18 Et illuminentur oculi cordium vestrorum, ut sciatis quæ sit spes vocationis ejus, & quæ sit opulentia gloriæ hæreditatis ejus in sanctis.

19 Et quæ sit excellentia magnitudinis virtutis ejus in nobis qui credimus, secũdùm efficacitatem roboris virtutis ejus:

20 Quam operatus est in Christo, quũ suscitavit eum a mortuis, & sedere fecit eum a dextera sua in cælis,

21 Supra omnes principatus, & potestates, & virtutes, & dominationes, & supra omne nomen quod nominatur, non solùm in seculo hoc, sed etiam in futuro.

22 Subjecítque cuncta sub pedibus ejus, & eum qui est supra omnia, dedit caput Ecclesiæ:

[1] B. Altera finalis causa proxima, nostra justificatio, dum nos in Filio suo gratis habet pro justis.

[v] B. Explicatio causæ materialis, quomodo in Christo simus facti Deo grati, quoniam is vnus est cujus sacrificium ex Dei misericordia nobis imputatur ad peccatorum nostrorũ remissionẽ.

[x] B. Nunc demum ad causam fõmalem, id est, ad vocationem, sive prædicationem Evangelii, accedit, qua Deus cõsilium illud æternum gratuitæ nostræ in Christo reconciliationis ac salutis exsequitur. Evangelii autem loco substituens omnẽ sapientiam & intelligentiam quanta sit ejus præstantia declarat.

[y] Per quam gratiam seu beneficentiam.

[z] Perfecta & integra.

[a] Nisi enim Dominus nobis illud mysterium declarasset, quis unquam per se vel suspicari potuisset?

[b] B. Non tantùm electio, sed etiam vocatio est à mera gratia.

[c] B. Pater tum exhibuit mundo Christum omnium electorum caput, quum opportunum fuit, prout ab æterno omnia tempora sapientissimè disposuit: Christus autem is est in quo omnes à condito mundo electi, palantes alioqui & à Deo separati, simul collecti sunt: quorum alii jam erant in cælis quum ipse in terras veniret (qui videlicet fide in eum venturum jam collecti fuerant) alii verò in terra reperti, ab eo collecti fuerunt, & quotidie colliguntur.

[d] Recolligi dicuntur fideles in Christo, quia fide cum eo conjuncti sunt, veluti unius hominis instar.

[e] B. Vocationis beneficium seorsim applicat Judæis credentibus, ad fontem usque recurrens, ut & ipsi neque sibi, nec generi suo, neque ulli alii rei quàm uni Dei gratiæ ac misericordiæ salutem suam acceptam ferant, tum quia vocati, tum quia priores vocati.

[f] Omnia sine exceptione tribuit gratiæ Dei, nec tamen idcirco sumus stipites: ea enim ut velimus & possimus concedit Phil 2. 13.

[g] De Judæis loquitur.

[h] B. Jam etiam exæquat Ephesios (aut potius Gentes omnes) Judæis, quia etiamsi posteriores accesserunt, tamen eodem Evangelio vocati fide sunt illud amplexi, & eodem Spiritu, quod est electionis pignus, tantisper dum ipsa cernatur hæreditas, fuerunt obsignati, ut & in ipsis eminear Dei gloria.

[i] Sermone illo qui propriè verax est, ut qui à Deo proficiscitur.

[k] Translatio sumta à sigillis, quorum impressione authentica ab incertis distinguuntur.

[l] Spiritu illo qui non affert Legem, sed promissionem gratuitæ adoptionis.

[m] Plenam & perfectam.

[n] B. Redit ad superiorem gratulationem, duo simul concludens ex præcedentibus: primum, omnia bona à Deo Patre in Christo & per Christum in nos proficisci, ut eorum nomine à nobis laudetur: secundum, illa omnia quæ ad duo veluti capita revocat, fidem videlicet & charitatem, certis gradibus in nos augeri, ut ab ejusdem gratia perendum sit incrementum à quo est initium, & à quo finis speratur.

[o] Majestatis plenus.

[p] Non enim sufficit semel nosse, sed etiam agnoscendus est nobis Deus quotidie magis ac magis.

[q] Quæ bona ille vos ad Christum vocans sperare jubeat.

[r] B. Fidei excellentia declaratur ab effectis, quoniam in illa sese exserit potentissima Dei virtus.

*Col. 2. 12. Infra 1. 1.

[s] B. Potentiam & gloriam illam Dei longè sublimissimam, cujus credentes omnes sunt participes, adhuc tamen in nobis (propter crucis ignominiam & carnis infirmitates) perobscuram, jubet nos Apostolus in Christo gloriosissimo, fidei oculis contemplari.

[t] Collocari ad dextram Dei, est consortẽ esse illius imperii summi.

[v] Quicquid exsistit, vel supra res etiam omnes eminentissimas.

[x] B. Ne summam illam Christi gloriã putemus aliquid à nobis alienum esse, testatur illum esse à Deo Patre constitutum caput totius Ecclesiæ, oportet igitur corpus huic capiti conjungi, quod aliomqui absque membris mutilum quiddam esset: quod tamen necessitate non fit (quum Ecclesia potius vnius Christi virtute vivificetur & sustentetur, nedum ut ejus supplemento indigeat) sed immensa Dei voluntate, qui nos Filio dignatur adjungere.

[y] Ut esset caput summum, adeò ut ei nihil non subsit.

[5] Ad verb. Per manum dilecti sui.

[6] F. Syrè, qui vivunt: & ita passim.

[7] F. vel in agnitione ipsius.

23 Quæ eſt [8] corpus & complementum ejus qui omnia in omnibus adimplet.

23 Quæ eſt corpus ipſius, & [x] complementum ejus qui omnia implet in omnibus.

[8] r. al. corpus illius: & rectè. Libratius (credo) reliquerit illud.

[x] Tantus ſiquidem erga Eccleſiã eſt Chriſti amor, ut etiamſi omnia omnib. ad plenum præſtet, tamen ſeſe veluti mancum & mutilum caput exiſtimet, niſi Eccleſiam ſibi habeat velut corpus adjunctam.

CAPUT SECUNDUM.

Ut gratiæ magnitudinem ex comparatione amplificet, [1] reducit illis in memoriam, [5] quòd exitio prorſus addicti, [8] gratia ſint ſervati, [13] & propinqui facti, [16] reconciliatione per Chriſtum facta, [17] & per Evangelium publicata.

VOs quoq;, qui mortui eratis in peccatis veſtris & in delictis veſtris,

2 In quibus anteà ambulabatis juxta [1] mundanitatem mundi hujus, & juxta voluntatem præcipuæ poteſtatis aëriæ, [2] ſpiritus qui ſeſe præbet efficacem in filiis contumaciæ,

3 In illis operibus in quibus etiam nos verſabamur anteà in concupiſcentiis carnis noſtræ, & faciebamus voluntatem carnis noſtræ & cogitationis noſtræ, ac filii eramus iræ plenè, ut reliqui.

4 Deus autem qui dives eſt in miſericordia ſua, propter charitatem ſuam magnam qua dilexit nos,

5 Quum mortui eſſemus per peccata, vivificavit nos cum Chriſto, & per gratiã ſuam redemit nos,

6 Et reſuſcitavit cum eo, ſederéque nos fecit cum eo in cælis per Jeſchua Chriſtum.

7 Ut oſtenderet ſeculis futuris magnitudinem opulentiæ gratiæ ſuæ, & benignitatem ſuam quæ fuit erga nos per Jeſchua Chriſtum.

8 Gratia enim ejus redemti ſumus per fidem: & hoc nequaquam fuit ex vobis, ſed donum eſt Dei:

9 Non ex operibus, nequis glorietur.

10 Creatura enim ejus ſumus, qui creati ſuimus in Jeſchua Chriſto ad opera bona quæ ab initio paravit Deus, ut in eis ambularemus.

11 Quapropter eſtote memores quòd vos Gentes anteà [3] carnales fuiſtis, & vocabamini præputium ab ea quæ vocatur circumciſio, & eſt opus manuũ in carne.

12 Et eratis in illo tempore ſine Chriſto, & alieni eratis a [4] converſatione Iſrajel, & extranei eratis pactis [5] promiſſionis, & ſine ſpe eratis, & ſine Deo in mundo.

13 Nunc autem [6] per Jeſchua Chriſtum, vos qui antè longinqui fuiſtis, propinqui facti eſtis per ſanguinem Chriſti.

14 Ipſe enim eſt pax noſtra, qui fecit ambos unum, & diſſolvit maceriem quæ erecta ſtabat in medio:

[1] Vocabulum enim Syriacũ עלמיותא, denominativum eſt ab עלם, quod ſignificat mundum: eſtq; ſubſtantivum fœminino num, ut ita vertendum fuerit ficta Latina voce. Ac videtur per mundanitatem intelligere vanitatẽ mundanam.

[2] Periphraſis eſt diaboli, cujus impulſu mundus contra Chriſtum haud ſecus agitatur, quàm aëre cõmoto naves agitãtur in mari.

[3] Ad verbum, Carnis, Hebr.

[4] Vel Gubernatione, id eſt, quod ad ſpiritualia attinet, nihil vobis cũ Iſraële cõmune erat: quia in promiſſionibus Dei non eratis comprehenſi.

[5] Id eſt, quod ad pacta & fœdera attinet, quibus Deus ſe Iſraëlitarũ Deũ futurum promittebat.

[6] r. vel in Jeſchua Chriſto: quod haud ſcio an melius.

ET*[a] vos *unà vivificavit*, quum eſſetis [b] mortui [c] in lapſibus & peccatis:

2 [d] In quibus olim ambulaſtis [e] ut eſt vita mundi hujus, [f] ſecundùm principem cui poteſtas eſt aëris, & ſpiritus [g] nunc agentis [h] in hominibus contumacibus.

3 [i] Inter quos & nos omnes converſati ſumus olim in cupiditatibus [k] carnis noſtræ, facientes quæ carni ac cogitationibus libebant: [l] eramúſque natura [m] filii iræ, ut etiam [n] reliqui.

4 [o] Sed Deus, ut qui dives ſit miſericordia, propter multam charitatem ſuam qua dilexit nos,

5 Etiam nos, quum in offenſis mortui eſſemus, unà vivificavit cum Chriſto, *cujus* gratia eſtis ſervati:

6 [p] Unáque ſuſcitavit, unáque collocavit in cælis in Chriſto Jeſu:

7 Ut oſtenderet in ſeculis ſupervenientibus, ſupereminentes illas opes ſuæ gratiæ, pro *ſua* erga nos benignitate in Chriſto Jeſu.

8 [q] Gratia enim eſtis ſervati per fidem: (& hoc non *eſt* ex vobis: *ſed* Dei donũ *eſt*:)

9 [r] Non ex operibus, ut nequis glorietur.

10 [s] Nam ipſius ſumus opus, conditi in Chriſto Jeſu ad opera bona, quæ præparavit Deus ut in eis ambulemus.

11 [t] Propterea mementote vos quondam Gentes in carne, [v] qui dicebamini Præputium ab ea [x] quæ vocatur Circumciſio manibus in carne facta.

12 Vos, *inquam*, illo tẽpore fuiſſe, [y] abſque Chriſto, [z] abalienatos à civili ſtatu Iſraëlis, & *extraneos quod ad pactorum promiſſiones *attinet*, ſpem non habentes, & abſque Deo in mundo:

13 [a] At nunc in Chriſto Jeſu, vos qui olim eratis longinqui, propinqui facti eſtis, per ſanguinem Chriſti.

14 [b] Ipſe enim eſt pax noſtra, qui utraque fecit unum, & intergerini parietis ſeptum ſolvit:

[a] Col. 2. 13.

[a] 2. Rurſus magnitudinẽ divinæ benevolentiæ declarat collatione miſerrimi illius ſtatus in quo nati ſumus, cũ ea dignitate in quã à Deo Patre evehimur in Chriſto. Sic igitur eã conditionem deſcribit, ut dicat nos, quod ad ſpirituales motus attinet, non ſemimortuos, ſed planè ac prorſus mortuos naſci.

[b] Vide Rom. 6. 2. Mortuos itaque eos vocat qui non ſunt renati: nã ſicut immortalitas damnatorum non eſt vita, ſic hæc animæ & corporis conjunctio propriè vita non eſt, ſed mors in iis qui Spiritu Dei nõ aguntur.

[c] 2. Cauſam mortis indicat nẽpe peccata.

[d] 2. Omnes fuiſſe ſpiritualiter mortuos probat ab effectis.

[e] 2. Univerſale eſſe hoc malum teſtatur, adeò ut omnes ſint Satanæ mancipia.

[f] Ex arbitrio principis.

[g] 2. Ideo homines mancipati ſunt Satanæ, quòd Deo ſint ſponte rebelles.

[h] Filii contumaciẽ dicũtur qui contumaciæ ſunt dediti, Hebr.

[i] 2. Gentibus ſeorſum damnatis, Judæos ipſos quibus ſeipſum aggregabat, fatetur nihilo eſſe per ſe meliores. [k] Carnis nomine primo loco totum hominem intelligit, quem in ſuas partes dividit, carnem, eam nempe partem quam ἄλογον vocant philoſophi: & cogitationem, quod τὸ λογικὸν vocant. itaque nihil relinquit homini ſemimortuum, ſed concludit hominem natura eſſe filium iræ. [l] 2. Concluſio, omnes homines naſci iræ & maledictioni Dei obnoxios. [m] Homines filii iræ dicuntur paſſivè, id eſt judicio Dei irati rei æternæ mortis. [n] Populi prophani. [o] 2. Jam ſequitur alterum collationis membrum, noſtram excellentiam declarans, quòd videlicet Chriſti virtute ſimus a morte illa liberati, & æternæ vitæ participes facti, ut tandem & ipſi cum eo regnemus. Inculcat autem multis modis, hujus beneficii cauſam efficientem eſſe gratuitam Dei miſericordiam: materiam verò, Chriſtum ipſum: inſtrumentum, fidem quæ & ipſa ſit gratuitum Dei donum: finem denique, Dei gloriam. [p] Nempe (ut poſteà ſubjicit) in Chriſto, Neque enim adhuc id in nobis præſtitum eſt, ſed in capite dumtaxat, cujus Spiritu cœpimus peccato mori, & vivere Deo, donec opus illud plenè perficiatur: ſpes tamen certa eſt, ut non magis certum ſit quod percipimus, quàm quod exſpectamus. [q] Cohærent ergo gratia, id eſt Dei donum, & fides, quibus opponuntur Servari ex nobis vel ex operibus. Quid ergo illis in mentem venit qui tam diſſentanea velint conjungere?

[r] 2. Expreſſè detrahit operibus noſtris juſtitiæ laudem, quum ipſa bona opera ſint gratiæ effecta in nobis. [s] Hic de gratia, non de natura agitur: opera igitur quantumvis ſint bona, gratiæ in ſolidum debentur. [t] 2. Superiorem doctrinam Gentibus applicans oſtendit eas non tantùm natura ut & ipſos Judæos, ſed peculiari etiam ratione fuiſſe a Deo alieniſſimas: quo magis oporteat ipſas tanti Dei beneficii memoriam conſervare.

[v] Qui nullo alio nomine quàm Gentes vocabamini, ut veſtra impuritas omnibus eſſet teſtata. [x] A Judæis qui Circumciſione, fœderis nota, a vobis diſcernebantur. [y] Meritò a Chriſto auſpicatur omnium promiſſionum ſcopo. * *Rom. 9. 4.* [z] Qui nullum jus Iſraëliticæ civitatis habetetis. [a] 2. Chriſtus unicum eſt Judæorum & Gentium vinculum, quo cum Deo conciliamur. [b] 2. Sicut ceremoniis & legali cultu dirimebantur Judæi a Gentibus, ita nunc Chriſtus, diruto illo ſepto, utroſque in ſeipſo & inter ſe & cum Deo copulat. Ex quo conſequitur, eos qui ceremonias illas ſtabilire velint, Chriſti gratiam irritam facere.

15 *Inimicitiis, *id est* lege præceptorum *quæ* in ritibus *posita est*, per carnem suam abolitis:ut ex duobus illis conderet in semetipso unum novum hominem, faciens pacem,

16 Et utrosque in [c] uno corpore reconciliaret Deo per crucem, [d] peremtis inimicitiis per eam.

17 [e] Et veniens evangelizavit pacem vobis, *tum* qui longè, tum qui propè eratis.

18 Quoniam utrique [f] per ipsum habemus aditum per unum Spiritum ad Patrem.

19 [g] Nempe igitur non ampliùs estis peregrini & inquilini, sed concives sanctorum, ac domestici Dei:

20 [h] Superstructi super fundamentum Apostolorum ac Prophetarum, existente [i] imo angulari lapide ipso Jesu Christo.

21 In quo totum ædificium congruenter [k] coagmentatum, crescit ut sit templũ sanctum Domino.

22 In quo & vos unà ædificamini,ut sitis domicilium Dei per Spiritum.

15 Et inimicitias per carnem suam, & legem mandatorum [7] cum mandatis ejus abolevit, ut utrosque conderet in semetipso in unum filium hominis novum: & fecit pacem,

16 Et recõciliavit utrosque in uno corpore cum Deo:& per crucem suam interemit inimicitias:

17 Et veniens evangelizavit pacem vobis,longinquis & propinquis:

18 Quoniam per ipsum est accessio nobis utrisque in uno Spiritu ad Patrem.

19 Igitur nequaquam estis hospites, neque incolæ, sed [8] concives sanctorum & [9] domestici Dei:

20 Et ædificati estis super fundamentum Apostolorum & Prophetarum, & ipse factus est caput anguli ædificii: *nempe* Jeschua Christus.

21 Et per eum conjungitur totum ædificium, & crescit in templum sanctum in Domino,

22 Dum etiam vos in eo ædificamini in habitaculum Dei per Spiritum.

* *Colos.3.14.*

[c] Alludit ad Legis sacrificia,quę veram & unicam istã hostiam repræsentabant.

[d] Morte enim mortem destruxit, crucique velut affixit.

[e] B. Hujus gratiæ efficax est Instrumentum Evangelii prædicatio, tũ Judæis,tũ Gentibus communis

[f] Christus est veluti janua, per quem ad Patrem accedimus: Spiritu autem sancto tamquam duce accedimus. F. B. Conclusio, Gẽtes jn cõsortiũ salutis esse ascitas. Describit autẽ Ecclesiæ præstantiam, eam vocans civitatem & domũ Dei.

[h] B. Doctrinam salutis deposuit Dominus initio penes Prophetas: deinde penes Apostolos: cujus scopus atque adeò veluti materia & substantia est Christus. Itaque ea demum est Ecclesia vera Catholica quæ a Prophetis & Apostolis est Christo superstructa, tamquam templum spirituale Deo consecratum. [i] Præcipuus, id est ædificii caput,nam ædificiorum fundamenta sunt veluti capita. [k] Non tantùm igitur fundamentum, sed totum ipsum ædificium Deo debetur.

[7] Intelligit multitudinem illam ceremoniarum, quibus Israël à reliquis Gentib. discernebatur.

[8] & [9] Ad verbum, Filii civitatis. Hebraismus, ut statim Filii domus.

CAPUT TERTIUM.

[1] Ideo se dicit a Judæis multa passum, [3] quòd mysterium de Gentibus servandis, [8] Dei jussu prædicaverit. [13] Deinde rogat Ephesios, ne ob afflictiones quas patitur deficiant. [14] Ac propterea orat Dominum, [18] ut percipiant quanta sit Christi dilectio.

HUjus [a] rei gratia ego Paulus *sum* [b] vinctus ille Christi Jesu pro vobis Gentibus:

2 Si modò audistis dispensationem gratiæ Dei datæ mihi erga vos:

3 *Deum videlicet* per revelationem notum mihi fecisse mysterium illud, (sicut antè scripsi paucis:

4 Ex quo perlecto potestis perpendere quæ sit mea intelligentia in mysterio Christi)

5 [c] Quòd aliis ætatibus non innotuit filiis hominum, ut nunc revelatum fuit sanctis ejus Apostolis & Prophetis per Spiritum:

6 Gentes *videlicet* esse cohæredes & concorpores, consortésque promissionis ejus in Christo per Evangelium.

7 Cujus factus sum minister ex dono gratiæ Dei,quod datum est mihi secũdùm efficacem illam vim potentię ipsius.

8 Mihi,*inquam*,longè minimo omnium sanctorum, data est hęc gratia, Evangelizandi inter Gentes impervestigabiles illas opes Christi,

9 Et in lucem proferendi omnibus quę *sit* communio mysterii quod erat absconditum a seculis in Deo, qui omnia hæc condidit per Jesum Christum.

10 [d] Ut nota nunc fiat per Ecclesiam imperiis ac potestatibus *quæ* in cęlis *sunt*, [e] multiformis illa sapientia Dei:

11 Secundùm præstitutum [f] ęternum

[1] HUjus rei gratia ego Paulus vinctus sum Jeschua Christi pro vobis Gentibus:

2 Si audivistis dispensationem gratiæ Dei quæ data est mihi in vos.

3 Quoniam per revelationem notum factum est mihi mysterium (quemadmodum scripsi vobis paucis:

4 Prout potestis, dum legitis, intelligere notitiam meam quæ est in mysterio Christi)

5 Quod ætatibus aliis non innotuit filiis hominis,quemadmodum nunc revelatum est Apostolis ejus sanctis &Prophetis ejus per Spiritum:

6 Ut sint Gentes [2] cohæredes ejus, & participes corporis ejus, ac [3] in promissione quæ exhibita est in eo [4] per Evangelium:

7 Cujus ego factus sum minister, secundùm donum gratiæ Dei quæ data est mihi ab efficacitate virtutis ejus.

8 Mihi,*inquam*,qui minimus sum omniũ sanctorum, data est gratia hæc ut evangelizem in Gentibus opulentiam Christi impervestigabilem:

9 Et elucere faciam omni homini quę sit dispensatio mysterii quod absconditum erat a seculis in Deo qui omnia condidit,

10 Ut per Ecclesiam innotescat sapientia [5] multiformis principatibus & potestatibus quæ sunt in cęlis:

11 Id quod præparatum fuerat a seculis,

[a] B. Asserit Apostolatum suum adversus offendiculum crucis, ex quo etiam sumit argumentum ad eũ confirmandum, affirmãs se non modò designatũ Apostolum per Dei misericordiam, sed etiã peculiariter Gentibus undiquaque ad salutem vocandis destinatũ: quoniam ab initio Deus ita decreverat, quamvis diu distulerit ejus consilii patefactionem.

[b] Captivus Christi passivè dicitur, id est, qui pro Christi asserta gloria captivus teneatur.

[c] Non quòd nemo Gẽtium vocationem anteà nosset, sed quòd paucis manifestata fuit: quibus autem fuit manifestata,veluti Propheris, figuris tamen & obscuriùs significata fuit.

[d] B. Vocatio Gentium inopinata, ipsis etiam Angelis cælestibus est speculi instar: in quo magnificam Dei sapientiam intueantur. [e] Unica semper Deo fuit ratio homines salvandi, sed varia fuit forma. [f] Quod omni principio sit antiquius.

[1] Hyperbaton maximum ab hoc versu ad 14. usque. vide in Rom. 5.12 quamobrem verbum substantivum ad hũc locum minimè videtur pertinere.

[2] Ad verb. Filii hæreditatis ejus,i. Participes hæreditatis ejus.

[3] F. i.adfines promissionis consortésque.

[4] Ad verb. Per manum Evangelii.Hebraismus usitatissimus: ut paulò pòst, Per manũ Ecclesiæ,i. Opera Ecclesiæ.

[5] Ad verb. Plena varietatibus.

& fecit illud in Jeschua Domino nostro.

12 Per quem est nobis audacia & accessus cum fiducia [6] fidei ipsius.

13 Quapropter peto ut non anxius sit mihi *spiritus* ob afflictiones meas quæ sunt pro vobis: nam hæc est gloria vestra.

14 Et flecto genua mea ad Patrem Domini nostri Jeschua Christi,

15 (A quo nominatur tota cognatio quę est in cælis & in terra)

16 Ut det vobis juxta opulentiam gloriæ suæ, ut in virtute corroboremini per Spiritum suum:

17 Quò in filio hominis vestro [7] interno inhabitet Christus per fidem, & in cordibus vestris,

18 Per charitatem existente firma radice vestra & fundamento vestro, ut possitis assequi cum omnibus sanctis quæ sit altitudo & profunditas, & longitudo & latitudo,

19 Et cognoscatis magnitudinem charitatis Christi, ac impleamini omni plenitudine Dei.

20 Ei autem qui potest virtute omni re excellentiore *id* facere nobis, & plus quàm petimus aut cogitamus, secundùm virtutem suam quæ agit in nobis:

21 Ei, *inquam*, sit gloria in Ecclesia ejus per Jeschua Christum, in omnes ætates [8] multorum seculorum. Ammin.

quòd constituit in Christo Jesu Domino nostro:

12 In quo habemus *loquendi* libertatem & aditum cum fiducia, per [g] fidem ipsius.

13 Quapropter peto ne segnes fiatis ob afflictiones meas pro vobis, quæ est gloria vestra.

14 [h] Hujus rei gratia flecto genua mea ad Patrem Domini nostri Jesu Christi.

15 Ex quo tota [i] familia in cælis & in terra nominatur,

16 Ut det vobis, [k] pro divite sua gloria, ut fortiter corroboremini per Spiritum suum in [l] interiore homine.

17 *Et* inhabitet Christus per fidem in cordibus vestris:

18 Ut in [m] charitate radicati & fundati, valeatis assequi cum omnibus sanctis, [n] quę *sit* illa latitudo & longitudo, & profunditas & sublimitas:

19 Et nosse [o] charitatem illam Christi [p] *omni* notitia supereminentiorem: ut impleamini ad [q] omnem usque plenitudinē illam Dei.

20 [r] Ei verò qui summa cum exuperantia potest omnia facere suprà ea quæ petimus, aut cogitamus, pro illa vi agente in nobis,

21 Ei *sit*, *inquam*, gloria in Ecclesia per Christum Jesum, in omnes ætates seculi seculorum. Amen.

[6] i. Per fidem in ipsum.

[7] Qui aliàs novus homo dicitur: cui opponitur exterior homo & vetus: interdū etiam spiritus. quemadmodū vetus homo carnis & membrorum appellatione intelligitur. Conferatur vers. 22. ca. 7. ad Rom. & 9. ac 10. c. 3. ad Colossenses cū hoc loco.

[8] Ad ver. Seculorum seculorum. Hebraismus.

[g] Fidem in ipsum.

[h] 2. Docet suo exemplo efficaciam doctrinæ a Dei gratia pendere, ac proinde preces cū prędicatione & auditione verbi esse conjungendas, quibus indigeant non modò qui sūt noviti, sed ipsi quoque veterani, ut magis ac magis per fidem cū Christo coalescentes, omnibus spiritualibus donis confirmati in cognitione ejus immensæ charitatis qua nos Deus Pater in filio complexus est, fundētur ac radices agant, quum tota familia, cujus pars jam in cælum recepta est, pars adhuc in terris hæret, ab illa adoptione Patris cælestis in unico Filio suo, pendeat.

[i] Tota gens quæ unum Pa

tremfamiliās habet: ea autem est Ecclesia, in Christo adoptata. [k] Pro magnitudine misericordiæ ipsius. [l] Vide Rom. 7. 22. [m] Qua diligimur a Deo: ea enim est radix nostræ electionis. [n] Quàm sit illud opus Christi omnibus partibus absolutum. [o] Quam exhibuit nobis Deus in Christo. [p] Quæ superat omnem ingenii nostri captum, ut quidem plenè animo concipi possit: nam alioqui quisque Dei Spiritu fretus pro modulo suo tantum percipit, quantum ad salutem satis est. [q] Ita ut in nobis abundent quęcumque ad nostram illam cum Deo perfectionem requiruntur. [r] 2. Erumpit in gratiarum actionem, qua confirmentur etiam Ephesii, ut quidvis ex Deo sperent.

CAPUT QUARTUM.

Tria ult. cap. præceptiones de moribus continent. [1] *Hortatur ad mutuam conjunctionem:* [7] *propterea varia dona a Deo conferri,* [16] *ut ædificetur Ecclesia.* [17] *Revocat ergo eos ab infidelium vanitate,* [25] *a mendacio,* [29] *& spurcitie sermonis.*

PEto igitur a vobis ego vinctus in Domino nostro, ut ambuletis quemadmodum convenit vocationi qua vocati estis,

2 Cum omni demissione mētis, & mansuetudine, & longanimitate: & sitis tolerantes alius alium in charitate:

3 Sitisque soliciti ut servetis consensionem spiritus in vinculo pacis.

4 Ut sitis in unum corpus & in unum spiritum, quemadmodum vocati estis in unam spem vocationis vestræ.

5 Unus enim est Dominus, & una fides, & unum baptisma:

6 Et unus Deus Pater omnium, & super omnes, & [1] per manum omnium, & in omnibus nobis.

7 Unicuique autem ex nobis data est gratia juxta mēsuram donationis Christi.

8 Propter hoc dictum est, quòd ascendit in altum, & captivam duxit captivitatem, & dedit dona filiis hominis.

9 Quòd autem ascendit, quidnam est nisi quòd etiam descendit priùs in [2] inferiora terræ?

PRecor [a] itaque vos ego vinctus ille in Domino, ut ambuletis ita ut convenit [b] vocationi qua vocati estis:

2 [c] Cum omni animi submissione & lenitate, cum [d] iræ cohibitione, sufferentes alii alios per charitatem:

3 [e] Studentes conservare unitatē Spiritus per connexum pacis.

4 [f] Unum *est* corpus, & unus Spiritus, sicut & vocati estis in unam spem vocationis vestræ.

5 Unus Dominus, una Fides, unum Baptisma:

6 Unus Deus & Pater omnium, qui est [g] super omnes, & per [h] omnes, & [i] in omnibus vobis.

7 [k] Sed unicuique nostrūm data est gratia pro mensura [l] doni Christi.

8 Quapropter dicit, Quum ascendisset in sublime, captivam duxit [m] captivitatem, & dedit dona hominibus.

9 Cæterùm illud Ascendit, quid est nisi quòd etiam descenderat priùs [n] in infimas partes terræ?

[1] i. Per omnes, Hebraismus.

[2] r. i. hanc terram inferiorē nostram. Instituitur enim cōparatio non partis cū parte, i. terræ superioris cum infima, sed terræ cum [illegible], i. alto cælo, cujus ex Davide antè meminerat, & repetit sequenti vers.

[a] Altera pars epistolæ, prędcepta vitæ Christianæ cōplectens: quorum summa est, ut unusquisq; se gerat sicut tanta Dei gratia dignum est.

[b] Vocationem universalem fidelium intelligē, nempe, ut sancti sint sicut Deus sanctus est.

[c] 2. Secundò, animi mansuetudinem commēdat, quæ in sese mutuò tolerandis demōstretur.

[d] Vide Matth. 18. 25.

[e] 3. Tertiò, summam conjunctionē requirit, sed quę Spiritus sancti vinculo devinciatur.

[f] Argumentū maximi momenti ad mutuam charitatem maximo studio colendam, quòd ab uno Deo & Patre, eodē Spiritu in unum veluti corpus conflati, unū Dominum una fide colentes, & uno baptismate ipsi cōsecrati, unam eandemq; gloriam, ad quam vocati sumus, speremus. Omnia igitur ista discerpit qui charitatē violat. [g] Qui unus summum habet in Ecclesiam imperium. [h] Unus providentiam suam per omnia Ecclesiæ membra diffundit. [i] Unus in Christo nobiscū conjungitur. [k] 2. Admonet omnes quidem unum esse corpus, & ab uno Christo (qui potenter domitis omnibus hostibus, in cælis regnat, unde Ecclesiam donis omnibus cumulet) omnia bona proficisci: sed interea variè ac diversè dona ista pro ejus arbitrio distribui, ac proinde unumquemque debere, suo modulo contentum, id qd' accepit, ad cōmunē totius corporis utilitatē referre. [l] Quòd Christus contulit. [m] Captivorum multitudinem. [n] In terrā, q̄ est pars infima mūdi.

10 Qui descenderat, ipse est qui etiam ascendit longè suprà omnes cęlos, [o] ut impleret[p] omnia.

11 [q] Is igitur dedit alios quidem, [r] Apostolos, alios verò, [s] Prophetas, alios autẽ, [t] Evangelistas, alios autem, [v] Pastores & Doctores.

12 [x] Ad compactionem sanctorum, ad opus ministerii, ad ædificationem [y] corporis Christi.

13 [z] Donec perveniamus nos omnes [a] in unitatem fidei, & agnitionis Filii Dei, in virum adultum, ad mensuram [b] plenæ staturæ Christi:

14 [c] Ut ne simus ampliùs pueri, [d] qui fluctuemus & circumferamur quovis vento doctrinæ, in hominum [e] alea, per [f] veteratoriã ad artificiosè fallendum versutiam:

15 [g] Sed sincerè nos gerentes in charitate, prorsus adolescamus in eum qui est caput, *nempe* Christus:

16 Ex quo totum corpus congruenter coagmentatum, & compactum per omnes suppeditatas commissuras, ex [h] vi intùs agente pro mensura uniuscujusque membri, incrementum capit [i] corpori conveniens ad sui ipsius exstructionem per [k] charitatem.

17 [l] Hoc itaque dico, & obtestor per Dominum, ne ampliùs ambuletis, * sicut reliquæ Gentes ambulant, [m] in vanitate mentis suæ,

18 Tenebris obscuratam mentem habẽtes, & alienati a [n] vita Dei propter ignorantiam quæ est in ipsis, per obduratione cordis ipsorum.

19 Qui posteaquam [o] dedoluerunt, sese dediderunt lasciviæ ad [p] certatim patrandam impuritatem omnem.

20 [q] Vos autem non ita didicistis Christum:

21 Si modò de eo audivistis, & per eum edocti estis, ([r] sicut est veritas in Jesu,)

22 Deponere quod ad pristinam conversationem attinet, [s] veterem illum hominem qui de seductricibus cupiditatibus sese corrumpit:

23 Renovari verò [t] spiritu mentis vestræ.

24 Et induere novum illum hominem, qui [v] secundùm Deum conditus est [x] ad justitiam & [y] sanctimoniam veram.

10 Qui descendit, ipse est qui etiam ascendit supra omnes cælos, [5] ut impleret omnia.

11 Et ipse [4] dedit, sunt [5] quos *dedit* Apostolos, & sunt quos *dedit* Prophetas, & sunt quos *dedit* Evãgelistas, & sunt quos *dedit* pastores, & sunt quos *dedit* doctores,

12 [6] Ad perfectionem sanctorum, ad opus ministerii, ad ædificium Christi.

13 Donec fiamus omnes nos [7] una res per fidem, & per agnitionem filii Dei, & *fiamus* unus homo perfectus in mensura staturæ plenitudinis illius:

14 Ut non simus pueri qui commoventur & variantur ad omnem ventum doctrinarum versutarum filiorum hominis, qui per astutiam suam sese componunt ut fallant:

15 Sed simus [8] firmi in charitate nostra, ut quicquid est nobis, crescat in Christũ qui est caput.

16 [9] Et ab eo totum corpus componitur, & colligatur per omnes commissuras, secundùm donum quod datum est in mẽsura unicuique membro ad incremẽtum ipsius corporis, ut per charitatem perficiatur ædificium ejus.

17 Hoc autem dico, & testor per dominum, ut deinceps non ambuletis sicut residuum Gentium quæ ambulant in vanitate cogitationis suæ:

18 Et tenebrosæ sunt in intellectibus suis, suntq; alienæ a vita Dei, propterea quòd non est in eis notitia, & propter cæcitatem cordis sui.

19 Quæ absciderunt spem suam, & tradiderunt seipsas lasciviæ, & ad perpetrationem omnis impuritatis in cupiditate sua.

20 Vos autem nequaquam ita didicistis Christum:

21 (Si verè audivistis eum & didicistis, sicut est veritas in Jeschua)

22 Sed [10] *didicistis* ut deponatis a vobis conversationes vestras priores, filium hominis illũ veterem qui corrumpitur concupiscentiis erroris:

23 Et renovemini in spiritu intellectuum vestrorum.

24 Et induatis filium hominis novum illum qui secundùm Deum creatus est in justitia & [11] in sanctitate veritatis.

[o] Donis suis cumularet.

[p] Ecclesiam.

[q] B. Priore loco functiones Ecclesiasticas partim extraordinarias & temporarias, ut Apostolos, Prophetas, Evangelistas: partim ordinarias & perpetuas, ut Pastores & doctores, commemorat.

[r] Apostoli fuerunt illi duodecim, quibus accessit Paulus: horum fuit officium per universum orbem Ecclesias constituere.

[s] Prophetarum munus, fuit unum ex præcipuis: ii autem erant qui insigni aliqua sapientia pollerent, quorum aliqui etiam futura prædicebant.

[t] His utebantur Apostoli ut comitibus in suo fungendo munere, quũ omnibus non possent sufficere.

[v] Pastores ii sunt qui Ecclesiam regunt, Doctores qui scholam.

[x] B. Finem Ecclesiasticarum functionum ostendit, nempe ut hominum ministerio omnes sancti sic coalescant, ut unum Christi corpus mysticum constituant.

[y] Ecclesiæ.

[z] B. Hujus ministerii usus perpetuus est dum in mundo versamur, id est, usque ad tempus illud quo carne exuti penitus inter nos consentientes, capiti nostro Christo adhærebimus. Hoc autem fit crescente in nobis cognitione Filii Dei, ipsoque adeò paulatim in nobis adolescente, donec viri perfecti evadamus, quod quidẽ in altero fiet seculo, quum Deus erit omnia in omnibus.

[4] F. vel ut perficeret omnia: quam interpretationem Syrum verbum magis postulat, & confirmant præcedentia. Nũc enim gratia datur unicuique secundùm mensuram donationis Christi: id autem eo facit ut perficiat omnia ad quæ ministerium est in Ecclesia constitutum.

[4] i. Constituit.

[5] id est, Alios Prophetas, alios Apostolos. Partitio Hebræorum more.

[6] F. vel consummationem.

[7] F. id est, unum: quod est evidentius.

[8] F. vel ex Græco, veri, veraces.

[9] F. id est, ex quo, Hebraismus.

[10] F. Affirmativa est illius negativæ vel ἀποφατικῶς qua Paulus antè usus est versu 17. Quamobrem hæc verba sine alio supplemento cum illo versu aptari possunt.

[11] Vox Syriaca est בחסיותא, quæ nusquam legitur alibi hoc sensu: quapropter legendum puto בחסירותא, ut sit nomen (quod vocãt) abstractum, significans sanctitatem, cujus concretum חסיד significat sanctum. & admodum typographo fuit facile errorem committere in vocibus inter quas tanta est similitudo: nihil tamen mutare volui, quia idem habebatur in manuscripto codice Heidelbergensi. F. Sed quid si ex Græca voce, ut alia multa, hoc nomen Syrè formatum dixeris? Est enim planè adfine Græcum ὁσιότης. Et mihi videtur.

[a] Ad eam summam conjunctionem, cujus vinculum est fides.

[b] Christus dicitur adolescere non in sese, sed in nobis.

[c] B. Inter pueritiam (id est statum admodum imbecillum, quum videlicet adhuc penitus vacillamus) & perfectam ætatem, quæ nobis in altero demum seculo obtinget, aliquid est medium, nempe adolescentia, & firmus ad perfectionem progressus.

[d] B. Eos qui in verbum Dei non recumbunt, comparat naviculis quæ doctrinis hominum tamquam ventis contrariis huc & illuc agitatæ fluctuent: & simul præmonet id accidere non tantùm humani ingenii levitate, sed etiam quorumdam versutiis qui hanc veluti artem faciant.

[e] Incertis illis casibus, quibus jactantur homines.

[f] Eorum qui ad alios fallendos mirè sunt exercitati.

[g] B. Veritatis & charitatis studio in Christo crescimus. Is enim sui verbi ministerio efficax, instar vitalis spiritus sic totum corpus vegetantis ut singulos artus pro eorum modulo nutriat, Ecclesiam suam diversis functionibus quasi membris constantem, servata uniuscujusque proportione vivificat & fovet. Inde verò consequitur, neque extra Christum posse hoc corpus vivere, neque quemquam posse spiritualiter crescere, qui sese a cæteris membris sejungat.

[h] Vi Christi, qui animæ instar singula membra vegetat.

[i] Ita crescit ut par est corpus crescere.

[k] Charitas est ipsa artuum commissura.

[l] B. Descendens ad doctrinæ Christianæ fructus, primùm disserit de morum & actionum principiis, gravissimam comparationem instituens filiorum Dei, cum iis qui non sunt regenerati. In his enim omnes animi facultates esse corruptas, mente vanitati dedita, sensibus densissima caligine obscuratis, affectibus autem ad malum paulatim sic assuefactis, ut eos tamdem omni amisso judicio oporteat ad turpissima quævis præcipites ferri.

* *Roman. 1. 21.*

[m] Si partes omnes animæ etiam nobilissimæ corruptæ sunt, quid est homo aliud quàm corruptio?

[n] Qua Deus vivit in ipsis.

[o] Omnis judicii expertes facti sunt.

[p] Quasi agatur de lucro, ita ut alius alium superare contendat.

[q] B. Sequitur antithesis hominum vera ac viva Christi cognitione regeneratorum, qui longè alia habeant actionum principia, desideria videlicet sancta & honesta, & mentem prorsus divini Spiritus virtute immutatam, unde similes quoque effectus nascuntur, vita videlicet justa & verè sancta.

[r] Ut docti sunt qui verè ac seriò Jesum agnoscunt.

[s] Vos ipsos.

[t] Ubi oportuit vim rationis præcipuam esse, ibi potissimùm omnia vastans grassatur corruptio.

[v] Ad Dei imaginem.

[x] Effectus & finis novæ creationis.

[y] Minimè fucatam, sed genuinam.

25 Propterea deponite a vobis mendacium, & loquimini veritatem [11] vir cum proximo suo: membra enim sumus unus alterius.

26 Irascimini, & ne peccetis: & sol super iracundiam vestram non occidat:

27 Et ne detis locum calumniatori.

28 Et qui furabatur, posthac non furetur, sed laboret manibus suis, & operetur bona, ut sit illi ad dandum ei qui necessitatem habet.

29 Omnis sermo detestabilis ex ore vestro non prodeat, sed is qui bonus est & utilis ad ædificationem, ut conferat gratiã iis qui audiunt.

30 Et ne contristetis Spiritum sanctum Dei, per quem obsignati estis in diem redemtionis.

31 Omnis amarulentia, & furor, & ira, & vociferatio, & convicium, tollantur ex vobis, unà cum omni malitia:

32 Et estote benigni unus erga alium, ac misericordes: condonatéque alius alii, sicut Deus condonavit vobis in Christo.

[11] 1. Unusquisque cum altero. Hebraismus.

25 [z] Quapropter deposito mendacio, loquimini veritatem quisque proximo suo. nam sumus alii aliorum membra.

26 [a b] Irascimini, & ne peccate: sol ne occidat [c] super exacerbatione vestra.

27 Neque date locum diabolo.

28 [d] Qui furabatur, non ampliùs furetur: sed potiùs laboret, operãdo manibus [e] quod bonum sit, ut habeat quod impertiat cui opus fuerit.

29 [f] Nullus sermo [g] putris ex ore vestro egreditur: sed siquis est commodus ad ædificationis usum, ut [h] gratiam auditoribus adferat.

30 [i] Et ne tristate Spiritum illum sanctum Dei, per quem obsignati estis in diẽ redemtionis.

31 Omnis amaritudo, & excandescentia, & ira, & clamor, & maledicentia tollatur ex vobis, cum omni malitia.

32 Sed estote alii in alios benigni, misericordes, condonantes vobis mutuò *offensas*, [k] sicut & Deus in Christo condonavit vobis.

[z] 2. Particulares aliquot Christianas virtutes sigillatim commẽdat, ac primùm quidem veritatem (id est, sinceros mores) exigit, damnata omni fraude & simulatione, quoniam alii aliorum causa nati sumus.

[a] 2. Iram sic cohibendam docet, ut quãtumvis fervẽs, tamen foras non erumpat, & mox, atque adeò antè somnum, exstinguatur: ne Satan mali suggerendi consilii occasionẽ ex pessimo illo consultore arripiens, nos pessumdet.

[b] Si irasci contigerit, ac ne peccate, id est, iram cohibete, ut quod malè cogitastis malè non exsequamini.

[c] Ne iracundos vos nox deprehendat, id est, omnia citò componantur.

[d] 2. A corde descendit ad manus, furta condemnans: & quoniam huic sceleri dediti solent inopiam prætexere, docet laborem optimum esse adversus paupertatem remedium, cui sic benedicat Dominus, ut is qui laborant, aliquid etiam superfit unde alios juvent, nedum ut aliena cogantur surripere.

[e] Laborando in rebus sanctis & proximo utilibus.

[f] 2. Injicit etiam frænum linguæ, sic docens temperandum sermonem, ut non modò non destruantur auditorum animi, sed etiam instruantur.

[g] id est, incommodus ædificationi, ut sunt tigna putria.

[h] Vocat gratiam, quòd ad progressum in pietate & charitate pertineat.

[i] 2. Generalis præceptio adversus omnes exsuperantias affectuum positorum in facultate, quam irascibilem vocant, quibus contrarias mediocritates opponit. Adhibet autem præfationem longè vehementissimam, cavendum esse ne Spiritum sanctum in nobis ea lege habitantem ut nostris omnibus affectibus moderetur, nostra intemperie, velut tristitiã afficiamus.

[k] 2. Argumentum ab exemplo Christi sumtum, quo nullum esse potest gravius, etiamsi hominibus inimicissimis condonandæ sint injuriæ: nedum si vel habenda sit miserorum ratio, vel de servanda erga quosvis moderatione & morum suavitate agatur.

CAPUT QUINTUM.

[1] Ne in vitiis, quæ reprehendit, oscitanter suas admonitiones excipiant, [5] severa denunciatione eos deterret, [8] stimulos etiam adhibet, [15] & a generali morum paræneſi, [22] ad specialem circa officium uxorum, [25] & maritorum descendit.

ESTote igitur imitatores Dei, tãquam filii dilecti:

2 Et ambulate in dilectione sicut & Christus dilexit nos, & tradidit semetipsum pro nobis oblationem & victimam Deo in odorem fragrantem.

3 Scortatio autem & omnis impuritas & avaritia [1] ne etiam omnino nominetur inter vos, sicut decet sanctos.

4 Neque obscœnitas, neque sermones stultitiæ, aut lusus, aut fabulæ, quæ non sunt necessaria, sed pro his gratiarum actio.

5 Hoc enim scitote, quòd quisquis est scortator, aut impurus, aut avarus, aut cultor simulacrorum, non est ei hæreditas in regno Christi & Dei.

6 Ne quisquam decipiat vos in sermonibus inanibus. propter hæc enim venit ira Dei super [2] filios contumaciæ.

7 Ne igitur sitis illorum consortes.

8 Eratis enim quondam tenebræ, nunc autem lux estis in Domino nostro: [3] ut filii lucis igitur ita ambulate.

9 (Fructus enim lucis in omni sunt bonitate & justitia & veritate.)

10 Et discernite quid sit bonum coram Domino nostro.

[1] Ad verbum, ne nominando nominetur inter vos. Etenim infinitivum verbum eidem verbo in præterito vel futuro gerundii loco præpositũ, æquivalet adverbio augenti verbi significationem. Idq; non tantùm in Syriaco Testamento, sed etiam in universis Bibliis. Ita quum in principio Geneseos dicitur, Moriendo morieris, est sensus, Omnino morieris: &, in fine, Visitando visitabit vos Dominus, id est, Haud dubiè visitabit.

[2] Id est, Homines contumaces. Hebraismus.

[3] Id est, Luce præditi. Similis Hebraismus.

*ESTote igitur imitatores Dei, ut filii dilecti:

2 Et ambulate in charitate, sicut & Christus dilexit nos, & tradidit semetipsum pro nobis oblationem ac victimam Deo, in odorem bonæ fragrantiæ.

3 *[a] Scortatio verò & omnis impuritas aut avaritia ne nominator quidem inter vos, sicut decet sanctos:

4 Et obscœnitas, & stultiloquium, & [b] scurrilitas, quæ non conveniunt: sed potiùs gratiarum actio:

5 [c] Nam hoc nostis, nullum scortatorem, aut impurum, aut avarum, qui est [d] idololatra, habere hæreditatem in regno Christi & Dei.

6 *Nemo vos seducat inanibus sermonibus. propter hæc venit ira Dei in homines contumaces.

7 [e] Ne igitur estote consortes eorum.

8 Eratis enim olim tenebræ, nunc autem [f] lux in Domino: ut filii lucis incedite.

9 (Nam fructus [g] Spiritus *situs est* in omni bonitate & justitia & veritate)

10 Explorantes quid placeat Domino.

*Joh. 13. 34. & 15. 12. 1. Joh. 3. 23.

*Supr. 4. 29. Colos. 3. 5. 2. Thess. 2. 17.

[a] 2. Jam accedit ad alteram affectuum speciem, positam in facultate quam concupiscibilem appellant: nominatim scortationem, avaritiam & dicacitatem, & quidem gravissimè reprehendens.

[b] Sales quos homines jaculantur, ut vel inane quiddã spectetur, vel exemplo vel maledicentia peccetur.

[c] 2. Quoniam hæc scelera sunt ex eorum numero quæ plerique ne inter vitia quidem numerãt, expergefacit pios, ut tanto magis sibi ab iis ut nocentissimis pestibus caveant.

[d] Idolorum servituti addictus. avarus enim in suis opibus vitam suam positam esse putat.

* Matt. 24. 4. Mar. 13. 5. Luc. 21. 8. 2. Thess. 2. 3.

[e] 2. Quia nihil proclivius est quàm mala exempla sequi, ideirco monet sanctos Apostolus ut assiduè meminerint cæteros esse veluti tenebras, sese verò instar lucis. Illos igitur turpissima quæque (ut in tenebris fieri solet) patrare: ipsos verò oportere non modò non sequi illorum exempla, sed etiam (quod proprium lucis munus est) eorum tenebras coarguere, & præeunte Christo vera illa luce, sic incedere, ut prudentes decet.

[f] Fideles dicuntur lux, tum quia vera luce illustrantur, tum quòd aliis præluceant, ut sceleratorum etiam vitam coarguant.

[g] Cujus vi facti sumus lux in Domino.

11 Et ne participate opera illa infrugifera tenebrarum, sed potiùs etiam [n] arguite.

12 Nam quæ occultè fiunt ab istis, turpe est vel dicere.

13 Sed omnia illa, dum a luce arguuntur, manifesta fiunt. lux enim illud est quod omnia facit manifesta.

14 Quapropter [i] dicit, Excitare qui dormis, & resurge [k] e mortuis, & illucescet tibi Christus.

15 * [l] Videte igitur quomodo accuratè ambuletis, non ut insipientes, sed ut sapientes:

16 [m] Redimentes opportunitatem, quoniam [n] dies mali sunt.

17 * Propterea ne estote desipientes, sed intelligentes quæ sit voluntas Domini.

18 [o] Et ne inebriamini vino, in quo [p] luxus est, sed implemini Spiritu:

19 Loquentes inter vos mutuò psalmis & hymnis & cantionibus spiritualibus, canentes ac psallentes [q] in corde vestro, Domino.

20 Gratias agẽtes semper de omnibus, in nomine Domini nostri Jesu Christi, Deo & Patri.

21 [r] Subjicientes vos alii aliis cum timore Dei.

22 * [s] Uxores propriis viris subjicite vos, [t] ut Domino:

23 [v] * Quoniam vir est caput uxoris, ut & Christus est caput Ecclesiæ: [x] & is est qui salutem dat corpori.

24 [y] Itaque sicut Ecclesia sese subjicit Christo, ita & uxores suis viris sese subjiciunto in omnibus.

25 [z] * Viri diligite uxores vestras, sicut & Christus dilexit Ecclesiam, & semetipsum exposuit pro ea:

26 [a] Ut eam [b] sanctificaret, ab eo purificatam lavacro aquæ [c] per verbum.

27 Ut sisteret eam sibi gloriosam, *id est* Ecclesiam [d] non habentem maculam aut rugam, aut quicquam ejusmodi, sed ut sit sancta & inculpata.

28 [e] Ita debent viri diligere suas uxores ut sua ipsorum corpora. Qui diligit suam uxorem, seipsum diligit.

29 Nullus enim unquam [f] suam ipsius carnem odio habuit: imò enutrit ac fovet eam, sicut & Dominus Ecclesiam.

30 Quoniam membra sumus corporis ejus, [g] ex carne ejus, & ex ossibus ejus.

31 * Propterea derelinquet homo patrem suum, ac matrem, & [h] agglutinabitur uxori suæ: & qui duo *erant*, fient una caro.

32 [i] Mysterium hoc magnum est: loquor autem de Christo & Ecclesia.

11 Neque sitis [4] commercium habentes in operibus tenebrarum, in quibus fructus non sunt: sed corrigite illa.

12 Quod enim secretò faciunt, abominabile est etiam dicere illud.

13 Omnis enim res corrigitur a luce, & manifesta fit: & omnis res quæ manifestat, lux est.

14 Propter hoc dictum est, Expergiscere qui dormis, & exsurge a mortuis, & illucescet tibi Christus.

15 Videte igitur quomodo ambuletis [5] circumspectè, non tamquam insipientes, sed tamquam sapientes,

16 Qui redimunt occasionem suã: quia dies mali sunt.

17 Propterea ne sitis destituti mente, sed considerate quæ sit voluntas Dei:

18 Et ne sitis ebrii vino in quo est [6] temulentia: sed replemini spiritu,

19 Et loquimini apud vosipsos in psalmis & hymnis, & cantionibus spiritus, canite in cordibus vestris Domino.

20 Et estote gratias agentes omni tempore pro omni homine in nomine Domini nostri Jeschua Christi, Deo patri:

21 Et estote subjecti unus alii in charitate Christi.

22 Uxores, estote subjectæ maritis vestris tamquam Domino nostro:

23 Quoniam vir caput est mulieris, sicut etiam Christus caput Ecclesiæ, & est servator corporis.

24 Sed sicut Ecclesia subjecta est Christo, ita etiam uxores maritis suis in omnire.

25 Viri diligite uxores vestras, sicut etiam Christus dilexit Ecclesiam suam, & seipsum tradidit pro ea,

26 Ut sanctificaret eam & mundaret eam lavacro [7] aquarum & verbo:

27 Ut constitueret eam Ecclesiam sibiipsi gloriosam, & in qua non esset labes neque ruga, neque quicquam quod illis simile esset. sed esset sancta absque macula.

28 Ita convenit viris ut diligant uxores suas tamquam corpora sua. Qui enim uxorem suam diligit, seipsum diligit.

29 Nullus enim unquam corpus suum odit, sed nutrit ipsum, & curat quæ sunt ejus: sicut etiam Christus *curat* quæ sunt Ecclesiæ.

30 Quoniam membra sumus corporis ejus, & ex carne ejus sumus, & ossibus ejus.

31 Propter hoc relinquet vir patrem suum & matrem suam, & adhærebit uxori suæ: & erunt ambo una caro.

32 Hoc mysterium magnum est: ego autem dico de Christo, & de Ecclesia ejus.

[h] Palàm facite, sancta nimirum vita.

[i] Scriptura, vel Deus in scriptura.

[k] Loquitur de morte peccati.

* *Col.4.5.*

[l] B. Quo corruptiores sunt hujus seculi mores, eo magis in omnes occasiones intẽtos esse nos oportet, nec aliud nobisipsis quàm Domini voluntatem proponere.

[m] Metaphora a mercatoribus ducta, qui lucrum etiam tantillum deliciis omnibus anteponunt.

[n] Difficultatum & asperitatis plena tẽpora.

* *Rom.12.2.* *1.Thess.4.1.*

[o] B. Dissolutis infidelium conviviis sobrios & sanctos fidelium cœtus opponit, in quibus personent unius Domini laudes, sive adversis sive prosperis rebus.

[p] Omnis profusio, eáque summa cum turpitudine conjuncta.

[q] Serio cordis affectu, nõ lingua dumtaxat.

[r] B. Brevis repetitio scopi ad quem omnia referenda sint, ut propter Deum alii aliis serviant.

* *Colos.3.18.* *Tit.2.5.* *1.Pet.3.1.*

[s] B. Jam ad œconomiam descendit, singulas œconomices partes ordine distribuens. Uxorum autem officium in eo positum esse dicit, ut viris subjiciantur.

[t] B. Primum argumentum, Quoniam maritis rebelles esse non possint. quin Deo ipsi hujus subjectionis auctori resistant.

[v] B. Declaratio superioris dicti, Quia Deus in matrimonio præfecerit virum uxori, sicut Christus est Ecclesiæ suæ caput. * *1.Cor.11.3*

[x] B. Aliud argumentum. Quia uxoris salus a viro depender, ut non tantùm justa, sed etiam uxori utilissima sit ista subjectio: sicut etiam Ecclesiæ salus est a Christo, quamvis longè dissimili ratione.

[y] B. Conclusio officii uxorum erga maritos.

[z] B. Maritorum officium est uxores ut seipsos diligere: cujus dilectionis vivum est exemplar Christi erga Ecclesiam charitas. * *Col.3.19.*

[a] B. Quoniam multi solent uxorum infirmitates suæ duritiæ & inhumanitati prætexere, jubet nos contemplari Apostolus, qualem Ecclesiam nactus sit Christus, quum eam sibi adjungeret, & quomodo omnes ejus sordes adeò non sit dedignatus, ut sua etiam puritate omnes illas eluere non desinat, tantisperdum illam penitùs purificet.

[b] Sanctum efficeret.

[c] Promissionem gratuitæ in Christo justificationis & sanctificationis fide receptam.

[d] Ecclesia in sese considerata, non priùs erit sine ruga, quàm quum ad metam pervenit. in hac enim vita in stadio currit: at si in Christo consideretur, munda est & sine ruga.

[e] B. Aliud argumentum, Unusquisque naturæ sponte seipsum amat: resistit ergo naturæ qui uxorem non amat. Consequutionem probat primùm ex mutua Christi & Ecclesiæ conjunctione mystica: deinde ex Dei ordinatione, qui virum & uxorem pronunciet esse instar singularis individui.

[f] Suum corpus.

[g] Alludit ad creationem mulieris, qua nostram cum Christo conjunctionem significat, quæ fit fide, ac sacramento Cœnæ obsignatur. * *Gen.2.24. Matt.19.5. Mar.10.7. 1.Cor.6.16.*

[h] Vide Matth.19.5.

[i] B. Nequis naturalem Christi & Ecclesiæ conjunctionem somniet, qualis est viri & uxoris, arcanam eam esse ostendit, spiritualem videlicet & quæ a communi hominum captu sit quàm remotissima: utpote quæ spiritus non carnis virtute, fide, non naturali aliquo connexu, constet.

[4] F. putà opere, contagione, vel dissimulatione. Nam huc spectat Paulus versu 13. quasi dicat, lucis officium est tenebras facere manifestas, atque corrigere, nedum eas dissimulare: vos autem lux estis in Domino nostro, sup. vers. 8.

[5] Quia vox Syra והיראית alibi non legitur, nec in hoc nec in alio sensu, & tantùm differt a וחיראית, ע literam ח non habet, puto eamdem esse vocem cum syncope literæ ח: quódque me movet ut id existimem, est quòd frequenter occurrit והיראית in eodem sensu. Et errorem esse dicere nõ ausim, quum non modò impressum, sed etiã manuscriptum Heidelbergense Testamentum idem habeat. Quin etiam Syri in dictionibus unius literæ aut syllabæ syncope sæpiùs utuntur, ut & infr. cap. 6.1. ששלתא, שלשלתא. F. Etsi hoc quoque servari potest a Syro אזר & Hebræo זוה. unde mensis Ziv apud Hebræos appellatus.

[6] F. ἀσωτία: nam Græcam hanc vocem servavit Syrus, quam Agellius exponit luxum.

[7] vel aquæ, meliùs. Syrum verò nomen, ut Hebræum, est plurale tantùm.

33 Verumtamen etiam vos, unusquisque ex vobis ita amet uxorem suam sicut seipsum: uxor autem[8] revereatur maritum suum.

[8] Ad verb. sit timés a marito suo.

33 [k]Itaque & vos singuli, suam quisque uxorem ita diligito ut seipsum, uxor autem *videto* ut timeat virum.

[k] 2. Conclusio officii tum viri in uxoré, tum uxoris in virum.

CAPUT SEXTUM.

[1] Subjicit præcepta de liberorum, [5] servorum, [9] & dominorum officiis. [10] Deinde proponit quàm acris pugna fidelibus sit proposita: [13] quibus armis in ea utendum. [21] Postremò Tychicum commendat.

Liberi, obedite parentibus vestris in Domino nostro: id enim justum est.

2 Et est mandatum primum[1] quod promittit, Honora patrem tuum, & matrem tuam,

3 [2] Ut sit tibi quod bonum est, & prolongent vitam tuam super terram.

4 Parentes, ne irritetis filios vestros, sed educate eos in disciplina & in doctrina Domini nostri.

5 Servi obedite dominis vestris qui sunt [3] secundùm carnem, cum timore & cum tremore, & cum simplicitate cordis, tamquam Christo.

6 Non ad aspectum oculorum, quasi ut filiis hominis placeatis: sed tamquam servi Christi qui faciunt voluntatem Dei:

7 Et servite eis ex toto animo vestro in charitate, tamquam Domino nostro, & non tamquam filiis hominis:

8 Scientes quòd illud quod facit homo quod bonum est, illud ipsum reperditur a Domino nostro, sive servus sit ille, sive[4] liber.

9 Etiam vos domini ita facite servis: remittite illis delicta: quia nostis quòd Dominus quoque vester est in cælis, & [5] acceptio personarum non est apud eum.

10 Quod superest, fratres mei, corroboramini in Domino nostro, & in potentia roboris ejus:

11 Et induite totam armaturam Dei, ut possitis consistere contra insultus calumniatoris.

12 Quia colluctatio vestra non est adversus carnem & sanguinem, sed adversus principatus, & adversus potestates, & adversus possessores mundi hujus tenebrosi, & adversus spiritus malos qui sunt sub cælis.

13 Quapropter induite universam armaturam Dei, ut possitis occurrere malo, & preparati existentes in omni re consistatis.

14 State igitur, & cingite lumbos vestros per veritatem, & induite loricam justitiæ:

[1] F. vel quod promittitur, id est, auctum atque exornatũ est promissione Dei.

[2] Retinet eadé verba quibus promissio facta est in Lege: atque prolongationem vitæ filiorum parentibus attribuit, quia ab iis dependet: videlicet, si honore afficiãtur sicut Lex præscribit. F. dependet autem secundariò, quatenus instrumẽta sunt cõferendis Dei minis & promissionibus.

[3] I. illis qui dominãtur vobis, quod ad corpus & res externas attinet.

[4] Ad verb. Filius libertatum. Hebraismus.

[5] Ad verb. Acceptio vultus. Vide annotata Mat. 6.

Liberi, * [a] auscultate [b] in [c] Domino parentibus vestris, [d] id enim est justum.

2 [e] *Honora patrem tuum & matrem: [f] quod est præceptum primum cum [g] promissione,

3 Ut benè tibi sit, & sis longævus super terra.

4 [h] Et *vos* patres, ne provocate ad iram liberos vestros, sed enutrite eos in disciplina & [i] admonitione Domini.

5 [k]*Servi, auscultate dominis [l] secundùm carnem, [m] cum timore ac tremore, cum simplicitate cordis vestri, ut Christo.

6 Non ad oculum servientes, ut qui hominibus placere student: sed ut servi Christi, [n] facientes ex animo quæ vult Deus.

7 Cum benevolentia servientes, ut [o] Domino, & non hominibus.

8 [p] Sciẽtes, singulos quicquid fecerint boni, hoc reportaturos a Domino, sive servus fuerit, sive liber.

9 [q] Et vos domini, eadem facite erga illos, remissis minis: scientes vestrum etiã ipsorum Dominum esse in cælis, * nec [r] personæ acceptionem esse apud eum.

10 [s] Quod reliquũ est, fratres mei, corroboramini in Domino, & robore viriũ ipsius.

11 Induite universam illam armaturam Dei, ut possitis stare adversus artes diaboli.

12 [t] Quoniam non est nobis lucta * adversus [y] sanguinem & carnem, sed adversus [x] imperia, adversus potestates, adversus mundi principes, *id est* tenebrarum seculi hujus, adversus spirituales improbitates *quæ sunt* in sublimi.

13 [y] Propterea assumite universam illam armaturam Dei, ut possitis obsistere [z] tempore adverso, & omnibus confectis stare.

14 State igitur, lumbis circumcinctis veritate, & induti thorace justitiæ.

* *Colos. 3. 20.*

[a] 2. Accedit ad aliam œconomices partem: & liberorũ erga parentes officium in eo positum esse docet, ut parentibus obtẽperent.

[b] 2. Primum argumentum, Quia sic Deus sancivit. Ex quo etiã consequitur, hactenus teneri liberos hac obedientia, ut tamen a Dei culiu non discedant.

[c] Dominus enim auctor est, & secũdùm illum præstanda est obedientia.

[d] 2. Secundum argumentum, Quòd justissima sit hęc obedientia.

[e] 2. Probatio primi argumenti.

* *Exod. 20. 12. Deut. 5. 16. Eccl. 3. 9. Mat. 15. 4. Mar. 7. 10.*

[f] 2. Tertium argumentum, ab utili, Quòd Dominus hoc præceptum inter cætera sit peculiari benedictione dignatus.

[g] Peculiari, atque ex professo, ut vocãt, nam alioquì secundum præceptum habet misericordiæ promissionem in mille generationes, sed universalẽ, & quæ ad aliquã portiòs descriptionem naturæ Dei quàm ad promissionum expositionem pertinet.

[h] 2. Patrum officium est, moderatè & ad Dei gloriam jure patriæ potestatis uti.

[i] Monitis ex verbo Dei petitis, sive sanctis & Deo acceptis.

[k] 2. Jam ad tertiam œconomices partem descendit, nempe ad mutua servorum & dominorum officia. Servorum autem officium in eo positum esse docet, ut ex animo dominos suos ament & reverentur.

* *Col. 3. 22. Tit. 2. 9. 1. Pet. 2. 18.*

[l] 2. Mitigat servitutis asperitatem, quòd nihilominus eis maneat intacta spiritualis libertas, quæ corporalem servitutem non aboleat, adeò ut Christi esse non possint, nisi dominis suis fideliter & sponte inserviant, quatenus quidem salva conscientia id fieri potest.

[m] Cum solicita reverentia, nam ne servilis quidem merus probatur in servis Christianis.

[n] 2. Ut quibusvis prætextibus occasionem præcidat, docet non sine Dei voluntate servos nasci aut fieri: ac proinde Dei voluntatem esse ipsis respiciendam, quantumliber dura sit servitus.

[o] Dei reverentia commoti, & quasi ipsi Deo.

[p] 2. Etiamsi ingratis aut crudelibus dominis serviatur, tamen servorum non minùs quàm liberorum obedientia Deo est accepta.

[q] 2. Dominorum officium est, moderatè & sanctè uti suo in servos imperio, quum & ipsi alio respectu communem habeant Dominum qui in cælis est, & tum servos tum liberos judicabit. *Deuteronom. 10. 17. 2. Par. 19. 7. Job. 34. 19. Sap. 6. 7. Eccl. 35. 16. Act. 10. 34. Rom. 2. 11. Galat. 2. 6. Colos. 3. 25. 1. Pet. 1. 17.*

[r] Libertatis aut servitutis.

[s] 2. Concludit alteram hujus epistolæ partem, gravi exhortatione, ut omnes sint in procinctu, & spiritualibus armis freti, constanter pugnent, donec hostes penitùs profligentur. Monet autem primo loco, ut arma ex Deo sumamus, quibus solis confici possit hostis.

[t] 2. Secundò, præcipuos hostes invisibiles ac potentissimos esse declarat, ne putemus nobis cum hominibus præcipuè certandum. * *Supr. 2. 2.*

[y] Homines, quorum fragilis & caduca est natura, cui opponuntur versutiæ spirituales, infinitis partibus potentiores.

[x] Ista nominã tribuis angelis malis, propter effectus, non quòd eos sua vi possint præstare, sed quia illis Deus laxat habenas.

[y] 2. Sola Dei armatura profligari istos hostes declarat, nempe conscientiæ integritate, pia & sancta vita, Evangelii cognitione, fide, denique Dei verbo adhibitis precibus assiduis & ferventibus pro Ecclesiæ salute, ac præsertim pro verè piorum ac fortium Verbi ministrorum constantia.

[z] Vide supr. 5. 16.

15 Calceatis pedibus [a] pręparatione Evangelii pacis.

16 Supra omnia assumto scuto fidei quo possitis omnia jacula Mali illius ignita extinguere.

17 Galeam etiam salutis recipite, & gladium spiritus, hoc est verbum Dei:

18 Omni prece & deprecatione, orantes omni tempore per [b] Spiritum, & illi ipsi rei excubantes cum omni perseverantia, & supplicatione pro omnibus sanctis,

19 Et pro me, ut mihi detur [c] sermo ad apertionem oris mei cum libertate, ut notum faciam mysterium Evangelii.

20 Cujus causa legatione fungor catenatus, ut, *inquam*, de eo liberè loquar, ut oportet me loqui.

21 [d] Ut autem sciatis & vos res meas, *&* quid agam, omnia vobis nota faciet Tychicus, charus frater & fidus minister in Domino.

22 Quem misi ad vos ob id ipsum ut cognoscatis res nostras, & consoletur corda vestra.

23 Pax *sit vobis* fratribus, & charitas cum fide a Deo Patre, & Domino Jesu Christo.

24 Gratia *sit* cum omnibus diligentibus Dominum nostrum Jesum Christum ad [e] incorruptibilitatem. Amen.

Scripta fuit Roma ad Ephesios per Tychicum.

[a] Ut præparatio Evangelii sit calceorũ instar: optimè autem convenit epitheton, quum nos ad Deum per infensissimos hostium cuneos pergentes id nos ad fortiter pergẽdum hortetur, quòd ex Evangelii doctrina scimus nos ad Deum nobis reconciliatum contendere.

[b] Ut sanctæ preces a sancto Spiritu pficiscantur.

[c] Loquendi facultas.

[d] 8. Familiaris & benevolentiæ plena sui status declaratio, unà cum precatione solenni, qua consuevit Paulus epistolas suas claudere.

[e] Vitam æternam.

15 Et [6] calceate in pedibus vestris præparationem Evangelii pacis.

16 Et ad hæc sumite vobis scutum fidei, per quod inveniamini validi ad extinguendum omnia jacula ignita illius Mali.

17 Et imponite galeam salutis, & apprehendite gladium spiritus, qui est sermo Dei.

18 Et in omnibus precationibus & in omnibus orationibus precamini omni tempore in spiritu: & in ipsa precatione estote vigilantes omni tempore, precantes sedulò & obsecrantes pro omnibus sanctis:

19 Etiam pro me, ut [7] detur mihi, in apertione oris mei, quo liberè prædicem mysterium Evangelii:

20 Cujus ego sum nũcius in catenis: ut cum audacia eloquar illud, sicut convenit mihi ut eloquar illud.

21 Ut autem sciatis etiam vos id quod apud me *geritur*, & id quod ago, ecce, notum facturus est vobis Tychicus frater dilectus & minister fidelis in Domino nostro:

22 Quem misi ad vos propter hoc ipsum, ut cognosceretis quod apud me *geritur*, & consolaretur corda vestra.

23 Pax cum fratribus nostris, & charitas cũ fide, a Deo Patre, & a Domino nostro Jeschua Christo.

24 Gratia cum omnibus qui diligunt Dominum nostrum Jeschua Christum, quæ non corrumpitur. Ammin.

[6] i. Tamquam calceis militaribus, pedes vestros munite præparationẽ pacis Evangelii. q. d. Muniti & parati sitis ad hanc spiritualem pugnã cognitione Evangelii pacis.

[7] f. al. detur mihi sermo: rectè: etsi non legebat Tremellius.

Finitur epistola ad Ephesios, quæ scripta fuit a Roma, & missa per manum Tychici.

EPISTOLA AD PHILIPPENSES.

CAPUT PRIMUM.

[1] De pio animi sui erga Philippenses affectu testatus, [12] de se & de suis vinculis tractat, [22] & eos suo exemplo incitat, [27] hortatúrque ad unitatem, [28] & patientiam.

BEZAE INTERPRET.

PAULUS & Timotheus servi Jesu Christi, omnibus sanctis in Christo Jesu qui sunt Philippis, unà cum [a] episcopis ac diaconis:

2 Gratia vobis & pax a Deo patre nostro, & Domino Jesu Christo.

3 [b] Gratias ago Deo meo cum omni memoria vestri,

4 Semper in omni deprecatione mea pro omnibus vobis, cum gaudio deprecans,

5 [c] Super vestri in Evangelio communione, a [d] primo die usque ad hoc tempus.

[a] Episcoporum nomine eos qui verbo & gubernationi præerant, Diaconorum, eos qui Ecclesiæ ærarii essent œconomi intelligit.

[b] 8. Scopus Epistolæ est, Philippenses modis omnibus confirmare, ut non modò non deficiãt, sed etiam proficiant: Ac primo quidem præterita laudat, ut ad pergendum hortetur: quod se etiam omnino sperare dicit, idque ex vivæ charitatis ipsorum testimonio, sed interea ad unius Dei gratiam omnia refert.

[c] Quòd & vos facti estis participes Evangelii.

[d] Ex quo vos cognovi.

TREM. INTERPRET.

PAULUS & Timotheus servi Jeschua Christi omnibus sanctis in Jeschua Christo qui sunt Philippis cum senioribus & ministris:

2 Gratia vobiscum & pax a Deo Patre nostro, & a Domino nostro Jeschua Christo.

3 Gratias ago Deo meo in mentione vestri sedula,

4 Quæ fit in omnibus precationibus meis pro vobis: *&* gaudens obsecro,

5 Propter communionem vestram quę est in Evangelio, a primo die [1] usque ad præsens tempus.

[1] f. Syr. & usque nunc. Hebraism.

6 Quia

6 Quia cõfido in hoc, quòd is qui cœpit in vobis opera bona, ipse perficiet usque ad diẽ Domini nostri Ieschua Christi.

7 Ita enim justum est sentire de omnibus vobis, eo quòd in corde meo positi sitis, & in vinculis meis, & in [a] defensione quæ est de veritate Evangelii: quia cõsortes mei sitis in gratia.

8 Testis enim est mihi Deus quomodo diligam vos in visceribus Ieschua Christi.

9 Et hoc precor, ut adhuc crescat & augeatur charitas vestra in agnitione & in omni intelligentia Spiritus:

10 Ut discernatis ea quæ sunt præstantia, & sitis mundi sine offendiculo in die Christi,

11 Et pleni fructibus justitiæ qui sunt per Ieschua Christum, ad laudem & gloriam Dei.

12 Volo autem ut sciatis, fratres mei, quòd negotium meum excellenter progressum fecit in Evangelio:

13 Ita ut etiam vincula mea manifestata sint in Christo, in prætorio toto, & [b] in reliquis omnibus hominibus.

14 Et multitudo fratrũ qui sunt in Domino nostro, [c] freti sunt propter vincula mea, & ausi sunt magis sine timore loqui sermonem Dei:

15 Et aliqui ex invidia & contentione, aliqui autem voluntate bona, & charitate Christum prædicant:

16 Quia norunt *quòd* in defensionem Evangelii positus sum.

17 Qui verò per contentionem Christum prędicant, nequaquam *id faciunt* sincerè, sed quia existimant quòd addunt afflictionem vinculis meis.

18 Et in hoc gavisus sum, & gaudeo, quòd quocumque modo, sive [d] obtentu, sive in veritate, Christus prædicatur.

19 Novi enim quòd hæc [e] ad salutem [f] inveniuntur mihi per precationes vestras, & donationem Spiritus Ieschua Christi.

20 Quemadmodum spero & confido quòd nulla in re pudefiam, sed [g] revelata facie, sicut omni tempore, etiam nũc magnificabitur Christus in corpore meo, sive per vitam sive per mortem.

21 Vita enim mea Christus est: &, si moriar, lucrum est mihi.

22 Si autem etiam [h] in istis vita sit carnis, fructus sunt mihi in operibus meis. ignoro quod optem mihi.

23 Coarctant enim me hæc ambo: liberari cõcupisco ut cum Christo sim, & hoc valdè utile esset mihi:

24 Sed etiam ut maneam in corpore meo, coarctat me desiderium propter vos.

25 Et hoc indubitatò novi, quòd mansurus sum & permansurus ad gaudiũ vestrum, & ad incrementum fidei vestræ:

26 Ut quũ venero rursus ad vos, exuberet in me gloriatio vestra quæ est in Ieschua Christo.

a 1. Syr. protẽsione vel protractione spiritus. vide in Rom. 1. 20. sic infr. vers. 10.

b Ad verbum, Et apud residuum omniũ hominũ. Cui respõdet Gallica loquutio, *Et au demeurãt de tous les hommes.*

c Vel, Fiduciã sumserunt.

d Vel prætextu.

e 1. Eveniunt mihi ut mihi sint salutaria.

f 2. vel adsunt, præstò sunt. Hebraismus, ut Genes. 19. 15. & alibi passim.

g Ad verbum, Cum revelatione faciei, Syra phrasis.

h 2. vel in ista vita carnis, fructus est mihi in operibus meis. q. d. si qui adhuc fructus mihi restat percipiendus in hoc opere & ministerio meo.

6 Persuasum habens hoc ipsum, fore ut qui incepit in vobis opus bonum, perficiat [a] usque ad diem Iesu Christi:

7 Sicut justum est ut ego id sentiam de omnibus vobis, propterea quòd animo teneam, vos & [b] in vinculis meis, & in defensione & confirmatione Evangelii, vos, *inquam*, omnes unà mecum fuisse [c] gratiæ participes.

8 [d] Testis enim mihi est Deus quantopere expetam vos omnes in visceribus Iesu Christi.

9 [e] Et hoc oro, ut charitas vestra adhuc magis ac magis exundet in cognitione & omni sensu:

10 Ut exploretis quæ discrepant, ut sitis sinceri, & inoffenso cursu pergatis ad diem usque Christi,

11 Repleti [f] fructibus justitiæ, qui *sunt* per Iesum Christum ad gloriam & laudem Dei.

12 [g] Velim autem vos scire, fratres, quæ mihi *acciderunt*, magis ad profectum Evangelii evenisse.

13 *Adeò* ut vincula mea in [h] Christo celebria sint in toto [i] prętorio, ac reliquis omnibus.

14 Et plerique ex fratribus in Domino, freti vinculis meis, ampliùs audeant sine metu [k] Sermonem loqui.

15 Ac nõnulli quidem per invidiam & cõtentionem, nonnulli verò etiam bono affectu Christum prædicant.

16 Alii quidem, *inquam*, per contentionem Christum [l] non castè annunciant, quòd existiment sese afflictionem adjicere vinculis meis:

17 Alii verò ex charitate, scientes me ad defensionem Evangelii constitutum esse.

18 [m] Quid igitur? attamẽ quovis modo, sive in [n] speciem, sive sincerè, Christus annunciatur: & de hoc gaudeo atque etiam gaudebo.

19 Novi enim fore ut hoc mihi cedat in salutem per vestram deprecationem, & suppeditationem spiritus Iesu Christi,

20 [o] Secundùm intentam exspectationem & spem meam, quòd nulla in re pudefiam, sed cum omni dicendi libertate, ut semper, *ita* nunc quoque magnificabitur Christus in corpore meo, seu per vitam seu per mortem.

21 Mihi enim *est* Christus & *in* vita & *in* morte lucrum.

22 [p] An verò [q] vivere in carne mihi operæpretium *sit*, & quid eligam ignoro.

23 Constrictus enim utrimque teneor, desiderio tendens ad dimissionem, & ut cum Christo sim. Est enim *id* valdè multo melius.

24 Sed permanere in carne, magis necessarium *est* propter vos.

25 Et hoc confisus novi, me mansurum esse & permansurum cum vobis omnibus ad vestrum profectum & gaudium fidei:

26 Ut exũdet gloriatio vestra in Christo Iesu de me, mea rursus apud vos præsentia.

a Ad extremũ usque finem hõ deseret vos Dei Spiritus, donec mortalia vestra corpora sistantur Christi judicio glorificãda.

b Veræ cum Christo conjunctionis verum argumẽtum.

c Gratiam vocat quasi singulare aliquod beneficium, vincula sua.

d 2. Addit suæ in eos benevolentiæ declarationẽ, ostendẽs simul quare maximè possint cõfirmari, nempe precibus assiduis.

e 3. Quid præcipuè nobis sit petendum ostendit, primùm videlicet ut in vera Dei notitia, (adeò ut discrepantia possimus dignoscere) deinde in charitate crescamus, ut ad extremum usq; ad gloriã Dei per Iesũ Christum, verè bonis operibus incumbamus.

f Si Justitia arbor, Opera bona sunt fructus, falli necesse est Sophistas, quum dicãt opera causas esse justitiæ.

g 3. Occurrit crucis offendiculo unde nõnulli occasionem arripiebant deprimẽdi ipsius Apostolatus. Quibus respõdet, Deum sic benedixisse suæ captivitati, ut inde sit etiam factus illustrior, dignitate Evangelii, quamvis non simili omniũ studio, tamen re ipsa per istã occasionẽ magnopere amplificata.

h Christi nomine.

i In Cæsaris regia.

k Evangelium per excellentiã sermo dicitur.

l Non puro animo, alioqui purã doctrinam.

m 2. Suo proposito exemplo docet verum gaudium esse nostrarum afflictionum exitum, idque virtute Spiritus Christi, quẽ petẽtibus largiatur.

* Speciosam scilicet causam, id est, Christum ipsum prætexebant suæ ambitioni & invidiæ. [a] 3. Perseverantia opus est ad extremum usque, summa cum fiducia, proposita nobis una Christi gloria, sive vivendum sit sive moriendum. [b] 3. Exemplum veri pastoris, suam quamvis fœlicitatem postponentis ovium suarum utilitati. [c] In hoc mortali corpore degere.

27 [x] Tantùm ut convenit Evangelio Christi vos gerite, ut sive postquam venero & videro vos, sive absens, audiam de rebus vestris, & vos [y] perstare in uno Spiritu, uno animo concertantes per fidē Evangelii.

28 [z] Nec ulla in re territos ab iis qui se opponunt: quod illis quidem est exitii indicium, vobis autem salutis, idque a Deo.

29 [a] Quia gratis datum est vobis in Christi negotio, non solùm in eum credere, sed etiam pro eo pati:

30 [b] Idem certamen sustinendo quale vidistis in me, & nunc auditis de me.

27 [10] Tantùm, quemadmodū decet, in Evangelio Christi vos gerite, ut sive [11] veniam, videam vos, & sive absens sim, audiam de vobis quòd persistatis in uno spiritu & una anima, & decertetis simul per fidem Evangelii:

28 Et in nulla re terreamini ab iis qui stant contra nos in judicium perditionis illorum & salutis vestræ: & hoc a Deo ipso.

29 [12] Datum est vobis ut non tantùm [13] credendo credatis in Christum, verum etiam ut pro eo pariamini.

30 Et sustineatis certamen, sicut vidistis in me, & nunc auditis de me.

[x] B. Illis instat procœmii præpositus, jam ad exhortationes descendit, primùm omniū monens ut cōsensum & in doctrina & in voluntatibus seu animis cōservent, deinde ut communibus illis vinculis conjuncti, perstent fidei robore sreti omnia adversa sic sustinere, ut nihil Evāgelica professione indignum admittant.

[10] Tantùm, in Syro textu cohæret cū præcedentibus.

[11] F. i. veniam visurus vos, vel etiam veniens videam. Hebr. ut Matth. 4. 9.

[12] Datum est vobis, cohæret cum præcedentibus.

[13] i. Firmiter credatis.

[y] Standi verbum athletis convenit, qui immoto velut gressu consistunt.

[z] B. Persequutiones ab Evangelii hostibus intentatæ nos non dejicere, sed erigere potiùs debent, quum certa sint a Deo ipso testimonia tum nostræ salutis tum impiorum exitii.

[a] B. Confirmatio ejus quod dixerat, crucem esse nostræ salutis indicium, quoniam pati pro Christo donum est Dei, quo suos, sicut & fide, dignatur.

[b] B. Jam ostendit quo consilio suarum afflictionum meminerit.

CAPUT SECUNDUM.

[1] Obtestatur eos ut nihil prius habeant [3] humilitate, [6] idq; exemplo Christi. [19] Timotheum se illis brevi missurum promittit, [26] & moram Epaphroditi excusat.

SI qua [a] igitur consolatio *est* in [b] Christo, si quod solatium charitatis, si qua communio spiritus, [c] si quæ viscera ac miserationes,

2 Explete meum gaudium, ut idē sapiatis, [d] eamdem charitatem habentes, unanimes, & sententiis uni.

3 Nihil *gerentes* per contentionem aut per inanem gloriam, sed ex animi submissione alii alios existimantes sibi præcellere.

4 Ne sua quisque spectate, sed unusquisque etiam quæ sunt aliorum.

5 [e] Itaq; is sit affectus in vobis qui fuit & in Christo Jesu:

6 Qui quum esset [f] in forma Dei, [g] non duxit *esse* rapinam, [h] parem esse cum Deo:

7 Sed ipse sese [i] inanivit, [k] forma servi accepta, similis hominibus factus:

8 Et habitu inventus ut homo, ipse se submisit, factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis.

9 [l] Quapropter etiam Deus ipsum in summam extulit sublimitatem, ac donavit ei [m] nomen quod est supra omne nomen:

10 Ut ad nomen Jesu [n] omne genu *se* flectat cælestium ac terrestrium & subterraneorum.

11 [o] Omnisque lingua profiteatur Jesum Christum esse Dominum, ad gloriā Dei Patris.

12 [p] Proinde, dilecti mihi, prout semper auscultastis, non ut in præsentia mea solùm, sed nunc multo magis in absentia mea, cum timore ac tremore [q] vestram ipsorum salutem conficite.

13 [r] Deus enim is est qui efficit in vobis & [s] ipsum velle, & ipsum agere, pro gratuita *sua* benevolentia.

SI vobis igitur est consolatio in Christo, & si est loquutio [1] super cor in dilectione, & si *est* communio Spiritus, & si *sunt* viscera, & si miserationes,

2 Complete gaudium meum, & una cogitatio sit vobis, & una dilectio, & una anima, & una mens:

3 Et nihil per contentionem aut per gloriam inanem faciatis, sed per lenitatē animi, unusquisq; proximum suum tamquam præstantiorem se, reputet:

4 Neque quisquam quæ sunt suiipsius curet, sed quisque etiam quæ sunt proximi sui.

5 Et hoc sentite in vobisipsis, quod etiā Jeschua Christus.

6 Qui quum esset in similitudine Dei, [2] nequaquam *per* rapinam æstimasset illud ipsum quod esset æqualitas Dei:

7 Nihilominus seipsum exinanivit, & formam servi accepit, factúsque est in forma filiorum hominis:

8 Et [3] similitudine invētus ut filius hominis: atque demisit semetipsum, & obedientem se præstitit usque ad mortem, mortem autem crucis.

9 Propter hoc etiā Deus [4] multùm exaltavit eum, & dedit ei nomen quod excellentius est omnibus nominibus.

10 Ut in nomine Jeschua omne genu flectatur eorum quæ sunt in cælo, & in terra, & eorum quæ sunt sub terra.

11 Et omnis lingua confiteatur quòd Dominus sit Jeschua Christus, ad gloriā Dei Patris ejus.

12 Itaque, dilecti mei, sicut omni tempore obedientes vos præstitistis, non quum propinquus essem vobis tantùm, sed nunc quum longè absim a vobis, magis in timore & in tremore operamini opus salutis vestræ.

13 Deus enim efficit in vobis tum velle tum agere [5] id quod vultis.

[a] B. Vehementissima obtestatio, ut ea omnia repellāt quibus illa sūma consensio violari solet, nempe contētionem & superbiam, quibus fit ut alii ab aliis sejungantur.

[b] Christiana.

[c] Siquis intimæ charitatis sensus.

[d] Parem.

[e] B. Proponit perfectissimum omnis modestiæ & morum suavitatis exemplū, Jesum Christum, quē nos oporteat pro viribus imitari. is autem, quamvis nihil sit eo sublimius, tamen nostri causa eò usq; se abjecit, ut servi formam (nostram videlicet carnem) ultro induerit, & quidē omnibus infirmitatibus ad mortem usq; crucis obnoxiam.

[f] Talis qualis est ipse Deus, ideoque Deus, quum unus Deus sit sui ipsius prorsus similis.

[g] Christus ille Deus æterna gloria præditus sciebat quidem jus fasq; esse nō in humili carne apparere, sed cū magnificentia Deo digna, verūm maluit sese demittere.

[h] Quum par Filius sit Patri, æqualitatē esse necesse est cōtra Arrium: quum Filius Patri comparetur, necesse est personarum esse distinctionem, contra Sabellium.

[i] Quasi ex omni seipsum ad nihil redegit.

[k] Assumta humana natura.

[l] B. Sūmissionis Christi gloriosissimum exitum ostendit, ut modestiam doceat verum iter esse ad solidam laudem & gloriam.

[m] Dignitatem & celebritatem nominis, sed cum reipsa conjunctam.

[n] Omnis creatura tandem subjicietur Christo.

[o] Omnis gens.

[p] B. Conclusio, oportere nos summissos & humiles per nostræ vocationis viam ad salutem progredi.

[q] Conficere salutem dicitur, qui in justitiæ stadio currit.

[r] B. Solidissimum adversus arrogantiam argumentū, nihil nos habere laudabile nisi ex dono Dei gratuito, & quidē adventitio, quoniā ne ad benevolendū quidem (nedū ad benè agēdum facultatē ullā aliūnde quām ex gratuita Dei misericordia habemus.

[s] Nō sumus igitur stipites, sed benè volumus, nō quidē natura, at quia Deus ex mala volūtate bona fecit.

[1] Periphrasis est cōsolationis, etiam Hebræis usitata, ut Genes. 34. & Hosch. 2. & alibi: quòd qui aliquem consoletur, potissimùm verbis utatur quæ ejus cor & animum afficere ac recreare queant. Est autē syncope in voce ממלא, de qua vide locum 1. Thess. 2. 11.

[2] F. Syrè, non fuit rapinam æstimās illud, quòd esset æqualis Deo; sed animā suā exinanivit, &c. quæ verba nō incommodè cum Græcis Pauli conveniunt.

[3] F. Syr. habitu, σχήματι: nā servavit Græcum vocabulum.

[4] Ad verbum, Multiplicavit exaltationem ejus. Id est, Sūmè extulit eū.

[5] Auctor hujus paraphrasis εὐδοκίας (cujus meminit Græcus textus, eā referens ad Deum) Philippensibus attribuit, dum vertit, Id *supple bonum* quod vultis, F. alioqui Græcè indefinitè est dictum, ὅπερ θέλετε εὐδοκίας, pro bona voluntate.

14 Omnia facite absque murmurationibus, & absque disceptatione:

15 Ut sitis integri & sine macula, tamquam filii sinceri Dei, qui habitant in generatione prava & perversa: & conspiciamini inter eos tamquam luminaria in mundo.

16 [6] Ut sitis illis loco salutis, ad gloriam meam in die Christi, ne frustrà cucurrerim, néve in vanum laboraverim.

17 Quinetiam si [7] libaminis instar offerar super victimam & ministerium fidei vestræ, gaudeo & exulto cum omnibus vobis,

18 Sicut etiam vos gaudete & exsultate mecum.

19 Spero autem in Domino nostro Jeschua, quòd mittam ad vos Timotheum brevi, ut etiam mihi sit quies [8] quum certior factus fuero de vobis.

20 Nullus enim mihi alius est hîc qui sit [9] ut anima mea, qui diligenter curet quæ vestra sunt.

21 Omnes enim quæ sua ipsorum sunt, quærunt, & non quæ Jeschua Christi.

22 Probationem autem ejus novistis, quòd tamquam filius cum patre suo, ita servivit mecum [10] in Evangelio.

23 Hunc spero quòd mittam ad vos brevi, postquam videro quæ apud me *geruntur*:

24 Et confido in Domino meo, quòd ego quoque brevi veniam ad vos.

25 Nunc autem coëgit me res ipsa ut mitterem ad vos Epaphroditum fratrem, qui est adjutor & cooperator meus, vester autem legatus, & minister necessitatis meæ:

26 Qui cupidus erat videndi vos omnes, & anxius erat, quia cognoverat quòd audivissetis quòd infirmatus fuisset.

27 Etiam infirmus fuit usque ad mortē: sed Deus misertus est ejus: nequaquā autem ejus tantùm, sed etiam mei, ne esset mihi afflictio super afflictionem.

28 Solicitè igitur misi eum ad vos, ut quum videretis eum, rursus gaudeatis, & mihi aliquantula sit respiratio.

29 Excipite igitur eum in Domino cū omni gaudio, & eos qui tales sunt, in honore habete eos.

30 Propter opus enim Christi, usque ad mortem appropinquavit, & sprevit [11] animam suam ut impleret id [12] quod defuerat vobis in ministerio quod est erga me.

14 [c] Omnia facite absque murmurationibus ac disceptationibus:

15 [v] * Ut sitis inculpati & simplices, Dei *inquam* filii inculpati in medio gentis pravæ ac perversæ: inter quos *homines* splendetis ut faces in mundo,

16 [x] Sermonem vitæ prætendētes: [y] ut gloriari possim in die Christi me nō frustrà cucurrisse, nec frustrà laborasse.

17 Quinetiam si pro libamento offerar super [z] sacrificio & ministerio fidei vestrę, gaudeo & gratulor omnibus vobis.

18 Itidem autem & vos gaudete, & gratulamini mihi.

19 [a] Spero autem in Domino Jesu, me *Timotheum citò missurum vobis, ut & ego [b] bono sim animo, cognito statu vestro.

20 Neminem enim habeo pari animo prēditum, qui sincerè de rebus vestris futurus sit solicitus.

21 *Nam [c] omnes quę sua ipsorum sunt quærunt, non quæ Christi Jesu.

22 Experimentum autem ejus nostis, quòd *videlicet* tamquam cum patre filius, mecum servierit *Deo* in Evangelio.

23 Hunc igitur spero me missurum, simulatque videro rerum mearum statum.

24 Cōfido autem in Domino, me quoque citò venturum ad vos.

25 Sed necessarium duxi, Epaphroditū fratrem & adjutorem ac commilitonem meum, vestrum autem legatum, quiq; mihi subministravit quibus mihi opus erat, ad vos mittere.

26 Quoniam expetebat omnes vos, & gravissimè angebatur propterea quòd audissetis eum infirmum fuisse.

27 Et certè infirmus fuit proximè mortem: sed Deus misertus est ejus: nec ejus solùm, sed & mei, ne tristitiam haberem super tristitiam.

28 *Eo* studiosiùs itaque ipsum misi, ut eo rursus viso, gaudeatis, & ego eo minùs doleam.

29 Excipite igitur eum in Domino cum omni gaudio: & tales in honore habete.

30 Nam propter [d] opus Christi accessit ad mortem usque, non habita vitæ ratione, ut suppleret defectum vestri erga me ministerii.

[6] Id est, Ut id præstetis mētibus illorum quod præstāt cælestia luminaria corporibus mortaliū, nempe salutē. Quem sensum cōmodissimè habere possūt verba quoque Græci textus. λόγον ζωῆς ἐπέχοντες, id est, Verbum vitæ continentes. id est, Causam vitæ & salutis. 7. vel ut sitis eis loco vitæ, id est, ut rationē vitæ ac salutis præferatis & præbeatis eis. λόγον enim non hîc pro sermone, sed pro ratione & modo accepit Syrus, tritа significatione.

[7] Alludit ad ritū qui observabatur in oblationibus legalibus. victimis enim adjuncta erāt libamina, ut describūtur passim in Levitico. Comparat autem Philippenses regenitos fide, victimis, & sanguinis sui effusionem, libamini: in quo similiter vini & olei effusio requirebatur.

[8] Ad verbum. Quum didicero de vobis. id est, quum intellexero quo in statu res vestræ sint.

[9] 1. id est, vt ego ipse, alter ego.

[10] id est, In prædicatione Evangelii.

[11] i. Vitam suā. Hebraismus.

[12] Id est, Defectum officii vestri erga me.

[a] 3. Modestiam a cōtrariis superbiæ effectis describit, alienam esse docens tum ab omni maligna & occulta simultate, tum ab apertis cōtentionibus & rixis.

[y] 3. In summa, requirit vitam inculpatam & integram, ut verbo Dei illustrati inter hujus seculi tenebras splendeant.

*1. Pet. 2. 9. Matth. 5. 14.

[z] Evangelium vocatur Sermo vitæ, ab effectu.

[7] 3. Rursus addit eis stimulos proposita sua de ipsis vetè Apostolica solicitudine: consolans etiam eos ne magnitudine afflictionum ipsius contristentur, ne si ipsum quidem mori oporteat, ut suo sanguine, veluti libamento, oblationem eorum perficiat.

[z] Quasi diceret, Ego vos ad Christum adduxi, cui postulo ut vos hostiam vivā sistatis, nec dubitem in hoc vestro spirituali sacrificio, tamquam libaminis additamentum intervenire.

[a] 3. Confirmat etiam eorum mentes tum remisso Epaphrodito, cujus fidem erga eos & summū in se juvando studium collaudat: tum etiam promittens fore ut brevi Timotheum, ex cujus præsentia magnum fructum sine percepturi, ad eos mittat: atque adeò fore sperans ut (volente Deo) ipse citò ad eos veniat. *Act. 16. 1.

[b] In asacritate animi confirmet. *1. Cor. 10. 24.

[c] Plerique.

[d] Opus Christi vocat, Christum in persona Pauli vinctum & egentem invisere.

CAPUT TERTIUM.

[1] *Refellit inanes pseudoapostolorum jactantias,* [7] *& illis unum Christum opponit.* [10] *Vim & naturam fidei describit,* [15] *ut posthabitis omnibus, aspirent ad communicationem crucis Christi,* [18] *cujus inimicos notat.*

PRoinde, fratres mei, gaudete in Domino nostro. [1] Eadē ut scribam vobis non est molestum mihi, propterea quòd vos admonent.

2 Cavete a canibus, cavete ab opera-

QUod [a] reliquū est, fratres mei, gaudete in Domino. [b] [c] Eadem scribere vobis, me quidem haud piget, vobis autem tutum est.

2 Cavete canes, cavete malos opera-

[1] Ad verbum. Hæc sicut hęc. id est, Quæ antè.

[a] 3. Conclusio superiorum, ut pergant hilares in Domino.

[b] 3. Præfatio ad sequentem admonitionē, ut à pseudoapostolis sibi sedulò caveant, circumcisionem cum Christo (id est opetum justitiam cum gratuita per fidem justificatione) conjungentes, & ceremonialia abolita pro veris pietatis ac charitatis exercitiis inculcantes. Vocat autem eos canes, ut prophanos latratores: malos operarios, quòd vera opera negligerent, & verum eorum usum non traderent. Denique vocat concisionem, quòd circumcisionem urgentes, & sese & alios ab Ecclesia rescinderent. [c] Quæ ex me sæpè audistis.

rios, cavete

rios, cavete[d] concisionem.

3 [e] Nos enim sumus circumcisio, qui spiritu colimus Deum, & gloriamur in Christo Jesu, nec confidimus [f] in carne:

4 [g] Quamquam ego habeo, etiam in carne, de quo cõfidam. Si quisquam alius videtur habere in carne de quo confidat, ego maximè *habeo:*

5 Circumcisus octavo die, ex gente Israëlis, tribu Benjaminis, Hebræus ex Hebræis, *religione Pharisæus.

6 Quòd ad æmulationem *attinet*, persequens Ecclesiam: quòd ad justitiam quæ est in Lege, irreprehensus.

7 Sed quæ mihi erant [h] lucra, ea duxi propter Christum damnum *esse*.

8 Quinetiam certè duco [i] omnia damnum esse propter eminentiam notitiæ Christi Jesu Domini mei: propter quem omnibus istis meipsum multavi, *eáque* duco pro stercoribus, ut Christum [k] lucrifaciam;

9 Et comperiar [l] in eo, [m] non habens meam justitiam, *nempe*, quæ est ex Lege, sed eam quæ est per fidem Christi, *id est* justitiam *quæ est* ex Deo per fidem:

10 [n] Ut [o] cognoscam eum, & vim resurrectionis ejus: [p] & communionem perpessionum ejus, dum conformis fio morti ejus:

11 *Experiens* ecquo modo deveniã [q] ad resurrectionem mortuorum.

12 Non quòd jam *metam* apprehenderim, aut jam sim consummatus: sed persequor *experiens* an quoque apprehendam, cujus etiam rei causa [r] apprehensus fui a Christo Jesu.

13 Fratres, ego meipsum non reor *metam* apprehendisse.

14 Unum autem *ago*: ea quidem quæ a tergo sunt obliviscens, ad ea verò quæ a fronte sunt contendens, scopum versùs feror, ad præmium supernæ vocationis Dei, in Christo Jesu.

15 [s] Quotquot itaque [t] adulti sumus, hoc sentiamus: quòd si quid aliter sentitis, hoc quoque vobis Deus revelabit.

16 Attamen *in eo* ad quod usque pervenimus, eadem incedamus regula, & idem sapiamus.

17 Estote simul mei imitatores, fratres, & eos considerate qui ita ambulant sicut habetis nos pro exemplari.

18 [v] Multi enim incedunt quos sæpè dixi vobis, nunc autem & flens dico, *hostes *esse* crucis Christi:

19 Quorum [x] finis *est* exitium: quorum Deus *est* venter, & [y] gloria ad ignominiam ipsorum, qui terrestria curant.

20 [z] Nos autem ut municipes cælorum nos gerimus: unde etiam Servatorem

riis malis, cavete a concisione carnis.

3 Circumcisio enim nos sumus, qui servimus Deo in Spiritu, & gloriamur in Jeschua Christo, & non cõfidimus in carne.

4 Quamquam mihi [2] fuerit confidentia etiam in carne. Si enim quisquam putat confidentiam suam esse in carne, ego magis quàm ipse:

5 Circumcisus natus octo dies, ex genere Israëlis, ex tribu Binjamin, Hebræus filius Hebræorum, juxta Legem Pharisæus,

6 Juxta æmulationem persequutor Ecclesiæ, & in justitia Legis sine accusatione fui.

7 Sed quæ lucro erant mihi, damnum reputavi ea propter Christum:

8 Et etiam reputo illa omnia damnum propter dignitatem cognitionis Jeschua Christi Domini mei: propter quem omnis rei damnum sustinui, & tamquam fimum reputavi, ut Christum lucrifaciam:

9 Et reperiar in eo non habens justitiam mei ipsius, quæ est ex Lege: sed illam quæ est ex fide Christi, quę justitia est a Deo.

10 Ut in ea cognoscam Jeschua & vim resurrectionis ejus, & fiam particeps passionũ ejus, & [3] similis fiam in morte ejus:

11 Si quo modo possim pervenire ad resurrectionem quæ est ex mortuis.

12 Non quòd jam acceperim, aut quòd jã perfectus sim, sed curro, *experiens* siquo modo apprehendam id cujus causa prehendit me Jeschua Christus.

13 Fratres mei, ego de meipso non judico quòd apprehenderim:

14 Unum autem novi, quòd eorum quæ sunt mihi ad latus, obliviscor, & ad ea quæ ante me sunt, extendor: & curro contra metã, ut accipiam [4] victoriam vocationis supernæ Dei, per Jeschua Christum.

15 Qui igitur perfecti sunt [5] hoc sentiãt: & siquid aliter sentitis, etiam hoc Deus revelabit vobis.

16 Attamen ad id quod pervenimus, una semita procedamus, & uno consensu:

17 Similes estote mei, fratres mei, & considerate eos qui ita ambulant secundùm exemplum quod in vobis videtis.

18 Sunt enim multi qui aliter ambulant, de quibus [6] sæpiùs dixi vobis, nunc autem flens dico, qui inimici sunt crucis Christi.

19 Quorum finis perditio est: quorum deus venter eorum est, & gloria eorum confusio ipsorum: [7] quorum cogitatio in terra est.

20 Nostrum autem [8] opus in cælis est, & inde exspectamus servatorẽ nostrum,

[d] Alludit ad circumcisionem, cujus dũ nomine gloriarentur, Ecclesiam cõcidebant.

[e] 3. Veram circumcisionem usurpandam ostendit, eam nimirum quæ sit animi, ut resectis per Christi virtutem omnibus pravis affectibus, puritate vitæ Deo serviamus.

[f] In rebus externis, neque ad animum ipsum pertinẽtibus.

[g] 5. Perversis Legis zelotis non dubitat seipsum etiam secũdùm carnem anteponere, ut omnes noriis se, quòd illa omnia externa nihil moretur, certo animi judicio facere: quòd videlicet qui Christum habeat, nullo supplemento indigeat, imò nõ possit operum nostrorum fiducia cũ gratuita per fidẽ in Christo justificatione cõsistere.

*2. Cor. 11. 22. Act. 13. 6.

[h] Quæ pro lucro habebam.

[i] Excludit omnia opera tã præcedentia, quàm subsequẽtia fidem.

[k] Ut illorum loco Christũ nactus, planè fiam ex paupere locuples, nedũ ut quicquam amiserim.

[l] Christo: qui enim extra Christum inveniũtur, sunt illi obnoxij cõdemnationi.

[m] Illud est in Christo esse, Inveniri nõ in sua justitia, sed Christi justitia imputata indui.

[n] 9. Finis justitiæ ex fide hic est, quod ad nos attinet, ut virtute resurrectionis ipsius ex morte evadamus.

[o] Sentiam re ipsa & experiar.

[p] 9. Iter ad æternam illam salutem est, Christi vestigiis insistere per crucis æruminas, donec ad Christũ ipsum, ut metam nobis propositam, evadentes, palmam ad quam nos Deus in ipso vocat accipiamus. Hæc autem vera pietatis exercitia opponit Apostolus evanidis illis legalibus ritibus in quibus pseudoapostoli summam pietatis collocabant. [q] Vitam æternam, quæ resurrectionem sanctorum consequetur.

[r] Non etenim currimus, nisi quatenus a Christo apprehensi sumus. [s] 8. Conclusio hujus exhortationis tribus membris constans, Unum, ut in hujus doctrinæ veritate perstent quicumque in ea profecerunt. Alterum, ut siqui sunt adhuc rudes, adeò ut ista nondũ intelligant, & de Legis abolitione dubitent, turbas non moveant, & benignè tolerentur, dum & ipsi erudiantur a Deo. Tertium, ut pseudoapostolos ex fructibus æstimentqua in re non dubitat sese pro exemplari proponere. [t] Anteà dixerat se perfectũ non esse. Perfectos itaque sive adultos hoc loco eos vocat, qui aliquousque sunt progressi, quos videlicet rudibus opponit, ut ipse sequente versu explicat. [v] 8. Pseudoapostolos, non malevolentia nec ambitione impulsus, sed dolens & non sine lacrymis, suis coloribus depingit: quòd videlicet Evangelii Christi hostes (utpote quod cum cruce sit conjunctum) nihil aliud spectent quàm hujus vitæ commoda, id est ut pace, ocio, & rebus omnibus abundantes, cum magna apud homines existimatione vivant: quorum miserrimum exitum fore prædicit.

*Rom. 16. 18. [x] Merces. [y] Quam captant ab hominibus.

[z] 8. His opponit veros pastores, qui neglectis terrestribus, in cælum toti aspirent, ubi sciunt fore ut etiam in corpore suo æterna illa gloria per Dei virtutem induantur.

[2] 4. vel sit, præsenti tempore: quod Græcis verbis & argumento videtur respondere.

[3] 11. id est, conformer ejus morti: Syra phrasi.

[4] Id est, Præmium victoriæ.

[5] Id est, Hoc animo sint affecti.

[6] Ad verbum, Temporibus multis, vel pluribus. Hebr.

[7] Id est, Quorũ cogitatio circa res terrenas versatur.

[8] 20. id est, conversationis & occupationis operosę in cultu Dei & ministerio nostro premium, metonymicè.

videlicet Dominũ nostrum Jeschua Christum.

21 Qui transmutabit [9] corpus humilitatis nostræ, ut sit in similitudine corporis gloriæ suæ, secundùm virtutem suam magnam, per quam omnia subjecit sibi.

exspectamus Dominum Jesum Christum.

21 *Qui transfigurabit corpus nostrum humile, ut cõforme fiat ejus corpori glorioso, pro vi illa efficace qua potest etiam subjicere sibi omnia.

*1. Cor. 1. 7. Tit. 2. 13.

[9] Id est, Corpus nostrum humile, ut posteà Gloriosum. Hebraïs.

CAPUT QUARTUM.

[1] A particularibus monitis [4] ad generalia descendit. [10] Eorum liberalitate ita quidem se fuisse exhilaratum dicit, [12] ut patienter defectum laturus fuerit.

PRoinde, fratres mei, dilecti & charissimi, gaudium meum & corona mea, ita state in Domino nostro, dilecti mei.

2 Ab Evodia peto & a Syntycha, ut una mens sit eis in Domino nostro.

3 Etiam abs te peto, [1] collega mi vere, ut sis adjutor eis quæ sunt laborantes mecum in Evangelio, cum Clemente, & cum reliquis coadjutoribus meis, quorum nomina scripta sunt in libro vitæ.

4 Gaudete in Domino nostro omni tẽpore: & rursum dico, gaudete:

5 Et lenitas vestra nota fiat apud omnem hominem. Dominus noster propè est.

6 De nulla re soliciti sitis, sed omni tẽpore per precationem & per obsecrationem petitiones vestræ innotescant coram Deo:

7 Et pax Dei, quæ major est omni intellectu, custodiet corda vestra & intellectus vestros in Jeschua Christo.

8 Proinde, fratres mei, ea quæ sunt vera, & quæ sunt honesta, & quæ sunt justa, & quæ sunt pura, & quæ sunt amabilia, & quæ sunt laudabilia, [2] & quæ sunt opera laudis & laudationis, hæc cogitate.

9 Quæ didicistis & accepistis, & audivistis & vidistis in me, hæc agite: & Deus pacis erit vobiscum.

10 Magnopere autem gavisus sum in Domino nostro, quòd *denuò* cœpistis curam habere mei, sicut etiam curã habueratis: [3] verùm non sufficientes eratis.

11 Nequaquam autem propterea quòd defuerit mihi, dico: nã ego didici ut sufficiat mihi id quod est mihi.

12 [4] Ego novi ut deprimam me, novi quoque ut abundem. in omni *loco & tempore*, & in omni re exercitatus sum tum in saturitate, tum in fame, in abundantia & in penuria.

13 Ad omnem rem [5] invenio robur per Christum qui corroborat me.

14 Attamen bene fecistis quòd communicastis afflictionibus meis.

15 Nostis autem etiam vos Philippẽses,

ITaque, [a] fratres mei dilecti & expetiti, gaudium & [b] corona mea, ita perstate [c] in Domino, dilecti.

2 [d] Evodiam precor & Syntychen precor ut idem sapiant in Domino.

3 Et rogo te quoque, socie germane, adjuva illas, ut quæ in Evangelio concertârunt mihi, unà cum Clemente quoque & reliquis adjutoribus meis, quorũ nomina *sunt* *[e] in libro vitæ.

4 [f] Gaudete [g] in Domino semper: rursum, inquam, gaudete.

5 [h] [i] Æquitas vestra innotescat omnibus hominibus. [k] Dominus propè est.

6 [l] De nulla re soliciti estote: sed omni in re precibus & deprecatione cum [m] gratiarum actione petitiones vestræ innotescant apud Deum.

7 Et [n] pax illa Dei quæ exsuperat omnẽ mentem, præsidio custodiet [o] corda vestra, & mentes vestras in Christo Jesu.

8 [p] Quod reliquum est, fratres, quęcũque sunt vera, quæcumque [q] veneranda, quæcumque justa, quæcumque pura, quęcumque amabilia, quæcumque boni nominis, siqua virtus, & siqua laus est, hæc reputate.

9 Quæ & didicistis, & accepistis, & audistis, & vidistis in me, hæc, *inquam*, facite, & Deus pacis erit vobiscum.

10 [r] Gavisus sum autem in Domino magnopere, quòd jam tandem reviruistis in vestra pro me cura: qua de re tamen soliciti eratis, sed destituebamini opportunitate.

11 Non quòd [s] penuria laborem *hoc* dico: nam ego didici, in quibus sum, iis ipsis contentus esse.

12 [t] Novi autem deprimi, novi etiam abundare: ubique & in omnibus [v] initiatus sum, & ad saturitatem & ad esuritionem, *id est* tum ad exundantiam, tum ad penuriam:

13 Omnia valeo per eum qui me corroborat, *nempe* Christum.

14 Attamen benè fecistis quòd unà participes fuistis meæ afflictioni.

15 [x] Nostis autem & vos, Philippenses,

[1] Ad verb. Fili jugi mei, id est Particeps ejusdem jugi mecum: qui mihi adjutor in eodẽ ministerio es. Sumta metaphora a jumentis, quibus eidẽ jugo subjectis homo utitur ad unã & idem ministerium. Dicitur etiã interdum de conjugibus, ita ut maritus dicatur esse uxori suæ בן זוגה & uxor marito בת זוגו: sicut frequenter in commentariis Rabbinorum legitur. Nec tãtùm de hominibus dicitur, sed etiã de cæteris animalibus, in quibus conjugii quædam umbra conspicitur, dum uni fœminæ mas adhæret, & cõtrà. Quãquam ut ita hoc loco accipiatur non finit vox בר, quæ masculini generis est. Nam si de cõjuge Pauli intelligeretur, scribendũ fuisset ברת, in fœminino genere: Præterea virum esse quẽ Paulus ita vocat, ostendunt adjectivum שריא, id est, Verus: & verbum תהוא, id est, Sis, quod similiter masculinum est. Idem demonstrat participium מעדר, quod pro adjectivo sumtũ significat adjutorẽ, in genere masculino.

[2] Periphrasis est virtutum, quarũ tantùm opera laude & honore sunt digna.

[3] Id est, Non erat vobis facultas faciendi id quod voluissetis.

[4] Id est, Novi me deprimere & abundare.

[5] F. I. habeo præsentissimum, præstò est.

[a] 2. Cõclusionis repetitio, ut ad victoriæ usq; adeptionem fortiter, Domini robore freti, perseverent.

[b] Meum decus.

[c] Ea concordia cujus Dominus sit vinculum.

[d] 2. Quosdam etiam nominatim appellât, partim quòd peculiari exhortatione egerẽt, partim ut reliquos eò alacriùs incitent.

* *Apoc. 3. 5. & 20. 12. & 21. 27.*

[e] Dicitur κατ' ἀνθρωπον, siue humanitus Deus librũ habere, in quo electorũ suorum nomina descripserit, quibus vitam æternã sit daturus. Eum Ezechiel vocat Scripturã domus Israël, & arcanum Domini, cap. 13 9.

[f] 2. Adjicit particulares exhortationes, quarum prima est, ut Philippensiũ gaudium nullæ ab impiis illatæ afflictiones impediant.

[g] Sic à gaudio mũdi distinguitur nostrum gaudium.

[h] 2. Altera, ut omnia æqui bonique consulentes, moderatè se gerant cũ omnibus.

[i] Tranquillus animus.

[k] 2. Occupatio, non oportere ut impatientia tumultuemur, quum Deus sit nobis proximus, ut omnibus nostris malis suo tempore medeatur.

[l] 2. Tertia, ne anxiè simus ulla de re soliciti, sed certa cum fiducia Deo gratias agentes, ab eo petamus quibuscumque nobis est opus, ut pacata conscientia nos ei totos ex animo summittamus.

[m] Sic, David sæpissimè a lacrymis orsus in gratiarum actionem desinit.

[n] Summa illa tranquillitas animi, quam unus Deus in Christo largitur.

[o] Animum dividit in cor, id est voluntatis & affectuum sedem, & superiorem partem, qua intelligimus & ratiocinamur.

[p] 2. Conclusio universalis, ut sicut tum verbis tum exemplis fuerunt edocti, vitam suam ad omnis sanctimoniæ & justitiæ regulam exigant.

[q] Ejusmodi ut vos sancta quadam gravitate exornent.

[r] 2. Gratam sibi esse testatur eorum beneficentiam, qua in summa rerum inopia fuerat ab eis sublevatus: ita tamen orationem temperans ut ab omni sordium suspicione se purum esse, atque adeò se animum habere tum secundarum, tum etiam adversarum rerum capacem, se denique in sola Dei voluntate acquiescere, testetur.

[s] Penuriæ meæ habens rationem.

[t] Utitur generali nomine, de una crucis specie loquens, nempe de paupertate: solet enim paupertas secum omnis generis incommoda trahere.

[v] Metaphora ducta a rebus sacris: vita hæc enim nostra instar est sacrificii.

[x] 2. Testatur se superiorum quoque officiorum memoriam conservare, & rursus sinistram immodicæ cupiditatis suspicionem repellit, quòd a nullis aliis quicquam acceperit.

quum

quum [y] initio Evangelii proficiscerer e Macedonia, nullam mihi Ecclesiam communicasse in ratione dati & accepti, nisi vos solos:

16 Nã etiam Thessalonicæ *quum essem*, semel & iterum quod mihi opus erat mihi misistis.

17 [z] Non quòd requiram donum: sed requiro fructum illum exuberantem, *qui* [a] in rationes vestras *inducatur*.

18 Accepi autem omnia, & abundo: expletus sum, *inquam*, acceptis ab Epaphrodito quæ a vobis *missa sunt*, [b] odorem bonæ fragrantiæ, hostiam Deo acceptam *ac* placentem.

19 Deus autẽ meus supplebit quicquid opus fuerit vobis, secundùm divitias suas, gloriosè, in Christo Jesu.

20 Deo autem & Patri nostro *sit* gloria in secula seculorum. Amen.

21 Salutate omnes sanctos in Christo Jesu. Salutant vos qui mecum sunt fratres.

22 Salutant vos omnes sancti, maximè verò qui sunt [c] ex Cæsaris domo.

23 Gratia Domini nostri Jesu Christi *sit* cum omnibus vobis. Amen.

Scripta est Roma per Epaphroditum.

quòd in principio Evangelii quum proficiscerer a Macedonia, ne una quidem ex ecclesiis communicaverit mecum [6] in ratione accipiendi & dandi, nisi vos tantùm:

16 Quia etiam Thessalonicam [7] semel & iterum necessarium mihi misistis.

17 Non quòd donũ requiram, sed quæro ut fructus abundent in vobis.

18 Omnia accepi, & abundo: & plenus sum, accepíque omnia quæ misistis mihi per manum Epaphroditi, odorem fragrãtem, & victimam acceptabilem quæ placet Deo.

19 Et Deus meus impleat necessitatem omnem vestram juxta opulentiam suam, [8] cum gloria Jeschua Christi.

20 Deo autem Patri nostro laus & gloria in seculum seculorum. Ammin.

21 Salutate omnes sanctos qui sunt in Jeschua Christo. Salutant vos fratres qui mecum sunt.

22 Salutant vos omnes sancti, maximè autem qui sunt familiæ Cæsaris.

23 Gratia Domini nostri Jeschua Christi cum omnibus vobis. Ammin.

Finitur epistola ad Philippenses, quæ scripta est a Roma [9].

[y] Initio prædicati Evangelii apud vos.

[z] 2. Rursus testatur, quòd eorum officiũ approbet, non tã id sua quàm illorum causa facere, ut qui non tam ipsi quàm Deo hoc veluti sacrificium obtulerint, cujus nõ sit Dominus ipse futurus immemor.

[a] In vestras rationes refetatur.

[b] Alludit ad Legis thymiamata.

[c] Ex Neronis aulicis.

[6] Id est, In rebus pecuniariis, in quibus habetur dati & accepti ratio. Quæ phrasis etiam apud Rabbinos est frequens, exprimitúrque vocibus משא ומתן quæ significant acceptionem, & expositionem sive exhibitionem.

[7] Ad verbum, Uno tempore & duobus.

[8] 2. vel, gloriosè in Jeschua Christo: nam legendũ ב pro ל arbitror, in Jeschua Christo.

[9] 2. al. addunt, & missa est per manus Epaphroditi.

EPISTOLA AD COLOSSENSES.

CAPUT PRIMUM.

[1] Post inscriptionem, [4] illos laudat, ut attentos faciat ad se audiendum. [7] Testimonium doctrinæ quam ab Epaphra audierant, reddit. [13] Divinam erga eos gratiam suis elogiis prædicat, [20] & omnes nostræ salutis partes in solo Christo omninò sitas esse, exponit.

BEZAE INTERPRET.

PAULUS Apostolus Jesu Christi per Dei [a] voluntatẽ, & Timotheus frater,

2 Iis qui sunt [b] Colossis, sanctis ac fidelibus fratribus in Christo Jesu. Gratia *sit* vobis & pax a Deo Patre nostro & Domino Jesu Christo.

3 [c] Gratias agimus [d] Deo & Patri Domini nostri Jesu Christi, semper pro vobis orantes:

4 Audita fide vestra in Christo Jesu, & charitate in omnes sanctos:

5 Propter [e] spem sepositam vobis in cęlis: quam priùs audistis per sermonem veritatis, *id est*, Evangelii,

6 Quod pervẽnit ad vos sicut & in totum mundum, & fructum profert, sicut apud vos quoque: ex quo die verè audivistis & cognovistis Dei gratiam.

7 Sicut & didicistis ex Epaphra dilecto conservo nostro, qui est fidus pro vobis minister Christi:

[a] Gratuita Dei liberalitate.

[b] Colossæ sitæ sunt in Phrygia, non procul Hierapoli & Laodicea, qua parte imminent Lyciæ & Pamphiliæ.

[c] 2. Commendat doctrinam ab Epaphra ipsis traditam, & eorum in ipsa excipiẽda alacritatem.

[d] Non potest aliter a nobis considerari Deus in salutem, nisi quatenùs est Pater Christi in quo sumus adoptati.

[e] Speratam gloriam.

TREM. INTERPRET.

PAULUS Legatus Jeschua Christi per volũtatem Dei, & Timotheus frater,

2 Iis qui sunt Colossis fratribus sanctis & fidelibus in Jeschua Christo. Pax vobiscum & gratia a Deo Patre nostro.

3 Gratias agimus Deo Patri Domini nostri Jeschua Christi omni tempore, & oramus pro vobis:

4 [f] Ex quo audivimus fidem vestram quæ est in Jeschua Christo, & dilectionẽ vestram quæ est erga omnes sanctos.

5 Propter spem quæ reservatur vobis in cælis: de qua anteà audivistis per sermonem veritatis Evangelii,

6 Quod prædicatũ fuit vobis, sicut etiã universo mundo, & crescit, redditq; fructus, sicut etiã in vobis a die quo audivistis & cognovistis gratiã Dei in veritate:

7 Quemadmodum didicistis ab Epaphra conservo nostro dilecto, qui est pro vobis minister fidelis Christi,

[f] Ad verbum, Ecce ex quo.

8 Et idem

8 Et idem exposuit nobis dilectionem vestram quæ est in Spiritu.

9 Propterea & nos ex eo die quo audivimus, non desimus orare pro vobis, & petere ut impleamini cognitione voluntatis Dei, in omni sapientia, & in omni prudentia Spiritus:

10 Ut ambuletis quemadmodum justũ est, & placeatis Deo in omnibus operibus bonis, reddatisque fructus, & crescatis in agnitione Dei:

11 Ac corroboremini omni virtute juxta magnitudinem gloriæ illius, in omni tolerantia & longanimitate: [z] & cum gaudio.

12 Gratias agatis Deo Patri, qui idoneos nos fecit ad portionem hæreditatis sanctorum in luce:

13 Et redemit nos a potestate tenebrarum, & venire nos fecit in regnum Filii sui dilecti.

14 Per quem est nobis redemtio, & remissio peccatorum.

15 Qui *quidem* est imago Dei invisibilis, & primogenitus omnium creaturarum.

16 Et per eum creatum est quicquid est in cælo & in terra, quicquid conspicitur & quicquid non conspicitur: sive throni, sive dominationes, sive principatus, sive potestates, omnia per eum, & in eũ creata sunt:

17 Et is est qui fuit ante omnia, & omnia per eum consistunt.

18 Et ipse est caput corporis Ecclesiæ, qui est principiũ & primogenitus ex mortuis, ut sit primarius in omnibus.

19 Quia in eo ille *Pater* voluit omnem plenitudinem habitare:

20 Et [3] per eum recõciliare sibi omnia: & pacificavit in sanguine crucis ejus, per eum, tum quæ sunt in terra, tum quæ sunt in cælis.

21 Etiam vos qui anteà alieni fuistis, & hostes in mentibus vestris, propter opera vestra mala, vos, *inquam*, pacificavit nunc.

22 In corpore carnis suæ, & per mortẽ suam: ut constitueret vos corã se sanctos, sine macula, & irreprehensibiles.

23 Si permanseritis in fide vestra, firmo exsistente fundamento vestro, & non dimoveamini a spe Evangelii, quod audivistis, quod prædicatum fuit in universa creatura quæ est sub cælo: cujus ego Paulus factus sum minister.

24 Et gaudeo in afflictionibus quę sunt

[z] 7. hæc sequẽtibus verbis apavit Syrus, distinctione differente.

[3] Ad verbum, per manum ejus.

8 [f] Qui & declaravit nobis vestrã per [g] Spiritum charitatem:

9 Propterea & nos, ex quo die *id* audivimus, non desinimus pro vobis orare, & petere ut impleamini agnitione voluntatis [h] ejus cum omni sapientia & intelligentia spirituali.

10 Ut ambuletis sicut Domino convenit, cui per omnia placeatis, omnis operis boni fructum proferentes, & crescentes in agnitione Dei.

11 [i] Omni potentia potentes facti secundùm gloriosum robur ipsius, ad omnẽ tolerantiam & iræ cohibitionem [k] cum gaudio:

12 [l] Gratias agẽtes [m] Patri, qui idoneos nos fecit ad participãdam sortem sanctorum [n] in luce:

13 * Qui, *inquam*, eripuit nos ex potestate tenebrarum, ac transtulit in regnum Filii sui dilecti.

14 [o] In quo habemus redemtionem per sanguinem ipsius, *id est*, remissionem peccatorum.

15 [p] * Qui est imago Dei invisibilis, & [q] primogenitus omnis rei conditæ:

16 * Nam per eum condita sunt omnia quæ in cælis sunt, & quæ in terra, visibilia & invisibilia, [r] sive throni, sive dominia, sive imperia, sive potestates, omnia, *inquam*, per eum, & ejus respectu condita sunt:

17 Estq; ipse ante omnia, & omnia per eum consistunt.

18 [s] Estq; caput corporis, *id est*, Ecclesiæ, estque *etiam* principium * & [t] primogenitus ex mortuis, ut inter omnes primas teneat.

19 * Quoniam libuit *Patri* ut [v] omnis plenitudo in eo inhabitaret:

20 [x] Et ut pace per sanguinem crucis ejus facta, per eum reconciliaret [y] omnia sibi, per eum, *inquam*, tum quæ in terra, tũ quæ in cælis.

21 [z] Itaque vos quum essetis quondam abalienati, & hostes, mente operibus malis *intenta*, nunc sanè [a] reconciliavit.

22 In corpore illo [b] carnis suæ, per mortem: ut sistat vos sanctos, & inculpatos, & irreprehensos in conspectu suo:

23 [c] Siquidem permanetis in fide fundati & stabiles, nec dimovemini a spe Evangelii quod audistis, *Evangelii inquam* prædicati [d] omni creaturæ quæ sub cælo est, [e] cujus factus sum ego Paulus minister.

24 Qui nũc gaudeo de iis quæ patior

[f] 2. Suã in eos benevolẽtiam declarãt, admonens minimè oportere ipsos in eodem gradu consistere, sed ulteriùs etiã progredi, tum in ipsa cognitione Evangelii, tum in vero ipsius usu.

[g] Spiritualem, sive a Spiritu manantem.

[h] Dei.

[i] 3. Perseverantiæ donum a nobis non est, sed a Dei virtute gratis nobis communicata.

[k] Quę minimè extorqueatur ab invitis, sed quæ ab animo lætio & alacri proficiscatur.

[l] 1. Absoluto prooemio rem ipsam aggreditur, id est, totius Christianismi brevem quidẽ sed excellentissimam descriptionẽ, quæ in tres tractatus cõmodè distribuitur. Primùm enim verã doctrinam, secũdùm ordinem causarum explicat, ab hoc versiculo ad 21. Inde verò incipit variis exhortationibus illam applicare Colossensibus, usq; ad capitis 2. vers. 6. Et tertio demùm loco usq; ad caput tertiũ, corruptelas veræ doctrinæ indicatas refutat.

[m] 2. Causa efficiens nostræ salutis est una Dei Patris misericordia, qui nos aptos reddit ad participandam vitam æternam, a tenebris in quibus nati sumus in lucem cognitionis glorię Filii sui assertos.

[n] In illo regno cælesti & glorioso.

* *Matth. 1. 17. & 11. 5.*

2. Pet. 1. 17.

[o] 2. Materia ipsa nostrę salutis est Filius Dei Christus, qui sui oblatione nobis peccatorum remissionem obtinuit.

[p] 1. Christi personæ graphica descriptio, ex qua intelligimus eum ipsum esse in quo uno sese Deus conspicuum præbet: qui antequam quicquam condeteretur (id est, ab æterno) genitus est a Patre: per quẽ etiam omnia quæ facta sunt, facta sunt, sine ulla prorsus exceptione, per quem etiam cõsistunt, & cujus gloriæ subserviunt. * *Heb. 1. 3.* [q] Antè genitus quàm quicquã condeteretur, ideóq; æterni Patris æternus Filius. * *Joh. 1. 3.* [r] Angelos exornat præstantissimis nominibus, ut ex præstantissimorũ intellectuum cõparatione, intelligamus quàm infinita sit Christi præstantia, in quo solo præteritis etiã Angelis nobis est acquiescendũ. [s] 3. Magnificentissimè declarata Christi personæ suprema dignitate, ejus munus & officium describit, nempè ut sit ipsi Ecclesiæ quod caput est corpori, i. princeps ejus & gubernator, ipsũmq; adeò veræ vitæ principium, ut qui primus resurgens vitæ æternæ sit auctor, ut inter omnes emineat, in quo uno nimirùm plenissima sita sit omnium bonorum abundantia quæ in Ecclesia exũdet. *1. Cor. 11. 20. Apoc. 1. 5.* [t] Qui sic resurrexit, ut non ampliùs sit moriturus, & qui alios ad vitam vi sua excitat. *Joh. 5. 10. Infra 2. 5.* [v] Plenissima rerum omnium Divinarum copia, qua nos etiam compleamur perficiamũrq;. [x] 3. Jam docet quomodo sit Christus illo munere sibi à Patre imposito defunctus, mortem crucis videlicet (id est, cum maledictione Dei conjunctam) ex ipsius decreto subiens, ut hoc sacrificio omnes tum qui in venturum ipsum credentes, jam sub hac spe in cælis erant collecti, tum qui in eum deinceps in terris credetent, Patri reconciliaret. Sic autem describitur ab Apostolo justificatio, una eãque præcipua beneficii Christi pars. [y] Universam Ecclesiam. [z] 3. Alterum opus Dei in nobis per Christum, est sanctificatio, quum nos videlicet qui Deum pessimè oderamus, & toti ultrò in vitia ferebamur, sic in bonam Patris gratiam restituit, ut simul sancto suo Spiritu nos purificet, ac justitiæ consecret.

[a] Sub. Filius. [b] 1. carneo, ut intelligamus non fuisse imaginarium corpus, sed verum. [c] 2. Secunda hujus partis epistolæ tractatio, qua exhortatur Colossenses ut ab hac doctrina nullo modo se dimoveri patiantur, declarans nullum aliud usquam esse verum Evangelium.

[d] Universis hominibus: sic autem docet Evangelium non fuisse conclusum unius Judææ angulis. [e] 1. Auctoritatem huic doctrinæ conciliat etiam ex suo Apostolatu: cujus certam approbationem ex suis afflictionibus sumit, quas pro Christi nomine sustineat, ut Ecclesias istis quoque patientiæ exemplis erudiat.

[f] pro vobis, & [g] reliquias afflictionum Christi vicissim expleo in carne mea, pro corpore ipsius, quod est Ecclesia:

25 [h] Cujus *Ecclesiæ* factus sum minister ex dispensatione Dei, quæ data est mihi erga vos, ad implendum Dei sermonem:

26 * *Nempè* mysterium illud quod absconditum fuit a seculis & ætatibus, nunc autem factum est manifestum [i] sanctis ejus,

27 Quibus [k] voluit Deus notum facere quæ sint illæ divitiæ gloriosi hujus mysterii inter Gentes, qui est Christus inter vos, spes illa gloriæ:

28 [l] Quem nos annunciamus, admonentes quosvis, & quosvis erudiētes [m] omni sapientia, ut quosvis sistamus perfectos in Christo Jesu.

29 Ad quod etiam enitor, decertans secundùm vim illam efficacem ipsius, agētem in me potenter.

pro vobis, & adimpleo defectū afflictionum Christi in carne mea, pro corpore ipsius, quod est Ecclesia.

25 Cujus *Ecclesiæ* ego factus sum minister juxta dispensationem Dei, quæ data est mihi in vos, ut impleam sermonem Dei:

26 *Nempè* mysteriū illud quod absconditum fuerat a seculis, & ab ætatibus; nūc autem revelatum est sanctis ejus,

27 Quibus vult Deus notum facere quæ sit opulentia gloriæ mysterii hujus inter Gentes: quod *mysterium* est Christus, qui in vobis est spes gloriæ nostræ:

28 Quē nos prædicamus & docemus, ac [4] intelligere facimus apud omnem filium hominis in omni sapiētia, ut statuamus omnem filium hominis perfectum in Jeschua Christo.

29 Ad hoc enim ipsum etiam laboro, & enitor auxilio virtutis quæ data est mihi.

[f] Vestro commodo atque fructu.
[g] Quod superest afflictionū Christi: afflictiones autem Ecclesiæ, Christi dicuntur, propter illam capitis cū corpore communionem, non quia ampliùs Ecclesiam redimere sit necesse, sed ut virtutē suā Christus in quotidiana suorum infirmitate exerit, denique pro totius corporis consolatione.
[h] B. Aliam sui Apostolatus approbationē profert, nēpe quòd Deū habeat ejus auctorem, a quo etiam peculiariter sit designatus Gentiū Apostolus, ut hoc modo per ipsum impleatur quod Prophetæ de Gentiū vocatione prædixerunt. * *Rom. 16. 25. Ephes. 3. 9. 2. Tim. 1. 10. Tit. 1. 2. 1. Pet. 1. 20.* [i] Quos ipse in Christo consecrandos sibi delegit: porrò mysterium nostræ redemtionis dicit absconditū fuisse a seculis, id est, jampridem & ab omni ævo, paucis exceptis qui & ipsi extra ordinem edocti fuerunt. [k] Sic injicit Paulus frænum curiositati hominum. [l] B. Testatur se fideliter suo Apostolico munere passim defungi, ut qui ad unum Christum homines adducat, Domino ipsius laboribus copiosissimè benedicente. [m] Integra & absoluta, quæ nimirùm in sese sit absoluta, & tandem suos sectatores perficiat.

[4] r. i. Intelligendū præbemus atque exponimus prædicatione verbi. His autem verbis perfectio Scripturæ sacræ, Apostolorūmque doctrinæ optimè ostenditur. vt Act. 20. 27. & 2. Tim. 3. 16.

CAPUT SECUNDUM.

4 Vanitatis damnat quicquid est extra Christum. 11 Nominatim de circumcisione, 16 ciborum abstinentia, 18 Angelorum cultu loquitur. 20 Unde constituit a decretis, per Christum liberatos esse.

VElim [a] enim vos scire quantum certamē sustineam pro vobis & iis qui *sunt* Laodiceæ, & quotquot nō viderunt [b] faciem meam in carne:

2 [c] Ut consolationem accipiant [d] eorū corda, ipsis charitate compactis, & omni opulentia [e] plenè certioratæ intelligentiæ, ad cognitionem mysterii Dei ac Patris, & Christi:

3 In quo sunt omnes thesauri [f] sapientiæ ac notitiæ absconditi.

4 [g] Hoc autem *ideò* dico, ut nequis vos falsò ratiocinando fallat, sermonis [h] probabilitate.

5 *Etsi enim corpore absum, spiritu tamen sum vobiscum, gaudens & cernens vestrum [i] ordinem, & [k] soliditatem vestræ in Christum fidei.

6 Sicut igitur [l] accepistis Christum Jesum Dominum, *ita* in eo ambulate:

7 Radicati & superstructi in eo, ac confirmati fide, sicut edocti estis, exundantes ea cum gratiarum actione.

8 [m] Videte nequis sit qui vos [n] deprædetur per Philosophiam & inanem seductionem [o] secundùm traditionem hominum, [p] secundùm [q] elementa mundi, & nō [r] secundùm Christum.

9 [s] Nam [t] in eo [v] inhabitat [x] omnis plenitudo Deitatis [y] corporaliter:

10 Et estis in eo completi qui est caput

VOlo autem ut sciatis quale certamē sit mihi pro vobis, & pro iis qui sunt Laodiceæ, & pro reliquis qui faciem meam non viderunt in carne.

2 Ut consolationem accipiāt corda eorum, & appropinquent per dilectionē ad omnem opulentiam persuasionis, & ad intelligentiam cognitionis mysterii Dei Patris & Christi:

3 In quo reconditi sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ.

4 Hoc autem dico, nequis decipiat vos suasione sermonum.

5 Etiamsi enim carne absens sim à vobis, tamen spiritu vobiscum sum, & gaudeo quòd videam ordinem vestrum, & firmitatem fidei vestræ quæ est in Christo.

6 Quemadmodū igitur accepistis Jeschua Christum Dominum nostrum, in eo ambulate.

7 Stabilitis radicibus vestris, & vobis exstructis in eo, confirmatisque in fide quam didicistis, in qua exuberetis cum gratiarum actione.

8 Cavete nequis denudet vos per Philosophiam & per deceptionem vanam, secundùm doctrinas filiorum hominis, & juxta elementa mundi, & non juxta Christum,

9 [t] In quo habitat omnis plenitudo Deitatis corporaliter.

10 In quo vos quoque estis impleti, qui

[a] B. Occupatio quòd nec Colossenses nec Laodicenses inviserit, non factū ulla negligentia, & se tātò magis de illis esse solicitum.
[b] Me corpore præsentem.
[c] B. Brevi concludit summā superioris doctrinæ, quòd videlicet certæ sapientiæ & cognitionis Dei vel recōditissimæ summa omnis sit in uno Christo, cujus hic sit usus, quod ad homines attinet, ut mutua charitate compacti, in tanti boni cognitione fœlices conquiescant, tantisper dum eo plenè perfruantur.
[d] Sub. quos nō viderat.
[e] Ejus intelligentiæ, quæ certam & indubitatā persuasionem in nostris animis gignit.
[f] Extra Christum nulla est vera sapientia.
[g] B. Transitio ad sequentem tractatum adversus Christianismi corruptelas. [h] Oratione ad persuadendum comparata. * *1. Cor. 5. 3.*
[i] Disciplinæ Ecclesiasticæ rationem. [k] Doctrinam. [l] Non ergo ab hominum traditionibus pendet Christus. [m] B. Corruptelas omnes ad tres species revocat. Prima est quæ ex speculationibus curiosis, & tamen subtilis cujusdam sapientiæ speciem referentibus, exoritur. [n] Verbum militare, quod significat prædam abigere. [o] B. Secunda, quæ est manifestè superstitiosa & inanis, & sola consuetudine, fictisque enthusiasmis nititur. [p] B. Tertia species, eorum erat, qui mundi rudimenta (id est Legalem cultum) cum Evangelio conjungebant. [q] Rudimenta, quibus Dominus Ecclesiam suam, quasi sub pædagogo erudiit. [r] B. Universalis confutatio omnium corruptelarum hæc est, quòd falsam religionem esse necessariò oporteat, quæ Christo quicquam adiicit.
[s] B. Ratio, Quia unus Christus Deus & homo perfectissimus est, & supra omnia excellentissimus, ut qui illum habet, nihil ampliùs possit requirere.
[t] Significatur distinctio naturarum. [v] Naturarum unio. [x] Asseritur perfectissima Deitas. [y] Sancita est conjunctio Dei & hominis substantiali & hypostatica unione.

[t] r. vel quoniā in ipso habitat, &c.

est caput omnium principatuum & potestatum.

11 Et [z] per quem circumcisi estis circumcisione quæ non *facta est* manibus, *sed* per expoliationem carnis peccatorũ, per circumcisionem Christi.

12 Et sepulti estis cum eo per baptismũ, & per eum resurrexistis cum eo, qui credidistis in virtutem Dei qui excitavit eum [3] a mortuis.

13 Et vos qui mortui eratis per peccata vestra, & *eratu* in præputio carnis vestræ, vivificavit cum eo, & condonavit nobis omnia peccata nostra:

14 Et delevit in decretis suis contractum debitorum qui erat contra nos: & sustulit ipsum e medio, ac affixit ipsum cruci suæ:

15 Et per expoliationem corporis sui [4] ostentavit principatus & potestates, & pudefecit eos palàm in semetipso.

16 Ne igitur quis [5] judicet vos in cibo & potu, aut in distinctionibus festorum, & principiorum mensium, & Sabbathorum.

17 Quæ sunt umbræ earum rerum quæ futuræ *erant*: corpus autem Christus est.

18 Et nequis velit per demissionẽ mentis culpabiles vos reddere, ut subjiciamini cultui Angelorum, nixus re quam non vidit, & in vanum superbiens in cogitatione carnis suæ,

19 Et non tenens ipsum caput; ex quo totum corpus componitur, & cõstituitur per commissuras & per membra, & crescit augmento Dei.

20 Si igitur mortui fuistis cum Christo ab elementis mundi, cur, ac si viveretis in mundo, judicamini?

21 [6] Ne appropinquaveris, neque gustaveris, neque contrectaveris?

22 Quæ sunt usus qui corrumpitur, & mãdata sunt & doctrinæ filiorũ hominis:

23 Et videntur quòd sit in illis ratio sapientiæ [7] per aspectum summissionis & reverentiæ Dei, & quòd nõ indulgent corpori: [8] non ob rem quæ sit pretiosa, sed propter ea quæ usus sunt carnis.

omnis imperii ac potestatis:

11 [z] In quo etiam circumcisi estis * circumcisione quæ fit sine manibus, [a] corpore peccatis carnis exuto per circumcisionem Christi:

12 [b c] * Ei consepulti [d] per Baptismum, [e] per quem etiam cũ eo suscitati estis per fidem efficacis illius virtutis [f] Dei, qui suscitavit eum ex mortuis.

13 [g] * Vósque mortuos in offensis [h] & præputio carnis vestræ, cum eo vivificavit, vobis condonatis omnibus offensis:

14 * [i] *Ac* deleto quod adversum nos *erat* [k] rituum chirographo: quod, *inquam*, erat nobis subcontrarium, *ipse* verò cruci affixum e medio sustulit.

15 *Et* expoliata [l] imperia ac potestates [m] traduxit palàm, triumphatis illis [n] per eam.

16 [o] Nequis igitur vos damnet ob cibũ vel potũ, aut respectu festi, aut novilunii, aut Sabbathorum:

17 Quæ sunt umbra rerum futurarum, at [p] corpus *est* Christi.

18 [q] Nemo adversum vos rectoris partes sibi ultrò sumat, in [r] submissione animi, & religioso cultu Angelorum: [s] pedẽ inferens in ea quæ nõ vidit, [t] & [v] temerè inflatus carnis suæ intelligentia.

19 [x] Neque retinens caput, ex [y] quo totum corpus per commissuras & cõnexus suppeditatum & compactum, augescit [z] Dei augmento.

20 [a] Itaque si mortui cum Christo, *liberi* estis ab elementis mundi: quid [b] ut viventes in mundo, ritibus oneramini,

21 [c] Ne ederis, *aiunt isti*, neque gustaris, neque attigeris?

22 [d] Quæ omnia ipso usu corrumpuntur, [e] *præscripta* ex præceptis & doctrinis hominum.

23 [f] Quæ rationem quidẽ habent [g] sapientiæ in [h] cultu volũtario, & submissione animi, & [i] in eo quòd corpori nõ parcant: nec *tamen* ullius sunt pretii, *quum* ad ea *spectent* [k] quibus farcitur caro.

[2] F. vel in quo, ut Græcus textus disertè habet.

[3] Ad verbum, De inter mortuos.

[4] Id est, Victoris instar in triumphum ignominiæ causa produxit.

[5] Syrus textus etiã in manuscripto exemplari habet דרודכון: quòd si per errorem scriptũ non sit loco ודרונכון, positum saltẽ erit ד loco נ, quod ad idem pertineat instrumentum prolationis.

F. alioqui sic erit vertendũ, nequis vobis molestiam facessat aut vobiscum litiget rixetúrq; pro cibo & potu: ut verbũ quoque κρίνειν à Græcis solet accipi. Sic Matth. 5. 40.

[6] Syriacus textus post particulam לא, (id est Ne) dehortandi, subjungit aliam particulam, nempè לם, quæ denotat sententiam in cujus capite ponitur, nõ dici nisi μιμητικῶς in aliorum persona: sicut hic Paulus hæc pronunciat in persona pseudoapostolorũ. Eadẽ particula legitur in 2. Thess. 2. eodẽ sensu: sicut ibi explicabitur.

[7] F. vel specie summissionis, &c.

[8] F. non in ulla re quæ sit pretiosa, sed in iis quæ sunt ad usum carnis.

[z] a Jam peculiariter adversus tertiã speciẽ agit, id est, adversus eos qui Judaismũ urgebãt: ac primùm quidem circumcisionẽ carnis nobis opus esse negat, quũ absq; ea simus Christi virtute intùs circũcisi. *Rom. 2. 29.

[a] Periphrasis veteris hominis, quẽ solet etiam corpus peccati vocare.

[b] B. Occupatio, Ne signo quidem externo nobis opus esse ut Patribus, quum jã Baptismũ habeamus interioris illius renovationis testeram ac sigillum efficacissimum.

[c] Vide Rom. 6. 4.

*Rom. 6. 4. Ephes. 1. 19.

[d] Ut tota vis non ex opere operato, sed ex virtute Christi ad nos emanet: adjũgitur siquidem resurrectio Christi, & fides.

[e] B. Finis Baptismi unus est, mors ac sepultura veteris hominis, idq; ex potentia unius Dei, cujus virtutem in Christo mortuo & suscitato, per fidem apprehendimus.

[f] Quæ a Deo manat.

[g] B. Alter finis Baptismi est, ut qui in peccatis eramus mortui, in Christo pro nobis mortuo, & fide apprehenso, remissionem peccatorum gratuitam & vitam æternam adipiscamur. *Ephes. 2. 1.

[h] B. Novum argumentũ ejusmodi, latens in his paucis verbis, Non impedit præputium quominùs in Christo justificati vitam consequeremini. ergo circumcisione præputii non est vobis opus ad salutem. *Ephes. 2. 11.

[i] B. Generaliùs jam loquitur adversus totum Legalẽ cultum, quem abolitum esse docet duplici ratione, primùm, quia qui in Christo remissionẽ omnium peccatorum est adeptus, quorsum illa Legis adminicula requireret? Secundò, quoniam si quis illos ritus propiùs consideret, comperiet totidem fuisse nostri reatus testimonia, quibus veluti chirographis nos damnationem meteri palam testabamur. Itaque Christus adventu suo chirographum illud delevit, eóque cruci affixo, de omnibus nostris hostibus, quantũlibet potentibus triumphavit. Quorsum igitur illos ritus nunc usurparemus, quasi adhuc peccatorum rei & hostium tyrannidi obnoxii?

[k] Abolitis ritibus.

[l] Satanam & ejus angelos.

[m] Tamquam victor, captivos ignominiæ causa transvexit.

[n] In ea videlicet cruce, quæ fuit instar triumphalis currus.

[o] B. Conclusio, nominatis etiam certis speciebus, putà ciborum & dierum discrimine, quibus nos non obstringi novo argumento probat, quoniam videlicet res illæ Christum venturum adumbrabant, nos verò jam eum ipsum nobis exhibitum possidemus.

[p] Corpus, ut rem firmã & solidam opponit umbris.

[q] B. Adversus primam speciem corruptelæ disputat, cujus exemplum proponit Angelorum cultum: quod falsæ religionis genus primùm hac ratione refutat, quòd qui hujusmodi cultum invehunt, sibi tribuunt quod unius Dei est, nempè jus conscientiarum religione obligandarum, quantumvis ilta videantur homines ad humiliter de se sentiendum adducere.

[r] Stolida demissione animi, quum alioqui demissio etiam inter virtutes locetur: arrogantiæ enim illi Angelorum cultores insimulabant eos qui recta ad Deum contenderent.

[s] B. Secundò, quòd nec visa nec audita, sed a se excogitata, pro oraculis temerè obtrudant.

[t] B. Tertiò, quòd ilta non alio fundamento quàm opinione hominum sibi immodicè in suis commentis placentium innitantur.

[v] Sine ratione.

[x] B. Quartum argumentum maximi momenti, quoniam Christum sua dignitate spoliant, ut qui unus toti suo corpori, tum fovendo, tum etiam augendo sufficiat.

[y] Christo.

[z] Augmento quod a Deo proficiscitur.

[a] B. Jam ultimo loco pugnat adversus secundæ speciei corruptelas, quæ videlicet merè sunt superstitiosæ & ab hominibus partim vafritie sua simplicitatem quorumdam fallentibus, partim etiã planè ridiculis, excogitatæ: veluti quum in certo ciborum genere, & cæteris similibus rebus, pietas, remissio peccatorum, vis denique aliqua collocatur, quam ne ipsi quidem ejusmodi rituum auctores intelligunt, quum nusquam sit. Utitur autem argumẽto a comparatis sumto: Si morte Christi novum fedus suo sanguine sancientis, ab iis ritibus externis estis liberati, quibus visum fuerat Domino mundum veluti rudimentis quibusdam ad plenam illam veræ religionis cognitionem præparare, qua tandẽ ratione nescio quibus decretis oneraremini, quasi fitis hujus mundi cives, id est, quasi ab hac vita & rebus terrenis pendeatis. Causa verò hæc est, cur suprà versu 8 alium ordinem sequutus sit quàm in refutatione, quòd illic ostendat quibus gradibus falsæ religiones mundum invaserint, initio videlicet facto a curiosis sapientum speculationibus, quas tandem crassa illa superstitio sequuta est, quibus malis deinde Dominus Legalem illum cultum opposuit, quo nonnulli rursus abusi sunt: in refutatione verò incepit a Legalis cultus abolitione, ut a comparatis doceret multò magis illos falsos cultus esse tollendos.

[b] Quasi vestra fœlicitas sit in rebus istis terrenis posita, & non potiùs spirituale sit Dei regnũ.

[c] B. Mimesis, in persona istorum superstitiosorum.

[d] B. Aliud argumentum, non posse spirituale & internum regnum Dei consistere in rebus istis externis, & quæ usu consumuntur.

[e] B. Tertium argumentum, Quia Deus non est istarum traditionum auctor, ac proinde conscientias non ligant.

[f] B. Occupatio, Speciosa quidem hæc esse, quòd ita videantur homines optimo animo Deum colere, sese summittere, & corpus, cui curando tam multi incumbunt, negligere: sed nihilominùs res esse nullius dignitatis, quum minimè spectent ad spiritualia & æterna, sed ad carnis alimentum.

[g] Quæ videntur quidem exquisita quædam res esse, nimirùm cujusdam sapientiæ è cælo allatæ.

[h] Hinc nata sunt opera supererogationis, quasi homines plus præstarent quàm illis fuerit præscriptum, origo scilicet redimendorum meritorum Monackalium.

[i] Graphica Monachatus descriptio.

[k] Quum in cibo & potu posita sint, in quibus non est positum regnum Dei.

CAPUT TERTIUM.

[1] Terrenis exercitiis, quæ pseudoapostoli urgebant, [2] cælestia opponit: [5] & a mortificatione carnis orditur: unde deducit particulares exhortationes, [18] & particularia officia quæ ex singulorum vocatione pendent.

[a] ITaque [b] si [c] resurrexistis cũ Christo, [d] superna quærite, ubi Christus est ad dexteram Dei sedens.

2 Superna curate, non [e] terrestria.

3 [f] Nam mortui estis, [g] & vita vestra abscondita est cum Christo in Deo:

4 Postquam autem Christus, vita *illa* nostra, manifestus factus fuerit, tum & vos cum eo patefietis gloriosi.

5 [h] Mortificate igitur [i] membra vestra terrestria, * scortationem, impuritatem, mollitiem, cupiditatem malam, & avaritiam, quæ est idololatria.

6 Ob quæ [k] venit ira Dei super homines contumaces:

7 Quibus in *viciis* & vos ambulastis quondam, quum in iis viveretis.

8 At nunc deponite etiam vos hæc omnia, iram, excandescentiam, malitiam, maledicentiam, verborum obscœnitatem ab ore vestro.

9 Ne mentimini alius adversus alium, [l] quum exuti sitis illo vetere homine cum factis ipsius:

10 Et induti sitis novo illo, qui renovatur [m] in [n] agnitionem congruentẽ imagini ejus qui ipsum condidit.

11 [o] Ubi nõ est Græcus & Judæus, Circumcisio & Præputium, Barbarus & Scytha, servus & liber: sed omnia & in omnibus *est* Christus.

12 [p] Induimini igitur, ut electi Dei, sancti, & dilecti, [q] visceribus miserationum, benignitate, animi submissione, lenitate, iræ cohibitione.

13 Sufferentes alii alios, & condonantes vobis mutuò, siquis adversus aliquem habuerit querelam: sicut & Christus condonavit vobis, ita & vos.

14 Super hæc autem omnia *induimini* charitate, quæ est [r] connexus perfectionis.

15 Et pax Dei [s] sit gubernatrix in cordibus vestris, ad quam etiam vocati estis in [t] unum corpus: & grati estote.

16 Sermo Christi inhabitet in vobis copiosè cum omni sapientia, docendo & admonendo vos mutuò [v] psalmis, & hymnis, & cantionibus spiritualibus, cũ gratia canendo in vestro corde Domino.

17 *Et quicquid feceritis sermone, aut facto, [x] in nomine Domini Jesu *id facite*, gratias agentes Deo & Patri per eum.

SI igitur resurrexistis cum Christo, quę sunt superna quærite, ubi Christus sedet ad dexteram Dei.

2 Quæ sunt superna cogitate, & nõ quę sunt in terra.

3 Mortui enim estis, & vita vestra abscondita est cum Christo in Deo.

4 Et quũ Christus manifestabitur, qui est vita nostra, tũc etiam vos manifestabimini cum eo in gloria.

5 Mortificate igitur mẽbra vestra quæ sunt in terra, scortationem, impuritatem, [1] libidines præposteras, & concupiscentiam malam, & avaritiam, quæ est cultus idolorum.

6 Propter hæc enim venit ira Dei super [2] filios contumaciæ.

7 In quibus etiam vos ambulastis antè, quum versaremini in eis.

8 Nunc autem deponite a vobis omnia hæc, iram, excandescẽtiam, malitiam, maledicentiam, turpiloquium:

9 Et ne sitis mendaces unus in alium: sed exuite filium hominis veterem cum omnibus conversationibus suis,

10 Et induite novum qui renovatur in agnitionem juxta imaginem ejus qui creavit ipsum.

11 Ubi non est Judæus aut [3] Gentilis, neque Circumcisio & Præputium, neque Græcus & Barbarus, neque servus & [4] liber: sed omnia & in omni homine Christus est.

12 Induite igitur *vos*, tamquam electi Dei, sancti & dilecti, affectus & viscera, & benignitatem, & [5] demissionem mentis, & lenitatem, & longanimitatem:

13 Et estote tolerantes, [6] unus alium, & ignoscentes unus alii: &, si sit alicui adversus socium suum querela, sicut Christus condonavit vobis, ita etiam vos condonate.

14 Et cũ istis omnibus *induite vos* charitate, quæ est vinculum perfectionis:

15 Et pax Christi regat corda vestra, ad quam vocati fuistis in unũ corpus: & gratias agite Christo.

16 Cujus sermo habitet in vobis opulenter in omni sapientia: Et estote docentes & erudientes vosipsos in psalmis, & in hymnis, & in cantionibus spiritualibus, & cum gratia canite in cordibus vestris Deo:

17 Et quicquid agitis in sermone, & in opere, in nomine Domini nostri Jeschua Christi facite, & gratias agite [7] per eum Deo Patri.

[a] 2. Altera pars epistolæ: in qua arrepta occasione ex vanis illis exercitiis, suo more post doctrinã ipsam explicatam, ad Christianæ vitæ descriptionem descendit.

[b] 2. Renovatio sive regeneratio ex participatione resurrectionis Christi fons est omnis sanctimoniæ, unde posteà deducuntur rivi.

[c] Christi enim participes, in alteram veluti vitam transferimur, ubi nec cibo, nec potu egebimus, similes enim erimus Angelis.

[d] 2. Finis & scopus omniũ Christianę vitæ officiorum est, cælorum iter ingredi, & iis quæ nos eò deducunt, incumbere, id est, solidæ pietati, non autẽ externis illis & corporalibus.

[e] Sic vocat speciem illam religionis, de qua superiore capite egit.

[f] 2. Argumentum a connexis, simúlque a causis efficiẽtibus, Mortui estis quod ad carnem attinet, id est, ad veterem naturam caduca omnia quærẽtem: & e contrario cœpistis spiritu vivere: ergo spiritualia & cælestia, non autem carnalia & terrena curate.

[g] 2. Occupatio, Nos adhuc quidẽ in hoc mundo versari plurimis hujus vitæ ærumnis obnoxios, adeò ut quodammodo lateat vita quæ in nobis est: sed nihilominùs vitæ & gloriæ initia nos habere, cujus nunc penes Christum, ipsiúsque Dei manum depositæ complementum certò patefiet in glorioso illo Domini adventu. [h] 2. Mortua natura ne sit ampliùs in vobis efficax, sed viva sit efficax. Vigor autem naturæ ex motibus intelligitur. Moriantur in vobis ergo carnis affectus, & vivant spirituales motus illis contrarii. Recenset autem longum vitiorum & contrariarum virtutum catalogum. [i] Eleganter motus & cupiditates membra vocat, quibus ratio & voluntas hominis depravata perinde utitur ac corpus membris. *Ephes. 5. 5. [k] Venire solet. [l] 2. Definitio regenerationis a partibus sumta, quæ sunt, veteris hominis (id est, pravitatis nobis ingenitæ) depositio, & novi hominis (id est, puritatis nobis per gratiam collatæ) instauratio. Utraque verò in nobis nunc inchoata, suis gradibus absolvitur, illo quidem sensim moriente, illo verò sensim ad perfectionem alterius vitæ perveniente. [m] 2. Novitas vitæ in agnitione, hominem ad Dei conditoris imaginem (id est, ad totius animæ rectitudinem) transformante posita est. [n] Loquitur de agnitione efficaci.

[o] 2. Iterum inculcat Evangelium illa externa non spectare, sed veram justificationem & sanctificationem in uno Christo, quarum fructus multiplices recenset. Duo verò commendat in primis, sanctam videlicet concordiam, & verbi divini studium assiduum. [p] Ornati estote, ita ut nunquam exuatis. [q] Tenerrimis illis affectibus summæ misericordiæ. [r] Quo omnia hominũ inter se officia continentur ac cohærent. [s] Omnia regat ac moderetur. [t] In unum corpus Dei beneficio conjuncti, ut alii aliis membrorum instar adessetis. [v] Psalmos vocat quascumque sacras cantiones variis argumentis scriptas, Hymnos, qui laudes contineant; Cantica, peculiares quasdam & artificiosas magis cantiones, quæ & ipsæ laudes contineant, sed augustiore quadam forma compositas. *1. Cor. 10. 31. [x] Invocato Christi nomine, vel ad Christi laudem ac gloriam.

[1] F. perturbationes: quod Syra voce propriè designatur.

[2] Vel Inobedientiæ, Id est, Super contumaces & inobedientes. Hebraismus.

[3] F. Syrè, Aramæus. vide in Act. 20. 21.

[4] Ad verbum, Filius libertatum. Hebraism.

[5] Id est, Modestiam.

[6] Ad verbum, Unus unum. Hebraismus.

[7] Ad verbum, per manum ejus. Hebraism.

18 Uxores subditæ estote maritis vestris, sicut justum est in Christo.

19 Viri diligite uxores vestras, & ne sitis amarulenti adversus eas.

20 Filii auscultate parentibus vestris in omni re: ita enim placet coram Domino nostro.

21 Parentes, ne provocetis liberos vestros: ut non mœrore afficiantur.

22 Servi, auscultate in omni re dominis vestris [8] corporalibus, non ad aspectum oculi, sicut qui placent filiis hominis, sed corde simplici, & cũ timore Domini.

23 Et quicquid facitis, ex tota anima vestra facite, tamquam Domino nostro, & non tamquam filiis hominis:

24 Et scitote quòd a Domino nostro accepturi sitis retributionem in hæreditate: Domino enim Christo servitis.

25 Qui autem delinquit, retributionẽ accepit, quemadmodum delinquit: & non est [9] acceptio vultus.

[8] Ad verbum, Corporis. Hebraismus.

[9] Vide quod Matth. 6. de hac loquutione est annotatum.

18 *[y] Uxores subjicite vos propriis viris, [z] ut convenit in Domino.

19 [a]*Viri, diligite uxores, & ne estote adversus eas amarulenti.

20 [b]*Filii, auscultate parentibus [c] in omnibus: hoc enim placet Domino.

21 [d] Patres, ne irritate liberos vestros: ne despondeant animum.

22 [e] * Servi, auscultate per omnia dominis secundùm carnem, non obsequiis ad oculum exhibitis, ut qui hominibus placere student, sed cum simplicitate cordis, timentes Deum.

23 Et quicquid feceritis, ex animo præstate, tamquam Domino, & non hominibus:

24 Scientes vos a Domino recepturos [f] mercedem hæreditatis: nam Domino Christo servitis.

25 [g] Qui verò injuriam intulerit, referet injuriam quam intulerit: nec est personarum acceptio.

*Ephes.5.22.

7 z Ad œconomica præcepta ab ethicis descendẽs, ab uxoribus exigit subjectionem secũdùm Deum.

z Aberrant enim conjuges quicumq; Deũ sibi in Christo non proponũt in amando, quod omninò ignoravit Philosophia.

a 8. A viris, ut uxores diligãt, & leniter eas habeant.

*1. Pet. 3.7.

b 8. A liberis, ut sint ex Dei mandato parentibus obsequentes.

*Ephes. 6.1.

c In Domino, ut explicatur Ephes. 5.19.

d 8. A patribus, ut benigni sint in liberos.

e 8. A servis, ut Deum ipsum reversi, cui grata est eorum obedientia, reverenter, fideliter, & ex animo dominis obtemperent, & ab injuria eis facienda omnino caveant. *Ephes. 6.5. Tit. 2.9. 1. Pet. 2.18. f Pro eo quòd dominis rectè parueritis, tempus erit, quum ex servis filios vos factos reipsa agnoscetis, quum cælestis hæreditatis eritis participes. g A dominis, ut memores se quoque reddituros rationem coram Domino illo cælesti, qui injustè facta, nullo habito servorum & dominorum discrimine vindicabit, justos & æquos sese servis suis præbeant.

CAPUT QUARTUM.

[1] Ad generales exhortationes redit, [3] & precandi studium, [6] ac sermonis suavitatẽ præcipit: [7] postremò commendationes & salutationes subjungit.

DOmini, facite æquitatem & justitiã erga servos vestros, & scitote quòd etiam vobis est Dominus in cælo.

2 In oratione seduli sitis, & estote vigilantes in ea, & gratias agentes.

3 [1] Et orantes etiam pro nobis, ut Deus aperiat nobis ostium sermonis, ad loquẽdum mysterium Christi, cujus causa vinctus sum:

4 Ut patefaciam illud, & loquar illud sicut convenit mihi.

5 In sapientia ambulate erga extraneos, & redimite occasionem vestram:

6 Et sermo vester omni tẽpore sit cum gratia, ac si sale esset conditus: & scitote unicuique quomodo oporteat vos reddere responsum.

7 Id autem quod apud me *geritur* notũ faciet vobis Tychicus frater dilectus, & minister fidelis, & conservus noster in Domino:

8 Quem misi ad vos ad hoc ipsum ut cognoscat quod *geritur* apud vos, & consoletur corda vestra.

9 Cum Onesimo fratre fideli & dilecto, qui est ex vobis. Illi notũ facient vobis id quod *geritur* apud nos.

10 Salutátque vos Aristarchus captivus qui est mecum, & Marcus [2] filius avunculi Bar-Nabbæ (de quo mandata accepistis, ut si veniat ad vos, recipiatis eum)

11 Et Jeschua qui vocatur Justus: qui sunt ex circumcisione, & qui soli juverũt me in regno Dei, & qui fuerunt mihi cõsolationi.

12 [3] Salutat vos Epaphras qui est ex vobis, servus Christi, omni tempore laborans pro vobis in precatione, ut stetis perfecti & completi in omni voluntate Dei.

[1] Syrus codex impressus habebat: ומצלין אף עלין דאלהא יפתח לן תרעא דמלתא דאוכנגליון. Et orantes etiã pro nobis, ut Deus aperiat nobis ostium sermonis Evãgelii. Reliqua hujus versus cũ initio quarti desiderabãtur, quæ ex codice manuscripto Heidelbergensi restituimus.

[2] Id est, Consobrinus.

[3] Syrè. Petit pro pace vestra. Hebræa & Syra phrasis aliquoties annotata.

DOmini, jus & æquum servis præstate: ut qui sciatis vos quoque habere Dominum in cælis.

2 [a]*In precibus [b] perdurate, invigilantes iis cum gratiarum actione.

3 [c]*Orantes simul etiam pro nobis, ut Deus aperiat nobis [d] ostium sermonis, ut loquamur mysterium Christi, propter quod etiam sum vinctus.

4 Ut, *inquam*, illud manifestum faciam, sicut oportet me loqui.

5 *[e] [f] Sapienter ambulate erga extraneos, [g] opportunitatem redimentes.

6 [h] Sermo vester semper [i] cum gratia *sit* [k] sale conditus, ut sciatis quomodo oporteat vos unicuique respondere.

7 Res meas omnes vobis notas faciet Tychicus, dilectus frater, & fidus minister, ac conservus in Domino:

8 Quem misi ad vos ob hoc ipsum, ut cognoscat res vestras, & corda vestra cõsoletur.

9 Cum Onesimo fido & dilecto fratre, qui est ex vobis. Omnia *igitur* vobis nota facient quæ hîc aguntur.

10 Salutat vos Aristarchus meus in captivitate socius, & Marcus consobrinus Barnabæ, de quo accepistis præcepta: si venerit ad vos, excipite eum.

11 Et Jesus qui vocatur Justus: qui sunt ex circumcisione: hi [l] soli *sunt* mihi adjutores in [m] regno Dei, & fuêre mihi solatio.

12 Salutat vos Epaphras, qui ex vobis est, servus Christi, semper precibus certãs pro vobis, ut stetis perfecti & completi in omni voluntate Dei.

a 8. Generales aliquot exhortationes adjicit, & tandem additis familiaribus multis salutationibus, epistolam claudit.

*Luc. 18.1. 1. Thess. 5.17.

b 9. Preces assiduas & ardẽtes esse oportet.

c 8. Precibus Ecclesiarũ speciatim cõmẽdandi qui Verbũ ministrant.

*Ephes. 6.18. 2. Thess. 3.1.

d Os apertũ & liberum, ad prædicandum Evangelium.

*Ephes. 5.19.

e 8. Habẽda est magna etiam externorũ ratio in tota vitæ nostræ ratione.

f Considerarè ac circũspectè.

g Occasionem illos lucrifaciendi, etiam cum vestrarũ rerum jactura quærentes.

h 8. Sermonem ad audientiũ utilitatem accommodatum esse oportet.

i Ad commodum proximi comparatus.

k Huic opponitur sermo putris, de quo Ephes. 4.29.

l Romæ igitur eo tempore nõ fuit Petrus.

m In Evangelio.

13 Hoc enim de eo testor, eum multo vestrî studio ardere, & eorum qui sunt Laodiceæ, & eorum qui Hierapoli.

14 Salutat vos Lucas medicus ille dilectus, & Demas.

*2. Tim. 4. 11. 15 * Salutate fratres qui sunt Laodiceæ, & Nympham, & Ecclesiam quæ in domo illius est.

16 Et quum perlecta fuerit apud vos epistola, facite ut etiam in Laodicensium Ecclesia recitetur: & ut scriptâ Laodicea, vos quoque legatis.

17 Et dicite Archippo, Vide ut ministerium quod accepisti in Domino, impleas.

18 Salutatio, mea manu Pauli. Memores estote vinculorum meorum. Gratia *sit* vobiscum. Amen.

Scripta est ad Colossenses Roma, per Tychicum & Onesimum.

13 Testimoniũ enim perhibeo ei quòd magnus zelus est ei pro vobis, *& pro iis* qui sunt Laodiceæ, & qui sunt Hierapoli.

14 Salutat vos Lucas medicus, dilectus noster, & Demas.

15 Salutate fratres quî sunt Laodiceæ, & Nymphan, & Ecclesiam quæ est domi ejus.

16 Et quum lecta fuerit epistola hæc apud vos, facite ut etiam in Ecclesia Laodicensium legatur: & illam quæ scripta est ex Laodicensibus, legite ipsam.

17 Et dicite Archippo, diligens esto in ministerio quod accepisti in Domino nostro, ut impleas illud.

18 Salutatio hæc, mea manu Pauli. Memores estote vinculorum meorum. Gratia vobiscum. Ammin.

Finitur Epistola ad Colossenses, quæ scripta est a Roma [4].

[4] f. al. addunt, & missa per manus Tychici.

EPISTOLA AD THESSALONICENSES PRIOR.

CAPUT PRIMUM.

[1] *Gratiarum actionem ideò præponit,* [4] *ut Dei beneficium esse agnoscant quicquid prædicat in ipsis laude dignum,* [7] *& quòd reliquis exemplum facti sunt.*

BEZÆ INTERPRET.

PAULUS & Sylvanus & Timotheus, Ecclesiæ Thessalonicẽsium, *quæ est* in Deo Patre, & Domino Iesu Christo. Gratia *sit* vobis & pax a Deo Patre nostro, & Domino Iesu Christo.

2 [a] Gratias agimus Deo semper de omnibus vobis, mentionem vestrî facientes in precibus nostris:

3 [b] Indesinenter commemorantes efficacem vestram fidem, & laboriosam charitatem, & patientem illam expectationem in Domino nostro Iesu Christo coram Deo & Patre nostro.

4 Scientes, fratres dilecti a Deo, [c] electionem vestram.

5 [d] Quoniam Evangelium nostrũ constitit apud vos non sermone solùm, sed etiam potentia, & Spiritu sancto, & [e] certioratione: sicut nostis quales fuerimus inter vos, vestrî causa.

6 [f] Et vos, imitatores nostrî facti fuistis & Domini, recepto sermone cum afflictione multa, cũ [g] gaudio Spiritus sancti:

7 Adeò ut fueritis exemplaria omnibus credentibus in Macedonia & in Achaia.

8 A vobis enim non solùm personuit sermo Domini in Macedonia & Achaia,

[a] B. Gratulationis verè Christianę exemplum, unde etiam dicimus duplici injecto fræno cohiberi qui magnarum virtutum sibi sunt conscii, nempè si cogitent se a Deo omnia accepisse, & ab eo petendam perseverantiã, ad quam etiã tota epistola ad Thessalonicenses hortatur.

[b] B. Attribus præcipuis donis eos commendat, fide efficaci, charitate indefatigabili, & spe patientissima, nempè ut eos pudeat tot excellẽtibus donis ornatos nõ perseverare in Dei electione.

[c] Ad verbum, electionẽ vestram esse a Deo.

[d] B. Alia ratio, cur omninò sit eis perseverandũ, quoniam dubitare nõ possint de ipsius doctrina tot modis cælitùs comprobata, sicut ipsi optimè norant.

TREM. INTERPRET.

PAULUS & Sylvanus & Timotheus, Ecclesię Thessalonicensiũ, quæ est in Deo Patre, & in Domino nostro Ieschua Christo. Gratia vobiscũ & pax, [1] a Deo Patre nostro, & Domino Ieschua Christo.

2 Gratias agimus Deo omni tempore pro vobis, & mentionem facimus vestrî in precibus nostris:

3 [2] Sedulò & memores sumus coram Deo Patre operum fidei vestræ, & laboris charitatis vestræ, & tolerantiæ spei vestræ quæ est in Domino nostro Ieschua Christo.

4 Novimus enim electionem vestram, fratres mei, dilecti Dei.

5 Eo quòd prædicatio nostra nequaquã in sermonibus tantùm fuit apud vos, sed etiam in virtute & in Spiritu sancto, & in persuasione certa: etiam vos nostis quomodo fuimus inter vos vestrî causa.

6 Et vos nostrî similes facti estis in Domino nostro, & recepistis sermonem cum afflictione multa, & cum gaudio Spiritus sancti.

7 Et fuistis exẽplar omnibus fidelibus qui sunt in Macedonia & in Achaia.

8 A vobis enim personuit sermo Domini nostri non tãtùm in Macedonia & in

[1] f. Reliqua desiderari puto facto librarii, qui hoc genus salutationis ex singulis epistolis, & cõmuni earum præfatione peti posse putaverit. Quapropter ex Græco suppleo. Sic pars etiam desideratur suprà Colos. 1. 2.

[2] f. hoc Syrus aptat precedẽti versui, ut demõstrat interventus copulæ in precibus nostris sedulò.

[e] Fructum maximum ex Pauli prædicatione consequutum, duabus rebus demonstrat, donis illis Spiritus sancti, & certa persuasione, quam in illorum animis insedisse res ipsa ostendit, quum alacribus animis crucem pertulerint. [f] B. Alia ratio, quoniam ad eum usque diem summa alacritate fuerant evangeliũ amplexi, adeò ut reliquis vicinis essent exẽplo: quò turpius illis fuerit in medio cursu deficere. [g] Cũ gaudio, quod a spiritu promanat.

Achaia,

Achaia,ſed in omni loco fides veſtra quę eſt in Deum perſonuit,ita ut non opus habeamus ut dicamus de vobis quicquam.

9 Ipſi enim renunciant qualis ingreſſus fuit nobis ad vos, & quomodo converſi eſtis ad Deum a cultu ſimulacrorum, ut ſerviatis Deo viventi & vero.

10 Exſpectantes filium ejus e cælis, Ieſchua,quem excitavit a mortuis,qui eſt liberator noſter ab ira ventura.

verumetiam in omnem locum fides veſtra quæ eſt in Deum,dimanavit,ut neceſſe non habeamus quicquam loqui.

9 Siquidem [h] ipſi de nobis annunciant qualem ingreſſum habuerimus ad vos, [i] & quomodo converteritis vos ad Deũ relictis idôlis, ut ſerviretis Deo vivo & vero:

10 Et exſpectaretis Filium ejus e cælis, quem ſuſcitavit a mortuis, *nempe* Ieſum nos eruentem ab [k] ira illa ventura.

[h] Credentes omnes.

[i] 8. Vera converſio non eſt idola deſerere, niſi quis ſimul Deum verum & vivum in Chriſto unico redemtore colat.

[k] Articulus additus non eſt otioſus: iram autem accipit pro ultione ſeu vindicatione, qua Dominus terribiliter iratus, mundum tandem ulciſcetur.

CAPUT SECUNDUM.

[1] *Declarat quanta fide ipſis Evangelium prædicarit,* [5] *neque lucrum,* [6] *aut gloriam quæſierit:* [10] *idq; eorum teſtimonio probat:* [14] *& quòd ipſi infracto animo perſequutiones a ſuis tulerint.* [17] *Addit ſe magno illos viſendi deſiderio teneri.*

IPſi quoque noſtis, fratres mei, quòd ingreſſus noſter ad vos nequaquam in vanum fuerit:

2 Sed primùm paſſi ſumus, & ignominia affecti ſumus(quemadmodum ſcitis) Philippis, & nunc in certamine magno loquuti ſumus vobiſcum cum fiducia Dei noſtri Evangelium Chriſti.

3 Exhortatio enim noſtra non fuit [1] ex errore, neque ex impuritate,neque cum dolo:

4 Sed ſicut fueramus probati Deo, ut cõcrederetur nobis Evangelium ejus,ita loquimur, non tamquam ut filiis hominis placeamus, ſed Deo qui probat corda noſtra.

5 Neque enim unquam uſi ſumus ſermone adulatorio,quemadmodum noſtis, nec per occaſionẽ avaritię:Deus teſtis eſt.

6 Neque quærimus gloriam a filiis hominis,nec a vobis,nec ab aliis, quum poſſimus [2] honorabiles eſſe tamquam Apoſtoli Chriſti.

7 Sed fuimus inter vos demiſſi,& tamquam nutrix quæ diligit filios ſuos:

8 Ita etiam nos [3] diligebamus & cupidi eramus tradere vobis non tantùm Evangelium Dei, ſed etiam animam noſtram, quia dilecti eratis.

9 Memores eſtis enim,fratres,quòd laborabamus & fatigabamur in opere manuum nocte ac die,ne ullum veſtrûm gravaremus.

10 Vos teſtes eſtis & Deus, quomodo prędicavimus vobis Evangelium Dei purè & juſtè: & irreprehenſibiles fuimus apud omnes fideles;

11 Quemadmodum noſtis quòd ab unoquoq; ex vobis, ſicut pater a filiis ſuis, expetebamus,& [4] loquebamur ſuper cor veſtrum.

12 Et teſtabamur vobis ut ambularetis ſicut convenit Deo, qui vocavit vos ad regnum ſuum & ad gloriam ſuam.

13 Propter hoc etiam nos gratias agimus indeſinenter Deo, quòd ſermonem

NAm [a] ipſi noſtis, fratres, ingreſſum noſtrum ad vos non fuiſſe vanum:

2 [b] * Immò etiam *multa* priùs paſſi & contumeliis affecti Philippis ſicut noſtis, libertate loquendi uſi ſumus [c] in Deo noſtro, ad annunciandum apud vos Evangelium Dei cum multo certamine.

3 [d] Exhortatio enim noſtra non fuit ex impoſtura, neque ex [e] impuritate, neque cum dolo:

4 [f] Sed ſicut [g] probati fuimus a Deo *quibus* crederetur Evangelium, ita loquimur, non ut hominibus placentes, ſed Deo [h] exploranti corda noſtra.

5 Nec enim unquam ſermone aſſentatorio uſi ſumus, ſicut noſtis, nec avaritiæ cauſa quicquam prætexuimus: Deus teſtis eſt.

6 [i] Neque ex hominibus quærentes gloriam, nec a vobis, nec ab aliis, quum poſſemus *vobis* oneri eſſe, ut Apoſtoli Chriſti.

7 Sed fuimus [k] manſueti in medio veſtrî, ut [l] ſi nutrix foveret liberos ſuos,

8 [m] Et ita cupidi veſtrî,gratum nobis erat impertiri vobis non ſolùm Evangeliũ Dei, ſed etiam noſtras ipſorum animas, quòd chari nobis eſſetis.

9 [n] Meminiſtis enim, fratres, *laboris noſtri ac ærumnę:nocte enim ac die operando,ne cui veſtrum oneri eſſemus,prędicavimus apud vos Evangelium Dei.

10 [o] Vos teſtes *eſtis* & Deus, quomodo ſanctè & juſtè & inculpatè vobis, qui creditis, nos geſſerimus.

11 [p] Sicut noſtis quomodo unumquemque veſtrûm, tamquã pater liberos ſuos, hortabamur & conſolabamur,

12 [q] * Et obteſtabamur ut ambularetis ſicut convenit Deo vocante vos ad ſuum regnum ac gloriam.

13 [r] Propterea etiam nos gratias agimus Deo ſine intermiſſione, quòd acceptum de Deo ſermonem quem audiſtis

[1] Quaſi propoſuerimus vobis ea quibus in errore vos induceremus,ut impoſtores facere ſolent.Nam in Syriaca lingua טעיותא æquè ſignificat impoſturã qua quis aliũ decipit, atque deceptionem qua quis ab alio deceptus eſt.

[2] Vel graves. Vox enim Syra יקירא utrumque ſignificat, videlicet nobiles & graves.

[3] 7. vel diligimus, & cupidi ſumus, &c. omnia in præſenti tempore.

[4] 11. Conſolabamur vos, ſic & in Oſeæ 2. reperitur,& in multis aliis locis veteris Teſtamenti. Eſt autẽ in textu Syriaco vox ומלין derivata a מלל, pro ומללין. Eſt enim ſyncope, ſicut aphæreſis & apocope, in hac lingua frequentiſſima.

[a] 8. Quod de ſuo Apoſtolatu paucis attigerat, copioſè explicat, in eum quem dixi finem.

[b] 8. Veri paſtoris virtutes, ingenuè & intrepidè mediis in periculis evangelizare. * *Act.16.23.*

[c] Dei ope ac gratia freti.

[d] 9. Puram doctrinam,puro animi affectu, fideliter docere.

[e] Ullo ſcelere aut maleficio.

[f] 8. Alienum ab omni aſſentatione & avaritia, Deo ſuã conſcientiam approbare.

[g] Quum inter Dei & hominum judicia hoc interſit, quòd homines in eligendo ſpectãt earum rerum qualitates quę proponuntur, Deus verò in ſeipſo invenit ſui conſilii rationem, ſit ut quum ne ad cogitandum quidem ſimus idonei, eos quos ipſe primùm ad ſanctas illas vocationes eligit, non inveniat, ſed faciat idoneos. Itaque hæc approbatio a Dei miſericordia pendet.

[h] Qui grata & accepta habet.

[i] 8. Omni vitata elatione, ſeipſum, infimis quibuſvis, eos lucrifaciendi cauſa, ſummittere.

[k] Quum meo jure potuiſſem Eccleſiæ ſumtibus vivere.

[l] Moribus minimè aſperis, ſed faciles & benigni, ſicut nutrix, quæ neque ambitione neque avaritia ducitur, ſed quæ materno affectu omnes moleſtias patienter ſuſtinet.

[m] 8. Gregem ſibi commiſſum propria vita chariorem habere. *2.Theſſal.1.8.*

[n] 8. Suo potiùs jure cedere, quàm oves gravare. * *Act.20.34. 1. Corinth.4.12.*

[o] 8. Sanctæ & inculpatæ vitæ exemplo cæteris præire.

[p] 8. Paternum affectum ad exhortationes & conſolationes afferre. * *Epheſ.4.2. Philipp.1.27. Coloſſ.1.10.*

[q] 8. Omnes ad vitam ſicut Deo dignum eſt inſtituendam, ſedulò & ardenter urgere.

[r] 8. Approbato ſuo miniſterio, rurſum, in eum quem dixi finem, Theſſalonicenſium alacritatem ſuæ in docendo diligentiæ reſpondentem, & eorumdem infractam patientiam commendat.

ex nobis, exceperitis non *ut* sermonem hominum, sed (sicut est verè) *ut* Dei sermonem, qui etiam agit in vobis qui creditis.

14 [s] Vos enim, fratres, imitatores facti estis Ecclesiarum Dei quæ sunt in Judæa, [t] in Christo Jesu, quippe qui eadem passi sitis & vos a propriis [v] tribulibus, prout & ipsæ a Judæis:

15 [x] Qui etiam Dominũ Jesum & proprios Prophetas occiderunt, & nos exegerunt: [y] neque Deo placent, & [z] omnibus hominibus adversantur:

16 Prohibentes nos Gentibus loqui ut serventur, ut semper [a] compleant peccata sua. occupavit enim eos [b] ira ad extremũ usque.

17 [c] Nos verò, fratres, [d] orbati vobis ad temporis momentum, conspectu, non animo, eo ampliùs studuimus videre faciem vestram, cum multo desiderio.

18 Ideò voluimus venire ad vos (ego quidem Paulus) semel atque iterum, sed impedivit nos Satanas.

19 Nam quæ est nostra spes, aut gaudium, aut corona de qua glorier? annon & vos in conspectu Domini nostri Jesu Christi in ejus adventu?

20 Vos enim estis gloria nostra & gaudium.

sicut sermonem filiorum hominis accepistis, sed sicut est verè, *tamquam* sermonem Dei: & ipse [s] opere agitur in vobis, & in iis qui credunt.

14 Vos enim, fratres mei, imitatores facti estis Ecclesiarum Dei quæ sunt in Judæa, illorum qui sunt in Jeschua Christo, quòd eadem sustinuistis vos quoque a [6] contribulibus vestris, quemadmodum etiam illi a Judæis:

15 Qui Dominum nostrum Jeschua Christum occiderunt, & prophetas qui erant ex ipsis, nósque persequuti sunt: ac Deo non placent, & fiunt contrarii omnibus filiis hominis.

16 Qui prohibent nobis ne loquamur cum Gentibus ut serventur, ad complendum peccata sua omni tempore. Pervenit autem super eos ira usque in finem.

17 Nos verò, fratres mei, [7] facti sumus pupilli a vobis *ad* tempus horæ, quoad faciem nostram, non autem quoad cor nostrum, & magis studuimus videre faciem vestram cum dilectione magna.

18 Et voluimus venire ad vos (ego Paulus) [8] semel & iterum, & [9] impedivit me Satanas.

19 Quæ est spes nostra, & gaudium nostrum, & corona gloriæ nostræ, nisi sitis vos, coram Domino nostro Jeschua in adventu ejus?

20 Vos enim estis laus nostra & gaudium nostrum.

[s] Id est, Exprimitur opere.

[6] Ad verb. A filiis generis vestri. Hebraismus.

[7] i. Orbati vobis exiguo tẽpore.

[8] Ad ver. Uno tẽpore & duobus.

[9] In textu Syriaco est עוכבני pro עכבני, a verbo עכב, quod est, Remorari & retardare, & impedire. At fortassis, juxta linguæ idiotismum, ב absque pũcto daghes mutata est in ו consonantem ejusdem soni, & facta est literarum transpositio. s. vel, obstitit mihi, propria significatione.

[r] Judæi enim nec in regnum Dei introire volebant, nec alios sinebant ingredi. [a] Hæreditaria improbitas eousque excrescat, donec exploro iniquitatis cumulo, ad iram prorumpat Deus. Hebr.

[b] Irati Dei judicium, quod sanè paulo post apparuit in excisione urbis Hierosolymitanæ, in quam plurimi etiam provinciales convenerant quum obsideretur. [c] s. Occurrit objectioni, cur ad eos in tantis miseriis versantes non statim accurrerit. Cupivi, inquit, sæpe, nec per me stetit, sed Satan meos conatus impediit, ideóque Timotheum fidum meum collegam ad vos misi, quoniam nihil est mihi vobis charius. [d] Disjuncti a vobis & proinde quasi orphani.

[s] s. Confirmat eos in domesticis afflictionibus, quoniã a suis vexabantur: quod dicit eis esse cum Judaicis Ecclesiis commune, ac proinde jucundum etiam illis esse debere.

[t] Christi auspiciis collectæ.

[v] Ab iis ipsis quibuscũ gentem & civitatẽ communem habetis.

[x] s. Occurrit offendiculo, quòd Judæi præ cæteris Evangeliũ persequerẽtur. Id verò, inquit, novum non est, quũ ipsum Christum & suos prophetas occiderint, méque adeo expulerint.

[y] s. Extremum exitium Judæorum prænunciat, nequis eorum rebellione moveatur.

CAPUT TERTIUM.

[1] Desiderii erga illos sui fidem facit, quòd Timotheum ad eos miserit, [6] quòd prosperi eorum status nuncio ita sit affectus, [9] ut gratias agere satis non possit: [12] itaque in precationem erumpit.

QUamobrem nos non ampliùs continentes, libuit nobis ut soli Athenis derelinqueremur.

2 * Misimúsque Timotheum fratrem nostrum, ac ministrum Dei & adjutorem nostrum in Evangelio Christi, ad vos stabiliẽdos & exhortãdos super fide vestra:

3 Ut nemo commoveatur ob afflictiones istas. [a] ipsi enim nostis ad id nos esse constitutos.

4 Etenim quum apud vos essemus, prędicebamus vobis fore ut affligeremur: quod & evenit, & nostis.

5 Quamobrem & ego non ampliùs *me* continens, misi *eum* ut cognoscerem fidẽ vestram: *Veritus* ne quo modo tentãsset vos tentator ille, & inanis redditus esset labor noster.

6 [b] Nuper autem quum venisset Timotheus ad nos a vobis, & lętum nunciũ nobis attulisset de fide & charitate vestra, & quòd bonam nostri memoriam retineatis, semper expetentes nos videre, sicut nos quoque vos:

7 Propterea consolationẽ accepimus, fratres, ex vobis, in omni afflictione &

ET quia non [1] sustinebamus, voluimus residere Athenis soli:

2 Et [2] mittere ad vos Timotheum fratrem nostrum, & ministrum Dei ac adjutorem nostrum in Evangelio Christi, ut confirmaret vos, [3] & peteret a vobis de fide vestra:

3 [4] Ne cui ex vobis *fides* succideretur in afflictionib. istis. vos enim nostis quòd ad hoc ipsum positi sumus.

4 Nam etiam quum apud vos essemus, prędixeramus vobis futurum esse ut affligeremur: quemadmodum nostis quod factum sit.

5 Propter hoc etiam non sustinui donec mitterem ut cognoscerem fidem vestram, ne fortè tentãsset vos tentator, & esset labor noster inanis.

6 Nunc autem ex quo venit ad nos Timotheus [5] a vobis, & annunciavit nobis de fide vestra, & de charitate vestra, & quòd sit apud vos nostri memoria bona omni tempore, & cupidi sitis videre nos, sicut nos quoque vos:

7 Propter hoc consolationem accepimus in vobis, [6] fratres, in omnibus angustiis

* *Act. 16. 1.*

[a] s. Voluntas Dei hac lege suos vocantis, ut eos per crucem ad gloriã adducat, certũ est adversus afflictiones remedium.

[b] s. Rursus ex eo quòd tam fœliciter adhuc perrexerint, ad reliquũ iter perficiendum eos hortatur, in eo etiam gratissimum ipsi, eorum Apostolo, facturos.

[1] Subaudi, Carere literis aut nũciis vestris.

[2] s. vel misimus ad vos, &c. quod affirmatur inf. 3. 6.

[3] i. Exhortationibus suis rogans a vobis ut permanereris in fide vestra.

[4] s. vel nequis ex vobis succidatur, &c. nimirum à Christo & fide illius, abreptus afflictionibus.

[5] Ad verb. A juxta vos. Hebraismus.

[6] r. al. fratres nostri.

stiis nostris & afflictionibus nostris, propter fidem vestram.

8 Et nunc vivimus, si vos confirmemini in Domino nostro.

9 Quam enim gratiarum actionem possumus rependere pro vobis Deo super omni gaudio quo gaudemus vestri causa,

10 Nisi ut coram Deo ampliùs obsecremus nocte & die, ut videamus faciem vestram, & compleamus id quo caret fides vestra?

11 Ipse autem Deus Pater noster, & Dominus noster Jeschua Christus, dirigat iter nostrum ad vos,

12 Et augeat & abundare faciat charitatem vestram, quæ est unius erga alium, & erga omnem hominem, quemadmodum nos diligimus vos:

13 Et confirmet corda vestra irreprehensibilia per sanctitatem, coram Deo Patre nostro, in adventu Domini nostri Jeschua Christi, qui erit cum omnibus sanctis ejus.

necessitate nostra, per vestram fidem:

8 Nunc enim [e] vivimus, si vos perstatis in Domino.

9 Quam enim gratiarum actionem possumus Deo rependere de vobis, super omni gaudio quo gaudemus propter vos coram Deo nostro,

10 *Nocte ac die magis ac magis rogantes ut videamus vestram faciem, & quæ desunt fidei vestræ [d] suppleamus?

11 Ipse verò Deus & Pater noster, & Dominus noster Jesus Christus dirigat viã nostram ad vos.

12 [c] Faxit autem Dominus ut auctiores sitis & exundetis mutua inter vos charitate, & in omnes, quemadmodum & nos in vos:

13 Ut corda vestra inculpata stabiliat *in sanctimonia coram Deo & Patre nostro, in adventum Domini nostri Jesu Christi cum omnibus sanctis suis.

[e] Nam nunc non aliter nobis videmur salvi, quàm si pergitis in fide.

*Rom. 1. 10. & 11. 23.

[d] Adversariorum importunitate coactus fuerat, vix inchoatum ædificium relinquere: quam ob causam Silam & Timotheum in Macedonia reliquerat, atque quum Timotheus ad ipsũ Athenas venisset, statim illũ remisit. Itaque desiderat videre Thessalonicenses, ut omnibus numeris fidem eorũ imperfectã absolvant.

[c] 2. Altera pars epistolæ, in qua de Christianæ vitæ officiis disseritur. Docet autem duabus in rebus positam esse Christianæ vitæ perfectionem, nempe in charitate erga omnes, & interiore cordis puritate, quarum tamen complementum in alterum adventum Christi differtur, tunc demum qua gratia hoc opus in nobis cœpit, eadem illud perfecturi.

* 2. Corinth. 1. 2. Infr. 1. 23.

CAPUT QUARTUM.

[1] Hortatur [3] ad vitæ sanctitatem, [9] & charitatem mutuam. [13] More infidelium eos tristari vetat: [15] & seriem resurrectionis nostræ graphicè depingit.

PRoinde, fratres mei, petimus a vobis, & obsecramus vos per Dominum nostrum Jeschua, ut quemadmodum accepistis a nobis quomodo conveniat vobis ut ambuletis & placeatis Deo, ut [1] ampliùs adjiciatis.

2 Nostis enim quæ mandata dederimus vobis per Dominum nostrum Jeschua Christum.

3 Hæc enim est voluntas Dei sanctificatio vestra, & [2] ut absitis ab omni scortatione,

4 Et sciat unusquisque ex vobis possidere vas suum in sanctificatione & in honore:

5 Et non in affectibus concupiscentiæ, sicut reliquæ Gentes quæ non noverunt Deum.

6 Et ne audeatis irritare & injuria afficere [3] vir fratrem suum in aliquo negotio. quia Dominus noster est ultor adversus hæc omnia, quemadmodum etiam ante hoc tẽpus diximus vobis, & testati sumus.

7 Non enim vocavit vos Deus ad impuritatem, sed ad sanctificationem.

8 Itaque qui rejicit *hæc*, non filium hominis rejicit: sed Deum qui dedit in vobis Spiritum suum sanctum.

9 De charitate autem fratrum nõ opus habetis ut scribam vobis: vos enim ipsi docti estis a Deo ut diligatis unus alium:

10 Etiam facitis ita omnibus fratribus qui sunt in tota Macedonia. Peto autem a vobis, fratres mei, ut excellatis.

11 Ut diligentiam adhibeatis ut sitis quieti, & [4] agentes negotia vestra, & operemini manibus vestris, sicut mãdavimus vobis,

QUod [a] reliquum est igitur, fratres, rogamus vos & precamur per Dominum Jesum, ut sicut accepistis à nobis quomodo oporteat vos ambulare, & placere Deo, [b] magis excellatis.

2 Nostis enim quæ mãdata dederimus vobis per Dominum Jesum.

3 [c] Nam hæc est voluntas Dei, *nempe* [d] sanctificatio vestrî, *id est* * ut abstineatis a scortatione:

4 [e] Ut sciat vestrûm unusquisque suum vas possidere in sanctificatione & honore:

5 [f] Non in morbo cupiditatis, sicut Gentes quæ non noverunt Deum.

6 * *Et* [g] ut ne *quis* opprimat, & habeat quæstui in negotio fratrem suum. nam vindex est Dominus omnium istorum, sicut & antè diximus vobis, & asseveranter testificati sumus.

7 *Non enim vocavit nos Deus ad impuritatem, sed ad sanctificationem.

8 Proinde [h] qui *hæc* aspernatur, non aspernatur hominem, sed Deum, qui etiam dedit nobis Spiritum suum sanctum.

9 [i] *Cæterùm de fraterno amore non necesse habetis ut scribã vobis: ipsi namque divinitùs docti estis ut diligatis alii alios.

10 Nam & facitis hoc erga cunctos fratres qui sunt in tota Macedonia. precamur autem vos, fratres, ut potiùs excellatis:

11 [k] Et ambitiosè contendatis quieti esse, & res vestras agere, [l] ac operari propriis manibus vestris, sicut vobis mandavimus:

[1] F. nimirum ambulare & placere Deo. i. porrò pergatis ita ambulare & placere Deo. Hebraismus.

[2] Ad ver. Ut sitis disjuncti.

[3] i. Alter alterum. Hebraismus usitatissimus.

[4] Ad verb. Negotiantes opera vestra, id est, Exercentes negotia vestra.

[a] 2. Variæ exhortationes, quarũ fundamentum est, ut eorum quę ex Apostolo audierunt sint memores.

[b] Ita conemini magis ac magis excellere, ac vos ipsos quotidie superare.

[c] 3. Summa eorum quæ ipsis tradiderat, hæc est, ut se totos Deo consecrent. Damnat autem diserte omnẽ libidinosam fœditatem, utpote quæ Dei voluntati prorsus repugnet.

[d] Vide Johan. 17. 17.

* Rom. 12. 2. Eph. 5. 17.

[e] 3. Altera ratio, Quòd corpus ipsum polluat.

[f] 3. Tertia, quòd honestate & puritate discernantur sancti ab iisq; Deum non norunt.

* 1. Cor. 6. 8.

[g] 3. Secundò, omnem violentam oppressionem & immodicam cupiditatem reprehẽdit, quorum scelerum vindicem fore Deum severissimè demonstrat, ut Dei Propheta.

* 1. Cor. 1. 2.

[h] Hæc mandata quæ dedi vobis. [i] Tertiò, animum ad omne beneficentiæ genus promtum requirit: in qua etiam virtute hortatur ut magis ac magis proficiant. * Job. 11. 34. & 11. 12. 1. Joh. 1. 2. & 4. 21. [k] 3. Ingenia inquieta, & rerum ad se nihil pertinentium curiosa, damnat. [l] 3. Otium & inertiam arguit: quo vitio qui laborant ad turpia tandem coguntur, magno cum Ecclesiæ offendiculo.

12 Ut vos geratis decenter erga extraneos, & nullius indigeatis.

13 [m] Nolim autem vos in ignorātia versari, fratres, [n] quod ad eos attinet [o] qui obdormierunt, ut ne contristemini, sicut & reliqui qui spem non habent:

14 [p] Nam si credimus Jesum mortuum esse & resurrexisse, ita etiam Deus eos qui obdormierint in [q] Jesu, [r] adducet cum eo.

15 [s] Hoc enim vobis dicimus [t] verbis Domini, fore ut [v] nos vivi qui reliqui erimus in adventu Domini, non prævenia-mus eos qui obdormierint.

16 * Nam ipse Dominus cum [x] hortationis clamore, cum voce Archangeli, & cum Dei tuba, descendet e cælo: & qui mortui fuerint in Christo, resurgent primùm.

17 Deinde nos vivi, qui reliqui erimus, [y] rapiemur simul cum eis in nubes, in occursum Domini in aëra: & ita semper cū Domino erimus.

18 Itaque consolamini alii alios istis sermonibus.

12 Ut ambuletis cum honestate erga extraneos, & nullo homine opus habeatis.

13 Volo autem ut sciatis, fratres mei, ut de iis qui dormiunt non sit contristatio vobis, sicut reliquis hominibus quibus non est spes.

14 Nam si credimus quòd Jeschua mortuus est & resurrexit, ita etiam Deus eos qui dormierunt in Jeschua, adducet cum eo.

15 Hoc enim dicimus vobis in sermone Domini nostri [s] qui differimur in adventum Domini nostri, qui vivemus, nō prę-veniemus eos qui dormierunt.

16 Eo quòd ipse Dominus noster cum mandato & cum voce Archangeli, & cum buccina Dei descendet de cælo, & mortui qui sunt in Christo, resurgent primùm.

17 Et tunc nos qui differimur, qui vivimus, rapiemur cum eis simul in nubes in occursum Domini nostri, in aëra, & ita omni tempore cum Domino nostro erimus.

18 Igitur consolemini [6] alius alium in sermonibus istis.

[m] B. Tertia pars epistolæ, superioribus exhortationibus, ad quas etiam posteà revertitur, inserta, in qua de luctu mortuorū, & modo resurrectionis, & futuro illo supremo die disserit.

[n] B. Cavendum ne mortuos ultra modū lugeamus, id est, ut solēt qui eos arbitrantur periisse.

[o] B. Confirmatio, quia mors est tantùm corporis somnus (de fidelibus enim agit) tantisperdum adveniat Dominus.

[p] B. Ratio cōfirmationis, quia quum resurrexerit caput, resurgēt & membra, idque Dei virtute.

[q] Moriuntur in Christo qui ad extremum usque vitæ spiritum perseverant in fide qua sunt Christo insiti.

[r] E sepulcris evocatos, quantum ad corpora, quibus animi rursus erunt adjuncti.

[s] B. Resurrectionis futuræ hic modus erit, mortuorum corpora velut e somno expergefient ad Dei tubæ clangorem. Descendet ipse Christus de cælis. Sancti (de his enim propriè agit) qui tunc vivi deprehendentur, unà cum mortuis qui resurrexerint rapientur in nubes in occursum Domini, perpetuāque gloria cum eo fruentur.

[t] In nomine Domini, & quasi eo ipso loquente.

[v] De his rebus loquitur synecdochicè, quasi unus sit futurus ex eorum numero quos Dominus adveniens sit vivos deprehensurus, quia nimirum incertum est illud tempus: singulos autem nostrūm ita comparatos esse oportet, ac si singulis momentis Dominus venturus esset. * 1. Cor. 11. 32.

[x] Κέλευσμα propriè est hortamen quod apud nautas est solenne, quo uno veluti concentu ramos adducant.

[y] Repentè & oculi momento.

[5] 1. Syr. quod nos qui differimur, &c. quę verba librarii culpa judico excidisse, & in textu reponi debent. Hæc autem συνεκδοχικῶς a Paulo dici quis non videt? ut vers. 17.

[6] Ad verb. Unus unum. Hebraismus.

CAPUT QUINTUM.

[1] Curiosam temporum adventus Christi inquisitionem damnans, [6] admonet ut assiduè ad eum excipiendum sint parati. [11] Hinc descendit ad varias admonitiones.

Porrò [a] de temporibus & [b] opportunitatibus, fratres, non est necesse ut vobis scribatur.

2 Ipsi enim penitùs scitis diem illum Domini, ut fur nocte *venit*, ita venturum esse.

3 Quum enim dicent, Pax *est* & securitas: tunc repentinum eis instat exitium, sicuti dolor partus mulieri gravidę, & nequaquam effugient.

4 [c] At vos, fratres, non estis in tenebris, ut dies ille vos, tamquam fur, deprehendat.

5 Omnes vos filii lucis estis, ac filii diei: nō sumus *filii* noctis, neque tenebrarum.

6 Nempe igitur ne dormiamus ut reliqui, sed vigilemus & sobrii simus.

7 Nam qui dormiunt, noctu dormiūt: & qui inebriantur, noctu sunt ebrii.

8 [d] At nos qui sumus diei, sobrii simus, *induti thorace fidei & charitatis: & pro galea, spe salutis:

9 [e] Nam non constituit nos Deus ad iram, sed ad salutem obtinendam per Dominum nostrum Jesum Christum:

10 [f] Qui mortuus est pro nobis: ut sive vigilemus, sive dormiamus, simul cum eo vivamus.

11 [g] Quipropter adhortamini alii alios, & ædificate singuli singulos, sicut & facitis.

De temporibus autem & temporum articulis, fratres mei, [1] non opus habemus scribere vobis.

2 Vos enim certò scitis quòd dies Domini nostri, ut fur in nocte ita veniet.

3 Quum dixerint quòd est pax & tranquillitas, tunc derepentè surget contra eos interitus, sicut partus dolor in ea quæ uterum gestat, [2] neque effugient.

4 Vos autem, fratres mei, non estis in tenebris, ut dies ille tamquam fur prævenia t vos.

5 Omnes enim vos filii lucis estis, & filii diei, nō autem estis filii noctis, neque filii tenebrarum.

6 Proinde non dormiamus, sicut reliqui, sed simus vigilantes & sobrii.

7 Qui enim dormiunt, in nocte dormiunt: & qui inebriantur, in nocte inebriantur.

8 Nos autem qui filii diei sumus, simus vigilantes in mente nostra, & induti loricam fidei & charitatis: & ponamus galeā spei salutis.

9 Quoniam non posuit nos Deus ad iram, sed ad acquisitionem salutis, per Dominum nostrum Jeschua Christum:

10 Qui mortuus est pro nobis, ut sive vigilemus, sive dormiamus, simul cum eo vivamus.

11 Propterea consolamini unus alium, & ędificate unus alium, sicut etiam facitis.

[a] B. Dies quem huic judicio Deus destinavit, nobis est incompertus. Certum est autem hominibus nihil minùs exspectantibus superventurum.

[b] Vide Act. 1. 7.

[c] B. Rediens ad exhortationes, monet nostrum officiū esse, qui Dei cognitione illustrati sumus, non deliciari securè, ut voluptatibus sopiti deprehendamur ex improviso: sed e contrario esse in Dominum intentos, nec pati ut ab hujus mundi curis degravemur. Illud enim convenit noctis tenebris, istud verò luci.

[d] B. Fide & spe pugnandū est, nedum ut securè sit stertendum.

* Esa 59. 17. Ephes. 6. 17.

[e] B. Addit nobis stimulos, certa victoriæ fiducia proposita.

[f] B. Mors Christi nostræ victoriæ pignus. Ideò enim mortuus est ut ipsius vitæ seu virtutis fiamus participes, etiam quamdiu hic vivitur.

[g] B. Non tantùm vigilandum nobis est, sed etiam alii alios tenemur expergefacere & confirmare.

[1] f. al. non opus habetis ut scribam vobis.

[2] Observet studiosus lector מ loco כ esse positum in voce ימדון pro יכדון. Nam et rotem esse dicere non ausim, quum manuscriptus codex etiam ita habeat. Nisi quis dicere malit Nun mutatum esse in Mem, ex linguæ idiotismo. F. Et si hoc quoque Syri innuunt verbo מדא.

12 Petimus autem a vobis, fratres mei, ut agnoscatis eos qui laborant inter vos, & [3] stant ante faciem vestram, & docent vos:

13 Ut sint in pretio vobis per charitatē abundantem, & propter opus eorum, pacem habete cum eis.

14 Petimus autem a vobis, fratres mei, monete delinquentes, & [4] addite animū pusillanimis, & sustinete onus debilium, & longanimes sitis erga omnem hominē:

15 Et cavete ne quis ex vobis malum pro malo rependat, sed omni tempore [5] sectamini bona invicem, & erga omnem hominem:

16 Et gaudete omni tempore:

17 Et orate indesinenter:

18 Et in omni re gratias agite. Hæc enim est voluntas Dei per Ieschua Christū erga vos.

19 Spiritum ne extinguatis.

20 Prophetiam ne spernatis.

21 Omnia probate, & quod bonum est tenete:

22 Et ab omni [6] voluntate mala fugite.

23 Deus autem pacis sanctificet vos per fectè totos, & totum spiritum vestrum, & animam vestram, & corpus vestrum conservet sine reprehensione, in adventum Domini nostri Ieschua Christi.

24 Fidelis est qui vocavit vos, qui idem efficiet.

25 Fratres mei orate pro nobis.

26 Salutate fratres omnes in osculo sancto.

27 Adjuro vos per Dominum nostrū, ut legatur epistola hęc omnibus fratribus sanctis.

28 Gratia Domini nostri Ieschua Christi vobiscum. Ammin.

Finitur epistola ad Thessalonicenses prior[7].

[3] 1. sunt vobis ministri. quæ ministrorum periphrasis in veteri Testamento frequēs est, ut Deut. 1. 38. & 10. 8.

[4] Ad verb. Addite cor parvis animo. Hebr.

[5] Ad verb. Currite post bona. Hebraismus.

[6] 5. Vel negotio malo, sive Re mala. Nam צבר sicut צבותא voluntatem, rem, & negotium significat, & in his significationibus sæpè in Novo testamento legitur: præsertim autē in 1. Cor. 7. 5. & 37. Item ca. 14. 7. & cap. 16. 13. & alibi sæpè.

[7] 5. al. addunt, quæ scripta fuit Athenis, & missa per manus Timothei.

12 [h] Rogamus autem vos, fratres, ut [i] agnoscatis eos qui laborant inter vos, & præsunt vobis [k] in Domino, & admonent vos:

13 Et eos supra modum charos ducatis, [l] propter opus ipsorum. [m] pacem colite inter vos mutuò.

14 [n] Precamur autem vos, fratres, admonete [o] inordinatos, consolamini eos qui pusillo animo sunt: sublevate infirmos, iram cohibete erga omnes.

15 * [p] Videte nequis malum pro malo cuipiam reddat, sed beneficentiam semper sectamini, tum inter vos mutuò, tum erga omnes.

16 [q] Semper gaudete:

17 * Sine intermissione orate.

18 In omnibus gratias agite: hæc enim est [r] voluntas Dei per Christum Iesum erga vos.

19 [s] Spiritum ne extinguite:

20 [t] Prophetias ne pro nihilo habete:

21 Omnia explorate: quod bonum fuerit retinete.

22 [v] Ab omni [x] specie mali abstinete.

23 Ipse autem Deus pacis [y] sanctificet vos totos: & integer vester spiritus, & anima & corpus inculpatè in adventum Domini nostri Iesu Christi conserventur.

24 *[z] [a] Fidelis *est* qui vocavit vos, [b] qui etiam *id* efficiet.

25 [c] Fratres, orate pro nobis.

26 Salutate fratres omnes cum osculo sancto.

27 Adjuro vos per Dominum, ut recitetur hæc epistola omnibus sanctis fratribus.

28 Gratia Domini nostri Iesu Christi *sit* vobiscum. Amen.

Ad Thessalonicenses prima, scripta fuit Athenis.

[h] 2. Habenda magna ratio eorum qui Verbi ministerio & Ecclesię gubernationi præfecti sunt a Deo, & officio suo funguntur.

[i] Agnoscatis tales esse quales sunt, dignos videlicet quos in maximo pretio habeatis.

[k] In iis quæ ad cultum Dei spectant: Sic Ecclesiasticum munus a civili administratione, & veros Pastores a lupis distinguit.

[l] Ubi ergo cessat hæc causa, cesset honor.

[m] 2. Mutua concordia in primis colenda.

[n] 2. Habenda uniuscujusque ratio, & secūdùm morbi speciem remedium adhibeatur.

[o] Qui stationem non servant.

* *Prov. 17. 13. & 20. 22. Mat. 5. 39. Rom. 12. 17. 1. Pet. 3. 9.*

[p] 2. Charitas nullis injuriis vinci debet.

[q] 2. Animus sedatus ac tranquillus, assiduis precibus fovetur quum in voluntatem Dei respicimus.

[r] *Eccl. 18. 22. Luc. 18. 1.*

[s] Res Deo accepta, & qua in primis delectatur.

[t] 2. Spiritus Dei scintillæ in nobis accensæ, jugi auditione Verbi Dei foventur: sed vera doctrina a falsa accuratè est distinguenda.

[v] Verbi Dei interpretationem.

[x] 2. Generalis conclusio, ut in Christi adventum intenti, & Dei spiritu freti, mente, & voluntate, & corpore, puritati studeamus.

[y] Quicquid vel ullam speciem mali præ se fert.

[z] A mundo separatos sibi consecret suo spiritu in Christo, in quo uno veram illam pacem consequimini. * *1. Cor. 1. 9.*

[a] 2. Certa adversus omnes difficultates confirmatio, est Dei tum benevolentia, tum potentia, quarum testimonium firmum in nostri vocatione exstat.

[a] Semper idem & sibi constans, quisque verè præstet quod promisit: est autem vocatio efficax, nihil aliud quàm recta voluntatis Dei declaratio: itaque firma est electorum salus.

[b] Qui vos perficiet.

[c] 2. Reliqua pars epistolæ, qua sese & hanc Epistolam gravissima cum obtestatione illis commendat.

EPISTOLA AD THESSALONICENSES POSTERIOR.

CAPUT PRIMUM.

[3] Laudat incrementa fidei, charitatis, [4] & tolerantiæ Thessalonicensium. [6] Et Dei ultionē adversus piorū oppressores describēs. [10] Fideles docet recūbere in exspectationē extremi judicii.

TREM. INTERPRET.

PAulus & Silvanus & Timotheus Ecclesiæ Thessalonicensiū, quæ est in Deo Patre nostro & in Domino nostro Ieschua Christo.

2 Gratia vobiscum

BEZÆ INTERPRET.

PAulus & Silvanus & Timotheus Ecclesiæ Thessalonicēsium, *quæ est* in Deo, Patre nostro, & Domino Iesu Christo.

2 Gratia *sit* vobis & pax

pax a Deo Patre nostro, & Domino Jesu Christo:

3 [a] * Gratias agere debemus Deo semper de vobis, fratres, ut par est, quòd [b] vehementer augescat fides vestra, & abundet mutua uniuscujusque omniũ vestrum charitas:

4 Adeò ut nos ipsi de vobis gloriemur apud Ecclesias Dei, *id est*, super tolerantia vestra & fide in omnibus persequutionibus vestris & afflictionibus quas suffertis:

5 [c] *Quæres* indicium est justi * judicii Dei, ut digni habeamini regno Dei, pro quo etiam *ista* patimini:

6 [d] Siquidem justum est apud Deum, vicissim reddere iis qui affligunt vos, afflictionem:

7 Vobis verò qui affligimini, relaxationem [e] nobiscum, * [f] in revelatione Domini Jesu de cælo, cum Angelis suis potentibus,

8 Cum igne flammante, infligens ultionem iis [g] qui Deum nesciunt, neque auscultant Evangelio Domini nostri Jesu Christi:

9 Qui pœnam pendent æterni exitii, *expulsi* a facie Domini & gloria virtum ipsius:

10 Quum venerit ut glorificetur in sanctis suis, & admirandus fiat in credentibus omnibus, ([h] quòd fides habita fuerit testimonio nostro apud vos) in die illo.

11 [i] Cujus etiam rei gratia oramus semper pro vobis, ut vos dignetur ista [k] vocatione Deus noster, & compleat [l] omnem *suæ* bonitatis gratuitam benevolentiam, & [m] opus fidei potenter.

12 Ut glorificetur nomen Domini nostri Jesu Christi in vobis, & vos in eo, & gratia Dei nostri, & Domini Jesu Christi.

& pax a Deo Patre nostro, & a Domino nostro Jeschua Christo.

3 Gratias agere debemus Deo omni tempore pro vobis, fratres mei, ut par est, quòd valdè crescat fides vestra, & augeatur charitas omniũ vestrum, cujusque erga proximum suum.

4 Adeò ut etiam nos in vobis gloriemur apud Ecclesias Dei, propter fidem vestram, & propter tolerantiam vestram quæ est in omni persequutione vestra, & afflictionibus vestris quas toleratis.

5 Ad ostensionem judicii justi Dei, ut digni habeamini eo regno pro quo passi estis.

6 Et si justum est coram Deo ut rependat afflictionem affligentibus vos:

7 Et vobis qui affligimini, quietem nobiscum in revelatione Domini nostri Jeschua Christi, qui erit de cęlo cum virtute Angelorum ejus.

8 Quum [1] sumet ultionem [2] in vehementia ignis ab iis qui non noverunt Deum, & ab iis qui non agnoverunt Evangelium Domini nostri Jeschua Christi:

9 Qui judicio punientur perditionis quæ est in æternũ, a facie Domini nostri, & a gloria virtutis ejus:

10 Quum venerit ut glorificetur in sanctis suis, & ostendat mirabilia sua in fidelibus suis, [3] quia fides adhibebitur testimonio nostro quod est de vobis in illo die.

11 Propter hoc omni tempore oramus pro vobis, ut [4] dignos habeat vos Deus vocatione vestra, & impleat vos omni voluntate rerum bonarum, & operibus fidei in virtute:

12 Ut laudetur in vobis nomen Domini nostri Jeschua Christi: etiam vos in eo, secundùm gratiam Dei nostri, & Domini nostri Jeschua Christi.

[a] 2. Prima pars epistolæ gratulatoria, quòd Dei gratia freti, fortiter omnes hostium insultus sustinuerint. in quo præterea ipsos confirmat, ostendens quibus præcipuè donis sit pugnandum, fide videlicet & charitate quotidie augescentibus.

* 1. Thess. 1. 2.

[b] Quod quum anteà excreverit, quotidie etiã ad illud incrementũ aliquid accedat.

[c] 2. Fontem omnis veræ cõsolationis aperit, nẽpe quòd in afflictionibus quæ propter justitiam nobis ab impiis inferũtur, quasi in speculo intueri nobis liceat justi illius futuri judicii testimonium, ipsumq; adeò nobis jucundissimum, hostibus autẽ acerbissimum, ejus exitum.

* Judæ 6.

[d] 2. Probatio, Deus justus est: ergo injustos meritis pœnis afficiet, & suorũ miserias abolebit.

[e] 2. Obiter eos confirmat, hac etiam ratione, quòd communem cum eis conditionem & præsentis & futuri status habeat.

* 1. Thess. 4. 16.

[f] 2. Magnificentissima secundi adventus Christi descriptio, omnibus & piorum miseriis & impiorum triumphis opponenda.

[g] 2. Nulla est salvifica Dei notitia extra Christi Evangelium.

[h] 2. Ex fide in prædicatum ab Apostolis Evangelium censebuntur Filii Dei.

[i] 2. Proposita meta superest ut eò perveniatur. pervenitur autem certis causarum gradibus. Primùm gratuita Dei benevolentia, cujus vi cæteræ causæ inferiores agunt. Inde manat gratuita vocatio ad Christum, & ex vocatione fides, quam tandem consequitur & Christi in nobis, & nostra in Christo glorificatio.

[k] Vocationem vocat non ipsam vocandi actionem, sed illud ipsum ad quod vocati erant, nempe cælestis illius regni gloriam, metonymicè.

[l] Quod jam olim ipse ex gratuita & in vos propensa bonitate decrevit.

[m] Est ergo fides insigne Dei opus in nobis, neque hic quicquam Apostolus concurrenti libero arbitrio reliquit, ut imaginantur Sophistæ.

[1] Ad verb. Faciet vindictam.

[2] r. i. igne flagrante vehementissimè: hypallage.

[3] r. vel, quod creditum fuerit testimonio nostro quod *prolatum est* apud vos, in illo die.

[4] Vel, Idoneos reddat. Quo sensu idẽ verbum legitur ad Coloss. 1. 12. Et tũc pro vocatione vestra, vertendũ erit in tertio casu, Vocationi vestræ.

CAPUT SECUNDUM.

[1] Negat venturum Christi diem, donec in apostasiam prolapsus fuerit mundus, [3] Et revelatus fuerit Antichristus: [8] cujus interitum describit, [15] Infertq; inde exhortationem ad constantiam.

R Ogamus [a] autem vos, fratres, per adventum Domini nostri Jesu Christi, & nostri ad eum [b] aggregationem,

2 [c] Ne citò a mente dimoveamini, neq; terreamini, neque [d] per spiritum, neque [e] per sermonem, neque [f] per epistolam tamquam per nos *scriptam*, quasi instet dies ille Christi.

3 Nequis vos seducat ullo modo. [g] *Non*

PEtimus autem a vobis, fratres mei, per adventum Domini nostri Jeschua Christi, & per [1] congregationem nostri quæ est ad eum,

2 Ne citò commoveamini in mentibus vestris, neque conturbemini, nec a sermone, nec à spiritu, nec ab epistola quæ sit quasi a nobis, quòd [2] ecce instet dies Domini nostri.

3 Nequis decipiat vos [3] ullo modo. nam

[a] 2. Secunda pars epistolæ excellentem prophetiam continens futuri Ecclesiæ status ab ipsis Apostoli temporibus ad ultimum diem judicii.

[b] Cogitatio illius immensæ gloriæ, cujus cum Christo erimus participes, optimum nobis remedium adversus levitatem & impatientiam, nempe ne vel mundi splendor nos alliciat, vel crucis horridus aspectus terreat.

[c] 2. Cavendum a pseudoprophetis in hoc præsertim argumento, quorum triplex ferè est dolus. Aut enim fictas revelationes propheticas jactant: aut suas quasdam conjecturas & rationes afferunt: aut suppositiis scriptis utuntur.

[d] Per somnia & commenta, quibus prætexitur Spiritualis revelationis nomen.

[e] Viva voce, vel conscriptis libris.

[f] Scriptis vel ementitis, vel falsò expositis.

[g] 2. Ante adventum Domini prædicit Apostolus erigendum thronum aliquem, gloriæ Christi ex diametro oppositum, in quo perditus ille sedens, omnia quæ Dei sunt ad se transferet, plerisque a Deo ad ipsum deficientibus.

[1] i. Qua ad eum aggregati sumus. r. vel qua futurum est ut aggregemur ad ipsum in ultimo die.

[2] Hic quoque sicut ad Coloss. 2. particula לם adscribitur, ut ostendatur non ex mente Apostoli esse accipienda verba sequentia, sed μιμητικῶς prolata esse in eorum persona qui studebant fideles Ecclesias a veritate dimovere.

[3] Ad verbum, Ullo ex modis.

nisi

4 nisi venerit priùs defectio, & reveletur filius hominis peccati,[f] filius perditionis:

4 Qui est contrarius, & extollit se super omne quod vocatur Deus & numen, ita ut etiã in templo Dei[6] sedeat, & ostentet seipsum ac si Deus esset.

5 Nonne meministis, quòd, quum apud vos essem, hæc dicebam vobis?

6 Et nunc scitis quid detineat ut reveletur suo tempore.

7 Mysterium enim iniqui jam incipit efficax esse, tantummodo[7] si quod nunc detinet, tolleretur e medio:

8 Et nunc patefieret iniquus ille, quem Dominus noster Jeschua confodiet spiritu oris sui, & interficiet eum revelatione adventus sui.

9 Adventus enim illius *iniqui* efficacitas est Satanæ, in omni virtute & signis & prodigiis falsis:

10 Et in omni deceptione iniquitatis quæ fit in pereuntibus: propterea quòd nõ receperunt dilectionem veritatis, per quam servarentur.

11 Propter hoc immittet eis Deus efficacitatem deceptionis, ut credant mendacio:

12 Et judicentur omnes qui non crediderunt veritati, sed complacitum est eis in iniquitate.

13 Nos autem debemus gratias agere Deo omni tempore pro vobis, fratres dilecti Domini nostri, quòd elegerit vos Deus ab initio[8] ad salutem per sanctificationem Spiritus, & per fidem veritatis.

14 Ad hæc enim vocavit vos Deus per prædicationem nostram, ut sitis gloria Domino Jeschua Christo.

15 Itaque, fratres mei, confirmamini, & fortiter retinete mandata quæ didicistis, sive per sermonem, sive per epistolam nostram.

16 Ipse autem Dominus noster Jeschua Christus, & Deus Pater noster qui dilexit nos, & dedit nobis consolationem quæ est in æternum, & spem bonam per gratiam suam,

17 Consoletur corda vestra, & confirmet in omni sermone & in omni opere bono.

enim *adveniet dies Christi*, quin venerit defectio priùs, & revelatus fuerit[h] homo ille peccati, filius, *inquam*, ille perditionis,

4 Se se opponens ille & [i] efferens supra quicquid dicitur Deus, aut numen: [k] adeò ut in templo Dei tamquam Deus sedeat, præ se ferens se esse Deum.

5 [l] Annon meministis me, quum adhuc essem apud vos, hoc dixisse vobis?

6 Nunc verò[m] quid *eum* retineat nostis, ut is suo præstituto tempore reveletur.

7 [n] Jam enim peragitur mysterium impietatis hujus:[o] tantùm qui[p] nunc obstat, *obstabit* usquedum e medio sublatus fuerit.

8 [q] Et tunc revelabitur [r] sceleratus ille, quem Dominus*[s] absumet[t] spiritu oris sui, & illustri adventu suo abolebit:

9 [v] *Illum, inquam*, cujus adventus est ex illa vi efficaci Satanæ, cum omni potentia, & signis, ac prodigiis[x] mendacibus:

10 Et cum omni seductione injustitiæ in iis qui pereunt: propterea quòd amorem veritatis non receperunt ut salvi fierent.

11 Ideò igitur mittet eis Deus [y] efficaciam erroris, ut credant mendacio:

12 Ut damnentur omnes qui non crediderint veritati, sed[z] acquieverint in injustitia.

13 [a] Nos autem debemus gratias agere Deo semper de vobis, fratres dilecti a Domino, quòd elegerit vos Deus ab initio ad salutem[b] per sanctificationem Spiritus, & [c] fidem habitam veritati:

14 Quò vocavit vos[d] per Evangelium nostrum, ad acquirendam gloriam Domini nostri Jesu Christi.

15 [e] Nempe igitur, fratres, perstate, & retinete traditam doctrinam, quam edocti estis & per sermonem, & per epistolam nostram.

16 Ipse verò Dominus noster Jesus Christus, & Deus ac Pater noster, qui dilexit nos, & dedit consolationem æternã & spem bonam per gratiam,

17 Consoletur vestra corda, & stabiliat vos in omni sermone & opere bono.

4 f. nempe non instabit dies ille Domini, nisi priùs. &c. Ellipsis supplenda ex præcedente versu.

5 Id est, Homo natus, & destinatus ad perditionem. Hebraism.

6 f. al. in templo Dei tamquam Deus sedeat. Hoc verò propter frequentem repetitionem ejusdem vocis oscitante librario in editione Tremelliana excidit.

7 f. vel si is qui nunc detinet tolleretur e medio. Videtur Syrus in hanc sententiam accepisse, Mysterium iniqui illius jam incipit esse efficax & operosè agere, id tantummodò adlaborãs siqua ratione is qui detinet ipsum, putà Christus ille testis fidelis & verax, tolli e medio possit, id est ex Ecclesia & mundo exterminari sanctum verbum ipsius. At tunc (putà ἐν ἰδίῳ καιρῷ, suo tempore, ut dixi vers. 6.) quũ de eo actũ esse putaverit, qui ipsum detinet, tunc, inquam, revelabitur iniquus ille, &c. Quod autem posteà in Tremelliana editione legitur, Et nunc patefieret, lege, Et tunc patefiet, de Tremellii ipsius sententia. Hæc probo.

8 f. Syr. vitã, ut alibi passim.

h De uno loquens, corpus Ecclesiasticæ tyrannidis notat.

i Omnes norunt quis sit ille qui se dicit posse pro arbitrio cælum referare & aperire: qui in Monarchas sumsit imperium, ad cujus pedes provolvuntur Monarchę, illum Antichristũ velut Deum adorantes.

k s. Antichristum (id est, quisquis sedẽ illam apostaticam occupabit) prædicit non regnaturum extra Ecclesiam, sed in ipsius Ecclesię sinu.

l s. Hæc prophetia assiduè fuit Ecclesiæ veteri inculcata, sed a posteris neglecta.

m Quid eum remoretur ac retineat.

n s. Jam ipsis Apostoli temporibus prima apostaticæ sedis fundamenta jaciebãtur, sed ita ut homines fallerent.

o s. Romano imperio sublato apostaticã sedem successuram prædicit, illius videlicet arcem occupãturam, ut ipsi veteres Tertullianus, Chrysostomus, & Hieronymus interpretantur.

p Qui nunc obtinet, sive rerum potitur, Romana scilicet Monarchia.

q s. Verbo Domini tandem illa impietas detegetur, & adventu Christi penitùs abolebitur.

r Ad verbum, exlex, id est, qui legem Dei prorsus conculcabit. * *Esa. 11. 4.* t Ad nihilum rediget. s Verbo suo. veri enim Verbi ministri sunt instar oris, per quod efflat Dominus potens illud & æternum Verbum, quo tamquã ferrea virga hostes conteret. v s. Prædicit Satanã omnes suas vires, etiam addito omni falsorum miraculorum genere, in illa sede stabilienda, explicaturum, idq; maximo cum successu, sic merente mundi perfidia, ita tamen ut soli increduli sint illius fraude perituri. x Partim falsis, partim mendacii stabiliendi causa editis. y Vim quamdam in illis decipiendis efficacissimam. z Ita mendacium approbaverint, ut etiam in eo sibi placuerint, qui summus est vesaniæ gradus.

a s. Electi a malis istis omnibus tuti perstabunt. Electio autem ex istis testimoniis intelligitur: ex sanctificatione colligitur fides: fides ex eo quòd assentimur veritati: veritas ex vocatione per Evangelii prædicationem, unde demum ad certam spem glorificationis ascenditur. b Ut vos sanctificaret. c Fide quæ non mendacium, sed veritatem Dei (id est Evangelium) amplectatur. d Nostra prædicatione. e s. Conclusio, superest igitur ut in doctrina, & voce & scriptis Apostolorum tradita, gratuita Dei beneficentia nos per spem invictam consolante, & vita nostra omni sanctè instituta, perseveremus.

CAPUT TERTIUM.

[1] Monet ut piis precibus Evangelii prædicationem promoveant, [6] & se subducant ab iis qui otio [11] & curiositate turbant ordinem publicum, [14] quos etiam a communi fidelium cœtu excludit.

DEinceps, fratres, orate pro nobis ut sermo Domini nostri currat, & glorificetur in omni loco, sicut apud vos:

2 Et ut eripiamur a filiis hominis malis & perversis, Non enim omnis hominis est fides.

QUod[a] *reliquum est, orate, fratres, pro nobis, ut sermo Domini currat & glorificetur sicut & apud vos:

2 Et ut eripiamur a[b] protervis ac sceleratis hominibus. [c] non enim omnium est fides.

[1] s Jam pro suo more varias admonitiones subjicit: quarum prima est ut pro Evangelii propagatione & fidorum ejus ministrorum salute, preces ab Ecclesiis concipiantur. * *Ephes. 6. 19. Coloss. 4. 3.* b Qui sui officii nullam curam habent. c s. Mirum non est tam multis exosum esse Evangelium, quũ fides sit rarũ Dei donum: Ecclesia tamen multitudine malorum nunquam pessumdabitur, quoniam nititur Dei fidelitate.

3 Sed fidelis est Dominus, qui stabiliet vos & custodiet[d] ab illo improbo.

4 [e] Confidimus autem in Domino de vobis, vos, quæ mandamus vobis, & facere & facturos esse.

5 [f] Dominus verò dirigat vestra corda ad Dei charitatem, & Christi patientem exspectationem.

6 [g] Denunciamus autem vobis, fratres, in nomine Domini nostri Iesu Christi, ut subducatis vos ab omni fratre qui inordinatè ambulat, & non ex tradita doctrina quam accepit a nobis.

7 [h] Nam ipsi scitis *quomodo oporteat nos imitari: * quoniam non inordinatè nos gessimus inter vos:

8 Neque gratis panem edimus *acceptum* a quoquam: sed cum labore & ærumna nocte diéque operantes, ne cui vestrûm oneri essemus.

9 Non quòd nobis *id* non liceat: sed ut nosmetipsos pro exemplari præbeamus vobis ad nos imitandos.

10 Etenim quũ essemus apud vos, hoc demandabamus vobis: quòd siquis nolit operari, [i] etiam non edito.

11 Audivimus enim quosdam ambulare inter vos [k] inordinatè, nihil agentes, [l] sed inaniter satagentes.

12 [m] Iis autem qui sunt istiusmodi, mandamus, & precamur per Dominum nostrum Iesum Christum, ut cum quiete operantes, suo pane vescantur.

13 [n] Vos autem, fratres, ne segnescite in benefaciendo.

14 [o] Quòd si quis nõ auscultat nostro per epistolam sermoni, hunc notate: [p] & ne commercium habete cum eo, [q] ut erubescat.

15 [r] Neque ut inimicum ducite, sed admonete ut fratrem.

16 [s] Ipse autem Dominus pacis semper det vobis pacem omni modo. Dominus *sit* cum omnibus vobis.

17 [t] Salutatio, mea manu Pauli, quod est signum in omni epistola: ita scribo.

18 Gratia Domini nostri Iesu Christi *sit* cum omnibus vobis. Amen.

Ad Thessalonicenses secunda missa fuit Athenis.

3 Fidelis est autem Dominus qui servabit vos, & eripiet vos a malo.

4 Confidimus autem de vobis per Dominum nostrum, quòd id quod præcepimus vobis, fecistis atque facitis.

5 Et Dominus noster dirigat corda vestra ad dilectionem Dei, & ad exspectationem Christi.

6 Præcipimus autem vobis, fratres mei, per nomen Domini nostri Ieschua Christi, ut subducatis vos ab omni fratre qui [1] pessimè ambulat, & non juxta mandata quæ accepit a nobis.

7 Vos enim scitis quomodo oporteat imitari nos, qui non ambulavimus pessimè inter vos.

8 Neque panem gratuitum ab ullo ex vobis *acceptum* comedimus, sed in labore & fatigatione nocte & die operati sumus, ne ullum ex vobis gravaremus.

9 Nequaquam propterea quòd non esset potestas nobis, sed ut in nobisipsis daremus vobis exemplum ut nos imitaremini.

10 Etenim quum apud vos essemus, hoc præcipiebamus vobis, ut quisquis nolit laborare, etiam non comedat.

11 Audivimus enim quòd sint inter vos aliqui, qui pessimè ambulãt, & nihil quicquam operantur nisi vana.

12 Istis autem præcipimus, & petimus ab eis per Dominum nostrum Ieschua Christum, ut cum quiete operentur, & comedant panem suum.

13 Vos autem, fratres mei, ne molestum sit vobis operari quod bonum est.

14 Et si quis non auscultat sermonibus istis qui sunt in epistola, discernatur vobis ille, & ne commercium habeatis cum eo, ut pudefiat.

15 Neque velut inimicum habete eum: sed corrigite eum tamquam fratrem.

16 Ipse autem Dominus pacis det vobis pacem omni tempore, in omni re.

17 Dominus noster *sit* cum omnibus vobis.

18 Pax per scripturam manus meæ. Ego Paulus scripsi: quod est signum in omnibus epistolis meis: ita scribo.

19 Gratia Ieschua Christi sit cum omnibus vobis, fratres mei. Ammin.

Finitur Epistola ad Thessalonicenses secunda, quæ scripta fuit e Laodicea Pisidiæ[2].

[d] A Satanæ insidiis, potest etiam malum neutro genere sumi.

[e] B. Secunda admonitio, ut Apostolicam doctrinã pro vitæ regula perpetuò sequantur.

[f] B. Tertio loco duo inculcat, quæ ex sola Dei gratia nobis donantur, charitatẽ videlicet, & animum in adventũ Christi intentum.

[g] B. Quarto loco, otiosos, & ignavos negat in Ecclesia esse nutriẽdos, imò ne ferendos quidẽ.

[h] B. Ne duriùs cum eis agere videatur, seipsum pro exemplo proponit, qui præterquam quòd evangelizabat, suis etiam manibus operabatur, cui tamen labori se simpliciter obstrictũ fuisse negat.

* 1. Cor. 4. 12. 1. Thess. 4. 11. * Act. 20. 34. 1. Thess. 2. 9.

[i] Ubi igitur Monachorum & sacrificorũ otiosi ventres? Monachus (inquit Socrates Tripartitæ historiæ lib. 8.) qui manibus nõ laborat, similis est prædoni.

[k] B. Quantum sit vitium otii declarat ex eo quòd nemo sit quem Dominus frustrà condiderit, atque adeò quem in certa veluti statione non collocãrit: ex quo cõsequitur ab otiosis perturbari ordinem a Deo positũ, quod quidem est maximum scelus.

[l] B. Taxat vitium cum superiore conjunctum, unde infinita mala consequuntur: nempe quòd nulli curiosiùs investigant aliena, quàm qui sua nihil curant.

[m] B. Præcipit Dominus & precantur Apostoli per Christi nomen, primùm, ut nemo sit otiosus, deinde ut quisque tranquillè curet munus sibi a Domino impositum.

[n] B. Cavendum ne quorumdam indignitas nos reddat ad beneficentiam frigidiores.

[o] B. Excommunicatio, pervicaciæ pœna.

[p] B. Familiaritas cum excommunicatis vitanda.

[q] B. Finis excommunicationis est, non exitium, sed salus peccatoris, ut pudore saltem victus resipiscat.

[r] B. Sic vitanda fratrum excommunicatorum familiaritas, ut eorum in viam revocandorum occasiones omnes sedulò quærantur.

[s] B. Preces sunt omnium exhortationum sigilla.

[t] B. Subscripsit suis literis sua manu Apostolus, ne falsæ pro vetis supponerentur.

[1] Ad verb. Malè, malè. id est Admodum malè se gerit. Hebraismus. F. vide in Mat. 4. 24.

[2] F. al. addunt, & missa per manus Tychici.

EPIST

EPISTOLA AD TIMOTHEUM PRIOR.

CAPUT PRIMUM.

Absolutum veri pastoris exemplar proponens, quum præcipua ejus functio sit in docendo, 4 monet ut rejectis vanis quæstionibus, ea tradat 5 quæ charitatem & fidem spirent. 12 Ac ne contemtui sit sua auctoritas, 14 qualis factus sit per Dei gratiam, honorificè prædicat.

TREM. INTERPRET.

PAULUS Apostolus Jeschua Christi per mãdatum Dei [1] servatoris & Jeschua Christi spei nostræ.

2 Timotheo filio vero in fide, gratia, misericordia, & pax, a Deo Patre nostro & Christo Jeschua Domino nostro.

3 Petieram abs te quum proficiscerer in Macedoniam, ut remaneres Ephesi, & præciperes [2] nonnullis ne docerent doctrinam diversam.

4 Neque sese projicerent in fabulas & [3] genealogias, quibus finis non est, quæ controversias pariunt potiùs, & non ædificationem in fide Dei.

5 Finis autem [4] præcepti est charitas quæ provenit a corde puro, & a conscientia bona, & a fide vera.

6 Et ab iis aberrârunt [5] homines, & declinârunt ad verba vana:

7 In eo quòd quæsierint esse doctores legis, quum non intelligerent id quod loquebantur, neque id de quo contendebant.

8 Scimus autem quòd Lex bona sit, si quis secundùm ipsam legẽ versetur in ea,

9 Sciens quòd justis Lex posita non sit, sed iniquis & rebellibus, & improbis, & peccatoribus, & perversis, & iis qui non sunt puri, & iis qui percutiunt patres suos, & iis qui percutiunt matres suas, & homicidis,

10 Et scortatoribus, & cubantibus cum masculis, & iis qui furantur [6] ingenuos, & mendacibus, & [7] perjuris, & omni rei quæ est contraria doctrinę sanæ Evangelii gloriæ Dei benedicti,

11 Quod concreditum est mihi.

12 Et gratias ago ei qui corroboraverit me, *nempe* Domino nostro Jeschua Christo, qui reputavit me fidelem, & posuit me ad ministerium suum:

[1] 1. al. servatoris nostri.

[2] 3. Syr. viro viro, i. unicuique eorũ quibus hanc rem opus est denunciari.

[3] Ad verb. Narrationes generationũ.

[4] 5. vel præcepti hujus. Ab hoc autem versu ad versum usque 18. hyperbaton est observatu dignissimum: vide in Rom. 5. 12.

[5] 6. i. quidã, Hebrea & Syra phrasi.

[6] Ad verb. Filios libertatum. Hebr.

[7] Ad verb. Et transgredientibus juramentum. Hebr.

BEZAE INTERPRET.

PAULUS [a] Apostolus Jesu Christi ex imperio Dei servatoris nostri, & Domini Jesu Christi, spei nostræ,

2 Timotheo germano filio in fide: Gratia *sit tibi*, [b] misericordia, & pax a Deo Patre nostro, & Christo Jesu Domino nostro.

3 [c] Sicut te sum precatus ut permaneres Ephesi, quum proficiscerer in Macedoniam, *vide*, ut denunciẽs quibusdam ne diversam doctrinam doceant:

4 [d] Nec attendant *animum* * fabulis & [e] genealogiis nunquam finiendis, quæ potiùs quæstiones præbent quàm ædificationem Dei quæ est per fidem.

5 [f] Porrò finis [g] mandati, est [h] charitas ex mundo corde, & conscientia bona, & fide minimè simulata.

6 [i] A quibus nonnulli ut a scopo aberrantes, diverterunt ad vaniloquentiam:

7 [k] Volentes esse Legis doctores, quũ non intelligant quæ loquuntur, nec ea de quibus asseverant.

8 [l] Scimus autem bonam esse Legem, si quis ea legitimè utatur.

9 [m] Hoc sciens, *nempe* Legem [n] justo positam non esse, sed [o] sceleratis, & subjici nesciis, impiis & [p] peccatoribus, nefariis & profanis, parricidis & matricidis, homicidis,

10 Scortatoribus, masculorum concubitoribus, plagiariis, mendacibus, perjuris, & siquid aliud est quod sanæ doctrinæ sit oppositum.

11 [q] *Quæ est* secundùm gloriosum Evangelium beati Dei, [r] quod concreditum est mihi.

12 [s] Gratiam igitur illi habeo qui [t] corroboravit me, *id est* Christo Jesu Domino nostro: quòd me fidum duxerit, ut qui *me* in ministerio constituerit:

[a] 1. *Initio* tum suam tum Timothei gratuitam vocationem asserit, ut hæc ex illa confirmetur: simúlque doctrinæ Apostolicæ summam explicat, misericordiam Dei videlicet in Christo Jesu per fidem apprehenso, cujus exitus adhuc speratur.

[b] Misericordia a gratia distinguitur, ut effectus a causa: Gratia enim, illa est gratuita benevolentia quæ nos in Christo elegit: misericordia, id est gratuita justificatio, sequitur.

[c] 3. Tota hæc epistola in admonitionibus consistit, quibus omnia fidi pastoris officia graphicè prorsus describuntur. Prima autem admonitio est, nequid vel in Apostolica ipsa doctrina, vel in ejus docendi ratione novetur.

[d] 4. Corrumpitur doctrina non tãtùm falsis dogmatibus, sed etiam inanibus & curiosis speculationibus: quarum videlicet explicatio fidem nostram nihil juvet.

* *Infr. 4. 7. & 6. 4. Tit. 1. 14.*

[e] Speciem unam vanarum quæstionum attingit.

[f] 5. Secunda admonitio, cum ipsa doctrina conjungendum esse legitimum ipsius usum. Is autem est in charitate pura & conscientia bona, & germana fide positus.

[g] Legis.

[h] Nec extra conscientiam bonam charitas, nec extra fidem conscientia bona, nec fides extra Dei verbum.

[i] 6. Quod in genere de vanis & curiosis controversiis dixerat, applicat iis qui Legis zelum prætexentes, in externis immorabantur, nullum de nugis quibusdam posteà garriendi finem facientes.

[k] 7. Nulli indoctiores & impudentiores in sanctitatis nomine usurpando quàm sophistæ mataeologi.

[l] 8. Occupatio, se non damnare Legem, sed legitimum ejus usum requirere.

[m] 9. Is demum effugit Legis maledictionem, ac proinde illam non horret, qui fugiens quæ Lex damnat, ejus observationi ex animo studet: non autem qui de externis & curiosis quibusdam garrit.

[n] Is demum talis est quem Dominus vera doctrina & spiritu sancto imbuit.

[o] Ad verbum, exlegibus.

[p] Veluti aliquam peccandi artem exercentibus.

[q] 11. Mataeologiæ opponit non tantùm Legem, sed etiam Evangelium, utpote quod minimè damnet, imò maximè commendet sanam doctrinam præceptis Dei comprehensam, ac proinde gloriosum & beati Dei Evangelium vocat, cujus virtutem isti garruli ignorabant.

[r] 11. Ratio cur nec aliter nec aliud docendum sit in Ecclesia, quàm ipse docuerit, quoniam nullum sit aliud Evangelium, quàm quod Deus ipsi commisit.

[s] 11. Asserit necessariò suum Apostolatum adversus quosdam superiorem ipsius vitam calumniantes, seipsum ad inferos usque dejiciens, ut Christi misericordiam attollat, qua omnia illa superiora abolevit.

[t] Qui vires mihi indidit, non solùm quum ne voluntas quidem adesset, sed etiam quum in contrariam partem totus ferebar.

13 Qui priùs eram[v] blasphemus & persequutor & contumeliosus: sed mei misertus est. Nam ignorans *id* faciebam: *nempe* fidei expers.

14 Superabundavit autem gratia illa Domini nostri[x] cum fide & dilectione in Christo Jesu.

15 [y z] Certus *est hic* sermo, & dignus modis omnibus qui recipiatur: * Christum Jesum venisse in mundum ut peccatores servaret, quorum primus sum ego.

16 Verùm ideò misertus est mei, ut in me primo ostenderet Jesus Christus omnem iræ *suæ* cohibitionem, ut essem exemplar credituris in eum ad vitam æternam.

17 [a] Regi autem æterno, incorruptibili, invisibili, [b] soli sapienti Deo honor *sit* & gloria in secula seculorum. Amen.

18 [c] Hoc mandatum commendo tibi, fili Timothee, *nempe* ut secundùm prægressas de te prophetias, milites[d] per eas bonam illam militiam.

19 Retinens[e] fidem & bonam conscientiam: [f] qua expulsa, nonnulli naufragium fidei fecerunt.

20 Ex quibus est Hymenæus & Alexander: *[g] quos[h] tradidi Satanæ, ut castigati [i] discerent non blasphemare.

13 Me, *inquam*, qui antè blasphemus eram, & persequutor, & contumeliosus: [3] sed gratiam consequutus sum, propterea quod quum ignorans essem, fecerim id quod est infidelitatis.

14 Exuberavit autem in me gratia Domini nostri, & fides & dilectio quæ est in Jeschua Christo.

15 Fidelis est sermo, & dignus qui recipiatur, quòd Jeschua Christus venit in mundum ad servandum peccatores, quorum primus ego sum:

16 Sed propter hoc misertus est mei, ut in me primo ostenderet Jeschua Christus omnem longanimitatem suam, ad instructionem eorum qui credituri essent in ipsum, in vitam æternam.

17 Regi autem seculorum, ei qui non corrumpitur, & non conspicitur, qui est unus Deus, honor & gloria in seculum seculorum, Ammin.

18 Hoc mandatum commendo tibi, fili mi Timothee, juxta prophetias pristinas quę fuerunt de te, ut milites in eis militiam hanc bonam,

19 In fide & in conscientia bona. Isti enim, qui hanc longè abjecerunt a se, fide vacui redditi sunt.

20 Sicut Hymenæus, & Alexãder, quos tradidi Satanæ, ne sint blasphemi.

[v] Hæc sunt opera præparatoria, quibus se effert Paulus.

[x] 2. Hanc mutationem probat ab effectis, quòd qui prophanus erat factus sit fidelis, & qui Christũ furiosissimè persequebatur, jam ipsius amore ardeat.

[y] 2. Retorquet calumniã adversariorum in ipsorum caput, docens hoc singulare bonitatis Dei exemplum, cedere totius ecclesiæ commodo.

[z] Dignus cui fides adhibeatur.

* *Mat. 9. 13. Mar. 2. 17.*

[a] 3. Erumpit in exclamationem præ animi ardore, ꝓ non possit in amplificanda Dei gratia sibiipsi satisfacere.

[b] Vide Johan. 17. 3.

[c] 2. Conclusio utriusque paternæ superioris admonitionis, nempe ut fortiter adversus omnia impedimenta decertans Timotheus, præeuntibus multorum prophetiis ad ministerium vocatus, & doctrinam acceptam & bonam conscientiam tueretur.

[d] Illis fretus. [e] Sanam doctrinam. [f] 2. Rectam conscientiam qui non servant, paulatim amittunt etiam intelligentiæ donum: quod duplici eôque tristissimo exemplo probat. * *1. Cor. 5. 5.* [g] 2. Non ferendi apostatæ in Ecclesia, imò etiam excommunicandi. [h] Ex Ecclesia ejectos Satanæ mancipavi. [i] Ut suo malo discant, quid sit blasphemare.

CAPUT SECUNDUM.

[1] In precibus publicis vult omnes commendari Deo, [4. 5] idq; duplici ratione: [8] inde omnes cujuscumque loci sint, ad orationem invitat: [9] & quo vestitu, [11] quaq; modestia mulieres in sacro cœtu se gerere debeant disserit.

A Dhortor[a] igitur ante omnia ut fiãt deprecationes, preces, interpellationes, gratiarum actiones pro quibusvis hominibus.

2 Pro regibus & quibusvis in eminentia constitutis: [b] ut tranquillam ac quietã vitam degamus cum omni pietate & [c] veneratione.

3 [d] Nam hoc bonum est & acceptum in conspectu servatoris nostri Dei,

4 Qui quosvis homines vult servari, & ad agnitionem veritatis venire.

5 [e] Unus enim *est* Deus, unus etiam mediator Dei & hominum, [f] homo Christus Jesus:

6 Qui sese ipse dedit redemtionis pretium pro quibusvis, [g] *Christus, inquam*, testimonium illud præstitutis suis temporibus *destinatum*.

7 *Cujus constitutus sum ego præco & Apostolus, (veritatem dico, per Christum, [h] non mentior) doctor, *inquam*, Gentium [i] cum fide ac veritate.

PEto igitur abs te ut ante omnia precationem offeras Deo, & orationem, & obsecrationem, & gratiarum actionem pro omnibus filiis hominis:

2 Pro regibus & principibus, ut habitationem tranquillam & quietam inhabitemus in omni timore Dei, & puritate.

3 Hoc enim bonum est & acceptũ coram Deo servatore nostro,

4 Qui vult ut omnes filii hominis serventur, & sese convertant ad cognitionem veritatis.

5 Unus est enim Deus, & unus est mediator Dei & filiorum hominis, filius hominis Jeschua Christus:

6 Qui dedit semetipsum redemtionem pro omni homine, testimonium quod evenit tempore suo.

7 Cujus ego positus sum prædicator & Apostolus (veritatem dico, & non mentior) quia factus sum doctor Gentium in fide veritatis.

[a] 2. Ubi absolvit quæ ad doctrinam spectant, jam secundo loco de altera ministerii Verbi parte (id est de publicis precibus) disserit. Ac primò quidem quæstionem explicans pro quibus precãdum sit, docet pro quibusvis precandum, ac præsertim pro qbusvis magistratibus, ꝓ alioqui extra cõtroversiam nõ erat, quum reges, imò etiã plerique magistratus eo tempore hostes essent Ecclesiæ.

[b] 2. Argumentũ a fine sumtum, Quoniã nimirùm ideò constituti sint magistratus, ut & pietas & honestas cum pace inter homines vigeant, ac proinde illos in primis oporteat Deo commendare ut possint tam necessario munere fideliter defungi.

[c] Complectitur hoc nomen omne officii genus, quod vigere in hominum commerciis debet.

[d] 2. Aliud argumentum, Cur pro quibusvis, sublato gentis, sexus, ætatis, ordinis discrimine, sit in Ecclesia precandum, quoniam videlicet Dominus quosvis, interdum etiam ab Evangelio alienissimos, vocando, sic Ecclesiam suam velit colligi, ac proinde preces pro quibusvis haberi.

[e] 2. Non videretur unus quorumvis hominum Deus, nisi in quibusvis servandis bonitatem suam ostenderet: nec unus videretur Dei & quorumvis hominum mediator Christus, humana cum quibusvis hominibus communi natura assumta, nisi pro quibusvis satisfecisset, & pro quibusvis intercederet. [f] Homo scilicet factus.

[g] 2. Confirmatio, Quoniam ipsis etiam gentibus nunc patefactum est salutis arcanum, ipso Apostolo ad hoc munus propriè designato, quo quidem fideliter & sincerè fungatur. * *2. Timoth. 1. 11.* [h] Hebraicus pleonasmus magis confirmans. [i] Fidelis & syncerus: fidei autem nomine sanam doctrinam, veritatis, synceram functionem intelligit.

8 Volo igitur ut orent viri in omni loco, attollentes manus suas purè, sine ira & sine disceptationibus.

9 Ita etiã mulieres cũ habitu casto vestitus: cũ verecũdia & cũ castitate sit ornat[9] earũ, non in intorsionibus *crinium*, aut in auro, aut margaritis, aut vestibus pulcris:

10 Sed in operibus bonis, quemadmodum decet mulieres quæ [t] spondent timorem Dei.

11 Mulier in quiete sit discens, cum omni subjectione.

12 Mulieri autem docere non permitto, neq; auctoritatem vsurpare in virum, sed sit in quiete.

13 Adam enim formatus est primùm, deinde Eva.

14 Et Adam non erravit: mulier autem erravit, & transgressa est mandatum.

15 Salva autem fit per liberos suos, [t] si permanserint in fide & in charitate, & in sanctificatione, & in castitate.

8 [k] Volo igitur viros orare in quovis loco, puras [l] manus attollentes absq; [m] ira & [n] disceptatione.

9 [o] * Itidem & mulieres amictu honesto, cum verecundia & modestia ornare sese, non cincinnis, vel auro, vel margaritis, vel pretioso vestitu:

10 Sed (quod decet mulieres pietatem in Deum spondentes) operibus bonis.

11 Mulier cum silentio discito cum omni submissione.

12 * Mulieri enim docere non permitto, [p] neque auctoritatem usurpare in virum, sed *mando* ut sit in silentio.

13 * [q] Adamus enim prior formatus est: deinde Eva.

14 [r] Et Adamus [s] non fuit seductus: *sed mulier seducta, causa transgressionis fuit.

15 [t] Servabitur tamen liberos gignendo, si manserit in fide ac charitate, & sanctificatione cum modestia.

[t] Vel, Profitentur. Est enim deductũ a themate יָרֵא, qd inter cætera significat confiteri & profiteri.

[t] 1. Si ipsæ mulieres permanserint. De quibus antè collectivè in singulari numero loquutus est. 2. vel si utriq; mãserint, &c. matres putà liberos educando, curando, informandóq; in pietate fidei, & sanctimonia vitę, doctrina pura, & exemplo vitæ: liberi verò in obsequio & imitatione illius. Nam alioquin si qui infideles sunt & immorigeri, nõ potest illorum infidelitas enervare promissionem Dei in eos qui se benè gesserint.

[k] 2. De personis disseruit, pro quibus cõcipiendæ sint preces: nunc verò etiam locorum discrimẽ sublatũ docet. Olim enim una gens uno tantùm certo loco ad publicum cultũ conveniebat: nunc verò vbivis (ritè tamẽ & ordine) Ecclesiæ coguntur, & ad Deum publicè communibus precibus colendum cõveniunt: nec de gẽte, aut corporis purificatione, aut loco, sed de animo ab omni offensione puro, & certa fiducia pleno, laborandum est.

[l] Manuum sublationem pro invocatione posuit, id est, signum pro reipsa. [m] Illis offensionibus animi, quæ prohibent quo minùs bona conscientia Deum possimus invocare. [n] Dubitationi quæ fidei repugnat. Jacob. 1. 6.

[o] 2. Tertio loco statuit ut mulieres honesto & ab omni luxu alieno habitu, modestè & in silentio in publicis cœtibus discant. * 1. Pet. 3. 3. * 1. Cor. 14. 34. [p] 2. Primum argumentum, cur mulieribus in Ecclesia non liceat docere, quoniam hoc modo supra viros collocarentur, quorum videlicet essent magistræ, quod repugnat Dei ordinationi. [q] Gen. 1. 27.

[q] 2. Hanc Dei ordinationem, qua viro subest mulier, primùm probat ex eo quòd Deus mulierem posteriorem creavit viri causa. [r] 2. Deinde, quia post peccatum hæc pœna inflicta est mulieri, per quam vir deceptus est. [s] Adam fuit seductus, sed uxoris opera, ideóque meritò hac quoque ratione debet esse viro subjecta. [t] Gen. 3. 6. [t] 2. Obiter inserit consolationem, non impedire hanc subjectionem, quominus & ipsæ mulieres, perinde ut viri serventur, si in conjugalibus illis oneribus, id est, privatis atque domesticis, cum fide & charitate sanctas & modestas sese præbuerint.

CAPUT TERTIUM.

[1] Episcopos [8] & diaconos Christianos depingit, cum eorum uxoribus, [12] liberis & familia. [15] Et Ecclesiam domum Dei nominat.

FIdelis est sermo, quòd siquis concupiscit presbyterium, opus bonum concupiscit.

2 Oportet autem ut sit presbyter talis ut [1] vitium non reperiatur in eo, & [2] fuerit maritus unius uxoris: cujus mens sit vigilans, & qui sit sobrius, & ordinatus, & amans hospites, & didacticus:

3 Non autem [3] sectator vini: cujus manus non sit præceps ad percutiendum: sed sit lenis, & non litigiosus, neque amans argentum.

4 Et qui gubernet domum suam benè, & qui contineat filios suos in subjectione & in omni puritate.

5 Si enim domum suiipsius nesciat benè gubernare, quomodo potest Ecclesiam Dei gubernare?

6 Neque sit [4] puer doctrina sua: ne sese extollat, & incidat in judicium Satanæ.

7 Oportet autem ut testimonium bonum sit ei ab extraneis, ne incidat in probrum & in laqueum Satanæ.

8 Et etiam ministri similiter sint pudici, neque [5] loquantur duo, neque sint dediti vino multo, neque ament lucra turpia:

9 Sed teneant mysterium fidei, cum conscientia pura.

10 Atque illi ipsi probentur priùs, & tunc ministrent, exsistentes sine reprehensione.

[2] CErtus *est hic* sermo, [b] Siquis episcopatum [c] desiderat, præclarum opus desiderat.

2 * Oportet igitur episcopum irreprehensum esse, [d] unius uxoris virum, vigilantem, temperantem, compositum, hospitalem, aptum ad docendum:

3 Non [e] vinosum, non percussorem, non turpem quæstum facientem: sed æquum, alienum à pugnis, alienum ab avaritia:

4 *Qui* suæ domui benè præsit, qui liberos habeat subditos cum omni honestate:

5 (Nam siquis propriæ domui præesse nescit, quomodo Ecclesiam Dei curabit?)

6 Non novitiũ, ne inflatus [f] in criminationem incidat diaboli.

7 Oportet autem eum etiam bonum habere testimonium ab extraneis: ne in probrum incidat & laqueum diaboli.

8 [5] [h] Diaconos itidem venerandos, non bilingues, non multo vino addictos, non turpem quæstum facientes:

9 Tenentes [i] mysterium fidei * in munda conscientia.

10 Atque hi etiam explorentur priùs, deinde ministrent, si sint inculpati.

[1] Ad verb. macula

[2] 2. vel sit maritus. Sic enim meliùs tollitur τὸ ἀμφίλογον, & confirmatur vers. 12.

[3] Ad verb. Transiens ad vinum. i. Qui poculis non desinit esse infestus, & ab eis non facilè se divelli patitur. eadem phrasis legitur ad Titum 1. 6

[4] Qui recèns institutus est in doctrina fidei.

[5] 1. Ne sint bilingues qui modò unum, modò aliud dicant: vel diversum ab eo qd habent in animo.

[b] 2. Absoluta tractatione tum de doctrina & docendi ratione, tum de publicis precibus, tertio nunc loco ad personas ipsas accedit, agens primùm de pastoribus, deinde de Diaconis: utiturq; præfatione, ut certos esse hos Canonas norit Ecclesia.

[b] 2. Episcopatus, sive ministerium Verbi, non est otiosa dignitas, sed opus, & quidem præclarũ: ac proinde multis virtutibus & domi & foris Episcopum ornatum esse oportet. Itaque & doctrinę, & facultatum sive donorum, & vitæ examen, præeat futurę electioni necesse est.

[c] De ambitu non loquitur, quo vix quicquam magis horrẽdum est in Ecclesia, sed in genere de animo & studio ad Dei Ecclesiam juvandam comparato, quando, & ubicumque Domino visum fuerit. * Tit. 1. 6.

[d] Ergo qui conjugatos, quia conjugati sunt, ab Episcopatu excludit, Antichristus est. [e] Vino quasi assidentem.

[f] Ne ex eo ipso quòd in eum gradum evectus est, occasionem arripiat superbiæ, quæ ipsum evertat, atque ita in eamdem condemnationem ruat atque ipse Diabolus. [5] 2. Diaconos quoque priùs probari oportet, ut de eorum honestate, veritate, sobrietate, animo ab omni avaritia alieno, eruditione in fidei doctrina, bona denique conscientia & integritate constet. [h] Hi sunt qui pauperum curam habebant. [i] Evangelicam doctrinam quæ verè est mysterium: caro enim & sanguis eam non revelant. * Supr. 1. 19.

11 [k]Uxores itidem *eorum oportet esse* venerandas, non calumniatrices, sobrias, fidas in omnibus.

12 [l] Diaconi sint unius uxoris mariti, qui liberis benè præsint, & propriis domibus.

13 Nam qui benè ministraverint, [m]gradum sibi bonum acquirunt, & [n] multam loquendi libertatem per fidem quæ *est* in Christo Iesu.

14 [o] Hæc tibi scribo, sperans fore ut mox ad te veniam:

15 Quòd si tardavero, ut noris quomodo oporteat [p] in domo Dei versari, quę est Ecclesia Dei vivi, [q] columna & stabilimẽtum veritatis.

16 [r] Et sine dubio magnum est pietatis mysterium: Deus conspicuus factus est in carne, [s] justificatus est in Spiritu, conspectus est ab Angelis, prædicatus est Gentibus, fides illi habita est in mundo, sursum receptus est in gloriam.

11 Similiter etiam uxores sint honestæ: & sit vigilans mens earum, sintq; fideles in omni re, & non sint calumniosæ.

12 Diaconi [6] sint, is cui una fuit uxor, & regat filios suos, & domum suam benè.

13 Nam qui ministraverint benè, gradum bonum acquirunt sibiipsis, & fiduciam multam in fide Ieschua Christi.

14 Hæc scribo tibi, sperans quòd citò veniam ad te.

15 Etsi autem fiat ut differam, ut cognoscas quomodo oporteat conversari in domo Dei, quæ est Ecclesia Dei viventis, columna & fundamentum veritatis.

16 Et verè magnum est mysterium hoc justitiæ, Quòd Deus revelatus est in carne, & justificatus est in spiritu, & visus est Angelis, & prædicatus est inter Gentes, & fides habita est illi in mundo, & sublatus est in gloriam.

[6] r. vel sint hujusmodi: is cui una sit uxor, &c.

[k] 2. Inquirendum etiam in Pastorum & Diaconorum uxores.

[l] 2. Polygami (id est plures simul uxores habentes) sicut ad episcopatũ, ita ne ad diaconiam quidẽ vocandi.

[m] Decus ac dignitatem.

[n] Fiduciam intrepidam.

[o] 2. Peculiaria multa subjecturus ad quotidianum Pastoris munus spectãtia, præfatur de suo ad eum adventu, ut eo magis solicitus sit Timotheus, ne quum advenerit, negligentiæ coargui possit.

[p] 2. Pastori assiduò cogitandum est se in domo Dei vivi versari, in qua conservatur veritatis thesaurus. [q] Hominum nimirum respectu: innititur etenim Ecclesia angulari illi lapidi Christo: sed ea est veritatis conservatrix, non mater. [r] 2. Hac veritate, cujus custos & conservatrix est inter homines Ecclesia ministerio Verbi propterea ibi constituto, nihil augustius esse potest. Docet enim res omnium maximas, nempe Deum in Christi persona, assumta nostra natura, factũ esse visibilem, cujus tamen in tanta infirmitate majestas infinitis modis eluxit, adeò ut ipsos Angelos rei tantæ conspectus perculerit: qui denique Gentibus prædicatus, ab eis receptus est, & nunc sursum in summum gloriæ gradum evectus. [s] In illa infirma carne Christi ita vis Divinitatis sese exseruit, ut Christum quantumvis hominem infirmum, palàm fuerit esse Deum.

CAPUT QUARTUM.

[1] Falsas doctrinas de conjugii & ciborum prohibitione, [7] & profanas damnat: [8] commendat autem pietatis studium, [13] & assiduam scripturæ lectionem.

SPiritus [a] autem disertè dicit fore ut posterioribus præstitutis temporibus desciscant quidã a [b] fide, attẽti spiritibus deceptoribus, ac doctrinis dæmoniorum,

2 [c] Per [d] hypocrisin falsiloquorũ, quorum [e] conscientia cauterio resecta est,

3 [f] Prohibentium contrahere matrimoniũ, *jubentium* abstinere a cibis [g] quos Deus condidit [h] ad participandum [i] cum gratiarum actione, fidelibus, & iis qui norunt veritatem.

4 [k] Nam quicquid condidit Deus, bonum *est*: nec quicquam rejiciendum *est*, si cum gratiarum actione sumatur.

5 [l] [m] Sanctificatur enim [n] per verbum Dei, & preces.

6 [o] Hoc si subjeceris fratribus, bonus eris minister Iesu Christi, innutritus in sermonibus fidei, & præclaræ doctrinæ, quam [p] assectatus es.

7 [q] Cæterùm profanas & aniles fabulas auersare: [r] sed exerce teipsum ad [s] pietatem.

8 [t] Nam corporalis exercitatio ad pauca utilis est: at pietas ad omnia utilis est, ut quę promissionem habeat vitę præsentis ac futuræ.

SPiritus autem planè dicit, quòd temporibus posterioribus discedẽt nonnulli a fide, & [1] sectabuntur spiritus deceptores, & doctrinam dæmoniorum:

2 Qui per similitudinem decipiunt, & loquuntur mendacium, & sunt [2] adusti in conscientia sua:

3 Et prohibent matrimonio conjungi, & faciunt abstinere a cibis quos Deus creavit ad usum, & ad gratiarum actionem, iis qui credunt & norunt veritatem.

4 Quia quicquid creatum est a Deo, bonum est: & nihil est abominandum, si cum gratiarum actione sumatur.

5 Sanctificatur enim per sermonẽ Dei, & per orationem.

6 Hæc si docueris fratres tuos, minister bonus eris Ieschua Christi, educatus in sermonibus fidei, & in doctrina bona quam edoctus es.

7 A narrationibus autem insulsis vetularum te subducito, & exerce teipsum in justitia.

8 Exercitatio enim corporis tempore modico prodest: justitia autem in omni re prodest, & est illi promissio vitæ hujus temporis & futuri.

[1] Ad ver. Et ibunt post spiritus deceptores, & post doctrinam, &c.

[2] Metaphora sumta est ab iis quibus putridũ aliquod membrum amputatum est adhibito cauterio. Et sensus est, Nulla religione tenentur. F. sed occaluerunt & dedoluerunt in impietate sua, ut quæ membra ferro candente exsecta sunt.

[a] 2. Opponit veræ illi doctrinæ falsa dogmata quæ omnino futura prædicit, ut a quibusdam apostatis suggestione diaboli introducãtur, & ita quidem ut minimè desint qui illis assentiantur.

[b] A vera Dei doctrina.

[c] 2. Hæretici quantumcumque simulent sanctimoniã, nulla cõscientia prediti sũt.

[d] Sunt enim velut histrioni cum quamdam artem actitaturi, nequis existimet fore ut in aliquo angulo delitescant, aut pudoris speciem retineant.

[e] Quorum ita obduruit conscientia, ut callum obduxerit, deinde cancrum illam dicit invasisse, postremò jam esse cauterio amputatam. [f] 2. Duas falsæ istius doctrinæ species exprimit, nempe cælibatus legem, & delectum ciborum.

[g] 2. Ejusmodi doctrinas probat se meritò vocasse dæmoniacas, primùm quòd earum doctores de rebus alienis decernant. An enim ipsi cibos creârunt? [h] 2. Secundò, quòd finem cujus causa creati sunt a Deo omnes cibi, nempe ut eis frueremur, suis placitis evertant. [i] 2. Tertiò, quòd Deum hoc modo suo honore spolient, qui in illorum usu velit celebrari. Simul autem declarat Apostolus sobriè & cum bona conscientia utendum illa Dei liberalitate.

[k] 2. Canonem Apostolicum de tollendo ciborum delectu falsæ illi doctrinæ opponit. [l] 2. Is demum bonis Dei donis legitimè utitur, qui illorum largitorem ex ipsius verbo agnoscit & invocat. [m] Purum & sanctum fit nostri respectu: ut eo uti possimus bona conscientia, tamquam de manu Domini. [n] Agnoscimus Deum creatorem esse earum creaturarum quibus utimur, & largitorem. Secundò, nos ex iis esse qui Christi beneficio jus illud in reliqua animantia deperditum Adami culpa, recuperavimus. Tertiò, precibus petimus ut nobis concedat Dominus dapibus ab ipsius manu acceptis bona conscientia frui. Quartò, gratiarum actione & repetitis precibus convivia claudimus. Ita nobis sanctificantur cibi.

[o] 2. Conclusio cum exhortatione, ut Timotheus ista sedulò, velut ab Apostolo penè cum lacte hausta, Ecclesiis proponat. [p] A cujus latere nunquam discessisti. [q] 2. Iterum sanam doctrinam opponit non modò falsæ illi & apostaticæ doctrinæ, sed etiam vanis omnibus & curiosis argutiis. [r] 2. Non tantùm sana doctrina, sed etiam pia & religiosa vita ministro Verbi opus est. [s] Verum cultum.

[t] 2. Pietas in spirituali cultu posita est, non in externæ vitæ austeritate, quæ etsi rectè usurpata aliquem usum habet, tamen nullo modo cum pietate est conferenda. Prodest enim illa per accidens: ista verò promissionem habet præsentis & futuræ vitæ.

9 Fidelis est sermo, & dignus qui recipiatur:

10 Propter hoc enim laboramus & probris afficimur, quòd fiduciam habemus in Deo vivente, qui est conservator filiorum hominis omnium, maximè fidelium.

11 Hæc doce, & præcipe.

12 Et ne quisquam contemnat adolescentiam tuã, sed esto exemplar fidelibus in sermone, & in cõversatione, & in charitate, & in fide, & in puritate.

13 Donec ego venero, sedulus esto in lectione, & in oratione, & in doctrina.

14 Neque negligas donum quod est in te, quod datum fuit tibi per prophetiam, & [3] per impositionem manuum presbyterii.

15 Hæc meditare, & in eis insiste: ut notum fiat omni homini [4] quòd proficias.

16 Et attende tibiipsi & doctrinæ tuæ, & constanter persiste in his. Hæc enim quum feceris, teipsum servabis, & eos qui te audiunt.

[3] In Syro textu vox est composita a verbo סים, quod significat imponere, & nomine אידא, qd significat manum.

[4] Ad verbum, Quod ante te progrediaris. Hebraismus.

9 [v] Certus *est* hic sermo, & omnibus modis dignus qui recipiatur.

10 Nam idcirco etiam fatigamur, & cõviciis afficimur, quòd speremus in Deo vivo, qui est conservator omnium hominum, maximè *vero* fidelium.

11 Hæc denuncia & doce.

12 [x] Nemo tuam juventutẽ contemnat, sed esto exemplar fidelium in sermone, in conversatione, in charitate, in spiritu, in fide, in castitate.

13 [y] Interim dum venio, intentus esto lectioni, exhortationi doctrinæ.

14 Ne negligito donum quod in te est, quod datum est tibi per prophetiam, cum impositione manuum [z] presbyterii.

15 Hæc meditare, in his esto: ut tuus profectus manifestus sit inter omnes.

16 Intentus esto tibiipsi & doctrinæ: & permane in istis. id enim si feceris, & teipsum [a] servabis, & eos qui te audierint.

[v] B. Digressio, in qua ostendit eos qui pietati student, etiãsi ærumnis & probris vexentur, idcircò tamen non esse miseros ut cæteros homines, quum ob eandẽ causam minimè affligãtur propter quã cæteri, & lõgè dispar sit ipsorũ exitus. Quomodo enim suos Dominus desereret, qui suos etiã hostes sua beneficẽtia dignatur? quam doctrinã monet sedulò esse inculcandam.

[x] B. Jam ad exhortationem illam redit, ostendens quæ sunt veræ Pastoris virtutes, quibus etiamsi desit ætas, reverentiam sibi cõciliet, nempe & oratio & vita, charitatis, zeli, fidei, & puritatis testes: licui verò, infularum, annuli, palli, & puerilium hujusmodi ineptiarum nulla usquam mentio. [y] B. Pastoris privatim exercitium est, assidua Scripturæ lectio, ex qua hauriat exhortationis & doctrinæ materiam, & sibi & aliis salvificæ. [z] Ordinis Presbyterorum. [a] Fides est ex auditu, auditus ex prædicatione: itaque sic dicuntur sese & alios servare Ministri Verbi, in quibus Dominus posuit sermonem reconciliationis.

CAPUT QUINTUM.

[1] Postquam modum monendi singulos præscripsit, [3] de viduis agit quæ tunc in Ecclesiæ ministerium cooptabantur. [17] Inde ad presbyteros transit: [23] quæ illorum habenda ratio tradit.

SEniorem ne increpaveris, sed adhortare eum tamquam patrem, & eos qui sunt juvenes, tamquam fratres tuos:

2 Et anus tamquam matres, & eas quæ sunt juvenes, tamquam sorores tuas in omni puritate.

3 Viduas honora, quæ viduæ sunt in veritate.

4 Et siqua est vidua cui sunt filii aut [1] nepotes, discant priùs ut in domesticos suos justitiam exerceant, & rependant [2] fœnus progenitoribus suis. hoc enim acceptum coram Deo.

5 Quæ autem verè vidua est & solitaria, hujus spes est in Deo, & perseverat in orationibus, & in obsecrationibus nocte diéque:

6 Quę verò servit voluptati, mortua est dum vivit.

7 Hæc præcipe illis, ut irreprehensibiles sint.

8 Siquis enim eorum qui sui sunt, & præsertim eorũ qui sunt domestici fidei, non habet curam, hic abnegavit fidem, & est pejor quàm ii qui non credunt.

9 Elige itaque viduam quæ non sit minor quàm sexaginta annorum, quæ uni fuerit viro:

10 Et sit ei testimonium operum bonorum: si educavit liberos, si excepit hospites, si lavit pedes sanctorum, si refrigerio fuit afflictis, si ambulavit in omni opere bono.

11 A viduis autem quæ juvenes sunt,

[1] Ad verbum, Aut filii filiorum. Hebraiss.

[2] Id quod nati progenitoribus debent, fœnus vocat: quasi illi sumtus & labores quos in eis educandis sustinuerunt, fœnori ipsis dederint.

SEniorem [a] ne increpato, sed hortare ut patrem: juniores, ut fratres:

2 Mulieres natu grandiores, ut matres: juniores, ut sorores, cum omni castitate.

3 [b] Viduas [c] honora quæ verè viduæ sunt.

4 [d] Quòd siqua vidua liberos aut nepotes habet, discant priùs [e] *in* propriam domum pietatem exercere, [f] & vicem rependere parentibus: [g] hoc enim est honestum & acceptum in conspectu Dei.

5 [h] Porrò quæ verè vidua est ac sola relicta, sperat in Deo, & permanet in deprecationibus & precibus nocte ac die.

6 [i] At quæ lascivit, *ea* vivẽs mortua est.

7 Hæc igitur denunciato, ut sint irreprehensæ.

8 Quòd siquis suis & maximè domesticis non providet, fidem abnegavit, & est infideli deterior.

9 [k] Vidua allegatur non minor annis sexaginta, quæ fuerit [l] unius viri uxor:

10 In operibus bonis bono testimonio ornata: si liberos educavit, si fuit hospitalis, si [m] sanctorum pedes lavit, si afflictis subvenit, si omne bonum opus est assiduè sectata.

11 [n] Porrò juniores viduas [o] rejice: post-

[a] B. De mediocritate in privatis reprehẽsionibus secũdùm ætatis & sexus gradus servanda.

[b] B. De viduarum cura constituit hos Canonas Apostolus.

[c] Viduarum curã habe quę præsidio indigent.

[d] B. Liberi & nepotes viduarum parẽtum pro viribus curam gerunto.

[e] B. Prima ratio, Quoniam sibiipsis quod suis impẽdũt.

[f] B. Altera, Quoniam natura ipsa docet majoribus vicem rependere.

[g] B. Tertia, Quoniam Deo gratũ est hoc officium.

[h] B. Secundus Canon, verè viduarum (id est quę inopes & suorũ præsidio destitutæ sunt, & piè ac religiosè vivunt) curam Ecclesia suscipito. [i] B. Tertius Canon, Viduæ in luxu degentes, & suæ familiæ curam negligentes, inter apostatas, & ipsis infidelibus deteriores, censentor. [k] B. Quartus Canon in viduarum Ecclesiæ ministrantium album nulla sexaginta annis minor admittitor, ab omni impudicitiæ probro immunis, de cujus diligentia, charitate, & integritate idoneis testibus constet. [l] Quæ a viro meritò repudiata alteri non nupserit. [m] Respicit ad consuetudinem earum regionum: pro eo quod est, si omni ministerio, etiam abjectissimo, sanctos colere non recusaverit: quod Christus exemplo suo demonstravit faciendum, Ioan. 13. [n] B. Ratio prima cur juniores viduæ ad ministerium non admittantur, Quoniam videlicet propter ætatis levitatem, excusso tandem onere sibi a Christo imposito, de repetendo potiùs matrimonio cogitant: quo fit ut ministerium deserant cui se obstrinxerant. [o] Ne in collegium viduarum admitte.

quam enim lascivierunt adversus Christum, nubere volunt:

12 Damnandæ, quòd primam fidem irritam fecerint.

13 [p] Simul autē etiam otiosæ *esse* discunt circumeuntes domos: imò non solùm otiosæ, sed etiam nugaces, & curiosæ, garrientes quæ non oportet.

14 [q] Velim igitur juniores nubere, liberos gignere, domum administrare, nullam occasionem dare adversario ad conviciandum.

15 Iam enim nonnullæ deflexerunt, sequutæ Satanam.

16 [r] Quòd siquis fidelis aut siqua fidelis habet viduas, ei suppeditato quātum sufficit, & nō onerator Ecclesia, ut iis quæ verè viduæ sunt subveniat.

17 [s] Qui benè præsunt presbyteri, [t] duplici honore digni habeantor: [v] maximè qui laborant in sermone & doctrina.

18 Dicit enim scriptura, *Bovi triturāti non obligabis os. &, * Dignus est operarius mercede sua.

19 [x] Adversus presbyterum accusationem ne recipito, nisi sub duobus aut tribus testibus.

20 [y] Eos qui peccant, in conspectu omnium argue, ut & reliqui metuant.

21 [z] * Obtestor in conspectu Dei, & Domini Jesu Christi, & electorum Angelorum, ut hæc observes sine præjudicio, nihil faciens in alteram partem inclinando.

22 [a] Manus [b] citò necui imponito, neq; cōmunicato peccatis alienis. temetipsum castum conserva.

23 [c] Ne ampliùs esto abstemius: sed vino pauculo utere, propter stomachum tuum, & crebras tuas infirmitates.

24 [d] Quorumdam hominum peccata antè manifesta sunt, præeuntia damnationi. quosdam verò subsequuntur.

25 [e] Itidem & bona opera antè manifesta sunt: & ea quæ secus habent, occultari non possunt.

abstine: [3] lasciviunt enim adversus Christum, & [4] quærunt ut sint viro:

12 Et earum judicium firmum est, quòd abjecerunt fidem suam primam.

13 Discunt autem etiam pigritiam, circumeuntes domatim: nec solùm pigritiam *discunt*, verumetiam ut multiplicent sermones, & sectentur vana, & loquantur id quod non oporteat.

14 Volo igitur ut illæ quæ juvenes sunt, nubant, & pariant liberos, & regant domos suas, & non præbeant adversario occasionem maledicentiæ.

15 Jam enim cœperunt plures avertere sese post Satanam.

16 Siquis fidelis, aut *siqua* fidelis sit cui sint viduæ, nutriant illas, & non onerent Ecclesiam, ut iis quæ sunt viduæ veræ, sufficiat.

17 Seniores, qui benè sese gerūt, honore duplici digni sint: maximè ii qui laborant in sermone & in doctrina.

18 Dicit namque Scriptura, Ne occludas *os* bovis in tritura: &, Dignus est operarius mercede sua.

19 Adversus seniorem accusationem ne recipias, nisi per os duorum triúmve testium.

20 Et eos qui peccant, coram omni homine corrige: ut etiam reliqui homines timeant.

21 Obtestor te coram Deo, & Domino nostro Jeschua Christo, & Angelis ejus electis, ut hæc serves: neque præoccupetur mens tua ulla re, neque facias quicquam per [5] acceptionem vultus.

22 Manum citò nemini imponas, neq; communicaveris peccatis aliorū. teipsum serva in puritate.

23 Et posthac aquas ne bibas: sed vini modicum bibe, propter stomahum tuū, & propter morbos tuos assiduos.

24 Sunt filii hominis quorum peccata nota sunt, & præcedunt eos ad locum judicii: & sunt quæ sequuntur illos:

25 Sic etiam [6] bona facta manifesta sunt: & ea quæ aliter habent, occultari non possunt.

[p] B. Altera ratio. Quòd pleræque sint garrulæ & curiosæ, & neglecta muneris sui cuta discursatrices.

[q] B. Quintus canon, viduæ juniores nubunto, & sanctè familias suas regunto.

[r] B. Sextus Canon, Fideles privatim, quātum fieri potest, suas viduas juvanto, nec iltis sumtibus Ecclesia gravator.

[s] B. Jam quomodo cū presbyteris, id est, pastoribus, denique disciplinæ Ecclesiæ præfectis se gerere debeat qui eorū collegio præest, his præscriptis Can. disserit. 1. Canō: de Presbyteris officio suo benè fungentibus, honestè sustentandis, Ecclesia, sicut Deus ipse præcepit, in primis laborato.

[t] De quibus magis etiam quàm de reliquis simus solliciti.

[v] Duplex fuit ordo presbyterorum: alii enim gubernationi, alii sermoni & orationi vacabant.

*Deut. 25. 4. 1. Cor. 9. 9.

* Matth. 10. 10. Luc. 10. 7.

[x] B. Secundus Canon, Accusatio adversus presbyterum, nisi priùs auditis duobus aut tribus testibus, ne admittitor. [y] B. Tertius Canon, Presbyteri sic convicti, palàm coarguuntor, ut sint aliis exemplo. [z] B. Quartus Canon, in Ecclesiasticis (præsertim adversus ipsos Presbyteros) cognitionibus, quibus Deus ipse & Dominus Jesus Christus Angelorum multitudine stipatus interest, summa, sine ullo præjudicio & personarum respectu, sinceritas observator. *Jos. 6. 15. [a] B. Quintus Canon, Neminem antistes leviter ordinato: nullius hac in re stultitiæ aut minus recto affectui favens, alienam culpam in se derivato: siquid a collegis perperàm fiat, is suam conscientiam puram servato. [b] Ne temerè quosvis ad Ecclesiasticam ullam functionem admitte, quantum videlicet in te est. [c] B. Sextus Canon, Presbyteri in victus ratione, suæ valetudinis moderatam rationem habento. [d] B. Quoniam ut summa diligentia adhibeatur, irrepunt tamen ad ministerium hypocritæ, monet Pastores Apostolus, ne hac re perturbentur, vel quicquam propterea de sua in inquirendo diligentia remittant, quia Dominus peccatis ejusmodi hominum detegendis suum tempus constituit: nostrum autem est culpam tantùm præstare. [e] B. Alia consolatio ad eos spectans qui calumniis interdum opprimuntur.

[3] F. Syr. lasciviunt enim sibi. Pleonasm[v], de quo in Matthæ. 4. 10.

[4] F. id est, quærunt nubere, Hebræa & Syra phrasi.

[5] Vide Matt. 6.

[6] F. al. legunt, viri boni, sed malè, idque ex manifesta corruptione contextus Syriaci profecta à literarum similitudine. Nam Gomal pro Hain substituunt, & Risch pro Dolath. quæ literæ, propter adfinitatē χάρακτος facilè commutātur.

CAPUT SEXTUM.

[1] *Docet quid servos deceat:* [10] *Quàm exitiosa pestis sit avaritia.* [13] *Et postquam obiter de divitibus aliquid attigit, iterum prohibet ne Timotheus se inanibus doctrinis impediat.*

QUicumque [a] * sub jugo sunt servi, suos dominos omni honore dignos ducunto, [b] ne Dei nomen & doctrina blasphemetur.

2 [c] Qui verò fideles habent dominos, ne *eos* contemnant quòd fratres sint: sed eò magis inserviant, quòd fideles sint ac

ILli qui sunt sub jugo servitutis, dominos suos in omni honore habeant, ne nomen Dei, & doctrina ejus blasphemetur.

2 Illi autem quibus sunt Domini fideles, ne comtemnant eos, eo quòd fratres sui sunt: sed magis inserviant eis, propter-

[a] B. Subjicit etiam Canonas de servorum officio in Dominos: qua de re non dubium est quin tunc multæ fuerint agitatæ quæstiones ab iis qui ex Evangelio arripiunt publici perturbandi status occasiones. Primus autem Canon est, Servi fideles, dominos infideles nacti, nihilominus summa fide eis serviunto.

*Ephes. 6. 5. Colos. 3. 22. Tit. 2. 9. 1. Pet. 2. 18. [b] B. Ratio, ne Deus videri possit Evangelii doctrina homines ad rebellionem & res omnes malas incitare.

[c] B. Secundus Canon, Fideles servi dominos fideles nacti, ne fraterno nomine abutuntor, sed tantò libentiùs eis obsequuntor.

eà quòd

eà quòd fideles ſunt & dilecti, [z] qui contenti ſunt miniſterio eorum. Hæc doce, & pete ab eis.

3 Siquis autem ſit qui doceat doctrinam aliam, & non accedat ad ſermones ſanos Domini noſtri Jeſchua Chriſti, & ad doctrinam timoris Dei,

4 Is eſt qui ſe extollit, quum nihil ſciat: ſed infirmus eſt circa diſputationem & quæſtionem verborum: ex quibus fit invidia, & cõtentio, & maledicentia, & [a] ſuſpicio mala,

5 Et attritio filiorum hominis, quorum corrupta mens eſt, & deſtituuntur veritate, & putant quòd quæſtus ſit reverentia Dei. tu autem elonga te ab iſtis.

6 Quæſtus enim noſter magnus eſt, qui eſt reverentia Dei, cum uſu ſufficientiæ noſtræ.

7 Nihil enim intulimus in mundum: & notum eſt quòd neque efferre ab eo *quicquam* poſſumus.

8 Propter hoc ſufficit nobis alimẽtum & operimentum.

9 Qui autem volunt ditari, incidunt in tentationes, & in laqueos, & in cupiditates multas ſtultas, & affligentes & demergentes filios hominis in ruinam & perditionem.

10 Radix enim omnium malorũ eſt amor argenti, quod ſunt quidam qui concupiverunt, & a fide aberraverunt, atque ſeipſos [3] immiſerunt in dolores multos.

11 Tu autem, ô fili hominis Dei, ab iſtis fuge, & [4] ſectare juſtitiam, & rectitudinẽ, & fidem, & charitatem, & patientiam, & manſuetudinem:

12 Et contende in certamine bono fidei, & apprehende vitam quæ eſt in æternum, ad quam vocatus es, & confeſſus es confeſſionem bonam coram teſtibus multis.

13 Conteſtor te coram Deo qui vivificat omnia, & Jeſchua Chriſto, qui teſtatus eſt coram Pontio Pilato teſtimonium bonum:

14 Ut ſerves ipſum mandatum ſine labe & ſine macula, uſque ad revelationem Domini noſtri Jeſchua Chriſti.

15 Quem tempore ſuo oſtenſurus eſt Deus, benedictus & potens, ſolus Rex regum, & Dominus dominorum.

16 Qui ſolus eſt incorruptibilis, & inhabitat lucẽ ad quam nemo accedere poteſt: nec ullus filiorũ hominis vidit eum, neque poteſt videre eum: cui gloria & imperium in ſeculum ſeculorum, Ammin.

17 Divitibus ſeculi hujus præcipe ne eleventur in mentibus ſuis, neque ſecuri ſint in divitiis, in quibus nõ eſt ſecuritas: ſed in Deo vivente, qui dat nobis omnia opulenter ad recreationem noſtram:

18 Et faciant opera bona, & divites fiãt in actionibus bonis, ſintq; faciles ad dandum & ad communicandum:

dilecti, [d] qui beneficentiam illam itidem capeſſunt. [e] Hæc doce & exhortare.

3 [f] Siquis diverſam docet doctrinam, neque accedit ſanis ſermonibus Domini noſtri Jeſu Chriſti, & ei quæ ſecundùm pietatem eſt doctrinæ,

4 *Is* inflatus eſt, nihil ſciẽs, ſed inſaniens circa quæſtiones ac [g] pugnas de verbis: ex quibus naſcitur invidia, lis, maledicentiæ, ſuſpiciones malæ,

5 Perverſæ [h] exercitationes hominum mẽte corruptorum, & qui privati ſunt veritate, & quæſtui habẽt pietatem. abſcede ab eis qui ejuſmodi ſunt.

6 [i] Eſt autem quæſtus magnus pietas cum animo ſua ſorte contento.

7 [k] Nihil enim intulimus in mundum, videlicet nec efferre quicquam poſſumus.

8 Sed habentes alimenta, & quibus tegamur, hæc nobis ſatis erunt.

9 [l] Qui verò volunt diteſcere, incidunt in tentationem & laqueum, & cupiditates multas amentes & damnoſas, quæ demergunt homines in exitium & perniciem.

10 Siquidem radix omnium malorum eſt amor pecuniæ: quam quidam dum appetunt, aberrârunt a fide, & ſeipſos [m] undiquaque transfixerunt doloribus multis.

11 [n] Tu verò, ô [o] homo Dei, iſta fuge: ſectare autem juſtitiam, pietatem, fidẽ, charitatem, tolerantiam, lenitatem.

12 Decerta præclarum illud certamẽ fidei: apprehende vitam æternam, ad quam & vocatus es, & profeſſus præclaram illam profeſſionem in cõſpectu multorum teſtium.

13 [p] *Mando tibi coram Deo qui vivificat omnia, & Jeſu Chriſto, qui *teſtatam fecit coram Pontio Pilato præclaram illã profeſſionem:

14 Ut obſerves hãc præceptionem, incontaminatus & irreprehenſus, uſque ad illuſtrem illum adventum Domini noſtri Jeſu Chriſti:

15 Quem præſtitutis temporibus ſuis oſtẽdet ille *beatus & ſolus [q] Princeps, Rex ille regum, & Dominus dominorum:

16 Qui ſolus habet immortalitatem, lucem habitans inacceſſam, *quem vidit nemo hominum, neque videre poteſt: cui honor & robur æternum. Amen.

17 [r] Iis qui divites ſunt in [s] hoc ſeculo, denuncia ne efferãtur animo, *neq; ſpem ponant in divitiis incertis, ſed in illo Deo [t] vivo, qui præbet nobis omnia copioſè ad fruendum.

18 Ut ſint benefici, ut divites ſint operibus bonis, faciles ad impertiendum, facilis convictus:

[z] Syriacæ voces ſunt דמתתיחין בתשמשתהון quæ id præciſè ſignificant quod vertimus. Eorum autem ſenſus eſt, eam ob cauſam fideles ſervos fidelibus dominis eo diligentiùs inſervire debere, quòd miniſterium ipſorum dominis ſuis gratũ ſit.

[a] Ad verb. poſitio in mente mali: & eſt periphraſis ſuſpicionis, qua quis aliquid mali aſſumit in mente ſua, quod de alio ſuſpicatur.

[3] In impreſſo erat אעל, ſed perperam, pro אעלו quod nos ex manuſcripto codice reſtituimus.

[4] Ad verb. Cure poſt juſtitiam. Hebr.

[d] Et hoc ſufficiat, quòd in iis quæ ad vitam æternã pertinent, ſint ejuſdẽ Dei benevolentiæ ſocii.

[e] 3. Concluſio univerſalis, hęc omnia nõ tãtùm eſſe ſimpliciter docẽda, ſed etiam cum exhortationibus ſedulò inculcãda.

[f] 3. Eos qui in ſermonibus Chriſti (id eſt, doctrina pietatis) non acquieſcentes, in vanis quęſtionibus (vana enim ſunt alia omnia) & ſe & alios fatigant, graviſſimè damnatos extra Eccleſiam ejicit, ut ſuperbos, qui in Chriſti doctrina nõ acquieſcant: ut mendaces impoſtores, qui merã vanitatẽ crepent: ut inſanos, qui de rebus nihili tantoperè laborent: ut peſſimas peſtes, qui ſint maximarum contentionũ auctores, & mẽtes ac judicia hominũ corrumpant: denique ut profanos & impios, qui pretioſo illo pietatis ac religionis nomine ad turpe lucrum abutantur.

[g] Concertationes de verbis non de rebus: verba autem etiam nominat quæcumque nihil habẽt ſolidi, aut ex quibus nulla redit utilitas.

[h] Quales videntur in ludo illo impudentię mataeologiæ Sophiſticæ.

[i] 3. Venuſtè detorquet nomen quæſtus, confitens pietatem eſſe maximum lucrũ, ſed diverſa prorſus ratione, quoniam videlicet verã ſufficientiam affert.

[k] 3. Stultitiam eorum irridet qui rebus caducis adeò cupidè inhiant, ut expleri nullo modo poſſint, quum tamen eo quod ſupra modum eſt frui non poſſint.

[l] 3. Alia ratione Timotheum ab avaritia deterret, nempe quòd infinitas eásque nocẽtiſſimas cupiditates ſecum trahat, quibus ſeipſos avari excarnificant, eouq; ut fidem etiam & ſalutem ſuam abjiciant.

[m] Dolor & cura videntur animum quodammodo perfodere, avaritiæ nimirũ meſſis.

[n] 3. Peculiaris exhortatio ad varias virtutes, quibus paſtores in primis ornatos eſſe oportet.

[o] Quem Spiritus Dei regit.

[p] 3. Graviſſima obteſtatio, ut ſumma fide ſuperiora omnia ſerventur, intentis in Jeſu Chriſti adventum oculis, cujus gloria vano hujus mundi ſplendori, & potentia omnibus impiorum terriculamentis ſit opponenda. *Supra 5. 21. *Matt. 27. 11. joh. 18. 37. *Supra 1. 11. apoc. 17. 14. & 19. 16.

[q] Synonyma multa congeſſit, quibus potentiam Dei aſſerit, qua freti in ſtatione noſtra peſtemus. *Joh. 1. 18.

[r] 3. Addit veluti auctarium, ſeveram admonitionem ad divites ſpectantem, ut in primis à duabus peſtibus ſibi caveant, ſuperbia nimirum & ſpe fallaci, quibus tres excellentes virtutes opponit, ſpem in Deum illum vivum, beneficentiam in proximum, & morum facilitatem.

[s] Rerum ad vitam pertinentium, quibuſcum comparantur qui ſunt bonorum operum divites. *Matt. 6. 19. luc. 12. 21.

[t] Verè exiſtenti & æterno: nam Deo opponit caducam opum naturam.

19 [v] Cong

19 [v] Congerentes sibi *pro thesauro fundamētum bonum in posterum, ut apprehendant æternam illam vitam.

20 [x] Timothee, depositum custodi, & aversare profanos illos de rebus inanibus clamores, & oppositiones falsò nominatæ notitiæ:

21 Quam nonnulli [y] præ se ferētes, circa fidem aberrârunt a scopo. Gratia sit tecum. Amen.

Ad Timotheum prima, missa fuit Laodicea, quæ est metropolis Phrygiæ Pacatianæ.

19 Et ponant sibi ipsis fundamentum bonum in id quod futurum est, ut apprehendant vitam veram.

20 O Timothee, sis solicitus in eo quod commendatum est tibi, & fuge a [5] vocibus inanibus, & ab oppositionibus scientiæ falsæ.

21 Qui enim profitentur eam, aberrârunt a fide. Gratia tecum. Ammin.

Finitur epistola ad Timotheum prior, quæ scripta fuit e Laodicea.

[v] 2. Laus beneficentiæ ab effectis, quòd sit firmū Spiritus Dei in nobis habitātis, ac proinde salutis nobis donandæ, testimonium.

* *Matth. 6. 20. luc. 11. 33.*

[x] 2. Præcipuam omniū superiorū admonitionum repetit, animo omnium ministrorū Verbi altiùs infigendam, nempe ut inanem sophistices garrulitatem fugiant, in sinceræ doctrinæ simplicitate permanentes.

[y] Non tantùm voce, sed etiam vultu, gestu: in summa ita se comparant, ut etiam tacentes nihil nisi arduum & sublime de se promittant.

[5] Ad verb. A filiabus vocū. Vide quę Act. 12. annotavimus.

EPISTOLA AD TIMOTHEUM POSTERIOR.

CAPUT PRIMUM.

[5] Laudata fide Timothei, [6] ut in munere sibi commisso fideliter pergat, eum hortatur. [8] Et ne propter sua vincula, [15] aut aliorum defectiones, labascat, [11] de suo Apostolatu gloriatur, [14] & depositi custodiam illi commendat. [16] Laudat etiam Onesiphorum.

BEZÆ INTERPRET.

PAULUS Apostolus Jesu Christi per voluntatem Dei, [a] secundùm promissionem vitę quę est in Christo Jesu,

2 Timotheo dilecto filio *sit* gratia, misericordia, pax a Deo patre, & Christo Jesu Domino nostro.

3 [b] Gratiam habeo Deo, *quem colo a [c] majoribus cū munda conscientia, prout cōtinuam tui memoriam teneo in deprecationibus meis nocte ac die:

4 Expetens te videre, memor tuarum lacrymarum, ut gaudio replear:

5 Memoria repetens eam quæ in te est minimè simulatam fidem, quæ habitavit priùs in avia tua Loide, & matre tua Eunica: persuasus sum autem quòd in te quoque.

6 [d] Quam ob causam in memoriam revoco tibi ut [e] exsuscites donum Dei quod est in te per impositionem manuum mearum.

7 Non enim dedit nobis Deus spiritū [f] formidinis, sed roboris, & charitatis, & sanitatis animi.

8 [g] Ne igitur te pudeat testimonii Domini nostri, neque te pudeat mei, qui sum vinctus [h] ipsius: sed esto particeps afflictionum [i] Evangelii [k] ex potentia Dei:

[a] A Deo legatus, ut annunciem vitā quā promisit in Christo Jesu.

[b] 2. Scopus epistolæ præcipuus est, Timotheum cōfirmare, ut fortiter ad extremum usque perseveret, proposita primùm sua in eum benevolentia, deinde commemoratis excellentibus donis, quę velut hæreditaria exstare voluerat Dominus in Timotheo & ipsius majoribus, quæ quidem ipsum tāto magis Deo obstringant.

* *Act. 22. 1.*

[c] Abrahamo, Isaaco, & Jacobo: non enim agit de Pharisaismo suo, sed de Christianismo.

[d] 2. Difficultatibus ingruētibus monet invictam Spiritus virtutem opponendam, qua sumus a Deo donati.

[e] Donum Dei est velut quædam viva flamma in cordibus nostris accensa, quam nituntur caro & Satan suffocare: nos contra magis ac magis fovere ac sopitam suscitare debemus.

[f] Quo percellamur & perterrefiamus, ut quos vult Dominus perdere.

[g] 2. Crucis ignominiam non modò probrosam esse negat, sed etiam honorificentissimam esse probat, primùm, quòd Evangelium, cujus causa pii affliguntur, sit testimonium Christi: secundò, quòd in illis demùm eluceat summa Dei virtus.

[h] Ipsius causa.

[i] Evangelium quodammodo dicitur affligi in iis à quibus annunciatur.

[k] Fretus potentia Dei.

TREM. INTERPRET.

PAULUS Apostolus Jeschua Christi, per voluntatem Dei, & secundùm promissionem vitæ quæ est in Jeschua Christo:

2 Timotheo filio dilecto gratia & misericordia, & pax a Deo Patre & a Domino nostro Jeschua Christo.

3 Gratias ago Deo, cui servio a progenitoribus meis in conscientia pura, quòd constanter memor sim tui in precationibus meis [1] nocturnis & diurnis:

4 Et desiderem videre te, & memor sim lacrymarum tuarum, ut implear gaudio,

5 Per recordationem quæ est erga te, propter fidem tuam veram, quæ habitavit primùm in [2] avia tua Loide, & in matre tua Eunica: persuasum autem habeo quòd etiam *habitet* in te.

6 Propter hoc commonefacio te, ut excites illud donum quod est in te per impositionem manus meæ.

7 Nō enim dedit nobis Deus spiritum timiditatis, sed virtutis & charitatis & [3] tranquillitatis *animi*.

8 Ne igitur pudeat te testimonii Domini nostri, neq; etiam mei vincti ipsius: sed fer mala [4] cum Evangelio per virtutem Dei:

[1] Ad verb. Noctis & diei.

[2] Ad verb. In matre matris tuæ. Hebraiſ.

[3] v. al. & eruditionis vel institutionis, putà ad tranquillitatem animi & temperantiam.

[4] v. id est, conjuncta Evangelio Christi.

9 Qui

9 Qui servavit,& vocavit nos vocatione sancta, non secūdùm opera nostra,sed secundùm voluntatem suam, & gratiam ejus quæ data est nobis in Jeschua Christo ante tempus seculorum,

10 Et manifesta est nunc per manifestationem servatoris nostri Jeschua Christi, qui abolevit mortem, & ostendit vitā & incorruptionem per Evangelium:

11 In quo ego constitutus sum præco & Apostolus ac doctor Gentium.

12 Propter hoc sustineo ista, & non erubesco. Novi cui credidi: & persuasus sum quòd facultas est in manibus ejus, depositum meum servare mihi in diem illum.

13 Sint tibi [s] formulæ sermonum sanorum, quos audivisti a me cum fide & cum charitate quæ est in Jeschua Christo.

14 Depositum bonum serva per spiritum sanctum qui habitat in nobis.

15 Nosti hoc, quòd aversati sint a me omnes qui sunt in Asia, ex quibus sunt Phygellus & Hermogenes.

16 Det Dominus noster misericordiam familiæ Onesiphori, quæ tēporibus multis refocillavit me, & in catenis vinculorum meorum non erubuit.

17 Sed etiam quum venisset Romam, diligenter quæsivit me, & invenit me.

18 Det ei Dominus noster ut inveniat misericordiam apud Dominum nostrum in die illo: & quàm ministraverit mihi Ephesi, abundè nosti.

[s] Syra vox חורא vix alibi repetitur, ut ex collatione quid propriè significet intelligi nō possit: puto tamē propriè significare foramina, cujus singulare est חור usitatum: ac formulas dicit Foramina, metaphora sumta a numulariis, qui in diversis capsulis (quæ speciē habent foraminū) diversa monetarū genera, ordine certo / & sibi cōstituto, disponunt, ut in promtu singula habeant quū opus fuerit. F. Sic appellantur claræ & expressæ imagines rerum, ab eo quod est Hebræis & Syris clarum, lucidum: vnde etiam foramina Hebræis, vt in re architectonica appellari solent lumina quæ nos ianuarum & fenestrarum aperturas dicimus. Rectè itaque verteris, sint tibi forma expressa vel evidens.

9 [l] Qui servavit nos,& vocavit *vocatione sancta: non ex operibus nostris,sed ex suo proposito,& gratia, quæ[m] data quidem est nobis in Christo Jesu *ante [n] tēpora seculorum:

10 Sed facta nunc est manifesta per illustrem illum adventum servatoris nostri Jesu Christi, qui & mortem abolevit, & vitam ac incorruptibilitatem in [o] lucem produxit per Evangelium.

11 [p] *Cujus causa constitutus sum ego præco & Apostolus ac doctor Gentium.

12 [q] Quam ob causam & hæc patior: [r] sed nō pudefio. novi enim cui crediderim, & mihi persuasum est eum posse depositum meum in illum diem custodire.

13 [s] Expressam formam teneto sanorū sermonum, quos a me audisti cum fide & charitate quæ *est* in Christo Jesu.

14 [t] Præclarum illud depositum custodi [v] per Spiritum sanctum qui inhabitat in nobis.

15 [x] Nosti hoc, quòd se averterint a me omnes qui sunt in Asia: ex quibus est Phygellus & Hermogenes.

16 Præstet misericordiam Dominus Onesiphori familiæ: quoniam sæpè me recreavit, & catenam meam non erubuit.

17 Imò quum esset Romæ, studiosissimè quæsivit me, & invenit.

18 Det ei Dominus ut inveniat misericordiā apud Dominum in die illo. quàm multa etiam Ephesi subministrârit, tu optimè nosti.

[l] B. Ostendit quantis beneficiis Deus fortiter asserendæ suæ gloriæ cū salute nostra conjunctę nos obstrinxerit, commemoratis salutis nostræ causis, nēpe gratuito illo & æterno Dei proposito de nobis in Christo venturo servādis, unde factū sit ut a Deo tandem gratis per Evangelii prędicationē, ad Christū mortis destructorem & immortalitatis auctorem vocaremur.

*1. Cor. 1. 2.

[m] Datam esse dicit ab æterno gratiam, ad quam ab ęterno sumus prędestinati. Repugnat itaque doctrina de pręvisa fide vel operibus, gratię Dei ex diametro.

*Rom. 16. 25. ephes. 3. 9. coloss. 1. 26. tit. 1. 2.

[n] Ante annorū seriem qui ab initio fluxerunt.

[o] Fecit ut illucesceret vita.

[p] B. Evangeliū illud est quod prædicavit Apostolus. *1. Tim. 2. 7.

[q] B. Apostolatum suū inexspectato argumento confirmat, nempe quòd mundus illud ferre non posset, ac proinde ipsum ejus præconem persequeretur.

[r] B. Proposito suo exemplo, ostendit quomodo futurum sit ut nos crucis Christi non pudeat, nempe si certi simus Deum & posse & velle salutem, quam veluti penes se depositam habet, nobis in illum diem servare.

[s] B. Exprimit qua potissimum in re oporteat ipsum esse quàm constantissimum, nempe & in ipsa doctrina, cujus epitomæ sunt fides & charitas, deinde in ipsa ejus tradendæ ratione, cujus velut expressam effigiem in Apostolo Timotheus cognoverat.

[t] B. Amplificatio a dignitate tantæ rei penes ministros depositæ.

[v] B. Occupatio, arduum quidem id esse præstare, sed potentissimum esse Dei Spiritum qui sua virtute nos intùs donārit.

[x] B. Occurrit offendiculo propter apostatas quosdam exorto, eorum etiam nomina exprimendo, ut ab omnibus dignoscerentur. Sed iis opponit unius hominis singularem fidem, ut vel unicum bonum exemplum malis omnibus præponderet.

CAPUT SECUNDUM.

[1] Perseverantiam in militia Christiana commendat, [3] sumta similitudine [4] à militibus [6] & ab agricolis. [10] Vincula sua sanctis usui esse declarat. [15] Inde monet Timotheum ut sermonem veritatis rectè dispertiat, [17] & reproborum exempla fugiens, [22] modestè omnia agat.

TU igitur, fili mi, corroborare in gratia quæ est per Jeschua Christum.

2 Et quæ audivisti a me [1] per multos testes, hæc depone apud homines fideles, in quorum manibus facultas sit etiam alios docere:

3 Et tolera mala tamquam miles bonus Jeschua Christi.

4 Nemo militat, & implicat se negotiis seculi, ut placeat ei qui elegit ipsum.

5 Et, si certaverit aliquis, nō coronatur, nisi secundùm legem suam certet.

6 Agricolæ qui laborat, cōvenit ut primùm de fructibus suis cibetur.

7 Considera id quod dico: [2] dabit tibi Dominus noster sapientiam in omni re.

8 Memor esto Jeschua Christi, quòd resurrexit a mortuis, qui est ex semine

[1] Ad verb. Per manum multorum testiū. Hebraismus.

[2] Vel, det.

TU [a] igitur, fili mi, corroborator per gratiam quæ est in Christo Jesu:

2 Et quæ audisti a me [b] inter multos testes, hæc committe fidis hominibus, qui sint idonei ad alios quoque docendos.

3 [c] Tu igitur tolerās esto afflictionum ut bonus miles Jesu Christi.

4 Nemo qui militat implicatur hujus [d] vitæ negotiis, ut ei placeat a quo delectus est miles.

5 [e] Quòd si certet etiam aliquis, nō coronatur nisi legitimè certaverit.

6 [f] Agricolam oportet priùs laborādo fructus percipere.

7 [g] Perpende quæ dico. Det igitur tibi Dominus intelligentiam in omnibus.

8 [h] Memento Jesum Christum suscitatum fuisse ex mortuis, *factum* ex semine

[a] B. Conclusio superioris exhortationis, addita tamen declaratione, nō servari depositum ab iis qui illud intùs contineāt, sed ab iis potiùs qui quàm liberalissimè cum aliis id communicēt, ut hoc modo quamplurimi fiant ejus participes, sine ullo cujusquam detrimento.

[b] Præsentibus multis, qui de his rebus possint testari.

[c] B. Alia admonitio, Ministerium verbi esse spiritualem militiam, qua nemo sic fungi possit ut imperatori suo placeat, nisi omnibus avocamentis semel valedicat.

[d] Negotiis ad rem familiarem aut occupationes illas consuetas pertinentibus.

[e] B. Tertia admonitio, Ministerium esse instar gymnici certaminis, in quo nemo coronetur nisi ex præscriptis legibus certaverit, quantumvis duræ & difficiles fuerint.

[f] B. Alia similitudo eodem spectans. Non sperandum messem nisi præeunte arationis & sationis labore.

[g] B. Omnia ista ne intelligi quidem, nedum præstari possunt, nisi petita & data a Deo intelligentia.

[h] B. Duo capita nostræ fidei, ab hæreticis perpetuò oppugnata, diserte confirmat: quorum unum, nempe Christum esse verum illum Messiam hominem ex Davidis semine factum, est nostræ salutis basis: alterum est ejusdem vertex, nempe eum resurrexisse ex mortuis.

Davidis,

Davidis, secundùm Evangelium meum:

9 [i] In quo vexor usque ad vincula ut facinorosus: sed sermo Dei non est vinctus.

10 Ideò omnia tolero propter electos, ut & ipsi salutem consequantur quæ est in Christo Jesu, cum gloria æterna.

11 [k] Certus *est hic* sermo. * nam si cum *eo* [l] mortui sumus, cum *eo* etiam vivemus:

12 Si substiterimus, etiam conregnabimus: * si abnegamus, & ille abnegabit nos.

13 Si infidi sumus, *ille *tamen* fidus manet, negare seipsum non potest.

14 Hæc suggere, [m] obtestans in cõspectu Domini ne de verbis pugnent quod nullam adfert utilitatem, *imò* auditores subvertit.

15 [n] Stude teipsum probatum sistere Deo, operarium qui nõ erubescat, & [o] qui rectè sermonem veritatis secet.

16 Profanos autem illos de rebus inanibus clamores [p] cohibe: [q] ad majorem enim procedunt impietatem.

17 Et sermo eorum depascet ut gangræna: ex quibus est Hymenæus & Philetus:

18 Qui circa veritatem aberrârũt a scopo, dicentes resurrectionem jam esse factam: & subvertunt quorumdam fidem.

19 [r] Solidum tamen fundamentũ Dei stat, habens sigillum hoc, Novit Dominus eos qui sunt sui: &, Abscedat ab injustitia quisquis [s] nominat nomen Christi.

20 [t] Cæterùm in magna domo nõ tantùm sunt vasa aurea & argentea, sed etiam lignea ac testacea: * & alia quidẽ ad decus, alia verò ad dedecus.

21 Si quis igitur sese ab his [v] expurgârit, erit vas ad decus, sanctificatum, & accommodum usibus Domini, & ad omne opus bonum comparatum:

22 * Juveniles autem cupiditates fuge: sed sectare justitiam, fidem, charitatem, [y] pacem *cum iis qui invocant Christum ex mundo corde.

23 * Stultas autem & ineruditas illas quæstiones aversare, sciens eas gignere pugnas.

24 Servum autem Domini non oportet pugnare, sed mansuetum esse erga omnes, aptum ad docendum, tolerantem malos:

25 Cum lenitate erudientem eos qui [z] contrario animo sunt affecti: *expertu-rum* num aliquando daturus sit eis Deus resipiscentiam ad agnitionem veritatis:

David, secundùm Evangelium meum:

9 In quo sustineo mala usque ad vincula, tamquam patrator malorum, sed sermo Dei non est vinctus.

10 Propter hoc omnia suffero, propter electos, ut etiam inveniant [3] salutem in Jeschua Christo cum gloria, quæ est in ęternum.

11 Fidelis est sermo: si enim mortui sumus cum eo, etiam cum eo vivemus:

12 Et si toleraverimus, etiam regnabimus cum eo: si autem negaverimus eum, etiam ille negabit nos.

13 Et si non crediderimus in eum, ipse in fide sua permanet: ut enim neget seipsum *fieri* non potest.

14 Hæc commemora eis, & testare coram Domino nostro, ne contendant sermonibus inutilibus, ad subversionem eorum qui audiunt eos:

15 Et cura sit tibi ut sistas teipsum perfectè coram Deo, operarium sine erubescentia, & prædicantem rectè sermonem veritatis:

16 A sermonibus vanis, in quibus non est utilitas, te subducito: [4] multùm enim adjiciunt ad improbitatem illorum qui occupantur in eis.

17 Et sermo eorum [5] tamquam cancer pastionem apprehendet in multis. est autem unus ex illis Hymenæus, & alter Philetus:

18 Qui aberrârunt a veritate, dicentes quòd resurrectio mortuorum facta sit: & fidem [6] quorumdam subvertunt.

19 Fundamentum autem firmum Dei manet, & est ei signaculum hoc, Quòd novit Dominus eos qui sunt sui, &, Discedat ab iniquitate omnis qui invocat nomen Domini.

20 In domo autem magna nõ sunt vasa aurea tantùm, aut argentea *tantùm* sunt in ea, sed etiam lignea & testacea: ex eis *quædam* in honorem, & ex eis *quædam* in contumeliam.

21 Si quis igitur expurgaverit seipsum ab istis, erit vas mundum in honorem, aptum ad usum Domini sui, & præparatum ad omne opus bonum.

22 Ab omnibus concupiscentiis juvenilibus fuge, & sectare justitiam, & fidem, & charitatem, & pacem cum iis qui invocant Dominum nostrum corde puro.

23 Altercationes stultas, quæ ineruditæ sunt, fuge: nosti enim quòd certamina gignant.

24 Servus autem Domini nostri nõ debet certare, sed placidus esse erga omnem hominem, & didacticus, & longanimis.

25 Ut erudiat eos qui contendunt adversus se, cum mansuetudine: si fortè det illis Deus conversionem, & agnoscant veritatem,

[3] r. Syrè, vitã: ut passim.

[4] r. vel, ampliùs enim adjicient ad impietatem suam ii qui proloquuntur illa.

[5] r. vel tamquã cancer depascens apprehendet seu occupabit multos: conveniẽter Græco.

[6] r. Syr. viri viri, id est, hujus & illius.

[i] B. Occupatio, Se quidem instar sceleratorum in vinculis teneri. sed causam nõ esse cur propterea nõnulli fidẽ detraherent ejus Evãgelio: quum Deus nihilominus ipsius ministerio benediceret, imò etiam hujus captivitatis & patiẽtiæ suæ exemplum Ecclesiã multis modis confirmaret in vitæ melioris exspectatione.

[k] B. Quarta admonitio, Non de verbis & quæstionibus non modò inutilibus, sed etiam plerumq; damnosis, esse decertandum, sed de eo potiùs ut nos ad omne patientiæ genus, atq; adeò ad mortem ipsam cũ Christo (id est, pro Christi nomine subeũdam) comparemus, quoniã sit certus ad vitam, & eam quidẽ gloriosissimã, aditus: sicut e contrario hominum perfidiã nihil de veritate Dei decedit, certum autem exitium sibi accersunt homines.

* *Rom. 6. 5.*

[l] Si unà cum Christo & Christi ipsius causa affligimur.

* *Matth. 10. 33. mar. 8. 38.*

* *Rom. 3. 3. & 9. 6.*

[m] Domino etiam teste aut potiùs judice advocato, sicut fecerunt Moses, Josue, Samuel, & ipse Paulus, Act. 20.

[n] B. Quinta admonitio, Ministrũ esse oportere nõ otiosum disputatorem, sed fidelem in veritatis sermone rectè distribuendo dispẽsatorem, adeò quidem ut etiã aliorum garrulam curiositatem cohibeat.

[o] Qui nihil adjiciat, nihil prætermittat, mutilet, discerpat, torqueat, spectet diligenter quid ferat auditorum captus, & quid ædificationem conducat.

[p] Ad verb. circumsiste, id est, observa & obside, ut videlicet prohibeas ne latiùs serpant. [q] B. Astutiam Satanæ patefacit, qui ab his initiis exorsus, sensim nos pertrahit ad impietatem, serpente illo prophanæ garrulitatis malo: quod tristi eorum exemplo probat qui resurrectionem jam factam docebant. [r] B. Digressio, qua offendiculis ex illorũ defectione exortis medetur, primò ostendens electos esse extra hujusmodi defectionis periculum. secundò Deo notos illos esse, non nobis: ac proinde mirum non esse si sæpè hypocritas pro veris fratribus habeamus: nobis autem dandam esse operam ne illorum similes simus, sed ut potiùs reipsa simus quod dicimur. [s] Qui colit, & tamquam fidelis ab illo cognominatur. [t] B. Occupatio, Non cedere in patrisfamiliãs dedecus quòd in magna domo non habeat omnia ejusdem generis & usus vasa, sed curandum nobis esse ut vasa ad decus comparata comperiamur. * *Rom. 9. 21.* [v] Non causam propositi, sed exsequutionem declarat: cæterùm quòd nos expurgamus, non libertati nostri arbitrii illud tribuendum est, sed ei, id est Deo, qui gratis & in solidum efficit in nobis bonam & efficacem voluntatem.

[x] B. Rediens unde fuerat à ver. 16. digressus, monet ut in rebus seriis & ad pietatem ipsam spectantibus sese exerceat.

[y] B. Sexta admonitio, Vitandam in primis omnem animi acerbitatem, tum in docendis omnibus, tum etiam in revocandis qui extra viam aberrârũt.

* *1. Cor. 1. 2.* * *1. Tim. 1. 4. & 4. 7. tit. 3. 9.*

[z] Loquitur de iis quibus nondum perspecta est veritas.

26 Et

26 Et memores sint suiipsorum, & eripiantur ex laqueo Satanæ, quo capti sunt ad voluntatem ipsius.

26 Et sanitate mentis recepta *evasuri* ex diaboli laqueo, ab eo captivi facti, ad ipsius libitum.

CAPUT TERTIUM.

[1] Prædicit quàm infesta piis tempora immineant: [9] sed fiducia victoriæ [10] animat eum ad certamen: [14] exercitationem sanæ doctrinæ in primis commendans.

HOc autem scias, quòd in diebus extremis venient tempora dura:

2 Et erunt filii hominis amantes sui ipsorum, & amantes argentum, gloriosi, elati, maledici, qui iis [1] qui præsunt sibi non obtemperant, negantes beneficium, improbi,

3 [2] Calumniatores, subjecti affectui, feri, odio habentes [3] bona,

4 Proditores, præcipites, inflati, amantes voluptates potiùs quàm charitatem Dei:

5 Quibus est species reverentiæ Dei, & a virtute Dei longè discedunt. Qui tales sunt, longè remove abs te.

6 Ex iis enim sunt qui irrepunt in domos, & captivas ducunt mulierculas quæ custodiuntur in peccatis, & ducuntur in concupiscentias varias:

7 Quæ omni tempore discunt, & nunquam ad cognitionem veritatis venire possunt.

8 Quemadmodum autem [4] Jannes & Jambres insurrexerunt cõtra Musche, ita & hi insurgunt cõtra veritatem: homines quorum mens corrupta est, & reprobati sunt a fide.

9 Sed nõ progredientur: amentia enim eorum cognita est omni homini, sicut etiã illorum cognita fuit.

10 Tu verò assequutus es doctrinam meam, & assequutus [5] meas vitæ rationes, & assequutus voluntatem meam, & assequutus fidem meam, & assequutus longanimitatem meam, & assequutus charitatem meam, & assequutus patientiam meam,

11 Et assequutus persequutionem meã, & assequutus passiones meas: & nosti quæ sustinui Antiochiæ & Iconii & Lystris: quam persequutionem sustinuerim: & ex omnibus eripuit me Dominus meus.

12 Sed & omnes illi qui volunt in timore Dei vivere, in Christo Jeschua, persequutionem patiuntur.

13 Filii hominis autẽ mali & seductores, adjicient malitiæ suæ, errantes & in errorem inducentes.

14 Tu verò persiste in iis quæ didicisti, & *in quibus* confirmatus es, nosti enim a quo didiceris:

15 Et quòd a pueritia tua libros sacros didiceris, qui possunt sapientem te reddere ad salutem, per fidem quæ est in Jeschua Christo.

16 [6] In Scriptura enim quæ per Spiritum scripta est, utilitas est ad doctrinam, & ad redargutionem, & ad correctionẽ, & ad eruditionem quæ est in justitia,

17 Ut sit perfectus filius hominis Dei ad omne opus bonum, & absolutus.

ILlud [a] autem scito, * fore ut extremis diebus instent tempora molesta.

2 Erunt enim homines sui amantes, avari, gloriosi, superbi, maledici, parẽtibus non obsequentes, ingrati, [b] prophani.

3 Charitatis expertes, implacabiles, calumniatores, intemperantes, immites, minimè amantes bonorum,

4 Proditores, præcipites, inflati, voluptatum amantes potiùs quàm amantes Dei:

5 Habentes formam pietatis, sed qui vim ejus abnegârint. [c] istos igitur aversare.

6 Ex his enim sunt isti qui irrepunt in familias, & captivas ducunt mulierculas, cumulatas peccatis, actas cupiditatibus variis:

7 Semper discentes, sed quæ nunquam ad cognitionem veritatis venire possint.

8 * Quemadmodum autem Jannes & Jambres obstiterunt Mosi, ita & hi obsistunt veritati: homines mente corrupti, rejectanei circa fidem.

9 [d] Sed non procedent ampliùs: nam amentia istorum evidens erit omnibus, ut & illorum fuit.

10 [e] Tu verò [f] assequutus es doctrinam meam, vitæ meæ rationem, propositum, fidem, iræ cohibitionem, charitatem, tolerantiam,

11 Persequutiones, perpessiones quæ mihi acciderunt [g] Antiochiæ, Iconii, Lystris: quas persequutiones sustinuerim: sed ex omnibus eripuit me Dominus.

12 Sed & omnes qui volunt piè vivere in Christo Jesu, persequutionem patientur.

13 Improbi autẽ homines & impostores [h] procedent in pejus, tum seducentes, tum seducti.

14 At tu maneto in iis quæ didicisti & quæ tibi concredita sunt, sciens a quo didiceris:

15 Téque à puero sacras literas novisse, quæ te possunt sapientem reddere ad salutem per fidem quæ est in Christo Jesu.

16 *[i] Tota Scriptura divinitùs *est* inspirata, & utilis ad doctrinã, ad redargutionem, ad correctionem, ad disciplinam in justitia:

17 Ut perfectus sit [k] homo Dei, ad omne opus bonum perfectè instructus.

[1] Ad verb. Hominibus suis, tam in manuscripto quàm in impresso codice: sed contextus docet quomodo locus intelligẽdus sit. Homines intelligit illos quibus meritò parendum sit. Est igitur synecdoche generis pro specie.

[2] Principium versus tertii desideratur in Syro Testamẽto, tũ impresso, tum manuscripto, videlicet, Charitatis expertes, nescii fœderis: quod his verbis restitueretur, דלא חובא דלא קימא.

[3] 5. Syrè, vitam: ut passim.

[4] Jannes & Jambres, quos Syrus vocat Jannis & Jambaris, in Talmud in tractatu de oblationibus, cap. Omnes oblationes publicæ (ubi eorum fit mentio) vocãtur יוחני וממרא Jochãne & Mamrei: & dicũtur ibi fuisse principes magorum Pharaonis, multũmque restitisse Mosi, & studuisse Mosis auctoritatem & miraculorum ejus fidem infirmare, dum suis artibus eadem fingerent quę Moses divina virtute faciebat: sed tandem eorum impotentia & divina virtus enituit, quum Aaronis virga in serpentem conversa, eorũ virgas, quæ serpentes videbãtur, deglutiret: & ipsi in miraculo pediculorum, quũ idem præstare non possent, fateretur digitum Dei eũ esse, qui id præstitisset.

[5] 1. Rationem qua me gero. Id enim significat דרכר à verbo אתרכר quod significat se gessit. Potest etiam verti, Conversationem meam.

[a] 2. Septima admonitio. Non esse speradam Ecclesiam aliquam incorruptã in hoc seculo, sed fore potiùs magnum perditissimorũ hominum provẽtum in ipso etiam Ecclesiæ sinu, qui tamẽ summam pietatem & charitatem præ se ferant.

*1. Tim. 4. 1. 2. pet. 3. 3. Juda 18.

[b] Quibus nullũ est jus nec fas.

[c] 2. Cum ejusmodi hominibus non simplici errore, sed pervertitate animi resistentibus veritati (quod ex eorum fructibus apparet, quos hic graphicè prorsus describit) non est quòd ludatur opera, quũ sint potiùs aversandi.

*Exod. 7. 11.

[d] 2. Consolationem addit, Dominum tãdem istis omnem larvam detracturum.

[e] 2. Quominus ab ejusmodi hypocritis decipiamur, proponendæ sunt nobis sanctorum servorum Dei virtutes, nec fugienda crux quam illi ultrò subierint, & quæ perpetua est veræ pietatis comes. Apostolica verò doctrina in primis est retinẽda: cujus summa est, nos fide in Christũ Jesum servari.

[f] Tu non modò quid docuerim, quid egerim, sed etiam quæ mea mẽs ac voluntas fuerit prorsus nosti.

[g] De Antiochia Pisidiæ intellige.

[h] Illorum improbitas quotidiè augebitur. *2. Tet. 2. 10.

[i] 2. Octava admonitio longè pretiosissima, Pastorem ex uno scripto Dei verbo sapere oportere, in quo perfectè traduntur quæcumque tum ad vera dogmata cognoscenda & stabilienda, falsa verò refellenda: tum ad malos quidem mores corrigendos, bonos autem instituendos spectant.

[k] Homo Dei propriè & peculiariter dicitur Propheta, & voluntatis Dei interpres.

[6] Sic enim sonant Syra verba על כתב &c. Dicere enim non ausim על esse positum pro כל, (licet ita meliùs responderet Græco textui) quia non modò impressus, sed etiam manuscriptus codex Heidelbergensis (quem antiquissimum esse apparet) legit על. 1. Alii tamen legunt, omnis Scriptura: & rectè, judicio meo. Posteà verò legendum, utilis est, &c.

CAPUT QUARTUM.

[1] obtestatur eum ut maximè Evangelium prædicet, [3] in tam deplorato tempore. [6] Sibi in propinquo esse mortem, [8] sed ita ut quasi victor ad gloriosum triumphum properet. [10] Tandem accersendi Timotheum necessitatem [11] ex præsenti suo statu ostendit.

OBtestor *te* [a] igitur ego in conspectu Dei & Domini Jesu Christi, qui judicaturus est vivos & mortuos in illustri illo suo adventu & regno suo:

2 Prædica sermonem illum, insta tempestivè, intempestivè: argue, objurga: exhortare cum omni iræ cohibitione & doctrina.

3 [b] Nam erit tempus quum sanam doctrinam non sufferent: sed auribus prurientes, ipsi sibi secundùm suas illas peculiares cupiditates coacervabunt doctores:

4 Et a veritate quidem aures avertent, ad [c] fabulas verò divertent.

5 [d] At tu vigila in omnibus, tolerás esto afflictionum, opus perage Evangelistæ, [e] ministerii tui plenam fidem facito.

6 [f] Nam ego jam [g] libor, & præstitutum tempus meæ dimissionis instat.

7 Certamen illud præclarum decertavi, cursum peregi, fidem servavi.

8 Quod reliquum est, reposita est mihi justitiæ corona, quam reddet mihi Dominus in illo die, justus ille judex: non solùm autem mihi, sed & omnibus qui expetiverint illustrem illum ipsius adventum.

9 [h] Stude mox ad me venire.

10 Nã Demas me deseruit, [i] amore inductus præsentis seculi, & profectus est Thessalonicam: Crescẽs in Galatiam, Titus in Dalmatiam.

11 *Lucas mecum est solus. Marcum assumtum adduc tecum: est enim mihi perutilis ad ministerium.

12 Porrò Tychicum misi Ephesum.

13 Penulam quam reliqui Troade apud Carpum, adfer quũ venies, & libros, maximè membranas.

14 Alexander faber ærarius multa mala mihi exhibuit: reddat ei Dominus secundùm facta ipsius.

15 Quem & tu cave: vehementer enim obstitit sermonibus nostris.

16 In prima mea defensione nemo mihi adfuit, sed omnes me deseruerunt: utinam ne hoc illis imputetur.

17 Sed Dominus mihi adfuit, & corroboravit me: ut per me certioraretur præconium quod audirent omnes Gentes: & ereptus fui ex ore [k] leonis.

18 Et eripiet me Dominus ab [l] omni opere malo, servabitque [m] regnõ suo cælesti: cui gloria in secula seculorum. Amen.

19 Saluta Priscam & Aquilam, & * Onesiphori familiam.

20 Erastus mansit Corinthi. Trophimũ autem reliqui Mileti infirmum.

21 Stude venire ante hyemem. Salutat te Eubulus & Pudens & Linus & Claudia, & fratres omnes.

[a] 2. Summa & præcipua omniũ admonitionum, ac proinde gravissima obtestatione sancita, hæc est, ut sancta etiam quadam cum importunitate proponatur Dei verbum, prout fert necessitas: ita tamen ut solidũ doctrinæ fundamentũ substernatur, & acrimonia omnis sancta lenitate temperetur.

[b] 3. Caprandæ jam olim fuerunt fidis pastoribus omnes occasiones, hominibus mox ad suas fabulas ultrò reversuris.

[c] Falsas ac inutiles doctrinas quibus ita nunc fascinatus est mundus, ut veritatis apertam lucẽ malit modis omnib. extinctã, quàm e tenebris emergere.

[d] 5. Mũdi perfidia debet fidos ministros eò magis solicitos reddere.

[e] Veris argumentis cõprobare germanũ esse Dei ministrum.

[f] 6. Prædicit proximũ suũ obitũ pulcerrimo invictæ constantiæ & certæ spei exẽplo.

[g] Pro libaméto offeror: alludit autem ad sanguinis, aut etiã vini perfusionem, quæ in sacrificiis usurpabantur.

[h] 8. Ultima pars epistolæ gravissimas adversus quosdam querelas, & singularis ubiq; pietatis, ac indefessi animi exempla præbens.

[i] Acquievit in hoc seculo.

* *Colos. 4. 10.*

[k] Neronis.

[l] Purũ me servabit, nequid committã indignum Apostolo.

[m] Ut regni sui participem faciat.

* *Suprà 1. 16.*

OBtestor te coram Deo & Domino nostro Jeschua Christo, qui judicaturus est vivos & mortuos in apparitione regni sui,

2 Prædica sermonem, & persta in diligentia, [1] tempestivè & intempestivè: argue, & redargue cum omni longanimitate & doctrina.

3 Erit enim tẽpus quum doctrinæ sanæ non [2] auscultabunt, sed juxta concupiscẽtias suas coacervabunt sibi ipsis doctores, in pruritu auditus ipsorum,

4 Et a veritate avertent aures suas, ad fabulas verò inclinabunt.

5 Tu autem esto vigilans in omni re, & tolera mala, & fac opus Evangelistæ, & ministerium tuum adimple.

6 Ego autem [3] libor, & tempus quo resolvar, appropinquat.

7 Certamen bonum certavi, & cursum meum absolvi, & fidem meam servavi:

8 Et deinceps servatur mihi corona justitiæ, quã rependet mihi Dominus meus in die illo, qui est judex justus: non autem tantùm mihi, sed etiã illis qui dilexerunt revelationem ejus.

9 Solicitudo tibi incumbat ut venias ad me citò.

10 Demas enim deseruit me, & dilexit mundum hunc, & profectus est Thessalonicam, Crispus in Galatiam, Titus in Dalmatiam.

11 Lucas solus est mecum. Marcum assume, & adducito eum tecum: aptus enim est mihi ad ministerium.

12 Tychicum autem misi Ephesum.

13 [4] Domum scriptorum autem quã reliqui Troade apud Carpũ, quum veneris adferto, & libros, & maximè [5] fasciculum voluminum.

14 Alexander faber ærarius mala multa ostendit mihi: redditurus est illi Dominus noster secundùm opera ipsius.

15 Cave autem tu quoque ab eo: valdè enim [6] sese elevavit contra sermones nostros.

16 In [7] defensione prima nemo fuit mecum, sed omnes deseruerunt me: ne imputetur illis hoc.

17 Dominus autem meus astitit mihi, & roboravit me, ut per me prædicatio expleretur, & audirent Gentes omnes: & ereptus sum ex ore leonis:

18 Ac eripiet me Dominus meus ab omni opere malo, & servabit me in regnũ suum quod est in cælis: cui est gloria in secula seculorum. Ammin.

19 [8] Saluta Priscillam & Aquilam, & familiam Onesiphori.

20 Erastus remansit Corinthi: Trophimum autem reliqui ægrotum in Mileto urbe.

21 Solicitudo incũbat tibi ut ante hyemem advenias. Salutat te Ebulus, & Pudus, & Linus, & Claudia, & fratres omnes.

22 Dominus

[1] Ad verbum, In tempore & fine tempore. Hebraiſ.

[2] F. i auſcultabitur, impersonaliter: & ita ſequentia. Hebraiſmus.

[3] i. Libaminis instar offeror. quod verbum ad Philipp. 2. eodem sensu legitur.

[4] i. Repositoriũ scriptorũ. Parva erat arca in qua scripta cõservabantur.

[5] Quum in Græco textu legatur τὰς μεμβράνας, ita vertit Syrus paraphrastes, sensum potiùs quàm voces respiciens: mẽbranis enim utebantur, ut jam nos papyro, ad scribendum: atque ut jam libros paramus, illi non parabant, sed cõsutas membranas in volumẽ complicabant, ut facilius ferrẽtur & conservarẽtur meliùs.

[6] i. Restitit sermonibus nostris. Hebraiſ.

[7] F. Syrè, protractione vel protesione spiritus: vide in Rom. 1. 20.

[8] Ad verb. Da pacem Priscillæ. Hebraiſ.

22 Dominus noster Jeschua Christus sit cum spiritu tuo. Gratia sit tecum. Ammin.

Finitur epistola ad Timotheum secunda, quæ fuit scripta è Roma.

22 Dominus Jesus Christus *sit* cum spiritu tuo. Gratia *sit* vobiscum. Amen.

Scripta est Roma secunda ad Timotheum, qui primus Ephesi ordinatus fuit Episcopus, quum Paulus iterum sisteretur Cæsari Neroni.

EPISTOLA AD TITUM.

CAPUT PRIMUM.

5 Docet quales oporteat Ministros eligere, 10 simul ostendit quomodo vaniloquis os obthurare oporteat. 12 Hac occasione perstringit Cretensium mores, 14 ac Judæos, qui in rebus externis sanctitatem locabant.

TREM. INTERPRET.

PAulus servus Dei & Apostolus Jeschua Christi, juxta fidem electorum Dei, & agnitionis veritatis quæ est in reverentia Dei,

2 [1]De spe vitæ quæ est in æternum, quam promisit Deus verax ante tempora seculi, & patefecit sermonem suum in tempore suo

3 Per prædicationem nostram quæ cõcredita fuit mihi per mandatum Dei Servatoris nostri, Tito filio vero, juxta fidem [2] communem.

4 Gratia & pax a Deo Patre, & a Domino nostro Jeschua Christo Servatore nostro.

5 Propter hoc reliqueram te in Creta, ut ea quæ deessent corrigeres, & constitueres seniores in qualibet civitate, sicut præceperam tibi:

6 Eum qui est irreprehensibilis, & [3]fuit maritus uxoris unius, & sunt illi filii fideles qui non sunt dediti luxuriæ, neque [4] sunt immorigeri præ crapula.

7 Debet enim senior esse irreprehensibilis, tamquàm dispensator Dei, neque ducatur per cogitationem suam ipsius, neque sit iracundus, neque sit [5] sectator vini, cujus manus non sit præceps ad percutiendum, neque sit amans lucrum turpe:

8 Sed sit amans hospites, & sit amans bona, & sit sobrius, & sit justus, & sit benignus, & continens seipsum a concupiscentiis:

9 Et solicitus sit super doctrina sermonis fidei, ut possit etiam cõsolari per suam doctrinam sanam, & arguere eos qui sunt contentiosi.

[1] 2. vel in spem vitæ, &c.

[2] Vide quæ de hac voce scripsimus Act. 2.

[3] 5. vel & est maritus, &c. ex præcedente membro.

[4] Metaphora est sumta a jumentis, quæ quo magis saginantur, eo magis reddũtur indomita.

[5] Ad verbum, Transiens ad vinum. Vide 1. Tim. 3.

BEZÆ INTERPRET.

[a]PAulus [b]servus Dei, Apostolus autem Jesu Christi secundùm fidem [c]electorũ Dei, [d]& agnitionem veritatis quæ est secundùm pietatem:

2 Ad [e] spem vitæ æternæ quam [f] promiserat Deus ille mentiri nescius, *ante [g]tempora seculorum, manifestam autem fecit præstitutis temporibus suis:

3 [h] *Videlicet* sermonem illum suum per præconium * quod concreditum est mihi ex imperio [i] servatoris nostri Dei: [k] Tito germano filio in communi fide.

4 [l] Gratia *sit tibi*, misericordia, & pax a Deo Patre, & Domino Jesu Christo servatore nostro.

5 [m] Hujus rei gratia dereliqui te in Creta ut quæ desunt corrigas, & constituas oppidatim presbyteros, sicut ego tibi ordinavi.

6 * Siquis est inculpatus, unius uxoris vir, liberos habens fideles, qui non sint obnoxii crimini luxus, aut [n] subjici nescii.

7 [o] Oportet enim episcopum inculpatum esse, tamquam Dei [p] dispensatorem, [q] non sibi pertinaciter placentem, non iracundum, non vinosum, non percussorem, non turpem quæstum facientem:

8 Sed hospitalem, bonorũ amantem, [r] temperantem, justum, pium, continentem:

9 [s] Tenacem fidelis illius sermonis qui ad doctrinam facit, [t] ut possit & exhortari doctrina sana, & contradicentes convincere.

[a] 1. Asserit suum Apostolatũ, non Titi, sed Cretẽsium causa, tum ex vocationis externæ testimonio, tum ex suo cũ omnibus ab initio mundi electis consensu.

[b] Minister, qua ratione ipse Christus, quatenus fuit minister, & quidem Prophetarum caput, servus dicitur, Esa. 42. 19.

[c] Eorum quos Deus elegit.

[d] 1. Fides in qua omnes electi consentiunt, est vera ac sincera Dei cognitio, huc spectans, ut Deum ritè colentes, vitam æternam tandem secũdùm veracis Dei promissionẽ, ex æterno ipsius proposito suis temporibus in Christo exhibitam, consequamur.

[e] Spes finis est fidei.

[f] Quam ultrò & gratuita liberalitate promisit.

*Rom. 16. 25. ephes. 3. 9. colos. 1. 26. 2. tim 1. 9. 1. pet 1. 20.

[g] Vide 2. Tim. 1. 9.

[h] 3. Hæc veritas non est alibi quàm in Apostolica prædicatione quærenda. *Gal. 1. 1.

[i] *ουτὴρ* non tantùm conservatorem vitæ, sed & datorem significat.

[k] 4. Titi communem secum consensionem in fide prædicans Apostolus, Cretenses ad illum audiendum excitat, simũlque monet qua potissimum ex re veros ministros a falsis distinguere oporteat.

[l] 5. Communis est & eadem salutis ratio pastoribus & gregi.

[m] 5. Prima admonitio, ut presbyteri oppidatim constituantur. *1. Tim 3. 2.

[n] Sic propriè dicuntur equi vel boves, qui jugum subire nolunt.

[o] 5. Secunda admonitio, a quibus præsertim viriis alienos, & quibus præcipuè virtutibus ornatos esse oporteat Pastores, quos etiam Presbyteros vocavit.

[p] Quem Deus suorum donorum dispensatorem constituit.

[q] Non asperis moribus & difficili natura

[r] Circumspectum & sani judicii, & singulare moderationis exemplar.

[s] 5. Tertia admonitio, Pastorem ejus doctrinæ tenacissimum esse oportere, quæ ab Apostolis tradita ad salutem facit, curiosis & inanibus omnibus relictis.

[t] 5. Quarta admonitio, Veræ doctrinæ scientiam ad usum esse applicandam, qui quidem duabus in rebus consistit, nempe in regendis qui se dociles præbent, & refractariis refutandis.

10 [v] Sunt enim multi subjici nescii, & vaniloqui, & mentium seductores, maximè qui sunt [x] ex Circumcisione.

11 Quibus oportet os obthurare: qui totas domos subvertunt, docentes quæ non oportet, turpis lucri gratia.

12 Dixit [y] quidã ex ipsis proprius ipsorum propheta, Cretenses semper mendaces, malæ feræ, ventres pigri.

13 Testimonium hoc est firmum. quam ob causam eos redarguito [z] præcisè, ut sani sint in fide:

14 *Non attenti Judaicis fabulis, & præceptis hominum aversantium veritatem.

15 [a] *Omnia quidem munda mundis: pollutis autem & incredulis nihil est mũdum, sed polluta est eorum & [b] mens & conscientia.

16 Deum profitentur se scire, sed factis negant, quum sint abominandi, & contumaces, & ad omne opus bonum rejectanei.

10 Sunt enim multi qui sese non submittunt, & vani sunt sermones eorum, & in errorem inducunt mentes filiorum hominis, maximè ii qui sunt ex circumcisione:

11 (Quorum oportebat obthurare os) domos multas destruunt, & docent id quod non oportet, propter lucrum turpe.

12 Dixit quidam ex ipsis propheta ipsorum, Quòd [6] Cretenses omni tẽpore mẽdaces sunt, bestiæ malæ, & ventres otiosi.

13 Et verum est testimonium hoc: propter hoc durè increpa illos ut sint sani in fide,

14 Et ne cõjiciant se ad fabulas Judæorum, & ad mandata filiorum hominis odio habentium veritatem.

15 Omnis enim res pura puris, iis autem qui sunt inquinati, & non credentes, aliquid quod purum sit, non est: sed est inquinata mens eorum, & conscientia eorum.

16 Et cõfitentur quòd cognoscant Deũ, factis autem suis negant eum: & sunt odiosi, & [7] inobedientes, ac reprobãtes omne opus bonum.

[v] 8. Applicatio thesis ad hypothesin, Cretẽses inter cæteros acribus reprehẽsionibus egere: tũ propter animos eorũ ad mendacia & pigritiam naturali quodã impetu propẽsos, tum propter avaros quosdam Judæos, qui pietatis prætextu, partim traditiones quasdã inanes, partim veteres ceremonias cum Evangelio cõjungebant.

[x] Ex Judæis, vel potiùs ex illis Judæis qui Christum Legi conjungere studebãt.

[y] Epimenides, qui inter fatidicos habitus est. vide Laertium, & Ciceronẽ 1. de Divinatione.

[z] Durè ac sine ullis ambagibus. *1. Tim. 1. 4.

[a] 8. Paucis ostendit puritatem non in Legali & externo cultu (veluti delectu ciborum & ablutionibus, & cæteris ejusmodi jam abolitis) sed in mente & conscientia positam esse: & qui secùs doceant, quæ sit reipsa vera religio prorsus nescire, atque adeò nihil minùs esse quàm quòd videri volunt. *Rom. 14. 20.

[b] Si mens & conscientia impuræ sunt, quid puri restat ante regenerationem?

[6] Ad verb. Filii Cretæ. Hebr.

[7] Ad verb. Sine obedientia. Hebraïs.

CAPUT SECUNDUM.

[1] Personarum & ætatũ præscribens officia, [6] jubet ut de moribus doceat Ecclesiam, [11] & à fine redemtionis argumentatur, [12] quem dicit esse, studium piè & rectè vivendi.

AT [a] tu loquere quæ decent sanam doctrinam.

2 [b] Ut senes sobrii sint, venerandi, temperantes, sani fide, charitate, tolerantia.

3 Anus itidem, ut *sint* habitu qui sanctimoniam deceat, non calumniatrices, non vino multo addictæ, honestatis magistræ:

4 Ut sapere doceant adolescentulas, ut sint maritorum ac liberorum amantes,

5 Temperantes, castæ, [c] domi manẽtes, bonæ, * quæ sese subjiciant suis viris: ne sermo Dei blasphemetur.

6 Adolescentulos itidem adhortare ut sint temperantes:

7 [d] Per omnia teipsum præbens exemplar bonorum operum, in doctrina integritatem, [e] gravitatem,

8 Sermonem sanum, qui damnari non possit: ut qui *se* ex adverso *opponit*, erubescat, nihil habens quod de vobis dicat mali.

9 [f] *Servos *hortare* ut suis dominis sese subjiciant, [g] in omnibus ut *eis* placeant, nõ responsatores:

10 Nihil intervertẽtes, sed omnem bonam [h] fidem ostendentes, ut doctrinam Servatoris nostri Dei ornẽt in omnibus.

11 [i] *Illuxit enim gratia illa Dei salutifera quibusvis hominibus.

12 Erudiens nos ut abnegata impie-

TU verò loquere id quod decet doctrinam sanam.

2 Et doce ut sint seniores vigilantes mentibus suis, & sint honesti, & sint puri, & sint sani in fide, & in charitate, & in tolerantia.

3 Et anus quoque similiter, ut sint [1] in modestia quæ conveniat reverentiæ Dei: at ne sint calumniatrices, neque sint obnoxiæ vino multo: & doceant decora,

4 Et honestas reddant eas quæ sunt juvenculæ, ut ament viros suos & filios suos:

5 Et sint honestæ, & sanctæ, & curam habeant decoris familiarum suarum, & subjectæ *sint* viris suis: [2] nequis obloquatur de sermone Dei.

6 Et ab illis qui sunt juvenes, similiter pete ut sint honesti.

7 In qualibet autem re exemplar in te ipso præbe in omnibus operibus bonis: & in doctrina tua sit tibi sermo sanus,

8 Qui sit honestus & incorruptus, neque quisquam spernat ipsum: ut is qui insurgit adversus nos, erubescat, non inveniens ut dicat adversus nos quicquam odiosi.

9 Servi dominis suis subjiciant sese in quavis re, & præbeant se placẽtes, nec sint contentiosi:

10 Neque sint fures, sed ostendant fidelitatem suam bonam in qualibet re: & [3] ornent doctrinam Dei Servatoris nostri.

11 Apparuit enim benignitas Dei servatrix omnium:

12 Et erudit nos ut abnegemus improbitatem

[a] 2. Quinta admonitio, Non tantùm in genere puram esse doctrinam oportere, sed etiam singulis ætatibus & ordinibus pro circumstantiarũ varietate applicari.

[b] 2. Quæ sint præcipuæ senum & juvenum, tum virorum, tum mulierum virtutes, ad quas illos assiduè incitari oporteat.

[c] Quæ huc & illuc non oberrent. *Eph. 5. 22.

[d] 2. Sexta admonitio, integram esse oportere Pastoris tum vitam tum doctrinam.

[e] Non quæ homines arceat ab aditu ministri, sed quæ ad omnẽ reverentiam honestam cõponat adeuntes.

[f] 2. Septima admonitio, de servorum erga dominos officio. *Ephes. 6. 5. Col. 3. 22. 1. Pet. 2. 18.

[g] Quæ sine Dei offensione præstari possunt.

[h] Fides hoc loco pro fidelitate sumitur.

[i] 2. Octava admonitio ad omnes pios spectans, ut quum Deus ad Evangelium omnes vocet, & Christus ita nos justificârit ut etiam sanctificârit, omnes veræ pietati & justitiæ incumbamus, certa spe immensæ illius gloriæ propositæ: quod quidem ita sit inculcandum, ut etiam contradicentes cum summi Dei auctoritate sint coarguendi. *1. Cor. 1. 2. Col. 1. 22.

[1] Id est, in habitu modesto.

[2] 1. Syr. ne vir blasphemet in sermonẽ Dei. ἐμφανιστέρους, seu gravius dictum.

[3] 1. al. ornent in omnibus, vel in re qualibet. hoc autẽ librarius, quia repetitũ omisserit.

bitatem & concupiscentias mundi, & vivamus in hoc mundo in sobrietate, & in justitia, & in timore Dei.

13 Exspectantes spem benedictam, & revelationem gloriæ Dei magni & Servatoris nostri Jeschua Christi:

14 Qui dedit[4] semetipsum pro nobis, ut redimeret nos ab omni iniquitate, & purificaret nos sibiipsi populum novum, qui studiosè bona opera sectaretur.

15 Hæc loquere, & require, & corrige cum omni imperio: & nemo contemnat te.

[4] Syr. animam suã, vt passim.

tate & [k] mundanis cupiditatibus, temperanter & justè & piè vivamus in præsenti seculo:

13 [l] Exspectãtes beatam illam spem & illustrem illum adventum gloriæ magni illius Dei ac Servatoris nostri, *nempè* Jesu Christi,

14 Qui dedit semetipsum pro nobis, ut redimeret nos ab omni iniquitate, & purificaret sibiipsi populum [m] peculiarẽ, accensum studio bonorum operum.

15 Hæc loquere & exhortare, & argue cum omni[n] imperio. nemo te despiciat.

[k] Cupiditatibus carnis quę ad præsentes vitæ ac mundi istius rationes referuntur.

[l] Apertissimè Christus dicitur magnus Deus, & metonymicè spes nostra, ejus adventus ἐπιφάνεια.

[m] Quasi instar peculii recõditum.

[n] Cum auctoritate summa.

CAPUT TERTIUM.

[1] Generaliter nunc vult omnes moneri, ut placidè colant ordinem politicum, [3] & memores sint vitæ pristinæ, [7] ut justificationem communem ex gratia esse existiment. [9] Quòd si quis contentiosus his reclamet, [10] illum jubet omitti.

COmmonefacito quoq; illos, ut principibus & potestate præditis auscultent, & subditi sint, ut sint parati ad omne opus bonum:

2 Et ne de quoquam obloquantur, neque sint contentiosi, sed sint placidi, & in qualibet re ostendant benignitatem suam erga omnes filios hominis.

3 Nã nos quoq; antè amẽtes fuimus, & inobedientes, & errãtes fuimus, atq; subjecti fuimus cõcupiscentiis variis, & in malitia, & in invidia versabamur, & odiosi eramus, etiã unus aliũ odio prosequebamur.

4 Quum autem revelata est benignitas & misericordia Dei servatoris nostri,

5 Non propter opera justitiæ quæ fecerimus, sed per misericordiam suam salvos nos fecit, per lavacrũ [1] regenerationis, per renovationem Spiritus sancti:

6 Quem effudit super nos copiosè per Jeschua Christum Servatorem nostrum.

7 Ut per ejus gratiam justificemur, & simus [2] hæredes in spe vitæ quæ est in æternum.

8 Fidelis est sermo, & in his volo ut ita quoque confirmes eos, ut solliciti sint ad faciendum opera bona ii qui crediderunt in Deum: hæc sunt quæ bona sunt & utilia filiis hominis.

9 A quęstionibus autem stultis, & a genealogiis, & a cõtentionibus, & [3] a certaminibus librorum te subducito: utilitas enim non est in eis, & vana sunt.

10 A viro hæretico, [4] post unum tempus & alterum quo correxeris eũ, te subducito:

11 Et scias quòd qui hujusmodi est, perversus est & peccator, & ipse condemnat seipsum.

12 Quum misero ad te Artemã aut Tychicum, cura ut venias ad me Nicopolin: illic enim [5] constitui hyemare.

13 Zenam autem legisperitum & Apollo da operã ut deducas eos bene, nequid desit eis:

14 Et discant etiam ii qui nostri sunt, ut faciant bona opera in rebus quæ necessariæ sunt, ut non sint infrugiferi.

15 Salutant te omnes qui mecum sunt. Saluta omnes qui diligunt nos in fide. Gratia cum omnibus vobis. Ammin.

Finitur epistola ad Titum, quæ scripta fuit e Nicopoli[6].

[1] Ad verb. Generationis quę fit denuò. Hebraism.

[2] F. vel hæredes vitæ æternę in spe.

[3] F. al. à certaminibus Legisperitorũ Scribarũmq; nempè Judæorũ Legi cõfidentium: minimè malè.

[4] Id est, Postquã semel atq; iterum correxeris eum. Hebraismus.

[5] Ad verb. Posui in mente mea. Hebraiſ.

[6] F. al. addunt, & missa fuit per manũ Zinæ & Apollo.

IPsis suggere [a] ut sese subjiciant *principatibus ac potestatibus, ut obtemperent, ut ad omne opus bonum sint parati:

2 Ne cui maledicant, ut sint a pugnis alieni, æqui, omnem exhibentes lenitatem erga quosvis homines.

3 [b] Nam *eramus quondam & nos amentes, rebelles, errantes, servientes cupiditatibus ac voluptatibus variis, in malitia & invidia degentes, odiosi, alii alios odio prosequentes:

4 Sed postquam benignitas & erga homines amor apparuit servatoris nostri Dei,

5 *Non ex operibus [c] justis quæ fecerimus nos, sed ex sua misericordia servavit nos per lavacrum regenerationis, renovationis[d] Spiritus sancti:

6 Quem effudit super nos copiosè per Jesum Christum servatorem nostrum:

7 Ut justificati illius gratia, hæredes efficeremur secundùm spem vitæ æternæ.

8 [e] Certus *est* hic sermo, & hæc volo te asseverare, ut qui crediderunt Deo, curẽt [f] bene agendo præire.

9 Hæc illa sunt bona, & hominibus utilia: *stultas autem quæstiones & genealogias & cõtentiones ac pugnas legales cohibe: sunt enim inutiles & vanæ

10 [g] Hæreticum hominem post unã & alteram admonitionem repelle:

11 Ut qui noris eversum esse eum qui sit ejusmodi, & peccare, ut qui suopte judicio sit condemnatus.

12 [h] Quum misero Arteman ad te, aut Tychicũ, stude venire ad me Nicopolin: nam illic decrevi hyemare.

13 Zenam legis interpretem & Apollo studiosè deducendos curato, nequid illis desit.

14 Discant autem etiam nostri bene agendo præire ad necessarios usus, ut non sint fructus expertes.

15 Salutant te qui mecum sunt omnes. Saluta eos qui diligunt nos in fide. Gratia *Dei sit* cum omnibus vobis. Amen.

Ad Titum, qui primus Cretensium Ecclesiæ ordinatus fuit Episcopus, scripta ex Nicopoli Macedoniæ.

[a] 2. Quod in genere dixerat, jã per partes explicat, præcipua quędam declarãs quæ homines hominibus, ac præsertim subjecti suis magistratibus debeant.

*Rom. 13. 1.

[b] 3 Iterũ proposito nostræ regenerationis beneficio gratuito (cujus pignus est baptismus noster) superiorẽ exhortationem confirmat.

*1. Cor. 6. 11.

*2. Tim. 1. 9.

[c] Ad verb. Ex operibus quæ fiũt in justitia: porrò hic locus abũdè refutat meritorũ doctrinam.

[d] Quã præstat & efficit vis Spiritus sancti.

[e] 8. Iterum quoq; magna cum asseveratione inculcat solidæ pietati esse incumbẽdum, vitatis omnibus vanis, & ad solas excitandas rixas utilibus quæstionibus.

[f] Bonis operibus sedulò vacare.

* 1. Tim. 1. 6. 4. 7.

2. Tim. 2. 23.

[g] 10. Hæretici, (id est qui Ecclesiasticis admonitionibus insanabiles, præfractè & factiosè perturbant Ecclesiæ pacem) semel sunt Verbi ministris omittendi.

[h] 12. Ultimo loco, quædam de rebus privatis scribit, quosdã etiam commendans.

EPISTOLA AD PHILEMONEM.

1 Paulus argumentum humile hic tractans, suo tamen more sublimis ad Deum evehitur.
8 Fugitivum servum & furem Philemoni remittens, pro illo deprecatur veniam: & graviter de æquitate Christiana concionatur.

BEZAE INTERPRET.

PAulus vinctus Christi Iesu, & Timotheus frater, Philemoni dilecto & adjutori nostro,

2 Et Apphiæ dilectę, & Archippo commilitoni nostro, & Ecclesiæ quæ domi tuæ est:

3 Gratia *sit* vobis & pax a Deo Patre nostro, & Domino Iesu Christo.

4 *Gratias ago Deo meo, semper mẽtionem tui faciens in precibus meis,

5 Quòd audiam tuam charitatem, ac fidem quam habes erga Dominum Iesum & erga omnes sanctos:

6 Ut [a] communicatio fidei tuæ efficax fiat, [b] agnitione omnis ejus boni quod est in vobis per Christum Iesum.

7 Gaudium enim habemus multum, & cõsolationem super charitate tua, [c] quòd viscera sanctorum refocillata sint per te, frater.

8 Quapropter quamvis multã in Christo libertatem habeam præcipiendi tibi quod convenit:

9 [d] *Tamen* propter charitatem potiùs precor, quum talis sim, nempe Paulus senex, nunc autem etiam vinctus Iesu Christi.

10 * Precor autem pro filio meo quem genui in vinculis meis, Onesimo:

11 Quondam tibi inutili, nunc verò tibi & mihi perutili.

12 Quem remisi: tu autem eum, id est [e] viscera mea excipe.

13 Quem ego cupiebam apud me retinere, ut pro te ministraret mihi in vinculis Evangelii:

14 Sed absque tua sententia nihil volui facere, [f] ut non velut ex necessitate sit beneficium tuum, sed sponte collatum.

15 Utique enim propterea [g] separatus fuit *abs te* [h] ad tempus, ut eum *a me* perpetuum recipias:

16 Non jam ut servũ, sed ampliùs quàm servum, fratrem *videlicet* dilectum, maximè mihi, quantò autem magis tibi & [i] in carne & in Domino?

17 Itaq; si me socium habes, excipe eum tamquam me.

18 Quòd si qua te injuria affecit, aut debitor tibi est, hoc mihi imputato.

*1. Thess. 1. 2. 2. Thess. 1. 4. Ephes. 1. 15. Coloss. 1. 4.

[a] Communicationem fidei vocat officia benignitatis in sanctos, emanantia ex fide efficaci.

[b] Ut hac ratione omnes experiantur, quã divites sitis in Christo, nẽpe fide, charitate, & omni beneficentia.

[c] Quòd ita officiosè & prõtè refocillaris sanctos, ut incredibili quadam voluptate sint intùs perfusi. viscerum enim nomine, non solùm intimas necessitates, sed & consolationem ad ipsa usque penetralia descẽdentem declarat, quasi cor ipsum sit refectũ ac recreatum.

[d] 1. Christianæ pro alio excusationis & cõmendationis exemplum.

* Coloss. 4. 9.

[e] Ut filium meum quem genui.

[f] Ut non coactus, sed sponte hanc servi tui operã nobis commodaris.

[g] Emollit fugæ nomen.

[h] Ad temporis momentũ.

[i] Quia mancipium tuũ est, cæterorũ servorum more, & quia Domini servus est, ut illum & tuo & Domini nomine tibi charũ esse oporteat,

TREM. INTERPRET.

PAulus vinctus Ieschua Christi, & Timotheus frater, Philemoni dilecto cooperatori nostro,

2 Et Apphiæ dilectæ nostræ, & Archippo cooperatori nostro, & Ecclesiæ quæ est domi tuæ,

3 Gratia vobiscum & pax a Deo Patre nostro, & a Domino nostro Ieschua Christo.

4 Gratias ago Deo meo omni tẽpore, & memor sum tui in precibus meis,

5 [1] Inde ex quo audivi fidem tuam & charitatem quæ est tibi erga Dominum nostrum Ieschua & erga omnes sanctos:

6 Ut sit communicatio fidei tuæ reddẽs fructus in operibus, & in cognitione omnium bonorum quæ sunt vobis in Ieschua Christo.

7 Gaudium enim magnum est nobis & consolatio, quòd [2] per charitatem tuam refocillata sunt viscera sanctorum.

8 Propter hoc fiducia multa est mihi in Christo, ut præcipiam ea tibi quæ sunt justa.

9 Propter charitatem autem [3] petendo peto abs te ego Paulus qui sum senex, sicuti nosti, nunc autem etiam vinctus Ieschua Christi,

10 Peto *inquam* abs te, pro filio meo quem in vinculis genui, Onesimo:

11 In quo [4] quondam tibi non erat utilitas, nunc autem & tibi & mihi valdè est utilis: & misi eum ad te.

12 Tu autem tamquam filium meũ ita excipe eum.

13 Volebam enim apud me retinere eũ, ut esset ministrans mihi pro te in vinculis Evangelii:

14 Absque consilio autem tuo nolui quicquam facere, ne tamquã per coactionem esset beneficium tuum, sed per volũtatem tuam.

15 Iam autem etiam propter hoc secessit ad tempus, ut in perpetuum eum retineas.

16 Non posthac tamquam servum, sed excellẽtiorem servo, fratrem *videlicet* dilectum meum: quanto magis [5] tibi, & in carne & in Domino nostro?

17 Si igitur es mihi consors, recipe eum tamquam meum.

18 Quòd si quid detrimenti intulit tibi, aut debet, hoc mihi imputa.

[1] Ad verb. Ecce.

[2] Ad verb. Per manum charitatis tuæ. Hebraismus.

[3] i. Magnopere peto.

[4] Ad verb. In *aliquo* tempore.

[5] r. supple dilectũ: sic versu sequente, tamquam consortem meũ. Sic enim Syra verba postulant.

19 Ego

19 Ego Paulus scripsi manibus meis, ego rependam:ut non dicam tibi quòd etiam teipsum mihi debeas.

20 Etiam frater mi, ego refocillabor per te inDomino nostro:refocilla viscera mea in Christo.

21 Quia confido quòd auscultaturus sis mihi, scripsi tibi: & scio quòd plus quàm dico tibi,facturus sis.

22 Simul autem etiam mihi præpara diversorium : spero enim quòd per precationes vestras donabor vobis.

23 Salutat te Epaphras cōcaptivus meus in Ieschua Christo:

24 Et Marcus, & Aristarchus, & Demas,& Lucas adjutores mihi.

25 Gratia Domini nostri Ieschua Christi cū spiritu vestro,fratres mei. Ammin.

Finitur epistola ad Philemonem,quę scripta fuit è Roma[6].

[6] F. al.addunt, & missa fuit per manus Onesimi.

19 Ego Paulus scripsi mea manu, ego dependam:ut ne dicam tibi quòd teipsum etiam mihi insuper debeas.

20 [k]Etiam, frater, *hunc* ego fructū abs te consequar in Domino:refocilla mea viscera in Domino.

[k] Certè frater, fine ut hoc beneficium a te consequar.

21 Scripsi tibi,confisus fore ut tu *me* audias,ut qui norim te supra id etiam quod dico facturum esse.

22 Simul autem etiam para mihi hospitium : spero enim me per preces vestras donatum iri vobis.

23 Salutant te, Epaphras, (meus in captivitate propter Christum Iesum socius)

24 Marcus,Aristarchus, Demas,Lucas, adjutores mei.

25 Gratia Domini nostri Iesu Christi *sit* cum spiritu vestro.Amen.

Ad Philemonem missa fuit Roma per Onesimum servum.

EPISTOLA AD HEBRAEOS.

Scopus & summa hujus epistolæ est, Iesum Christum Filium Dei, Deum simul & hominē, esse verum illum æternum & unicum Prophetam, regem ac pontificem, figuris Legis adumbratum, & nunc reipsa exhibitum: a quo doceri, regi, ac sanctificari totam Ecclesiam oporteat.

CAPUT PRIMUM.

[1] Ut ostendat doctrinam a Christo allatam primas tenere, quia sit omnium Prophetarum clausula: [4] nominatim illum supra Angelos effert: [10] & variis Scripturæ testimoniis, longè omnibus præcellere probat.

TREM. INTERPRET.

1 MULTIFARIAM & omnibus formis loquutus est Deus cū Patribus per Prophetas ab initio,[2] & hisce diebus ultimis loquut[9]est nobiscum per Filiū suū,

2 Quem[3] posuit hæredem omnium, & per eum fecit secula.

3 Qui *Filius* est[4] splendor gloriæ ejus, & imago [5]essentiæ ejus : & sustinet omnia virtute verbi sui, ipseq; per seipsum fecit purgationem peccatorum, & sedet ad dexteram majestatis in excelsis.

4 Et [6]tanto potior factus est Angelis, quanto excellentius est nomen quod hæreditariò obtinuit, quàm illorum.

5 Cui enim ex Angelis unquam dixit Deus, Filius meus es tu, ego hodie genui

[1] Ad verb. Omnibus partibus & omnibus formis. Ex altero autem membro comparationis satis intelligitur quid sibi velit Paraphrastes: nempè variis ac diversis, penéque innumeris modis ab initio loquutum fuisse Deum cum Patribus, novissimè autem per Filium, ut nulla aut certior aut clarior obsignatio, aut perfectior ampliùs requiri aut optari possit. Porrò sciūt omnes qui Hebræa attigerunt, particulā universalem non semper præcisè sumi, ut Genes.16.12.& 41 vers.ultimo,& Exod.8.15. & 1.Cor.6 12 &c. [2] Pro At adversativa. Hebraismus tritus. [3] Id est, constituit. [4] צמחא Syris declarat propriè splendorem exorientis solis Videtur autem a Paraphraste exquisitum, ut innuat hunc Filium qui splendor dicitur, simul cum Deo fuisse, & coæternum esse cum Patre. In summa, æternam æterni Filii generationem hac metaphora voluit illustrare. [5] F. vel potiùs subsistentiæ, ὑποστάσεως, personæ ejus. nam essentiam Syri appellant ישות. [6] Ad verbum, Hoc toto potior factus est Angelis, secundùm quod, &c.

BEZÆ INTERPRET.

1 MULTIS[a] vicibus multisque modis olim Deus loquutus Patribus in Prophetiis, [b] ultimis diebus hisce loquutus est nobis in [c]Filio,

2 [d]Quem constituit [e] hæredem omnium, per quem etiam [f] mundum condidit.

3 *Qui quum sit [g]effulgentia gloriæ, & character personæ [h]illius, [i] sustineátque omnia verbo illo suo potente, [k]purificatione peccatorum nostrorū per seipsum facta, [l] sedit ad dextram majestatis illius in *locus* excelsissimis.

4 [m]Tanto præstantior factus Angelis, quanto excellentius præ illis sortitus est [n]nomen.

5 Nam cui dixit unquam Angelorum, *Filius meus es tu, ego [o] hodie genui

[a] B. Generalis propositionis hujus epistolæ pars prima, Filium Dei eum demùm esse Prophetā, sive Doctorem qui quod Deus per Prophetas aliquatenus & p positis umbris significarat reipsa præstitit, & Patris volūtatem mundo plenè patefecit.

[b] Ergo nec plena fuit superior illa per Prophetas declaratio, nec ad hāc postremam quicquā adjiciendum.

[c] Qui Deus & homo est unus Filius.

[d] B. Altera pars ejusdē propositionis, Eumdem Filium esse nostrum Regem ac Dominum a Patre designatum, per quem etiā omnia condidit, & in quo uno gloriam suam atque adeò seipsum cōtemplandum proponat, quiq, omnia suo nutu sustineat. [e] Possessorem & ex æquo consortem omnium cum Patre.

[f] Ad verbū, secula, id est, quicquid unquam exstitit, exstat, aut exstabit.

* *Col.1.15. Sap.7.26.* [g] Is in quo resplēdet gloria illa ac majestas Patris, alioquin infiniti & inconspicui. [h] Patris. [i] Sustentet, tueatur, & alat.

[k] B. Tertia pars ejusdem propositionis, Eumdem Filiū sacerdotis partibus seipso oblato defunctum, esse unicum & potentissimum nostrum in cælis mediatorem. [l] Hoc indicat non modò gratissimum Patri, sed etiā perennem esse illius sacrificii odorem, cum verò quanto præstet is Pontifex aliis Pontificibus. [m] B. Antequam ad officii explicationem accedat, personæ dignitatē exponit, ac primùm quidē sic hominē esse docet, ut simul sit etiam Deus. [n] Dignitatē ac præstantiā. Sequentibus autem sex expressis testimoniis argumentū divinitatis Christi in carne manifestatæ confirmatur, ex quibus liquet eum supra omnes Angelos eminere, & ita quidē ut filius & Deus appelletur. * *Psalm.2.7. Inf.5.5.* * Filius a Patre ab æterno genitus est, sed æterna illa generatio, suo tempore mundo repræsentata fuit, ideò addidit *hodie*.

te? Ac rursum, *Ego ero ei pater, & ipse erit mihi filius?

6 [p] Rursum autem quum inducit primogenitum in orbem terrarum, dicit, *Et adorent eum omnes Angeli Dei.

7 Et de Angelis quidem dicit, *Qui Angelos suos facit [q] ventos, & administros suos, [r] ignis flammam.

8 Ad Filium autem, * [s] Thronus tuus, Deus, [t] in seculum seculi: [v] virga recta, virga regni tui.

9 Dilexisti justitiam, & [x] odisti transgressionem: propterea [y] unxit te ô Deus, Deus tuus oleo exsultationis, ultrà [z] consortes tuos.

10 Et, * Tu in initio Domine [a] terram fundasti, & opera manuum tuarum sunt cæli:

11 Ipsi peribunt, tu autem permanes: & omnes ut vestimentum veterascent.

12 Ac velut amictũ circumvolves eos, & mutabuntur: tu autem idem es, & anni tui non deficient.

13 Ad quem autem Angelorum dixit unquam, * Sede ad dexteram meã usquedum posuero inimicos tuos scabellum pedum tuorum?

14 Nónne omnes sunt [b] ministerii munere fungentes Spiritus, qui ministerii causa emittuntur propter hæredes salutis futuros?

*2. Sam. 7. 14. 1. Par. 22. 10.

[p] Rursus autem Dominus non contentus semel dixisse, idem alibi repetit.

*Psal. 97. 7.

*Psal. 104. 1.

[q] Cherub. Psal. 18. 11.

[r] Seraph. Esa. 6. 2.

*Psal. 45. 7.

[s] Thronus propriè Principi tribui solet, non servo.

[t] In æternũ. hæc enim repetitio in immensum auget.

[v] Administratio regni tui recta.

[x] Repetitio Hebraica per antithesin, in qua maximũ inest pondus.

[y] Quatenus verbum caro factum est, effuso in eum Spiritu sine mensura.

[z] Ille etenim caput, nos mẽbra hujus sumus.

*Psal. 102. 26.

[a] Terram firmam ac stabilem creâsti.

*Psal. 110. 1. 1. Cor. 15. 25. Infr. 10. 12.

[b] Ministratores vocat quos vulgò solemus Principum apparitores vocare.

6 Rursum autem quum inducit primogenitum in mundum, dicit, Eum adorent omnes Angeli Dei.

7 De Angelis autem ita loquitur, Qui facit Angelos suos spiritum, & ministros suos ignem ardentem:

8 De Filio verò dicit, Solium tuum, Deus, in seculum seculorum: virga recta, virga regni tui.

9 Dilexisti justitiam, & odisti iniquitatem: idcircò unxit te Deus, Deus, *inquam*, tuus, oleo lætitiæ, plusquam consortes tuos.

10 Et iterum, Tu a principio posuisti fundamenta terræ, & cæli opus manuum tuarum sunt:

11 Ipsi transituri sunt, & tu stabilis es, & omnes tamquam vestimenta veterascent:

12 Et sicut operimentum complicabis eos. Ipsi autem mutabũtur: tu autem sicut es, *eris*, & anni tui non deficient.

13 Ad quem autem ex Angelis unquam dixit, Sede a dextera mea, donec posuero inimicos tuos scabellum sub pedibus tuis?

14 Nónne omnes sunt spiritus [7] ministerii, qui mittũtur in ministerium, propter eos qui hæreditatem consequuturi sunt [8] salutis?

[7] F. i. ministratorii, Hebraica & Syra phrasi.

[8] Syrè, vitæ.

CAPUT SECUNDUM.

[1] *Inde infert, Christi doctrinæ solidam audientiam deberi,* [9] *& eum nobis fratris loco in carne nostra proponit, ut libentiùs nos totos illi tradamus.*

PRoptereà [a] oportet nos eò ampliùs attendere ea quæ [b] audivimus, nequando [c] perfluamus.

2 Etenim si per Angelos dictus [d] sermo, fuit firmus, omnísque transgressio & contumacia justam mercedis retributionem retulit,

3 Quomodo nos effugiemus si tantam neglexerimus salutem? *[e] quæ quum primùm enarrari cœpit per ipsum Dominũ, ab [f] iis qui ipsum audierant, fuit nobis cõfirmata:

4 Testimonium illis præbente Deo & [g] signis & prodigiis, variísque virtutibus, & Spiritus sancti distributionibus pro sua voluntate.

5 [h] Non enim Angelis subjecit [i] mundum illum futurum, de quo loquimur.

6 [k] Testatus est autem quidam alicubi, dicens, * [l] Quid est homo, ut memor sis ejus: aut [m] filius hominis, ut eum respicias?

7 [n] Fecisti eum paulisper inferiorem

PRoptereà debitores sumus ut abundantiùs simus [1] cauti in eo quod audivimus, ne decidamus.

2 Si enim sermo, qui dictus fuit [2] per Angelos, confirmatus est: & omnis qui audivit eum, & transgressus est eum, recepit retributionem in justitia,

3 Quomodo nos effugiemus, si contemserimus hæc quæ sunt ipsa [3] salus nostra? quæ cœperunt a Domino nostro dici, & ab illis qui ab eo audiverunt, in nos confirmata sunt?

4 Quum testimonium redderet de illis Deus per signa & per prodigia, & per virtutes varias, & per [4] divisiones Spiritus sancti, quæ collata sunt secundùm voluntatem ejus.

5 Nequaquam enim Angelis subjecit seculum futurum, de quo loquimur.

6 Sed sicut testatur Scriptura, & dicit, Quid est homo quòd memor es ejus, & filius hominis quòd visitas eum?

7 Depressisti eum paululùm præ Ange-

[1] F. vel observantes, attendentes.

[2] Ad verb. Per manũ Angelorum, i. Ministerio Angelorum.

[3] Syr. vita nostra.

[4] Hebraism. i. Divisa & diversa inter se dona Spiritus.

[a] 2. Jam velut respirans, & quorsum tendant hæc omnia ostendens, huc videlicet ut ex proportione Christi supra omnes creaturas intelligatur perfectissima esse ejus doctrinæ majestas ac sacerdotium, exhortationem adhibet a comparatis sumtam.

[b] Seipsum auditorẽ constituit. Etsi quid si loquatur synecdochicè? sic enim & infrà 12. 25.

[c] Perfluere dicitur, qui sermonem auditum non continet.

[d] Lex quæ transgressoribus pœnas præscripsit: eam autem datam fuisse per Angelos dicit Paulus, Galat. 3. 10. & Stephanus, Act. 7. 53. vel potiùs sermo quilibet ab Angelis denunciatus.

* Marc. 16. 10. [e] 3. Si Angelorum sermonem non licuit impunè transgredi, multò minùs fas erit Evangelium a Domino Angelorum annunciatum, Apostolorum voce confirmatum, tótque cælestibus prodigiis, in primis autem tanta sancti Spiritus efficacia comprobatum, negligere.

[f] Apostolis. [g] Miraculorum verus finis. Signa autem ea dicuntur, quia aliud repræsentant quàm quod cernitur. Prodigia, quòd novum & insolitum aliquid exhibeant. Virtutes, quòd Divinæ virtutis specimen edant. [h] 5. Si Angelos qui servi sunt nefas fuit aspernari, multò magis potentissimum illum Regem mundi instaurati. [i] Futurum seculum, cujus Pater est Christus, Esa. 9. 6. vel Ecclesiam quæ velut novus mundus erat Evangelio colligenda.

[k] 8. Usum istius regiæ dignitatis declarat in eo positum esse, ut homines non modò amissam suam dignitatem recipiant in Christo, sed etiam in eo supra omnia evehantur. quam hominum præstantiam David excellentissimè describit. * Psalm. 8. 5. [l] Quid tandem est in homine cur tantam ipsius curam habeas & tanto honore sis eum dignatus? [m] Hominem & filium hominis vocat omnes cælestis illius regni cives quales sunt in sese, antequam Dominus eos jure illius civitatis donet in Christo, vide in Psalm. 8. [n] Hæc prima est futuri mundi civium dignitas, quòd proximè ad Angelos accedunt.

lis: gloriam & honorem posuisti in capite ejus, & potestatem tribuisti ei in opus manuum tuarum:

8 Et omnia subjecisti sub pedibus ejus. In eo autem quòd omnia subjecit ei, non omisit quicquam quod non sit subjectũ. Nunc autem nequaquam hactenus videmus quòd omnia subjecta sint illi.

9 Eum autem quem paululùm depressit præ Angelis, videmus (qui est Jeschua) propter passionem mortis suæ, *quòd* & gloria & honor positus est in capite ejus. [5] Ipse enim, excepto Deo, [6] per beneficentiam suam pro quovis homine gustavit mortem.

10 Decebat enim eum [7] per quem omnia, & propter quem omnia, & *qui* filios multos adduxit in gloriam suam, ut principem salutis illorum per passiones perficeret.

11 Qui enim sanctificavit, & qui sanctificati sunt, ex uno sunt omnes. Propterea [8] non erubescit ut vocet ipsos fratres suos,

12 Quum dicit, Annunciabo nomen tuum fratribus meis, & in medio Ecclesiæ celebrabo te.

13 Et rursum, Ego ero confidens in eũ. Et rursum, Ecce ego & filios quos dedisti mihi, Deus.

14 Quia enim filii communicãt in carne & sanguine, etiam ipse eodem modo [9] communicavit in iisdem, ut per mortem suam aboleret eum qui tenebat mortis imperium, qui est Satanah:

15 Et solveret eos qui metu mortis per omnem vitam suam obnoxii erant servituti.

16 Nequaquam enim ex Angelis assumsit, sed ex semine Abraham assumsit.

17 Propter hoc, justum erat ut in omni re similis fieret fratribus suis, ut esset misericors, & [10] princeps Pontificum, fidelis in iis quæ sunt Dei: & esset expians peccata populi.

18 In eo enim quòd ipse passus est & tentatus est, potest auxiliari iis qui tentantur.

Angelis: [o] gloria & honore coronâsti eũ, & constituisti eum super opera manuum tuarum.

8 * Omnia subjecisti sub pedibus ejus. Enimverò per hoc quod ei subjecit omnia, nihil omisit quod non sit ei subjectum. [p] At nunc nondum videmus ei omnia esse subjecta.

9 [q] Sed Jesum illum [r] cernimus gloria & honore coronatum, qui * [s] paulisper fuit inferior Angelis factus, [t] propter [v] mortis perpessionem: ut beneficio Dei [x] pro omnibus [y] mortem gustaret.

10 [z] Decebat enim [a] ut [b] ipse propter quem sunt hæc omnia, & per quem sunt hæc omnia, multos filios in gloriam adducendo, [c] [d] principem salutis ipsorum per perpessiones consummaret.

11 [e] Nam & qui [f] sanctificat, & qui sanctificantur, [g] ex uno sunt omnes. Quam ob causam non erubescit eos vocare fratres.

12 [h] Dicens, * Annunciabo nomẽ tuum fratribus meis, in medio Ecclesiæ tibi hymnos canam.

13 [i] Et rursus, * Ego [k] fretus ero ipso. Et iterum, * [l] Ecce ego & pueri quos mihi dedit Deus.

14 Quoniam igitur pueri [m] participes sunt carnis & sanguinis, ipse quoque consimiliter particeps factus est eorumdem, * ut per mortem aboleret eum [n] penes quem est mortis robur, hoc est [o] diabolum:

15 Et liberos redderet quotquot metu [p] mortis per omnem vitam damnates erant servitutis.

16 [q] Non enim utique [r] Angelos assumsit, [s] sed semen Abrahami assumsit.

17 [t] Unde debuit [v] per omnia fratribus similis fieri, ut [x] misericors esset & [y] fidelis pontifex in iis quæ apud Deum *agenda forent*, ad expiandum peccata populi.

18 Nam ex eo quod perpessus fuit quũ [z] tentatus est, potest & iis qui tentantur succurrere.

[5] Deerat in impresso Syro Testamento סטר מן, id est Excepto. quod ex codice manuscripto antiquissimo illustrissimi principis Electoris Palatini restitui: ita ut sit sensus, Ipse enim excepto Deo, (hoc est Deitate sua excepta) pro omni homine gustavit mortem. Notum autem est, Gustare mortem, ex Hebraismo dici pro mori. Eodem sensu 11. ad Hebræos illud in hoc ipso paraphraste dicitur de Chanoch, q̃ non gustaverit mortem. quod intelligendum est ea ratione qua communiter homines eam gustare solent. Fuit enim singularis quædã immutatio potiùs quàm mors, de qua Paulus 1. Cor. 15. 51. alii tamen legunt, & meliùs (arbitror,) Ipse enim Deus per gratiam suam pro quovis homine gustavit mortẽ. Sic autem Græca loquutio exponitur ex usitata Hebræorũ phrasi, qui antecedens ita solent collocare, ut & relativi sui fungatur vicem. sic Genes. 9. 6. Ita sublata est ἀμφιβολία, quam sequente adnotatione Tremellius noster observavit. [6] In voce Syra בטיבותה affixum pronomen ambiguum est, ut possit verti Per beneficentiam ejus, videlicet Patris. vel, Per beneficentiam suam: ut ipsum Christum referat.

[7] Ad verbum, Per manum cujus omnia. Hebraismus. [8] Syriacè, Pro, non erubescet vocare. [9] Syrus textus verbum habuit plurale אשתותפו, Sed adeò certũ est librariorum errore pro singulari אשתותף fuisse positum, ut veritas non sim ipsum restituere: atque ita habebat manuscriptus codex Heidelbergensis. [10] Nomen Hebræum כמר, usurpat in bonam partem in tota hac epistola, quamvis malè sonet passim in Scriptura. 1. nempe sic appellant sacerdotes Syri, quòd ab aliis omnibus religionis ergò abstenti & seclusi essent, sive (ut Hebræorum vtamur voce) כעצרים votiva religione maxima: ut fuit ille Delaia, Nehem. 6. 10.

[o] In summo enim honoris gradu eminebunt, quum regni erunt participes. Loquitur autem de re futura in præsenti, quia certa est.

* 1. Cor. 15. 27.

[p] 2. Objectio, Atqui ubi est tanta ista dominatio?

[q] 2. Responsio, jam hoc impletum est in nostro illo capite Jesu, qui ad tempus nostri causa infra Angelos subsedit, homo factus: nũc autẽ in summam gloriam est evectus.

[r] Nimirùm ex ipsius virtute in Ecclesia manifestissimè apparente.

* Phil. 2. 9.

[s] Qui ad tempus se exinanivit, forma servi accepta.

[t] 2. Causam hujus subsidẽtiæ declarat, nempè ut nostra causa mortem gustaret, ac proinde expiatoris partes obiens, nostet non tantùm Propheta & Rex, sed etiam Sacerdos esset.

[v] Ut mori posset.

[x] 2. Hîc posita est vis argumenti. Neque enim cum ipso tandem glorificaremur, nisi pro nobis (& quidem omnibus credentibus) exinanitus fuisset. Atque hac occasione Apostolus ad alteram partem explicationis personæ Christi accedit, in qua sic Deum esse probat ut sit etiam homo.

[y] Mortem sentiret.

[z] 2. Cur Filium Dei, verum illum Deum (ut paulò antè probavit) nihilominus decuerit hominem fieri omnibus miseriis (excepto peccato) obnoxium, aliis præterea argumentis probat.

[a] 2. Primùm, Quia Pater, ad cujus gloriam tendunt hæc omnia, multos filios decrevit ad gloriam adducere. Quomodo autem homines haberet filios nisi unicus ejus Filius factus esset hominum frater?

[b] Deus. [c] 2. Secundò, Pater constituit illos filios ad gloriam adducere, nempe ex ignominia in qua anteà jacebant. Filius ergo non videretur planè homo factus, nisi aliis similis esset factus, ut eo ipso itinere perveniret ad gloriam quo alios adduceret. Imò illum principem salutis reliquorum, præ cæteris decuit illis afflictionibus consecrari Prophetam, Regem, ac sacerdotem, ad reliquorum salutem, quæ sunt istius principatus partes. [d] Antesignanum, & qui sicut est primus dignitate, ita est primogenitus ex mortuis inter multos fratres. [e] 2. Firmamentum utriusque superioris argumenti. Neque enim essemus filii in eo, neque afflictionibus consecrari potuisset, nisi homo nostri similis factus esset. Sed quoniam hæc filiatio a sola natura non pendet, quia non censetur Dei Filius nisi qui præterquam quòd homo est, etiam frater est Christi, (quòd fit sanctificatione, id est, coalitione per fidem cum Christo nos sanctificãte) ideò facit Apostolus mentionem sanctificantis (nempè Christi) & sanctificatorum (nempè omnium fidelium) quos propterea Christus dignatur fratrum nomine. [f] Præsenti tempore utitur, ut ostendat nos adhuc in hujus sanctificationis progressu versari. Sanctificationis autem nomine intelligit separationem, purificationem & consecrationem. [g] Ejusdem naturæ, scilicet humanæ. [h] 2. Quod de incarnatione sanctificatoris docuit, applicat prophetico muneri. * Psal. 22. 23. [i] 2. Idem applicat regiæ Christi potentiæ asserendis suis ab imperio diaboli & mortis. * Psal. 18. 3.

[k] Recipiam me in ejus fidem & præsidium. * Esa. 8. 18. [l] Hæc de se & discipulis suis dicit Esaias, sed omnes ministros adumbrans, ut illius discipuli vicissim Ecclesiam totam designant. Quum igitur Prophetarum ac Ministrorum caput sit Christus, meliore etiam jure hæc illi tribuuntur, quàm ipsi Esaiæ. vide in Esa. 8. [m] Constant carne & sanguine, fragili videlicet & caduca natura * Ose. 11. 14. 1. Cor. 15. 53. [n] Diabolus dicitur mortis imperium habere, quia auctor est peccati: peccato autem mors, atque adeò nos quotidie ad peccandum solicitat. [o] De uno loquitur, tamquam de uno principe, cui tacitè adjunguntur reliqui ipsius Angeli. [p] Mortem intellige cum ira Dei conjunctam, qualem extra Christum necesse est esse: ea autem nihil potest fingi miserius. [q] 2. Explicat vocabula illa carnis & sanguinis, verè hominem esse Christum ostendens, idque non divinæ suæ naturæ conversione, sed humanæ assumtione. Nominat autem Abrahamum, respiciens ad promissiones de hac re Abrahamo factas.

[r] Angelicam naturam. [s] Sed veram hominis naturam. [t] 2. Idem etiam applicat sacerdotio, ad quod non fuisset idoneus, nisi homo factus esset, & quidem per omnia nobis (excepto tamen peccato) similis. [v] Non solùm quod ad naturam, sed etiam quod ad qualitates attinet. [x] Qui nostrarum ærumnarum vero sensu tangeretur. [y] Syncerè munus suum petagens. [z] Quum exploraretur, & ad malum a Diabolo solicitaretur.

CAPUT TERTIUM.

[1] *Nunc ostendit quanto inferior sit Moses Christo:* [5.6] *nempè quantum distat servus a Domino.* [7] *Indè exhortationes minásque admiscet ex Davidis testimonio,* [8] *siquis vel contumaciter repugnet,* [12] *vel ad obsequendum sit tardior.*

VNde[a] fratres sancti, vocationis cælestis consortes, considerate[b] Apostolum & Pontificem[c] professionis nostræ Christum Jesum:

2 [d] * Fidelem ei qui ipsum[e] constituit: [f] ut & Moses *fidelis fuit* in tota domo ipsius.

3 [g] *Tanto* namque ampliore gloria præ Mose hic dignus est habitus, quanto majorem habet honorem is qui construxit domum quàm domus ipsa.

4 Omnis enim domus apparatur a quopiam: qui verò construxit hęc omnia, *est* Deus.

5 [h] Et Moses quidem fidus *fuit* in tota domo ipsius, ut famulus, ad testificanda quæ pòst erant dicenda:

6 At Christus ut filius domui suæ præest: [i] [k] cujus domus sumus nos, si modò [l] loquendi libertatem & spem illam de qua gloriamur, ad finem usque firmam retinuerimus.

7 Quapropter, sicut dicit spiritus ille sanctus, * Hodie si vocem ejus [m] audiveritis,

8 Ne obdurate corda vestra, sicut [n] in exacerbatione illa, in die tentationis illius in deserto:

9 Ubi tentaverunt me patres vestri, exploraverunt me, & viderũt opera mea per annos quadraginta.

10 Quapropter infensus fui isti genti: & dixi, Semper[o] errant corde, neque cognoverunt vias meas.

11 Itaque juravi in ira mea, Si introibũt in requiem meam.

12 [p] Videte, fratres, nequando sit in ullo vestrûm cor malum incredulum, desciscendo a Deo vivo:

13 Sed exhortamini alii alios quotidie, [q] quoad appellatur dies hodiernus: nequis ex vobis induretur seductione peccati.

14 [r] Christi enim consortes facti sumus, si modò [s] principium illud quo sustentamur firmum retinuerimus ad finem usque:

15 *Interim* [t] dum dicitur, Hodie si vocẽ ejus audieritis, ne obdurate corda vestra, ut in illa exacerbatione.

16 Nam quidam quum audissent, exacerbârunt *Dominum:* non omnes tamen ii qui exierant ex Ægypto per Mosen.

17 Quibus autem infensus fuit quadraginta annis? nonne iis qui peccaverant, quorum [v] artus conciderunt in deserto?

PRoinde, fratres mei sancti, qui vocati fuistis vocatione quæ est e cælo, considerate hunc legatum & principem Pontificum [1] professionis nostræ, Jeschua Christum:

2 Quòd fidelis sit ei qui [2] fecit ipsum, sicut Musche in tota domo illius *fidelis fuit.*

3 *At verò* amplior est gloria hujus multò quàm Musche, sicut amplior est honor ædificantis domum multo quàm ædificii ipsius *domus.*

4 Omnis enim domus ab homine ædificatur: is autem qui ædificat omnia, Deus est.

5 Et Musche, tamquam servus, fideliter se gessit in domo tota, in testimonium illorum quæ dicenda erant [3] per ipsum:

6 Christus verò *præest* tamquam filius super domum suam: [4] & domus ejus nos sumus, si usque in finem retinuerimus [5] fiduciam & gloriationem [6] spei ejus.

7 Quia dixit Spiritus sanctus, Hodie si vocem ejus audieritis,

8 Ne obduretis corda vestra ad exacerbandum ipsum [7] tamquam [8] exacerbatores, & sicut in die tentationis quæ fuit in deserto,

9 Ubi tentaverunt me patres vestri, & probaverunt *ac* viderunt opera mea quadraginta annis.

10 Propter hoc molestè tuli generationem illam: & dixi quòd populus est quorum cor errat, & ipsi non noverunt vias meas:

11 Adeò ut juraverim in ira mea, quòd non essent ingressuri in requiem meam.

12 Cavete igitur, fratres mei, ne sit in aliquo ex vobis cor malum, quod non sit fidele, & deficiatis a Deo vivente:

13 Sed [9] examinate vosipsos omnibus diebus usque ad diem qui vocatur hodiernus, neque induretur ullus ex vobis per deceptionem peccati:

14 [10] Participes enim facti sumus cum Christo, si a principio, [11] & usque ad finẽ in ipso stabilimento hoc firmo perseveraverimus:

15 Sicut dicitur, Hodie si [12] vocem ejus audiveritis, ne obduretis corda vestra ad exacerbandum eum.

16 Qui sunt enim illi qui audiverunt, & exacerbaverunt eum? nónne omnes illi qui egressi sunt ex Ægypto [13] per manũ Musche?

17 Et quos molestè tulit quadraginta annis, nisi eos qui peccaverunt, & ossa eorum ceciderunt in deserto?

[a] 1. Substraeto fundamento, id est. explicata & probata utraque unius ejusdémque Christi natura, triplex ei munus tribuit, nempè Propheticum, Regium, & Sacerdotale: in isti tuta ejus collatione cum Mose & Josue, quod ad Doctoris & rectoris munus attinet, usque ad capitis proximi versic. 14. Cum Aarone verò in Pontificatu. Proponit autem de quo dicturus est gravissima cum exhortatione, ut in Christũ tamquam unicum illum æternũ doctorem, Rectorem ac Pontificem omnis nostra fides referatur.

[b] Legatum & nuncium, sicut Rom. ca. 15. dicitur minister circumcisionis.

[c] Ejus doctrinæ quam profitemur nimirùm Evangelicæ.

[d] 2. Duplici ratione hanc adhortationẽ stabilit: primò quòd Christus Jesus sit a Deo talis designatus: secundò, quòd idem impositis sibi a Patre muneribus penitùs sit defunctus.

* *Num. 12. 7.*

[e] Subaudi Apostolum & Pontificem.

[f] 3. Jam accedit ad collationem cum Mose: quos inter se similes facit, quòd uterque præfectus fuerit domui Dei, & fideliter opus suum peregerit: sed mox in illa similitudine maximam esse imparitatem ostendit.

[g] 3. Prima collatio, Architectus præstantior est domo ipsa, ergo & Christus Mose Ratio consequutionis est, quia hujus domus architectus Deus est, quod Mosi tribui non potest: ac proinde Moses non propriè fuit architectus, sed ipsius domus pars: Christus verò ut Dominus ac Deus totam hanc domum est architectatus.

[h] 5. Altera collatio, Moses fuit fidelis servus in hac domo, (id est, in Ecclesia) subserviens venturo Domino: Christus autem regnat & præest ut Dominus domi suæ.

[i] 6. Applicat suo fini superiorem doctrinam, verbis Davidis omnes exhortans, ut jam Filium ipsum loquentem audientes, ejus verbis plena fiducia acquiescant, quum aliter non possint in æternam illam requiem admitti.

[k] Cujus. subaudi Christi.

[l] Fiduciam vocat effectum illud fidei præstantissimum quo fit ut clamemus Abba, Pater: fiduciæ autem spem conjungit.

* *Psal. 95. 8. Infr. 4. 7.*

[m] Iterum ergo post Mosem Deus erat loquuturus.

[n] In die exacerbationis, vel contentionis.

[o] Vecordes sunt & insani.

[p] 8. Jam expendens verba Davidis, primùm ostendit ex particula *Hodie*, negligendam non esse occasionem tantisper dum adhuc viget. Neque enim ad seculum Davidis restringendam esse vocem illam, sed totum illud tempus complecti quo Deus nos compellat.

[q] Quoad durat dies hodiernus, i. quamdiu offertur nobis Evangelium.

[r] 8. Jam ponderat verba illa, Si audiveritis vocem, &c. explicans ista de auditu fidei dici, cui opponitur obduratio per incredulitatem.

[s] Principium fiduciæ: principium autem vocat Hebræorum more, quod præcipuum est, & in quo tamquam principio, tota nostra fiducia vertitur.

[t] Quamdiu hæc vox personat.

[v] Cadavera.

[1] Vel confessionis.

[2] Facere, pro Ordinare & evehere, 1. Sam. 12. 6.

[3] Ad vet. Per manũ ipsius. Hebraismus.

[4] Ad vet. Et est domus ejus nos, i. Quę domus ejus nos sumus.

[5] Ad vet. revelationem facierum. Periphrasis confidentiæ.

[6] Passivè, Quã par est nos in eo defixam habere.

[7] Deerat Caph prima affixi pronominis litera, quã nos restituimus ex manuscripto Syro codice.

[8] In Syriaco textu erat מ מרמרנא כמרמרנא, posito per librariorum incuriã מ Mem loco כ Caph.

[9] Ad verb. postulate a vobisipsis. Est enim exhortatio, qua is qui utitur, ea declarat quid requirat in eo quem hortatur.

[10] Ad verb. Commixti.

[11] Redundat copula, ex Hebraismo.

[12] Ad verb. Filiam vocis ejus. Vide annotata in finẽ duodecimi Actorum.

[13] i. Ministro & duce Mose. Hebr.

18 Et de quibus juravit quòd nõ essent ingressuri in requiem suam, nisi de illis qui non acquieverunt?

19 Et videmus quòd non potuerunt ingredi, quia non crediderunt.

18 Quibus autem juravit non ingressuros in requiem suam, nisi iis qui non obedierunt?

19 Et videmus non potuisse ingredi propter incredulitatem.

CAPUT QUARTUM.

[1] Adhortationem comminationi admiscet, ne quemadmodum patres, requie sibi oblata priventur: [11] sed in eam ingredi studeant. [14] Inde initium facit tractandi de sacerdotio Christi.

[1] METuamus igitur, ne, quum firma sit promissio ingressus in requiem ejus, inveniatur aliquis in vobis qui cesset ab ingrediendo.

2 Nam nobis etiam evangelizatum est sicut etiam illis, sed non profuit illis sermo quem audiverunt, quia non contemperatus fuit cum fide apud illos qui audiverunt ipsum.

3 Ingredimur autem in requiẽ nos qui credidimus. sic enim dicit, Sicut juravi in ira mea, quòd non intrabunt in requiem meam: [2] nam ecce, opera Dei ab initio ipso mundi fuerunt.

4 Sicut dixit de Sabbatho, Requievit Deus die septimo ab operibus suis omnibus.

5 Et hîc rursum dicit, Quòd non intrabunt in requiem meam.

6 Quoniam igitur erat locus [3] in quem unusquisque ingrederetur, & illi, quibus prioribus prædicatum fuerat, non ingressi fuerunt eo quòd non [4] acquieverunt:

7 Rursum diem alium ponit post tempus multum, sicut suprà scriptum est quòd dixerit David, Hodie si vocem ejus audieritis, ne obduretis corda vestra.

8 Si enim Jeschua filius Nun requiem præstitisset illis, nõ fuisset [5] loquutus postmodum de die alio.

9 Itaque firmum *id* est, Sabbatizandum esse populo Dei.

10 Qui enim ingressus est in requiem ejus, requievit etiã ipse ab operibus suis, sicut Deus a suis.

11 Studeamus igitur ut ingrediamur in illam requiem, ne concidamus ad instar eorum [6] qui non acquieverunt.

12 Vivus est enim sermo Dei, & omniũ effector, & acutior multo quàm [7] gladius anceps, & ingreditur usq; ad divisionem animæ & spiritus, & commissurarum, & medullæ & ossium, & dijudicat cogitationes & consilia cordis:

13 Nec est creatura quæ occulta sit a conspectu ejus, sed omnia nuda & manifesta sunt ante oculos ejus [8] cui reddunt rationem.

14 Quia igitur est nobis princeps Pon-

METuamus igitur nequando derelicta promissione introeũdi in requiem ejus, videatur aliquis ex vobis illa fuisse per tarditatem exclusus.

2 [a] Etenim nobis evangelizatum est, sicut & illis: at non profuit illis auditus sermo, ut [b] qui fide contemperatus non fuerit apud illos qui audierant.

3 [c] Introimus enim in requiem nos qui credidimus, sicut dixit, *Itaque juravi in ira mea, si ingressuri sint in requiem meã: quamvis operibus a jacto mundi fundamento factis.

4 Ita enim dixit quodam in loco de septimo die, * Et requievit Deus die septimo ab omnibus operibus suis.

5 Et hîc rursum, Si introibunt in requiem meam:

6 Quia igitur reliquum est ut aliqui introeãt in eam, & quibus priùs evangelizatum fuit, non introierunt propter contumaciam:

7 Rursum quemdam præfinit diem, Hodie, apud Davidem dicens tanto post tempore, (prout dictum est) *Hodie si vocem ejus audieritis, ne obdurate corda vestra.

8 Nam si [d] Jesus eos in requie collocasset, nequaquam de alio posthac die loquutus fuisset.

9 Itaq; reliquus est aliquis sabbatismus populo Dei.

10 [e] Nam qui ingressus est in requiem ipsius, requievit & ipse ab operibus suis, quemadmodum a suis Deus.

11 [f] Studeamus igitur ingredi in illam requiem, [g] nequis in idem incidat contumaciæ exemplum.

12 [h i] Vivus enim *est* [k] sermo Dei & efficax, & penetrantior quovis gladio anciptiti: & pertingit usque ad divisionem [l] animæ simul [m] ac spiritus, compagúmque & medullarum: & dijudicat cogitationes & conceptus cordis.

13 Nec est ulla res creata non manifesta in conspectu ipsius: [n] imò omnia *sunt* nuda & intimè patentia oculis ejus quîcum nobis est negotium.

14 [o] Habentes igitur Pontificem ma-

[1] In codice Syriaco scriptũ erat דעל חכיל, atque cõjungebatur cum superiore capite: nos autem veram lectionem restituimus, atque perversam capitis sectionẽ emendavimus. Nemini enim dubiũ esse potest locũ corruptum esse, ex quo nullus sensus colligi possit. Ex Græcis autem facilè intelligitur legendum esse נרחל חכיל. Timeamus igitur. Porrò errori causam dedisse videtur similitudo vocis & literarũ.

[2] F. Vel quum ecce, &c. vel quamvis jam opera, &c. qd meliùs respondet Græco, neque est Hebræis & Syris insolens hæc significatio.

[3] Ad verb. Ad quem homo ingressus esset. Syrè, דאנש נעול לה.

[4] Vel, Persuasi fuerunt.

[5] Subaudi, Deus per os David.

[6] Vel, Persuasi fuerunt.

[7] Syrè, Duorũ orium, i. Acierũ. Hebr. חרב פיפיות.

[8] F. i. cui singuli rationem tenentur reddere, & reipsa reddituri sunt. impersonaliter sumtum.

[a] B. His verbis, *vocem ejus*, declarat significari a Davide prædicationẽ Christi, qui tunc quoque annunciabatur, quum Moses & Prophetæ non aliò respicerent.

[b] Evangelii prædicationẽ potui comparat, quæ hausta, id est, audita, nihil prosit nisi temperetur fide.

[c] B. Nequis objiceret illa intelligi de terra Chanaan & Mosis doctrina, ac proinde ad Christum & vitam æternam non rectè trahi, ostendit Apostolus, duplicem requiem in Scripturis commemorari, unam diei septimi, qua Deus dicitur ab omnibus operibus suis quievisse, alteram verò commemorari in quam Josua populum introduxit: sed quæ requies non sit ultima ad quam vocamur, quod probat duabus rationibus. Quũ enim tanto post tempore David populũ alloquens in terra Chanaan collocatum, utatur adverbio Hodie, & minetur non ingressuros in requiem Dei qui vocẽ Dei túc sonantem repudiârint, necesse est dicamus aliud tempus quàm tempus Mosis, & aliam requiem quàm terram Chanaan, ab eo significari. Ea verò est æterna illa in qua cessante hujus vitæ cursu, incipimus Deo vivere, sicut Deus die septimo ab illis suis operibus (id est, ab hoc condendo mundo) destitit. Significat autem simul Apostolus, in uno demum Evangelio aperiri hujus requietis iter, quam Moses, & terra Chanaan, & tota illa Legalis œconomia adumbravit. [1] *Psalm. 95. 11.* [2] *Genes. 2. 2. Deuteronom. 5. 14.* [3] *Supr. 3. 7.* [4] De Josue loquitur filio Nun: velut autem terra Chanaan typus fuit veræ nostræ quietis, sic Josue, Jesu typus fuit. [e] Velut Deus septimo die quievit, sic nobis ab operibus nostris, id est, quæ a natura nostra corrupta proficiscuntur, est quiescendum. [f] B. Redit ad exhortationem. [g] Nequis fiat simile infidelitatis exemplum.

[h] B. Amplificatio a natura verbi Dei, cujus ea vis est ut in ima usque animi penetralia penetret, contumacibus lethale vulnus infligens, credentes verò planè vivificans. [i] Vivum vocat sermonem ab ejus effectis in iis quibus annunciatur. [k] Doctrina Dei annunciata tum in Lege tum in Evangelio. [l] Animam vocat in qua resident affectus. [m] Spiritum, id est, partem illam nobilissimam, quæ mens dicitur.

[n] Dei. [o] B. Jam aggreditur Pontificatus Christi collationem cum Aaronis sacerdotio, & in ipso statim initio summam huius Pontificis excellentiam declarat, cum vocans Filium Dei, & in ipsis cælis ad tribunal Dei collocans, non obscura antithesi cum Aaronicis sacerdotibus & tabernaculo caduco: quas comparationes posteà luculenter declarat.

gnum,

gnum, qui transivit cælos, Iesum Filium Dei, [p] retineamus *hanc* professionem.

15 [q] Non enim habemus Pontificem qui non possit affici sensu infirmitatum nostrarum, sed tentatum in omnibus similiter, absque *tamen* peccato.

16 Accedamus igitur cum loquendi vbertate ad thronum gratiæ, ut consequamur misericordiam, & gratiam inveniamus ad opportunum auxilium.

p Retineamus, nec sinamus e manibus nostris elabi.

q 2. Ne videretur tanta hujus nostri Pontificis gloria nos ab ipsius aditu prohibere, subjicit eū nihilominus verè nostrum fratrem esse (quod etiam anteà probavit) ad se vocet.

tificum maximus, Ieschua Christus, Filius Dei qui ascendit in cælum, perseveremus in professione ejus.

15 Non enim est nobis princeps Pontificum qui non possit [9] compati infirmitatibus nostris, sed qui tētatus fuit in omni re sicut nos, excepto peccato.

16 Accedamus igitur [10] retecto oculo ad thronum gratiæ ejus, ut consequamur misericordiam, & inveniamus gratiam in auxilium *impetrandum* in tempore afflictionis.

9 Ad verb. Pati cum infirmitate nostra.

10 Periphrasis est confidentis, sicut & illa quæ priùs declarata est de retectione facierum: cui opponitur cooperitio oculorum præ pudore aut mœrore, vel conscientia offensionis: q̄ verat ne possim' ej' & nostras omnes miserias, suas ducere, ut intrepidè nos cōspectū ferre quē scimus nobis esse infensum. Esther. 7. 8. vide 2. Cor. 3. 12.

CAPUT QUINTUM.

1 Primò docet quodnam sit summi pontificis officium: 6 Secundò, Christum a Deo nostrum pontificem constitutum esse, 7 & verè præstitisse quæ summi Pontificis erant.

NAm [a] omnis Pontifex ex hominibus assumtus, pro hominibus constituitur in iis quæ apud Deū *agenda sunt:* [b] ut offerat [c] dona & [d] victimas pro peccatis.

2 Qui quantum [e] satis est possit miserari [f] vicem ignorantium & aberrantium: quod & ipse [g] circumdatus sit infirmitate:

3 Et propter hanc debeat, sicut pro populo, ita & pro seipso offerre *victimam* pro peccatis.

4 [h] Neque sibiipsi quisquam sumit hūc honorem, sed qui vocatur a Deo, *sicut & Aaron.

5 Ita & Christus non ipse sibi hunc honorem tribuit ut fieret Pontifex, sed is qui dixit ei, *Filius meus es tu, ego hodie genui te.

6 Sicut & in alio *Psalmo* dicit, *Tu *es* Sacerdos in æternum secundùm [i] ordinem Melchisedeci.

7 [k] Qui in [l] diebus carnis suæ, deprecationibus & supplicationibus oblatis cū clamore valido & lacrymis apud eū qui poterat [m] ipsum servare a morte, & exauditis precibus, *liberatus* ex metu,

8 Quamvis filius esset, *tamen* ex iis quæ passus est [n] didicit obedientiam:

9 [o] Et [p] consummatus factus est auctor salutis æternæ omnibus ei auscultantibus.

10 Cognominatus a Deo Pontifex secundùm ordinem Melchisedeci.

11 [q] De quo nobis multa sunt dicenda, eáque difficilia explicatu: quandoquidem segnes facti estis auribus.

12 [r] Vos enim quos oportuit pro temporis ratione doctores esse, rursum opus est doceri quæ sint elementa initii eloquiorum Dei: factíque estis ii quibus lacte sit opus, & non solido cibo.

13 Enimvero cui cum lacte res est, is

a 1. Primæ collationis Christi Pontificatus cum Aaronico, pars prior: Alii pontifices sumuntur ex hominibus, & vocātur humano quodam more.

b 1. Alterius collationis pars prior: Alii ut infirmi constituuntur pontifices, ut ejus mali sensu affecti q̄ est illis cū toto populo cōmune, dona & victimas quæ sint communis fidei ac resipiscentiæ testes, suo ac populi nomine offerant.

c Oblationes rerum vitæ expertium.

d Pecudes quæ jugulabantur, potissimùm verò in sacrificiis pro delicto & peccato.

e Qui sit aptus & idoneus.

f Eorum qui in peccatis sūt constituti: nā apud Hebrēos ignorantiarū & errorum nomine quodvis peccatum intelligitur: etiam voluntarium.

g Quòd & ipse naturam iisdem incommodis & vitiis obnoxiam circumferat.

h 1. Tertia collatio integra, Vocantur alii a Deo, sic & Christus, sed alio ordine quàm Aaron. Dicitur enim Christus filius ex Deo genitus, & Sacerdos æternus secundùm ordinem Melchisedek. *1. Par. 22. 18. *Psalm. 2. 7. Supr. 1. 5. * Psalm. 110. 4 Infr. 7. 17.

i Secundùm similitudinem, ut infr. explicatur 7. 15. puta in narrationis ordine & modo a Mose adumbratam, Genes. 14. k 1. Secundæ collationis pars altera, Christus verò insigniter afflictus & insignitet misericors, non pro suis peccatis quæ nulla erant, sed pro suo metu rogavit quod impetravit, & seipsum pro omnibus suis obtulit. l Quum adhuc nobiscum infirma & imbecilla nostra natura præditus degeret. m Ipsum eximere morte. n Reipsa expertus est quid sit Patrem habere, cui parendum sit. o 1. Primæ collationis pars altera, Christus autem consecratus est a Deo Patre, ut nostræ salutis auctor & æternus Pontifex, ac proinde ita homo ut sit longè supra omnes homines. p Vide supr. 2. 10. q 1. Digressio usque ad septimi capitis initium, qua Hebræos partim retinet Apostolus in attenta consideratione eorum quæ dixerat, partim ad ea intelligenda præparat, de quibus dictutus est. r 1. Exemplum Apostolicæ objurgationis.

OMnis enim princeps Pontificum qui ex filiis hominis est, pro filiis hominis assistit, in iis quæ Dei sunt, ut offerat oblationes & victimas pro peccatis.

2 Et qui possit deprimere seipsum, & compati iis qui ignorantes sunt & errantes: propterea quòd etiam ipse infirmitate indutus est.

3 Et propter eam debitor est, ut sicut pro populo, ita pro seipso offerat pro peccatis suis.

4 Et nequaquam sibiipsi quisquam assumit honorem, sed qui vocatur a Deo sicut Aharon.

5 Ita etiam Christus nequaquam semetipsum glorificavit, ut esset princeps Pontificū, [1] sed is qui dixit ei, Filius meus es tu, ego hodie genui te.

6 Sicut etiam in loco alio dicit, Tu es Pontifex in æternum secundùm similitudinem Melchisedek.

7 Etiam quum carne indutus esset, precationem & supplicationem cum clamore valido & cum lacrymis offerebat ei qui potens erat ut a morte excitaret eum, & exauditus est:

8 Et [2] quamvis Filius esset, [3] ex metu & passionibus quas sustinuit, didicit ipsam obedientiam.

9 Atque ita perfectus est, & factus est omnibus qui auscultant ei, causa vitæ æternæ.

10 Et nominatus est a Deo princeps Pontificum secūdùm similitudinem Melchisedek.

11 De ipso autem [4] Melchisedek multus nobis sermo est quem eloquamur, & occupatio ad exponendum illud quia estis infirmi in auditu vestro.

12 Debuissetis enim doctores esse, [5] quia tempus vobis ad institutionem *fuit*. Nunc autē rursum opus habetis ut discatis hęc ipsa [6] scripta prima principii sermonum Dei: & [7] opus habetis lacte, & non cibo firmo.

13 Omnis autem homo, cujus cibus lac

1 Subaudi Glorificavit eum.

2 Syr. כד טב, cui prorsus respondet Gallicè *Combiē que*, & Germanicè *Wie wol.*

3 Videtur Paraphrastes intelligere horrorem illū quo affectus fuit Christus, & mortis metū cum quo, imminente passionis suæ tempore, luctatus est.

4 1. Hoc additamentū vel glossema, sive a Syro interprete sit, sive a lectore scitulo, quòd additur Melchisedeci nomen, probare nequeo. De veritate enim potiùs quàm de typo illius loquitur Apostolus.

5 1. Diu in Christi schola versati estis, atq; ideo hæc jam scire debetis.

6 1. prima elementa doctrinæ Dei.

7 Ad verb. Et fuistis vobis opus habentes super lac.

est, non

est, nō est edoctus in sermonem justitiæ: quia imperitus est:

14 Perfectorum autem est cibus firmus, qui quia disquirunt, expediti sunt sensus eorum ad discernendum bonum & malum.

rudis est[s] sermonis justitiæ. (infans enim est,)

14 Sed adultorum est solidus cibus, eorum *videlicet* qui propter habitum, [t] sensus habent exercitatos ad discretionem boni ac mali.

[s] Sermonis quo docetur justitia.

[t] Omnes intelligendi & judicandi facultates.

CAPUT SEXTUM.

[1] *Hebræorum puerilem ignaviam perstringens,* [4] *severa denunciatione eos terret,* [7] *& maturè proficiendi studium excitat,* [9] *meliora de ipsis sperans.* [13] *Abrahæ exemplum citat,* [17] *Fidemq; verbo Dei innixam* [19] *anchoræ comparat.*

PRoptereà relinquemus [1] prima principia sermonis Christi, & veniemus ad perfectionem. [2] alioquin nunquid rursum aliud fundamentum jacitis de conversione ab operibus mortuis, & de fide quę est in Deum,

2 Et de doctrina baptismatis, & impositionis manus, & de resurrectione quę [3] est ex mortuis, & de judicio quod est in æternum?

3 Si Dominus permiserit, faciemus hoc.

4 Atqui non possunt illi qui semel ad [4] baptismum descenderunt, & gustaverūt donum quod est e cęlo, & acceperunt Spiritum sanctum,

5 Et gustaverunt sermonem bonum Dei, & virtutem seculi futuri:

6 [5] Qui rursum peccaverunt, *non possunt inquam* de integro renovari ad conversionem: quippe qui de integro crucifigunt Filium Dei, & subjiciunt ignominiæ.

7 Terra enim quę imbiberit pluviam quæ venit super eam [6] vicibus multis, & produxerit herbam quę utilis est eis propter quos colitur, recipit benedictionem a Deo:

8 Si eveniat autem ut producat carduos & tribulos, fit reproba, & non longè distat a maledictione, sed finis ejus est combustio.

9 Persuasi autem sumus de vobis, fratres mei, ea quę sunt bona & affinia saluti, etiamsi ita loquamur.

10 Nequaquam enim injustus est Deus, ut obliviscatur operum vestrorum, & charitatis vestrę quam ostendistis in nomine ejus, qui ministrastis sanctis & ministratis.

11 Cupimus autem ut unusquisque ex vobis hoc ipsum studium ostendat ad complementum spei vestræ usque in finem:

12 Et ut non [7] abscindatur vobis, sed sitis imitatores illorum qui per fidem & longanimitatem facti sunt hęredes promissionis.

13 Abrahę enim quum promitteret Deus, quia non erat ipsi qui major esset se ut per eum juraret, juravit per semetipsum:

14 Et dixit, [8] Benedicendo benedicam tibi, & multiplicando multiplicabo te.

15 Et ita [9] patienter exspectavit, & consequutus est promissionem.

Quapropter omisso [a] qui in Christo rudes inchoat sermone, ad perfectionem feramur: [b] non jacientes rursum fundamentum resipiscentiæ ab operibus mortuis, & fide in Deum,

2 Baptismatum doctrinæ, ac manuum impositionis, & resurrectionis mortuorū, & judicii æterni.

3 Atque id faciemus, siquidem permiserit Deus.

4 *[c] Nam [d] fieri nō potest ut qui semel fuerint illuminati, [e] gustaverintque donū illud cęleste, & participes facti fuerint Spiritus sancti,

5 Gustaverintque bonum Dei verbum, ac virtutes futuri seculi:

6 Si prolabantur, denuò renoventur ad resipiscentiam, ut qui rursum [f] crucifigant sibi Filium Dei, & ignominię exponant.

7 [g] Nam terra quæ imbrem sæpiùs in se venientem combiberit, & progenuerit herbam accommodam iis per quos excolitur, particeps fit benedictionis a Deo:

8 At quæ profert spinas & tribulos, rejectanea *est*, & maledictioni proxima: cujus exitus *rendit* ad exustionem.

9 [h] Sed nobis persuasimus de vobis, dilecti, quæ meliora sunt, & saluti adhęrentia, etiamsi ita loquamur.

10 [i] Non enim injustus est Deus, ut obliviscatur operis vestri, & laboriosæ charitatis quam ostendistis erga ipsius nomen: *ut* qui ministraveritis sanctis & ministretis.

11 Cupimus autem ut unusquisque vestrūm idem studium ad finem usque ostēdat, ad certam spei persuasionem:

12 [k] Ut ne sitis segnes, sed imitatores eorum qui per fidem & patientem animū hæreditario jure obtinent promissionem.

13 [l] Deus enim pollicitus Abrahamo, quum non posset per quemquam majorem jurare, juravit per seipsum,

14 Dicens, *Certè [m] benedicens benedicam tibi, & multiplicās multiplicabo te.

15 Atque ita patiente anima fretus, nactus est promissum.

[1] Ad verb. Inchoationem.

[2] 1. Ad verb. aut cur iterum fundamentum alterum jacitis, &c. ἐξηγεῖται omnia, & eodem omnino sensu.

[3] Syr. De inter mortuos. 1. vel de domo mortuorum.

[4] Nam immergebātur aquis.

[5] In impresso erat דתוב, Et rursum: sed manuscriptū codicē sequutus scripsi דתוב. Qui rursum: quod etiā cum Græco magis consentit. 1. vel quum rursum peccaverunt, id est, a justitia deficientes certa malitia in omne peccatū projecti sunt, Spiritūmque sanctum extinguūt & exacerbāt ultrò. Hoc enim est Hebræis חטא, & Græcis παραπίπτειν, Genes. 14. 10. & 24. 54.

[6] Ad verb. Tēporibus. i. Quę sæpius irrigat eam.

[7] 1. Putà diligens illud imitationis studium, de quo verbis sequentibus, ex præcedente versu.

[8] i. prolixè benedicam tibi & multiplicabo te. Hebraismus.

[9] Ad verb. Continuit Spiritū suum. Loquutio Syra & Chaldæa jam sæpiùs indicata.

[a] Primis Christianismi principiis, quæ Catechismum vocant.

[b] 1. Capita Catechismi quæ summa quidem totius Evangelicę doctrinę complectuntur, sed paucis & summariè (ut loquuntur) rudibus tradebantur, professio videlicet resipiscentię & fidei in Deū: cujus doctrinæ articuli (quos vocant) ab extraneis quidem exigebantur statis Baptismi diebus: a fidelium autem liberis in infantia baptizatis, quum eis imponebantur manus. Inter eos autem articulos, diserte numerantur duo, nempe carnis resurrectio, & judicium æternum.

* *Mat. 12. 31. 2. Pet. 2. 20. Infr. 10. 26.*

[c] 1. Pondus addit suæ exhortationi, gravissima comminatione certi Apostatarum exitii.

[d] De apostasia universali loquitur, non autem de peccatis humana infirmitate cōtra primā aut secundam tabulam admissis.

[e] Notanda emphasis hujus verbi, aliud enim est credere, ut Lydia cujus Deus cor aperuit, Act. 16. 15. aliud gustum aliquem habere.

[f] Ut qui odio ferantur in Christum, & quasi eum rursus crucifixum omnium ludibrio exponant, sdque suo ipsorum exitio, quod fecit Julianus Apostata.

[g] 1. Exornat superiorem comminationem, proposita similitudine.

[h] 1. Lenit omnem illam asperitatem, meliora de iis sperans quibus hæc scribit.

[i] 1. Laudat eos a charitate, ut ad perseverantiam hortetur.

[k] 1. Ostendit quibus præcipuè virtutibus ad constanter pergendum atque adeò ad proficiendum sit opus, charitate nimirum & patientia: & nequis ista factu impossibilia esse objiciat, jubet ut majorum exempla sibi proponant imitanda.

[l] 1. Alius stimulus, Quòd certa sit spes hæreditatis si ad extremum perseveremus: quoniam non tantùm id promisit Deus, sed etiam cum jurejurando promisit. * *Genes. 12. 2. & 17. 4.*

[m] Cumulatissimè te beneficiis cumulabo.

16 Nam homines quidem per eum jurant, qui sit major: atque iisdem omnis controversiæ terminus, est jusjurandum ad confirmationem *adhibitum*.

17 Qua in re Deus volens[n] ex abundanti hæredibus promissionis ostendere immutabilitatem consilii sui, fidejussit jurejurando:

18 Ut per duas res immutabiles, in quibus fieri non potest ut mentitus sit Deus, validam consolationem habeamus *nos* qui cursum *eò* corripuimus ut spem propositam retineamus.

19 [o] Quam velut animæ anchoram habemus tutam ac firmam, & ingredientem usque in ea quæ sunt intra velum.

20 [p] Quò præcursor pro nobis ingressus est Jesus, factus secundùm ordinem Melchisedec Pontifex in æternum.

16 Filii enim hominis per majorem se jurant, & omni controversiæ quæ est inter illos, finis firmus per juramentũ[10] imponitur.

17 Quapropter abundè voluit Deus ostendere hęredibus promissionis, quòd pollicitatio sua non mutaretur, & [11] obstrinxit eam juramento:

18 Ut per duas res quæ non mutantur, in quibus non potest Deus mentiri, consolatio magna sit nobis qui confugimus ad eum, & retineamus spem quæ promissa est nobis.

19 Quæ est nobis velut anchora quæ retinet animam nostram, ut non commoveatur, & ingreditur intra[12] velum:

20 Ubi priùs ingressus est pro nobis Jesus, & factus est Pontifex in æternum, secundùm similitudinem Melchisedek.

[n] Amplius etiam quàm necesse esset, nisi hoc flagitaret hominũ improbitas, qui ne jurato quidem Deo credunt.

[o] B. Spem comparat anchoræ: quoniã sicut anchora in profundum maris projecta totam navim firmat, ita etiã spes in ipsa usque cælorũ adyta penetret. Mentionẽ autẽ facit sanctuarii, alludẽs ad Tabernaculum vetus, & hac ratione regreditur ad illas collationes Pontificatus Christi cum Levitico.

[10] Syrè, Fit ei, pleonasmus relativi, Hebræorũ more.

[11] Ad verb. Ligavit quasi fascia.

[12] Ad verb. Faciem portæ. Vide quæ annotata sunt in 27. Matt.

[p] B. Repetit Davidis verba, quibus omnes illæ collationes quas anteà commemoravit significantur: sicut toto sequenti capite declarat.

CAPUT SEPTIMUM.

[1] *Hactenus ipsos stimulavit, ut attentè expenderent quæ ipsis in Melchisedeco consideranda sunt,* [15] *in quibus ipsi similis sit Christus:* [20] *in summa, cur cedere Lex Evangelio debeat.*

NAm [a] hic * Melchisedecus rex *erat* Salem, Sacerdos Dei altissimi, qui occurrit Abrahamo revertenti a cæde regum, & [b] benedixit ei:

2 (Cui & decimas ex omnibus impartitus est Abrahamus:) qui primùm quidẽ ex interpretatione dicitur Rex justitiæ, deinde verò etiam Rex Salem, quod est rex pacis:

3 [c] Sine patre, sine matre, sine genere: nec initium dierum, neque vitæ finem habens: sed assimilatus Filio Dei, manet Sacerdos in perpetuum.

4 [d] Spectate verò quantus hic *fuerit*, cui Abrahamus etiã ille patriarcha * decimas spoliorum dederit.

5 Et ii quidem qui sunt ex Filiis Levi, Sacerdotium accipientes, pręceptum habent decimarum accipiendarum a populo secundùm Legem, hoc est a fratribus suis, licet[e] egressis ex lumbis Abrahami.

6 Is verò cujus genus ad illos non refertur, decimas accepit ab Abrahamo, & habenti promissiones benedixit.

7 [f] Porrò sine ulla cõtroversia, id quod minus est, ab eo quod majus est benedicitur.

8 [g] Atque hîc quidem homines qui moriuntur, decimas accipiunt: illic autem is de quo testatum est quòd vivat.

9 Et (ut ita loquar) in Abrahamo decimatus est etiam ipse Levi, qui decimas solet accipere.

HIc autẽ Melchisedek est rex Salem, Pontifex Dei excelsi: & ipse occurrit Abrahæ quum reverteretur a devastatione regum, & benedixit ei:

2 Et ipsi [1] separavit Abraham decimas ex omni re quæ erat apud se. Exponitur autem nomen ejus, Rex justitiæ: & rursus, Rex *erat* Salem, quod est Rex pacis:

3 Cujus nec pater nec mater scripti sunt in genealogiis, neque principium dierum ejus, neque finis vitæ ejus: sed in similitudinem filii Dei manet pontificatus ejus in æternum.

4 Considerate verò quàm magnus *fuerit* hic, cui Abraham patriarcha dederit decimas & primitias.

5 Illis enim ex filiis Levi qui accipiebant pontificatum, [2] mandatum erat Legis ut [3] acciperent decimas a populo: *ut* ipsi, *inquam*, *decimas acciperent* a fratribus suis, quum *tamen* etiam ipsi ex femore Abrahę egressi essent.

6 Hic verò, qui non est scriptus in genealogiis illorum, decimas accepit ab Abraham, & benedixit ei [4] qui accepit promissionem.

7 Sine controversia autem is qui minor est, benedicitur ab eo qui major est ipso.

8 Et [5] hîc filii hominis qui moriuntur accipiunt decimas: illic autem is de quo testata est Scriptura quòd vivat.

9 [6] Et (?instar hominis loquamur) per manũ Abrahę etiam Levi, is *nimirum* qui decimas accipiebat, ipse quoque decimatus est.

[a] B. Explicans verba illa, Secundùm ordinem Melchisedec, quibus nititur illa comparatio Christi Pontificatus cum Levitico, primùm consideratur ipse Melchisedec ut Christi typus: cujus cõparationis hęc sunt capita: Melchisedec fuit rex & sacerdos: talis revera est Christus unus. Fuit rex pacis ac justitiæ: talis est Christus unus revera.

* *Gen. 14. 18.*

[b] Nempe solenni ac sacerdotali benedictione. Erant enim sacerdotes, sicut ad sacrificandum, ita etiam ad benedicẽdum a Deo constituti. Numer. 9. 26.

[c] B. Alius typus, Melchisedec proponitur spectãdus, ut principio & fine carens, quum nec pater, nec mater, nec majores, nec mors ejus describantur: talis est revera Filius Dei, sacerdos nimirum æternus: quatenus Deus ἀιδίως, ineffabiliter genitus: quatenus homo, ἀφάτως, ineffabiliter conceptus.

[d] B. Alius typus, Melchisedec ratione sacerdotii fuit ipso Abrahamo superior, utpote quem decimârit, & cui ut sacerdos benedixerit: talis revera est Christus, a quo pendet ipsius Abrahami & omnium credentium sanctificatio, atque adeò quem ut omnium auctorem colere ac venerari omnes debent.

* *Numer. 18. 21.*

[e] Progenitis ex Abrahamo. Hebr.

[f] De publica eãque sacerdotali benedictione loquitur.

[g] B. Amplificatio duplex: una, Melchisedec decimas accipit, ut immortalis (quatenus videlicet typus est Christi, quum nusquam commemoretur mors ipsius, & David eum proponat ut sacerdotem æternum) Levitici verò Sacerdotes, ut mortales, quum alii aliis succedant: altera, Levi ipse fuit decimatus in Abrahamo a Melchisedeco. Ergo Melchisedeci sacerdotium, (id est Christi qui secundùm ordinem illius pronunciatur sacerdos æternus) præstantius est Levitico.

[1] F. i. separans imperritus esse metalepsis Hebraica.

[2] Hoc est, Mandato Legis impositum erat.

[3] F. vel acciperent decimas a populo ipsi, a fratribus suis.

[4] i. Abrahæ promissionis hæredi.

[5] In ordine Levitico & legali sacerdotio.

[6] F. vel ad ver. Et ut homo loquitur, pro eo quod est quisque, i. ut cum vulgo loquar.

[7] Hoc est, Hominum more loquendo.

10 Adhuc enim in femore erat patris sui, quum occurreret illi Melchisedec.

11 Si igitur consummatio per manum pontificatus Levitarum erat, ([8] in quo posita fuit Lex populo) ad quid requirebatur Pontifex alius qui exsurgeret secũdùm similitudinẽ Melchisedec? Dixisset enim, In similitudinem Aharon erit.

12 Sed sicut facta est mutatio in pontificatu, ita facta est etiam mutatio in Lege.

13 Is enim de quo dicuntur hæc, ex tribu alia natus est, de qua nemo unquã ministravit in altari.

14 Manifestum est enim quòd a Juda exortus est Dominus noster, e tribu [9] de qua non est loquutus Musche quicquam circa pontificatum.

15 Et amplius adhuc notum est per id quod dictum est, *videlicet* quòd secundùm similitudinem Melchisedek exsurget Pontifex alius:

16 Qui nequaquam secundùm legem mandatorum corporalium fuit, sed secundùm virtutem vitæ indissolubilis.

17 Testificatur enim *Deus* de eo, Tu es Pontifex in æternum secundùm similitudinem Melchisedek.

18 [10] Mutatio enim quæ facta fuit, in mandato priore *facta fuit*, propter impotentiam ejus, & quia utilitas non esset [11] in eo.

19 Nihil enim perficit Lex: ingressa verò est [12] pro ea spes, quæ est præstantior ea. per quam *spem* appropinquamus Deo.

20 Et confirmavit illum *pontificatum* jurejurando nobis.

21 Illi enim absque jurejurando fuerant Pontifices, hic verò jurejurando: quemadmodum dicit ei [13] per Davidem, Juravit Dominus, & non mentietur, Tu es Pontifex in æternum secũdùm similitudinem Melchisedek.

22 Hoc toto præstantius est fedus hoc, [14] in quo factus est sponsor Jeschua.

23 Et illi erant pontifices multi, quia moriebãtur, neq; relinquebantur ut permanerent.

24 Hic verò *Pontifex* quia in æternum permanet, [15] non transit pontificatus ejus:

25 Et potest in æternum [16] servare eos qui accedunt [17] per manum ipsius ad Deũ: vivit enim omni tempore, & offert preces pro eis.

26 Etenim talis Pontifex [18] conveniebat nobis, purus & absq; malitia & absq; labe, qui segregatus esset a peccatis, & exaltatus supra cælos.

27 Nec est ei necesse quotidie, sicut Principi põtificũ *legaliũ*, ut priùs pro pec-

[8] f. vel de quo lex fuit imposita populo. atque hæc Græcorũ verborum sententia.

[9] f. vel super qua non dixit Musche quidquam de pontificatu.

[10] Id est, Abrogatio.

[11] Mandato scilicet.

[12] Id est, in ejus locum.

[13] Ad verbum, Per manum Davidis. Hebraismus.

[14] Vel, Sub quo.

[15] Id est, non interit, Non mutatur.

[16] Ad vet. vivificare. Hebraismus.

[17] f. i. per eũ. ut alibi commodè exponitur.

[18] Syrè, Justus erat nobis, id est, Idoneus. Hebraismus.

10 Nam is adhuc in lumbis patris erat quum occurreret Abrahamo Melchisedecus.

11 [h] Porrò si [i] consummatio per Leviticum Sacerdotium erat, (nam sub hoc sancita Lex est populo,) quid ampliùs erat opus alium exoriri Sacerdotem secundùm ordinem Melchisedeci, nec secundùm ordinem Aaronis dici?

12 [k] Mutato enim hoc Sacerdotio, necessariò quoque [l] Legis mutatio fit.

13 Nam *u* de quo hæc dicuntur, ad aliã tribum pertinet, de qua nullus [m] attendit altari.

14 Palàm est enim e Juda exortum esse Dominum nostrum, cui tribui nihil de Sacerdotio loquutus est Moses.

15 [n] *Idq;* eo ampliùs manifestum est, quòd ad similitudinem Melchisedeci exoritur Sacerdos alius,

16 [o] [p] Qui non ex Lege, cujus præceptũ sit carnale, factus est *sacerdos*, sed ex vi indissolubilis vitæ.

17 Testificatur enim ad hunc modum, * Tu *es* Sacerdos in æternum secundùm ordinem Melchisedeci.

18 [q] Fit enim irritum præcedẽs [r] præceptum, propter ipsius infirmitatem & inutilitatem.

19 Nihil enim consummavit Lex, sed superintroducta spes potior, per quam appropinquamus Deo.

20 [s] Etiam quatenus non absque jurejurando *superintroducta est*.

21 Nam illi quidem, absque jurejurando Sacerdotes facti sunt: hic verò, cum jurejurando, per eum qui dixit ei, * Juravit Dominus & non pœnitebit eum, Tu *es* Sacerdos in æternum secundùm ordinem Melchisedeci.

22 Tanto melioris pacti sponsor factus est Jesus.

23 [t] Et illi quidem, plures facti sunt Sacerdotes, quòd mors prohiberet eos permanere:

24 At iste, propterea quòd in æternum manet, [v] perpetuum habet Sacerdotium.

25 Unde & servare perfectè [x] potest eos qui per ipsum accedunt ad Deum, semper vivens ut interpellet pro eis.

26 [y] Talis enim nos decebat Pontifex, sanctus, ab omni malo alienus, sine labe, separatus a peccatoribus, & sublimior cęlis factus:

27 Cui non sit quotidie necesse, quemadmodum illis Pontificibus, * priùs pro

[h] a. Tertius tractatus hujus epistolę, in quo postquã Christum Prophetam, Regẽ & Pontificem esse comprobavit, nunc de omnium illorum munerũ tatione ac præstantia distinctè disserit, hæc omnia in aliis umbratilia fuisse ostendens, in Chtisto autem vera & perfecta. Incipit autem a sacerdotio, in quo etiã superior tractatio desierat, ut sic omnia mẽbra disputationis meliùs cohæreant: & primò imperfectum fuisse probat Leviticum sacerdotium, ex eo quòd alius sacerdos secundùm ordinem alium (id est, diversæ regulæ ac formæ) tanto pòst tẽpore promittatur.

[i] Si Sacerdotium Leviticum aliquẽ perficere potuisset.

[k] a. Hac novi sacerdotii institutione non tantùm declarari Levitici sacerdotii imperfectionẽ ostendit, sed etiam ipsum Leviticum sacerdotium cum hoc novo cõmutari: quoniam hęc duo simul constare non possint, quum prior illa Levitica ordinatio tribũ Juda excluderet, atque adeò ipsi Levi subjiceret: posterior autẽ ista sacerdotiũ in tribu Juda collocet.

[l] Ordinationis Aaronicæ.

[m] Ministravit altari.

[n] a. Nequis objiciat translatum quidem fuisse sacerdotium a Levi ad Judam, sed nihilominus idem manere, expendit simul & explicat illa Davidis verba, In æternum, secundùm ordinem Melchisedeci, ex quibus intelligitur diversa etiam sacerdotii ordinatio.

[o] Non ex ordinatione, quæ infirma & caduca omnia præcipiat, sicuti in Aaronis consecratione, totóque illo munere factum est. [p] a. Diversitatem & præstantiam ordinationis Melchisedeci probat ex eo quòd Legale sacerdotium externa & corporali unctione & ritu constabat: Melchisedeci verò æternum sacrificium ac merè spirituale describitur.

* *Psalm. 110. 4. Supr. 5. 6.*

[q] a. Nequis etiam objiciat adjectum fuisse sacerdotium posterius, ut simul conjuncta perfectum quiddam constituerent, probat posteriore abrogatum fuisse prius ut inutile ex ipsa eorum natura: quomodo enim illa corporalia & caduca nos sanctificarent, vel sola vel cum alio? [r] Legis ceremonialis.

[s] a. Aliud argumentum præstantiæ sacerdotii Christi supra Leviticum, quòd illud sancitum sit jurejurando, hoc verò non item. * *Psalm. 110. 4.*

[t] a. Aliud argumentum eòdem pertinens, Levitici sacerdotes, utpote mortales, æterni esse non potuerunt: Christus verò ut æternus est, ita etiam æterno sacerdotio fungitur, pro iis efficacissimè intercedens qui per ipsum ad Deum accedunt.

[v] Quod præterire non potest.

[x] Idoneus est. [y] a. Aliud argumentum, Innocentia & puritas summa in Pontifice requiritur, quæ ipsum a peccatoribus segreget, pro quibus oblationem facit. Atqui Levitici Pontifices tales non invenientur, ut qui pro suis ipsorum peccatis primùm offerrent: sed unus Christus talis est, idcóque verus & unicus Pontifex. * *Levit. 16. 6.*

peccatis propriis victimas offerre, deinde *pro peccatis* populi.[z] [a]Hoc enim fecit[b] semel quum semetipsum obtulit.

28 Lex enim homines constituit Pontifices infirmitate laborantes: at[c] sermo jurisjurandi[d] post Legem [e] *concepti*, Filium *constituit* in æternum consummatum.

catis suis offerat victimas, & deinde pro populo: hoc enim fecit semel per seipsum, quem obtulit.

28 Lex enim filios hominis infirmos constituit pontifices, sermo verò jurisjurandi, qui factus fuit post Legem, *constituit* Filium perfectum in æternum.

[z] B. aliud argumentum, quod tũ postea pertractabit, Levitici victimas repetitis vicibus primùm pro se, deinde pro populo offerebant: Christus autem nõ pro se, sed pro aliis, non victimas, sed seipsum, non sæpè, sed semel, obtulit. Neque id mirum (inquit) videri debet, quum illi sint infirmi, iste verò sit cum jurejurando Pontifex æternus consecratus. [a] Quod obtulit sacrificium. [b] Ita factum fuit ut iterum repetere minimè sit necesse. [c] Mandatum Domini cui additum est jusjurandum. [d] B. Aliud argumentum à tempore, Posterioribus tolluntur priora. [e] Exhibiti.

CAPUT OCTAVUM.

[1] Quò certiùs probet abrogatas esse Legis ceremonias, [5] ideò institutas esse commemorat, ut cælesti prototypo servirent. [8] Jeremiæ locum adducit, [13] ut Veteris testamenti correctionem probet.

CÆterùm [a] eorum quæ dicimus *hæc* summa *est*, Talem *nos* habere Pontificem, qui cõsedit ad dextram throni majestatis illius in cælis,

2 [b] [c] Sanctuarii minister, [d] [e] ac veri illius tabernaculi quod fixit Dominus, & non homo.

3 [f] Omnis enim Pontifex ad offerenda dona & victimas constituitur: unde necesse fuit hunc quoque habere quod offerret.

4 [g] Nam si esset in terra, ne Sacerdos quidem esset, manentibus illis sacerdotibus qui secundùm Legem offerunt dona.

5 Ut qui exemplari & umbræ deserviant rerum cælestium, sicut divinitus dictum est Mosi, quum esset absoluturus tabernaculum, * Vide enim, inquit, *ut* facias omnia ad exemplar quod ostensum est tibi in monte.

6 [h] At nunc *noster ille Pontifex eo* præstantius ministerium sortitus est, quo etiam præstantioris est pacti mediator, quod præstantioribus promissis sancitum est.

7 [i] Nam si prius illud tale fuisset ut nihil in eo posset requiri, haudquaquam fuisset secundo quæsitus locus.

8 Nam incusans eos inquit, * Ecce, dies venient, dicit Dominus, quum[k] peragam cum [l] domo Israëlis & cum domo Juda pactum novum.

9 Non secundùm pactum quod feci cum Patribus ipsorum, quo die prehendi manum ipsorum ut educerem eos ex Ægypto: nam ipsi non perstiterunt in illo meo pacto: & ego despexi eos, dicit Dominus.

10 Quamobrem hoc est pactum quod paciscar domui Israëlis post dies illos, dicit Dominus, Indam leges meas menti eorum, & cordi eorum inscribam: & ero ipsis Deus, & ipsi erunt mihi populus.

11 Neque docebunt singuli proximum suum, & singuli fratrem suum dicentes, Cognosce Dominum: nã omnes cogno-

CAput autem omniũ eorum, *est quòd* sit nobis Princeps pontificum, [1] is qui sedet à dextra throni majestatis in cælo:

2 Et factus est minister domus sanctæ & tabernaculi veri, quod fixit Deus, & non filius hominis.

3 Omnis enim summus Pontifex qui adstat *altari, adstat* ut offerat oblationes & victimas: propterea conveniens etiam erat huic ut esset ei aliquid quod offerret.

4 Et, si in terra esset, [2] non etiam Pontifex esset: quia erant pontifices qui offerrent oblationes [3] secundùm quod est in Lege.

5 Illi *scilicet* qui ministrabant in similitudinem & umbram eorum quæ sunt in cælo juxta *sermonem* qui dictus fuit Musche, quum faceret tabernaculum, Vide, & fac omnia secundùm similitudinem illam quæ ostensa est tibi in monte.

6 Nunc verò ministerium quod excellentius est illo, accepit Jeschua Christus: quemadmodum excellentius quoque est fedus illud in quo factus est mediator, & promissionibus, quæ sunt excellentiores quàm *fuerit* [4] illius, sancitum est.

7 Si enim [5] fuisset prius [6] sine accusationibus, non fuisset locus huic secundo.

8 Accusat enim eos, & dicit, Ecce, dies veniunt, ait Dominus, & complebo super domum, quæ est domus Israjel, & super domum quæ est domus Juda, fedus novum:

9 Non secundùm illud fedus [7] quod sancivi cum patribus ipsorum in die quo apprehendi manum ipsorum, & eduxi eos è terra Ægypti: quoniam ipsi non perstiterunt in federe meo etiam ego sprevi eos, ait Dominus.

10 Hoc autem est fedus quod sanciam cum domo quæ est domus Israjel, post dies illos, ait Dominus: *nempe* dabo ipsam Legem meam in mentibus eorum, & super corda eorum scribam eam: & ero eis ego Deus, & ipsi erunt mihi populus.

11 Et non docebit quisque [8] concivem suum, neque etiam fratrem suum, & non dicet, Cognosce Dominum: quia omnes

[a] B. Paucis repetit illud ad quod omnia ista referenda sunt, nempe, & habere nos Pontificẽ longè aliũ quàm Levitici illi sint, ut qui sit ad dextrã excellentissimi Dei in cælos usque evectus. [b] B. Levitici fuerunt Pontifices in terreno sacrario: Christus verò est in cælesti. [c] Cælorum. [d] B. Levitici in tabernaculo caduco sacerdotium suũ exercuerunt: Christus autem tabernaculum circumfert longè aliud, nempe suum corpus, quod Deus ipse æternum futurum compegit, ut explicabitur infr. 9.11. [e] Sui corporis. [f] B. Rationem adfert cur corpore (quod vocat tabernaculum, quod Dominus fixit non homo) oportuerit prędituũ esse Christum, nempe ut haberet quod offerret: alioqui enim Pontifex non esset. Idem autem corpus, est tabernaculum & victima. [g] B. Rationem adfert cur dixerit Pontificem nostrum versari in cælesti sacrario, non autem in terreno: quoniam (inquit) ne si nũc quidem esset in terris, terreno sacrario ministraret, stantibus Leviticis sacerdotibus, quum ii propter illum sint constituti, id est, ut sint illius perfecti exemplaris antitypi. Quorsum autem antitypi præsente ipso vero ac primario exemplari? *Exod. 25. 40. Act. 7. 44. [h] B. Aggreditur collationem veteris ac temporarii federis, cujus sponsores fuerunt Levitici pontifices, cum novo, cujus æternus sponsor est Christus, ut non modò istud esse illo omnibus modis præstantius, sed etiam illud per hoc abrogatum fuisse declaret. [i] B. Esse aliquod secundum fedus, ac proinde prius illud non fuisse perfectum, probat ex Jeremiæ testimonio. [k] Percutiam. * *Jer. 31. 31. 32. 33. 34. Rom. 11. 27. Infr. 10. 16.* [l] Domum vocat, quasi unam totius regni familiam: Nam quum regnum Davidis scissum esset in duas factiones, eas significat Propheta novi federis auspiciis rursus conjunctum iri.

[1] J. Talis.

[2] Hoc est, Non esset cælestis: nõ esse autem hũc in terra Pontificem, jam ex lege probavit Apostolus capite 7.

[3] J. Juxta rationem quæ præcipitur in Lege.

[4] Quod videlicet in monte Sina per Mosen mediatorẽ sanctum fuit.

[5] Ad verb. Datum est.

[6] J. Omni ex parte absolutum, & in quo nihil requiri posset.

[7] Ad verb. Quod dedi patribus illorũ. Hebr.

[8] Ad verb. Filium civitatis suæ. Hebraismus.

cognos

cognoscunt me, a minimo eorum usque ad decrepitum eorum.

12 Et ero [9] propitius eis ab iniquitatibus eorum, & peccatorum ipsorum ampliùs non recordabor.

13 In eo quod dixit Novum, prius antiquavit: & id quod antiquatur & senescit, propinquum est corruptioni.

[9] Latinè, Et propitius ero eis, cõdonatis ipsorũ iniquitatibus.

scent me, ab eo qui pusillus fuerit inter eos, ad eum usque qui magnus fuerit inter eos.

12 Ero enim propitius iniquitatibus eorum, & peccatorum ipsorum & transgressionum ipsorum non recordabor amplius.

13 [m] Dum novum dicit, antiquavit prius: porrò quod antiquatur ac senescit, propè est ut evanescat.

[m] B. Conclusio, Ergo posteriore novo tollitur prius antiquum: neque enim novum diceret quod a vetere non dissideret. Tollitur autem id demùm quod est corruptioni obnoxium, ac proinde imperfectum.

CAPUT NONUM.

[1] Tabernaculi dispositionem, [10] & ritus Legales, [11] ad veritatem in Christo exhibitam conferens, [15] concludit non jam amplius alio Sacerdote opus esse, [24] quia ipse Christus sub novo testamento has partes impleat.

1 IN priori porrò erant præcepta ministerii, & domus sancta mundana.

2 In tabernaculo enim priore quod fabricatum fuit, erat candelabrum, & mensa, & panis [2] facierum, & vocabatur domus sancta:

3 Tabernaculum verò interius, quod erat intra velum [3] secundum, vocabatur Sanctum sanctorum:

4 Et erat in eo [4] thuribulum aureum, & [5] Arca Federis, quæ obducta erat tota auro, & erat [6] in ea urna aurea, in qua *urna* erat mãna, & virga Aharon illa quæ germinavit, & Tabulæ Federis.

5 Et supra hanc [7] Cherubim gloriæ, qui umbram faciebant supra propitiatorium. Nequaquam autem tempus est ut loquamur de unoquoque ex istis [8] quę ita adornata erant.

6 Atque in tabernaculum exterius omni tempore ingrediebantur pontifices, & explebant munus suum:

7 In Tabernaculum verò quod interius illo erat, semel in anno solus ingrediebatur Princeps pontificum, cum sanguine illo quem afferebat pro seipso & pro delictis populi.

8 Per hoc verò notum faciebat Spiritus sanctus, quòd non manifestata esset adhuc via sanctorum, quanto tempore [9] durabat tabernaculum prius:

9 Et erat exemplar hoc pro tempore illo in quo oblationes & victimæ offerebantur, quæ non poterant perficere conscientiam ejus qui offerebat ipsas:

10 Sed in cibo & in potu tantùm, & in ablutione [10] diversarum specierum: quæ sunt mandata carnis, & posita fuerũt usq; ad tempus [11] correctionis.

11 Christus autem qui venit, factus est Princeps põtificum rerũ bonarum [12] quas effecit, & ingressus est Tabernaculum magnum & perfectum, quod nõ fuit factum manibus, neque fuit ex his rebus creatis:

[2] F. Græcus textus adjicit nomen tabernaculi, quod non legit Syrus: nã ad *Sanctum* refert, cujus proximè præcedente vers. meminerat, ἐπικαλούμενα τὸ ἅγιον. Abesse potest, & ita vulgata Latina legit.

[2] i. Præsentiarum. Sacer scilicet ille panis, de quo præcipitur Exodi 25. 29 Facierum autem panis ideo dicebatur, quòd semper mensæ Domini impositus esse debuit ante conspectum arcæ: unde etiam Num. 4. 7. vocatur *Jugis* panis.

[3] Secundum velum dicitur interius quod oppansum erat Arcæ, & dividebat sanctũ sacrariũ a sancto, respectu anterioris velis quod separabat sanctũ ab atrio. utrumq; describitur Exodi 36. 35. & 37.

[4] Syrè, Domus aromatum. Nõ scribitur disertè in Lege aliquod fuisse thuribulum peculiariter destinatum sacrario: quod tamen hîc declarat Apostolus. F. vel locus aromatũ, id autẽ est thymiaterium, vel altare suffitus, periphrasticè.

[5] Vocabulum Græcum usurpat paraphrastes.

[6] F. vel in eo: ut principio versus: nam eadem planè hîc repetuntur verba. Consule Parallelos sacros.

[7] i. Gloriosi. Hebraismus.

[8] Distinctionem Græcam mutat. F. nisi fortè hoc modo legeris: Quibus ita constitutis, & in Tabernaculum exterius omni tempore ingrediebantur Sacerdotes, & peragebant munus suum, &c. ut sit oratio παλινῳδία.

[9] Ad verbum, erat duratio priori tabernaculo.

[10] Ad verbum, Specierum. specierum.

[11] Quo omnia in meliorem statum constituenda erant.

[12] Videtur Paraphrastes collato Christi pontificatu cum Legali, discrimen in eo ponere, quòd Legalis inefficax esset, & non præstaret id quod adumbraret: Christi verò efficax, quia ipsa bona cælestia in legali pontificatu adumbrata, reipsa præstitit.

HAbuit * [a] igitur prius *pactum* etiam ritus cultus, & sanctuarium [b] mundanum.

2 Tabernaculum enim apparatum fuit: prius *quidem* in quo *erat* candelabrum, & mensa, & propositi panes, quod Sancta vocant.

3 Post [c] secundum autem velum *erat* Tabernaculum quod vocant [d] Sancta sanctorum:

4 Aureum habens thuribulum, & Arcam pacti undique circumtectam auro: in qua, urna aurea habens manna, * & virga illa Aaron quæ germinavit, * & Tabulæ illæ pacti.

5 * Supra hanc autem Cherubim gloriosi obumbrantes [e] propitiatorium: de quibus non est nunc dicendum singulatim.

6 [f] His verò sic constructis, in prius quidem Tabernaculũ quovis *tempore* ingrediuntur Sacerdotes cultus obeuntes:

7 In secundum autem, semel quotannis solus Pontifex, non absque sanguine, quem offert pro seipso & *pro* populi [g] erratis:

8 [h] Hoc declarãte Spiritu sancto, nondũ factã fuisse manifestam ad sacrariũ viam, priore Tabernaculo adhuc consistente.

9 [i] Quod *erat* exemplar [k] pro tempore illo tunc præsente, quo dona sacrificiáque [l] offeruntur, quæ non possunt in consciẽtia consummare cultorem,

10 [m] In cibis dumtaxat & potionibus, & diversis ablutionibus ac ritibus carnalibus, usque ad præstitutum tempus directionis [n] imposita:

11 [o] Adveniens autem Christus Põtifex futurorum bonorum, [p] per [q] majus & perfectius Tabernaculum non manufactum, id est non hujus conditionis,

* *Exod. 26. 1. & 36. 1.*

[a] B. Distributio prioris tabernaculi, quod mũdanum (id est caducum) & terrenũ vocat in duas partes, nempe in Sãcta & Sancta Sanctorũ.

[b] Terrestre & caducum.

[c] Ad verb. secundum. secũdum autẽ vocat velũ quod distinguebat Sancta sanctorum ab atrio sacerdotum: altero enim velo atrium sacerdotum distinguebatur ab atrio populi.

[d] Sacrarium sacratissimum.

* *Num. 17. 10.*

* *1. Reg. 8. 9.*

2. Par. 5. 10.

* *Exod. 25. 22.*

[e] Hebræi Arcæ Federis operculi nomẽ a propitiatione derivãt: sic illud Græci ἱλαστήριον, nos propitiatoriũ vocamus.

[f] B. Jam accedit ad sacrãficia, quæ dividit in illa quotidiana, & illud annuũ ac solẽne, in quo solus Pontifex in Sancta Sanctorum semel tantùm quotannis penetrãs cum sanguine pro se & populo offerebat.

[g] Pro peccatis. Vide supr. 5. 1.

[h] B. Ex illo ritu annuo, colligit ejusmodi sacrificiis non fuisse patefactam viam in cælum quod per Sancta sanctorum adumbrabatur. Cur enim Pontifex solus eò ingrediebatur, cæteris exclusis, idque ut ibi tum pro suis tum pro aliis offerret, & posteà rursus Sancta sanctorum occludebat?

[i] B. Objectio, Si non aperiebatur iter in cælum illis sacrificiis (id est, si cultores per illa non expiabantur) cur ergo ritus illi usurpabantur? Nempe ut homines ad illud exemplar spirituale, nempe ad Christum revocarentur, suo adventu omnia illa correcturum.

[k] Pro eo tempore quo vigere illud exemplar oportuit.

[l] Sumsit tempus præsens, de re loquens, nulla habita temporis ratione.

[m] B. Alia ratio, Cur illa non potuerunt cultoris conscientiam mundare, quoniam videlicet externa erant & carnalia, sive corporea.

[n] Fuerunt enim oneris instar, quod nobis Christus eximit.

[o] B. Jam aggreditur figuratum explicationem, ac primò quidem Leviticum Pontificem comparans cum Christo (id est figuram cum re) huic tribuit futurorum bonorum administrationem (id est æternorum) in quæ illa carnalia respiciebant.

[p] B. Alia collatio tabernaculi prioris corruptibilis cum posteriore (id est cum humana Christi natura) quæ est verum Dei templum incorruptibile, in quod est ingressus Filius Dei, sicut Levitici pontifices in alterum illud caducum.

[q] Præstantius & excellentius.

12 [r] Neque per ſanguinem [s] hircorum & vitulorũ, ſed per proprium ſanguinem, ingreſſus eſt ſemel in Sacrariũ, æternam redemtionem [t] nactus.

13 * [v] Nam ſi ſanguis taurorum & hircorum, & cinis juvencæ aſpergens inquinatos, ſanctificat ad [x] carnis puritatem:

14 Quanto magis * ſanguis Chriſti qui per Spiritum æternum ſeipſum obtulit inculpatum Deo, emundabit conſcientiam veſtram a [y] mortuis operibus, * ad colendum Deum vivum?

15 [z] Itaque ob id novi pacti mediator eſt, * ut morte ad redemtionem earum tranſgreſſionum intercedente quæ fuerant ſub priore pacto, qui vocati erant promiſſam æternam hæreditatem acciperent.

16 [a] Nam ubi teſtamentum eſt, mors intercedat neceſſe eſt teſtatoris.

17 * Teſtamentum enim in mortuis ratum eſt: quandoquidem nondum valet quum vivit teſtator.

18 [b] Unde ne prius quidem illud abſque ſanguine dedicatum fuit.

19 * Quum enim Moſes omnia mandata [c] ſecundùm Legem recitaſſet toti populo, ſumto ſanguine vitulorum & hircorum, cum aqua & lana coccina & hyſſopo, ſimul & ipſum librum & totum populum [d] aſperſit,

20 * Dicens, Hic *eſt* ſanguis ille hujus pacti quod mandavit vobis Deus.

21 Inſuper autem & Tabernaculum, & omnia vaſa illius miniſterii ſanguine ſimiliter aſperſit.

22 Et omnia ferè ſecundùm Legem ſanguine purificantur: & abſque ſanguinis effuſione non fit remiſſio.

23 [e] Itaque neceſſe *fuit* exẽplaria quidem eorum quæ ſunt in cælis, hiſce rebus purificari, ipſa verò cæleſtia potioribus quàm hæ ſint victimis.

24 [f] Non enim in manufactum ſacrarium ingreſſus eſt Chriſtus, quod ſit exẽplar vero *ſacrario* reſpondẽs: ſed in ipſum cælũ, ut compareat apud faciem Dei pro nobis.

25 [g] Neque ut ſæpè offerat ſemetipſum, ſicut Põtifex ingreditur in ſacrariũ quotannis cum ſanguine alieno:

26 ([h] Alioquin oportuiſſet eum ſæpè paſſum fuiſſe a jacto mundi fundamento)

12 Neque ingreſſus eſt cum ſanguine hircorum & vitulorũ, ſed cum ſanguine ſuo ipſius ingreſſus eſt ſemel in domum ſanctuarii, & [13] invenit redemtionẽ quæ eſt in æternum.

13 Nam ſi ſanguis hircorum & vitulorum, & cinis juvencæ aſpergebatur in eos qui inquinati erant, & ſanctificabat eos ad purificationem carnis eorum,

14 Quanto igitur magis ſanguis Chriſti, qui per Spiritum qui eſt in æternum, ſeipſum obtulit ſine macula Deo, purificabit conſcientiã [14] noſtram ab operibus mortuis, ut ſerviamus Deo viventi?

15 Idcirco ipſe factus mediator Federis novi [15] qui per mortem ſuam idem factus eſt redemtor illis qui tranſgreſſi fuerant Fedus prius, ut accipiant promiſſionem hi qui vocati ſunt ad hæreditatem quæ eſt in æternum.

16 Ubi enim eſt [16] Teſtamentũ, mortem oſtendit ejus qui facit illud:

17 In mortuo enim illud dũtaxat confirmatur, quia quum vivit is qui fecit illud, [17] non eſt in eo utilitas.

18 Propterea neque prius illud abſque ſanguine confirmatum fuit.

19 Quum enim [18] præceptum fuit omne præceptum a Muſche populo univerſo ſecundùm Legem, accepit Muſche ſanguinẽ vituli, [19] & aquas cũ lana coccinea & hyſſopo, & aſperſit librum & populum totum:

20 Ac dixit eis, Hic eſt ſanguis Teſtamenti illius quod mandatum eſt a Deo.

21 Etiam Tabernaculum & omnia vaſa miniſterii illo ipſo ſanguine aſperſit.

22 Quia quælibet res ſanguine purificatur in Lege, & abſque effuſione ſanguinis non eſt remiſſio.

23 [20] Neceſſe enim eſt ut hæc quæ exẽplar ſunt cæleſtium, iſtis purificentur: ipſa verò cæleſtia, victimis quæ potiores ſunt iſtis.

24 Nequaquam enim in domum ſanctã, quæ facta fuit manibus, ingreſſus eſt Chriſtus, quæ eſt exemplar illius veræ, ſed in ipſum cælum ingreſſus eſt, ut [21] cõſpiceretur ante faciem Dei pro nobis.

25 Neque ut offerret ſemetipſum [22] vicibus multis, ſicut faciebat Princeps pontificum, qui ingrediebatur quolibet anno in domum ſanctam cum ſanguine qui nõ erat ſuus.

26 Alioqui oportuiſſet ut temporibus multis pateretur a principio mundi: nunc

[r] B. Alia collatio ſanguinis victimarum cũ Chriſto. Levitici per illa ſua Sancta, in ſuũ ſacrarium penetrantes, ſanguinem corruptibilem offerebant in unum annum duntaxat: Chriſtus verò ſanctum illud ſuũ corpus ingreſſus, per illud in ipſum cælum penetravit, quum ſuũ ipſius ſanguinem puriſſimum in æternam redemtionem obtulit. Idem enim Chriſtus & põtifici, & tabernaculo & ſacrificiis & victimis ipſis correſpondet, ut figuris veritas, ut unus & idẽ ſit & Põtifex, & tabernaculum, & victima, eãque omnia verè & in æternum.

[s] Adhibebatur enim in hoc reconciliationis anniverſario ſacrificio, duplex victima, juvencus & hircus.

[t] Meritò adeptus, idque nobis.

* *Lev.16.14. Num.19.4.*

[v] B. Si externa ſanguinis & cineris animalium aſperſio verum & efficax fuit purgationis ſymbolum, res ipſa ac præſens veritas, illis æternis ſacramentis olim adumbrata, quanto magis hoc ipſum præſtabit? id eſt ſanguis ejus qui ſic eſt ſanguis hominis, ut ſit etiã Filii Dei ſanguis, ac proinde æterna vivificãdi virtute præditus.

[x] Symbola a re ſeparata ſeorſim conſiderat.

[13] F. id eſt, obtinuit, conſequutus eſt. Hebraiſmus.

[14] Mutatur perſona ex illa ſimilitudine ἡμῶν & ὑμῶν, de qua priùs. F. nam etiam hoc modo in aliis libris, & in aliis illo modo legitur Latinè & Græcè.

[15] F. vel ut per mortem ſuam eſſet redemtor, &c.

[16] Chaldæi atque adeò Syri vocem דיתיקא a Græcis mutuati frequenter uſurpant pro inſtrumento ſive literis cautionis, mandati, & extremæ voluntatis. Idem enim eſſe dicuntur atq; שטר צוואה quod ſonat inſtructionẽ, cautionem, inſtrumentum mandati. Ac eodem ſenſu Jeroſolymitana paraphraſis Geneſ. 24. 10. eam accepit, ut auctor Aruk & Elias teſtantur.

[17] Nullius eſt vigoris.

[18] Hoc eſt, Promulgatum & recitatum.

[19] In Exod. 24. verſ. 6. 7. 8. fit tantùm mẽtio ſanguinis. F. ſed hæc ἀναλόγως ex Lege intelligenda ſunt, ut in Parallelis noſtris oſtendimus.

[20] Græcum nomen ſervat.

[21] F. vel compareret: quod eſt evidentius. ſic verſ. 28.

[22] Syrè, Temporibus, i. Sæpè.

* *1. Pet. 1. 19. 1. Joh. 1. 7. Apoc. 1. 5. Luc. 1. 74.* [y] A peccatis quæ a morte proficiſcuntur, & nihil aliud quàm mortem generant. * *Luc. 1. 74.*

[z] Concluſio ſuperioris argumenti: Itaque quum pecuinus ſanguis non expiaret peccata, novum Fedus olim promiſſum in quod illa externa reſpiciebant, nunc eſt reipſa ſancitum cujus virtute omnes prævaricationes tollantur, & cælum nobis verè aperiatur. Hinc autem ſequitur, Chriſtum etiam pro Patribus fudiſſe ſanguinem, ut qui per veteres illos ritus fuerit adumbratus, alioqui niſi illi repræſentando ſervviſſent, fuiſſent prorſus inutiles. Itaque hoc fedus vocatur poſterius, non quod ad efficaciam, id eſt remiſſionem peccatorum, attinet, ſed ejus temporis reſpectu quo res ipſa peracta eſt, id eſt, quo Chriſtus revera mundo exhibitus, omnia implevit ad ſalutem noſtram neceſſaria. * *Rom. 1. 6. 1. Pet. 1. 8.*

[a] B. Ratio cur ſponſoris morte oportuerit hoc fedus ſanciri. Quoniam habet hoc fedus rationem Teſtamenti ſeu donationis mortis cauſa, ideóque ut effectum ſortiretur, oportuit teſtatoris mortem intervenire. * *Galat. 3. 15.* [b] B. Analogiam eſſe oportet inter ea quæ purificant & quæ purificantur. Sub Lege typi omnes illi terreni erant. Tabernaculum, liber, vaſa, victimæ, quamvis rerum cæleſtium typi. Oportuit igitur illa omnia luſtrari ejuſdem naturæ materia ac ritu, nempe pecudum ſanguine, aqua, lana, hyſſopo. Sub Chriſto verò cæleſtia ſunt omnia, cæleſte tabernaculum, cæleſtis victima, cælum denique ipſum pro æterna ſede proponitur. Itaque hæc omnia ſimili ratione, nimirum vivifici illius ſanguinis Chriſti æterna oblatione, ſanctificantur. * *Exod. 24. 8.* [c] Sicut Dominus præceperat. [d] Aſpergere conſuevit. * *Exod. 24. 8.*

[e] Rerum cæleſtium typi fuere terreni: itaque eos rebus terreſtribus luſtrari oportuit, puta ſanguine pecudum, lana, hyſſopo. At ſub Chriſto omnia cæleſtia fuerunt, quare ea vivifici illius ſanguinis oblatione ſanctificari oportuit. [f] B. Alia collatio duplex, Pontifex Leviticus in ſacrarium illud ingrediebatur, Dei quidem juſſu, ſed tamen hominum manu fabrefactum, ut eſſet alterius excellentioris, nempe cæleſtis regiæ, exemplar. Chriſtus verò in cælos uſque ipſos penetravit. Item ille coram arca, Chriſtus coram Deo ipſo Patre comparet. [g] B. Alia collatio duplex, Leviticus Pontifex alienum, Chriſtus ſuum ſanguinem obtulit: ille quotannis repetebat oblationem, Chriſtus ſemel tantùm ſeſe offerens, peccatum in genere abolevit, tum præteritorum tum venturorum ſeculorum. [h] B. Argumentum non repetendæ Chriſti oblationis. Quum a condito mundo fuerint expianda peccata, & probatum ſit ſolo Chriſti ſanguine peccata poſſe expiari, oporteret ipſum a condito mundo ſæpe mortuum eſſe. Atqui homo ſemel tantùm mori poteſt. Ergo Chriſti oblatio noviſſimis temporibus peracta, repeti nec potuit nec poteſt. Quod quum ita ſit, certè vis ipſius ad præterita & ad conſequentia ipſius adventum peccata porrigitur.

autem

autem in novissimo *tempore* mundi semel obtulit semetipsum per immolationem sui, ut aboleret peccatum.

27 Et sicut constitutum est filiis hominis ut [23] semel moriantur, & post mortem eorum judicium:

28 Ita etiã Christus semel oblatus est, & in seipso mactavit peccata multorum: [24] secunda autem vice absque peccatis conspiciendus est ad salutem eorum qui exspectant ipsum.

[23] Ad verbum, Uno tempore.

[24] Id est, Iterũ. Hebraismus.

sed nunc semel [i] in consummatione seculorum, ad [k] peccatum per immolationem sui ipsius e medio tollẽdum, factus est manifestus.

27 Et sicut illud statutum est hominibus ut [l] semel moriantur, posteà verò judicium:

28 *Ita & Christus semel oblatus ut *in seipso* attolleret [m] multorum peccata, [n] secundò absque peccato cõspicietur iis qui ipsum exspectant, ad salutem.

[i] Diebus novissimis.

[k] Totam illam peccati radicem.

[l] De naturali hominum cõditione loquitur. Namquòd Lazarus & alii bis mortui sunt, extraordinarium fuit: in iis verò qui repẽtè immutabuntur, immutatio illa species mortis erit, 1. Corinth. 15. 51. *Rom. 5. 8. 1. Pet. 1. 18. [m] Sic universalis promissio ad solos electos restringitur: quærendum est autem electionis testimoniũ non in arcano Dei consilio, sed ex fidei effectis, ut ab imo gradu ad summum progrediamur, ibi demum certam & immobilem consolationem inventuri.

[n] 2. Obiter proponit Christum judicem, partim ad eos terrendos qui in una unius Christi oblatione semel facta non acquiescunt, partim ut fideles in officio contineat, ne resiliant.

CAPUT DECIMUM.

[1] Legis sacrificia inde colligit infirma fuisse, [2] quia quotannis repetebantur: [5] Christi verò hostiam unicam esse & perpetuam, [6] Davidis testimonio probat. [19] Hinc exhortationem subjiciens, [29] severè in minatur, qui Christi gratiam abjecerint. [36] Postremò tolerantiam, [38] quæ ex fide nascitur, commendat.

IN ipsa enim Lege umbra erat bonorum futurorum, neque substantia ipsarum rerum. Idcirco quum quolibet anno [1] eædem victimæ offerrentur, nunquam potuerunt perficere illos qui offerebant eas.

2 Si enim perfecissent, jam olim quievissent ab oblationibus suis, eo quòd non ampliùs sauciasset eos cõscientia ipsorum ob peccata, ipsorũ *inquam* qui semel [2] purificati fuissent.

3 Atqui in istis victimis commemorabant peccata sua quolibet anno.

4 Non enim potest sanguis taurorũ & hircorum emundare peccata.

5 Quapropter quum ingrederetur in mundum, ait, Victimas & oblationes noluisti, corpore autem induisti me.

6 Et [3] holocautomata quę sunt pro peccatis non petiisti.

7 Tũc dixi, Ecce ego venio (quia in capite [4] libri scriptum est de me) ut faciam voluntatem tuam, Deus.

8 Superiùs dixit, Victimas & oblationes, & holocautomata, & quæ sunt pro peccatis, noluisti: (quæ offerebantur in lege)

9 Et posteà dicit, Ecce venio ut faciam volũtatem tuam, Deus. In hoc abolet primum, ut stabiliat secundum.

10 Hac enim voluntate ejus sanctificati sumus, per oblationem corporis Jeschua Christi quæ fuit [5] unius vicis.

11 Omnis enim princeps pontificũ qui adstabat, & ministrabat quotidiè, [6] easdem victimas offerebat quæ nunquam potuerunt emundare peccata.

12 Hic verò unã victimam obtulit pro peccatis, & sedet ad dexteram Dei in æternum:

13 Et exspectat deinceps, donec ponantur inimici sui scabellum sub pedibus suis.

14 [7] Una enim oblatione perfecit eos qui sanctificantur per ipsum in æternum.

[1] Syriacè הנון כד הנון Illæ sicut illæ.

[2] F. Syr. purificati sibi. Pleonasmus, de quo Matth. 4. 10.

[3] Ad verbum, Combusta integra. Nam in illo genere sacrificiorũ nihil accipiebãt sacerdotes, sed omnia igni imposita cõburebantur Deo. Unde Hebraicè hoc sacrificium dictũ fuit כליל quod sonat Penitus, Omnino.

[4] Syrè, Scriptorum.

[5] i. Quæ semel tantùm fuit: ut antè vidimus.

[6] Syriacè חנון כד חנון vt in principio capitis.

[7] i. Unica.

LEx [a] enim umbram obtinens [b] futurorum bonorum, non ipsam expressam formam rerum, iis hostiis quas singulis annis easdem continenter offerunt, nunquam potest accedentes confirmare:

2 Alioqui desiissent offerri, propterea quòd cultores, semel purificati, nullorum peccatorum ampliùs essent sibi conscii.

3 At in istis *fit* repetita mẽtio peccatorum quotannis.

4 Non enim potest sanguis taurorũ & hircorum auferre peccata.

5 [c] Quapropter [d] ingrediens mundum, dicit, *Sacrificium & oblationem noluisti, [e] corpus autem adaptasti mihi.

6 Holocautomata & hostiam pro peccato non approbasti.

7 Tunc dixi, Ecce adsum (in capite libri scriptum est de me) ut faciam, Deus, volũtatem tuam.

8 Quum superiùs dixisset, Sacrificium & oblationem & holocautomata & hostiam pro peccato noluisti, neque approbasti: (quæ juxta Legem offeruntur)

9 Tunc dixit, Ecce adsum, ut faciam, Deus, voluntatem tuam. [f] Aufert prius, ut posterius statuat.

10 Qua voluntate sanctificati sumus, per oblationem corporis Jesu Christi semel *factam*.

11 [g] Omnis igitur Sacerdos [h] adstat quotidiè sacro ministerio defungens, & easdem sæpiùs offerens hostias, quæ nunquam possint auferre peccata:

12 Hic verò una pro peccatis oblata in perpetuum victima *consedit ad dextram Dei:

13 [i] Quod reliquum est exspectãs, *donec inimici ipsius statuãtur scabellum pedum ejus.

14 Unica enim oblatione consummavit in perpetuum eos qui sanctificantur.

[a] 2. Occurrit tacitæ objectioni, Cur igitur illæ hostiæ offerebãtur? Respondet primùm Apostolus de anniversario illo sacrificio qd erat omnium maximè solẽne, in quo (inquit) fiebat quotannis omnium superiorum peccatorum mentio repetita. Ergo illud non habuit vim sanctificãdi. Quot sum enim repeterẽtur jam expiata peccata, & unde nova peccata p dirẽt quotannis repetenda, si illa sacrificia peccatum aboleremt?

[b] Æternorum, quæ Patribus promissa, in Christo exhibita fuerunt.

[c] 2. Illario ex præcedẽtibus, reliqua etiam sacrificia comprehendens: Quum Legalia sacrificia hoc non possent efficere, ideo Christus de se loquens ut declarato in carne nostro Pũtifice, disertè testatur Deũ nõ acquiescere in sacrificiis, sed in Filii sui, nostri videlicet Pontificis, obedientia, qua seipsũ Patri pro nobis semel obtulit.

[d] Ingressus mundum dicitur Filius Dei, quũ homo factus est. *Ps. 40. 7. [e] Ad verbum, ut in Hebræo habetur, Aures perforasti mihi: id est, docilem me & obsequentem ad audiendum reddidisti, sed de hoc in Parallelis Iunius. [f] Tollit prius, id est sacrificia, ut statuat posterius, id est voluntatem Dei. [g] 8. Epilogus cum altera parte collationis: Leviticus Pontifex quotidie in suo tabernaculo eadem sacrificia repetit: ex quo consequitur, neque illis sacrificiis, neque illis victimis, non denique illis pontificibus tolli potuisse peccata. At Christus una victima (seipso videlicet) pro peccatis omnium semel oblata, suis in æternum sanctificatis, sedet ad dexteram Patris, omnem potestatem adeptus. [h] Sub ad aram. *Sup. 1. 11. [i] 8. Occurrit tacitæ objectioni. Nos videlicet nihilominus adhuc esse obnoxios peccato & morti. Ad quod respondet Apostolus, plenam efficaciam virtutis Christi nondum sese exeruisse, sed tandem apparituram, quum omnes semel hostes suos, quibuscum adhuc luctamur, profligabit. *Psal. 110. 2. 1. Cor. 15. 25. Sup. 1. 13.

15 [k] Testificatur autem *hoc* nobis & ipse Spiritus sanctus, nam posteaquam priùs dixit,

16 * Hoc est pactum quod pãgam cum eis post dies illos, dicit Dominus, Indam leges meas cordibus eorum, & eorum mentibus eas inscribam.

17 Et peccatorum atq; trãsgressionum ipsorum [l] non recordabor ampliùs.

18 Porrò ubi *est* horum remissio, nõ *est* ampliùs oblatio [m] pro peccato.

19 [n] Quum igitur, fratres, habeamus libertatem ingrediendi Sacrarium per sanguinem Jesu,

20 Ea via quam dedicavit nobis recentem & vivã, per velum, [o] hoc est per carnem suam:

21 *Quúmque habeamus* Sacerdotem magnum, præfectum domui Dei:

22 [p] Accedamus cum [q] vero corde, per certioratam fidem, aspersione [r] purgatis cordibus a conscientia mala:

23 Et abluto corpore [s] aqua mũda, retineamus professionem spei non vacillãtem, (fidelis enim *est* qui promisit)

24 Et observemus alii alios, ut nos acuamus ad charitatem & bona opera:

25 Nõ deserẽtes aggregationem nostrî mutuam, sicuti mos *est* quibusdã, sed adhortantes *alii alios:* [t] idq; eo magis, quòd videtis illum diem appropinquare.

26 * Nam si [v] ultrò peccaverimus post acceptam cognitionẽ veritatis, nõ adhuc pro peccatis reliqua est hostia:

27 Sed horrenda quædam exspectatio judicii, & ignis fervor, qui devoraturus est [x] adversarios.

28 [y] Qui aspernatus fuerit Mosis Legẽ, absque misericordia ex *duorũ aut trium testimonio moritur:

29 Quanto (putatis) acerbiore supplicio dignus censebitur qui Filium Dei conculcârit, & sanguinem federis, per quem fuerat sanctificatus, profanum duxerit, & Spiritum gratiæ contumelia affecerit?

30 [z] Novimus enim eũ qui dixit, *Mea est vindicatio, ego rependam, dicit Dominus. Et rursum, *Dominus [a] judicabit populum suum.

31 Horrendum est incidere in manus Dei vivi.

32 [b] Revocate verò in memoriam superiores dies, quibus postquam illustrati fuistis, ingens certamen afflictionum sustinuistis.

33 Partim quidem dum & cum cõvitiis & cum afflictionibus [c] in theatrum estis producti: partim verò dũ [d] socii facti estis eorum qui sic agitantur.

34 Nam & de vinculis meis mecũ doluistis, & direptionem eorum quæ vobis suppetebant cũ gaudio excepistis, ut qui

15 Testificatur autem nobis Spiritus sanctus qui dixit,

16 Hoc est fedus quod [8] sanciã eis post dies illos, ait Dominus, Dabo Legem meã in mentibus eorum, & super corda eorũ scribam eam:

17 Et iniquitates eorum ac peccata eorum non [9] commemorabo eis.

18 Ubi autem est remissio peccatorum, non requiritur oblatio quæ *fiat* pro peccatis.

19 Est nobis igitur, fratres mei, [10] fiducia ad ingressum domus sanctæ, per sanguinem Jeschua:

20 Et via vitæ, quam innovavit nobis nunc per velum, quod est caro ipsius.

21 Et est nobis Pontifex summus [11] super domum Dei.

22 Accedamus itaque corde [12] firmo & exspectatione fidei, aspersis cordibus nostris [13] & purificatis a conscientia mala,

23 Et abluto corpore nostro aquis puris; & perseveremus in confessione spei nostrę, & nõ declinemus: Fidelis est enim qui promisit nobis.

24 Et intenti simus alius in aliũ in provocatione charitatis & operũ bonorum:

25 Et ne deseramus [14] congregationem nostram, sicut est mos [15] quibusdam, sed [16] flagitate unus ab alio, quanto magis videtis quòd appropinquet dies ille.

26 Si enim [17] voluntate sua peccaverit quispiam postquam accepit cognitionem veritatis, non est ampliùs victima quæ offeratur pro peccatis:

27 Sed futurum est judicium formidabile, & [18] zelus ignis devorantis [19] inimicos.

28 Si enim is qui transgressus est Legẽ Musche, per os duorũ [20] & trium testium absque miserationibus moritur,

29 Quanto magis putatis *quòd* [21] condemnationem accipiet is qui conculcaverit Filium Dei, & [22] duxerit sanguinem Federis ejus tamquam cujusvis hominis, (per quem *sanguinem Christi* [23] sanctificatus fuerat) & ignominia affecerit Spiritũ gratiæ?

30 Novimus eũ qui dixit, Mea est ultio, & ego rependã. Et rursum, Judicabit Dominus populum suum.

31 Pavor est maximus incidere in manus Dei viventis.

32 Memores estote igitur dierum priorũ in quibus accepistis ablutionẽ, & [24] certamen magnum sustinuistis passionum,

33 Cum probris & cum afflictione: & quòd facti fuistis spectacula, & etiam consortes facti fuistis hominum qui hæc sustinuerunt:

34 Et doluit vobis propter eos [25] qui vincti erant: & direptionem facultatũ vestrarum cum gaudio sustinuistis: quoniam

[k] 8. Quamvis adhuc supersint peccati reliquiæ in nobis, ab eodem tamen nunquã repetendo sacrificio pẽdere nostræ perficiendæ sanctificationis opus, sic probat Apostolus, rursum prolato ejusdem Jeremiæ testimonio: Novo federe sublatum est peccatum, quũ dicat Dominus fore ut ex ejus formula peccatorum nostrorũ ampliùs non recordetur. Ergo nullo jam expiatorio sacrificio egemus quo tollatur quod jam est sublatum, sed danda potiùs opera ut nunc illius sacrificii fiamus per fidẽ participes. *Jerem. 31. 33. rom. 11. 27. sup. 9. 8.

[l] Ubi igitur purgatorius ignis, & distinctio illa pœnę & culpæ?

[m] Benè addidit pro peccato. restat enim alia oblatio, nempe actionis gratiarum.

[n] 8. Summa superioris tractationis, Nunc non excludimur a Sacrario ut Patres, sed in verum Sacrarium, id est, in cælum, patet nobis aditus, non pecuino, sed Jesu sanguine purificatis. Neque ut olim, oppositio velo nos excludit Pontifex, sed per velum, id est, carnem suam, in cælũ ipsum nobis præiẽs, nos introduxit, ut verè jã habeamus magnũ sacerdotẽ domui Dei præpositum.

[o] Sic caro Christi divinitatem nobis quasi sub velo ostẽdit, cujus alioqui fulgorem non possemus sustinere.

[p] 8. Exhortatio gravissima, in qua docet quo modo nobis sacrificium illud Christi applicetur, nimirum fide: quã etiã describit a consequentibus, nimirum sanctificatione Spiritus, quæ facit ut certò in Deum speremus, & pro mutua charitate alii aliorum salutem modis omnibus procuremus.

[q] Minimè subdolo vel fucato, sed quod verè sit addictum Deo.

[r] Hoc est quod dicit Dominus, Sancti estote, quia ego Sanctus sum.

[s] Spiritus sancti gratia.

[t] 8. Facta ultimi adventus Christi mentione, sanctos acuit ad sanctæ vitæ meditationem, & perfidos apostatas ad horrendum judicis tribunal citat, quòd eum in quo solo posita est salus, perfidiosè rejecerint. *Sup. 6. 4.

[v] Sine aliqua causa aut causæ specie.

[x] Aliud enim est humanitùs peccare, aliud Deo tanquam hosti bellum indicere.

[y] 8. Si capitale fuit Legem Mosis violare, quanto magis exitiosum est a Christo deficere? *Deut. 19. 15. matth. 18. 16. joh. 8. 17. 2. cor. 13. 1.

[z] 8. Ratio omnium istorum est, Quia Deus est contemtorum ultor. alioqui Ecclesiã suam ritè non gubernaret. Nihil est autẽ ira Dei vivi horribilius. *Deut. 32. 35. Rom. 12. 19.

[a] Gubernabit.

[b] 8. Sicut apostatas perterrefecit, ita constantes & firmos nunc consolatur, proposito superiorum certaminum successu, ad certam spem plenæ & quidem proximæ victoriæ ipsos stimulans.

[c] Ignominiæ causa estis producti.

[d] Eorum ærumnas vobiscum communes esse duxistis.

[8] Ad verbum, Dabo.

[9] Subaudi, In commemorationem eorũ.

[10] Ad verbum, retectio facierum. Phrasis Syra multis jã locis exposita. vide in 2. Cor. 3. 12. & sup. 4. 16.

[11] i. Præfectus domui Dei.

[12] f. vel vero: nam utrumq; significatur Hebræa voce, & Syra ἀμείμου.

[13] Vel, & purificati. Tã cordibus, quàm nobis potest accõmodari.

[14] Hoc est, Officium, & in tuenda sacra communione fidem & constantiam.

[15] Ad verb. Homini homini.

[16] f. vel adhortamini alter alterum.

[17] i. Ultrò.

[18] id est, Vehementissima ira Dei, quæ per metaphoram comparatur igni. Periphrasis est qua utũtur etiam Ezechiel cap. 36. 5. & Tzephan. cap. 1. 3.

[19] Chaldæa & Syra phrasis. Præditos inimicitia. Adverbũ, Dominos inimicitiæ, בעלי דבבא.

[20] Copula Et, loco disjunctivæ Aut.

[21] Ad verbum, Impositionem in caput. Alludit autem ad morẽ in Lege præscriptum, ut restes manu capiti damnati imponerent, Levit. 24. 15.

[22] i. Non pluris fecerit sanguinẽ Christi, quo factatum est fedus Dei, quàm cujusvis hominis sanguinem etiam polluti.

[23] Externa professione.

[24] Paraphrastes ex Græco ἄθλησις.

[25] Latiùs Græca extendit.

scitis

scitis quòd est vobis possessio in cęlis quę potior est, [26] & non transit.

35 Ne itaque amittatis [27] fiduciam quæ est vobis, cui futurum est præmium magnum.

36 Patientia enim necessaria est vobis, ut faciatis voluntatem Dei, & accipiatis promissum.

37 Propterea quòd modicũ est tempus & admodum pusillum, & veniet ille qui venturus est, & non tardabit.

38 Justus autem [28] ex fide sua vivet: & si *illa* excidatur illi, non delectatur eo anima mea.

39 Nos autẽ non sumus excisionis quæ ducit ad perditionem, sed fidei [29] quæ acquirit nobis animam nostram.

sciretis *vos* habere apud vos potiorem [e] substantiam in cælis, & quæ permaneat.

35 Ne igitur abjicite liberam illã professionem vestram, quæ magnam habet præmii retributionem.

36 Nam tolerantia vobis est opus, ut voluntati Dei obsequuti reportetis promissionem illam.

37 Adhuc enim [f] pusillum quantulumcumque, & qui venturus est, veniet, neq; tardabit.

38 * [g] Justus autem ex fide vivet: at si *quis* se subduxerit, non probat eũ animus meus.

39 At nos non ii sumus qui nos subducamus ad exitium, sed qui credamus ad animæ salutem.

[26] 1. Et non perit.
[27] Ad verb. Retectionem faciei: quod priùs declaratum est.
[28] F. al. ex fide quæ est in me: ut sint verba Dei sequenti membro αντιστροφικῶς respondentia.
[29] F. vel quæ facit ut possideamus animã nostram. Sic loquitur Christus, Lucæ 21. 19.
[e] Bona ac facultates.
[f] Paululũ admodum temporis adhuc superest, dùm veniat.
* *Habac. 2. 4. rom. 1. 17. gal. 3. 11.*
[g] B. Firmę fidei præstantiam ab effectis cõmendat, quòd unicum sit ad vitam iterquã sententiam illustrat oppositio contrario.

CAPUT UNDECIMUM.

[1] *Tractat usque ad finem capitis, non aliunde salutem adeptos esse patres, quicumque ab initio mundi Deo probati fuerunt, quàm ex fide: ut sciant Judæi hac sola se colligari patribus in sanctam unitatem.*

EST autem fides persuasio de *rebus* illis quæ sunt in spe [1] ac si essent [2] illis in effectu, & *est* [3] evidentia eorum quæ [4] non conspiciuntur.

2 Et [5] ob hanc exstat testimonium de antiquis.

3 Per fidem enim intelligimus quòd cõstructa fuerint secula sermone Dei, [6] & ea quę conspiciũtur, exstiterint, ex iis quę non conspiciuntur.

4 Per fidem obtulit Habel sacrificium, quod melius fuit multò [7] quàm Kain, Deo, & propter eam editũ est de illo testimonium quòd justus esset, & [8] testatur de oblatione ejus Deus: atque propter eam, etiam mortuus loquitur.

5 Per fidem translatus fuit Chanuch, & [9] mortem non gustavit, nec fuit inventus, eo quòd transtulisset eũ Deus. Etenim antequam transferret eum, editum est de eo testimonium, quòd placuisset Deo.

6 Sine fide autem non potest quisquam placere Deo: debitor enim est is qui accedit ad Deum, ut credat quòd *Deus* sit, & iis qui quærunt se, futurus sit remunerator.

7 Per fidem Nuach, [10] quum dictũ esset ei de iis quæ non videbantur, [11] reveritus est, & fecit sibi [12] arcam [13] in salutem familiæ suæ: per quam *arcam* condemnavit mundum, & factus est hæres justitiæ quæ est per fidem.

8 Per fidem Abraham, quum vocaretur, auscultavit ut exiret ad locum illum quem accepturus erat in hæreditatem: & exivit quum ignoraret quò proficisceretur.

9 Per fidem factus est incola in terra quæ promissa fuerat ei, tamquam in aliena: & in tabernaculis habitavit cum Isaac & Jaakub filiis [14] hæreditatis ejusdẽ promissionis.

10 Exspectabat enim urbem illam [15] cui sunt fundamenta, cujus artifex & cõditor Deus est.

EST [a] autem fides, [b] illud quo subsistũt quæ sperantur, & quæ demonstrat quæ non cernuntur.

2 [c] Ob eam enim testimonio fuerũt ornati [d] majores.

3 [e] * Per fidem intelligimus compactũ fuisse mundum verbo Dei, [f] ut quæ cernimus non sint ex apparentibus facta.

4 * [g] Abel per fidem, majoris pretij sacrificium obtulit Deo quàm Cain: per quam testimonio fuit ornatus, quòd esset justus, testimonium perhibente Deo de donis ejus: & mortuus adhuc per hanc loquitur.

5 [h] * Per fidem Enochus fuit translatus, ne [i] videret mortem: nec fuit inventus, propterea quòd transtulerat eum Deus. priusquam enim transferretur, testimonium obtinuerat quòd gratus fuerit Deo.

6 Atqui fieri non potest ut absque fide quisquam *Deo* sit gratus: nam qui accedit ad Deum, hunc credere oportet esse *Deum*, & [k] præmia largiri iis qui ipsum requirunt.

7 [l] * Per fidem divinitùs admonitus Noë de iis quæ nondũ cernebantur, veritus construxit arcam ad servandam domũ suam: per quam *arcam* condemnavit mundum, & ejus quæ ex fide est justitiæ factus est hæres.

8 [m] * Per fidem vocatus Abrahamus auscultavit *Deo*, abeundo in locum quem accepturus erat in hæreditatem, & exivit, nesciens quò esset venturus.

9 Per fidem commoratus est in terra promissa ut aliena, commoratus in tabernaculis cum Isaac & Jacob cohæredibus ejusdem promissionis.

10 Exspectabat enim [n] civitatem illam habentem fundamenta, cujus artifex & conditor est Deus.

[1] Id est, quæ ita certos reddit homines de eo quod sperant, ac si jam illud cõpletum esset & effectu præstitum.
[2] Illis. Relativum sine antecedente expresso. Refert autem eos qui fide sunt persuasi de iis quæ adhuc sperant.
[3] Syrè, Manifestatio.
[4] Id est, Ex nihilo.
[5] F. vel ex hac exstat testimonium, &c.
[6] F. Syrus pro τοῖς legit ὁ, sensu evidentissimo.
[7] F. quàm sacrificium videlicet Kain: id enim Syrus articulus indicat.
[8] Id est, Testimonio suo approbat oblationem ejus. F. vel testatus est: quod magis præcedentibus videtur convenire.
[9] Hebraismus jam priùs notatus in 1. Act. & ad Hebræos 2. Nec hinc sequitur eum prorsus mortis expertem fuisse. significat enim cõmuni ratione, qua reliqui mortales solent, mortuum nõ fuisse. Fuit enim subita quædam immutatio, per quam translatus est ab hac misera in cælicem illã vitã, de qua Paulus, 1. Cor. 15.
[10] Id est, Quũ oraculo divino admonitus esset de futuro diluvio, & de Dei erga se & suos favore.
[11] Subaudi, Judicium Dei, ut iram ejus anteverteret.
[12] Imitatur vocem Græcam κιβωτὸς.
[13] Ad vitam filiorum domus suæ, ad verbum.
[14] Id est, Hæredibus ejusdem promissionis.
[15] Id est, Firmam & perpetuam.
[a] B. Excellens fidei descriptio ab effectis, quòd res adhuc in spe positas repræsentet, & invisibilia veluti oculis subjiciat.
[b] Ad verbum, subsistentia eorum quæ sperantur.
[c] B. Docet Patres ex hac demùm virtute esse æstimandos.
[d] Ad verbum, seniores. i. illi Patres a quibus orti sumus, & quorum auctoritate & exemplo nos plurimùm cõmoveri par est.
[e] B. Proprium fidei ostendit, propositis selectissimis exemplis eorum qui a condito mundo in Ecclesia excelluerunt.
* *Gen. 1. 1. Joban. 1. 10.*
[f] Ita ut mundus iste, quem cernimus, non sit ex aliqua apparente ac subsistente materia, sed ex nihilo conditus.
* *Gen. 4. 4. mat. 23. 35.*
[g] B. Abel.
[h] B. Enoch.
* *Gen. 5. 24. ecc. 44. 16. & 49. 14.*
[i] Ne moreretur.
[k] Præmium refertur non ad nostrũ meritum, sed ad ultroneã promissionem, quod in Abrahamo fidelium Patre docet Paulus, Rom. 4. 4. *ecc. 44. 17.*
[l] B. Noë.
* *Gen. 6. 13.*
[m] B. Abraham & Sara.
* *Gen. 12. 4.*
[n] Opponuntur fundamenta firma tabernaculis.

11 Per fidem * & ipsa Sara vim ad concipiendum semen accepit, ac præter præstitutum tempus ætatis peperit, quòd fidelem *esse* duxerit eum qui promiserat.

12 Quapropter & ex uno, eóque jam [o] emortuo, nati sunt *posteri*, quanta est astrorum cæli multitudo, & quasi arena illa innumerabilis quæ est ad oram maris.

13 Secundùm [p] fidem mortui sunt isti omnes, non adepti [q] promissa, sed eminùs ea conspicati postquam *ipsis* fuissent persuasa, [r] & *ea* amplexi fuissent, ac sese professi peregrinos & advenas esse in terra.

14 Nam qui hæc dicunt, palàm ostendunt se patriam requirere.

15 Quòd si illius memores fuissent ex qua exierant, habere poterant tempus ad revertendum:

16 Atqui potiorem expetunt, hoc est cælestem. quapropter Deum non pudet eorum, *id est* cognominari Deus eorum. paraverat enim eis urbem.

17 *Abrahamus quum [s] tentaretur, obtulit Isaacum per fidem: unigenitum, inquam, illum obtulit is qui [t] promissiones exceperat,

18 * Ad quem dictum fuerat, In Isaaco vocabitur tibi semen:

19 Ratiocinatus Deum potentia præditum esse etiam suscitandi ex mortuis: [v] unde etiam illũ [x] similitudine quadam recepit.

20 [y] Per fidem * de futuris benedixit Isaacus Jacobo & Esauo.

21 [z] * Per fidem Jacobus moriens singulis filiis Josephi benedixit: * & adoravit super extremo baculo suo.

22 [a] *Per fidem, Josephus obiens de egressione filiorum Israëlis meminit: déq; ossibus suis præcepit.

23 [b] *Per fidem, Moses quum natus esset, occultatus est menses tres a parentibus suis, quòd viderent venustum esse puerulum: & non [c] metuerunt * edictum regis.

24 Per fidem *Moses jam grãdis renuit vocari filius filiæ Pharaonis:

25 Potiùs eligens simul malis vexari cũ populo Dei, quàm temporariam retinere [d] peccati fruitionem:

26 Majores ducens divitias probrum Christi, quàm Ægyptiorum thesauros. Intuebatur enim in præmii retributionem.

27 Per fidem dereliquit Ægyptum, non metuens excandescentiam regis. nam ut qui videret eum qui est invisibilis, *ita* forti animo fuit.

28 Per fidem * peregit pascha & effusionem illã sanguinis: ne qui perimebat primogenita, ipsos tangeret.

29 [e] Per fidem * transgressi sunt rubrũ mare veluti per terram: cujus *maris* facto periculo Ægyptii absorpti sunt.

30 [f] Per fidem * mœnia Jericho conciderunt, circumdata ad dies septem.

* *Gen. 17. 19. & 21. 2.*

[o] Nõ magis ad generandum habili, quàm si prorsus mortuus fuisset.

[p] Fide, quam vivi habuerũt, eos usque ad sepulcrum comitante.

[q] Metonymicè, res promissas.

[r] Patriarchæ enim acceptis promissionibus, fidẽ suam soliti sunt profiteri, exstructis aris, & invocato Dei nomine.

* *Gen. 22. 10. ecc. 44. 20.*

[s] Exploraretur a Domino.

[t] Etiamsi promissiones vitæ in illo unigenito Isaaco factæ essent, illũ tamen morti destinavit. Sic in spem cõtra spem credidit.

* *Gen. 21. 12. rom. 9. 7.*

[v] Ex qua morte.

[x] Non enim vera fuit Isaaci mors, sed instar mortis, ut videatur quasi resurrexisse.

[y] B. Isaac.

* *Gen. 27. 28. & 39.*

[z] B. Jacob.

* *Gen. 48. 15.*

* *Gen. 47. 31.*

[a] B. Joseph.

* *Gen. 50. 24.*

[b] B. Moses.

* *Exod. 2. 2. act. 7. 20.*

[c] Sub. ita ut puerum verentur alere.

* *Exod. 1. 16.*

* *Exod. 2. 11.*

[d] Commodis quibus frui nõ poterat, quia iram Dei in se provocaret.

* *Exod. 12. 21.*

[e] B. Rubrum mare.

* *Exod. 14. 22.*

[f] B. Jericho.

* *Jos. 6. 20.*

11 Per fidem Sara, quæ sterilis erat, accepit vim ut conciperet semen: & [16] quæ non erat in tempore annorum suorũ peperit, eò quòd firmiter credidit quòd fidelis esset ille qui promisit sibi.

12 Propterea ab uno qui [17] exoleverat per senectutem, geniti sunt multi, tamquam stellæ quæ sunt in cælo, & tamquã arena quæ est ad littus maris, cui non est numerus.

13 In fide mortui sunt isti omnes, & [18] non adepti sunt promissum suum, sed e longinquo conspicati sunt illud, & gavisi sunt in eo, ac confessi sunt, quòd hospites essent & incolæ in terra.

14 Hi autem qui hæc dicunt, ostendũt quòd civitatem suam quærant.

15 [19] Quòd si civitatem illam ex qua egressi fuerant quæsivissent, erat eis opportunitas ut rursus reversi proficiscerentur ad eam.

16 Nunc autem manifestũ est quòd eam quæ melior est illa, desiderabant: illam *videlicet* quæ est in cælo. Quapropter non [20] abstinuit Deus quominus Deum eorum se vocet: paraverat enim eis civitatem.

17 Per fidem obtulit Abrahamus Isaacũ [21] in tentatione sua, & unigenitum suũ obtulit super altare, illum quem acceperat per promissionem:

18 Dictum enim fuerat ei, In Isaac vocabitur tibi semen.

19 Et cogitavit apud seipsum, quòd [22] facultas esset in manibus Dei etiam a morte excitare. quapropter in typo datus est ei.

20 Per fidem ejus rei quæ futura erat, benedixit Ischak Jaakub & Isau.

21 Per fidem, moriens Jaakub benedixit unicuiq; ex filiis Jauseph, [23] & adoravit super summitate baculi sui.

22 Per fidem Jauseph moriẽs meminit eductionis filiorum Israjel, & mandavit de ossibus suis.

23 Per fidem, parentes Musche occultaverunt eum quum natus esset, menses tres, quòd viderent quòd esset pulcher puellus, & non metuerunt a mandato regis.

24 Per fidem, Musche quum esset vir factus, [24] renuit vocari filius filiæ Pharaonis:

25 Et [25] elegit sibi ut in afflictione cum populo Dei esset, [26] & non ut tẽpore modico delectaretur suaviter in peccato:

26 Et cogitavit quòd major esset opulentia probri Christi multo quàm thesaurus Ægypti. Intentus enim erat in retributionem præmii.

27 Per fidem reliquit Ægyptum, neque timuit ab ira regis: & [27] sustinuit tamquã is qui videret Deum qui est invisibilis.

28 [28] Per fidem peregit Petzcha, & aspersit sanguinem, ut non appropinquaret ad eos ille qui perimebat primogenita.

29 Per fidem transierunt mare [29] Suph, ut qui *transeunt* super terram siccam: & in eo absorpti sunt Ægyptii, quũ ausi essent ingredi ipsum.

30 Per fidem mœnia Irichu conciderunt, quum circumdata fuissent septem dies.

31 Per

[16] Id est, Quũ jam excessisset annos quibus mulieres parere solent.

[17] Id est, exhaustus viribus, &c.

[18] Id est, Id quod promissũ ipsis à Deo fuerat non acceperunt.

[19] Deerat in Syro Testamẽto impresso initium hujus versus: nempe ואילו לסדינתא הי דנפקו מנה בעין. Et, si civitatem illã ex qua exiverant quæsivissent. quod nos ex Syro manuscripto Heidelbergẽsi restituimus.

[20] Anthropopathiæ asperitatẽ lenit, quæ in verbo Erubescẽdi apparebat in Græco contextu.

[21] Id est, Quũ Deus fidem ejus explorans, præciperet ut unicum filiũ immolaret.

[22] Syrè, Ad manum haberet Deus.

[23] Sequitur paraphrastes Græcorum interpretationẽ. Hebræa veritas habet, Et adoravit super caput lecti. F. vtrumq; verum.

[24] Ad verbum, Negavit ut nõ vocaretur, &c. Id est, se ejus filium esse negavit, & etiam nomen filii filiæ regis recusavit.

[25] Hoc est, Potius duxit. Hebraismus.

[26] Id est, Quàm ut. Hebraismus.

[27] F. vel spem habuit: quod Syro verbo proptiè significatur.

[28] In codice impresso verba sonant, Per fidem peregerunt Petzcha & aspersionẽ sanguinis.

[29] Ita vocatur Hebraicè mare rubrũ. Sonat autẽ Suph Algam. Et est verisimile vocatũ fuisse sic a multitudine juncorum qui in eo essent. Vide Act. 7.

[30] Vel, Caupona. Vide quæ de hac voce pleniùs dicta sunt Iacobi 2.

31 Per fidem Rachab [30] meretrix non periit cum iis qui non auscultârunt, quum excepisset exploratores in pace.

32 Quid prætereà dicam? exiguũ enim est mihi tempus ut referam de Gedeone, & de Baraco, & de Schemschune, & de Jephthaco, & de Davide, & de Schemuele, & de reliquis prophetis.

33 Qui per fidem vicerunt regna, & operati sunt justitiam, & acceperunt promissa, & occluserunt ora leonum.

34 Et extinxerunt vires ignis, & erepti sunt ab acie gladii, & validi facti sunt ex infirmitatibus, & facti sunt robusti in bello, & subverterunt [31] castra inimicorum.

[31] Vel, Exercitus.

35 Et reddiderunt mulieribus filios earum ex resurrectione mortuorum: & alii [32] in cruciatibus mortui sunt, neque intẽti exspectârunt ut eriperentur, ut resurrectio excellentior [33] esset ipsis.

[32] Græcũ verbum dilucidè explicat, quod distẽdi declarat.
[33] Id est, Obtingeret.

36 Alii autem [34] ludibria & flagella subierunt: alii in vincula & in carceres traditi sunt.

[34] Id est, se ultrò ludibriis & flagellis objecerunt.

37 Alii lapidati sunt, alii secti sunt, alii acie gladii mortui sunt, alii circumiverũt induti pellibus ovillis & caprinis, & inopes, & afflicti, & conturbati:

38 Homines quibus dignus non erat mundus: & fuerunt tamquam errantes in solitudine, & in montibus, & in speluncis, & in cavernis terræ.

39 Et hi omnes de quibus *editum* est testimonium ob fidem eorum, non acceperunt promissum:

40 Quia Deus providerat commodum nostrum, ut non absque nobis perficerentur.

31 [g] Per fidem *Rahab [h] meretrix illa nõ periit unà cum iis qui non obedierunt, *quũ [i] pacificè excepisset hospitio exploratores.

32 [k] Et quid prætereà loquor? deficiet enim me tempus, narrantem de * Gedeone, *de Baraco, & *Sampsone, *& Jephthe, * & Davide, & Samuele, ac prophetis:

33 Qui per fidem debellârũt regna, operam dederunt justitiæ, assequuti sunt [l] promissiones, obstruxerũt ora leonum,

34 Extinxerunt vim ignis, effugerũt acies gladii, corroborati sunt ex infirmitate, effecti sunt validi in bello, exercitus exterorum in fugam verterunt.

35 [m] Mulieres acceperũt ex resurrectione mortuos suos: alij verò [n] distenti sunt, nõ acceptata liberatione, ut potiorem resurrectionem consequerentur:

36 Alii rursus ludibria & flagella sunt experti, insuper & vincula & carcerem.

37 Lapidati sunt, dissecti sunt, tentati sunt, gladio cæsi mortui sunt, oberraverũt cum [o] ovillis & caprinis pellibus, destituti, afflicti, malè habiti.

38 Quibus indignus erat mundus, in desertis errantes, & montibus ac speluncis, & cavernis terræ.

39 [p] Atq; omnes hi testimonio per fidem ornati, [q] non obtinuerũt promissum illud:

40 Quoniam Deus de nobis [r] potius quiddam providerat, [s] ne absque nobis consummarentur.

[g] B. Rahab. *Josuæ 6. 23.
[h] Insigne benevolentiẹ divinẹ exemplũ. *Josuæ 2. 1.
[i] B. Benignè & benevolè, ita ut illos nõ modò nihil læserit, sed etiã tutos præstiterit.
[k] B. Gedeon, Barac, & alii judices ac prophetæ. *Judic. 6. 11. *Judic. 4. 6. *Judic. 13. 24. *Judic. 11. 1. & 12. 7. *1. Sam. 1. 20. & 13. 14.
[l] Promissionũ fructum.
[m] Innuere videtur historiã Sarepranæ illius, cujus filiũ Elias suscitavit, & Sunamitidis, cujus filiũ matri restituit Elizæus.
[n] Respicit eam persecutionẽ, quam exercuit Antiochus.
[o] Vilibus & asperis amictibus, sanctos ad extremam inopiã redactos, ferarum instar coactos in asperrimis locis vivere.
[p] B. Amplificatio à circũstantia temporis, tanto admirabiliorem esse illorum fidem, quanto fuerunt obscuriores de rebus futuris promissiones quæ nobis demum sunt reipsa exhibitæ, ut una sit & illorum & nostra fides ac consecratio.

[q] Sed eminùs viderunt Christum. [r] Præstantius. [s] Pendebat siquidem eorum salus ab eo, nempè Christo, qui fuit nostris temporibus exhibitus

CAPUT DUODECIMUM.

[1] Non modò ab eorum patrum quos recitavit exemplis hortatur ad patientiam & constantiam, [3] sed etiam ab exemplo Christi, [11] Non rectè æstimatum iri castigationes Dei, ex præsenti carnis nostræ sensu.

PRoptereà etiam nos, quibus sunt illi omnes testes, qui veluti nubes circũpositi sunt nobis, solvamus a nobis omnia pondera, etiam peccatũ quod omni tempore [1] paratum est nobis: & cum tolerantia [2] stadium hoc percurramus quod propositum est nobis.

[1] Id est, Semper est in prõtu, ut cursum nostrũ ad vitã beatam impediat.
[2] Ἀγῶνα ex Græco.

2 Et intueamur Jeschua, qui ipse factus est princeps & perfector fidei nostræ, qui pro gaudio quod erat ei, pertulit crucem, & [3] confusioni se exposuit: ac ad dextram throni Dei consedit.

[3] Vox Syriaca est אסר quẹ a מסר deriva ta est: nec unquã me legere memini in hac significatione, sed בסר hoc significare frequenter invenitur in hoc novo Testamento. Quare vel erratũ esse a librariis puto, vel ex linguæ proprietate Mem esse positum pro Beth, quòd ambæ sint literæ labiales. Sed tamẽ minimè alienus erit sensus, aut remotus, si vertamus, Ad confusionem se tradidit, vel exposuit. Nam ita significatur ultrò ignominiam subiisse, unde apparet eam magis animo cõtemsisse. B. vel ignominiam contemsit. ut exponit Masius. Sic enim verbum Syrum sumitur μεταλαμβάνει.

3 Videte igitur quantũ sustinuit a peccatoribus qui erant adversarii [4] sibiipsis: & non sit anxius nec remissus animus vester.

4 Nondum perveniſtis usq; ad sanguinem in certamine hoc quod est contra peccatum.

5 Et obliti estis doctrinæ illius quam

PRoinde [a] *nos quoque, quum tanta nos circũstet testium nubes, abjecto omni põdere, & peccato ad nos [b] circumcingendos proclivi, per tolerantiam propositum nobis stadium decurramus:

2 [c] [d] Intuentes in fidei ducem ac consummatorẽ Jesum, qui [e] pro sibi proposito gaudio sustinuit crucẽ, ignominia contemta, & ad dextrã throni Dei consedit.

3 [f] Etenim reputate quis ille sit qui talem sustinuit a peccatoribus adversus sese cõtradictionem, ne vestris animabus fracti, fatiscatis.

4 [g] Nondum ad sanguinem usque restitistis, adversus peccatum decertando.

5 [h] Et obliti estis adhortationis quæ

[a] B. Applicatio superiorum exemplorum quibus nos incitari oporteat ad totum stadium, abjectis omnibus remoris & impedimẽtis, decurrendum. * Rom. 6. 4. col. 1. 8. ephes. 4. 24. 1. pet. 2. 1.
[b] Nos enim undiq; peccatum obsidet, ita ut excurrere non possimus.
[c] B. Metã hujus curriculi proponit, Jesum ipsum ducem etiam nostrũ, ut qui ejusdem viæ omnes asperitates volens superârit.
[d] Tamquam in fidei metam.
[e] Qui quũ omne genus beatitatis in manu ac potestate haberet, tamẽ ultrò ignominiam crucis subiit.
[f] B. Amplificatio a circumstantia personæ & rerũ ipsarum quas inter se comparat. Quantus enim est Jesus præ nobis, & quãto duriora pertulit quàm nos?
[g] B. Argumentatur ab utilitate quæ ex Dei castigationibus ad nos redit nisi per nos steterit: primùm quòd ita dometur peccatum, sive carnis nostræ pervicax illa vitiositas.
[h] B. Secundò, Quòd sint paternæ in nos benevolentiæ testimonia, adeò quidem ut sese spurios esse declarent qui se a Deo castigari non ferunt.

4 Vel, In animam suam, id est, In perniciem animæ suæ, vel, Adversarii salutis suæ, diverso a Græcis sensu. Ac fortasse hoc modo voluit Paraphrastes insaniam eorum exaggerare, atque explicare Græca. B. nisi fortè pro ἀντι, potiùs διὰ legerit Paraphrastes, quod putem.

vobis tamquam filiis loquitur, * Fili mi, ne parvi facito castigationē Domini, neque animo frangitor, quum ab eo argueris.

6 Quem enim diligit Dominus, castigat: flagellat autem quemcumque filium agnoscit.

7 Si castigationem sustinetis, Deus sese vobis exhibet ut filiis. quis enim est filius quem non castiget pater?

8 Quòd si estis absq; castigatione, cujus participes sunt omnes, nempe suppositii estis, non filii.

9 [i] Deinde patres quidē carnis nostræ castigatores habuimus, & reveriti sumus: annon multo magis subjiciemur patri spirituum, & vivemus?

10 [k] Nam illi ad paucos dies, prout ipsis videbatur, nos castigabant: hic autem ad commodum nostrum, ut participes simus sanctimoniæ ipsius.

11 Omnis autem castigatio in præsens quidem non videtur esse gaudii, sed tristitiæ: at postea fructum tranquillum justitiæ reddit, iis qui per eam fuerint exercitati.

12 [l] Quapropter [m] manus remissas & genua soluta surrigite:

13 Et rectas [n] orbitas facite pedibus vestris, ne quod claudū *est* deflectat de via, sed ut sanetur potiùs.

14 [o] *Pacem sectamini cum omnibus & sanctimoniā, sine qua nemo videbit Dominum:

15 [p] Prospicientes nequis deficiat a gratia Dei: nequa [q] radix amara suppullulans obturbet, & per hanc polluantur multi.

16 [r] Nequis sit scortator, aut profanus, velut *Esau, qui unico edulio vendidit suū jus primogeniti.

17 *Scitis enim eū etiam posteà, quum vellet hæreditario jure benedictionē assequi, reprobatum fuisse. [s] non enim reperit pœnitentię locum, quamvis cum lacrymis *benedictionem* illam exquisisset.

18 [t] Non enim accessistis ad [v] contrectabilem *montem, & ardentem ignem, ac turbinem, & caliginem, & procellam:

19 Tubæq; sonitum & vocem verborum, quam qui audierant, cum excusatione petierunt ne ampliùs sibi fieret sermo.

20 (Non enim ferebant quod interdicebatur, *Si vel bestia tetigerit montem, lapidabitur, aut sagitta configetur.

21 Et Moses, adeò horrendum erat [x] visum quod apparebat, dixit, Expavefactus sum ac tremebundus)

22 Sed accessistis ad montem Sion, & civitatem Dei vivi, Hierusalem cælestem, & myriadas Angelorum,

23 Conventum universalem & concionem primogenitorum qui conscripti sunt in cælis, & judicem universorum Deum, & spiritus justorum [y] consummatorum,

tamquam filiis eloquuti sumus vobis, Fili mi, ne negligas castigationem Domini, & ne remissus reddatur animus tuus quum ab eo corrigeris.

6 Eum enim quem diligit Dominus, castigat, & flagellat filios illos erga quos benè est affectus.

7 Sustinete igitur castigationem: quia tanquam erga filios, agit circa vos Deus. Quis enim est filius quem non castiget pater ejus?

8 Et si absque castigatione estis, qua castigatur unusquisque, facti estis alieni & non filii.

9 Et, si patres carnis castigantes fuerunt nos, & verecundabamur [s] ab illis, quanto igitur magis debitores sumus ut subjiciamus nos [6] Patri ipsorum spirituum, & vivemus?

10 Illi enim ad tempus quidem modicū, prout volebant, castigabant nos: Deus autem in commodum nostrum, ut participes fiamus sanctimoniæ ipsius.

11 Omnis autem castigatio in tempore suo nō æstimatur quòd gaudii sit, sed doloris: in fine autem fructus pacis & justitię reddit illis qui ea exercitati fuerint.

12 Propterea manus vestras dissolutas & genua vestra labantia confirmate:

13 Et orbitas rectas facite pedibus vestris, ut membrum quod est claudum, nō aberret, sed sanetur.

14 [7] Sectamini pacem cum omni homine, & sanctimoniā: quia sine ea nemo Dominum nostrum visurus est.

15 Et estote cauti, nequis reperiatur in vobis [8] inops gratiæ Dei, aut nequa radix amaritudinum producat [9] florem, & vexet vos, & per eam multi inquinentur.

16 Aut nequis reperiatur in vobis qui sit scortator & solutus, veluti Esau, qui uno edulio vēdidit suum jus primogeniti.

17 Scitis enim quòd etiam posteà cuperet hæres fieri benedictionis, [10] & reprobatus fuerit. Locum enim pœnitentiæ non invenit, quamvis cum lacrymis quæsiisset [11] *benedictionem* illam.

18 Non enim accessistis ad ignem ardētem & contrectabilem, neque ad tenebras [12] & ad caliginem, & ad procellam:

19 Neq; ad sonitum buccinæ, & ad vocem verborū, quam qui audierant, [13] detrectārunt [14] ne ampliùs sermo fieret sibi:

20 (Nam non poterant sustinere quod præcipiebatur, *nempe* ut si vel etiam bestia appropinquaret ad montem, lapidaretur.

21 Et adeò formidabile erat visum, ut Musche diceret, Expavesco & contremisco.)

22 Vos autem accessistis ad montem Tzehijun, & ad civitatem Dei viventis, ad Utischelem quæ *est* in cælis, & ad cœtū myriadum Angelorum:

23 Et ad conventum primogenitorum, qui conscripti sunt in cælis, & ad Deū judicem omnium, & ad spiritus justorū qui perfecti sunt,

*Prov. 3. 11.

i B. Tertiò, Si patribus, quibus secūdùm Deū hāc vitā debemus, hoc jus omnes concedunt ut meritò possint filios suos castigare, annon multo magis subjiciemur patri illi nostro, & spiritualis & æternæ vitæ auctori?

k B. Amplificatio ejusdē argumenti. Patres illi p suo arbitrio, caduci alicujus boni causa nos castigārunt, Deus autem summi nostri cōmodi gratia nos erudit ut suæ sanctimoniæ nos cōsortes efficiat: quod etsi pręsens sensus nō percipiat, rei tamen exitus probat.

l B. Conclusio, Alacriter pergendū, & quidē recto semper & (quoad fieri potest) inoffenso cursu servato.

m Descriptio hominis inertis & animum despondentis.

n Rectum cursum tenete, & ita ut honestæ vitæ vestræ vestigia appareant: quæ nimirū alii ingrediantur.

o B. Pax & sanctimonia cum omnibus colenda.

*Rom. 12. 18.

p B. Studendū mutuæ ædificationi, tum in doctrina tū in vitæ exemplis.

q Ne aliqua hæresis aut apostasia sit offendiculo.

r B. Vitanda scortatio, & prophanus animus, i. Deo suum honorē non tribuens: cujusmodi scelera quàm graviter tandem Deus ulciscatur, horrendū Esau exemplū docet.

* Gen. 25. 33.

* Gen. 27. 38.

s Nullus locus relictus est ipsius pœnitētiæ: quænam autem fuerit ejus pœnitentia ex effectu docetur, ex patris enim cōspectu decedens mortem minitatur fratri.

t B. Jam ad propheticum & regium munus Christi cum Mose comparati, eamdem exhortationem applicat, hoc modo: Si tanta fuit Legis majestas, quantam putatis esse Christi & Evangelii gloriam? Hanc autem comparationem particulatim etiam explicat.

5 Id est, Coram eis.

6 Observādū, Syram vocem, לאבהין per syncopen positam esse pro לאבהתין, vitandæ κακοφωνίας causa: atq; ideò vertendā esse Patri ipsorū, ut nos vertimus. quūmque nomen ipsum singulare sit, licet plurale affigatur ei pronomen) non debuit in capite duo illa puncta habere in Syro textu, quæ solēt in signū pluralis numeri, pluralibus tātùm vocib⁹ infidere. Quod propterea dico, quia videtur propter duo illa puncta hanc versionem requirere. Quanto igitur magis debitores sumus ut subjiciamus nos patribus spirituum? Ac si cō parario instituta esset inter patres terrenos, qui corpus generant, & spirituales patres qui animos informant. Atqui manifestū est ex ipso contextu, comparationē esse inter terrenos patres, & cælestem Patrem spirituum Deum.

7 Ad verbum, Currite post pacem cum omni homine. Hebraismus.

8 Id est, Destitutus gratia Dei.

9 B. vel germē. Vox Syra designat quicquid sursum efferri solet, ac produci e terra.

10 Et copulativa, pro Sed adversativa.

11 B. vel pœnitentiam illā, videlicet qua pater benedictionē in Jaakub collatam revocaret.

12 Et pro Aut disjunctiva.

13 vel deprecati sunt.

14 Ad verbum, Adderetur ut fieret sermo cum ipsis, Id est, Ne ampliùs secū loquentem Deū ipsum audirent.

x Oblata species & imago minimè quidem fictitia, sed vera.

y Vel perfectorum: sic enim vocat in cælum receptos, etiamsi altera sui parte dormiant in pulvere.

24 Et ad Jeschua mediatorem Testamenti novi, & ad aspersionem sanguinis ejus qui loquitur meliùs [15] quàm *sanguis* Habelis.

25 Cavete igitur ne [16] detrectetis *audire* eum qui loquitur vobiscum. Si enim illi non evaserunt qui detrectârunt *audire* eũ qui loquebatur cũ eis in terra, multo minus nos, si subterfugerimus eum qui loquitur nobiscum de cælis.

26 Cujus vox terram commovit: nunc autem promisit, & dixit, Adhuc semel, ego commovebo non solùm terram, sed etiam cælum.

27 Hoc autem quod dixit Semel, ostẽdit mutationem eorum quæ commoventur, quoniam factitia sunt: ut maneant ea quæ non commoventur.

28 Quoniam igitur accepimus regnũ non mobile, teneamus gratiam per quam serviamus & placeamus Deo cum verecũdia & cum timore.

29 Deus enim noster, ignis est consumens.

[15] F. nempe παρὰ τὸ Αβεὶλ legebat Syrus, quum hodie legamus τοῦ. Syram lectionem non possum improbare: nam respicit ad Dei verba Gen. 4. 10.
[16] Vel, Deprecemini.

24 Et ad novi pacti mediatorẽ Jesum, & sanguinem aspersionis, potiora loquẽtem quàm loquatur Abel.

25 [z] Videte ne aversemini eum qui loquitur. Nam si illi non effugerunt qui recusârunt divinitùs loquentẽ in terra, multo magis nos qui eum qui de cælis *est* aversaremur.

26 [a] Cujus vox tunc concussit terram: nunc autem denũciavit, dicens, *[b] Adhuc semel ego concutiam non solùm terram, sed etiam cælum.

27 Porrò illud, Adhuc semel, declarat instabilium rerum, utputà factitiarũ, amotionem, ut maneant quæ sunt stabilia.

28 [c] Quapropter regnum assumentes quod concuti non potest, teneamus gratiam, per quam ita colamus Deum ut ei grati simus, cum [d] verecundia & [e] reverentia.

29 Etenim *Deus noster, consumens ignis est.

[z] B. Applicatio superioris collationis. Si nõ licuit sermonem in terra loquuti aspernari, quanto minus ejus vocem qui est ex cælis ipsis?
[a] B. Evangelii stabilem majestatem, qua totus orbis est cõcussus, ipsãque adeò cælorum machina velut obstupuit, cum exili & evanescente Legalis œconomiæ sonitu cõparat.
*Agg. 2. 7.
[b] Hæc ad regnum Christi referenda esse satis indicat quod Propheta de Gẽtium vocatione subjicit.
[c] B. Generalis exhortatio ut sub tanti Regis fœlicissima subjectione reverẽter & religiosè vivamus, qui sicut suos potentissimè beat, ita etiam rebelles quàm severissimè ulciscitur. Hæc autem est Christianæ vitæ summa, priorem Tabulam respiciens.
[d] Significatur pudor ille honestus qui homines in officio retinet.
[e] Religioso metu.
* Deut. 4. 24.

CAPUT DECIMUMTERTIUM.

[1] *Præceptiones addit non tantùm quæ ad mores,* [7] *sed etiam quæ ad doctrinam pertinent.*

CHaritas [1] fratrum maneat in vobis.

2 Et dilectionis hospitũ ne obliviscamini. per hãc enim digni habiti sunt quidam, ut quum *id* non sentirent, exciperent Angelos.

3 Memores estote vinctorũ, ac si cum eis vincti essetis. Recordemini eorum qui affliguntur, ut homines qui carne induti estis.

4 Honorabile est conjugium inter omnes, & [2] cubile eorum mũdum est: scortatores autem & adulteros judicaturus est Deus.

5 Ne sit amans argentum mens vestra, sed sufficiat vobis id quod est vobis. Ipse enim Dominus dixit, Non deseram te, & [3] non remissas habebo erga te manus.

6 Et est nobis dicendum confidenter, Dominus *est* auxiliator meus, [4] non timebo: quid facturus est mihi filius hominis?

7 Estote memores gubernatorum vestrorum qui loquuti sunt vobiscũ sermones Dei: considerate finem conversationũ ipsorum, & imitamini fidem eorum.

8 Jeschua Christus heri & hodie, & idẽ est, & in æternum *erit*.

9 Ad doctrinas peregrinas, & varias ne abducamini. [5] Bonum est enim ut gratia confirmemus corda nostra, & non cibis: quia non adjuti fuerunt illi [6] qui versati sunt in ipsis.

10 Habemus autem altare, ex quo non est jus edendi iis qui in Tabernaculo ministrant.

[1] Id est, fraterna.
[2] Nempe Conjugatorum.
[3] Hoc est, Non retraham manus abs te.
[4] F. vel non timebo quid facturus sit mihi filius hominis. sine interrogatione.
[5] Hebraismus. Nam subjectũ. Et non, Idem valet quod Quàm: ut satis appareat positivum esse loco cõparativi, ac si dictũ esset, Meliùs est enim ut gratia confirmemus corda nostra quàm cibis.
[6] Ambulaverunt, Hebraismus. Hoc est, Assueti sunt discrimini ciborum.

FRaternus [a] amor maneto.

2 *Hospitalitatis ne estote immemores: *per hanc enim quidam inscii exceperunt Angelos hospitio.

3 Memores estote vinctorum, tamquam unà cum illis vincti: eorum qui malis premuntur, [b] ac si ipsi quoque corpore *afflicti* essetis.

4 [c] Honorabile *est* inter quosvis cõjugium & cubile impollutum: scortatores autem & adulteros damnabit Deus.

5 [d] Sint mores *vestri* alieni ab avaritia: *estote* cõtẽti præsentibus: dixit enim [e] ipse, *Nequaquam te omittam, neque unquam te deseram:

6 Adeò ut confidenti animo dicamus, *Dominus *est* mihi auxiliator: nec metuã quid faciat mihi [f] homo.

7 [g] Memores estote ductorum vestrorum, qui loquuti sunt vobis sermonem Dei: quorum imitamini fidem, contemplantes quis fuerit exitus conversationis ipsorum.

8 [h] Jesus Christus heri & hodie idẽ *est* & in secula.

9 Doctrinis variis & peregrinis ne circumferimini. [i] bonum enim est gratia cõstabiliri cor, [k] non cibis, unde nullam perceperunt utilitatem [l] qui in ipsis ambularunt.

10 [m] Habemus [n] altare, ex quo non habent jus edendi [o] qui tabernaculo deserviunt.

a B. Ad secundã Tabulam accedit, cujus summa est, charitas, præsertim in peregrinos & afflictos.
*Rom. 12. 10. 1. Pet. 4. 8.
*Genes. 18. 3. & 19. 1.
[b] Perinde afficiamini ac si vos ipsos illa calamitas attingeret.
[c] B. Castum conjugium in omni hominũ ordine commendat: scortatoribus, & adulteris extremũ a Deo exitium minatur.
[d] B. Damnatur avaritia, cui opponitur animus sua sorte contentus.
[e] Ipse scilicet Dominus.
*Josua 1. 9.
*Psal. 118. 6.
[f] Opponitur homo Deo.
[g] B. Fortium ducum exẽpla sedulò ad imitationem proponenda.
[h] B. Summam doctrinæ repetit, unicum videlicet omniũ de moribus præceptorũ fundamentum. Est autem ejusmodi: In uno Christo nobis esse acquiescendum, nec unquam extra ejus notitiam servatum fuisse quemquã, aut hodie servari, aut deinceps servandum esse.
[i] B. Perstringit eos qui externum cultum, ac præsertim discrimen ciborum, cum Evangelio permiscebant: quam doctrinam planè damnat, ut ex diametro repugnãtem Christi beneficio.
[k] Ex una specie, nempe mundorum & immundorum ciborum discrimine, intellige omnem ceremonialem cultum.
[l] Qui eorũ discrimen superstitiosè retinuerũt.
[m] B. Perpulchra anagoge refutat eorumdem errorem, Qui olim serviebant tabernaculo, non vescebantur victimis quarum sanguis pro peccato inferebatur per pontificem in sacrarium: istæ porrò victimæ Christum nostram oblationem repræsentabant. Itaque non possunt ejus heri participes qui tabernaculo deserviunt, id est, qui in Legali cultu perstant. Nos verò non pudeat illum extra Hierusalem ejectũ & passum sequi, nam in hoc quoque Christus veritas illi figuræ respondet, quòd extra portam est passus.
[n] Altaris nomine oblationes intelligit.
[o] Cujus non possunt esse participes, qui legis ritus obstinatè retinent.

*Levit.6.11.& 6.30.& 16.27.

11 * Quorum enim animalium sanguis infertur pro peccato in Sacrariũ per Pontificem, eorum corpora exuruntur extra castra.

12 Quapropter & Jesus, ut sanctificaret populum per proprium sanguinem, passus est extra portam.

13 [p] Exeamus igitur ad eum extra castra probrum ejus portantes.

14 * Non enim habemus hîc stabilem civitatem, sed futuram illam inquirimus.

15 [q] Per ipsum igitur assiduè offeramus Deo sacrificium laudis, *id est fructum labiorum celebrantium nomen ejus.

16 Beneficẽtiæ verò & communicationis ne obliviscimini: talibus enim victimis delectatur Deus.

17 [r] Obedite ductoribus vestris, & obsecundate: excubant enim ipsi pro animabus vestris tamquam rationem reddituri: ut cum gaudio hoc faciant, & non suspirantes: id enim est vobis inutile.

18 [s] Orate pro nobis: confidimus enim nos bonam conscientiam habere, ut qui in omnibus cupiamus benè versari.

19 Ampliùs autem precor vos ut id faciatis, ut eò citiùs restituar vobis.

20 Deus verò pacis, qui magnum illum ovium, per sanguinem pacti ęterni, pastorem, Dominum nostrũ Jesum, ex mortuis reduxit,

21 [t] Compingat vos ad omne opus bonum, ad præstandam ipsius voluntatem, [v] efficiens in vobis quod gratum sit in conspectu suo, per Jesum Christum: cui *sit* gloria in secula seculorum. Amen.

22 Precor autem vos, fratres, sufferte sermonem exhortationis hujus: nam paucis *de hoc* scripsi vobis.

23 Scitote fratrem *nostrum* Timotheũ solutum esse: cum quo (si mox venerit) videbo vos.

24 Salutate omnes ductores vestros, & omnes sanctos. Salutant vos Itali.

25 Gratia *sit* cum omnibus vobis. Amen.

Ad Hebræos scripta est ex Italia per Timotheum.

p B. Longiùs progreditur in hac anagoge. & ita quoque nobis significatũ dicit, oportere pios Christi sectatores velut e mundo migrare, ipsius crucẽ portantes.

*Mich.2.10.

q B. Sublatis illis corporalibus sacrificiis, docet vera cõfessionis sacrificia superesse, quæ partim in gratiarũ actione, partim in beneficentia cõsistunt, quibus demũ victimis nũc delectatur Deus.

*Osea 14.2.

r B. Parendum Pastorũ & presbyterorũ monitis, eorũ videlicet qui pro animarũ ipsis commissarum salute vigilãt.

s B. Ultima pars epistolæ, in qua suũ ministerium Hebræis cõmendat: perseverãtiam & gratiarum incremẽtũ ipsis a Domino precatur: excusat se quòd paucis sit eos consolatus, cõsumta videlicet in disputando epistola: & quosdam familiariter & amicè salutat.

t Aptos vel idoneos vos reddat.

v Hinc illa Patrum sentẽtia, Deum in nobis coronare opera sua.

11 Animalium enim illorum quorum sanguinem inferebat Princeps põtificum in domum sanctam pro peccatis, caro cõburebatur extra castra.

12 Propter hoc Jeschua, ut sanctificaret populum suum per sanginem suum, extra urbem passus est.

13 Igitur nos quoq; egrediamur ad eum extra castra, induti opprobrio ejus:

14 (Nõ enim est nobis civitas quæ permaneat hîc, sed ad illam quæ futura est, spectamus)

15 Et per manum ejus offeramus victimas laudis omni tempore Deo: quæ *laus* est fructus labiorum [7] quæ gratias agunt nomini ejus.

16 Et ne obliviscamini beneficentiæ & & communicationis pauperum: his *enim* victimis placet homo Deo.

17 Et obedite gubernatoribus vestris, & auscultate eis: ipsi enim vigilant pro animabus vestris, tamquam homines qui reddituri sunt rationem vestri, ut cũ gaudio faciant hoc, & non cum gemitibus. nam non est utile vobis.

18 Orate pro nobis. Confidimus enim quòd conscientia bona sit nobis, quia in omni re cupimus ut benè nos geramus.

19 Ampliùs peto a vobis ut faciatis hoc, ut citò revertar ad vos.

20 Deus autem pacis, qui ascendere fecit [8] a mortuis pastorem illum magnum gregis per sanguinem federis quod est in æternum, [9] qui *quidem* est Jeschua Christus Dominus noster,

21 Ipse perficiat vos in omni opere bono, ut faciatis volũtatem ipsius, & ipse efficiat in vobis id quod bonum est coram eo, per Jeschua Christum: cui *sit* gloria in seculum seculorum. Ammin.

22 Peto autem a vobis, fratres mei, [10] ut patientes sitis [11] per sermones [12] consolationis. nam paucis scripsi vobis.

23 Scitote autẽ quòd frater noster Timotheus solutus est: &, si citò venerit, cũ eo visam vos.

24 Salutate omnes [13] gubernatores vestros & omnes sanctos. Salutãt vos omnes qui sunt ex Italiã.

25 Gratia *sit* cũ omnibus vobis. Ammin.

7 F. vel quæ profitẽtur nomen ejus, aut confitentur nomini ejus.

8 Ad verbum, De inter mortuos.

9 Cohærent cũ prioribus, Pastorem gregis &c.

10 Ad verbum, Ut cõtineatis spiritum vestrum.

11 F. vel ad sermonem consolationis, cõvenientiùs Græco.

12 Vel, Exhortationis.

13 Vel, Duces.

Tres

Tres Epistolæ trium Apostolorum, ante quorum oculos Dominus noster se transfiguravit, id est, Jacobi & Petri & Johannis.

EPISTOLA IAAKUB APOSTOLI.

CAPUT PRIMUM.

4 Disserit de patientia, 6 de fide, 10 de animi modestia, ad divites: 13 Deinde ostendit tentationes ad malum non ex Deo esse, 17 quum omnis boni auctor sit. 22 Qualiter recipiendus sit sermo vitæ.

TREM. INTERPRET.

IAAKUB servus Dei & Domini nostri Jeschua Christi, duodecim tribubus disseminatis inter Gentes, pacem.

2 Omne gaudium sit vobis, fratres mei, quũ intraveritis in tentationes multas & varias.

3 Scitis enim quòd probatio fidei acquirit vobis patientiam.

4 Ipsi autem patientiæ erit opus perfectum, ut sitis completi & perfecti, & in nulla re sitis destituti.

5 Siquis autem ex vobis sit destitutus sapientia, petat a Deo, qui dat omnibus simpliciter, & non improperat, & dabitur ei.

6 Petat autem in fide, non hæsitans. Is qui hęsitat, similis est fluctibus maris quos commovet ventus.

7 Neque existimet ille filius hominis, quòd accipiet quicquam a Domino:

8 Qui *inquam* hæsitat in animo suo, & commovetur in omnibus viis suis.

9 Glorietur autem frater humilis in sublimitate sua,

10 Et dives in humilitate sua: quoniã sicut flos herbæ sic transit.

11 Oritur enim sol in calore suo, & arefacit ipsam herbam, & flos ejus decidit, & decor aspectus ejus perit: ita etiam dives marcescit in conversationibus suis.

12 Beatus vir ille qui tolerat tentationes, quia postquam probatus fuerit, accipiet coronam vitæ, quam promisit Deus iis qui diligunt se.

13 Ne dicat quis quum tentatur, A Deo

BEZAE INTERPRET.

IACOBUS Dei ac Domini Jesu Christi servus, duodecim tribubus [a] dispersis, salutem:

2 [b c] Summo gaudio ducite, fratres mei, quoties [d] in tentationes varias incideritis:

3 *Illud* [*] scientes, [e f] explorationem fidei vestræ efficere tolerantiam.

4 [g] Cæterùm tolerantia opus integrum habeto, ut sitis integri & toti, in nullo deficientes.

5 [h] Quòd si cui vestrûm deest [i] sapientia, petito a Deo qui dat *eam* omnibus benignè, nec exprobrat: & dabitur ei.

6 *Sed postulet cum fide, [k] nihil ambigens: [l] nam qui ambigit, similis est fluctui maris qui ventis agitatur & jactatur.

7 Non enim existimet homo ille se quicquam accepturum a Domino:

8 *Ut qui sit* vir animo duplici, & inquietus [m] in omnibus viis suis.

9 [n] Porrò, frater qui est [o] humilis conditionis, glorietur in sublimitate sua.

10 [p] Qui verò [q] dives est, in summissione sui: [*] [r] quoniam veluti flos herbæ præteribit.

11 Nam *ut* exortus est sol cum æstu, arefecit herbã, & flos illius decidit, & spectabilis decor ipsius periit: ita & dives [s] in suis gressibus marcescet.

12 [t] *Beatus *est* vir qui sustinet [v] tentationem: quoniam probus compertus, accipiet coronam vitæ, quam promisit Dominus iis a quibus ipse diligitur.

13 [x] Nemo quum [y] tentatur, dicat, a Deo

a Fidelibus omnibus Judæis cujuscũque trib[v] sint, per terrarum orbem dispersis.

b 2. Primus locus, de consolatione in adversis, in quibus nos non modò nõ frãgi animo, sed etiam exsultare oportet.

c Misera quum esset eorum conditio in illa dispersione, rectè hinc auspicatur.

d 2. Primum argumentum, Quia afflictionibus exploratur fides nostra, quam maximè nostrã interest esse quàm purissimam.

* *Tem. 1. 2.*

e 2. Secundum, Quia sic in nobis gignitur patientia, virtus lõgè præstantissima.

f Illud quo exploratur fides vestra, nempe multiplex illa tentatio.

g 2. Tertium argumentum, forma quadã exhortationis propositum, ut vera & perpetua patiẽtia a ficta & temporaria discernatur. Crux est velut instrumentum quo Deus nos expolit. Opus igitur & effectum afflictionum est nostri in Christo consummatio.

h 2. Responsio ad tacitam objectionem, Facile quidem id esse dictu, factu verò non item. Respondet, opus quidem hic nobis esse longè alia sapientia quàm humana, ut quæ carni sunt adeò repugnantia, nobis tamen optima esse statuamus: sed ejus sapientiæ dono facillimè nos potituros, si modò illud a Deo, quo nihil est munificentius, ritè, id est certa cum fiducia petierimus. i Sapientiam vocat doctrinæ illius, cujus mentio facta est, cognitionem: nempe quorsum affligamur a Deo, & quis fructus ex afflictione sit capiendus. * *Matt. 7. 7. mar. 11. 24. luc. 11. 9. Joh. 14. 13. & 6. 25.* k Quid ergo opus est aliis mediatoribus? l 2. Digressio adversus preces cum animi hæsitatione conceptas, ubi certam Dei promissionem habemus, qui secundus est hujus epistolæ locus. m Cogitatis, & factis suis omnibus. n 2. Redit ad institutum, reperita propositione: exsultandũ esse in cruce, utpote quę nos nõ deprimat, sed attollat. o Qui affligitur, ut paupertate, contemtu, ullo denique calamitatis genere. p 2. Antequam concludat, tradit doctrinam superiori oppositam, quomodo videlicet prosperis rebus, (ut quum omnium rerum copia suppetit) sit utendum: ita nimirum ut nemo idcircò sibi placeat, sed eo magis sit ab omni fastu alienus. q Cui omnia benè succedunt. * *Eccl. 10. 18. Esa. 40. 6. 1. pet. 1. 24.* r 2. Argumentum ab ipsa rerum natura sumtum, quibus nihil sic vanius & incertius. s Et quæcumque aliquis vel animo designat vel facit. t 2. Conclusio, Crucem patienter esse ferendam, addito quarto argumẽto, quod superiorum summam complectitur, quia nimirum hoc itinere ad coronam vitæ pervenitur, ex gratia tamen, secundùm promissionem. * *Job. 5. 17.*

v Afflictionem per quã exploratur a Domino. x 2. Tertius locus hujus epistolæ, in quo a tẽtationibus externis (id est ab afflictionibus quibus a Deo exploramur) ad tentationes internas descendit, id est ad eas cupiditates quibus ad malè agendum incitamur. Summa est, Non Deum, sed unumquemq; sibi ipsi istarum tentationum esse auctorem: Nos enim in sinu illam vitiositatem gestare, quæ arrepta undecumque occasione, vitiosos motus in nobis excitet, ex quibus demum vitiosæ actiones, ac mors tandem earum merces consequatur. y Ad malè agendum solicitatur.

tentor. [z] nam Deus tentari malis non potest, nec quemquam tentat.

14 Sed unusquisque tentatur, dũ a propria cupiditate abstrahitur & inescatur.

15 Deinde cupiditas, posteaquam concepit, parit [a] peccatum: peccatũ verò peractum gignit mortem.

16 [b] Ne errate, fratres mei dilecti.

17 Omnis donatio bona, & omne integrum donum est supernè, descendens a [c] Patre luminum, apud quem non inest transmutatio, aut [d] conversionis obumbratio.

18 [e] *Is* [f] quia voluit, progenuit nos sermone veritatis, ut essemus [g] primitiæ quędam eorum quæ creavit.

19 Itaque, fratres mei dilecti, *sit omnis homo celer ad audiendum, tardus ad loquendum, tardus ad iram.

20 Nam ira viri [h] justitiam Dei non exsequitur.

21 Quapropter abjectis omnibus sordibus & excremento malitiæ, cum [i] lenitate excipite insititium illum sermonem, qui potest servare animas vestras.

22 [k] *Effectores verò estote sermonis: nec auditores solùm, falsò ratiocinando [l] fallentes vosmetipsos.

23 [m] Nam siquis est auditor sermonis, & non effector, is similis est viro consideranti faciem suam [n] nativam in speculo.

24 Nam simulatq; cõsideravit seipsum, abiit, & statim oblitus est qualis esset.

25 At is qui introspexerit in perfectam illam Legem libertatis, & permanserit *in ea*, quia non fuerit auditor obliviosus, sed actor operis, is, *inquam*, beatior erit in [o] opere suo.

26 [p] Si quis videtur religiosus esse inter vos, non frænans linguam suam, sed [q] suum ipsius cor seducẽs, hujus vanus est cultus religiosus.

27 [r] Religiosus autem cultus, mundus & incontaminatus [s] apud Deum & Patrẽ, hic est, [t] invisere orphanos & viduas in afflictione ipsorum, & immaculatum sese conservare a mundo.

ego tentor: Deus enim non tentatur [1] in malis, & ipse hominem non tentat.

14 Sed quisque a concupiscentia sua tẽtatur & allicitur & attrahitur:

15 Et hæc concupiscentia cõcipit & parit peccatum. Peccatum autem quum cõsummatum fuerit, generat mortem.

16 Ne erretis, fratres mei dilecti.

17 Omnis donatio bona & completa, e supernis descendit a Patre luminum, apud quem non est immutatio ulla, nec etiam umbra [2] recessus.

18 Ipse voluit, & genuit nos per sermonem veritatis, ut essemus [3] principiũ creaturarum ejus.

19 Et vos fratres mei dilecti, quisq; ex vobis sit velox ad audiendum, & tardus ad loquendum, & tardus ad irascendum.

20 Ira enim viri justitiam Dei nõ operatur.

21 Propter hoc longè removete a vobis omnem impuritatem & [4] fæcem malitiæ, & cum mãsuetudine recipite [5] sermonem insitum [6] in vobis ipsis, qui potest servare ipsas animas vestras.

22 Estote autem effectores sermonis, & non auditores tantùm: neque decipiatis animas vestras.

23 Siquis enim fuerit auditor sermonis, & non effector illius, hic similis est ei qui contemplatur faciem suam in speculo:

24 Contemplatus enim est seipsum, & transivit, & oblitus est qualis fuerit.

25 Omnis autem qui prospexerit in Legem perfectam libertatis, & perstiterit in ea, nequaquam est auditor auditionis quę oblivioni traditur, sed effector operum: & hic beatus erit in opere suo.

26 Et siquis existimet quòd & serviat Deo, & non cohibet linguam suam, sed decipit ipsum cor suum, hujus vanus est cultus.

27 Cultus enim qui purus est & sanctus coram Deo Patre, hic est, ut visitet pupillos & viduas in afflictionibus suis, & ut custodiat [7] quisque animam suam a mundo immaculatam.

[1] F. vel malis, detracta præpositione, in.

[2] F. vel vicissitudinis, μεταλλαγῆς. nam ubi vices sunt, his recedentibus succedunt illa.

[3] Id est, Primitię. Sicut apud Hebræos רֵאשִׁית, quod principium significat, sæpè pro primitiis usurpatur, ut Levit. 2. 12. Numer. 15. 20. & Deut 18. 4. & passim.

[4] Id significat מוֹנְאָה vocabulum deductũ a מוּן cui respondet Hebraicum מוּן, id est Scoria. Si vero deducta sit vox a מוּן, (cui respondet Hebraicũ שְׁנָא) significat multitudinẽ, vertendúmque erit, Et multitudinẽ malitiæ. Prior interpretatio germana est, fæcis aut excrementi, ab Hebræo fonte.

[5] F. vel sermonem illũ implantatum in natura vestra, id est, qui a Deo accessit ad naturã vestram plantatione gratiosa, ad eã genituram perficiendam, de qua versu 18.

[6] Ad verbũ, In naturã nostrã. Sed tamen dũ insitum dicit, satis docet nõ innatũ esse in nostra natura, sed aliena opera, videlicet prædicatione, Spiritus sancti virtute implantatũ esse.

[7] F. Syr. vir. Hebraismus.

[a] 2. Additur ratio cur Deus nõ possit nobis esse malè agẽdi auctor, quoniam malum non appetit.

[a] Peccati nomine hoc loco actuale peccatum intelligit.

[b] 2. Alia ratio a repugnantibus sumta, Deus est omnium bonorum auctor, & ita quidem ut semper sit sui similis: quomodo igitur malorum auctor censeri posset?

[c] Ab eo qui fons est & auctor omnium bonorum.

[d] Pergit in metaphora sol enim pro varia & multiplici conversione, horas, dies, mẽses, annum, lucem & noctẽ efficit.

[e] 2. Quartus locus de sermonis Dei præstantia & fructu. Summa est, studiosissimè nobis audiendũ esse verbum Dei, quum hoc sit semẽ quo nos Deus pro gratuita sua benevolẽtia ex numero creaturarũ selectos sibi genuit. Damnat autẽ Apostolus duo vitia, quæ nos hac in re valdè interturbant: nempe quòd ita nobis placeamus ut loqui ipsi malimus quã Deum loquẽtẽ audire, imò etiã ad correptiones indignemur: quibus vitiis placidum & sedatum animum & puritatis amantem opponit.

[f] Id est quod Paulus gratuitam benevolentiam vocat, hæc autem fons est nostræ salutis.

[g] Sacræ cujusdam oblationis instar, ex reliquo hominum acervo collectæ. *Prov. 17. 27.

[h] Quod Deus præscribit.

[i] Lenitatem vocat modestiam & quicquid ferociæ altisque illis spiritibus opponitur.

[k] 2. Altera admonitio, Idcirco audiri Dei verbum, ut ex ejus præscripto vita instituatur. *Matth. 7. 21. Rom. 2. 13.

[l] 2. Rationes addit, & eas quidem gravissimas: primùm, quia qui secùs fecerint, pessimè sibi ipsis consulant.

[m] 2. Secunda, Quoniam præcipuum usum verbi Dei amittant, qui agnita ex eo vitia non emendant.

[n] Alludit ad nativam illam maculam, cui opponitur puritas ad quam renascimur, cujus vivam imaginem in Lege spectamus.

[o] Ita se gerens: opera etenim arguunt fidẽ.

[p] 2. Tertia admonitio, Verbo Dei non tantùm benè agendi, sed etiam benè loquendi regulam præscribi.

[q] Garrulitatis, maledicentiæ, petulantiæ fons est seipsum non nosse.

[r] 2. Quarta, Charitate in proximos (præsertim alieno subsidio nitentes, ut orphanos & viduas,) & vitæ puritate verum Dei cultum constare.

[s] Apud Deum qui Pater est.

[t] Curare & pro virili sublevare.

CAPUT SECUNDUM.

[1] *Personarum acceptiones diserepare dicit a Christi fide:* [14] *quam non satis est verbis profiteri,* [15] *nisi & operibus misericordiæ & charitatis præstemus eamdem,* [21] *Abrahæ exemplo.*

FRatres [a] mei, * ne cũ acceptione personarum habete fidẽ Domini nostri Iesu Christi [b] gloriosi.

2 Nam siquis in cœtum vestrum ingrediatur, aureum gestans annulum, veste splendida, ingrediatur autem & pauper cum sordida veste:

FRatres mei, ne cum [1] acceptione vultus retineatis fidem gloriæ Domini Iesu Christi.

2 Nam si ingrediatur in cœtum vestrũ quispiam cujus annulus sit aureus, aut cujus vestes sint splendidæ, & ingrediatur pauper in vestibus sordidis:

[1] Videannotata in cap. 6. Matth. 2.

[a] 2. Quinta, Charitatem, quæ a vera fide proficiscitur, cum personarum acceptione consistere nõ posse: quod illustrat proposito eorum exemplo, qui cũ pauperum contumelia divites colunt. *Levit. 19. 15. Deut. 1. 17. & 16. 19. Prov. 24. 23. Eccl. 42. 2.

[b] Si enim quæ est Christi gloria cognosceretur, & ut debet æstimaretur, non tantus esset personarum respectus.

3 Et respexeritis in eum qui indutus est vestibus splendidis, & dixeritis ei, Tu hîc sede benè: & pauperi dixeritis, Tu sta illic, aut sede hîc antè scabellum pedum nostrorum:

4 Annon discrimen fecistis apud vosipsos, & facti estis interpretes cogitationũ malarum?

5 Audite fratres mei dilecti, nónne pauperes mundi, divites autem in fide elegit Deus, ut essent hæredes regni quod promisit Deus iis qui diligunt ipsum?

6 Vos autem despectui habuistis ipsum pauperem. Nónne divites extollunt se super vos, & trahunt vos ad domum judicii?

7 Nónne ipsi [z] obloquuntur contra famam bonam quæ promulgata erat de vobis?

8 Et, si Legẽ Dei in hoc perficitis, sicut scriptum est, Diliges proximum tuũ sicut teipsum, benè facitis:

9 Si autem [a] vultum accipitis, peccatum facitis, & redarguimini a Lege tamquam transgressores Legis.

10 Qui enim totam Legem servat, & in uno transgreditur, toti Legi obnoxium se reddidit.

11 Is enim qui dixit, Ne adulterium cõmittas, idem dixit, Ne occidas. Si autem non committas adulterium, sed occidas, factus es transgressor Legis.

12 Ita loquimini, & ita agite, tamquam homines qui per legem libertatis judicãdi estis.

13 [b] Judicium enim *futurum est* sine misericordia contra eum qui non fecit misericordiam: [c] extollimini per misericordiã suprà judicium.

14 Quæ est utilitas, fratres mei, siquis dicat, Est mihi fides, & opera non sint ei? Numquid potest fides ejus servare eum?

15 Et, si frater aut soror fuerint nudi & carentes cibo quotidiano,

16 Et dixerit illis aliquis ex vobis, Abite in pace, calefacite vos, & saturamini, & non dederitis eis [d] necessitatem corporis, quænam utilitas?

17 Ita etiam fides absq; operibus, mortua est sola.

18 Dicet enim aliquis, Tibi est fides, & mihi sunt opera, ostẽde mihi fidem tuam sine operibus, & ego ostendam tibi fidem meam ex operibus meis.

19 Credis quòd unus est Deus? Benè facis: etiam dæmonia credunt, & [e] contremiscunt.

20 Vis tu scire, ô fili hominis debilis, quòd fides sine operibus mortua sit?

21 Pater noster Abraham nónne ex operibus [f] justificatus est quũ obtulit Isaac

[z] Vel blasphemant contra bonum nomẽ quod invocatum est super vos? ad verbũ.

[a] Quid sit accipere vultũ, ostendimus Matth. 6. 2.

[b] 1. commoda interpretatio illorũ verborum, κατακαυχᾶται ἔλεος κρίσεως. quicumque vestrûm, aiit Jacobus, misericordiã exercuerint, ii suprà judiciũ extollentur, atque ab eo eximentur.

[c] 2. Id est, ea quæ corpori sunt necessaria.

[e] Vel horrescunt.

[f] Id est, Compertus est justificatus fuisse.

3 Et respexeritis ad eum qui vestẽ gerit splendidam, & dixeritis ei, Tu sede hîc [c] pulchrè: pauperi verò dicatis, Tu sta illic, aut sede hîc subter scabellum meum:

4 [d] Nónne discrimẽ feceritis apud vos, & facti fueritis judices [e] malè disceptantes?

5 [f] Audite fratres mei dilecti, nónne Deus elegit [g] pauperes mundi hujus *ut sierent* divites fide, & hæredes regni quod promisit iis qui ipsum diligent?

6 At vos contumelia affecistis pauperem. [h] Nónne divites per tyrannidem opprimunt vos, & trahunt vos ad tribunalia?

7 Nónne blasphemant præclarum illud nomen [i] a quo estis cognominati?

8 * [k] Quòd si [l] Legem regiam præstatis secundùm Scripturam, Diliges proximũ tuum ut teipsum, benè facitis:

9 Sin verò personam respicitis, peccatum committitis, & redarguimini a Lege veluti transgressores.

10 [m] Quisquis enim totam Legem servaverit, impegerit autẽ in uno, [n] damnas factus est omnium.

11 [o] Nam qui dixit, Ne mœcheris, dixit etiã, Ne occidas, Quòd si non fueris mœchatus, occideris autem, factus es transgressor Legis.

12 [p] Ita loquimini & ita facite, ut per legem libertatis judicandi.

13 Nam damnatio absque misericordia *erit* ei qui non præstiterit [q] misericordiam: & gloriatur misericordia adversus damnationem.

14 [r] Quæ utilitas, fratres mei, si fidem dicat aliquis habere se, opera verò nõ habeat? num potest fides illa eum servare?

15 [s] Quòd si frater aut soror nudi fuerint, & destituti quotidiano victu:

16 Dicat autem eis aliquis vestrûm, Abite cum pace, calescite & saturamini: non tamen dederitis eis quæ sunt apta corpori, quæ *erit* utilitas?

17 Ita quoque fides, si opera nõ habeat, mortua est per se.

18 [t] Quinimo dicet aliquis, Tu fidem habes, & ego opera habeo, ostende mihi fidem tuam absque operibus tuis, & ego ostendam tibi ex operibus meis fidem meam.

19 [v] Tu credis Deum unum esse: bene facis: dæmonia quoque *istud* credunt, & horrescunt.

20 [x] Vis verò nosse, homo vane, fidem *quæ est* absque operibus mortuam esse?

21 Abrahamus pater ille noster nónne ex operibus [y] justificatus est, * quũ obtu-

[c] Honesto & honorifico loco.

[d] Nónne (quod minimè oportuit) hoc modo apud vos unum alteri præferẽdũ judicastis?

[e] Ad verbum, perversarum cogitationũ.

[f] 2. Perversos esse judices qui divitiem pauperi anteponant, declarat ex eo quòd Deus e contrario pauperes quos veris divitiis locupletares, divitib⁹ anteposuerit.

[g] Tenues, inopes, & (si mũdi judiciũ spectes) omnium hominum abjectissimos.

[h] 2. Secundò, Insanos ejiam eosdem esse probat, ex eo quòd divites sint potiùs execrabiles, ut qui Ecclesiam persequantur & Christum blasphement. Loquitur enim de impiis & profanis divitibus, cujusmodi semper fuerunt plerique, quibus pios pauperes & abjectos opponit.

[i] Ad verbum quod invocatum est super vos.

* *Num. 20. 17. & 21. 22.*

[k] 2. Conclusio, Charitati quã præscribit Deus cum illa personarum acceptione convenire nõ posse, quum via regia sit incedendum.

[l] Lex regia instar viæ regiæ dicitur, quæ est plana & sine diverticulis: ea omnes & singulos proximi nomine cõprehendit, quos officio juvare possimus.

[m] 2. Novum argumentum ad ejusdẽ cõclusionis probationem, Nõ diligi proximos ab iis qui aliis neglectis certos quosdam ambitiosè colant: quoniam non obedit Deo qui ex Dei mandatis rescindit quod minus fuerit ipsi commodum: imò reus meritò censetur violatæ Legis in genere, etiamsi cætera observârit.

[n] Non quòd peccatorum sit æqualitas, sed quia qui unicum legis apicem violârit, is majestatem Legislatoris violavit. [o] 2. Probatio, Quia unus & idem est Legislator, & corpus Legis individuum. [p] 2. Conclusio totius tractationis, ea conditione nos esse liberatos a Legis maledictione per Dei clementiam, ut vicissim teneamur mutuam beneficentiam fovere: & qui secùs fecerit, gratiam Dei non sensurum. [q] Qui durus & asper adversus proximũ fuerit, aut etiam qui non eum juverit, is durum ac præfractum judicẽ Deum experietur. [r] 2. Quintus locus cum superiore tractatu optimè cohærẽs, De vera seu viva fide: cujus loci propositio est, Fidem quæ opera non edat, non esse fidem illam qua justificamur, sed fidei simulacrum, sive per fidẽ non esse justificatos qui fidei effecta non demonstrant. [s] 2. Prima ratio a simili. Si quis famelico dixerit, Satur esto, nec interea quicquam subministret, non erit hæc vera charitas: ita si quis dixerit se credere, & nulla edat fidei opera, non erit vera hæc fides, sed mortuum quiddam fidei nomine ornatum, de quo non est cur quisquam glorietur, nisi velit manifestè redargui, quum ex effectis intelligatur causa. [t] Imò etiam sic cuivis licebit tuam arrogantiam retundere. [v] 2. Altera ratio ab absurdo. Si ejusmodi fides esset vera illa fides qua justificamur, diaboli essent justificati, ut qui illam habeant. Atqui nihilominus cohorrescunt: non sunt igitur justificati, nec fides illa vera est fides. [x] 2. Tertia ratio est ab exemplo Abrahami, quem non dubium est vera fide fuisse præditum: is verò filium suum offerens, ea fide se præditum demonstravit quæ minimè esset operum inanis, ac proinde verum sibi fuisse præditum testimonium, quum diceretur fides ei ad justitiam fuisse imputata. [y] Nonne ex operibus compertus est fuisse justificatus? hic enim non de causis justificationis disserit, sed ex quibus effectis cognosci possit. * *Genes. 22. 10.*

lisset Isaacum filium suum super altare?

22 Vides fidem [z] administram fuisse operum ipsius, & ex operibus [a] fidem ad finem perductam fuisse?

23 Itaque [b] impleta est Scriptura quæ dicit, * Credidit autē Abrahamus Deo, & imputatum est ei ad justitiam, & amicus Dei vocatus est.

24 [c] Videtis igitur ex operibus [d] justificari hominem, & non [e] ex fide tantùm?

25 [f] Similiter autem etiam * Rahab illa meretrix ánnō ex operibus justificata est, quum accepisset nuncios illos, & alia via emisisset?

26 [g] Nam sicut corpus absque spiritu mortuum est, ita & fides illà *quæ est* absq; operibus mortua est.

filium suum super altare?

22 Vides quòd fides ejus [8] auxilio fuerit operibus ejus, & ex operibus fides ejus [9] perfecta sit?

23 Et impleta est scriptura quæ dicit, quòd credidit Abraham Deo, & imputata est ei *fides illa* ad justitiam, & amicus Dei vocatus est.

24 Vides tu quòd ex operibus [10] justificatur filius hominis, & nequaquam [11] ex fide tantùm?

25 Similiter etiam Rahab [12] meretrix nónne ex operibus justificata est, quæ excepit exploratores, & per viam aliam emisit eos?

26 Quemadmodum corpus absque spiritu mortuum est, sic fides absque operibus mortua est.

[z] Efficacem & fecundā bonorum operū.

[a] Fidem declaratam fuisse, nempè verā fuisse, idque ex operibus.

[b] Tum impleta fuit Scriptura, quum planè perspectū est, quām verè illud fuerit de Abrahamo scriptum.

* *Genes. 15. 6. Rom. 4. 3. Galat. 3. 6.*

[c] 2. Conclusio, Justificari nō qui fide quālicumq; sit præditus, sed ea fide quam opera consequantur.

[d] Justum comprobari.

[e] Ex illa videlicet mortua & evanida quam vos jactatis.

[f] 3. Quarta ratio a simili exemplo Rahab meretricis, quæ & ipsa vera fide se justificatam esse ex operibus probavit. * *Josuæ 2.*

[g] 2. Con. Justificatio repetita, Non fide, sed cadaver quoddam esse fidem quæ opera non edit.

[8] Vel, Cooperata fuerit operibus ejus.

[9] Id est, Perfectiùs cognita.

[10] Id est, justus esse comprobatur.

[11] Nēpe ex illa mortua & sterili fide, quam tu te habere jactas sine operibus.

[12] Vel caupona. Utrumque enim significat Hebraica vox זונה, tum etiam Syra ܙܢܝܬܐ. Sed plures ac majoris auctoritatis reperiūtur interpretes Hebræi, qui Hospitam interpretantur seu Cauponam, quàm qui Meretricem. Nam Jonathas paraphrastes Chaldæus, omnium scriptorum qui nunc extant antiquissimus, (quippe qui antè adventum Christi claruerit) in historia Rachab vocem זונה Chaldaicè vertit פונדקיתא, quod sonat tantùm Hospitam, vocabulo deducto à פונדק quod significat Hospitium, ut testatur auctor libri ערוך, qui dicit פונדק significare id quod Hebraicè dicitur זונות. Constat autem זונות esse Hospitium, a verbo זונה, quod est Manere & Diversari. Hunc Jonathan deinde sequuntur R. Schelomo, R. Jona, R. Levi filius Gersonis, & etiam R. D. Kimhi, quanquàm hic utramque interpretationem afferat, & lectori relinquat delectum. 1. Quinetiam apud Græcos ea est primaria utriusque vocis significatio. Nam sive πορνεύειν dixeris, propriè dicuntur οἱ πόρνοι, πορνεῖαι, πόρναι, copones vel caupones & copiarii, fœminæq; copæ dictæ: sive πωλεῖν, hæ quoque a Græcis πόρναι, quod est vendo, fuerunt appellatæ, quòd omnia hospitibus venalia præberent. Nam πωλεῖν & πορνεῖν ex eodem fonte sunt: tantùm literis adventitiis inter se differunt. Quòd autem πόρναι meretrices pòst fuerunt appellatæ, id aut per metalepsin factum est, eo quòd in rem meretriciam cauponæ sæpe degenerant, & meretrices simulant cauponariam, aut passiva significatione dicuntur venditatæ, quòd venum dent prostituantque corpora viatoribus. Equidem hoc in loco & aliis consimilibus priorem malim, omnibus expensis ultro citróque, interpretationem.

CAPUT TERTIUM.

1 Ut doceat linguam homini Christiano esse coërcendam fidei & charitatis sanctæ repagulis, 9 commoda & incommoda quæ ab ea proveniunt, ostendit, 15 & quid humana sapientia 17 à cælesti distet.

NE [a] estote multi doctores, fratres mei, [b] scientes [c] fore ut gravius judicium auferamus.

2 In multis enim impingimus omnes. * [d] Siquis in sermone non impingit, hic perfectus est vir, ut qui possit fræno moderari totum etiam corpus.

3 [e] Ecce, equis frena in ora immittimus, ut obediant nobis, & totum corpus eorū circumagimus:

4 Ecce, naves quoque, quum tantæ sint, & a ventis sævis agitentur, circumagūtur a minimo gubernaculo quocumque impulsus gubernatoris voluerit:

5 Ita & lingua pusillum membrum est, & sese effert magnificè. [f] Ecce, exiguus ignis quantam materiam incendit!

6 Et lingua flamma *est*, & [g] mundus iniquitatis: ita, *inquam*, lingua constituta est inter membra nostra, maculans totū corpus, [h] inflammans rotam geniturę nostrę, & inflammata a gehenna.

7 Omnis enim natura & ferarum & volucrum, serpentium q; & marinorum, domatur & domita est a natura humana:

8 Linguam autem nullus hominum domare potest: malum *est* quod coërcere nō possis: plena *est* veneno mortifero.

9 [i] Per ipsam benedicimus Deo &

NE multi [1] doctores sint inter vos, fratres mei, sed scitote quòd judicii majoris rei sumus.

2 Multas enim transgressiones admittimus omnes nos. Quicumque in sermone non trāsgreditur, hic est vir perfectus, qui potest in servitute continere totum corpus suum.

3 Ecce enim [2] fræna in ore equorū immittimus ut obsequantur nobis, & totum corpus eorum circumagimus.

4 Etiam naves ingentes, quum agunt eas venti sævi, a ligno exiguo circumagūtur in locum ad quem intenta est voluntas ejus qui gubernat.

5 Ita etiam lingua, membrum est exiguum, & extollit sese: etiam ignis exiguus ramos multos incendit.

6 Et lingua, ignis est, [3] & mundus peccati veluti ramus est: & ipsa lingua exsistens in membris nostris maculat totum corpus nostrum, & inflammat [4] proventus generationum nostratum, quæ currunt veluti rotæ, ac ardebit etiam ipsa in igne.

7 Omnes enim naturæ bestiarum, & volucrum, & reptiliū maris & aridæ, [5] domantur a natura humana:

8 Linguam autem non potuit quisquā subjugare. Malum est hoc quod non [6] impeditur: plena est veneno mortis.

9 Per ipsam enim benedicimus Do-

[a] 2. Sextus locus. Nequis (quod plerique ambitiosè faciūt) jus rigidæ censuræ in alios sibi usurpet.

[b] 3. Ratio. Quia Dei severitatem in sese provocāt, qui tam sollicitè & rigidè alios damnāt, quum & ipsi rei inveniantur.

[c] Sub. nisi ab ista censoria & arrogantiæ plena reprehēsione aliorum destiterimus. * *Eccl. 14. 1. & 19. 18. & 23. 8.*

[d] 3. Septimus locus de fræna nanda lingua cum superiore cōjūctus, ut constet, neminem esse qui merito culpari non possit, quum vel linguam frænare rarissima sit virtus.

[e] 3. Duabus similitudinibus, una à fræ nis equorum, altera à navium gubernaculis sumta, quantæ res recta linguæ moderatione effici possint ostendit.

[f] 3. Ex adverso, quanta in toto orbe terrarum incommoda ex linguæ intemperantia proveniant declarat, ut eo diligentiùs omnes illius moderationi incumbant.

[g] Congeries & cumulus quidam omnium scelerum.

[h] Quæ possit vel totum orbem conditum accendere.

[i] 3. Inter cætera linguæ vitia, Apostolus potissimùm coarguit maledicentiam in proximum, præsertim in iis qui nihilominus pii & religiosi videri volunt.

[1] Id est, Censores importuni aliorum vitia nimis acutè cernentes, in suis verò prorsus cæci.

[2] Dicerem, pertertorem in מגורא literā ל posita esse pro ר, ac legēdum מגורא, quod frequēter occurrit in significatione fræni: contrà verò מגורא nunquā: sed quia Syri libri omnes & pressi & manuscripti ל habent, & non ר, dicendū potiùs est, vel aliam esse vocē Syræ linguæ peculiarem, vel eandē cum מגורא, in qua tamen ex Syræ linguæ proprietate ר mutatū est in ל ejusdē organi literā.

[3] 6. Aut legit Syrus ... : aut ellipsin statuit ex antithesi, quā ellipsin supplet industriè ex antecedente versu, non spernenda, opinor, interpretatione, ut sequentibus etiam confirmatur.

[4] 6. vel decursum aut seriem generationum, &c. id est, eorum hoc seculum nostrum labens.

[5] Ad verbum, Subjiciuntur, vel Obnoxia sunt naturæ, &c.

[6] Vel, Celatur.

mino &

mino & Patri, & per ipsam maledicimus filiis hominis qui ad similitudinem Dei facti sunt.

10 Et ex eodem ore procedunt maledictiones & benedictiones. Non convenit, fratres mei, ut hæc ita fiant.

11 Numquid possunt ex eadem scaturigine emanare aquæ dulces & amaræ?

12 Aut numquid potest ficus, ô fratres mei, oleas edere, aut vitis ficus? similiter neque aquæ salsæ possunt fieri dulces.

13 Quis ex vobis est qui sit sapiens & eruditus? ostendat opera sua per conversationes bonas, in sapientia mansueta.

14 Si autem æmulatio amara sit in vobis, aut contentio in cordibus vestris, ne inflemini adversus veritatem, & mentiamini.

15 Nam hæc sapientia e supernis nõ descendit, sed est terrena, [7] a tenebris animę, & a dæmonibus.

16 Ubi enim est æmulatio & contentio, ibi etiam [8] conturbatio, & quicquid est mali.

17 Sapientia autem quæ e supernis est, pura est, & plena pacis, & mãsueta, & obtemperans, & plena misericordiæ & fructuum bonorum, & sine [9] dissidio est, & [10] vultum non accipit.

18 Fructus autem justitiæ in tranquillitate seminantur illis [11], qui faciunt pacem.

Patri, & per ipsam execramur homines [k] ad similitudinem Dei factos.

10 [1] Ex eodem ore procedit benedictio & maledictio. Non oportet, fratres mei, hæc ita fieri.

11 Num fons ex eodem foramine fundit dulcem & amaram *aquam?*

12 Num potest, fratres mei, ficus oleas edere, aut vitis ficus? ita neque salsa dulcẽ aquam *potest* edere.

13 [m] Quis sapiens & scientia præditus *est* inter vos? demonstret ex bona conversatione opera sua, cum lenitate sapiente.

14 Quòd si invidiam amaram habetis, & irritationem in corde vestro, ne gloriamini, & ne mendaces estote adversus veritatem.

15 Non est *enim* ista sapientia supernè descendens, sed terrena, animalis, dæmoniaca.

16 Ubi enim invidia est & rixa, ibi inquieta vita & omne opus pravum.

17 Quæ autem supernè *est* sapientia, primùm quidem casta est, deinde pacifica, æqua, obsequens, plena [n] misericordiæ & fructuum bonorum, absque disceptatione, & minimè simulata.

18 [o] Fructus autem justitiæ seritur cum pace iis qui dant operam paci.

[7] r. al. a cogitationibus animæ: utrumvis autem dixeris, interpretamẽtum est.

[8] r. vel inconstantia.

[9] r. Id est, incerta dubitatione, & hæsitatione, qua quisquis laborat est [illegible] & inconstans in omnibus viis suis, ut loquitur Idem Apostolus capite 1. sic infr. 4. 8. divisi, id est duplici corde.

[10] Quid sit accipere vultum, ostendimus Mat. 6. 2.

[11] i. Qui colunt pacẽ. Hebraismus.

[k] B. Duplici ratione negat Deo posse laudem tribui ab homine maledico: primùm quia homo sit Dei Imago, quam qui non reveretur, ne Deũ quidem ipsum reveretur.

[l] B. Secundò, Quia non patitur ordo rerum natura a Deo positus, ut res adeò inter se repugnãtes simul constituantur.

[m] B. Octavus locus cum superiore cohærens, de animi lenitate retinenda, cui opponitur invidia & animus irritabilis. Obstruit autem initio præcipuum istorum malorum fontem, nempe falsam sapientiæ persuasionem, quum tamen nulla sit vera sapientia nisi quæ cælestis est, & ad omne verę mo-

[n] Misericordiam opponi: inhumano & fero ingenio: fructus autem bonos tribuit cælesti sapientiæ, quòd qui ea sit imbutus, omnia referat ad Dei gloriam & proximi commodum.

deationis ac simpliciratis genus animos nostros format.

[o] B. Quoniam sibi persuasit mundus miseros esse qui pacificam & simplicem vitam colant, pronunciat ex adverso Apostolus, tandem eos collecturos pacificæ justitiæ messem.

CAPUT QUARTUM.

[1] Enumerat incommoda quæ ex carnis operibus proveniunt. [7] Animi submissionem [8] subjungit, & repurgationem [9] a superbia, [10] detractione, [14] & ab oblivione propriæ infirmitatis.

UNde *fit* quòd sunt in vobis bella [1] & pugnæ? nónne ex concupiscentiis quæ militant in membris vestris?

2 Concupiscitis, & non est vobis: & occiditis, & æmulamini, neque pervenit ad manus vestras: & [2] pugnatis, & bella geritis, neque est vobis: propterea quòd non postuletis.

3 Petitis, & non accipitis: eo quòd malè petatis: ut [3] saturetis concupiscentias vestras.

4 Adulteri, [4] ignoratis, quòd amicitia mundi hujus, inimicitia est apud Deum? Is igitur qui vult esse amicus mundi hujus, inimicus est Deo.

5 Aut nunquid inaniter putatis dixisse [5] Scripturam, quòd in invidia concupiscit spiritus qui habitat in nobis?

6 Gratiam autem ampliorem dedit nobis Dominus noster. Propter hoc dicit quòd Deus humiliat elatos, & demissis dat gratiam.

7 Subdite igitur vos Deo, & resistite contra Satanam: & fugiet a vobis:

UNde [a] bella & pugnæ inter vos? nónne hinc, *nimirum* ex voluptatibus vestris, quæ militant in membris vestris?

2 Concupiscitis, & non habetis: invidetis & affectatis, nec potestis nancisci: pugnatis & bellatis, nec obtinetis, [b] propterea quòd non petitis.

3 Petitis, & non accipitis, eo quòd malè petatis, ut in voluptates vestras insumatis.

4 [c] Adulteri & adulteræ, nescitis amicitiam mundi, inimicitiam esse adversus Deum? Quicumque ergo voluerit amicus esse mundi, inimicus Dei constituitur.

5 [d] An putatis Scripturam inaniter dicere, Ad invidiam fertur spiritus qui sedem posuit in nobis?

6 Sed majorem offert gratiam quia dicit, *Deus superbis obsistit, submissis autem dat gratiam.

7 *[e] Subjicite igitur vos Deo, obsistite diabolo, & fugiet a vobis.

[1] Vel contentiones.

[2] Vel contenditis.

[3] Vel, nutriatis.

[4] r. Græcum illud ἐ μοιχαλίδες, & adulteræ, non legit Syrus, sive quòd in exemplaribus ipsius desuerit, sive quòd masculina voce putaverit διὰ ἀσυναλοιφὴς comprehendi.

[5] r. legę scripturam? quæ de re consulendi Paralleli facti.

[a] B. Progrediẽs in eodem argumento alias bellorum & litium causas ab effectis daminat, nempe immodicas cupiditates, quas Dominus metuiò frustraturus nihil aliud quàm insanabiles cruciatus adferãt iis quibus insunt.

[b] B. Eos nominatim reprehendit, quos non pudet Deum velle facere suarum libidinum administrum, dum vel per se illicita, vel licita quidẽ, verùm in perversos usus petunt.

[c] B. Alia ratio cur ejusmodi effrænes cupiditates omninò sint damnandæ, quoniam videlicet qui mundo

sese addicit, cum Deo divortium facit, abrupto sacri illius spiritualis conjugii vinculo.

[d] B. Occupatio. Animos quidem nostros sponte in hæc vitia ruere, sed tanto diligentiùs esse cavenda: quod studium inane non erit, quum Deus contumaces quidem oppugnet, modestos autem ea gratia donet quæ sit omnibus illis vitiis superior. *Prov. 3. 34. 1. Pet. 5. 5. *Ephes. 4. 27.

[e] Conclusio, Contrarias virtutes illis vitiis esse opponendas, ac proinde pro eo quòd diaboli suggestionibus obsequebamur, Deo subjiciendas esse mentes nostras, & diabolo certa cum spe victoriæ resistendum, denique studendum ut puritate & syncteritate vitæ ad Deum quàm proximè accedamus.

8 Appropinquate Deo, & appropinquabit vobis: purificate manus, *vos* peccatores: & expiate corda, duplices animo.

9 [f] Sensu ærumnæ tangimini, & lugete, & flete. risus vester in luctum convertatur, & gaudium in [g] mœrorem.

10 *Submittite vos in cōspectu Domini, & extollet vos.

11 [h] Ne alii aliis obloquimini, fratres. qui obloquitur fratri, quique damnat fratrem suum, obloquitur Legi, & damnat Legem. quòd si damnas Legem, non es observator Legis, sed judex.

12 Unus est Legislator qui potest servare & perdere: *tu quis es qui damnas alium?

13 [i] Age nunc qui dicitis, Hodie vel cras proficiscemur in illam urbem, & agemus ibi annum unum, & mercabimur, & lucrabimur.

14 Qui ignoratis quid *futurum sit* postero die. quæ est enim vita vestra? vapor enim est ad exiguum *tempus* apparens, & deinde disparens.

15 Pro eo quod dicere debuistis, *Si Dominus voluerit, & vivamus, faciemus hoc aut illud.

16 Nunc autem gloriamini de jactantiis vestris. Omnis ejusmodi gloriatio mala est.

17 [k] Igitur qui noverit rectè facere, nec facit, is peccato tenetur.

f 8. Pergens in eadem oppositorum collatione, profanis illis gaudiis seriam animi contritionem, & arrogantiæ sanctam modestiā opponit.

g Hoc vocabulo Græci tristitiam cū pudore quodam conjunctam declarant, quæ in vultu demisso, & humi quasi affixo apparet.

* 1. Pet. 5. 6.

h 8. Aliud duplex superbiæ malum gravissimè reprehendit: unum, quum superbi volunt cæteros vivere ex ipsorum arbitrio, idcóq; superciliosè damnāt quicquid ipsis non arridet: quod fieri sine gravi in unicum nostrum Legislatorem injuria non potest. Ita enim ejus Leges ut non satis diligenter scriptæ culpātur, & sibi arrogant homines quod unius est Dei, quum Legem conscientiis imponunt. * Roman. 14. 4.

i 8. Alterum vitium, Quum de his vel illis rebus ac negotiis perinde homines confidenter statuunt, acsi aliundè non penderent singula ipsorum vitæ momenta. * 1. Corinth. 4. 19.

k 8. Conclusio totius tractationis superioris, Non modò nihil prodesse voluntatis Dei cognitionem, nisi vita ei respondeat, sed etiam peccata efficere multò graviora.

8 Atque appropinquate Deo, & appropinquabit vobis. Emundate manus vestras, ô peccatores: sanctificate corda vestra, [6] duplices animo.

9 Demittite vos, & lugete: & risus vester in luctum convertatur, & gaudium vestrum in mœrorem.

10 Demittite vos coram Domino, & exaltabit vos.

11 Ne loquamini unus contra alium, fratres mei. Is enim qui loquitur contra fratrem suum, aut qui judicat fratrem suum, loquitur contra legem, & judicat Legem. Et, si Legem judicas, non es effector Legis, sed judex ejus.

12 Unus est enim [7] qui constituit Legem & judicium, qui potest servare & perdere. tu autē quis es qui judicas proximum tuum?

13 Quid autem dicemus de iis qui dicunt, Hodie aut cras profecturi sumus in civitatem *aliquam*, quęcumq; sit, & [8] trāsigemus ibi annum unū, & mercabimur, & lucrabimur?

14 Et [9] non cognoscimus quid futurū sit cras. Quid enim est vita nostra, nisi vapor qui modico tempore conspicitur, & evanescit ac distrahitur?

15 Pro eo quòd dicere deberēt, si Dominus voluerit, & vixerimus, facturi sumus hoc vel illud.

16 Gloriantur in superbia sua. Omnis gloriatio quæ est ejusmodi, a malo est.

17 Et is qui novit bonum, & non facit illud, peccatum est ei.

6 Vel, diffidentes. vide sup 3. 17.

7 Ad verb. Ponens vel cōstituens Legē.

8 Ad ver. Agemus ibi annum unum.

9 1. vel non cognoscunt: nam participium est sine personæ determinatione. Etsi quid opus?

CAPUT QUINTUM.

[1] Divini judicii severitatem divitibus denunciat, correpta eorum superbia: [7] ut pauperes audientes divitum infœlicem exitum, [8] æquo animo afflictiones, [11] ut Job, [14] etiam quum infirmantur, ferant.

AGe [a] nunc divites, flete, ejulantes super ærumnis vestris superventuris.

2 Divitiæ vestræ putrefactæ sunt, vestimenta vestra sunt a tineis vorata:

3 Aurum & argentum vestrum ærugine vitiatum est, & ærugo eorum testabitur adversum vos, & exedet carnes vestras velut ignis: thesaurum recondidistis in ultimos dies.

4 Ecce, merces operariorum qui messuerunt regiones vestras, per vos interversa, clamat: & vociferationes eorum qui messuerūt, [b] in aures Domini Sabaoth introierunt.

5 In luxu vixistis super terram, & lasciviistis: [c] enutristis corda vestra ut in [d] die epuli.

6 Condemnastis, occidistis justum: nō obsistit vobis.

7 [e] Patiēte igitur animo estote, fratres, usque ad Domini adventum. [f] Ecce, agricola exspectat pretiosum fructum terræ,

a 3. Divitibus iniquis, profanis & in suo luxu immersis ultimum exitium denunciat, stultam eorum fiduciam irridens, quū nihil sit ejusmodi rebus inanius.

b Exauditi sunt a Domino multo potentiore quàm ipsi sitis.

c Indulsistis vobis.

d Diem sacrificii, vel convivii vocant Hebræi diem solenni epulo destinatum.

e 8. Pauperibus applicat quod in divites dixerat, monens ut patienter exspectent, dum adveniat Dominus, qui injurias a divitibus illatas ulciscatur.

f 8. Occupatio. Quamvis tardus videatur ejus adventus, tamen imitandos saltem esse nobis agricolas, qui tempora fructibus terræ destinata patienter exspectant. Deum porrò ne tantillùm quidem dilaturum tempus illud quod constituit.

O Divites ejulate & flete propter dolores qui veniunt super vos.

2 Divitiæ enim vestræ corruptæ sunt, & fœtuerunt, & vestimenta vestra corrosa sunt a tinea:

3 Et aurum vestrum, & argentum vestrum corruptum est: & corruptio eorum fuit in testimonium contra vos, & ipsa futurum est ut exedat carnem vestram. Ignem congessistis vobis in dies ultimos.

4 Ecce, merces operariorum qui messuerunt regiones vestras, quam perversè retinuistis, clamat: & vociferatio messorum in aures Domini Sabaoth introivit.

5 Deliciis enim indulsistis super terram, & subsannastis, & enutristis corpora vestra sicut in [1] die victimæ.

6 Condemnastis, & occidistis justum: & non surrexit adversus vos.

7 Vos autem, fratres mei, [2] continete spiritum vestrum usque in adventum Domini, sicut agricola, qui exspectat fructus

1 1. In die convivii. pro eo enim interdum accipit נכסא Chaldaicum & Syriacū: sicut & יום Hebraicum, Isaiæ 34. 6. in Paraphr. Chaldaica & Proverb. 7. 14. & 17. 1. in textu Hebræo.

2 1. Patienter exspectate sine murmuratione, aut prava cogitatione propter lōgam dilationem.

pretiosos

pretiosos terræ suæ, & continet spiritum suũ propter eos, donec accipiat pluviam [3]primigeniam & [4]serotinam:

8 Ita etiam vos continete spiritum vestrum, & corda vestra corroborate. appropinquat enim adventus Domini nostri.

9 Ne ingemiscatis unus adversus alium, fratres mei, ut non judicemini. ecce enim [5] judicium ante januam assistit.

10 Exemplum ipsos Prophetas accipite vobis, fratres mei, ad patientiam in afflictionibus vestris, qui loquuti sunt in nomine Domini.

11 Ecce enim attribuimus beatitatem iis qui sustinuerunt. Audivistis tolerantiam]ob, & [6]finem quem fecit ei Dominus vidistis, eo quòd misericors est Dominus & miserator.

12 Ante omnia autem, fratres mei, ne juretis neque per cęlum, neque per terrã, nec etiam juramentis aliis: sed sit sermo vester, Est, est: & Non, non: [7] ut non condemnemini sub judicium.

13 Et, siquis ex vobis fuerit in afflictione, oret: &, si lætetur, psallat:

14 Et si infirmetur, accersat seniores Ecclesiæ, & orent [8] super eum, & ungant eum unctione in nomine Domini nostri:

15 Et oratio fidei sanat eum qui ægrotus est, & erigit eum Dominus noster: & si peccata perpetrata sint ab eo, remittuntur ei.

16 Confitemini autem delicta vestra alius alii, & orate unus pro alio, ut sanemini: Magna enim est vis orationis qua justus orat.

17 Etiam Eliah, filius hominis fuit, obnoxius passioni sicut nos, & oravit ut non descenderet pluvia super terram, & non descendit tres annos & sex menses:

18 Et rursus oravit, & cæli dederunt pluviam, & terra dedit fructus suos.

19 Fratres mei, siquis ex vobis erraverit à via veritatis, & cõverterit eum quispiam ab errore suo:

20 Sciat quòd is qui avertit peccatorem ab errore viæ suæ, salvam facit animam [9] suam a morte, & operit multitudinem peccatorum suorum.

Finitur epistola]aakub Apostoli.

patienter animo eum exspectans, dum accipiat pluviam matutinam & serotinam.

8 Patiente animo estote & vos, & stabilite corda vestra, quoniam adventus Domini appropinquat.

9 [g] Ne [h] suspirate alius adversus alium, fratres: ut ne cõdemnemini. [i] ecce, judex ante fores adstat.

10 [k] Sumite, fratres mei, pro exemplari vexationis ac patientis animi, Prophetas qui loquuti sunt in nomine Domini.

11 Ecce, beatos prædicamus eos qui *adversa* sustinent. tolerantiam]ob audistis, & [l] finem Domini vidistis. nam abundat intima misericordia Dominus, & est miserator.

12 [m] *Ante omnia verò, fratres mei, ne jurate neque per cælum, neque per terram, neque aliud ullum jusjurandum: [n] sit autem vestrum, est, est, & non, non: ne in condemnationem incidatis.

13 [o] Æger est animo aliquis inter vos? oret. bono animo est aliquis? psallat.

14 [p] Infirmatur aliquis inter vos? accersat presbyteros ecclesiæ, & orent pro eo, *ungentes eum [q] oleo [r] in nomine Domini.

15 Et oratio fidei servabit laborantem, erigétque eum Dominus: quòd si [s] peccata commiserit, remittentur ei.

16 [t] Confitemini alii aliis offensas, & precamini alii pro aliis, ut sanemini: [v] multùm *enim* valet deprecatio justi efficax.

17 *Elias homo erat iisdem quibus nos affectionibus obnoxius, & [x] ardentissimè oravit ne plueret: & non pluit super terram annos tres & sex menses.

18 Et rursum oravit, & cælum dedit pluviam, & terra produxit fructum suum.

19 [y] Fratres, *siquis inter vos aberrarit a veritate, & [z] converterit eum quispiam,

20 Sciat eum qui averterit peccatorem ab errore viæ suæ, servaturum animam a morte, & operturum multitudinem peccatorum.

[3] i. Quæ paulò post factam sementẽ descendit.

[4] i. Quæ paulò ante messẽ descendit.

[5] v. vel judex. Etsi vox Syra altero magis significato usurpatur.

[6] i. Quem dederit ei Deus exitum, ex lectione sacrorũ librorum vidistis.

[7] i. Ut non subeatis judicium condemnationis.

[8] Vel, Pro eo.

[9] v. vel animam ejus: qd' est ἰματισμοῦ. Etsi utrũque verum, & Deo auctore dicitur sanctissimè 1. Tim. 4. 16.

[g] a. Patientiam Christianam ex eo cõmendat, quòd quum reliqui soleant mutuò sese accusare præ impatientia, fideles e contrariò ne acceptis quidẽ injuriis sint queruli.

[h] Gemitum vocat intestinam quamdã querimoniã, quę impatientiam declarat.

[i] a. Conclusio, Pro foribus adesse Dominum, suorum defensorem, & hostiũ ultorem, ac proinde non esse cur nosipsos fatigemus.

[k] a. Quoniam pletique solẽt objicere, prę stare injurias quomodocũque repellere, opponit Patrũ exempla quorum patientiæ fœlicissimus fuit exitus, quoniam Deus ut clementissimus Pater suos numquã deserit.

[l] Quem exitũ dederit Dominus.

[m] a. Quoniam ab optimis etiam quibusque interdum impatientia extorquet ut in juramenta quandoque leviora, quandoque graviora erumpant, monet Apostolus ut tantum scelus exsecrantes, simplicitati & veritati sermonis linguam assuefaciamus. * *Mat. 5. 34.*

[n] Quod affirmandum fuerit, simpliciter & sine jurejurando affirmate: quod negandum, simpliciter negate.

[o] a. Optimum adversus omnes afflictiones remedium ostendit, preces nimirum, quibus & in tristitia & in gaudio suus est locus.

[p] a. Peculiariter ostendit ad quos potissimùm medicos sit in morbis confugiendum, nimirum ad presbyterorum preces, qui & corpus (prout tunc vigebat sanationis donum) curent, & præcipuam morborum causam tollant, peccatorum videlicet remissione, suis precibus & monitis, ægrotantibus impetrata. * *Mar. 6. 13.*

[q] Fuit hoc symbolum doni sanationis: nunc verò quum non exstet donum, non est necessarium ampliùs symbolum.

[r] Invocato nomine Domini.

[s] Rectè peccatorum meminit, propter quæ nimirum plerumque immittuntur morbi.

[t] a. Quoniam confitentibus, non autem sese justificantibus remittuntur a Deo peccata, ideò adjicit Apostolus oportere nos ingenuè inter nos de intestinis illis morbis nostris conferre, ut mutuis precibus alii aliis succurramus.

[v] a. Preces commendat ab effectis, ut omnes intelligant nihil esse illis efficacius, modò ex puro animo proficiscantur. * *1. Reg. 17. 1. & 18. 45. Luc. 4. 25.*

[x] Repetitio Hebraica, quasi diceret, religiosè precatus est.

[y] a. Occupatio, Non damnari quasvis reprehensiones, quum e contrario nihil Deo gratius quàm aberrantem fratrem in viam revocare. * *Mat. 18. 15.*

[z] A via revocârit.

EPIST

EPISTOLA PETRI APOSTOLI SIMONIS XIPHÆ.

CAPUT PRIMUM.

[2] Magnificè extollit Dei gratiam in Christo, [7] quæ fide recipitur, & spe possidetur, [10] de qua vaticinati sunt prophetæ. Inde deducit exhortationem, [15] ut renunciantes mundo, [23] & priori vitæ se Deo conforment.

BEZÆ INTERPRET.

PETRUS Apostolus Jesu Christi, advenis dispersionis per Pontum, Galatiam, Cappadociā, Asiam, & Bithyniam:

2 [a] Electis ex [b] prącognitione Dei Patris ad [c] sanctificationem spiritus, per obedientiam & aspersionem sanguinis Jesu Christi: gratia vobis & pax multiplicetur.

3 Benedictus *esto* Deus & Pater Domini nostri Jesu Christi, qui ex multa sua misericordia regenuit nos in spem [d] vivam per resurrectionem Jesu Christi ex mortuis.

4 *Id est* ad hæreditatem quæ nec corrumpi potest, nec contaminari, nec marcescere, vobis in cælis servatam,

5 [e] Qui virtutis Dei præsidio custodimini per fidem, ad salutem paratam revelari [f] præstituto tempore ultimo.

6 Quæ in re exsultatis, ad exiguum *tempus* nunc (si oportet) in variis tentationibus tristitia affecti:

7 Ut exploratio fidei vestrę multo pretiosior *exploratione* auri, quod perit, & tamen per ignem exploratur, inveniatur *vobis esse* laudi & honori & gloriæ, [g] quum revelabitur Jesus Christus.

8 Quem quum non videritis, diligitis: in quem, nunc *eum* non videntes, tamen credentes, exsultatis gaudio ineffabili & glorioso:

9 Reportantes mercedem fidei vestræ, salutem [h] animarum.

10 [i] De qua salute exquisierunt, & *quam* scrutati sunt Prophetæ, qui de *ventura* in vos gratia prophetârunt.

11 Scrutantes in quem aut qualem temporis articulum prænuncius ille qui in ipsis *erat* Spiritus Christi, declararet *eventura* Christo perpessiones, & gloriam illas consequuturam.

12 Quibus revelatum est, eos non sibi, sed nobis ea administrare quæ nunc annunciata sunt vobis per eos qui vobis evangelizarunt per [k] emissum e cælo Spiritum sanctum, in quę cupiunt Angeli introspicere.

[a] B. Dicturus Petrus de Christianæ vitæ officiis, primo loco de principiis omnium Christianarū actionum disserit, longè supra naturam assurgens, & longiùs etiam nos deducens. Ostendit enim nos alioqui peccatores, per Dei Patris gratuitam misericordiam primùm quidem fuisse ab æterno electos: deinde ex æterno illo decreto secunda quadam creatione factos ejus filios in Christo unigenito, cujus tum Spiritu intùs mutemur, tum etiā sanguine ipsi reconciliemur, idq; ut tandē, sicut a mortuis resurrexit Christus ipse, nos quoq; in eamdem gloriam cælestem & æternam recipiamur.

[b] Vel, ex proposito Dei.

[c] Ut spiritu segregati, Deo consecrarentur. Ephes. 1. 5.

[d] Perennem.

[e] 8. Jam quo itinere ad eam gloriam perveniatur, ostendit, nempe per medias omnis generis afflictiones, in quibus tamē fides nos ita securos præstat, ut non modò nō frangamur doloribus, sed etiā Deum ipsum alioqui invisibilem, fidei oculis cōspiciēte, inenarrabili quadam lætitia perfundamur: quoniam ejusmodi omnia prętérquàm quòd tēporaria sunt, nobis non perdendis, sed velut igne quodam excoquendis ac perficiendis, adhibeantur, ut tandem salutem consequamur.

[f] Illud est tempus quod Daniel tempus finis vocat, quo videlicet futura est summa illa instauratio, quam rerum universitas exspectat. Rom. 8. 19.

[g] De secundo adventu loquitur.

[h] Sub. vestrarum.

[i] 8. Fidem veram ab adulterina distinguit, eam videlicet quæ in Propheticam & Apostolicam doctrinam respicit: deinde unius ejusdémque fidei duos facit gradus pro diversæ revelationis modo, quum reipsa sit unica & singularis. Tertiò, Apostolicam prædicationem dicit esse Propheticæ complementum, quamvis adhuc ultimus ejus exitus ab ipsis etiam Angelis exspectetur.

[k] Alludit ad Prophetiam Joëlis, in Apostolis tamquam in primitiis Spiritus sancti exhibitam die Pentecostes, quam idem noster Petrus explicat, Act. 2. 6.

TREM. INTERPRET.

PETRUS Apostolus Jeschua Christi electis, & incolis disseminatis in Pōtum, & in Galatiam, & in Cappadociam, & in Asiam, & in Bithyniā:

2 Qui electi fuerunt in præsentia Dei Patris, in sanctificationē Spiritus, ut [1] sint in obedientia, & stillatione sanguinis Jeschua Christi: Gratia & pax multiplicetur vobis.

3 Benedictus Deus Pater Domini nostri Jeschua Christi, qui per gratiam suam magnam [2] regenuit nos, per resurrectionem Domini nostri Jeschua Christi, in spem vitæ:

4 Et in hæreditatem quæ non corrumpitur, & non contaminatur, & non marcescit, quæ præparata est vobis in cælis,

5 Qui custodimini per virtutem Dei, & per fidem in salutem quæ præparata est ut reveletur in temporibus extremis:

6 In quibus gaudebitis in perpetuum, etiamsi hoc tempore modicum affligimini tentationibus variis,

7 Quæ transeunt super vos: ut exploratio fidei vestræ conspiciatur (quæ pretiosior est quàm aurum depuratum, quod probatum est per ignem) ad gloriam & ad honorē & ad laudem, in revelatione Jeschua Christi.

8 Quem non vidistis, & diligitis eum, & in fide ejus exsultatis, lætitia [3] laudabili, quæ verbis non exprimitur:

9 Ut recipiatis præmium fidei vestræ, salutem animarum vestrarum,

10 Eam, *inquam*, salutem, de qua inquisiverunt Prophetę, quū vaticinarentur de gratia quę futurū erat ut daretur vobis.

11 Et scrutati sunt quodnam tempus indicaret & testaretur Spiritus Christi habitans in eis, quo *tempore* futuræ essent passiones Christi, & gloria ejus quæ *sequutura erat* posteà.

12 Et revelatum est illis quicquid scrutati fuerant, propterea quòd non sibiipsis inquirebant, sed nobis quæ ad nos *spectabant* vaticinabantur: illa *nimirum* quæ nunc manifestata sunt vobis [4] per eos qui evāgelizant vobis per Spiritum sanctum qui missus est e cælo, in quæ concupiscūt etiam Angeli perspicere.

[1] 2. Id est, ut comparari sint ad obediētiam & gloria Dei, & ad aspersionem sanguinis Christi ablutionemq; peccatorum & justificationem perfectam in Christo pro vita ipsorum & salute æterna per ipsum atq; in ipso consequenda.

[2] Ad ver. Genuit nos ab interito.

[3] 7. vel gloriosa: id enim Syra notatur voce.

[4] Ad ver. Per manum eorū, &c. id est, Opera & ministerio eorū qui, &c. Hebraismus.

13 Quapropter ſuccingite lũbos mentium veſtrarum: & excitamini perfectè, & ſperate in gaudium quod eveniet vobis in revelatione Domini noſtri Jeſchua Chriſti.

14 Tamquam filii obedientes: neque aſſocietis vos rurſus concupiſcentiis priſtinis, quas concupiſcebatis ſine ſcientia, ſed eſtote ſancti in omnibus cõverſationibus veſtris:

15 Sicut ſanctus eſt is qui vocavit vos.

16 Quia ſcriptum eſt, Eſtote ſancti, ſicut etiam ego ſanctus ſum.

17 Et ſi ita eſt quòd Patrem vocatis eum in cujus conſpectu non eſt [s] acceptio vultus, & judicat omnem hominem ſecundùm opera ejus, cum timore vos geri te in tempore hoc incolatus veſtri:

18 Scientes quòd non argento quod vetuſtate atteritur, neque auro redemti eſtis ex operibus veſtris vanis, quæ accepiſtis à patribus veſtris:

19 Sed ſanguine pretioſo agni in quo macula & labes non eſt, qui eſt Chriſtus,

20 Qui ab initio fuit deſtinatus ad hoc ipſum ante conſtitutionem mundi, & manifeſtatus eſt in extremitate temporum propter vos:

21 Qui per eum credidiſtis in eum qui excitavit eum à mortuis, & dedit ei gloriam, ut fides veſtra & ſpes veſtra eſſet in Deum.

22 [6] Sanctificatis animabus veſtris per obedientiam veritatis, & impletis dilectione quæ non accipit vultum, quæ eſt ex corde puro & perfecto. Diligite alter alterum:

23 Tamquam ii qui regeniti fuiſtis non ex ſemine quod vetuſtate perit, ſed ex eo quod nõ perit vetuſtate, per ſermonem vivum Dei qui manet in æternum.

24 Quia omnis caro fœnum, & omnis elegantia ejus tamquam flos agri. Exareſcit fœnum, & marceſcit flos.

25 Et verbum Dei noſtri manet in ſecula. Et hoc eſt verbum illud quod prædicatum eſt vobis.

[s] Vide annotata in cap. 6. Mat. 2.

[6] 7. vel ſanctificãtes animas veſtras in obedientia veritatis & pleni dilectione quæ nõ accipit vultum (id autem eſt ἀνυπόκριτον) ut ex corde puro & integro diligatis unus unum, id eſt, alter alterum, Syra phraſi, quum fueritis ſanctificantes.

13 [l] Quapropter [m] ſuccincti lũbis mẽtis veſtræ, ſobrii, [n] [o] ad finem uſque ſperate in eã [p] quæ vobis defertur gratiam, [q] quũ revelabitur Jeſus Chriſtus.

14 [r] Ut filii obedientes, qui vos non cõfiguretis priſtinis quæ in ignorantia veſtra *viguerunt* cupiditatibus.

15 *Sed ſicut is qui vos vocavit ſanctus eſt, ipſi quoque ſancti in omni converſatione reddamini.

16 [s] Propterea quòd ſcriptum eſt, *Sancti eſtote, nam ego ſanctus ſum.

17 [t] Et, ſi patrem [v] cognominatis eum *qui citra perſonarum reſpectum judicat ex cujuſque opere, cum timore verſamini commorationis veſtræ tempore.

18 [x] Ut qui ſciatis vos non corruptibilibus *rebus*, argento vel auro, fuiſſe redemtos ex vana illa veſtra converſatione, a patribus tradita:

19 *Sed pretioſo ſanguine, utpote agni inculpati & incontaminati, *nempe* Chriſti:

20 * [y] Præcogniti quidem ante [z] jacta mundi fundamenta, manifeſti autem facti ultimis temporibus popter vos,

21 Per eum credentes in Deum, qui ſuſcitavit eum ex mortuis, & gloriam ei dedit, ut fides ac ſpes veſtra in Deo eſſet.

22 [a] Qui *igitur* animas veſtras purificâſtis, auſcultando veritati per Spiritum, * ad amorem fraternum minimè ſimulatum, ex mundo corde alii alios diligite intensè:

23 Regeniti non ex ſemine corruptibili, ſed incorruptibili, *id eſt* per ſermonem Dei vivi, & manentis in æternum.

24 [b] *Nam omnis [c] caro *eſt* ut gramen, & omnis gloria hominis, ut flos graminis. exaruit gramen, & flos ejus decidit:

25 [d] Sed verbum Domini manet in æternum. hoc autem eſt verbũ illud quod evangelizatum eſt vobis.

[l] 2. A fide ad ſpem tranſit, individuam nimirum fidei comitem, utiũque argumento a comparatis, non debere nos in tãtæ rei exſpectatione defatigari, quã ſummo deſiderio ipſi etiam angeli exſpectẽt.

[m] Tranſlatio ſumta ex vetuſto more: quũ enim prælongis veſtibus uterentur, non poterant niſi ſuccincti iter facere. hinc illud Chriſti dictum, Sint lũbi veſtri præcincti.

[n] 2. Qualem oporteat ſpem noſtram eſſe, mira brevitate explicat, perpetuam nimirũ tantiſper dum re ſperata potiamur: deinde quid nobis ſit ſperandũ, gratia nimirum, (id eſt, gratuita ſalus) nobis in Evangelio patefacta, non autem quod temere ſibi pollicentur homines.

[o] Solidè ac ſincerè.

[p] 2. Argumentũ ad animos noſtros erigendos, quũ Deus minimè exſpectet ut ſe quæramus, ſed tantum beneficiũ ad nos uſque deferendũ curet.

[q] 2. Scopum fidei proponit, nequis vel citiùs vel ſeriùs ſibi plenã illam ſalutem promittat, alterum videlicet Chriſti adventum: ſimũlque monet ne ex præſenti ſtatu dignitatem Evangelii metiamur, quum id quod nunc ſumus, nondum ſit patefactum.

[r] 2. A fide & ſpe tranſit ad utriuſque fructus, qui obedientiæ nomine intelliguntur. Poſita autem ea eſt duabus in rebus, nempe ut cupiditatibus renuncietur, & ſanctè vita inſtituatur. Et habent quidem illæ initium ab ea cæcitate in qua omnes homines naſcuntur: ſanctimonia verò a gratia Dei nos adoptantis, ac proinde regenerantis, ut eadem ſit patris & filiorum indoles. * *Luc. 1. 11.* [s] 2. Oſtendit ſanctificationem neceſſariò conſequi adoptionem. * *Levit. 11. 44. & 19. 2. & 20. 7.* [t] 2. Ut anteà fidem & ſpem, ſic nunc quoque obedientiam veram a ficta diſcernit, externæ larvæ opponens perſpicaciſſimos Dei oculos, & vanæ ſecuritati ſeriam reverentiam. [v] Si ejus Patris filii vultis cognominari. * *Deut. 10. 17. Rom. 2. 11. Gal. 2. 6.* [x] 2. Exhortatio, propoſita beneficii Dei Patris, in nobis proprii Filii morte ſanctificandis, dignitate ac magnitudine. Opponit autem partim Legales purificationes ipſi rei, (id eſt, Chriſti ſanguini) partim etiam humanas traditiones, quas ut prorſus vanas & ſuperſtitioſas damnat, quantumvis ſint inveteratæ. * *1. Cor. 6. 20. & 7. 23. Heb. 9. 14. 1. Joh. 1. 7. Apoc. 1. 5.* * *Rom. 16. 25. Epheſ. 3. 9. Coloſſ. 1. 26. 2. Tim. 1. 9. Tit. 1. 2.* [y] 2. Occupatio, Quid igitur mundo factum eſt ante exhibitum Chriſtum? an nulla priùs fuit ſanctimonia? nulla denique Eccleſia? Reſponder Apoſtolus, fuiſſe præordinatum Chriſtum liberandis hominibus antequam ipſimet homines exſtiterint, nedum ut ulla fuerit extra eum Eccleſia ante ipſius adventum in carne: ſed nos tamen eſſe feliciſſimos præ aliis, quibus re ipſa exhibitus fuit Chriſtus, qui morte pro nobis obita ac ſuperata, quàm efficaciſſimè nunc in nobis agat Spiritus ſui virtute, ad fidem, ſpem, ac charitatem in nobis creandas. [z] Ab æterno. [a] 2. Obedientiæ practicen (id eſt charitatem) commendat, ſedulò rurſum inculcans ſeſe non de charitate aliqua vulgari, & a corrupta illa noſtra natura promanante diſſerere, ſed de illa demum cujus principium eſt Dei Spiritus, animas noſtras Verbo Dei fide apprehenſo purificans, atque adeò ſpiritualem & perennem vitam nobis ingenerans, ſicut Deus ipſe puriſſimus eſt & verè vivus. * *Infr. 2. 17. Rom. 12. 9. Epheſ. 4. 2.* [b] 2. Ratio, cur cæleſti iſta genitura neceſſariò ſit opus. Quoniam videlicet homines, quantuſcumque videatur illorum ſplendor, natura ſunt omnis veri ac ſolidi boni inanes. * *Eſa. 40. 6. Eccl. 1. 2. Jac. 1. 9.* [c] Carnis nomen imbecillitatem noſtræ naturæ declarat, quæ quidem præcipuè in carne conſideranda eſt. [d] 2. Rurſum nequis ſpiritualem illum vigorem in fictitiis imaginationibus quærat, revocat nos Apoſtolus ad verbum Domini, & ita quidem ut doceat non eſſe verbum aliud Domini exſpectandum, ſed in eo uno conſiſtendum quod evangelizatum eſt.

CAPUT SECUNDUM.

[1] Fideles verbo Dei renatos hortatur ad ducendam vitam quæ genituræ reſpondeat. [6] Ac ne titubet eorum fides, allegat quid de Chriſto prædictum fuit. [11] Hortatur deinde ut obedientiam præſtent magiſtratibus, [21] & patienter adverſa ferant Chriſti exemplo.

SEponite igitur a vobis omnem malitiam, & omnem dolum, & ſimulationem, & invidiam, & obtrectationem:

PRoinde * [a] depoſita omni malitia & omni dolo & ſimulationibus & invidentiis, & omnibus obtrectationibus,

* *Rom. 6. 4. Epheſ. 4. 22. Coloſſ. 3. 8. Hebr. 12. 1.*

[a] 2. Subſtrato illo fundamento Spiritus Dei per verbum efficaciter agentis, cui tres virtutes ſuperſtruxit, omnium Chriſtianarum actionum baſes, nempe fidem, ſpem, & charitatem: nunc ad generalem exhortationem progreditur, cujus prius membrum eſt ut omnem tum occultæ tum manifeſtæ malitiæ ſpeciem fugiamus.

2 [b]Ut[c] modò geniti infantes, lac illud sermonis sincerum expetite, ut per illud augescatis.

3 [d] Siquidem gustastis quòd bonus sit Dominus.

4 [e] Ad quem accedentes, qui est lapis vivus, ab hominibus quidem reprobatus, apud Deum verò electus *ac* pretiosus:

5 Ipsi quoque, veluti vivi lapides, ædificati, fiatis domus spiritualis: *[f] sacerdotium sanctum, ad offerendum spirituales hostias, acceptas Deo per Jesum Christum.

6 [g] Quapropter etiam continetur in Scriptura, * Ecce statuo in Sion lapidem in imo angulo, electum, pretiosum: in quem qui credit, nequaquam pudefiet.

7 [h] Vobis igitur est honori qui creditis: non assentientibus autem *sermoni*, *lapis quem reprobaverunt ædificantes, hic factus est caput anguli, & lapis ad quem impingitur, & petra offendiculi.

8 *Nempe* iis qui impingunt ad sermonẽ, *non assentientes, ad quod etiam constituti fuerant.

9 [i] *Vos autem genus electum, regale sacerdotium, gens sancta, populus quem *sibi Deus* ut proprium vendicat: ut virtutes prædicetis illius qui vos vocavit e tenebris in admirabilem suam lucem.

10 * Qui quondam *eratis* non populus, nunc *estis* populus Dei: qui non consequuti misericordiam, nũc estis misericordiam consequuti.

11 [k] Dilecti, [l] precor ut tamquam inquilini & advenæ[m] abstineatis *a carnis cupiditatibus, [n] quæ militant adversus animã, [o] *conversationem vestram habentes honestam inter Gentes:

12 Ut pro eo quod obloquuntur vobis ut facinorosis, * [p] ex bonis operibus *quæ* spectãrint, glorificent Deum [q] die visitationis.

13 [r] Proinde *subjecti estote cuivis [s] humanæ ordinationi [t] propter Dominum: [v] sive regi, ut supereminenti:

14 Sive præsidibus, ut qui per eum mittantur [x] tum ad ultionem facinorosorum, tum ad laudem bene agentium.

15 [y] Quoniam ita est voluntas Dei, ut

2 Et estote tamquam infantes simplices, & concupiscite ipsum sermonem tamquã lac mundum & spirituale, per quod crescetis ad salutem.

3 Si gustãstis & vidistis quòd bonus sit Dominus,

4 Ad quem appropinquãstis, qui est lapis vivus, quem reprobaverunt filii hominis, & electus & pretiosus apud Deum.

5 Et etiam vos, tamquam lapides vivi ædificemini, & estote templum spirituale, & sacerdotes sancti, ad offerendum victimas quæ sint acceptabiles coram Deo per Jeschua Christum.

6 Dicitur enim in Scriptura, Ecce, pono in Tzeijun lapidem electũ & pretiosum, in capite anguli: qui credit in eum nõ pudefiet.

7 Vobis igitur data est [1] hæc res pretiosa qui creditis: illis autem qui non acquiescunt, lapis est offensionis & petra scandali:

8 Et qui offendunt in ipsum, non acquiescentes sermoni, quia ad hoc positi sunt.

9 Vos autem genus estis electum, quod sacerdotio fungitur ad regnum, [2] populi sanctus, cœtus redemtus, ut prædicetis laudes illius qui vocavit vos e tenebris ad lucem suam eximiam.

10 Qui anteà non reputabamini populus, nunc autem populus Dei: etiam non erat erga vos misericordia, nunc autem effusa est super vos misericordia.

11 Dilecti mei, peto a vobis, tamquam advenis & tamquam incolis, vosipsos separate ab omnibus concupiscentiis corporis quæ gerunt bellum adversus animam.

12 Et sint bonæ conversationes vestræ coram omnibus filiis hominis: & ii qui loquuntur contra vos sermones malos, videbunt vestra opera bona, & laudabunt Deum in die probationis.

13 Et estote subjecti omnibus filiis hominis, propter Deum: regibus, propter dominum eorum:

14 Et judicibus, quia ab eo mittuntur ad vindictam delinquentium, & ad laudem operantium bona.

15 Quoniã sic est voluntas Dei, ut ope-

[1] 7. vel hic honor datus est: ex Syrorũ usu.

[2] 9. malim, populus sanctus: ut Græca verba sonant, ac nõ repugnant Syra.

[b] 2. Alterum, ut ex novo illo Verbi incorrupti semine recẽns geniti, idem verbum avidè tamquã lac sugentes, magis ac magis in illa spirituali vita velut adolescamus. Sincerum autem illud vocat, non modò quia res est purissima, verum etiam ut nobis ab iis caveamus qui illud adulterant.

[c] Ut novi homines facti.

[d] 3. Commendat spirituale illud alimentum, a suavitate & utilitate.

[e] 4. In eadem exhortatione pergit, sed diversa translatione utens, allusione ad templum facta. Itaque fidelium cœtum veluti quoddam sacrum spirituale ædificium esse dicit, ex vivis lapidibus exstructum: cujus fundamentum sit Christus, velut vivus lapis, omnes sibi adjunctos sua vitali virtute sulciens, & secum compingens, quamvis ab hominibus tãtum hoc bonũ negligatur.

*Rom. 12. 1. Apoc. 1. 6.

[f] 5. Pergens in eadem similitudine, nos jam comparat sacerdotibus, idcircò in illo spirituali templo collocatis, ut spirituali cultu (id est sanctitate ac justitia) ipsum colamus: sed ut templum, ita etiam sacerdotium Christo superstruit, in quo uno gratæ sint nostrę omnes spirituales oblationes.

[g] 6. Probatio ex Esaiæ prophetæ testimonio. * Esa. 28. 16. Rom. 9. 33.

[h] 8. Opposita inter se conditione credentium beatissima, rebellium autem longè miserrima, stimulos addit credentibus: aliis autem insultat: deinde etiam offendiculo occurrit inde exorto, quòd Evangelicæ huic doctrinæ nulli magis resistant quàm qui primas tenent in Dei populo, quales tunc erant, quum Petrus hæc scriberet, Sacerdotes & Seniores & Scribæ. Respondet igitur primùm omnium, non esse curad hanc illorum contumaciam, quasi rem aliquam novam, quisquam obstupescat, quum tot antè seculis præmoniti simus ita id futurum: deinde sic visum esse Domino, nonnullos ad hoc ipsum condere ut in eorum justa condemnatione Filius Dei glorificetur. Tertiò, Christi gloriam sic quoque plurimùm illustrari, quum nihilominus maneat Christus firmum Ecclesiæ suæ caput, & qui in eum impingunt, non Christum sed seipsos evertant. Quartò, etiamsi ad hoc isti conditi sint, Deo tamen non esse illorum exitium tribuendum, sed præfractæ ipsorum contumaciæ quæ inter Dei decretum & ejus exsequutionem sive ipsorum damnationem intercedit, estq; vera & genuina eorum exitii causa. *Psal. 118. 22. Matt. 21. 42. Act. 4. 11. * Esa. 8. 14. Rom. 9. 33.

[i] 9. Oppositum membrum, Electorum videlicet summam excellentiam describit, simulq; nequis ambigat sit electus necne, revocat nos Apostolus ad vocationem efficacem, id est, ad Evangelii vocẽ & in auribus & in animis nostris externa etiã prædicatione & Sacramentis sonantem, ex qua æternum illud alioqui occultissimum electionis decretum certò intelligamus, idq; ex una Dei gratuitò eligentis & vocantis misericordia. Itaque illud jam superesse dicit, ut tantam Dei potentissimi bonitatem modis omnibus prædicemus. *Exo. 19. 6. *Osea 2. 23. Rom. 9. 25.

[k] Redit ad generalem illam exhortationem.

[l] 9. Ratio cur sanctè nobis sit vivendum, quia nimirum cælestes cives sumus, ac proinde non ex hujus mundi corruptissimi, sed ex cælestis civitatis legibus vivendum nobis est, etiamsi advenæ simus in mundo.

[m] 9. Aliud argumentum, Carne (id est corrupta illa natura) non vivunt Filii Dei, sed spiritu. Ergo carnales motus in nobis vigere non debent. * Rom. 13. 14. Gal. 5. 16.

[n] 9. Tertium argumentum, Quia quantumvis cupiditates illæ nobis blandiantur, tamen salutem nostram non desinant oppugnare.

[o] 9. Quartum argumentum ab utili. Quoniam sic quoque nostræ existimationi consulimus, dum eos qui de nobis detrahunt cogimus tandem sententiã mutare. * Infr. 3. 16. *Mat. 5. 16.

[p] 9. Sextum argumentum, quod etiam est maximi momenti, quia sic maximè amplificatur Dei gloria, dum honestæ nostræ vitæ exemplo vel profanissimi homines adducti, sese Deo subjiciunt.

[q] Quando illorum quoque Deus miserebitur.

[r] 9. Quod in genere dixerat, jam explicat per partes, sigillatim particularia hominum officia describens. Ac primo quidem loco agit de obedientia quæ tũ legibus tum magistratibus & summis & inferioribus debetur. * Rom. 13. 1.

[s] Ordinationis nomine civilis gubernationis dispositionem intelligit: eam autem humanam vocat, non quòd humanitùs sit excogitata, sed quòd hominum ea sit propria.

[t] 9. Primum argumentum, Quia Dominus est istius humanæ (id est inter homines constitutæ) politiæ auctor & vindex, ac proinde veros hujus Domini servos oportet præ cæteris esse hujus ordinis observandi studiosos.

[v] 9. Occurrit quorumdã cavillo, qui regibus quidẽ & summis magistratibus parere se velle dicunt, eorũ autẽ ministros aspernantur: quasi verò ministri non sint armati ejus a quo mittantur auctoritate.

[x] 9. Secundũ argumentũ a fine hujus ordinis non tantùm utilissimi, sed etiã planè necessarii, quũ hac demũ ratione pręmia virtuti, vitiis pœnæ constituantur: quibus rebus continetur hujus vitæ tranquillitas ac fœlicitas.

[y] 9. Primũ argumentũ explicat copiosiùs, ostendens libertatem Christianã minimè omniũ (sicut jã tũ nonnulli regni Dei planè imperiti dictitabant) in eo positã esse ut ærenũ legũ excutiamus, sed in eo potiùs ut ex Dei voluntate vitã sanctè instituentes, omnibus planum faciamus, Evangeliũ non esse scelerũ velamen, quũ sic liberi simus, ut simus tamen Dei servi, non peccati.

ribus vestris bonis obthuretis ora stultorum qui non norunt Deum:

16 Tamquam [3] prediti libertate, & non tamquam homines quibus facta est libertas eorum operimentum malitiæ ipsorũ, sed tamquam servi Dei.

17 Omnem hominem in honore habete: Fratres vestros diligite: & a Deo timete, & reges honorate.

18 Et illos servos qui sunt inter vos *nũc alloquor:* subjecti estote dominis vestris in timore: non tantùm bonis & humanis, sed etiam duris & [4] pravis.

19 Illis enim est gratia coram Deo, illis *inquam* qui propter conscientiam bonam tolerant afflictiones quæ veniunt super eos per iniquitatem.

20 Qui autem propter peccata sua sustinent afflictiones, quęnam laus est eis? sed quum facitis quod bonum est, & affligunt vos, ac toleratis, tũc multiplicabitur laus vestra apud Deum.

21 Ad hoc enim vocati estis. Quia etiã Christus mortuus est pro nobis, & reliquit nobis hoc exemplum, [5] ut vos in vestigiis ipsius iretis:

22 Qui non fecit peccatum, neque dolus est inventus in ore ejus:

23 Qui maledicebatur, & non maledicebat: & patiebatur, & non minabatur, sed tradebat [6] causam suam judici justitiæ.

24 Et [7] portavit peccata omnia, & ascendere fecit illa cum corpore suo ad crucem, ut mortui peccatis, per justitiam ejus viveremus. [8] maculis enim ejus sanati estis.

25 Quia fuistis errantes velut oves: & conversi estis nunc ad pastorem & curatorem animarum vestrarum.

[3] Ad verb. Filii libertatũ. de quo genere dicendi vide Johan. 6. & 1. Cor. 7. in annotatione.

[4] 1. vel aspera.

[5] 1. Ut vestigia ejus teneretis, & patientiam ejus imitaremini.

[6] Ad verb. Judicium suum.

[7] Vel, Sustulit.

[8] Intelligit aspersionem sanguinis ejus, quo totũ ejus corpus fuit commaculatum.

benè agendo os obstruatis desipientium hominum ignorantiæ.

16 Ut liberi, ac non veluti malitiæ velamen habentes libertatem, sed ut servi Dei.

17 [a] Omnes [a] honorate. * [b] Fraternitatem diligite. Deum timete. Regem honorate.

18 [c] * Servi, subditi estote cum omni timore dominis, nõ solùm bonis & æquis, sed etiam pravis.

19 * [d] Hoc enim cedit gratiæ, siquis propter [e] conscientiam Dei, suffert molestias injustè afflictus.

20 Quæ enim est gloria si peccantes & colaphis cæsi, subsistatis? sed si bene agentes, & tamen afflicti subsistatis, hoc cedit vobis gratiæ apud Deum:

21 [f] Nam ad hoc etiã vocati estis, quoniam & Christus passus est pro nobis, relinquẽs nobis [g] exemplar, ut subsequeremini vestigia ipsius.

22 * Qui nõ peccavit, nec inventus fuit dolus in ore ipsius.

23 Qui conviciis affectus, non vicissim conviciabatur, quum malis afficeretur, non minabatur: [h] sed committebat *causam suam* ei [i] qui justè judicat.

24 * [k] Qui peccata nostra ipsemet sursum tulit in corpore suo super lignum illud, ut peccatis mortui, justitiæ viveremus: cujus vibicibus sanati estis.

25 Nam eratis velut oves errantes: sed nunc convertistis vos ad pastorem & curatorem animarum vestrarum.

[a] 2. Civilem vitã, occasione ex iis quæ dixerat arrepta, in duas partes universales dividit, nempe in officia quę privati privatis, ac præsertim fideles fidelibus debent, & in eam subjectionem qua inferiores sunt superiorib[9] obstricti: ita tamen ut reges Deo minimè exæquentur, quum Deo timor, regibus honor debeatur.

[a] Charitate & officiis prosequimini.

* *Sup. 1. 22. Rom. 12. 10.*

[b] Fratrum cœtum, & cõjunctionem, ut Zach. 11. 14. vel fraternam cõjunctionem.

[c] 2. Transit ad servorũ erga dominos officia, quæ his finibus describit, ut ultrò, nõ coactè, nõ tantùm æquis & moderatis, sed etiam iniquis & asperis dominis servi sese subjiciant. * *Ephes. 6. 1. Col. 3. 22.* * *2. Cor. 7. 10.*

[d] 2. Occupatio. Duram quidem esse servilem conditionem, præsertim si injusti domini obtigerint: sed tanto fore Deo gratiorem hanc subjectionem, si voluntas ipsius plus apud servos valeat quàm dominorum injuriæ.

[e] Quod ei sit religio Deum offendere, cujus voluntate intelligit hoc onus sibi impositum.

[f] 2. Servitutis asperitatem lenit, quum discipulum illum Dominũ dominorum pro exemplo, significat non posse non videri nimium molles, qui in tolerandis injuriis difficiliores se præbeant, quàm ipse Christus justissimus simul & durissimè omnium afflictus, & tamen patientissimus. * *Esa. 53. 9. 1. Joh. 3. 5.*

[g] Translatio sumta a pictoribus vel a pædagogis.

[h] 2. Remedium adversus injuriam illis ostendit, nempe ut Deo causam suam commendent, Christi exemplo.

[i] 2. Videtur convertere orationem ad dominos, qui & ipsi Dominum ac judicem in cælis habeant, injurias servis illatas justè (id est absque personarum acceptione) ulturum. * *Esa. 53. 1. Matt. 8. 17.*

[k] 2. Revocat eos Apostolus a consideratione injuriarum quas perferre coguntur, ad cogitandam magnitudinem, simul & finem beneficii a Christo accepti.

CAPUT TERTIUM.

[1] Ne mulieres Christianæ viros suos, licet alienos ab Evangelio, contemnant, [5] piarum mulierum exemplum proponit. [8] Addit generales præceptiones, [14] ut æquis animis sustineant persequutiones, [16] & intrepidè respondeant de sua fide, [18] idq; auspiciis Christi.

SImiliter etiam vos uxores, subditæ sitis maritis vestris, ut eos qui non obtemperant Sermoni, per conversationes vestras bonas sine labore acquiratis:

2 Videntes quòd in reverentia & castitate vos geritis.

3 Neque ornemini ornatibus externis intorsionis capillorum vestrorum, aut [1] excogitatione auri, aut vestimẽtorum [2] sumtuosorum:

4 Sed ornate vos in [3] filio hominis occulto cordis, in spiritu lenitatis, qui non corrumpitur. *hic est* ornatus qui est sumtuosus coram Deo.

5 Ita enim etiam olim mulieres sanctę, quæ sperabant in Deo, ornabant seipsas, & subditæ erant maritis suis.

6 Quemadmodũ Sara subdita erat Abrahę, & vocabat eum Dominum meum:

[1] 1. al. adjectione, circũpositione. Scilicet nequam aurum est, aureis qd' vi vehemẽtiùs ambit, dicebat olim Lucilius.

[2] 1. vel pretiosorum, æquè hoc & sequẽte versu.

[3] Filium hominis occultũ cordis vocat internum hominem, qui secũdùm Deũ est creatus, quẽ aliàs Paulus vocat novum & spiritualem, cui opponitur externus, vetus & carnalis.

SImiliter * [a] uxores sese subjiciant suis viris: [b] ut etiam siqui nõ assentiuntur Sermoni, per uxorum conversationem absque Sermone lucrifiant,

2 Ubi spectârint cum timore *conjunctam* castam conversationem vestram.

3 * [c] Quarum ornatus non sit externus ille in nodis capillorum, & circumposito auro, vel palliorum amictu:

4 Sed [d] occultus ille cordis homo, *situs* in incorruptione lenis ac quieti spiritus, qui est [e] in conspectu Dei pretiosus.

5 [f] Ita enim olim & sanctæ illæ mulieres quæ sperabant in Deum, ornabant sese, subjectæ suis viris:

6 Sicut * Sara obedivit Abrahamo, dominũ eum vocans: cujus factæ estis filiæ,

* *Col. 3. 18. Ephes. 5. 22.*

[a] 2. Tertio loco uxorum in maritos officia perscribit, subjectionem etiam illis præcipiens.

[b] 2. Nominatim de iis agit quæ maritos habebant non Christianos, quas tanto magis viris suis subjectas esse oporteat, ut eos honestate ac pudicitia Domino lucri faciant.

* *1. Tim. 2. 9.*

[c] 2. Mulierum luxũ damnat, & verum ac corã Deo pretiosum earum ornatum indicat, interiorem videlicet & incorruptibilem, in placido & quieto animo positum.

[d] Qui in mente sedem fixam habeat. opponitur ergo occultus homo externo corporis ornatui.

[e] Verè pretiosus, & ipsius Dei judicio.

[f] 2. Argumẽtũ a sanctarũ mulierũ ac præsertim Saræ credentiũ maritis exẽplo. * *Gen. 18. 12.*

dum bene agitis, & nequaquam ulla [g] terremini consternatione.

7 [h] *Viri similiter, simul [i] habitent, secundùm *Dei* [k] notitiam, [l] [m] vasi muliebri ut infirmiori tribuentes [n] honorem, [o] utpote quum unà etiam hæredes *sitis* [p] gratiæ vitæ, [q] ne interrumpantur preces vestræ.

8 [r] Denique omnes *estote* concordes, mutuo molestiarum sensu affecti, fraterna præditi charitate, ad intimam misericordiam proni, comes:

9 * [s] Non reddentes malum pro malo, aut convicium pro convicio, sed contrà, benedicentes: [t] ut qui sciatis vos ad hoc vocatos esse, ut benedictionem hæreditario jure obtineatis.

10 * [v] Quis enim vult vitam diligere, & [x] videre dies bonos, desistere faciat linguam suam a malo, & labia sua, ne loquantur dolum:

11 *Declinet a malo, & faciat quod bonum est: quærat pacem, & persequatur eam.

12 Nam oculi Domini *sunt intenti* in justos, & aures ejus ad deprecationem eorũ: [y] vultus verò Domini adversum eos qui faciunt mala.

13 [z] Et quis est qui malè accipiat vos, si bonarum rerum æmulatores fueritis?

14 *Sed & si *quid* perpetiamini propter justitiã, beati *tamen estis*: [a] cæterùm *[b] metu eorum ne metuite, neque turbemini:

15 Sed Dominum Deum [c] sanctificate in cordibus vestris. [d] *Estote* autem semper parati ad respondendum cuilibet petenti rationem ejus spei quæ in vobis est: cum mansuetudine & timore, cõscientiam bonam habentes:

16 Vt pro eo quod obloquuntur vobis tamquam facinorosis, pudefiant qui infesti sunt vestræ bonæ in Christo conversationi.

17 [e] Melius enim *est* ut benè agentes, si ita velit Dei voluntas, malis afficiamini, quàm malè agentes:

18 * [f] Nam & Christus semel pro peccatis passus fuit, [g] justus pro injustis: [h] ut nos ad Deum adduceret, [i] morte quidem affectus [k] carne, vivificatus autem Spiritu.

Cujus estis vos filiæ in operibus bonis [4] non perterrefactæ ullo pavore.

7 Vosq; viri, similiter habitate cum uxoribus vestris secundùm scientiam, & tamquam vasa debilia in pretio habete eas, eo quòd etiam ipsæ vobiscum hæredes erunt doni vitæ quæ est in æternum: & ne sitis [5] impingentes in precibus vestris.

8 Tandem autem ut sitis omnes vos in concordia, & sitis dolẽtes cum iis qui dolent, & amantes unus alium, & estote misericordes & mansueti.

9 Et nemini malum pro malo rependatis: neque etiam convicium pro convicio, sed quod contrarium est, illis benedicite. ad hoc enim vocati estis, ut benedictionẽ hęreditate consequamini.

10 Qui vult igitur vitam, & diligit dies bonos videre, custodiat suam linguam a malo, & sua labia, ut non loquantur dolum.

11 Recedat a malo, & faciat bonum, & quęrat pacem, & [6] sectetur eam.

12 Quia oculi Domini super justos, & aures ejus ut audiant eos: & [7] facies Domini super malos.

13 Et quisnam est qui faciat vobis malum: si fueritis æmulatores bonorum?

14 Et si *contingat* ut patiamini propter justitiam, beati estis: & ne timeatis ab illis qui territant vos, neque conturbemini.

15 Sed sanctificate in cordibus vestris Dominum Christum, & sitis parati [8] ad defensionem apud omnem qui quærit a vobis sermonem de spe fidei, cum mansuetudine, & cum reverentia.

16 Exsistente vobis conscientia bona: ut ii qui loquuntur de vobis tamquam de hominibus malis erubescant, tamquam viri qui calumniantur conversationes vestras bonas quæ sunt in Christo.

17 Juvat enim vos, quum facientes opera bona, sustinetis mala, (si modò ita voluntas est Dei) [9] & non quum facitis ipsi mala.

18 Nam etiam Christus [10] semel mortuus est pro peccatis, justus pro peccatoribus, ut vos offerret Deo, & mortuus est in corpore, & vixit in spiritu:

[g] 2. Quoniam mulieres natura sunt meticulosæ, significat se subjectionem ab eis requirere, quam nec vis nec metus extorqueat.

[h] 2. Maritos vicissim suum officiũ docet, nẽpè ut quanto excellũt intelligentia ac prudentia, tanto se præstent prudentiores & magis circumspectos.

* 1. Cor. 7. 3.

[i] Omnia matrimonii officia obeat.

[k] Quo major est præditus prudentia, eo magis circumspectè se gerat in perferendis incommodis, quibus infirmitas muliebris & sibi, & mariro sæpenumero molesta est.

[l] 2. Argumentũ secundum, Quoniã uxor etsi natura sit viro infirmior, tamen sit insigne viri organon ad usus lõgè præstantissimos conditum: unde cõsequitur non idcirco esse negligendam quoniam sit imbecillis, sed e cõtrario tanto magis solicitè habendam.

[m] Mulier vocatur vas Hebræorum more, quia ea utitur maritus tamquam comite & adjutrice, ad fideliter coram Deo vitam transigendam.

[n] Honestam curam & solicitudinem.

[o] 2. Tertium argumentum, In eo quod longè maximum est, (id est, in vitæ æternæ beneficio) pares esse, quæ in domestico contubernio sint impares, ac proinde minimè esse aspernandas, quantumvis sint infirmæ.

[p] Gratuiti illius beneficii quo donatur vita nimirum æterna.

[q] 2. Quartum argumentum, Vtranda omnia jurgia, quòd preces impediant, ac totum Dei cultum ad quem communitet sunt vocati maritus & uxor.

[r] 2. Rediens ad communes exhortationes, concordiam commendat, & quæcumque ad pacem & mutuam conjunctionem fovendam spectant. * Prov. 17. 13. & 20. 22. Mat. 5. 39. Rom. 12. 17. 1. Thess. 5. 15.

[s] 2. Non modò referendæ non sunt injuriæ, sed etiam beneficiis pensandæ.

[t] 2. Argumentum a comparatis, Quum ipsi a Deo quem toties offendimus, vocati simus ad tantum bonum, nedum ut injurias sibi a nobis factas ulciscatur, an nosipsos tanta beneficentia reddemus indignos potiùs quàm ut mutuas offensas condonemus? Est autẽ digressio ad fortiter sustinendas afflictiones, ab hoc versu usque ad finem hujus capitis. * Psal. 34. 13.

[v] 2. Tacita objectio, Arqui nostra hæc patientia nihil aliud quàm malorũ improbitatem fovebit, ut impunè quidẽ illi in nos grassentur, nos verò pereamus. Imò verò (respondet Apostolus Davidis ipsius verbis) Sine noxa vivere, & fugientem etiã pacẽ persequi, iter est ad fœlicem & tranquillam pacẽ. Quòd si quis justè agendo affligitur, Dominus omnia observat, suo tempore pios clamantes liberaturus, & improbos perditurus.

[x] Beatam ac fœlicem vitam transigere. * Esa. 1. 16.

[y] Ad verb. facies: sumitur autem Hebræorum more pro ira.

[z] 2. Secundum argumentum, Impii lacessiti magis ac magis protervigunt: itaque beneficiis potiùs sunt vincendi. Quòd si ne sibi quidem possint lucrifieri, nihilominùs tamen beati erimus si propter justitiam affligamur. * Matth. 5. 10.

[a] 2. Consilium certissimum in afflictionibus quantumvis terribilibus, sibi animo constare. At quomodo hoc consequemur? Si Deum sanctificaverimus in animis nostris, id est, si in eum ut omnipotentem, ut hominum amatorem, ut verè bonum ac veracem, recumbamus. * Esa. 8. 12. & 13.

[b] Ne ipsorum more & exemplo consternemini.

[c] Omnem ei laudem & gloriam tribuite, & ab ipso solo pendete.

[d] 2. Vult nos propter justitiam afflictos solicitos esse non de vita nostra vel abnegatione veritatis, vel pari violentia, aut aliis ejusmodi artibus redimenda, sed potiùs de ratione fidei nostræ intrepidè quidem, sed tamen cum placido & Dei reverentiæ pleno spiritu reddenda, ut non habeant hostes quod meritò possint objicere, sed potiùs sui ipsorum eos pudeat.

[e] 2. Ratio duplici paradoxo Christiano constans: uno, quoniam si semel omninò subeundæ sunt afflictiones, præstat injustè quàm meritò affligi: altero, quoniam non temerè, sed Dei nostri voluntate sic affligimur. * Roman. 5. 6. Hebr. 9. 15.

[f] 2. Probatio utriusque paradoxi, prolato Christi ipsius (nostri Archetypi) exemplo, ut qui non propter sua peccata (quæ nulla erant) sed pro nostris fuerit afflictus, & quidem ex Patris decreto.

[g] 2. Argumentum a comparatis, Passus est Christus justus pro nobis injustis, & nos injustos pœnitebit pati pro justi nomine?

[h] 2. Aliud argumentum, partim a connexis sumtum, Quoniam videlicet qua via Christus incessit, eadem & nos ad Patrem suum adducit: partim a causa efficiente, Quoniam nimirùm Christus non modò proponitur pro exemplo quod imitemur, sed etiam sua virtute nos in omnibus istis viæ asperitatibus sustinet, donec ad Patrem nos adducat.

[i] 2. Aliud argumentum ab istarum afflictionum exitu fœlicissimo, in quo etiam Christus nobis & exemplo & virtute præit, ut qui gravissima quidem sit ad mortem usque perpessus, sed altera tantùm sui parte nempè carne, sive humana natura: sed tamen victor divinitatis suæ vi evaserit.

[k] Secundùm humanam naturam, corpore etenim mortuus est, anima verò dolores sensit mortis.

[4] 1. Non vi aut metu adactæ, sed sponte & liberè bonis operibus incumbentes.

[5] F. vel impediti & detenti suspensione quadam: ut ferè fit si hæc officia conjuges deseruerint.

[6] Ad verb. Currat post eã, Hebraismus.

[7] F. nempè irata, ex Hebræorum usu.

[8] F. Syr. ad protractionem vel protensionem spiritus: vide in Rom. 1. 20.

[9] F. 1. potiùs vel magis quàm quũ facitis ipsi mala. Syra phrasis sæpè adnotata.

[10] Ad verb. Uno tempore. Hebraismus.

19 Et

[11] f. vel quæ detinentur in inferno.

19 Et prædicavit animabus illis [11] quæ inclusæ fuerunt in sepulcro:

20 Quæ anteà non obedientes fuerant in diebus Nuach, quum longanimitas Dei præciperet ut fieret Arca, propter exspectationem conversionis eorum, & octo animæ tantùm ingressæ sunt in eam, & salvæ factæ sunt per aquas.

21 Secundùm quem typum vos quoq; salvi facti estis per Baptismum (non corpore abluti a sordibus: sed confitentes Deum in conscientia pura) & per resurrectionem Jeschua Christi:

22 Qui sublatus est in cælum, & est ad dexteram Dei, & subjiciuntur ei Angeli & principatus & potestates.

19 [l] Per quem etiã spiritibus qui *sunt* in carcere profectus prædicavit,

20 Qui olim non obedierunt,* quum [m] semel exspectabat ille Dei patiens animus in diebus Noë, quum construeretur Arca, in qua paucæ (id est, octo) [n] animæ servatæ sunt in aqua.

21 [o] Cui rei nunc respondens exẽplar Baptismi nos quoque servat (non quo carnis sordes abjiciuntur, sed stipulatio [p] bonæ conscientiæ apud Deum) [q] per resurrectionem Jesu Christi,

22 Qui est ad dexteram Dei profectus in cælum, subjectis ipsi Angelis & potestatibus ac virtutibus.

[l] p. Tacita objectio, Christus quidẽ hoc potuit, nos autem quid? Imò (respondet Apostolus) hanc ipsam virtutẽ omnibus seculis Christus & servandis piis, quamvis paucissimis & calamitosissimis, & suorum hostium rebellioni vindicandæ exseruit, ut ex diluvii historia liquet. Christus enim is est qui tẽporibus illis quũ Deus patiẽtissimus terminum ad resipiscendũ mundo definisset, adfuit, non quidem corporali præsentia, sed divina illa sua virtute, prædicans resipiscentiam, per os videlicet ipsius Noë Arcam apparantis, spiritibus illis immorigeris qui nunc in carcere servantur, plenam suæ rebellionis mercedem exspectantes, & paucos illos (i. octo omnino capita) in aquis servavit. * *Gen. 6. 14. Matth. 24. 18. Luc. 17. 26.* [m] Hoc adverbio declaratur tempus ultimum præfixum fuisse, quo elapso nullum posteà superesset. [n] Homines.

[o] p. Applicatio anagogica superioris exempli ad tempora adventum Christi consequuta. Fuit enim illa Noë conservatio in aquis nostri Baptismi figura: minimè id quidem quasi materialis illa Baptismi aqua nos servet, ut aquæ illæ, Arcam sustinentes, Noë servârunt: sed quia Christus vi sua interiore, quam Baptismus exterior adumbrat, nos ablutos conservat, ut possimus Deum bona conscientia invocare. [p] Conscientia sanctificata potest liberè Deum invocare. [q] p. Eadem illa virtus qua Christus resurrexit, & nunc in cælum evectus, omnem potestatem accepit, nos hodie tuetur ac conservat.

CAPUT QUARTUM.

[1] Longiùs profert Christi exemplum, [6] nempè ad carnis mortificationem, [8] Charitatem in primis commendans. [12] Redit inde ad patientiæ doctrinam. [17] Necesse enim esse ut initium correctionis ab Ecclesia fiat.

[1] f. vel eadem cogitatione: ut habent Syra verba.

SI Christus igitur passus est pro vobis in carne, vos quoque [1] juxta eandem cogitationem armemini. Quisquis enim moritur in corpore suo, desinit ab omnibus peccatis,

2 Ut non deinceps concupiscentiis filiorum hominis vivat, quanto tempore est in corpore, sed voluntati Dei.

[2] i. Ea fecistis quę solent placere iis qui sunt alieni a Deo.

3 Sufficit enim tẽpus illud quod præteriit, in quo [2] operati estis voluntatem profanorum in [3] crapula & in ebrietate, in fœtore, & in comessatione, & in cultu dæmoniorum.

[3] f. vel perditione: nam ἀσωτίαν legebat Syrus, non ἀσελγείαις: ut Ephes. 5. & sequente versu. de fœtore autem vide in Gal. 5. 19.

4 Et ecce, nunc obstupescunt, & blasphemant vos in eo quòd non stultescitis cum ipsis in eadem crapula pristina,

5 Qui reddent rationem Deo, qui judicaturus est mortuos & vivos.

6 Propter hoc enim evangelizatum est etiam mortuis, ut judicarentur secundùm filios hominis in carne, & viverent secundùm Deum in spiritu.

7 Appropinquat autem finis universi. propter hoc sobrii estote, & vigilate ad orationem:

8 Et ante omnia charitas promta unius erga alium sit vobis. charitas enim operit multitudinem peccatorum:

[4] f. vel peregrinorum extorum.

9 Et estote amãtes [4] hospites sine murmuratione.

10 Et unusquisque ex vobis donum quod accepit a Deo subministret proximis suis, tamquam dispensatores boni gratiæ diversæ Dei:

Quum [a] igitur Christus passus sit pro nobis carne, vos quoque eadem cogitatione armamini, *nempè* quòd qui passus est in carne, destitit a peccato,

2 Ut non ampliùs cupiditatibus hominum, sed voluntati Dei, [b] quod in carne reliquum est temporis vivat.

3 [c]* Sufficit enim vobis præterito vitæ tempore, quæ [d] libent Gentibus perpatrasse incedendo in lasciviis, cupiditatibus, vinolentiis, comessationibus, compotationibus, & nefariis simulacrorũ cultibus.

4 [e] Quamobrem *illi*, non concurrentibus vobis ad eandem luxus profusionem, [f] peregrinari sibi videntur, blasphemantes:

5 Qui reddituri sunt rationem ei qui paratus est ad judicandum vivos & mortuos.

6 [g] Nam idcircò mortuis quoque evangelizatum fuit, ut damnarentur quidem secundùm homines, *id est*, carne, viverent autem secundùm Deum, *id est*, Spiritu.

7 [h] Omnium autem finis imminet. Estote igitur temperantes & sobrii ad preces.

8 [i] Ante omnia verò charitatem alii in alios intensam habentes: nam* charitas operiet multitudinem peccatorum.

9 [k]* Hospitales *estote* alii erga alios, absque murmurationibus.

10 *[l] Ut quisque accepit donum, *ita* alius in alium illud subministrantes, [m] ut boni dispensatores variæ Dei gratiæ.

[a] p. Absoluta digressione, jam ad intermissam exhortationẽ redit, arrepta occasione ex eo quod de Christi morte & resurrectione dixerat, sanctificationẽ nostram sic definiens, ut sanctificati idem fit atque pati in carne, id est, desistere a nostra illa vitiositate, & resurgere Deo, id est, virtute Spiritus sancti renovari, ut qd' reliquũ est vitæ, ex Dei voluntate transigamus.

[b] Quod præsenti vitæ in hoc corpore transigendę superest.

[c] 3. Memoria turpitudinis anteactæ vitæ in peccatorũ sordibus, ad seriam resipiscentiam nos invitat. * *Ephes. 4. 22.*

[d] Profanè ac libidinosè Gẽtium instar vixerimus.

[e] 4. Ne perversis hostium de nobis judiciis & calumniis moveamur, opponen sic illud effugiturus. [f] Rem novam & insolitam existimant esse. [g] 6. Digressio, quoniam extremi illius judicii universalis mentionem fecerat. Occurrit autem objectioni, Quum Christus non ita pridem advenerit, videri excusationem habituros qui anteà mortui sunt. Hoc verò pernegat Apostolus, quoniam, (inquit) idem hoc Evangelium fuit illis etiam annunciatum, (Judæos enim alloquitur) idque in eumdem finem atque nunc vobis illud annuncio, nempè ut carne (id est, vitiositate illa quæ in hominibus regnat) abolita virtute Spiritus Dei se gubernari paterentur.

[h] 7. Redit ad propositum, addito argumento a circumstantia temporis, Quòd ultimus ille finis imminear, ac proinde tantò diligentiùs sit vigilandum & precandum vera cum animi sobrietate. [i] 8. Charitatem mutuam commendat, ex eo quòd innumerabilia peccata veluti sepelat, ac proinde pacis ac concordiæ sit fautrix & conservatrix. Qui enim inter se amant, mutuas offensas facilè condonant. * *Prov. 10. 12.*

[k] 9. Ex multis charitatis officiis, unum, cujus tum præsertim maximus erat usus, nominatim commendat, nempè hospitalitatem, quam vult esse voluntariam ac planè benignam. * *Rom. 12. 13. Heb. 13. 2.* * *Roman. 12. 6. Phil. 2. 14.*

[l] 8. Charitatis usum ostendit, nempè quod quisque donum proprium habet, ad proximi utilitatem referat. [m] 8. Ratio, Quia quicquid habemus donorum, hac lege accepimus a Deo, ut simus ipsius œconomi.

11 [n] Siquis loquitur, *loquatur* ut eloquia Dei: siquis ministrat, *ministret* tamquam ex vitibus quas suppeditat Deus: ut in omnibus glorificetur Deus per Jesum Christum, cui est gloria & robur in secula seculorum. Amen.

12 [o] Dilecti, ne, tamquam [p] peregrini [q] exploratione illa per ignem quæ fit in vobis ad vestri experimentum, percellimini, ut si peregrinum aliquid vobis accideret.

13 [r] Imò in eo quòd consortes estis afflictionum Christi, gaudete: ut & quum revelabitur gloria ipsius, gaudeatis exsultantes.

14 [s] *Si conviciis afficimini in nomine Christi, beati *estis*: quoniam & ille gloriæ, & ille Dei [t] Spiritus super vos requiescit: *qui* quod ad illos quidem attinet, blasphematur, quod ad vos autem, glorificatur.

15 [v] Ne enim quisquam vestrûm malo afficiatur ut homicida, aut fur, aut maleficus, aut alienarum rerum inspector:

16 Sed si ut Christianus, ne pudefiat, imò glorificet Deum hoc respectu.

17 [x] Nam tempus *est* ut incipiat judiciũ a domo Dei. [y] quòd si primùm *incipit* a nobis, quis erit finis eorum qui nõ assentiuntur Evangelio Dei?

18 *Et, si justus vix servatur, impius & peccator ubi comparebit?

19 [z] Itaque qui malis afficiuntur ex voluntate Dei, tamquam fideli conditori commendent animas suas bene agendo.

11 Quisquis loquitur, tamquam sermonem Dei loquatur: & quisquis ministrat, tamquam qui *ministret* ex virtute quam Deus dedit ei: ut in omnibus quæ facitis, laudetur Deus [s] per Jeschua Christum, cujus est gloria & honor in secula seculorũ. Ammin.

12 Dilecti mei, ne obstupescatis propter tentationes quæ contingunt vobis tamquam alienum quiddam eveniat vobis, quia ad probationem vestram fiunt.

13 Sed gaudete quòd consortes fiatis passionibus Christi, ut ita etiam in revelatione gloriæ ejus gaudeatis & exsultetis.

14 Et si probris afficiamini pro nomine Christi, beati estis: quia Spiritus gloriosus Dei requiescit super vos.

15 Tantummodò, nequis ex vobis tamquam homicida, aut tamquam fur, aut tamquam patrator malorum patiatur.

16 Si autem patiatur tamquam Christianus, non erubescat, sed glorificet Deum eo ipso nomine.

17 Quia tempus est ut incipiat judicium a domo Dei: si autẽ a nobis incipit, quisnam erit finis eorum qui non obediunt Evangelio Dei?

18 Et si justus vix servatur, improbus & peccator ubi invenitur?

19 Propter hoc, qui patiuntur secũdùm voluntatem Dei, commendent ei animas suas in operibus bonis, tamquam creatori fideli.

[n] a. Species duas istorum donorum ut præcipuas cõmemorat, nẽpè docẽdi munus in Ecclesia, & reliquas Ecclesiasticas functiones, in quibus duo sint in primis observãda: nẽpè ut purum Dei verbũ doceatur, & quicquid geritur, ad Dei Patris in Christo gloriã, veluti scopum referatur.

[o] a. Quoniam cum sincera religionis professione crux est conjuncta, commodè repetit Apostolus quod priùs attigerat, nos commonefaciens ne afflictionibus ut re quapiam nova & insolente perturbemur.

[p] Ac si in rem novam, & de qua anteà non cogitaveritis, incidatis.

[q] a. Ratio prima, Quoniã Dominus hoc velut igni minimè vult nos cõsumere, sed excoquere ac perficere.

[r] a. Altera ratio, Quoniam diversissimæ

[s] Ad verb. Per manum Jeschua Christi. Hebraismus.

sunt piorum & impiorum afflictiones tribus in rebus: Primùm, quia soli pii in afflictionibus cum Christo communicant, ac proinde gloriæ quoque ipsius suo tandem tempore participes fient. [t] b. Secundò, Quia quamvis infideles longè aliter statuant, ut qui pios affligendo sint in Deum blasphemi, tamen pii eo ipso quòd tot probris afficiuntur, vera gloria spirituali a Deo afficiuntur, & ipsorum adoptio a Dei Spiritu in ipsis obsignatur. * *Mat. 5. 10.*

[t] Spiritus nomine intelligit ipsa spiritus dona. [v] b. Tertium discrimen, Quia non ob scelera affliguntur pii, sed ob justitiam, ut Christiani: unde fit ut crux quum sit illis fidei ac justitiæ testimonium, non tristitiæ, sed inenarrabilis cujusdam lætitiæ argumentum ipsis subministret. Proponit autem hoc tertium discrimen Apostolus sub exhortationis forma. [x] b. Tertia ratio, Quia totius mundi Dominus de suis domesticis potissimùm solicitus, idcircò illos in primis castigat, ita tamen ut in sua etiam maxima severitate modum teneat: hoc autem quum semper aliàs consueverit, nunc potissimùm facit, quum seipsum Ecclesiæ suæ præsentem exhibuit. [y] b. Ne pii umbratili illa impiorum fœlicitate offendantur, quasi Deus non sit mundi gubernator, quũ impiis benè sit, piis autem malè, docet nos Apostolus a comparatis colligere, Deum qui ne suis quidem parcat, quominùs eos sub cruce erudiat, suo tandem tempore longè aliter tractaturum rebelles & impios, quos semel perdere constituit. * *Prov. 2. 21.*

[z] b. Conclusio, Quum non temerè, sed ex Dei voluntate pii affligantur, illis minimè esse desperandum, sed nihilominùs in sanctitatis & beneficentiæ via pergendum, sese Deo suo fideli conditori (id est, Patri) commendando.

CAPUT QUINTUM.

[1] Seniores admonet ne imperium usurpent in Ecclesiam. [5] Junioribus docilitatem & modestiam commendat. [8] Sobrietatem quoque, & excubias adversus hostem truculentum.

PResbyteros [a] qui inter vos sunt, [b] precor ego unà Presbyter, ac testis afflictionum Christi, atque idem gloriæ consors, quæ futurum est ut reveletur:

2 [c] [d] Pascite Dei [e] gregem [f] qui penes vos est, illius [g] inspectioni vacantes non coactè, sed libenter: non turpiter affectantes lucrum, sed promto animo.

3 Neque ut dominantes [h] cleris, sed ut qui sitis exemplaria gregis:

4 [i] Et quum manifestus factus fuerit ille Pastorum princeps, reportabitis amarantinam illam gloriæ coronam.

5 [k] Similiter juniores subjecti estote senioribus, & omnes vicissim subjicimini.

PEto autem a Senioribus qui sunt in vobis, ego Senior, socius vester & testis passionum Christi, atque consors gloriæ ejus quæ revelabitur:

2 Pascite gregem Dei traditum vobis, & curam habete *illius* spiritualiter, non coactè, sed voluntariè, non in lucro turpi, sed ex toto corde vestro.

3 Non tamquam domini gregis, sed sic ut sitis eis exemplar bonum:

4 Ut quum revelabitur princeps pastorum, recipiatis ab eo coronam gloriẹ quẹ non marcescit.

5 Et vos juniores subdite vos senioribus vestris, & amicite vos intrinsecùs

[a] b. Peculiariter describit presbyterorũ (id est, eorum qui Ecclesiæ curam gerũt) officium.

[b] b. Præfatur a suæ personæ circumstantia, se videlicet, ut ipsorum collegam, non de rebus incompertis, sed quas optimè omniũ esset expertus, cum eis agere, & eam ipsam conditionem eis proponere quã ipse prior subierit, quum & labores eosdem sustineat, & spem etiam communem cum eis habeat. [c] b. Primus Canon, Qui pastor est, gregem pascito. [d] Non dicit, offerte pro vivis & mortuis, & peregrina lingua centones malè consuetos cantillate, sed Pascite. [e] b. Secundus. Pastor gregem non suum, sed Dei esse cogitato.

[f] b. Tertius, Pastores non alienos greges invadunto, sed sibi a Deo commissum pascunto. [g] b. Quartus, Pastores non coactè, sed libenter: non avarè, sed animo in gregem propenso: non ut domini sortis & hæreditatis Dei, sed ut ejus ministri, Ecclesiam Verbo, & sanctæ ac inculpatæ vitæ exemplo gubernanto. [h] Clerus, sortem & hæreditatem Domini significat, id est, Populum Christianum. [i] Ne hominum perfidia vel etiam crudelitate frangantur pastorum animi, monet eos, ut in summum illum Pastorem & coronam in cælis repositam, perpetuò intueantur.

[k] b. Peculiares multas virtutes Christianas commendat, ac modestiam quidem in primis, qua admonitione omnes quidem egemus, sed juniores præcipuè, propter ætatis illius proterviam & superbiam.

demissione

demissione mētis unius erga alium: Quia Deus contrarius est iis qui sese exaltāt, & demissis dat gratiam.

6 Demittite igitur vos sub manu potenti Dei, ut ipsa exaltet vos in tempore convenienti:

7 Et curam vestram omnem conjicite super Deum: nam illi cura est de vobis.

8 Vigilate, & [t] memores estote. Nam adversarius vester Satan *est* tamquam Leo rugiens & obambulans, & quętens quem devoret.

9 State igitur contra eum confirmati in fide: & scitote quòd etiam contra fratres vestros qui sunt in mundo, hę eędem passiones eveniunt.

10 Deus autem gratiæ est qui vocavit nos ad gloriam suam quæ est in æternum, [2] per Jeschua Christū, qui dedit nobis ut quum sustinuerimus has aflictiones modicas, corroboraremur, & confirmaremur, & stabiliremur in eo in perpetuum.

11 Cui est laus, & [3] possessio, & gloria, in seculum seculorum. Ammin.

12 Hæc pauca, quemadmodum arbitror, scripsi vobis per Sylvanum fratrem fidelem: & suadeo, ac testor quòd hæc est gratia vera Dei, in qua statis.

13 Salutat vos congregatio electa quæ est in Babylonia, & Marcus filius meus.

14 Salutate unus alium in osculo sancto. Pax cum omnibus vobis: eis, *inquam*, qui sunt in Christo. Ammin.

Finitur epistola Petri Apostoli.

[t] F. nimirùm Dei & vestri ipsorum: id autem est, sobrii estote.

[2] Ad verb. per manū Jeschua Christi. Hebraismus.

[3] F. vel potentia.

Submissione animi estote intùs ornati: [l] nam * Deus superbis obsistit, submissis autem dat gratiam.

6 * Submittite vos igitur [m] robustæ manui Dei: ut vos opportuno tempore extollat:

7 * Omni solicitudine vestra in eum conjecta: nam illi cura est de vobis.

8 *[n] Sobrii estote, vigilate: nam adversarius ille vester Diabolus, ut Leo rugiēs, obambulat, quærens quem absorbeat.

9 Cui obsistite firmi per fidem, [o] ut qui noveritis easdem afflictiones, a vestra quæ in mundo est [p] fraternitate peragi.

10 [q] Cæterùm Deus omnis gratiæ *auctor*, qui vocavit vos ad æternā suam gloriam in Christo Jesu, paulisper afflictos, is, *inquam*, perficiat vos, stabiliat, roboret, fundet.

11 Ipsi gloria & robur in secula seculorum. Amen.

12 [r] Per Sylvanum vobis fidum fratrē, paucis, ut puto, scripsi, adhortans vos, & testificans hanc esse veram gratiam Dei in qua statis.

13 [s] Salutat vos ea quæ est in [t] Babylone vobiscum electa *Ecclesia*, & Marcus filius meus.

14 *Salutate alii alios charitatis osculo. Pax vobis omnibus qui estis in Christo Jesu. Amen.

[l] 8. Quoniam superbia plerisque videtur iter esse ad hujus vitæ splendorem, testatur Apostolus ex adverso, ignominiam quidem esse superbiæ mercedem, modestię verò gloriam.

* Rom. 12. 10. Jac. 4. 6.

* Jac. 4. 10.

[m] 8. Quoniam modestis minantur superbi illi spiritus, monet Apostolus, ut potentiam Dei superborū hominum vanitati opponamus, & ab ejus providentia toti pendeamus.

* Psal. 55. 23. Sap. 12. 13. Matt. 6. 25. Luc. 12. 22.

* Luc. 22. 31.

[n] 8. Vigilantia & fide expugnatur Satanæ crudelitas, in omnes ad nos vorandos occasiones intenti.

[o] 8. Neque novæ sunt, neque unius alicujus propriæ, sed jam olim toti Ecclesiæ communes persequutiones a Satana excitatæ: ac proinde patienter ferendum est, in quo tales tòtque socios certaminis habemus. [p] Fratrum cœtu per orbem terrarum dispersо. [q] 8. Superiorem doctrinam solenni precatione veluti sigillo obsignat, rursus inculcans ut ab eodem petant virium incrementum, a quo & initium habuerunt & complementum sperant: nempè a Deo Patre in Christo Jesu, in quo certa est nobis æternæ vitæ gloria. [r] 8. Perseverantia in doctrina Apostolica, unicum est Christianæ fortitudinis fundamentum. doctrinæ autem Apostolicæ summa est, gratuita a Deo salus. [s] 8. Salutationes familiares. [t] In illa celebri Assyriæ civitate, in qua tum erat Petrus Apostolus circumcisionis. * Rom. 16. 16. 1. Cor. 16. 20. 2. Cor. 13. 12.

EPISTOLA PETRI APOSTOLI CATHOLICA POSTERIOR.

CAPUT PRIMUM.

[1] Postquam Dei bonitatem, [5] & fidei bona commemoravit, [6] sanctitatem vitæ illis commendat. [12] Et quò plus ponderis habeat monitio, [14] se jam morti vicinum indicat. [16] Insuper etiam oculatum testem se esse veritatis Christi asserit.

BEZÆ INTERPRET.

SIMEON [a] Petrus servus & Apostolus Jesu Christi, æquè pretiosam fidem nobiscum sortitis per [b] justitiam Dei nostri & Servatoris Jesu Christi:

2 Gratia vobis & pax multiplicetur [c] in agnitione Dei, & Jesu Domini nostri:

3 [d] Prout [e] divina vis ipsius omnia nobis donavit quæ [f] ad vitam & pietatem *pertinent*, per [g] agnitionem illius qui vocavit nos ad gloriam ac virtutem.

4 [h] Ex eo quòd maxima illa nobis ac

[a] 8. Salutatio, in qua significat, se ut Christi legatum cum eis agere, quibuscum alioqui unam & eamdem fidem cōmunē habeat, in Jesu Christi Dei ac Servatoris nostri justitia fundatam.

[b] Ex eo quòd Deus ut staret promissis, fidelem sese ac proinde justum nobis exhibuit.

[c] 8. Fides est agnitio Dei & Christi, ex qua omnis fœlicitas in nos promanat.

[d] 8. Christus sese nobis in Evangelio patefaciēs, idque sua unius vi, donat nobis quæcumque tum ad vitam æternam requiruntur, in qua videlicet nos glorificare constituit, tum etiam ad pietatem, dum vera virtute nos instruit. [e] De Christo loquitur, quem Deum facit, & quidem Servatorem unicum. [f] Ad salutem.

[g] Hæc est summa veræ religionis, ut a Christo quasi manu ducamur ad Patrem. [h] 8. Explicatio superioris sententiæ, expositis tantorum beneficiorum causis, a Deo omnia hæc bona promanare ex gratuita ipsius promissione, bona, inquam, longè pretiosissima, ut liberati a mundi corruptione (id est, vitiosis quas circumferimus cupiditatibus) quodammodo efficiamur ipsius Dei similes.

pretiosa promissa donavit, ut per hęc efficeremini [i] divinæ consortes naturæ, elapsi ex corruptione quæ est in [k] mũdo per [l] cupiditatem.

5 [m] Ad hoc ipsum verò vos, omni prętereà collato studio, [n] adjicite fidei vestræ virtutem, virtuti verò notitiam,

6 [o] Scientiæ verò continentiam, continentiæ verò tolerantiam, tolerantię pietatem,

7 Pietati verò fraternum amorem, fraterno verò amori charitatem.

8 [p] Hæc enim si vobis adsint, & abundent, non inertes vos nec infructuosos efficient in Domini nostri Jesu Christi agnitione.

9 Nam cui hęc non adsunt, is cæcus est, [q] nihil procul cernens, oblitus sese a veteribus peccatis suis fuisse purificatum.

10 [r] Quapropter, fratres, potiùs studete vocationem & electionem vestram firmam efficere. hæc enim si feceritis, nunquam impingetis.

11 Ita enim amplè subministrabitur vobis introitus in æternum regnum Domini nostri & Servatoris Jesu Christi.

12 [s] Quapropter non negligam vos de istis semper commonefacere, quamvis peritos & stabilitos in præsente veritate.

13 Justum autem duco, quamdiu sum in hoc [t] tabernaculo, expergefacere vos per submonitionem:

14 Quum sciam citò futurum ut deponam tabernaculum meum: * sicut Dominus noster Jesus Christus declaravit mihi.

15 Sed & studebo ut subinde vos possitis post exitum meum, horum mentionem facere.

16 *[v] Non enim arte compositas fabulas sequuti, notam vobis fecimus Domini nostri Jesu Christi potentiam & adventum: sed ut qui oculis nostris aspeximus illius majestatem.

17 Acceperat enim a Deo Patre honorem & gloriam, voce ad eum delata hujusmodi a magnifica illa gloria, * Hic est filius ille meus, dilectus ille, in quo acquiesco.

18 Et hanc vocem nos audivimus e cælo delatam, quum essemus unà cum eo in monte illo sancto.

19 [x] Et habemus firmissimum illum sermonem propheticum: [y] quem bene facitis quòd attenditis, velut lucernam splendentem in obscuro loco, usquedum [z] dies illucescerit, & [a] lucifer exoriatur in cordibus vestris.

20 *[b] Si illud primùm noveritis, nullã prophetiam [c] Scripturæ esse [d] propriæ explicationis.

21 Non enim libitu hominis allata est olim prophetia, sed [e] acti a Spiritu sancto loquuti sunt sancti [f] Dei homines.

[i] Divinæ naturæ nomine, nõ essentiam, sed participationem qualitatum intelligit, qua imago Dei in nobis restituitur.

[k] In hominibus.

[l] Est enim cupiditas sedes corruptionis, illa autem in nostris visceribus est collocata.

[m] 2. Substrato fundamẽto (id est, explicatis nostræ salutis, ac præsertim sanctificationis causis) jam nos exhortari incipit, ut toto animo in istius gratię verum usum incũbamus. Auspicatur autẽ a fide, sine qua nihil Deo placere potest, quam monet ut virtute (id est bonis sanctisque moribus) cumulemus, sed conjuncta cum eis divinæ voluntatis cognitione, sine qua, nec fides, nec ulla vera virtus exstat.

[n] Præterea sufficite & suggerite.

[o] 2. Alias quasdam virtutes præcipuas enumerat, quarum aliæ ad priorẽ, aliæ ad posteriorẽ Legis tabulam pertinent.

[p] 2. Sicut ex vera cognitione Christi nascuntur illi veluti fructus, ita vicissim sic fructificando foveturque & crescit ipsa cognitio, adeò quidem ut qui est infructuosus, is vel nunquam veram lucem cognoverit, vel accepti sanctificationis doni sit oblitus.

[q] Is in quo cognitio Dei nõ est efficax, cæcus est quãtum ad Dei regnum attinet, qui non cernat lõgiùs remota, id est, cælestia.

[a] Clarior illa Evangelii doctrina.

*2. Tim. 3. 16.

[b] 2. Legendi quidem Prophetæ, sed ita ut a Deo petatur interpretationis donum, ut idẽ sit Propheticorũ sensorum auctor & interpres.

[c] Scripturam conjungit Prophetiæ, ut veram a falsa distinguat.

[d] A Deo siquidem proficiscitur vera Scripturæ interpretatio.

[e] A Deo afflati: compositos tamen intellige hos motus, non quales fuere prophanorum Vatum.

[f] Divini interpretes ac nuncii.

CAPUT SECUNDUM.

[1] *Exponit cur hæc monuerit superiùs, nimirum propter falsos doctores,* [3] *quorum nefandas artes ac interitum describit.* [12] *Brutis animalibus,* [17] *& fontibus sine aqua eos comparat,* [20] *quòd homines Deo consecratos, ad pristinam immunditiem retrahant.*

FUerunt [a] autem etiam pseudoprophetę in [b] populo: ut etiam inter vos erũt falsi doctores, qui subintroducent hæreses exitiales, etiam dominum qui illos mercatus est abnegãtes, accersentes sibiipsis celerem perniciem.

2 [c] Et multi sequentur eorum exitia: per quos via veritatis blasphemabitur.

3 [d] Et per avaritiam fictis sermonibus [e] vos negotiabuntur, [f] quibus damnatio jam olim non otiatur, & quorum exitium non dormitat.

4 Nam si * Deus Angelis qui peccaverunt non pepercit, sed in [g] tartarum detrusos [h] catenis caliginis tradidit, damnationi servatos:

5 Et [i] prisco mundo non pepercit, sed octavum * Noë, justitiæ præconem custodivit, diluvio in mundum impiorum inducto:

6 Et civitates Sodomorum ac Gomorrhæ in cinerẽ redactas * subversione damnavit, constituitque ut essent exemplar impiè victurîs:

7 Et justum Lot lasciva nefariorum conversatione fatigatum eripuit.

8 (Justus enim [k] ille, quum habitaret inter eos, in dies animam justam sceleratis *illorum* factis, & [l] videndo & audiendo [m] excruciabat)

9 [n] Novit Dominus pios e tentatione eripere, injustos autẽ in diem judicii pœnas dantes servare.

10 [o] Maximè verò eos qui carnem sequentes, in cupiditate pollutionis ince-

[a] 2. Ut olim fuerunt duo Prophetarum genera, unum verum, alterũ falsum: ita prędicit Petrus quosdam veros, quosdam falsos fore doctores in Ecclesia, adeò ut ipse Christus a quibusdã abnegetur, qui tamen illum redemtorem vocabunt.

[b] Populum intelligit, stante Israelis republ. & posteà regno florente sub Lege.

[c] 2. Non tantùm erunt hęreses, sed etiã multi earum sectatores.

[d] 2. Avaritia plerumque hæ reseos comes, institutra ipsarum etiam animarum mercatura.

[e] Vobis tamquam pecoribus ad nundinationẽ aburentur.

[f] 2. Consolatio piorum, Deum qui Angelos apostatas in tartara tenebrosa pręcipites dedit tandem judicandos: qui priscũ mundum, servato octavo Noë, diluvio perdidit: qui Sodoma, servato Loto, in cinerem redegit: suos electos ab istis erroribus liberaturum, & injustos illos semel destructurum. * Joh. 4. 18. Jude 6.

[g] Sic vocaverunt Græci infima terræ loca, quæ puniendis nocentium animis essent destinata. [h] Caligine quasi catenis constrinxit: caligine autem vocat misertimã & horroris plenam vitæ conditionem: & sumit translationẽ a damnatis facinorosis, qui in carceris pedore retinentur constricti, dum ad ultimum judicium pertrahantur. [i] Qui fuit ante diluvium, non quòd novũ Deus condiderit, sed quia nova orbis facies apparuit. * Gen. 7. 1. * Gen. 19. 21 [k] Centum enim & viginti annis non desiit impios & dictis & factis cõmonefacere, quantæ illis ira Dei imminere. [l] Quocumque oculos vel aures applicuisset. Non minùs laborans quàm si equuleo fuisset impositus. [m] Anxiam ac doloribus confectam animam trahebat, Heb. 3. [n] Longo usu exercitatus est in liberandis & eripiendis justis. [o] 2. Ad aliud corruptorum hominum, in Ecclesiæ tamen sinu versantium, genus descendit, eorum videlicet qui nequitiæ sunt dediti, & seditiosè magistratuum auctoritatem (quam ne ipsi quidem angeli coram Deo ministrantes vituperant) conviciis incessunt. Vera & expressa Romani cleri (quem vocant) descriptio.

[r] 2. Conclusio, Quum igitur ex fructibus illis nostra vocatio ac electio approbetur, & in nobis confirmetur, atque adeò quum hoc unum sit in æternum Christi regnum iter, superest, ut totis animis huc feramur.

[s] 2. Amplificatio conclusionis, addita modesta excusatione, in qua suum in eos studium declarat, vicinum suum obitum prædicens.

[t] Corpore. * Job. 2. 18. * 1. Corinth. 1. 17. & 2. 1. 13.

[v] 2. Alia amplificatio ab hujus doctrinæ summa, tum certitudine, tum dignitate, utpote cujus sit auctor Dominus ille noster Jesus Christus Filius Dei, cujus gloriæ & spectator & auditor fuit ipse Apostolus. * Matth. 17. 5.

[x] Evangelii veritas ex eo etiam elucet, quòd cum Prophetarum prædictionibus prorsus consentiat.

[y] 2. Apostolica doctrina Propheticam minimè excludit, quum sese mutuis testimoniis stabiliant. Fuerunt autem Prophetæ velut lucernæ cæcis prælucentes tantisper dum Evangelii fulgor splendesceret.

[z] Plenior & apertior cognitio, quàm sub Legis umbris.

dunt,

dunt, & dominatum contemnunt, *qui, inquam, ut sunt* audaces & sibi pertinaciter placentes, nō horrent[p] dignitates probris incessere.

11 Quum ipsi Angeli, qui sunt viribus ac potentia majores, non ferant adversus eas apud Dominum maledictionis judicium.

12 [q] At isti, veluti animātia rationis expertia, quę [r] naturali impetu feruntur, [s] facta ad eum finem ut capta intereant, ea vituperantes quæ ignorant, [t] sua ipsorum corruptela interibunt:

13 Reportaturi mercedem injustitiæ, ut qui voluptatem ducant diurnum luxum, labes ac maculæ, [v] seductionibus suis sese oblectantes, vobiscum convivando.

14 [x] Oculos habentes plenos adulterii, & qui a peccando cessare nesciant, inescātes animas instabiles, cor habentes ad avaritiam exercitatum, [y] exsecrandi homines:

15 Qui derelicta recta via aberrârunt, sequuti viam Balaam *filii* Bosor, qui mercedem iniquitatis amavit.

16 Sed redarguutionem suæ trāsgressionis habuit: *nam* * subjugis asina muta, humana voce loquuta, inhibuit Prophetæ dementiam.

17 [z] *Isti sunt [a] fontes aqua carētes, nebulæ a turbine agitatæ: quibus [b] caligo tenebrarum in æternum asservata est.

18 Nam [c] quæ prætumida vanitas ipsis dictavit loquendo, eos [d] inescant per carnis cupiditates lascivas, qui [e] verè effugerant ab iis qui in errore versantur:

19 *Libertatem eis pollicendo, quū ipsi servi sint corruptelæ. siquidem a quo quis superatus est, huic etiam in servitutem est addictus.

20 [f] *Nam si postquam pollutiones mundi per agnitionem Domini & Servatoris Jesu Christi effugerint, his rursum implicati superentur, facta est ultima eorum conditio deterior priore.

21 Meliùs enim fuisset eis non cognovisse viam justitiæ, quàm cognita *illa*, regredi à sancto præcepto sibi tradito.

22 Sed accidit eis quod vero proverbio dici solet, *Canis reversus est ad suum ipsius vomitum, & Sus lota, ad volutabrū cœni.

p Principes, & quantumvis augusta majestate præditos.

q 2. Graphica eorumdē pictura, in qua bestiis cōparantur, idcircò natis ut dum ventri studēt, sese in laqueos indant perituras. Nihil enim esse istis ignorantius, quamvis quæ ignorant, audacissimè vituperent: & fore ut bestiarum exemplo, iis ipsis voluptatibus quibus delectantur, & Ecclesiæ cœtū contaminant, exitium sibi ipsis accersant.

r Naturæ nomine (utpote de brutis loquens) quod sensualitatem vocant, intelligit.

s Idcirco condita ut cedant aliis in prædā: Sic isti sese sponte in Satanæ laqueos conjiciunt.

t Eo exitio petibūt, quod ipsi corruptis illis moribus accersunt.

v Isti in sacris Ecclesiæ conviviis versantes, quum hoc pacto videri velint vera esse Ecclesiæ membra, labes tamen & maculæ sunt Ecclesiæ.

x 2. Eosdem damnat, ut ipso etiam gestu & vultu inexhaustæ libidinis, ut leviculorū hominum animas negotiātes, ut in avaritiæ artibus omnibus exercitatos, deniq; ad maledicendum filiis Dei venales exemplo Balaami, quem mutum etiam pecus redarguit. y Ad verb. maledictionis filii. * *Nu. 22. 23. Judæ 11.*

z 2. Alia eorumdem nota, ex qua possint quales sunt optimè deprehendi, quòd intùs nihil habeant nisi vel prorsus vanum, vel magnopere noxium, quamvis magni cujusdam boni speciem præ se ferant: quod quidem eis impunè non cedet, ut qui falsæ libertatis obtentu, homines in miserrimam peccati servitutem perirahant. * *Judæ 12.* a Qui scientiam quidem jactant, sed intus nihil minus habent. b Densissimæ tenebræ.

c Vanis & prætumidis verborum ampullis decipiunt. d Quasi pisces hamo captant. e Reipsa, non simulatè, nempè qui ab idololatria desciverant. * *Joan. 8. 34. Rom. 6. 20.* f 2. Præstaret nunquam cognovisse justitiæ viam, quàm ab ea ad veteres pollutiones reverti: quod hominum genus canibus & porcis comparatur. * *Matt. 12. 45. Heb. 6. 4. Prov. 26. 11.*

CAPUT TERTIUM.

1 Ostendit non frustrà hæc repeti, 2 quia sæpiùs excitandi sint, 4 ob periculum quod ab illusoribus illis impendet. 8 Itaque pios monet ne ex carnis sensu 12 diem Domini metiantur: 14 sed quasi præsentem sibi statuant. 15 In qua doctrina Paulum facit sibi socium & suffragatorem.

HAsce [a] jam alteras vobis literas scribo, dilecti, quibus sinceram mentem vestram per submonitionem expergefacio:

2 Ut memores sitis verborum quæ prædicta sunt a sanctis Prophetis, & præcepti illius nostri qui sumus Apostoli Domini & Servatoris.

3 [b] *Illud primùm scientes, vēturos extremis diebus [c] irrisores, in suis ipsorum cupiditatibus incedentes:

4 [d] Et dicentes, Ubi est pollicitatio adventus ejus? nam ex quo *die* Patres obdormierunt, omnia ita permanent ab initio creationis.

5 [e] Illud enim volentes ipsos fugit, cælos jam olim exstitisse per Dei sermonem, & [f] terram ex aqua & in aqua consistentem.

6 [g] Quamobrem is qui tum erat mundus, [h] aqua inundatus periit.

7 [i] Qui verò nunc *sunt* cæli ac terra, eodem sermone reconditi, asservantur igni in diem damnationis & exitii impiorum hominum.

8 [k] Unum autem hoc ne vos fugiat, dilecti, *unum diem apud Dominum *perinde esse* ut mille annos, & mille annos ut diem unum.

9 [l] Non tardat Dominus promissionē, (ut nonnulli tarditatem *hanc esse* ducunt) [m] sed patiēte est animo erga nos, *nolens ullos perire, sed omnes ad resipiscentiam tendere.

10 * [n] Veniet autem sicut fur in nocte dies ille Domini, quo cæli cum [o] stridore præteribunt, elementa verò æstuantia solventur, terráque & quæ in ea sunt opera exurentur.

11 [p] Quum igitur hæc omnia dissolvēda sint, quales oportet esse vos in sanctis conversationibus & pietatis officiis,

12 [q] Exspectantes & properantes *ad* adventum diei Dei, in quo cæli conflagrantes solventur, & elementa æstuantia liquescent?

13 *Sed cælos novos ac terram novam secundùm promissum ejus exspectamus, in [r] quibus justitia inhabitat.

14 Quapropter, dilecti, quum hæc exspectetis, studete ut incontaminati & inculpati ab eo inveniamini [s] cum pace:

15 *Dominique nostri tarditatem ad iram, salutem ducite, [t] sicut & dilectus frater noster Paulus pro sibi data sapientia scripsit vobis:

16 Ut in omnibus ferè epistolis, loquēs de istis, [v] in quibus sunt nonnulla difficilia intel

a 1. Remediū adversus perditos illos veræ doctrinę & sanctimoniæ hostes ex jugi meditatione Propheticorū & Apostolicorū scriptorum petēdum est.

b 1. Nominatim adversus Epicureos asserit alterū Christi adventum. * *1. Tim. 4. 1. 2. Tim. 3. 1. Judæ 18.*

c Hominum monstra, qui Dei contemtu & sacrilega audacia volunt ingeniosi apparere.

d 1. Ratio quā prætexūt irrisores, quoniā continuus est naturæ cursus qualis ab initio fuit, idcircò perpetuum fuisse & futurum mundū.

e 1. Opponit illis creationem cæli & terræ, per Dei sermonem, quam isti voluntaria inscitia ignorant.

f Quæ, aquis in unum locū collectis, cœpit emergere.

g 1. Secundò, opponit diluvium universale, quod fuit quasi totius mundi interitus.

h Aquis scilicet in suum illum pristinū locum redeūtibus, mundus, id est, iste aspectabilis terræ decor, & animantia quæcumq; in terra degebāt.

i 1. Tertiò, pronunciat non fore Deo difficilius igni cremare cælū & terram die illo destructioni impiorum destinato (quē etiam faciet) quàm olim eū ea creare solo verbo & postea aquis obruere.

k 1. Occupatio, Quòd diu videtur hoc judicū differri, nostro quidē respectu verū esse, at nō coram Deo, cui nullum est vel longum vel breve tēpus. * *Psal. 90. 4.* l 1. Venturus omninò est Dominus, quia promisit: idque nec tardiùs, nec citiùs quàm promisit. m 1. Ratio cur non protinus adveniat ultimus ille dies, quia Deus patienter exspectat, dum electi ad resipiscentiam adducantur, ut nullus ipsorum pereat. * *Ezech. 18. 23. & 33. 11. 1. Tim. 2. 4. * Matth. 24. 44. 1. Thes. 5. 2. Apoc. 13. 3. & 16. 15.* n 1. Descriptio supremi interitus mundi, brevis quidem illa, sed qua nihil gravius dici possit. o Impetu veluti sibilantis procellæ. p 1. Exhortatio ad vitæ puritatem, proposito hortendo illo Dei judicio, quo frænari nostram lasciviam & simul tamen nos recreari oporteat, modò vigilantes & ad Judicis occursum parati ab ipso inveniamur. q Petit à nobis patientiā, minimè tamen torpescentem.

* *Esa. 65. 17. & 66. 22. Apoc. 21. 1.* r Cælis. s Vestro bono, clementē illum ac pacificum expectari. *Rom. 2. 4.* t 1. Pauli epistolæ expresso Petri testimonio approbatæ. v 1. Quædam sunt in his rebus obscura: unde indocti arripiunt occasionē quosdam minus firmos evertendi, detortis scripturæ testimoniis in suum ipsorum exitium. Remedium autem hoc est adversus istiusmodi fraudē, laborate ut in dies magis ac magis crescamus in Christi cognitione.

lia intellectu, quæ indocti parúmque stabiles detorquent, ut & reliquas scripturas, suo ipsorum exitio.

17 Vos igitur, dilecti, *istorum* præscii quum sitis, cavete ne illorum nefariorum errore cum illis abducti, excidatis a propria stabilitate.

18 Sed crescite in gratia & notitia Domini nostri & Servatoris Iesu Christi: cui gloria & nunc & ad tempus sempiternum. Amen.



PRIMA EPISTOLA IOCHANNAN APOSTOLI.

CAPUT PRIMUM.

1 *Sermonem illum æternum in quo est Vita,* 5 *& Lux,* 7 *annunciare se testatur,* 9 *& propitium fidelibus Deum fore, si gementes sub Vitiorum onere, confugere discant ad ipsius misericordiam.*

BEZAE INTERPRET.

QUOD [a] erat a principio, [b] quod audivimus, quod vidimus oculis nostris, quod spectavimus, & manus nostræ contrectârunt [c] de Sermone illo vitæ:

2 (Nam vita illa conspicua facta est: & illam vidimus, & testamur, & [d] annunciamus vobis vitam illam æternam quæ erat apud Patrem, & cõspicua facta est nobis)

3 Quod, *inquam*, vidimus & audivimus, id annunciamus vobis, [e] ut & vos communionem habeatis nobiscum: & communio nostra *sit* cum Patre & cum Filio ejus Iesu Christo.

4 Et hæc scribimus vobis ut gaudium vestrum sit plenum.

5 * [f] Hic est igitur nuncius ille quẽ audivimus ex ipso, & renunciamus vobis, Deum lucem esse, nec tenebras in eo esse ullas.

6 Si dixerimus nos communionem habere cum eo, & in tenebris ambulamus, mentimur, nec sincerè agimus.

7 Quòd si in [g] luce ambulamus, sicut ipse est in luce, communionem habemus cum eo mutuam, * [h] & sanguis Iesu Christi Filii ejus purificat nos ab omni peccato.

8 * [i] Si dixerimus nos peccatũ non habere, [k] nosipsos fallimus, & [l] veritas in nobis non est.

9 [m] Si confiteamur peccata nostra, [n] fidelis est & justus, ut [o] remittat nobis

TREM. INTERPRET.

ANNUNCIAMUS vobis id quod erat a principio, quod audivimus & vidimus oculis nostris, perspeximus, & palpavimus manibus nostris, illud quod est Verbum vitæ.

2 (Et vita manifestata est, & vidimus, & testamur, ac prædicamus vobis vitam quę est in æternum, quæ erat apud Patrem, & revelata est nobis.

3 Et id quod vidimus & audivimus, [1] annunciamus etiam vobis, ut sit vobis societas nobiscum: societas autem nostra [2] est cum Patre & cum Filio ejus Ieschua Christo.

4 Et hæc scribimus vobis, ut gaudium nostrum quod est in vobis, sit completum:

5 Et hæc est annunciatio quam audivimus ab eo, & annunciamus vobis quòd Deus lux est, & tenebrę prorsus nullę sunt in eo.

6 Et si dicamus quòd societas sit nobis cum eo, & ambulamus in tenebris, mendaces sumus, & non per veritatem incedimus.

7 Si autẽ in luce ambulamus, sicut ipse est in luce, societas est nobis invicem: & sanguis Ieschua Filii ejus purificat nos ab omnibus peccatis.

8 Et si dixerimus quòd non est nobis peccatum, nosipsos seducimus, & veritas non est in nobis:

9 Si verò confitemur peccata, fidelis est & justus, ut remittat nobis peccata, &

[1] F. vel notum facimus.

[2] F. vel sit, ex antecedente membro.

[a] B. Incipit a persona Christi descriptione, quem unicum facit, non geminum, & eum quidem eum Deum æternum (ut qui erat ab initio apud Patrem, quique est æterna illa vita) tum verum hominẽ factũ, quẽ & Johannes ipse cum suis collegis, & audiverit, & spectârit, & palpârit.

[b] Audivi loquentem, vidi ipse oculis meis, contrectavi meis manibus verum Deum, verum hominem factum: nec ego solus, sed alii præterea qui mecum fuerunt.

[c] Ipsum illum sermonem æternũ, per quẽ omnia facta sunt, & in quo uno est vita.

[d] Ab eo missi, rectè autem ea doctrina annunciata dicitur: nemo enim de ea ne suspicari quidẽ possit, nisi fuerit annunciata.

[e] B. Usus hujus doctrinæ hic est, ut omnes unà conjuncti cum Christo per fidem, filii Dei habeamur: qua una in re plena fœlicitas est posita. * *Joh. 8. 12.*

[f] B. Jam aggreditur quæstionem unde intelligamus nos cum Christo esse conjunctos, nempe si regamur ipsius luce, quod ex vitæ nostræ ratione intelligitur. Sic autem argumentatur, Deus est lux purissima in sese: itaque optimè ei convenit cum iis qui lucidi sunt: cum tenebrosis autem nihil est commune.

[g] Deus dicitur lux esse ex sua natura, atque in luce esse, id est in æterna illa & infinita beatitate: nos verò in luce incedere, quatenus illius radii in verbo prælucent. * *Hebr. 9. 14. 1. Pet. 1. 19. Apoc. 1. 5.*

[h] B. Digressio ad peccatorum remissionem. Nam sanctificatio ista eorum qui in luce ambulant, est quidem testimonium nostræ cum Christo conjunctionis: sed quoniam nostra ista lux est valdè caliginosa, aliud simul beneficium in Christo necesse est consequamur, nempe ut nobis sanguine ipsius aspersis remittantur peccata: & hoc demum est nostræ salutis fulcrum.

* *1. Reg. 8. 46. 1. Paralip. 6. 36. Prov. 20. 9.*

[i] B. Hoc beneficio nemo est qui non prorsus egeat, quum nemo non sit peccator.

[k] Hinc perfectio illa, quam quidam somniant, & supererogatio facilè refelluntur.

[l] Non igitur, ut aliqui excipiunt, ita modestiæ gratia loquitur Johannes, sed quia ita res est.

[m] B. Initium igitur salutis est malum suum agnoscere, & apud eum deprecari qui gratis condonat omnia peccata: quia sic facturum se promisit, & est ipse fidelis ac justus.

[n] Pendet ergo salus nostra a gratuita Dei promissione, qui, quia fidelis est & justus, præstabit quod promisit.

[o] Ubi ergo merita nostra? hæc siquidem vera est nostra fœlicitas.

purificet

purificet nos ab omni iniquitate nostra.

10 Et si dixerimus quòd non peccavimus, facimus eum mendacem, & sermo ejus non est apud nos.

peccata, & mũdet nos ab omni iniquitate.

10 [p] Si dixerimus nos non peccasse, [q] mendacem facimus eum, [r] & sermo ejus non est in nobis.

[p] B. Repetitio superioris sententiæ, qua omnes sine exceptione damnavit peccati, adeò ut siquis secus sibi persuadeat, Dei ipsius vanum reddat sermonem quantum in se est. Quorsum enim vel sacrificiis olim, vel nunc Christo & Evangelio fuisset opus, si non sumus peccatores? [q] Non modò seipsos fallunt, sed etiam in Deum sunt blasphemi. [r] Doctrina ejus locum non habebit in nobis, id est in cordis penetralibus.

CAPUT SECUNDUM.

[1] Proposito Christo mediatore & advocato, [3] docet vitæ sanctimonia probari Dei cognitionem: [12] quam cujusvis ætatis & conditionis hominibus cõmunem facit, [14] modò uni Christo adhæreant. [15] Tandem ubi ad contemtum mundi hortatus est, [18] suadet Antichristos fugiendos esse, [24] inhærendum autem agnitæ veritati.

FIlii mei, hæc scribo vobis ne peccetis, & siquis peccaverit, est nobis advocatus apud Patrem, Ieschua Christus, justus.

2 Ipse enim est propitiatio pro peccatis: & non pro nostris tantùm, sed etiam pro *peccatis* totius mundi.

3 Et in hoc sentimus quòd cognoscimus eum, si observamus mandata ejus.

4 Is enim qui dicet, Novi eum, & mãdata ejus non servat, mẽdax est, & veritas non est in eo.

5 Qui verò servat sermonem ejus, in eo adimpletur vera charitas Dei. in hoc enim cognoscimus quòd in eo simus.

6 Is qui dicet, In eo sum, [1] cõvenit ei ut [2] juxta ambulationes ejus ambulet.

7 Dilecti mei, non mandatum novum scribo vobis, sed mandatum vetus, quod erat vobis a principio. mandatum autem vetus, est sermo quem audivistis.

8 Rursum mãdatum novum scribo vobis, quod est verum in ipso & in vobis, quòd tenebræ transiverunt, & lumen verum incipit esse conspicuum.

9 Qui dicit igitur quòd est in luce, & odit fratrem suum, in tenebris est usque adhuc.

10 Qui diligit fratrẽ suum, in luce manet, & offendiculum non est in eo:

11 Qui autem odit fratrem suum, in tenebris est, & in tenebris ambulat, & nescit quò eat, quia tenebræ excæcârunt ipsos oculos ejus.

12 Scribo vobis, filii, quòd remissa sunt vobis peccata vestra propter nomen ejus.

13 Scribo vobis, patres, quia novistis eũ qui fuit a principio. Scribo vobis, adolescẽtes, quòd vicistis ipsum Malum. Scripsi vobis, infantes, quòd novistis Patrem.

14 Scripsi vobis, patres, quòd novistis eum qui est in principio. Scripsi vobis, adolescentes, quòd fortes estis, & sermo

[1] Id est, quoad fieri potest, vitæ & operum Christi imitator esse debet.
[2] F. vel ad ambulationes, id est instituta hominibus ab eo præscripta in hac cõversatione.

FIlioli [a] mei, hæc scribo vobis, ut ne peccetis. Quòd siquis peccarit, [b] advocatum apud Patrem habemus, Iesum Christum justum.

2 Et ipse est [c] propitiatio pro peccatis nostris: nec pro nostris solùm, sed etiam pro totius [d] mundi *peccatis*.

3 [e] Et per hoc scimus quòd ipsum [f] novimus, [g] si præcepta ipsius observemus.

4 [h] Qui dicit, novi eum, & præcepta ejus non observat, mendax est, & in eo veritas non est:

5 [i] Qui autem observat sermonẽ ejus, verè in hoc [k] charitas Dei adimpleta est: per hoc scimus nos [l] in ipso esse.

6 [m] Qui dicit se in eo habitare, debet, prout ille ambulavit, ita & ipse ambulare.

7 [n] Fratres, non scribo vobis novũ præceptum, sed præceptum vetus, quod *videlicet* habuistis *jam inde* a principio. Vetus hoc præceptum, sermo ille est quem audivistis *jam inde* a principio.

8 [o] E contrario præceptum novũ scribo vobis, [p] id quod verũ est in ipso, & in vobis: quia tenebræ prætereunt, & vera illa lux jam lucet.

9 [q] Qui dicit se in luce esse, & fratrem suum odit, in tenebris est usque adhuc.

10 * Qui diligit fratrem suum, in luce manet, & offendiculum in eo non est:

11 Qui autem odit fratrem suum, in tenebris est, & in tenebris ambulat, & nescit quò eat, quia tenebræ oculos ipsius obcæcârunt.

12 [r] [s] Scribo vobis, filioli, quoniã remissa sunt vobis peccata [t] propter nomẽ ejus.

13 [v] Scribo vobis, patres, quoniam nostis eum qui a principio est. [x] Scribo vobis, adolescentes, quoniam Improbum illum vicistis.

14 [y] Scribo vobis, pueruli, quoniam nostis Patrẽ. [z] Scripsi vobis, patres, quoniam nostis eum qui *est* a principio. Scripsi vobis, adolescentes, quia validi estis, &

[a] B. Hinc non consequitur, perversæ naturæ nostræ laxandũ esse frænum, aut peccandum eo liberiùs quòd peccata sanguine Christi expientur: sed potiùs tanto diligẽtiùs resistendũ peccatis, nec tamen ob nostrã imbecillitatẽ desperandum, quũ advocatũ & expiatorem habemus Jesum Christum justum, ac proinde Patri acceptum.
[b] Christum quum nominat, alios omnes excludit.
[c] Propitiatio cum munere advocati conjungitur, ut intelligamus eumdem esse advocatum & Pontificem.
[d] Pro hominibus omnium ordinum, ætatum, locorum, ut non ad Judæos tantùm, de quibus agit, ut ostenditur vers. 7. infr. sed etiam ad alias nationes pertineat hoc beneficiũ.
[e] B. Redit ad testimonium nostræ cũ Deo cõjunctionis, nẽpe sanctificationẽ, explicans quid sit in luce incedere, nẽpe mandata Dei observare: Ex quo efficitur sanctimoniam non esse positã in iis quæ homi-

nes sunt commenti, nec in vana Evangelii professione. [f] Hæc non de qualicumque notitia, sed de fidei cognitione sunt intelligenda. [g] Ex fructibus enim agnoscitur arbor. [h] B. Sanctimonia (id est, vita ex præscripto mandatorum Dei, quantumvis imbecilli simus, instituta) necessariò cum fide (i. vera Patris in Filio cognitione) cohæret. [i] Qui mandata Dei observat, is verè Deum amat: qui Deum amat, in Deo est, sive cum Deo cohæret. Ergo is demùm qui mandata ejus observat, est in Deo. [k] B. Qua Deus diligitur. [l] Significat nostram cum Christo conjunctionem. [m] B. Qui unum est cum Christo, ejus vita vivat necesse est. i. ejus vestigiis incedat. [n] B. Explicatutus præceptum mutuæ charitatis, præfatur, se quum sanctimoniã urget, novam quampiam vitæ rationẽ non adferre (ut solent qui traditiones subinde excogitant) sed eam ipsam legem inculcare quæ est a Deo initio tradita per Mosen, videlicet quum Deus cœpit Leges populo suo condere. [o] B. Addit, Veterem quidem esse illam doctrinam, sed quæ nunc sit quodammodo nova, tum Christi, tum etiam nostri respectu: in quibus nimirum ille per Evangelium efficaciter Legem suam non tabulis lapideis, sed animis nostris insculpat. [p] Quæ res, nempè novam esse doctrinam quam scribo vobis, vera est in illo & in vobis. [q] B. Jam ad secundam tabulam, (id est, mutuam charitatem) accedens negat vera luce prædituum, sive verè regeneratum, ac Dei filium esse, qui fratrem odit: & ejusmodi hominem miserè in tenebris errare, quantamcumque Dei cognitionem jactet, ut qui sciens prudens in barathrum ruat. * *Infra 3. 10.* [r] B. Iterum a sanctificatione ad peccatorum remissionem revertitur. quòd gratuita in Christo reconciliatio sit nostræ salutis fundamentum, cui postea veluti basi, sanctificatio est superstruenda. [s] Ideò ad vos scribo, quia ex eorum estis numero, quos Deus sibi reconciliavit. [t] Propter eum. Christum autem nominans cæteros excludit, sive illi sint in cælis, sive in terra. [v] B. Hanc doctrinam singulis ætatibus convenire docet, ac primùm quidem senes alloquens, ostendit Christum & ejus doctrinam res esse longè vetustissimas, ac proinde si veteribus delectantur, nihil eis æquè gratũ esse opportere. [x] B. Adolescentes mònet, si vires suas cupiant ostentare, gloriosissimum certamen hic eis proponi, Satanam videlicet pessimum hostẽ superandum; jubens eos esse de victoria tam securos, quàm qui jam sint ea potiti. [y] B. Pueris denique ostendit, verum Patrem a quo bona omnia sint exspectanda, in Evangelio ipsis cõmonstrari. [z] B. Totidem exhortationes pari serie subjicit, acsi diceret, Meminetitis patres quod modò scripsi, patefactum esse vobis æternum Dei Filium. Memineritis adolescẽtes, vires illas quibus dixi Satanam a vobis esse profligatum, a verbo Dei quod intra vos habitat, in vos esse collatas.

verbum

verbum Dei habitat in vobis,& Improbũ illum vicistis.

15 [a]Ne diligite[b] mũdum,neque ea quæ in mundo sunt.siquis diligit mundum,nõ est[c] charitas Patris in eo.

16 Quoniam quicquid est in mundo, cupiditas carnis & libido oculorum, & fastus vitæ, non est ex Patre, sed ex mundo est.

17 [d]Porrò mundus præterit, & cupiditas ipsius: qui verò præstat voluntatem Dei, manet in æternum.

18 [e] [f]Pueruli, [g]ultimum tempus adest: [h] & sicut audivistis antichristum venturum, etiam nunc antichristi multi cœperunt esse: unde scimus ultimum tempus adesse.

19 [i]E nobis egressi sunt, sed non erant ex nobis. [k]nam si fuissent ex nobis, mansissent utiq; nobiscum: [l] sed *egressi sunt ex nobis*, ut manifestum fieret nõ omnes esse ex nobis.

20 [m] At vos [n] unctionem habetis [o] a Sãcto illo *profectam*, & nostis omnia.

21 [p] Non scripsi vobis *idcirco* quòd veritatem nesciatis, sed quoniam eam scitis, & nullum mendacium esse ex veritate.

22 [q] Quis est mendax, nisi qui negat Iesum esse [r] Christũ illum? hic est antichristus, Qui negat Patrem, & Filium.

23 [s] Quisquis negat Filium, nec Patrem habet: qui agnoscit Filium, etiam Patrem habet.

24 [t] Quod igitur audivistis a principio, in vobis maneat: si in vobis manserit quod audivistis a principio, vos quoque in Filio & Patre manebitis.

25 Hæc autem illa est promissio quam ipse pollicitus est nobis, *nempe* vita illa æterna.

26 [v] Hæc scripsi vobis de iis qui seducunt vos.

27 Sed [x] unctio quam vos accepistis ab eo, manet in vobis: [y] nec necesse habetis ut quisquam doceat vos: verùm sicut eadẽ [z] unctio docet vos de omnibus, *quæ* & verax est, & non mẽdax: & sicut docuit vos, manebitis in eo.

28 [a] Nunc igitur, filioli, manete in eo: ut quum manifestus factus fuerit, habeamus loquendi libertatem, neque pudefiamus coram eo in ipsius adventu.

29 [b] Si scitis eum justum esse, nostis, quicumque exercet justitiam, ex ipso natum esse.

Dei habitat in vobis, & vicistis ipsum Malum.

15 Ne diligatis mundum, neque quicquam quod est in eo: qui enim diligit mũdum, charitas Patris non est in eo.

16 Quicquid enim est in ipso mundo, concupiscentia est corporis: & concupiscentia est oculorum, & superbia mundi: quæ non sunt a Patre, sed sunt ab ipso mundo.

17 Et transit mundus, & concupiscẽtia ejus: qui autem facit voluntatem Dei, manet in æternum.

18 Filii mei, tẽpus est ultimum: & quemadmodum audivistis quòd venturus est pseudochristus, & nunc multi facti sunt pseudochristi: & hinc cognoscimus quòd tempus est ultimum.

19 E nobis egressi sunt, sed non ex nobis fuerũt: sed egressi sunt a nobis, ut notum fieret quòd non ex nobis erant.

20 At vobis unctio est ex sancto, & discernitis omnem hominem.

21 Non scripsi vobis, quòd nesciatis ipsam veritatem: sed novistis eam, & quòd omne mendacium non sit ab ipsa veritate.

22 Quis est mendax, nisi is qui negando pronunciat Ieschua quòd nõ sit Christus? & hic est pseudochristus. Qui negat Patrem, negat etiam Filium.

23 Qui negat Filium, neque in Patrem credit: [3] qui confitetur Filium, Patrẽ quoque confitetur.

24 Et vos quicquid audivistis ab initio, maneat in vobis. Si enim maneat in vobis quicquid audivistis ab initio, etiam vos manetis in Patre & in Filio.

25 Et hæc est promissio quæ promissa est nobis, *nempe* vita quæ est in æternum.

26 Hæc autem scripsi vobis, propter eos qui seducunt vos.

27 Et etiam vos, si manserit in vobis unctio quam accepistis ab illo, non opus habetis ut quisquam doceat vos, sed tamquam unctio quæ est a Deo, ipsa docet vos de omni re: & vera est, nec est in ea mendacium, & sicut docuit vos, manete in eo.

28 Et nunc, filii mei, manete in eo: ut quum manifestabitur, non pudefiamus ab eo, sed sit vobis [4] revelatio faciei in advẽtu ejus.

29 Si novistis quòd justus est, scitote quòd quisquis facit justitiam, ex ipso est.

[a] 1. Mundus cupiditatibus pravis, libidinibus & fastu plenus, Patri cælesti penitùs est invisus. Itaque Pater & mũdus simul diligi non possunt: quæ admonitio in primis est florenti juventę necessaria.

[b] Mundũ considerat quatenus cum Dei voluntate nõ cõsentit: alioqui dicitur Deus ipse mũdum infinito quodã amore dilexisse. Joh. 3.16. id est, eos quos ex mundo elegit.

[c] Qua Patet ametur.

[d] 1. Quanto præstet Patris voluntati quã mũdi cupiditatibus obsequi, ex ipsa utriusq; natura & dispari exitu demõstrat.

[e] 1. Jã ad pueros ipsos, in religionis tamen summa probè institutos, se convertens, socordiã illi ętati familiatem jubet eos excutere variis argumẽtis.

[f] Diminutivo utitur, non quia infantulos alloqueretur, sed blandioris appellationis causa.

[g] 1. Primùm, quia ultimum tempus adsit, ut nullam dilationem res patiatur.

[h] 1. Secundò, quòd antichristi (id est, apostatæ) quos vẽturos audierant, jã præsentes adsint. Hujus autem periculi oportuit incautam illam ætatẽ in primis admoneri.

[i] 1. Digressio à versus offendicula quibus illa præsertim rudis ætas percelli potest. Itaque ne tam turpi quorumdam defectione terreantur, primùm testatur apostatas, etsi in Ecclesia versati sint, tamen ex Ecclesia nunquam fuisse, quoniam Ecclesia est electorum cœtus, qui perire ac proinde a Christo deficere non possunt. [k] Electi igitur a gratia nunquam prorsus excidunt. [l] 1. Secundò, In Ecclesiæ commodum hæc fieri ostendit, ut patefiant hypocritæ. [m] 1. Tertiò, solatur eos ut firmi perstent, quum a Spiritu sancto uncti sint vera totius salutis nuntia. [n] Gratiam Spiritus sancti, translatione sumta ab unctionibus in Lege receptis.

[o] A Christo, qui Sanctus peculiariter dicitur. [p] 1. Occupatio, Se ista non scripsisse ut religionis ignaris, imò verò veritatis gnaris, adeò quidem ut possint veritatem a mendacio distinguere. [q] 1. Falsam antichristorum doctrinam apertè jam demonstrat, nempè quòd vel Christi personam vel ejus officium vel utrumq; simul oppugnent: quod qui faciunt, Deum frustrà jactant, quum negato Filio, negetur etiã Pater. [r] Verum esse Messiam. [s] Falluntur ergo & alios fallunt, qui Turcas & infideles alios eumdem Deum adorare tradunt, quẽ nos adoramus. [t] 1. Illi doctrinæ tota Prophetica & Apostolica prædicatio repugnat. Est igitur illa prorsus repudianda, ista verò omninò retinenda, huc nos deducẽs, ut in gratuita promissione (id est, in uno Christo per Patrem nobis dato) vitam æternã quæramus. [v] 1. Idem spiritus qui veritatis cognitione electos imbuit & sanctificat perseverantia, donum eis tribuit. [x] Spiritus quẽ à Christo accepistis, quiq; vos in omnem veritatẽ induxit. [y] Earum rerum minimè rudes estis, quas non tamquã ignotas propono, sed ut notas inculco. [z] Ita cælestem cõmendat doctrinam qua imbuti erant, ut simul magnificè fidem prædicet, & diligentiam eorum qui intereos docebant: ita tamen ut nihil de dignitate Spiritus decedat. [a] 1. Conclusio totius tum exhortationis tum etiam tractationis superioris. [b] 1. Transitio ad sequentem tractationem, eodem quidem spectantem, sed tamen luculentiorem, & diverso quodam ordine idem argumentum explicantem. Illic enim ab effectis ad causam docuit nos ascendere: hîc verò a causis ad effecta descendit. Est autem hujus argumenti summa, Deum esse omnis justitiæ tontem, ac proinde eos demùm qui justitiæ studeant, ex ipso natos esse deprehendi, ut qui Deum Patrem referant.

[3] Syra paraphrasis, ut hoc versu sententiam eamdem affirmãdo ingeminat, sequuta videtur veterem interpretem Latinum.

[4] Periphrasis est fiduciæ, sicut cõtrà diffidentiæ symbolum est faciei occultatio, Gen. 3. 8. sic infrà 3. 22. 1. vide in 2. Cor. 3. 12. & Hebr. 4. 16.

CAPUT TERTIUM.

[1] *Inæstimabilem divinæ adoptionis honorem commendans,* [7] *testandam esse bonis operibus vitæ novitatem docet,* [14] *cujus certum symbolum est charitas.* [19] *Deinde fiduciam,* [22] *& Dei invocationem subnectit.*

Et videte

ET videte quàm magna est charitas Patris erga nos, qui filios vocavit nos, etiam fecit nos. propter hoc mundus non novit nos, quia etiam ipsum non novit.

2 Dilecti mei, nunc filii sumus Dei, & non apparuit usque adhuc id quod est futurũ ut simus. Scimus autem quòd quum manifestatus fuerit in similitudine ejus erimus, & videbimus eum sicuti est,

3 Et omnis cui est de eo hæc spes, purificat seipsum, sicut ille purus est.

4 Qui autem facit peccatum, iniquitatem agit, peccatum enim omne iniquitas est.

5 Et scitis quòd ille qui manifestatus est, *manifestatus est* ut tolleret peccata nostra, & peccatum in eo non est.

6 Et omnis qui in eo manet, non peccat: & omnis qui peccat, non vidit eum, neque novit eum.

7 Filii mei, nequis seducat vos. Qui facit justitiam, justus est, sicut etiam ipse Christus justus est.

8 Et is qui agit peccatũ, ex Satana est: quia a principio ipse Satanas peccator est, & propter hoc manifestatus est Filius Dei, ut dissolveret opera Satanæ.

9 Omnis qui natus est ex Deo, peccatum non facit: quoniam semen ipsius in eo est: neque potest peccare, quia ex Deo natus est.

10 In hoc discernuntur filii Dei a filiis Satanæ, omnis qui non facit justitiam, & non diligit fratrem suum, non est ex Deo.

11 Nam illud est mãdatum quod audivistis ab initio, ut diligatis [f] unus alium.

12 Non sicut Cain qui fuit a malo, & occidit fratrem suum. Et propter quid occidit eum, nisi quia mala erant opera sua, & fratris ejus justa?

13 Et ne miremini, fratres mei, si odit vos mundus.

14 Nos novimus quòd transimus de morte ad vitam, in hoc quòd diligimus fratres. Is qui non diligit fratrem suum, in morte manet.

15 Quisquis enim odit fratrem suum, homicida est: & scitis quòd in nullo homicida potest manere vita quæ est in æternum.

16 In hoc cognoscimus charitatẽ illius quæ fuit erga nos, quòd ille dedit animam suam pro nobis: & etiam justum est nobis, ut nos pro fratribus nostris demus animas nostras.

[f] 3. Id est, alter alterum.

VIdete [a] [b] qualem charitatẽ dedit nobis Pater, *nempe* ut filii Dei [c] vocemur: [d] propterea mundus non novit nos, quia non novit eum.

2 [e] Dilecti, nunc filii Dei sumus, sed nõdum manifestum factũ est quod erimus: scimus autem fore ut quum *ipse* factus fuerit manifestus, [f] similes ei simus: quoniam videbimus eum [g] sicuti est.

3 [h] Et quisquis habet hanc spem in eo *sitam*, castum se conservat, [i] sicut & ille castus est.

4 [k] Quisquis [l] dat operam peccato, etiã Legem transgreditur: nam [m] peccatum est Legis transgressio.

5 [n] Et scitis illum patefactũ esse * ut peccata nostra tolleret, & peccatum in eo nõ esse.

6 Quisquis in eo manet, non peccat: quisquis [o] peccat, non vidit eum, neque novit eum.

7 [p] Filioli, nemo vos seducat: qui exercet justitiam, justus est, sicut ille justus est.

8 *[q] Qui dat operã peccato, ex [r] diabolo est: quoniã a [s] principio diabolus [t] peccat. Ad hoc manifestus factus est Filius Dei, ut dissolvat opera diaboli.

9 Quisquis natus est ex Deo, peccato nõ dat operam: quoniam [v] semen ipsius in eo manet: nec potest peccare, eo quòd ex Deo natus est.

10 [x] Per hoc manifesti sunt filii Dei & filii diaboli. quisquis non dat operam justitiæ, non est ex Deo, [y] & qui non diligit fratrem suum.

11 * [z] Quoniam hæc est denunciatio quam audivistis a principio, ut diligamus alii alios.

12 [a] Non sicut * [b] Cain, *qui* ex illo Improbo erat, & mactavit fratrẽ suum. [c] Cujus autem rei gratia occidit eum? quia opera ejus mala erant, fratris autem ejus justa.

13 Ne miramini, fratres mei, si odit vos mundus.

14 [d] Nos [e] scimus nos translatos esse ex morte ad vitam, quia diligimus fratres. Qui non diligit fratrem, manet in morte.

15 [f] * Quisquis odit fratrem suum, homicida est, & nostis nullum homicidam habere vitam æternam in se manentem.

16 *[g] Per hoc novimus charitatem Dei, quòd ille animam suam pro nobis deposuit: nos igitur debemus pro fratribus animas deponere.

[a] 3. Auspicatur hujus convenientiæ patris & filiorum explicationem a summa causa, nẽpe a gratuita illa Dei in nos charitate, qua nos ita cõplectitur, ut etiam in filios adoptet.

[b] Cujus charitatis munus.

[c] Ut simus, & ita quidem ut tales nos esse constet.

[d] 3. Antequam hanc adoptionem declaret, duo præfatur: unũ, non esse tantam istam dignitatem ex carnis judicio æstimandam, quoniam mũdo sit incognita, ut qui ne Deum quidẽ ipsum patrem norit.

[e] 3. Alterum, ne nobis quidem ipsis (nedũ extraneis) adhuc plenè patefactã esse istam dignitatem: cujus cõplementũ certum quidem nos manet, & quidẽ tale ut simus ipsi Filio Dei similes futuri, eidẽque reipsa sicuti est, conspectu fruituri, sed tamen in alterum ejus adventum differtur.

[f] Non dixit pares, sed similes.

[g] Nunc enim videmus per ænigma, 1. Corinth. 13. 12.

[h] 6 Jam istam adoptionem, cujus gloria in spe adhuc posita est, ab effectu describit, quòd videlicet quisquis est factus Dei filius, Patrem studeat puritate referre.

[i] Similitudinẽ significat, non paritatem.

[k] 3. Puritatis hujus regula non aliunde quàm ex Lege Dei petenda est, cujus trãsgressio illud est quod peccatum vocatur.

[l] Puritati non studet.

[m] Peccati brevis definitio.

[n] 3. Argumentum a materiali nostræ salutis causa: Christus est purissimus in sese, & venit ut peccata nostra tolleret, nobis videlicet Spiritu suo sanctificatis. Ergo qui verè Christi particeps est, sese nõ dedit peccato: & e contrario, qui peccato se dedit, Christum ignorat. *Esa. 53. 6. & 9. 11. 1. pet. 2. 22. 24.*

[o] Peccare dicitur, qui puritati non studet, in eo autẽ peccatum regnat: in fidelibus autem dicitur habitare peccatum, non regnare.

[p] 3. Aliud argumentum a conjugatis, Qui justè vivit, justus est, & Christum justum refert, unde etiam Dei filius esse intelligitur. *Jon. 1. 12.*

[q] 3. Argumentum a repugnantibus, Diabolus est peccati auctor, ac proinde ex diabolo est, sive afflatu diaboli regitur, qui servit peccato: quòd si diaboli filius, non igitur Dei. Nam ita inter se repugnant diabolus & Deus, ut etiam Filius Dei sit missus destruendis diaboli operibus. Itaque ex opposito, quicunque peccato resistit, Dei est filius, Spiritu ipsius videlicet veluti novo semine regeneratus, adeò quidem ut jam necessariò ex subjectione peccati sit liberatus.

[r] Diabolum refert, ut filius patrem, & ejus spiritu regitur.

[s] Ab ipso mundi exordio.

[t] Non dicit peccavit, sed peccat: in actu enim continuo peccandi versatur.

[v] Sic vocatur Spiritus sanctus ab effectu, quòd ejus virtute tamquam ex semine quodã novi homines efficiamur.

[x] 3. Conclusio, Ex vita imputa dignosci qui diabolico spiritu reganturex pura verò, qui sint Dei filii.

[y] 3. Charitatem in fratres, ut alteram filiorum Dei notam, incipit commendare. *Joh. 13. 34. & 15. 12.*

[z] 3. Ratio prima a præcipientis Dei auctoritate.

[a] 3. Amplificatio a contrario exemplo Caini fratricidæ. *Gen. 4. 8.*

[b] Exemplum profert & antiquissimum & apprissimum, in quo contemplemur, & filiorum Dei, & filiorum diaboli naturam: quæ nos in hoc mundo maneat conditio, & quis demum utrorumque sit futurus exitus.

[c] 3. Brevis digressio, Ne miremur nos, dum officium facimus, esse mundo exosos, quum hæc jam olim fuerit justi Abelis conditio, cui quis tandem non malit esse similis quàm Caino?

[d] 3. Ratio secunda, Quia charitas est testimonium nos a morte ad vitam esse translatos: ac proinde odium in fratres est mortis argumentũ, cui quisquis indulgeat, velut mortem in sinu fovet.

[e] Charitas indicium est nos translatos a morte ad vitam, nempe quia ex effectis agnoscitur causa.

[f] 3. Confirmatio, Quisquis homicida est, versatur in morte æterna: qui fratrem odit est homicida: ergo est in morte. Inde sequitur oppositum, eum qui fratrem diligit, ad vitam transivisse. Nam revera mortui nascimur. *Supra 2. 10. levi. 19. 17. *Joh. 15. 15. ephes. 5. 2.*

[g] 3. Jam quousque charitas Christiana porrigatur ostendit, eousque videlicet ut Christi exemplo sui etiam quisque obliviscatur, ut fratribus consulat.

17 [h] * Qui

17 [h] * Qui verò habuerit [i] mundanum victum, & viderit fratrem ſuum cui aliquo ſit opus, & [k] clauſerit viſcera ſua coram eo, quomodo charitas Dei manet in eo?

18 [l] Filioli mei, ne diligamus verbo neque lingua *ſolùm*, ſed facto & veritate.

19 [m] Et per hoc cognoſcimus nos ex veritate eſſe, [n] & coram ipſo ſecura reddemus corda noſtra.

20 [o] Nam ſi nos condemnet cor noſtrum, nempe potentior eſt Deus corde noſtro, & novit omnia.

21 [p] Dilecti, ſi cor noſtrum nos non cõdemnet, libertatem loquendi habemus apud Deum.

22 * Et quicquid petierimus, accipimus ab eo, quoniã præcepta ejus obſervamus, & quæ in ipſius cõſpectu placent facimus.

23 [q] * Hoc eſt igitur ejus præceptum, ut credamus nomini Filii ejus Jeſu Chriſti, & diligamus alii alios, ſicut præcepit nobis.

24 * Nam qui obſervat ejus præcepta, in eo habitat, & ipſe in eo: & per hoc novimus eum habitare in nobis, *nempe* ex [r] Spiritu quem nobis dedit.

17 Et is cui eſt poſſeſſio hujus mundi, & videt fratrem ſuum quòd neceſſitatẽ habet, & claudit viſcera ſua ab eo, quomodo eſt charitas Dei in eo?

18 Filii mei, ne diligamus alius aliũ ſermonibus & lingua, ſed operibus & veritate.

19 Et per hoc [2] cognoſcimur quòd ex veritate ſimus, & antequam veniat ille, quietum reddimus cor noſtrum.

20 Et ſi ita eſt quòd cor noſtrum [3] rejiciat nos, quãto magis Deus? qui major eſt corde noſtro [4].

21 Dilecti mei, ſi cor noſtrum non rejiciat nos, [5] revelata ſumus facie coram Deo:

22 Et quicquid petimus, accipimus ab eo: quoniam obſervamus præcepta ejus, & bona agimus coram eo.

23 Et hoc eſt mandatum ejus, Ut credamus in nomine Filii ejus Jeſchua Chriſti, & diligamus alius alium, ſicut mandavit nobis.

24 Et is qui ſervat mandata ejus, in eo ſervatur, & ipſe manet in eo: & in hoc intelligimus quòd habitat in nobis, de ſpiritu ejus quem dedit nobis.

[h] B. Argumentatur a cõparatis. Nam ſi vel ipſam vitã tenemur proximis impendere, quãto magis fratris inopiam facultatibus noſtris ſublevare? *Luc. 3. 11.

[i] Unde hæc vita ſuſtentatur.

[k] Non aperuerit illi ſuũ pectus, nec prõto illi animo ſuccurrerit.

[l] B. Charitas Chriſtiana nõ in verbis, ſed in reipſa poſita eſt, & ab affectu ſincero proficiſcitur.

[m] B. Charitatem cõmendat a triplici effectu. Primùm enim ex ea intelligimus nos verè eſſe Dei filios, ut antea declaravit.

[n] B. Inde fit ut pacatam conſcientiam habeamus: ſicut e contrario qui ſtatuit ſe Deum habere pro judice, quòd ſit malè ſibi cõſcius, vel numquam vel temerè quietus eſt, quum Deus multo quàm nos acutiùs videat & ſeveriùs judicet.

[o] Si mala conſcientia nos coarguat, multo magis ad nos condemnandos valere debet Dei judicium, qui meliùs etiam corda noſtra novit, quàm noſipſi.

[p] B. Tertius effectus ex hoc quoque naſcitur, quòd in his miſeriis certi ſumus nos exauditi, ut qui filii Dei ſimus: ſicut ex gratia ſanctificationis, quæ electis propria eſt, intelligimus. *Matth. 21. 22. Joh. 15. 7. & 16. 23. infra 3. 14.

[q] B. Concluſio, Fidem in Chriſtum & Charitatem mutuam, res eſſe ſimul connexas, ac proinde ſanctificationis externa teſtimonia interiori illo Spiritus nobis dati teſtimonio viciſſim reſpondere. *Joh. 8. 29. & 17. 1. *Joh. 13. 34. & 15. 10.

[r] Spiritum ſanctificationis intelligit, i. ex quo regenerati vivimus Deo.

[2] F. vel apud nos ipſos cognoſcimus: nã hæc quoque eſt cõjugationis illius ſignificatio. ſic cũ Græca ſententia convenit.

[3] Rejicere accipitur pro Reprobare, accuſare, & condemnare: ſicut & paulo infrà.

[4] F. al. addunt. & novit omnia: ut eſt in Græco, & adeſſe oportet.

[5] i. Fiduciam habemus, ut in fine præcedentis capitis annotavimus.

CAPUT QUARTUM.

[1] Ubi quædam inſeruit de probandis ſpiritibus, quia alii ex mundo, [5] alii ex Deo loquuntur, [7] ad charitatem redit, [11.19] & Dei exemplo ad fraternum amorem hortatur.

DIlecti, [a] ne cuivis [b] ſpiritui credite, ſed probate ſpiritus an ex Deo ſint: nam multi pſeudoprophetæ venerunt in mundum.

2 [c] Ex hoc cognoſcite Dei Spiritum: [d] quicumque ſpiritus profitetur Jeſum [e] Chriſtum in [f] carnẽ veniſſe, ex Deo eſt.

3 At quicumque ſpiritus nõ profitetur Jeſum Chriſtum in carnem veniſſe, ex Deo non eſt. ſed hic eſt ille *ſpiritus* Anti-Chriſti, quem audiſtis venturum fuiſſe, & *qui* jam nunc in mundo eſt.

4 [g] Vos ex Deo eſtis, filioli, & viciſtis eos: quoniam potentior eſt qui eſt in vobis, quàm qui in mundo eſt.

5 [h] Ipſi e mundo ſunt, ideo mundana loquuntur, & mundus eos audit.

6 *[i] Nos ex Deo ſumus: qui novit Deũ, audit nos: qui non eſt ex Deo, non audit nos. ex hoc cognoſcimus [k] ſpiritum veritatis & ſpiritum erroris.

7 [l] Dilecti, diligamus alii alios: [m] nam charitas ex Deo eſt: quiſquis diligit, ex Deo natus eſt, & novit Deum.

8 Qui non diligit, non novit Deum: [n] nam Deus eſt [o] charitas.

DIlecti mei, ne omnibus ſpiritibus credatis, ſed diſcernite ſpiritus, nũ ex Deo ſint: quia multi pſeudoprophetæ exiverunt in mundum.

2 Per hoc cognoſcitur Spiritus Dei. omnis ſpiritus qui cõfitetur quòd Jeſchua Chriſtus venit [1] in carnem, ex Deo eſt.

3 Et omnis ſpiritus qui non confitetur quòd Jeſchua venit in carnem, non eſt ex Deo: ſed hic ex pſeudochriſto eſt, de quo audiviſtis quòd venit, & nunc in mũdo eſt jam.

4 Vos autem ex Deo eſtis, filii, & viciſtis eos: quoniam major eſt is qui in vobis eſt quàm qui in mundo.

5 Et ipſi ex mundo ſunt: idcirco ex mũdo loquuntur, & mundus eos audit.

6 Nos autem ex Deo ſumus: & is qui novit Deum, audit nos: & is qui nõ eſt ex Deo, non audit nos. per hoc ipſum intelligimus ſpiritum [2] verum, & ſpiritum deceptionis.

7 Dilecti mei, diligamus alius aliũ: quia charitas ex Deo eſt: & quiſquis diligit, ex Deo natus eſt, & novit Deum.

8 Quia Deus charitas eſt: & quiſquis non diligit, non novit Deum.

[a] B. Occaſione ex Spiritus nomine arrepta, ne charitas a Dei cultu, qui præcipuè a vera ejuſdẽ notitia pendet, ſeparetur: redit ad id quod capite ſecũdo de cavendis Antichriſtis dixerat. Vult autem duplicem cautionẽ a nobis hic adhiberi: unã ut quum multi ſint pſeudoprophetæ, temerè quibuſvis non credamus: alteram, ne, quia multi falſa docent, idcircò nullis credamus. Tenẽdam igitur eſſe mediam viam, ut Dei ſpiritus, qui omnino ſequẽdi ſunt, noverimus ab impuris ſpiritibus fugiendis diſtinguere.

[b] Metonymicè, i. ei qui ſe Spiritus dono præditum dicit ad obeundũ Prophetæ munus.

[c] B. Certã & perpetuã Antichriſtianæ doctrinæ dignoſcendæ regulam tradit, nempe ſi Chriſti divina aut humana natura, aut vera earumdẽ unitio negetur, vel de ipſius, unici videlicet noſtri Regis, Prophetæ, ac Pontificis æterni officio vel tantillum detrahatur.

[d] De doctrina ſimpliciter loquitur, non de perſona.

[e] Verum Meſſiam.

[f] Verum hominem.

[g] B. Solatur electos certa ſpe victoriæ, ita tamen ut eos doceat non ſua, ſed Dei virtute pugnare.

[h] B. Cauſam adfert cur iſtis mundus potiùs quàm veris doctoribus applaudat: quoniam videlicet nihil niſi mundanum ſpirant: quæ etiã eſt altera Antichriſtianæ doctrinæ dignoſcendæ ratio. *Joh. 8. 47.

[i] B. Suã & collegarum ſuorũ doctrinã teſtatur certum eſſe Dei ſermonẽ, quem univerſis totius mundi ſuffragiis ſecurè opponere ſit neceſſe, & inde veritatem a mendacio diſtinguere.

[k] Veridicos Prophetas, quibus opponũtur ſpiritus erroris, id eſt, errantes & alios in errorẽ adducentes.

[l] B. Redit ad charitatis mutuæ cõmendationem.

[m] B. Ratio prima, Quoniam res eſt planè divina, ac proinde Filiis Dei prorſus conveniens, adeò ut qui illius eſt expers, dici non poſſit Deum verè noſſe.

[n] B. Confirmatio, Quia Dei natura ſit homines diligere: cujus rei illuſtriſſimum præ cæteris documentum eſt, quòd non quoſvis, ſed Filium illum ſuum, & eum quidẽ Unigenitum, ſola illa gratuita & infinita in nos hoſtes ſuos benevolentia impulſus, tradiderit in mortem, cujus ſanguine expiati fieremus æternæ ipſius gloriæ participes.

[o] Deum dum vocat charitatem, multo plus dicit, quàm ſi eum infinitè nos amare pronunciaret.

[1] F. vel in carne, hoc & ſequente verſu. Atq; hoc malim.

[2] F. vel veritatis. ſic illuſtrior eſt antitheſis.

9 In hoc

9 In hoc enim innotuit charitas Dei quæ est erga nos, quòd Filium suum unicum misit Deus in mundum, ut vivamus per eum.

10 In hoc est charitas: nequaquã quòd dilexerimus Deum, sed quòd ipse Deus dilexerit nos, & miserit Filium suum propitiationem pro peccatis nostris.

11 Dilecti mei, si ita dilexit nos Deus, etiam nos debitores sumus ut unus alium diligamus.

12 Deum unquam nemo vidit: si autem diligamus unus alium, Deus in nobis manet, & charitas ejus adimpletur in nobis.

13 Et in hoc cognoscimus quòd in eo manemus, & ipse manet in nobis, quòd de Spiritu suo dedit nobis.

14 Et nos vidimus & testamur quòd Pater misit Filium servatorem [3] mundi.

15 Omnis qui confitetur Jeschua quòd sit Filius Dei, Deus in eo manet, & ipse manet in Deo.

16 Et nos credimus & scimus charitatẽ quæ est ipsi Deo erga nos. Deus enim charitas est, & quisquis manet in charitate, in Deo manet.

17 Et in hoc adimpletur charitas ejus nobiscum, ut [4] revelata facies sit vobis in die judicii: quia sicut ille fuit, ita etiam nos sumus in hoc mundo.

18 Metus in charitate non est: sed charitas adimpleta foras ejicit ipsum metum: quia metus in [5] irritatione est: is autem qui metuit, non est perfectus in charitate.

19 Nos igitur diligimus Deum: quia ipse priùs dilexit nos.

20 Si autem quis dixerit, Ego diligo Deum, & fratrem suum odio habeat, mẽdax est. ille enim qui fratrem suum, qui videtur, non diligit, Deum ipsum, qui nõ videtur, quomodo potest diligere?

21 Et hoc mandatum accepimus ab eo, ut omnis qui diligit Deum, diligat etiam fratrem suum.

9 * Per hoc manifesta facta est charitas Dei in nos, quòd Filium illum suum unigenitum misit Deus in mundum, ut vivamus per eum.

10 In hoc est charitas, nõ quòd nos dilexerimus Deum, sed quòd ipse dilexerit nos, & miserit Filium suum ut esset propitiatio pro peccatis nostris.

11 [p] Dilecti, si Deus nos ita dilexit, debemus & nos alii alios diligere.

12 [q] * Deum nemo conspexit unquam. si diligamus alii alios, Deus in nobis habitat, & charitas ejus [r] adimpleta est in nobis.

13 Per hoc cognoscimus nos in eo habitare, & ipsum in nobis, quòd de spiritu suo dedit nobis.

14 [s] Nos verò spectavimus & testamur Patrem misisse Filium qui esset servator mundi.

15 Quisquis [t] professus fuerit Jesum esse Filium Dei, Deus in eo habitat, & ipse in Deo.

16 Et nos cognovimus & credidimus charitatem quam habet Deus erga nos. [v] Deus charitas est: & qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo.

17 [x] Per hoc adimpletur charitas nobiscum, ut fiduciam habeamus in die judicii, quòd [y] qualis ille est, *tales* & nos sumus in hoc mundo.

18 [z] Metus non est in charitate: integra charitas foras ejicit metum: quoniam metus cruciatum habet: qui autem metuit, non est consummatus in charitate.

19 [a] Nos diligimus eum, quoniam ipse prior dilexit nos.

20 [b] Siquis dixerit, Diligo Deum, & fratrem suum oderit, mendax est. [c] Qui enim non diligit fratrem suum quem vidit, Deum quem non vidit, quomodo potest diligere?

21 * [d] Et hoc præceptum habemus ab eo, ut qui diligit Deum, diligat etiam & fratrem suum.

[3] vel mundo: sic enim sonat Syra interpretatio.

[4] 2. i. Fiducia: ut suprà 2. 28. & 3. 21.

[5] vel perturbatione, i. cõmotione ex periculo præsumto nata, & quidem præsumto præter charitatem: nam charitas non est suspiciosa, 1. Cor. 13.

*Joh. 3. 16.

[p] 2. Ratio altera a comparatis, Si Deus nos ita dilexit, an nos, ipsius filii, inter nos non amabimus?

[q] 2. Tertia ratio, Quia Deus oculis invisibilis, ex hoc sui spiritus effectu (nempe charitate) intelligitur, & quidem non extra nos, sed nobiscũ conjũctus, in quibus ita sit efficax.

*Joh. 1. 18. 1. tim. 6. 16.

[r] Verè ac re ipsa comprobata

[s] 2. Huic charitati fundamẽtum aliud substernit, nẽpe fidẽ in Jesum, quæ nos cum eo conjungit, sicut charitas nos cum eo conjũctos esse testificatur. Reddit autẽ Christo testimoniũ, ut oculatus testis.

[t] Confessionẽ intellige ex vera fide manãtem, & quam charitas consequitur, ut omnia cohæreant.

[v] 2. Quarta ratio, Deus est fons & origo charitatis, ipsãque adeò charitas: ergo qui in eo manet, Deum secum habet.

[x] 2. Rursus ut paulò antè charitatem ex eo cõmendat, quòd quũ ex nostri cũ Deo in hac re convenientia certum nobis nostræ adoptionis testimonium suppeditetur, ita fiat ut intrepidè supremum illum diem judicii exspectemus, adeò ut trepidatio & cruciatus ille conscientiæ a charitate expellatur. [y] Similitudinem significat, non paritatem. [z] Si ex charitate intelligimus nos esse in Deo, & Deum in nobis, nos filios esse, nos Deum nosse, vitam æternam esse in nobis: rectè colligit pacem ac tranquillitatem inde colligi. [a] 2. Nequis illam conscientiæ pacem existimet a charitate nostra ut causa proficisci, recurrit ad fontem, nempè ad gratuitam dilectionem qua nos Deus licẽt iram ipsius promeritos prosequitur. Hinc autem duplex alia charitas oritur, utraque primæ illius index ac testis, ea videlicet qua Deum qui prior nos dilexit redamamus: ac demum propter illum, proximos quoque diligimus. [b] 2. Sicut charitatem proximi a charitate Dei in nos inseparabilem esse ostendit, quoniã hæc illum gignit, ita jam aliam charitatis speciem qua nos Deum diligimus, a charitate proximi disjungi posse negat, unde consequitur, impudenter mentiri, qui se Dei cultores vocant, quum proximos negligant. [c] 2. Prima ratio a comparatis, cur non possit proximus odio haberi & Deus diligi, nempe quia qui fratrẽ non potest amare quem videt, quomodo Deum invisibilem amaverit? *Joh. 13. 30. & 15. 12. [d] 2. Secunda ratio, Cur non possit Deus odio haberi & proximus diligi, quia unus & idem Legislator & se & proximum diligi præcepit.

CAPUT QUINTUM.

[1] *Ostendit fraternum amorem & fidem esse res conjunctas.* [10] *Nullam autem haberi posse fidem Deo nisi credendo in Christum.* [14] *Hinc est invocatio,* [16] *ut pro fratribus etiam valeant preces nostræ.*

OMnis qui credit quòd Jeschua est Christus, ex Deo natus est: & omnis qui diligit genitorem, diligit eum qui genitus est ex eo.

2 Et in hoc cognoscimus quòd diligimus filios Dei, quum diligimus Deum, & facimus mandata ejus.

QUisquis [a] credit Jesum esse [b] Christum illum, ex Deo genitus est: & quisquis diligit eum qui genuit, diligit etiam [c] eum qui ex eo genitus est.

2 [d] Per hoc cognoscimus nos diligere filios Dei, quum Deum diligimus, & [e] præcepta ejus observamus.

[a] 2. Pergens in eodem argumento, quomodo utraq; illa charitas in nobis ex Dei in nos charitate derivetur, ostendit nempe per Jesum mediatorem fide apprehensum, in quo facti Dei filii, & Patrem ex quo sic geniti sumus, & fratres similiter nobiscum genitos diligimus. [b] Verum esse Messiam. [c] Singulari numero utens omnes fideles intelligit. [d] 2. Charitas proximi a Charitate qua Deum diligimus sic dependet, ut hanc illi præire oporteat: inde consequitur, charitatem non esse appellandam quum ad malè agendum coëunt homines, quoties denique proximum amantes, in Dei mandata non respicimus. [e] Charitas ibi nulla est, ubi vera doctrina non exstat.

3 *[f] Hæc est enim charitas Dei, ut præcepta ejus observemus: [g] & præcepta ejus gravia[h] non sunt.

4 [i] Quoniam quicquid natum est ex Deo vincit mundum: [k] & hæc est victoria quæ[l] vicit mundum, *nempe* [m] fides nostra.

5 [n] Quis est qui * vincit mundum, nisi qui credit Jesum esse Filium Dei?

6 [o] Hic ille est, qui venit per aquam & sanguinem, *nempe* Jesus Christus: [p] nō per aquam solùm, sed per aquam & sanguinē: & [q] spiritus is est qui testificatur Spiritum veritatem esse.

7 Nam tres sunt qui testificantur in cælo, Pater, [r] Sermo, & Spiritus sanctus: & hi tres[s] unum sunt.

8 *Et tres sunt qui testificantur in terra, Spiritus, & aqua, & sanguis: & hi tres unū sunt.

9 [t] Si testimonium hominum accipimus, testimonium Dei majus est. [v] nā hoc est testimonium Dei quod testificatus est de Filio suo.

10 [x] Qui credit in Filium Dei, habet testimonium in seipso: qui non credit Deo, mendacem eum fecit, quia non credidit testimonio quod testificatus est Deus de Filio suo.

11 [y] Est autem hoc testimonium, *nempe* quòd vitam æternam dedit nobis Deus: & hæc vita in Filio ejus est.

12 Qui habet Filium, habet vitam: qui non habet Filium Dei, vitam non habet.

13 [z] Hæc scripsi vobis qui creditis in nomen Filii Dei: ut sciatis vos vitam æternam habere, & ut credatis in nomen Filii Dei.

14 [a] Et hæc est fiducia quam apud Deū habemus, *ipsum, siquid petierimus secūdùm voluntatem ejus, nos audire.

15 Quòd si scimus eū audire nos, quicquid petierimus, scimus nos habere petitiones, quas ab eo petiimus.

16 [b] Si quis viderit fratrē suum peccare peccato *quod* non *est* ad mortem, [c] petet & dabit ei vitam: peccantibus *dico* non ad mortem. Est peccatum ad mortem: non pro illo dico ut roget.

17 [d] *Omnis injustitia peccatum est:

3 Hæc enim est dilectio Dei, ut servemus mandata ejus: & mandata ejus non sunt gravia:

4 Quia quicquid natū est ex Deo, vincit mundum, & hæc est victoria quæ vincit ipsum mundum, fides nostra.

5 Quis enim est qui vincit ipsum mundum, nisi is qui credit quòd Jeschua filius est Dei?

6 Hic est qui venit [1] per aquas & sanguinem, *nempe* Jeschua Christus: nequaquam per aquas tantùm, sed per aquas & sanguinem: & spiritus testatur [2] quòd ille spiritus est veritas.

7 [3]

8 Et sunt tres testes, Spiritus, & aquæ, & sanguis: & tres ipsi in unum sunt.

9 Si testimonium filiorum hominis accipimus, quanto magis testimonium Dei quod maximum est? & hoc est testimonium Dei quod testificatus est de Filio suo.

10 Quisquis credit in Filium Dei, est ei hoc testimonium in seipso. omnis qui nō credit Deo, mendacem facit eum, in eo quòd non crediderit in testimoniū quod testificatus est Deus de Filio suo.

11 Et hoc est testimonium quòd vitam quæ est in æternum, dedit nobis Deus: & illa vita in Filio ejus est.

12 Omnis qui habet Filium, habet etiā vitam: & omnis qui nō habet Filium Dei, non est ei vita.

13 Hæc scripsi vobis ut sciretis quòd vita æterna est vobis, qui credidistis in nomen Filii Dei:

14 Et hæc confidentia est nobis apud eum, quòd quicquid petimus ab eo secūdùm voluntatem ejus, audit nos.

15 Et si persuasum habemus quòd audit nos in eo quod petimus ab illo, confidimus quòd accipimus jam petitiones nostras quas petimus ab eo.

16 Siquis viderit fratrem suum quòd peccaverit peccatum quod non condemnat ad mortem, petat, & dabitur ei vita: eis *inquam* qui nequaquam peccaverunt tamquam [4] ad mortem. Est enim peccatū mortis: nequaquam pro hoc dico ut oret quisquam.

17 Omnis enim iniquitas, peccatum est

* *Matth. 11. 30.*

f 2. Ratio, Quia Deum diligere est mandatis ejus obsequi: quod quum ita sit, & utraq; charitas ab eodē Legislatore sit mandata (ut anteà docuit) efficitur illud quoque, Diligi non posse proximum ubi mandata Dei violantur.

g 3. Quoniam docet experiēta nullam inesse carni facultatem, imò ne voluntatē quidē ad præstanda Dei mādata, ideircò nevideatur Apostolus toties inculcans mandatorum Dei observationē, impossibilia flagitare, pronunciat gravia nō esse Dei mandata, hactenus quidem, ut eorū onere opprimamur.

h Regeneratis, qui Dei spiritu aguntur, & qui liberati sunt per gratiam a Legis maledictione.

i 3. Ratio, Quoniam ex regeneratione nacti sumus vires quibus superatur mundus, i. quicquid mandatis Dei reluctatur.

k 3. Explicat quænam sint illæ vires, nēpe fides.

l Utitur præterito tempore, ut judicetur etiāsi adhuc versemur in hac lucta, certissimā tamen esse victoriam.

m Quæ est instrumentalis causa apprehendens eum qui illud revera præstat.

n 3. Duo præterea declarat, unum quæ sit vera fides, ea nimirum quæ in unum Jesum Filium Dei respicit: ex quo consequitur alterum, nempe has vires propriè non esse fidei, sed fide tamquam instrumento ex Jesu Christo Filio Dei hauriri. *1. Cor. 15. 17.

o 3. Præstantiam Christi in quo uno omnia nobis donantur, sex testibus comprobat, tribus cælestibus, & totidem terrenis, penitùs inter se consentientibus. Cælestes sunt, Pater a quo missus est Filius, Sermo ipse caro factus, & Spiritus sanctus. Terreni testes aqua, (i. sanctificatio nostra;) sanguis, (i. justificatio nostra;) Spiritus, id est, agnitio Dei Patris in Christo per fidem ex Spiritus sancti testimonio: sicut in annotationibus copiosiùs exposuimus.

p 3. Monet ne aquam a sanguine (id est, sanctificationem a justificatione, sive justitiam inchoatam a justitia imputatā) separemus: quoniam illa non nitimur nisi quatenus est hujus testimonium: hæc verò etsi ab illa nūquam separetur, tamen sola est nostræ salutis materia.

q Spiritus noster tertius testis, testatur Spiritum sanctum esse veritatem, id est, esse verum quod nobis ille dictat, nempe nos esse filios Dei.

r Vide Johan. 3. 13.

s In unum consentiunt. *Johan. 1. 30.

t 3. Argumento a comparatis ostendit quantum sit pondus cælestis testimonii quod Pater edidit de Filio, cui consentit & ipse Filius, & Spiritus sanctus.

v Meritò ita colligo, nam illud testimonium quod dixi in cælo perhiberi, a Deo manat, Filium suum ornante.

x 3. Firmitatem etiam terrestrium testium probat ex conscientia uniuscujusque testimonium illud in sese habentis, quam falli non dicit, utpote quæ cælesti Patris de Filio testimonio assentiatur: alioqui enim Patrem oporteret esse mendacem, si conscientia Patri assentiens mentiretur.

y 3. Jam tandem quod sit hoc testimonium confirmatum declarat tot testibus, nempe vitam sive fœlicitatem æternam esse merum Dei donum, quæ in Filio resideat & ab eo in nos, qui per fidem cum eo conjuncti sumus, promanat, adeò ut extra eum nusquam inveniatur vita.

z 3. Epilogus epistolæ, in quo primùm ostendit hac doctrina etiam ipsos egere qui jam credunt, ut magis ac magis in fide crescant: id est, ut quotidie de suain Christo per fidem salute fiant certiores.

a 3. Quoniam quod speramus nondum reipsa obtinemus, invocationem cum fide connectit Apostolus, quam vult ex fide proficisci, deinde ita concipi, ut nihil divinæ voluntati non consentaneum petatur: cujusmodi preces vanæ esse non possunt. * *Supra 3. 22.*

b 3. Preces non tantùm pro nobis ipsis, sed etiam pro fratribus peccantibus sunt concipiendæ, ne sint eis mortifera ipsorum peccata: additur tamen exceptio, peccati illius quod nunquam remittitur, sive peccati in Spiritum sanctum, id est, universalis, & ex animo proficiscentis apostasiæ a cognita Evangelii veritate, sicut in annotationibus pluribus exposuimus.

c Perinde est ac si diceret, Petet a Domino ut illi condonet, qui rogatus illi dabit veniam.

d 3. Occupatio, omnem quidem iniquitatem nomine peccati comprehendi, sed non ideircò desperandum, quoniam non omne peccatum est lethale, & extrà spem remedii. *Matth. 12. 31. mar. 3. 29.*

[1] Ad verb. Per manū aquarū & sanguinis. Hebraiss.

[2] F. vel quoniā ille spiritus est ipsa veritas. hoc malim.

[3] Totum septimum versiculum Syrum Testamentum omittit, sicut etiam multi Græci codices: qui ita restitui posset, דתלתא אנון דסחדין כשמיא אבא מלתא ורוחא קדישא וחל תחון חד אנון: Id est, Nam tres sunt qui testificantur in cælo, Pater, & Sermo, & Spiritus sanctus: & hi tres unū sunt. Sed quia non modò in impresso, sed etiā in manuscripto codice Heidelbergēsi omittebatur, nec in omnibus vetustis Græcis codicibus legebatur, textui inserere nō sum ausus: ne tamē versiculorum fieret perturbatio, útque eorum numeri responderent numeris versiculorum Græci textus, a sexto transilii ad octavū.

[4] Ego verò ab Arianis olim abratum puto. Nā eum alioquin contra Arium disputatione in Nicæna Synodo habita sub finem adduxit Athanasius: atque hoc illa adjectione ad finem sequentis vers. (quam illi insidiosè in versic. 7. eamdem esse prædicabant) facilè obtinuerunt apud imperitum Ecclesiæ & ignavum librariorum vulgus, Constantii maximè & Valentis Impp. temporibus.

[4] Id est, Extra omnem spem veniæ: quod æterna mors necessariò consequitur. quod alibi vocatur peccatum in Spiritum sanctū in hoc & in futuro sæculo irremissibile. Et est quum qui illuminatus fuit a Spiritu Dei, destinata malitia, sciens & prudens Deo ipsi, cujus cognitione donatus fuit, bellum indicit, Satanæ sequutus exemplum.

& [s] est

& [5] est peccatum quod nequaquam mortis est.

18 Et novimus quòd omnis qui natus ex Deo, non peccat. Qui enim natus est ex Deo, conservat seipsum, & malus non appropinquat ei.

19 Novimus quòd ex Deo sumus, & mundus universus in malo est positus.

20 Et scimus quòd Filius Dei venit, & dedit nobis notitiam ut cognosceremus veracẽ, & essemus in ipso verace, in Filio ejus Jeschua Christo. Hic est Deus verax, & vita quæ est in æternum.

21 Filii mei, custodite vosipsos a reverentia simulacrorum.

Finitur epistola Juchannan Apostoli.

[5] Peccant quidem & graviter, etiam regenerati. sed de eo peccato hîc intelligit, pro quo orandum non est. & dicit hujusmodi peccatũ non cadere in regeneratum, proinde non orandum esse pro eo.

sed est peccatum *quod* non *est* ad mortem.

18 [e] Scimus quòd quisquis natus est ex Deo, non peccat: sed *quòd* qui genitus est ex Deo, conservat seipsum, & Improbus ille non attingit eum.

19 [f] Scimus nos ex Deo esse, & mundũ totum in illo improbo jacere.

20 Sed scimus Filium Dei venisse, & * dedisse nobis mentem ut cognoscamus verum illum: & sumus in vero illo, *id est* in ejus Filio Jesu Christo. [g] Hic est verus ille Deus, & vita illa æterna.

21 [h] Filioli, cavete vobis ab idólis. Amẽ.

[e] 2. Ratio, cur nõ omne, imò etiam cur nullum peccatum sit quibusdam lethale: quia nimirùm ex Deo sunt nati, id est, facti filii Dei in Christo: cujus Spiritu donati nõ serviũt peccato, neq; a Satana lethaliter vulnerantur.

[f] 2. Unumquẽque oportet universales promissiones sibi peculiariter applicare, ut certò nobis persuadeamus, nos (quum totus mundus sit natura perditus) gratis factos esse Dei filios, misso ad nos Filio ipsius Jesu Christo, a quo illustrati sumus veri Dei & vitæ æternæ notitia.

*Luc. 20. 21. [g] Apertissimè asseritur Christi Divinitas. [h] 2. Diserte exprimit præceptum de cavendis idólis: quæ uni vero Deo opponit, ut hoc veluti sigillo totam superiorem doctrinam obsignet.

EPISTOLA IOHANNIS

APOSTOLI SECUNDA.

[1] *Inscribitur hæc Epistola eximiæ ac præstanti dignitate fœminæ,* [4] *quæ filios in Dei timore rectè educatos habebat.* [6] *Hanc orat ut in charitate Christiana perseveret,* [7] *ne in Antichristos incidat:* [10] *quin potius eos omnino vitet.*

BEZÆ INTERPRET.

PRESBYTER [a] electæ [b] dominæ, & liberis ejus, [c] quos ego verè diligo, nec ego solus, sed & omnes qui norunt veritatem:

2 Propter veritatem quæ manet in nobis, & nobiscum erit in æternum.

3 Sit vobiscum gratia, misericordia, pax a Deo patre, & a Domino Jesu Christo Filio Patris, [d] cum veritate & charitate.

4 [e] Gavisus sum valdè quòd invenerim ex filiis tuis qui syncerè ambulent, [f] sicut præceptum accepimus a Patre.

5 Et nunc rogo te, domina, non ut præceptum novum scribens tibi, sed quod habuimus a principio, * ut diligamus alii alios.

6 Hęc autem est charitas, ut ambulemus secundùm præcepta ipsius. Hoc est præceptum illud sicut audistis a principio, ut in eo ambuletis.

7 [g] Nam multi impostores ingressi sunt in mundum, qui non profitentur Jesum Christum venisse in carne. Hic ille est impostor & Antichristus.

8 [h] [i] Respicite vos ipsos, ne perdamus quæ egimus, sed ut mercedem plenam recipiamus.

9 Quisquis transgreditur, nec permanet in doctrina Christi, Deum nõ habet: qui manet in doctrina Christi, hic & Patrem & Filium habet.

10 [k] Siquis venit ad vos, & hãc doctrinam non adfert, * ne recipite eum domũ, nec Ave ei dicite.

11 Qui enim dicit ei Ave, communicat operibus ejus malis.

12 Quum multa haberem vobis scribenda, nolui per chartam & atramentum: sed spero *me* vẽturum ad vos, & [l] præsentem præsentibus loquuturũ, ut gaudium nostrum sit completum.

13 Salutant te filii sororis tuæ electæ. Amen.

[a] Electa appellativũ est nomen, non proprium.

[b] Eximia atque præstanti dignitate fœminæ.

[c] 2. Christianæ cõjunctionis vinculum est vera & cõstans veritatis professio.

[d] Cum vera cognitione, quam charitas comitetur.

[e] 2. Vera hæc professio posita est tum in mutua charitate quã mandavit Dominus, tum verò maximè in sana doctrina, quæ & ipsa nobis tradita est. Est enim mandatum Dei, solidum & regulæ morum & dogmatum fundamentum, & ista sunt inter se inseparabilia.

[f] Prout veritas præscribit. *Joh. 13. 12.

[g] 2. Antichristi, personam & officiũ Christi oppugnantes, jam in Ecclesiam tẽporibus Apostolorũ irrepserant.

[h] 2. Omnia amittit qui facit doctrinæ jacturam.

[i] Circumspicite, & diligẽter considerate.

[k] 2. Cum perversę doctrinę defensoribus commercium nobis esse nõ debet. *2. Cor. 10. 17.

[l] Ad verb. os ad os.

EPISTOLA JOHANNIS
APOSTOLI TERTIA.

1 Hospitalitatem Gaii laudat, 9 & Diotrephis ambitionem accusans, 10 Gaium monet, ut benefaciendo perseveret. 12 Postremò Demetrium commendat.

BEZÆ INTERPRET.

a 2. Exemplum Christianæ gratulationis.

PRESBYTER [a] Gaio dilecto, quem ego verè diligo.

2 Dilecte, in primis opto ut prosperè agas & valeas, sicut prosperè agit anima tua.

3 Gavisus sum enim valdè quum venirent fratres, & testimonio suo commendarent synceritatem tuam, prout tu syncerè ambulas.

b Sub. gaudiis.

4 Majus [b] istis gaudium non habeo, quum *videlicet* audio filios meos syncerè ambulare.

c Agis ut fidelem decet.

5 Dilecte, [c] fideliter agis quicquid facis erga fratres & erga peregrinos,

d Commendat Gaio vel eos ipsos quos jã anteà exceperat, ad eum redeuntes ad procuranda Ecclesiæ negotia, vel alios quorum eadẽ erat conditio.

6 Qui testimonio suo commendârunt charitatem tuam in conspectu Ecclesiæ: quos rectè facies [d] si prosequutus fueris ut Deo convenit.

7 Nam pro nomine ejus excesserunt ex Gentibus, nihil accipientes.

e Ut & ipsi aliquid conferamus ad veritatis prædicationem.

8 Nos ergo debemus recipere hujusmodi, [e] ut unà operam impendamus veritati.

f 8. Ambitio & avaritia duæ pessimæ pestes (præsertim in iis qui Ecclesiasticum aliquod munus sustinent) in Diotrephis persona damnantur.

9 [f] Scripsi Ecclesiæ: sed qui primatum inter eos ambit Diotrephes, non recipit nos.

10 Propterea, si venero, memoriam renovabo ipsius facinorum quæ facit, sermonibus malis garriens in nos: quique etiam his non contentus, neque ipse recipit fratres, & qui volũt *recipere* prohibet, & ex Ecclesia ejicit.

11 Dilecte, ne imitare quod malum est, sed quod bonum est: Qui benè agit, ex Deo est, qui autem malè agit, non [g] vidit Deum.

g Non novit.

12 Demetrio testimonium redditum est ab omnibus, & ab ipsa veritate: sed & nos testimonium perhibemus: & nostis testimonium nostrum firmum esse.

13 Multa possem scribere, sed nolo per atramentum & calamum tibi scribere.

14 Spero autem fore ut statim te videã, & *tunc* præsens præsenti loquamur.

15 Pax tibi. Salutant te amici. Saluta amicos nominatim.

EPISTOLA JUDAE
APOSTOLI CATHOLICA.

1 Admonet pios ut sibi caveant ab eo hominum genere, 4 qui ex Christi gratia lasciviendi prætextum capiant. 5 quos non impunè laturos ejus gratiæ contemtum 6.7 tribus exemplis demonstrat, 14 & vaticinium Enoch profert. 20 Modum denique piis ostendit, quo omnes eorum machinas dissicere queant.

BEZAE INTERPRET.

a Ut distinguatur ab Iscariote.

IUDAS Jesu Christi servus, [a] frater autem Jacobi, vocatis, [b] a Deo Patre sanctificatis, & Jesu Christo [c] asservatis:

b Pet Deum Patrem.

c Sepositis æterno Dei cõsilio, qui Christo traderẽtur custodiendi.

2 Misericordia vobis & pax & charitas multiplicetur.

d 3. Scopus hujus epistolæ, in qua pios adversus profanos quosdam, & in sana doctrina & in rectis moribus confirmat.

3 [d] Dilecti, quum omne studium adhibeam ut scribam ad vos [e] de communi salute, necesse habui vobis scribere, ad vos hortandos ut [f] decertetis pro fide quæ [g] semel tradita est sanctis.

e De iis quæ ad nostram omnium salutẽ spectant.

f Pro viribus tueamini fidẽ, sana scilicet doctrina & vitæ exemplis.

g Quæ ita semel tradita est, ut postea nunquam sit immutanda.

4 [h] Nam subrepserunt quidam homines jam olim præscripti ad hanc damnationem, [i] impii, qui Dei nostri gratiam

h 3. Non temerè sed ex Dei providentia fit ut nõnulli perditi in Ecclesiam irrepant.

i 3. Hoc primùm in istis damnat, quòd ex Dei gratia captarent lasciviendi prætextum: quod fieri non potest quin Christo summũ imperium abrogetur, quũ ejusmodi homines Satanæ se addicant, ut hodie facit Anabaptistarum secta, quos libertinos vocant.

transferunt

transferunt ad lasciviam, & solum illum herum Deum ac Dominum nostrum Iesum Christum negant.

5 [k] Volo autem vobis in memoriam revocare *istos*, ut qui semel hoc sciatis, Dominum, quum populum ex Ægypto liberasset, rursus *eos qui non credebant perdidisse.

6 [l] *Et Angelos qui non cõservârunt suam originem, sed reliquerunt suum domicilium, judicio magni illius diei vinculis æternis sub caligine reservasse.

7 * Sicut Sodoma & Gomorrha & his finitimæ civitates simili modo atque [m] ille scortatæ, & [n] carnem alteram sectatæ, propositæ sunt exemplo, ignis æterni pœnam sustinentes.

8 Similiter tamen & isti [o] sopiti carnem quidem polluunt, [p] [q] dominatum verò aspernantur, & dignitates vituperant.

9 [r] At Michaël archangelus ille, quum adversus diabolum altercans, disceptaret de corpore Mosis, non ausus est *illi* impingere notam maledicti, sed dixit, Increpet te Dominus.

10 [s] At isti, quæcumque non noverunt, vituperant: quæcumque verò naturaliter, ut animantia rationis expertia, sciunt, in iis sese corrumpunt.

11 [t] Væ ipsis: nam viam * Cain ingressi sunt, & deceptione mercedis, qua deceptus fuit *Balaam, effusi sunt, & *contradictione Core perierunt.

12 [v] Hi sunt in agapis vestris maculæ, dum vobiscum [x] convivantur, [y] securè seipsos pascentes, * nubes aqua carentes, ventis circumactæ, arbores emarcidæ, infrugiferæ, bis emortuæ, eradicatæ:

13 Undæ maris efferatæ, despumantes sua ipsorum dedecora, stellę erraticæ, quibus [z] caligo tenebrarum in æternum servata est.

14 Prophetavit autem etiam de istis septimus ab Adamo Enochus, dicens, Ecce, [a] venit Dominus cum sanctis millibus suis,

15 Ut ferat judicium adversus omnes, & redarguat quicumque ex ipsis sunt impii, de factis omnibus quæ impiè patrârint, déque omnibus duris quæ loquuti fuerint adversus ipsum peccatores impii.

16 Hi sunt murmuratores, queruli, in cupiditatibus suis incedentes: & *quorum os loquitur prætumida, admirantes personas utilitatis gratia.

17 [b] Vos autem, dilecti, memores estote verborum illorum quæ prædicta fuerunt ab Apostolis Domini nostri Iesu Christi,

18 Quòd *videlicet* dixerunt vobis, * in extremo tempore futuros irrisores qui in impiis suis cupiditatibus incederent.

19 [c] Hi sunt qui seipsos segregant, animales, Spiritum non habentes.

20 Vos autem, dilecti, sanctissimæ vestræ fidei superstruentes vos ipsos, per Spiritum sanctum orantes,

21 Vos ipsos in charitate Dei conservate, exspectantes misericordiam Domini nostri Iesu Christi in vitam æternam.

22 [d] Et alios quidem habito delectu cõmiseramini:

23 Alios verò [e] metu servate, ex flamma rapientes: odio habentes [f] vel eam tunicam quæ a carnis contactu sit maculata.

24 [g] Cæterùm ei qui potest vos custodire a lapsu immunes, & statuere in conspectu gloriæ suæ inculpatos cum exsultatione:

25 *Id est*, soli sapienti Deo Servatori nostro, gloria *esto* & magnificentia, robur & auctoritas, & nunc & in omnia secula. Amen.

[k] 2. Proponit horrenda supplicia eorum qui gratia Dei suht abusi, ut suis cupiditatibus obsequentur.
* *Num. 14. 37.*
[l] 2. Angelorũ lapsus severissimè punitus: quanto magis homines perfidos ulciscetur Dominus.
* *2. Pet. 2. 4.*
* *Gen. 19. 24.*
[m] Sodomæ & Gomorrhæ vestigia sequutę.
[n] Sic adumbrat prodigiosas libidines.
[o] Perinde stolidi & rationis expertes ac si altissimo veternno sensus omnes haberẽt sopitos.
[p] 2. Alterum istorum dogma pernicio sissimũ, quòd magistratuum auctoritatem etiã cum convicijs tollebãt, vt hodiè Anabaptistæ.
[q] Magis est dominatum aspernati, quàm Dominos, id est, rem ipsam, quàm personas.
[r] 2. Argumentum a compatatis, Michaël ex præcipuis Angelis unus Satanam, quãvis exsecrabilem, contentus fuit judicio Dei coërcendũ tradere: & istos homũculos pervetsos non pudet potestates a Deo ordinatas conviciis incessere.
[s] 2. Conclusio, istos duplici scelere teneri, nempe audacissimæ inscitiæ in quibusdã damnandis, & impudentis contemtus ejus cognitionis quam quum essent adepti, non aliter tamẽ quàm bruta rationis expertia vivebant, vẽtri nimirum servientes.
[t] 2. Prædicit eorum exitium, quoniam Cainũ impudenti malitia, Balaamum turpi avaritia, Core deniq; factioso & ambitioso ingenio referant. * *Gen. 4. 8.* * *Num. 22. 21.* *2. Pet. 2. 15.* * *Num. 16. 1.*
[v] 2. Aliis multis epithetis tum sordes & petulantiam eorumdem, tum verò maximè inanem eorum grandiloquentiam & vanissimũ fastum gravissimè insectatur gravissima comminatione adjuncta, ex Enochi antiquissima prophetia de futuro judicio.
[x] Agapæ erant fraterna Ecclesiastici cœtus convivia, quæ describuntur a Tertulliano in Apologet. cap. 39.
[y] Impudenter & absque ulla vel Dei vel Ecclesiæ reverentia. *2. Pet. 2. 17.*
[z] Densissimæ tenebræ.
[a] Præteritum futuri loco, Heb. more.
* *Psal. 17. 10.*
[b] 2. Prædictus est istiusmodi monstrorum exitus, ne rei novitate perceellamur.
* *1. Tim. 4. 1.*
2. Tim. 3. 1.
2. Pet. 3. 3.
[c] 2. Antichristorum est sese a piis segregare, ut qui Spiritu Dei non regantur. Contrà verò, Christianorũ est mutuò, tũ in fide tum in charitate sese sanctis precibus ædificare, tantisper dum Christi misericordia appareat ad plenam suorũ salutem.
[d] 2. Inter eos, qui aberrant, hic delectus piis servandus est, ut alios leniùs tractẽt, alios, jam in ipsa flamma versantes, severa præsentis periculi denunciatione servare studeant: ita tamen ut sic abhorreãt a malis & turpibus, ut vel levissimam eorum contagionem fugiant.
[e] Abstertentes illos, & sancta severitate revocantes.
[f] *Hyperbole* ab interdictis pollutionum Legalium sumta.
[g] 2. Commendat eos Dei gratiæ, satis declarans Dei solius esse eam ipsam quam a nobis requirit constantiam nobis præstare.

PROLEGOMENA IN APOCALYPSIN IOANNIS.

QUIA de hujus libri auctoritate jampridem nonnulli dubitârunt, paucis diluam argumenta quæ in hanc partem adferri solent: deinde quid mihi videatur exponam. Argumenta verò citabo uti sunt ab Erasmo studiosè ac diligenter collecta: cujus quidem adeò varium mihi videtur in hoc argumento (ut in multis aliis) judicium fuisse, ut quid statueris, non facilè judicare possis: nisi quòd eò tandem videtur inclinare, ut existimet aliquam esse quidem hujus libri auctoritatem, sed non eam tamen quæ sit reliquorum qui sine controversia sunt recepti. Audiamus ergo quid dicat. Testatur, inquit, divus Hieronymus, Apocalypsin ætate sua non fuisse receptam a Græcis. Dorotheus Tyri episcopus ac martyr, in compendio vitarum, tradit Johannem in Patmo insula Evangelium suum scripsisse, hujus libri non meminit. Athanasius Græcus in suo catalogo non affirmat hoc opus esse Johannis. Dionysius Alexandrinus, cujus verba citat Eusebius libr. 7. Ecclesiasticæ historiæ, librum existimat ab alio quopiam Johanne viro sancto scriptum. Eusebius ipse ita citat hunc librum aliquot locis, ut Johanni non sine exceptione tribuat. Idem Caium quemdam orthodoxum citat libro tertio, qui a Cerintho hæretico scriptum dicat. Hoc sit primum argumentum: ad quod ita respondeo, Si spectetur quibus rationibus permoti sint nonnulli ad hunc librum repudiandum, tum demum facile appariturum quàm immeritò istud fecerint. Deinde sicut a quibusdam fuit repudiatus, ita fuisse a plerisque receptum, adeò quidem ut Epiphanius illos à quibus rejiciebatur, apertè inter hæreticos recensuerit: ut interim omittam antiquissimos scriptores, Justinum philosophum, & Irenæum Lugdunensem episcopum, martyrem utrumque, non modò illum comprobasse, sed etiam commentariis illustrasse. De Dorotheo quod affertur nihil habet momenti, qui suo tantùm silentio videatur hunc librum rejecisse. De Athanasio, suspectum esse titulum Erasmus ipse annotavit. De Dionysio mox viderimus, quum ipsius rationem expendemus. Caium (quicumque tandem is fuerit) vel ipsius Dionysii verbis refuto, quæ scripta sunt libro Ecclesiasticæ historiæ tertio. Eusebium autem sanè nihil moror, in quo docti omnes judicium in plerisque scriptis requirunt. Nunc ad alterum argumentum veniamus. Scribit, inquit, Hieronymus quosdam eruditissimos viros totum hoc argumentum multis conviciis fuisse insectatos, quasi nihil haberet Apostolicæ gravitatis, sed vulgatam tantùm rerũ historiam figurarum involucris adumbratam. Deinde nec in sententiis esse quicquam Apostolica gravitate dignũ. Ad hoc ita respõdeo, Quicumq; tandem isti eruditissimi viri fuerint, magnam eos reprehensionem mereri in eo quòd conviciis ausi sint eum librum exagitare qui sanè sit brevissimus, si ea demas quæ ad verbũ ex Prophetis sunt exscripta. Lõgè aliter Basilius, Gregorius, Cyrillus, Epiphanius, Irenæus, Hippolytus, ut Aretas testatur, qui hunc librum non modò (ut Dionysius Alexandrinus) putârunt a sancto viro scriptum esse, sed apertè etiam Johanni Apostolo vẽdicârunt: nunquam id certè facturi si nulla gravitatis Apostolicæ vestigia in eo animadvertissent. Utros verò pro eruditioribus habebimus? an istos quorũ & singularis pietas & summa eruditio testata est plurimis ipsorum monimentis: an illos potiùs, quorum ne nomina quidem apparent: argumenta verò satis indicãt quàm meritò eruditissimi appellẽtur? Negant in hoc scriptore ullam apparere gravitatem, quum tamen penè omnia ex Prophetis ad verbum descripserit. Dicunt eum complecti vulgatam rerum historiam. Id verò quî potest in eo verum esse, qui (si admodum pauca excipias) res præteritas non narret, sed futuras prænunciet? Ista igitur non modò vera non sunt, sed ne verisimilia quidẽ. Ad tertiũ argumentum accedamus. Hic, inquit, solicitè suum nomen inculcat, perinde quasi syngrapham scriberet, non librum: idq; nõ solùm præter morem Apostolorũ, verùm multo magis præter suum morem, qui in Evangelio multo modestiora narrans, non exprimit tamen usquam suũ vocabulum, sed notulis indicat, Discipulus ille quẽ diligebat Jesus. Et Paulus coactus referre de visionibus suis, rem sub alterius exponit persona. At hic tam arcana cũ Angelis colloquia describens, quot locis inculcat, Ego Johannes? Hæc est ratio quæ Dionysium Alexandrinũ impulit ut ab alio aliquo Johanne scriptum hunc librum arbitraretur. At, quàm hoc est infirmum & imbecille! Non animadverterũt qui sic sentiunt, aliud esse historiam, aliud prophetiam scribere. Nam historiæ veritas aliũde potiùs quàm a scriptore pendet: in prophetia verò, quia res futuræ prædicũtur, nulla nisi revelantis & annunciantis auctoritate innixæ, quis non videt hoc requiri in primis ut unde tandem illarũ prædictio emanet, quis patefecerit, quis scripserit, intelligamus? Ideo videmus non modò in prophetiarum initiis, sed etiam in singulis penè visis, nihil æquè solicitè adscribi atq; Dei dictantis & Prophetæ scribentis nomen. Exemplo sit vel unus Jeremiæ, qui minimum centies vicies nomen suum inculcat. Ita enim omnino faciendum erat, ne latebras quærere videretur, ut pseudoprophetæ solebant. Quid verò? apud Danielem a capite septimo ánnon penè singulis versiculis reperitur אני דניאל [ani Danijel] Ego Daniel? Esaias autem quoties Esaiam filium Amos inculcat? Atqui Johannes hoc non consuevit in Evangelio. Fateor: nam historiam scribebat, in qua illi accidit quod nulli ex aliis discipulis, ut ipse de se multa dicere cogeretur. At Paulus etiam ipse hoc non fecit. Certè non fecit eo in loco in quo suas visiones ex professo tractabat: sed quum sui muneris præstantiam asserit, quàm altè, quàm magnificè sese Paulum illum esse dicit non ab hominibus, neque per homines, sed a Jesu Christo designatum Apostolum? Quid? quum sua illa certamina prædicat, an personam alienam assumit? Sed aliquid etiam amplius consideremus. Johannis nomen in toto hoc opere (nisi me calculus fefellit) quinquies tantùm reperitur: & illud ego Johannes, tribus tantùm locis, nempe cap. 1. 9. addita tamen explicatione, quæ una ad omnem amoliendam arrogantiæ suspicionem satis superq; sufficit. Item, 21. 2. & 22. 8: quibus locis simpliciter tantùm commemorat quid viderit, ut de visionis fide dubitari non possit. Ergo (ut paucis hoc argumentum absolvam) ratio illa Dionysii non modò futilis est, sed etiam imperitiam arguit,

atque adeò

atque adeò plena est calumniæ: imò verò (quod ingenuè & sine ulla malevolentia a me dici Deus testis est) nimium inconsiderata est vox ista, hunc scriptorem perinde suum illud Ego Johannes inculcare, acsi syngrapham, non librum scriberet. Accedo ad quartum argumentum. In Græcis, inquit, quos viderim exemplaribus, non erat titulus Johannis Evangelistæ, sed Johannis theologi. Atqui vel hic titulus eam Johanni Evangelistæ vendicat, quem nemo ignorat κατ' ἐξοχὴν fuisse Theologum a veteribus appellatum: quòd de Christi divinitate nemo unquam hominum apertius aut diviniùs scripserit. Alter autem ille Johannes, quem ego sanè supposititi esse suspicor, non Theologus, (quo cognomento nihil dici potest augustius) sed presbyter dicebatur. Venio tandem ad styli dissimilitudinem, quam Dionysius ille Alexandrinus tribus argumentis confirmat, ut refert Nicephorus Ecclesiast. historiæ lib. 6. cap. 23. Primùm ex tota orationis indole ac ductu. Deinde quòd quum Evangelio & epistolæ Johannis catholicæ multa sint communia, hic liber ne syllabam quidem ullam habeat cum eis communem. Postremò, quòd quum sermonis etiam dono excelluerit Johannes, alicubi hic noster rusticis barbarismis & solœcismis utatur. At ego primùm omnium respondeo, istam styli dissimilitudinem minimè esse admirandam in tam dissimili argumento. Nam in Evangelii historia, & in Epistolis, quamvis impulsu Spiritus sancti, tamen ex suo sensu loquitur: hic audita & dictata excipit. Illic partim narrat rem gestam, partim docet: hic de rebus futuris agit, & quidem præscriptis verbis: & miramur eum non iisdem uti sententiis? imò quis unquam hanc legem cuiquam scriptori præscripsit? Quid quòd pleraq; ipsis superiorum Prophetarum (putà Ezechielis, Danielis, Zachariæ, Esaiæ, & aliorum) verbis illi dictantur, ab eodem illo Spiritu nimirum qui quondam per illos hæc eadem erat loquutus? Itaque mirum nemini videri debet quòd non ita culto sermone utatur, ut qui a Prophetarum, qui Hebraicè scripserunt, ne verbis quidem, nedum charactere, discedere voluerit: quo minùs sane suspicari par est quicquam hic commentitium Ecclesiæ obtrudi. Falsum autem esse quod ait ille, hunc librum ne syllabam quidem habere communem cum Johannis Evangelio, apparet saltem ex collatione cap. 1. 7. cum Joh. 19. 37. Superest ultimum argumentum, nempe quòd videatur hic liber favere Chiliastarum hæresi, quo nomine nonnulli adducti sunt ut hoc opus a Cerintho editum sub Apostoli nomine putârint. Ego verò, ut concedam Chiliastas nonnullis ex hoc libro testimoniis esse abusos, idcircò tamen hæretico tam impuro librum hunc esse tribuendum absit ut concedam, nisi locos illos aliter accipi commodè non posse quispiam ostenderit: alioquin quem tandem librum admittemus? Aliter autem accipiendos esse doctissimi viri jampridem indicârunt: ut huic libro idem planè acciderit atque Epistolæ ad Hebræos, quam nonnulli pertinacissimè repudiârunt, quòd facere pro Novatianis videretur: quum ipsi potiùs seipsos debuerint accusare. Deinde, quæso, quum alia præterea fuerint Cerinthi deliria, ut qui Deum esse mundi conditorem negârit: Christum ex Maria ac Josepho cæterorum hominum more genitum docuerit: Christum & Jesum ut distinctas personas separârit: cur non etiam hæc sua dogmata huic libro aspergeret? Atqui tantum abest ut hoc faciat, ut e contrario adversus illos errores certa ex hoc libro testimonia peti possint: ut a Cerintho ista proficisci non potuisse, vel ex una ista ratione satis appareat. Quid verò quòd ubi de mille annis loquitur, nihil eorum narrat de quibus Cerinthus tam impiè garriebat? Ubi enim luxus ille? ubi cibus & potus? ubi nuptiæ & joci? ubi sacrificia & dies festi Hierosolymis celebrandi? Ergo vanum ac futile est hoc argumentum. Quæ quum ita se habeant, quamvis non censuerim quidem ego pertinaciùs de scriptoris nomine litigandum, tamen Johanni Apostolo potiùs quàm cuiquam alii hunc librum tribuerim. Nam præterquam quòd vetustissimum esse constat, & ex veteribus doctissimi & religiosissimi quique, Johannis Apostoli esse non dubitârunt, his etiam conjecturis ducor, quòd illis temporibus non videam cui tandem alii tantæ majestatis plenæ prophetiæ, tamq; augustum Theologi nomen, tribui potuerint: deinde, quòd planè Apostolicæ sit dignitatis non uni alicui Ecclesiæ, sed Asiaticis Ecclesiis scribere, postremò, quòd quæ de insula Patmo commemorat, cum iis prorsus conveniant quæ de Johannis exsilio veteres summo consensu tradunt. Quòd si quid aliud liceret ex stylo conjicere, nemini certè potiùs quàm Marco tribuerim, qui & ipse Johannes dictus est: adeò non in verbis tantùm, sed etiam in formulis dicendi plerisque similis ac penè idem est Evangelii Marci & hujus libri character. Ad ipsum autem librum quod attinet, quamvis eum esse me agnoscam cui hæc mysteria valdè obscura videantur, tamen quum ubique videam Spiritus prophetici nomen eminere, & veterum Prophetarum non tantùm vestigia, sed sententias, ipsaq; adeò verba in hoc libro agnoscam: quum manifesta & magnificentissima ubique tum divinitatis Christi, tum nostræ redemtionis testimonia in eo extare videam: quum denique ex iis quæ prædicta sunt, nonnulla manifestè jam apparuerint, veluti quæ de Asiaticarum Ecclesiarum excidiis, & scorti illius septem montibus insidentis regno prædixit: venio in eam sententiam, ut existimem Spiritum sanctum in hunc pretiosissimum librum congerere voluisse quæ ex superiorum Prophetarum prædictionibus implenda post Christi adventũ supererant: ac nonnulla etiam addidisse, quatenus nostra interesse cognovit. Obscuritas in his, fateor, maxima est: sed ea minimè nova in Prophetarum (ac præsertim Ezechielis) scriptis. Deinde nostrum hoc vitium est: qui singula diligentiùs non annotamus, & quotidiana illa Dei providentiæ judicia in Ecclesiæ suæ administratione, rebus nostris privatis intenti, non consideramus. Postremò, novit Dominus quid quatenus nosse expediat, ideoq; prophetiarum lucem pro sua infinita sapientia non aliter jam olim temperavit quàm Ecclesiæ utile fore præsciverit.

Superest igitur ut hæc mysteria sancti Dei homines cum timore ac religione, quatenus fas & utile est, scrutentur: omnes verò, sive quæ noverint, sive quæ non noverint, in hoc libro comprehensa Dei mysteria venerentur, potiùs quàm (nonnullorum more) vel derideant, vel fanaticis suis commentis polluant.

*

APOCALYPSIS IOHANNIS THEOLOGI.

CAPUT PRIMUM.

[1] *Indicat doctrinæ genus quod hic tractatur:* [8] *nempe illius qui est principium & finis:*
[12] *Deinde septem candelabrorum & stellarum* [20] *mysterium explicat.*

BEZÆ INTERPRET.

1 [a] APOCALYPSIS [b] Iesu Christi, quam dedit ipsi Deus, ut indicaret servis suis quæ oporteat fieri citò: *is* verò missam per Angelum suum, servo suo Iohanni significavit:

2 Qui testificatus est sermonem Dei, & testimonium Iesu Christi, & quęcumque vidit.

3 Beatus qui legit, & *beati* qui audiunt verba prophetiæ hujus, & observant ea quæ in ea scripta sunt: prestitutum enim tempus illud propè est.

4 [2] Iohannes septē Ecclesiis quæ sunt in Asia: Gratia *sit* vobis & pax *a [3] [c] Qui est, & Qui erat, & Qui venturus est: & a [4] [d] septē spiritibus qui in conspectu throni ejus sunt:

5 Et a Iesu Christo, [5] * *qui est* fidus ille testis, * primogenitus ille ex mortuis, ac princeps regum terræ: qui dilexit nos, & lavit nos a peccatis nostris * per sanguinē suum:

6 Et *qui* fecit nos * reges & Sacerdotes Deo & Patri suo: ei *sit* gloria & robur in secula seculorum. Amen.

7 * Ecce, venit cum nubibus, & videbit eum omnis oculus, etiam qui eum transfixerunt: & plangent coram eo [e] omnes tribus terræ: etiam, amen.

8 * [6] Ego sum [f] A & Ω, *id est*, principium & finis, dicit Dominus, *id est*, Qui est, & Qui erat, & Qui venturus est, ille, *inquam*, omnipotens.

9 [7] Ego Iohannes, *qui* & frater vester *sum*, & socius in afflictione & in regno & patiente expectatione Iesu Christi, eram in insula quæ vocatur [g] Patmos, propter sermonem Dei & testimonium Iesu Christi:

10 Fui *autem* [h] Spiritu correptus die [i] Dominico, & audivi a tergo vocem magnā tamquam tubæ,

11 Dicentis, Ego sum A & Ω, primus ille & ultimus. &, Quod cernis scribe in libro, & mitte septem Ecclesiis quæ sunt in Asia, Epheso, & Smyrnæ, & Pergamo, & Thyatiræ, & Sardibus, & Philadelphiæ, & Laodiceæ.

12 [8] Converti me igitur ut [k] cernerem vocem quæ loquuta erat mecum. [9] Conversus autem vidi septem candelabra aurea.

13 Et in medio septem candelabrorum aureorum *quemdam* similem Filio hominis, indutum talari *veste*, & præcinctum ad mamillas zona aurea.

14 Caput autem ejus & capilli *erant* candidi ut lana alba tamquam nix: & oculi ejus ut flamma ignis.

15 Pedes autem ejus similes chalcolibano, veluti in fornace ardentes: & vox illius tamquam vox aquarum multarum.

[1] γ. Hujus capitis summæ partes duę. ἐπιγραφὴ σχεδιασματικὴ, ἢ φωνήσασα, inscriptio vicem fungēs exordii, & narratio antecedens universam prophetiam libri. Inscriptio duplex, generalis, & particularis. Generalis inscriptio genus, auctorem, finem, materiam, instrumenta, modúmque communicationis, vers. 1. fidē religiosissimam Apostoli, ut testis publici, ver. 2. & usum communicationis illius comprehendit ex promissione Dei, & temporis circumstantia, vers. 3.

[a] β. Rerum occultarū patefactio.

[b] Quam filius e sinu Patris nobis per Angelos revelavit.

[2] Particularis inscriptio sive singularis, qua salus dicitur certis Ecclesiis catholicam Ecclesiam figurantibus, & salutis fides veritásque ab auctore illius demonstratur, ad versum 8. usque. * *Exo. 3. 14.*

[3] id est Deo Patre, æterno, immortali, & immutabili: cujus immutabilitas ab Johanne διὰ τοῦ ἀπαρεμφάτου, vel forma indeclinabili ostenditur. Nihil enim hic σολοικεῖν, ubi verba mysteriis contemperari, non mysteria verbis corrumpi aut minui necesse est.

[c] Jehovæ nomen quod proprium est, præteriti, præsentis, & futuri temporis notatione significatur. [4] Spiritu sancto, procedente a Patre & filio, qui Spiritus persona quidem una est secundùm subsistentiam, sed communicatione virtutis suæ operúmque divinorum demonstratione in septem illas Ecclesias ita se perfectè aperit, ut si totidem essent spiritus perfectè in sua quisque Ecclesia operantes. Quapropter infrà 5. 6. septem cornua & oculi dicuntur Agni, pro eo quod est, absolutissima virtus & sapientia illius: cap. 3. 1. Christus habere septem illos Dei spiritus: & cap. 4. 5. septem lampades ardere coram throno ejus, quę sunt illi spiritus septem Dei. Hæc ita accipi oportere demonstratur his modis. Nam primùm gratia & pax ab eo petitur, quod opus divinum est, & secundùm gradum divinæ majestatis planè incommunicabilis actio: tum inter Patrem & Filium recenseretur, velut in eodem gradu dignitatis & operationis positus: præterea ante thronum est tamquam ἱμάτιον, ut septem oculi & cornua Agni: item nusquam hi spiritus Deum leguntur adorare, ut omnes alii: hæc illa denique virtus est qua Agnus aperuit librum, septémque sigilla ejus resignavit. quum nemo dignus in rebus creatis inventus esset a quo aperiretur liber, infrà 5. De his ad me scitè Oxonia Johannes Luidus olim. Præponitur autem Spiritus sanctus Christo, quia longiorem de Christo sermonem haberi in sequentibus oportebat. [d] Hi sunt spiritus qui infr. 5 6. Agni cornua & oculi dicuntur: eos autem adjungit Deo tamquam stipatores.

[5] Multiplex Christi cōmendatio, atque gravissima: primùm ab officiis, sacerdotio, regno: secundò a beneficiis, amore nostri, & lotione per sanguinem ejus, hoc vers. & regni sui sacerdotiique cōmunicatione: tertiò a gloria potentiáque æterna illius, æternúmque a nobis prædicanda, ver. 6. postremò a complemento rerum omnium tandem per ipsum exhibendo in secundo adventu ejus, quo impios desolaturus palàm, & pios consolaturus est in veritate, vers. 7. * *Psal. 89. 21.* * *Col. 1. 18. 1. Cor. 15. 21.* * *Hebr. 5. 14. 1. Pet. 1. 19. 1. Joh. 1. 9.* * *1. Pet. 2. 5.* * *Esa. 3. 14. Mat. 24. 30. Juda 14.*

[e] Omnes homines.

* *Infr. 21. 6. & 22. 13.*

[6] Confirmatio salutis præcedentis a Dei ipsius verbis: qua suam operationem in res creatas singulas, æternitatem immutabilem in sese, & in omnibus suam omnipotētiam asserit, & illā trinitatē personarū quæ antè dicta est, divinitùs concludit essētiæ suæ unitate.

[f] Ego is sum ante quem nihil est, imò per quem factum est quicquid factū est, quiq; ut omnia intereant, superstes illis omnibus maneam.

[7] Πρόλογος, seu narratio prævia ad auctoritatem & vocationē Apostoli Johannis in singulari hac revelatione exponendam, fidemq; faciēdam huic Prophetię. Secunda pars capitis, propositione & expositione constans. Propositione autem ostenditur primùm quis, quo loco, quid agens ad hanc revelationem vocatus fuerit, vers. 9. deinde quo tempore, & quibus modis, nempe spiritu & verbo, idq; die Dominico, qui dies inde a resurrectione Domini fuit Christianis ad religionem sabbathi, id est, quietis consecratus, vers. 10. tertiò qui auctor vocans, & quæ vocationis summa, vers. 11.

[g] Patmos una est Sporadum, in qua exulasse Johannes perhibetur.

[h] Hic explicatur sanctus ille ἐνθουσιασμός, quo Prophetæ correpti extra mundum peregrinabantur cum Domino: sic Ezechiel sæpè dicit se translatum fuisse a Domini Spiritu, & Spiritum Domini in se incidisse.

[i] Dominicum vocat diem quem Paulus primum hebdomados vocat, 1. Cor. 16. 2. [8] Expositio declaratur tertium proximúmque propositionis locum (nam priores loci habent evidentiam) qua primùm de auctore ad versum 16. tum de vocatione ad finem cap. agitur. Ac primùm quidem occasio hoc versu traditur, quòd Johannes eò versùs sese convertisset, pòst verò auctoris descriptio, sequentibus.

[k] Ut eum viderem cujus vocem audieram. [9] Descriptio auctoris, nimirum Christi: tum a circumstantibus candelabris, id est, Ecclesiis stantibus coram ipso & pendentibus a nutu ipsius, hoc vers. tum a proprietatibus, quòd homo sapientia & commoditate ad res agendas, vers. 13. senili gravitate & acie oculorum præstantissima, vers. 14. viribus invictis, & verbo potente instructus est, vers. 15. tum ab operationibus, quòd servorum suorum ministerium in Ecclesia regit, gladio verbi perficit, & vultu suo collustrans omnia potentissimè singulis prospicit divina providentia sua, vers. 16.

16 Habebat autem in dextra sua stellas septem: & ex ore ejus anceps romphæa acuta prodibat: & facies ejus qualis sol in suo vigore lucet.

17 [10] Quum autem vidissem eum, cecidi ad pedes ejus veluti mortuus. [11] tum imposuit mihi dextram suam, dicens mihi, Ne metue: [12] *ego sum primus ille & ultimus ille.

18 Et qui vivo, sed fui mortuus, & ecce vivo in secula seculorum. amen. & habeo claves inferorum & mortis.

19 [13] Scribe quæ vidisti, & quæ sunt, & quæ posthæc sunt futura.

20 [14] Mysterium septem stellarum quas vidisti in dextra mea, & septem candelabra aurea. Septem illæ stellæ, [1] Angeli sunt septem Ecclesiarum: & candelabra illa septem quæ vidisti, septem Ecclesiæ sunt.

[10] Religiosus metus vocationi sanctorum prævius, & confirmationi justitiæ ad suscipiendam vocationem Dei.

[11] Confirmatio divina in vocatione, partim signo, partimque verbo virtutis.

[12] Descriptio vocationis elegantissima tribus rebus comprehésa ad vocationem justam necessariis: primùm auctoritate vocantis, quòd principium sit ac finis rerum omnium, hoc vers. quòd æternus, & omnipotens, vers. 18. secundò summa vocationis & revelationis propheticæ, vers. 16. postremò declaratione objecti cui hæc prophetia jussu Dei inscribitur, vers. ultimo. * *Esa. 41. 4. & 44. 6.*

[13] Summa prophetiæ, perscribi ab Apostolo oportere quæcumque viderit, nihil addi aut minui, ut vers. 2. Partes autem duæ: una est narratio eorum quæ sunt, id est, quæ jam tum erant, cap. 2. & 3. altera eorum quæ futura erant, reliquo libro. [14] res mysticè significata illis antecedentibus.

[1] Angelorum nomine Ecclesiarum ministros intelligit.

CAPUT II.

[1] *Jubetur Johannes scribere quæ Dominus necessaria noverat Ecclesiis* [2] *Ephesiorum,* [8] *Smyrnensium,* [12] *Pergamenorum,* [18] *Thyatirensium,* [25] *ut quæ ab Apostolis acceperunt, teneant.*

1 ANgelo Ephesinæ Ecclesiæ, [2] Hæc dicit qui tenet septem illas stellas in dextra sua, qui ambulat inter septem illa candelabra aurea:

2 [3] Novi opera tua, & laborem tuum & tolerantiam tuam, & quòd non possis ferre malos: & explorâris eos qui se dictitât Apostolos esse, & non sunt, & comperisti eos *esse* mendaces.

3 Et onere pressus fuisti, & toleras: & propter nomen meum laborasti, & non es defatigatus.

4 Sed habeo *aliquid* [a] adversum te, quòd charitatem tuam primam omiseris.

5 Memor esto itaque unde excideris, & resipisce, & priora opera facito: sin minus, veniam adversum te citò, & movebo candelabrum tuum a loco suo, nisi resipueris.

6 Sed hoc habes quòd odisti facta Nicolaitarum, quæ & ego odi.

7 [4] Qui habet aurem, audiat quid Spiritus dicat Ecclesiis, victori dabo edere ex arbore illa vitæ quæ est [5] in medio [b] paradisi Dei.

[2] Prior hæc pars libri, narratione eorũ quæ jam tum erant concluditur, ut Johãnes docuit suprà, 1. 19. tota est πρὸς Ἐφεσίους, & duobus hisce capitibus locos septé continet pro numero & cõditione earum Ecclesiarum, quæ nominatæ fuerunt suprà capite 1. vers. 11. figuratæ vers. 12. & distributæ cõvenientissimè in Pastores & greges, ver. 20. qui versus ad hanc partem est μετάβασις. Singulis autẽ locis tres summæ sunt partes: Exordiũ, a persona auctoris: Propositio, in qua boni laus & prædicatio, mali reprehésio, & institutio hortationem continens, aut etiam contrariam ei dehortationem: & Conclusio attentionem excitans divinis planè promissionibus. Atque hic primus locus, ad Pastores Ecclesiæ Ephesinæ.

[3] Exordium in quo Jesu Christi auctoris ellogia ex vers. 16. & 13. cap. 1.

[4] Propositio laudis, vers. 2. & 3. reprehensionis, vers. 4. & institutionis, adjuncta comminatione transportandæ aliò Ecclesiæ, vers. 5. Hanc verò comminationem Christus [illegible] & lenit quasi correctione quadam, quum singulare bonum pietatemq; illius Ecclesiæ recognoscit, cui pietati nunquam non retribuit Deus, vers. 6. de Nicolaitis autem videndum infrà in vers. 15. [a] B. Quod tecum expostulem. [4] Conclusio, mandatum attentionis, & promissionem vitæ æternæ continens symbolo figuratæ, de quo Genes. 2. [5] id est, in paradiso. Hebraismus. [b] Sic Christus loquitur, nempe ut mediator.

8 [6] Angelo verò [c] Smyrnæorum Ecclesiæ scribe, Hæc dixit primus ille & ultimus ille, qui fuit mortuus, & vivit:

9 [7] Novi opera tua & afflictionẽ & paupertatem, (sed dives es,) & blasphemiam eorum qui se dicunt Judæos esse, & non sunt, sed synagoga Satanæ.

10 Nihil eorum metue quæ passurus es: ecce, futurum est ut conjiciat diabolus aliquos ex vobis in carcerem, ut exploremini: & habebitis afflictionem [8] dierum decem. esto fidelis usque ad mortem, & dabo tibi coronam vitæ.

11 [9] Qui habet aurem, audiat quid Spiritus dicat Ecclesiis, Qui vicerit, nequaquam lædetur a [10] morte secunda.

12 [11] Angelo verò [d] Pergamensis Ecclesiæ scribe, Hæc dicit qui habet gladium illum ancipitem, acutum illum:

13 [12] Novi opera tua, & ubi habites, *nempe* ubi thronus est Satanę, & *quòd* retineas nomen meum, neque negasti fidem meã, [e] etiam iis diebus quibus Antipas martyr ille meus fidelis occisus est apud vos, ubi Satanas habitat.

14 Sed habeo adversum te pauca, quòd habeas istic qui teneant doctrinam * Balaam, qui docebat Balacum objicere offendiculum coram filiis Israëlis, ut [f] ederent ex iis quæ simulacris erant immolata, & *ut* scortarentur.

15 Ita habes etiam tu qui teneãt doctrinam [13] Nicolaitarum: quod odi.

16 Resipisce: sin minùs, veniam adversum te citò, & pugnabo cum illis gladio illo oris mei.

17 [14] Qui habet aurem, audiat quid Spiritus dicat Ecclesiis. Ei qui vicerit, tribuã ut edat ex [g] Manna illo [15] occulto: & dabo illi [h] calculum [16] album, & in calculo [17] nomen novum scriptum, quod nemo novit nisi qui accipit.

18 [18] Angelo verò Thyatirensis Ecclesiæ scribe, Hæc dicit Filius Dei, qui habet oculos tamquam flammam ignis, & cujus pedes *sunt* similes chalcolibano:

19 [19] Novi opera tua & charitatem, & [i] subministrationem & fidem, & tolerantiam tuam, & opera tua, & ultima plura prioribus.

20 Sed habeo adversus te pauca: quòd

[6] Secundus locus, ad Pastores Smyrnæos. Exordiũ autẽ sumtum est ex vers. 17. & 18. capitis præcedentis.

[c] Smyrna una fuit Ionicarum civitatum in Asia.

[7] Propositio laudis, hoc vers. & hortationis cũ promissione junctæ, vers. seq.

[8] id est, annorum decem, Sic enim plurimùm hoc in libro. ut etiam apud Danielẽ anni dierum appellatione designantur, ut definitũ sibi spatium, sdque perbreve, ostendat Deus. Cùm autem hunc librum Johannes sub finem Domitiani scripserit Justino & Irenæo testibus, omnino hæc ad persequutionem referri necesse est Trajano auctore factam. Cœpit autẽ ille Christianam Ecclesiam infestare decimo anno sui imperii, ut scribunt historici: duravitq; persequutio cruenta hujus, donec Adrianus Cęsar successisset in locum ipsius. id autem spatiũ est præcisè annorũ decem, qui hîc positi sunt.

[9] Conclusio, ut supr. vers. 7.

[10] Vide infr. 20. 6.

[11] Tertius locus ad Pastores Pergamensium. Exordiũ autem ductũ est ex vers. 16. cap. præcedentis.

[d] Pergamum celeberrimæ olim urbis in Asia nomen, Attalicorum regum sedes. [12] Propositio laudis, hoc versu: reprehensionis, duobus seq. & hortationis, adjuncta hypothetica comminatione vers. 16. Fuit autem Antipas ille Angelus sive Minister Christi in Ecclesia Pergamensium, ut scribit Aretas.

[e] Amplificatur Pergamensium fides, quòd in ipso persequutionis æstu constantes fuerint. * *Num. 22. 14. & 31. 1.* [f] Quod hîc de idolothytis agit, refertur ad eam speciem de qua agit Paulus 1. Cor. 10. 14.

[13] nempe sequentium vestigia Balaami, & projectorum ad omnem libidinem, ut exposuit præcedente vers. & demonstratur hîc particulâ similitudinis. Atque hæc quoque sexti vers. interpretatio. Conferendus hac de re in primis Irenæus. [14] Conclusio hortationis, ut antè, & promissio constans. [g] Alludit ad concionem illam quæ habetur 6. Johann. & ad locum Psal. 105. 40.

[15] qui apud Deum ab æterno asservatus latet, invisibilis, & spiritualis, cælestisque panis vitæ. [h] Hujusmodi calculum referebat Aretas solitum dari athletis in certaminibus. Vel quòd calculi albi olim essent judicantes absolutionem. [16] Symbolum testémque absolutionis & remissionis peccatorum justitiæ, sanctimoniæ veræ, & puritatis incorruptæ, exstincto vetere homine [17] symbolum & index novitatis vitæ in justitia & sanctimonia veritatis, induto novo homine, quem nemo novit intùs nisi spiritus hominis qui est in ipso, cujus laus non est ex hominibus, sed ex Deo, Roman. 2. 28. [18] Quartus locus ad Pastores Thyatiræ. Exordium autem depromtum est ex vers. 14. & 15. capitis 1. [19] Propositio laudis, hoc versu: reprehensionis. quòd illi doctrinam injustitiæ & impietatis ferrent apud se, vers. 20. cujus auctores, quamvis a Deo revocati, minimè resipiscant, vers. 21. adjuncta comminatione gravissima, vers. 22. & 23. promissionis hypotheticæ, exhortationisque ad veritatem tenendam, duobus sequentibus. [i] Sic vocat officia sanctis præstita.

permittis

permittis mulierem Iezabel, quæ se dicit prophetissam, docere, & seducere servos meos, ut[k] scortentur, & edant ex iis quæ simulacris immolantur.

21 Et dedi illi tempus ut resipisceret a scortatione sua: sed non resipuit.

22 Ecce, ego abjiciam eam in lectum: & eos qui adulterium committunt cum ea, in afflictionem magnam, nisi resipuerint ab operibus suis.

23 Et filios ejus[l] occidam morte: & cognoscent omnes Ecclesiæ me esse* scrutatorem renum & cordium: & dabo unicuique vestrûm secundùm opera vestra.

24 Vobis autem dico & reliquis Thyatirensibus, quicumque nõ tenetis doctrinam hanc, & qui non approbastis[m] profunditates Satanæ, ut ajunt:[n] non imponã vobis aliud onus.

25 Tamen id quod habetis, retinete quousque veniam.

26 [20] Nam siquis vicerit, & observaverit ad finem usque opera mea, [21] dabo ei potestatem in Gentes:

27 *Et reget eas virga ferrea: & tamquã vasa fictilia conterentur, sicut & ego accepi a Patre meo.

28 Et dabo ei [22] stellam matutinam.

29 Qui habet aurem, audiat quid Spiritus dicat Ecclesiis.

k Passim in scriptura nomine scortationis intelligitur idololatria.

l Pleonasmus Hebraicus, cujus tamen maxima est emphasis, ut Latinẽ dicimus internecione delere.

* 1. Sam. 16. 7. Psal. 7. 10. Jer. 11. 20. & 17. 10.

m Notat ostentationem aliquorũ qui jactarent profundam, id est, copiosam atq; vulgarẽ scientiã suam, quæ tamen esset Satanica.

n Adversum vos nihil gravius denunciabo, contentus vobis significare quid in vobis requiram.

20 Conclusio: qua Christus spondet servis suis communionem regni gloriæq; suæ, hoc & sequente vers. piãmque attentionem imperat, vers. ultimo.

21 id est, efficiam eum regem in communione mea, & cohæredem meum: quemadmodum promittitur, Matth. 19. 28. & 25. 34. Rom. 8. 17. & 1. Cor. 6. 3. Ephes. 2. 6. & 2. Tim. 2. 12. & infrà 3. 21. & 4. 4. * Psal. 2. 9.

22 Lucem gloriæ & honoris summi, luci Christi, qui sol justitiæ est & caput nostrum, conjunctissimam.

CAPUT III.

1 Sequitur epistola quinta ad pastores Eccles. Sardiensium, 7 Philadelphiensium, 14 & Laodicensium, 16 ne tepidi sint, 20 sed gloriæ Dei promovendæ operam dent.

1 Angelo autem Ecclesiæ quæ est [a] Sardibus scribe, Hæc dicit qui habet septem illos Spiritus Dei, & septem illas stellas: [2] Novi opera tua, *nempe* [b] quòd dicaris vivere, sed mortuus sis.

2 Esto vigilans, & stabili [c] reliqua moribunda: non enim inveni opera tua plena in conspectu Dei.

3 Memento igitur quæ acceperis & audieris: & observa *illa*, & respice. Quòd si non vigilaveris, veniã adversum te* tamquam fur, neque intelliges qua hora veniam adversum te.

4 Habes *tamen* aliquot capita etiam Sardibus [3] quæ non inquinârunt vestimenta sua, ideóque ambulabunt mecum [4] albati: [d] digni enim sunt.

5 [5] Qui vicerit, amicietur vestimentis albis: neque unquam delebo nomen ejus ex* libro vitæ, sed agnoscam nomen ejus in conspectu Patris mei, & in conspectu Angelorum ejus.

1 5. Quintus locus, ad pastores Sardios. Exordium autem ex vers. 4. & 16. capitis 1. petitum est.

a 8. Sardis florentissimæ & celeberrimæ urbis nomen, Lydorum regis sedes.

2 Propositio reprehẽsionis, hoc vet. exhortationis, adjuncta comminatione, duobus sequentibus, & ἐπιδιορθώσει per modum correctionis, ad bonorum, qui illic erant reliqui, consolationem vers. 4.

b Nomine vivis, sed revera es mortuus.

c Cętera, quorum ea est cõditio, ut jam laborent, mox nisi cõfirmentur, interitura.

* Infr. 16. 15. 1. Thess. 5. 2. 2. Pet. 3. 10.

3 id est, quæ a peccato, & contagione, adeóque specie ipsa peccati caverunt sibi religiosissimè, ut hortatur Judas vers. 23. 4 Puri ab omni labe, splendentesq; gloria, synecdochicè. sic deinceps passim, ut proximè sequente vers.

d Idonei scilicet, quia in Christo justificati fuerunt, quod reipsa comprobârunt: justus enim est qui justitiam facit, sed ita ut arbor fructum gignat: vide Roman. 8. 18. 5 Conclusio, ex promissione, & mandato constans: ut antè.

* Infr. 20. 12. & 21. 27. Phil. 4. 3.

6 Qui habet aurem, audiat quid Spiritus dicat Ecclesiis.

7 [6] Angelo verò Philadelphiensis Ecclesiæ scribe, Hæc dicit Sanctus & verax ille, qui habet[e] clavem Davidis: qui aperit, & nemo claudit: claudit, & nemo aperit:

8 [7] Novi opera tua: ecce, proposui in tuo conspectu ostium apertum, nec quisquam potest illud claudere: quia nonnullam habes virtutem, & observasti sermonem meum, neq; abnegasti nomẽ meum.

9 Ecce, [f] præbebo eos qui sunt ex synagoga Satanæ, *id est* eorum qui dicunt se Iudæos esse, nec sunt, sed mẽtiuntur: ecce, *inquam*, faciam ut ipsi veniant & [8] adorent ante pedes tuos, & sciant quòd ego dilexi te:

10 Quoniam [g] observasti sermonem tolerantiæ meæ, ego quoque te servabo ex tempore tentationis: quod venturum est in orbem universum, ad explorandos incolas terræ.

11 Ecce, venio citò, retine quod habes, ut nemo accipiat coronam tuam.

12 [9] Qui vicerit, faciam ut is sit columna in templo [h] Dei mei: nec foras egredietur ampliùs: & [10] inscribam ei nomẽ Dei mei, & nomen civitatis Dei mei, *id est* novæ Hierusalem, quæ descendit e cælo a Deo meo, & nomen meum novum.

13 Qui habet aurem, audiat quid Spiritus dicat Ecclesiis.

14 [11] Angelo verò Laodicensium Ecclesiæ scribe, Hęc dicit [i] Amen, testis ille fidelis & verax, [k] principium opificii Dei:

15 [12] Novi opera tua, *nempe* te neque frigidum esse, neque fervidum: utinam frigidus esses aut fervidus.

16 Itaque, quoniam tepidus es, nec frigidus nec fervidus, futurum est ut te evomam ex ore meo.

17 Nam dicis, dives sum, & ditatus sum, & nulla re mihi est opus: Neque nosti te esse ærumnosum, & miserabilem, [13] & pauperem, & cęcum, & nudum.

18 Consilium do tibi ut emas a me aurum igni exploratum, ut dives fias: & vestimenta alba, ut induaris, nec manifesta fiat pudenda nuditas tua: & collyrio inungas oculos tuos, ut videas.

19 *Ego, quoscumque amo, arguo & castigo. [l] Ferve igitur & resipisce.

20 Ecce, sto ad ostium, & pulso: [14] siquis audierit vocem meam, & aperuerit ostiũ, ingrediar ad eum, & cœnabo cum eo, & ipse mecum.

21 [15] Qui vicerit, tribuam ei ut sedeat mecum in throno meo, ut & ego vici, & sedeo cum Patre meo in throno ejus.

22 Qui habet aurem, audiat quid Spiritus dicat Ecclesiis.

6 Sextus locus, ad pastores Philadelphienses. Exordium ex vers. 18. capitis 1. petitum est.

e Potestatem omnem gubernationis, jubẽdo & vetando & expediendo ac coërcendo. Est autem domus David Ecclesia, regni autem Davidici promissio perpetua, ad Christum pertinet.

7 Propositio laudis, hoc vers. promissionum de reducendis errãtibus, vers. 9. & piis conservandis, ver. 10. hortationisque, ver. 11.

f In eum statum redigam.

8 id est, procidant adorantes, sive te civiliter, sive Christum religiosè ante pedes tuos (atq; hoc malim, ut Psal. 99. 5.) sive hic in Ecclesia (quod magis ad argumentũ videtur pertinere) sive illic in futuro seculo. Nam omnino completurus est Christus sermonem suum.

g Quia patientiam illam & constantiam præstiti, quam a meis requiro.

9 Conclusio, promissionem & mãdatum continẽs.

h Vide supr. 27.

10 i. novus homo a Patre, matre, & capite suo Christo denominabitur.

11 Septimus locus, ad Laodicenses pastores. Exordium desumtum est ex ver. 5. cap. 1.

i Amen Hebræis, verè, seu veritatẽ ipsam significat.

k A quo principium ducũt omnes res cõditæ.

12 Propositio reprehensionis, hoc versu adjuncta comminatione, vers. 16. & cõfirmatione exegetica illius, vers. 17.

hortationisq; ad fidem & resipiscentiam, vers. 18. & 19. adjuncta promissione hypothetica, vers. 20.

13 Miseria spiritualis hominum tribus attributis metaphoricè exprimitur: quibus ex adverso respondent illa remedia quæ exhibentur sequente versu. * Prov. 1. 11. Hebr. 12. 5.

l Zelus opponitur iis qui nec calidi nec frigidi.

14 Allegoricè, ut Johann. 14. 23.

15 Conclusio, ex promissione, ut supr. 2. 26. & hortatione constans. Hucusque prior pars libri Apocalypseos.

CAPUT

CAPUT IIII.

[1] *Alia narratur visio* [3] *divinæ majestatis gloriam continens:* [8] *quæ a quatuor animalibus,* [10] *& vigintiquatuor senioribus celebratur.*

[1] POsteà vidi, & ecce, ostium *erat* apertum in cælo: & vox prima quam audiveram tamquam tubæ loquentis mecum, dicebat, Ascende huc, & ostendam tibi quæ oporteat fieri posthac.

2 [2] Statim igitur fui [a] correptus spiritu: [3] & ecce thronus positus erat in cælo: & *quidam* throno insidebat.

3 [4] Is autem qui sedebat, aspectu similis erat lapidi jaspidi & sardio: & in circuitu throni erat iris aspectu similis smaragdo.

4 [5] Et in circuitu throni, erant throni viginti quatuor: & super eos thronos vidi viginti quatuor Seniores sedentes, amictos vestibus albis, & habentes impositas capitibus suis coronas aureas.

5 [6] Prodibant autem ex illo throno fulgura & tonitrua & voces: & septem lampades igneæ ardentes ante thronum, quæ sunt septem spiritus Dei.

6 [7] Erat etiam ante thronum mare vitreum simile crystallo: & inter thronum & quæ thronum ambiebant, quatuor animalia plena oculis antè & retrò.

7 Animal autem primum erat simile leoni, & secundum animal simile vitulo, & tertium animal habens faciem velut homo, & quartum animal simile aquilæ volanti.

8 Et [b] quatuor animalia singula per se habebant alas senas in circuitu, & intùs plena erant oculis, [8] die ac nocte sine intermissione dicentia, Sanctus, sanctus, sanctus, Dominus Deus ille omnipotens, Erat, & Est, & Venturus *est*.

9 Et quum [c] tribuebant illa animalia gloriam & honorem & gratiarum actionem ei qui throno insidebat, illi, *inquam*, viventi in secula seculorum,

10 [9] Procidebant vigintiquatuor illi Seniores in conspectu illius insidentis throno, & adorabant illum viventem in secula seculorum, & abjiciebant coronas suas ante thronum, dicentes,

11 [*10] Dignus es Domine, qui [11] accipias gloriam & honorem & virtutem: quia tu condidisti omnia, & per volũtatem tuam sunt, & creata sunt.

[1] Sequitur deinceps pars secunda libri, tota argumento eorum quę futura erant, ut dictum est suprà 1.19. Hæc autē in duas historias distinguitur: unam, cōmunem totius mundi, ad caput 9. usque: alteram, singularem Ecclesiæ Dei, ad caput 22. usque. atque hę historiæ singulis libris descriptæ fuisse dicūtur, cap. 5. & 10. Primus verò hic versus a præcedente ad secūdam hanc partem est μετάβασις sive transitivus: ubi apertum cælū, id est, res cælestes reseratæ dicuntur, & vox tamquam tubæ clanxisse e cælo quæ Apostolū excitaret, & ad rerum futurarū comprehensionem advocaret. Tum prioris historiæ partes sunt duæ: quarum una est de causis factorum & totius revelationis, hoc & sequent. cap. altera, de factis, quatuor sequentibus. Causarum autem principalium secundùm distinctionem personarum in unitate essentiæ Dei, & secundùm οἰκονομίαν vel dispensationem ejus, duo sunt loci: unus, de principio, quod est ἄκτιστον sive inaccessum, Deus Pater, de quo hoc cap. alter, de Filio, ut causa mediante & ad accessum facili, quà est διαθήκη, cap. sequenti. [2] Modus revelationis, ut supr. 1.10. [4] 8. Vide supr. 1.10.

[3] Dei Patris & gloriæ illius in cælis descriptio, facta κατ' ἀξίωμα, ab officio, natura, circumstante corona, effectis, instrumentis, & eventis consequentibus. Est autem hoc vers. officio judex, ut Abraham dicebat Genes. 18. quod & throno velut judiciali symbolo, & sessione in throno ostenditur. [4] A natura: quòd Pater est tum in persona sua gloriosissimus, tum gloria sua circumfundens cætera.

[5] A circumstante corona: quòd summus ille judex comitatu honorificentissimo instructus est Prophetarum & Apostolorum (quos sacerdotes & Reges effecit Christus, supr. 1 6.) Ecclesiæ veteris & novæ.

[6] Ab effectis: quòd & potentissimè percellit omnia voce & sermone suo, ut Psal. 29. & luce Spiritus providentiaq; sua perlustrat & pervadit ea.

[7] Ab instrumentis: quòd & thesaurum habet paratissimum, & quandam velut officinam instructissimam rebus omnibus ad præstandam voluntatem suam, fluentibus ex mandato ipsius, ut repetitur infrà 15. 2. & Angelos habet decretorum placitorūmque suorum administros ad omneis mundi partes paratissimos, pervigilésque, hoc vers. cum ratione agentes contrà quàm instrumenta inanima (de quibus proximè) generosos ut leones, fortes ut tauros, prudentes ut homines, velocissimos ut aquilas, vers. 7. commodissimos ad omnia ut alis in partem quamlibet præditos, & perspicacissimos, formas denique puras in actu continuo versanteis, vers. 8.

[b] Unumquoque animalium habebat alas senas.

[8] Ab eventis: quòd omnibus illis nominibus glorificatur Deus, tum ab Angelis, ut sanctus, judex, omnipotens, æternus, & immutabilis, vers. 8. tum Angelorum exemplo, a sanctis hominibus, vers. 9. signo, & sermone, vers. 10. & 11. [c] Dicitur dari Deo gloria, honor, regnum, & cætera hujusmodi, quum celebratur pia prædicatione id quod ipsius est proprium.

[9] Signa tria honoris divini Deo exhibiti, proclinatio, adoratio, & coronarum abjectio corā Deo, qua pii sese, quamvis reges a Christo facti, exinaniunt ultrò, affecti religione majestatis Dei.

[*] Infr. 5. 12.

[10] Sermonis summa, cedi omnem gloriam Deo oportere: ratio, quia principium æternum est rerum omnium, a cujus voluntate sola sunt, reguntúrque, denique omnino sunt quod sunt. Atque hactenus causa principalis inaccessa, Deus.

[11] id est, tibi soli vindices: nos verò indigni qui participemus hanc gloriam beneficio tuo.

CAPUT V.

[1] *Liber septem sigillis obsignatus,* [3] *quem nemo aperire poterat:* [6] *Agnus ille Dei,* [9] *dignus qui ipsum aperiat,* [12] *omnium cælestium voce decantatur.*

[1] DEinde vidi [2] ad dextram ejus qui insidebat throno [3] librum scriptum intùs & a tergo obsignatum sigillis septem.

2 Et vidi Angelum validum, prædicantem voce magna, Quis est dignus qui aperiat librum, & solvat ejus sigilla?

3 Nemo autem poterat [4] neque in cælo, neque in terra, neque subter terram, aperire librum, neque eum inspicere.

4 Flebam igitur ego multùm, quòd nemo dignus inventus esset qui aperiret & legeret librum, nec qui eum inspiceret.

5 [5] Tum unus ex Senioribus illis dicit mihi, Ne fleto: ecce, [a] vicit [6] Leo ille ex tribu Juda, stirps illa Davidis, ut aperiat librum, & solvat septem ejus sigilla:

6 Aspexi igitur, & ecce [7] inter thronum & quatuor illa animalia & inter Seniores illos, Agnus stans tamquam mactatus, habens cornua septē, & oculos septem, qui sunt septem illi Spiritus Dei emissi in omnem terram.

7 [8] Is venit & accepit librum ex dextra illius throno insidentis.

8 [9] Quumq; accepisset librum, quatuor

[3] F. Transitio ad causam principalem secundam ordine, Filium Dei, διαθήκης Mediatorem omnium, ut Sermonem æternum Dei Patris in carne patefactum. Hujus autem capitis partes sunt duæ: una, parascevastica ad revelationem, ex historia occasionū quæ se obtulerunt, versibus 4. altera, historia revelationis Christi, indè ad finem capitis.

[2] id est, in ipsa dextera Dei.

[5] Hic occasiones narrantur, cur hac quoque principali causa fuerit opus, & revelatione illius Eæ autem sunt tres: prima, Visio præsens libri consiliorum Dei, de universitatis hujus gubernatione, qui penes Patrem dicitur esse repositus in manu ipsius, sed creaturis omnibus occlusus atque incognitus, hoc vers. secunda, studium religiosum Angelorum Dei mysteriis libri illius cognoscendis: de quo 1. Pet. 1 12. vers. 2. tertia Johannis & piorum fletus ex eodem studio commotus, vers. 4 vbi animadverterunt creaturarum omnium ἀδύνατον, quod narratur in vers. 3.

[4] Vel neque eorum qui sunt in cælo, neque eorum qui in terra, &c. atque hoc melius. Est autem sufficiens enumeratio partium ad negationem universi: nam creaturarum aliæ sunt in cælo supra terram, aliæ in terra, aliæ infrà terram in mari, ut pòst vers. 13 exponitur. [5] Altera pars capitis, in qua narratur revelatio Filii, ut antè diximus. Continet autem hęc pars historiam, primùm modi quod Deus Johannem ad percipiendam revelationem comparavit, hoc vers. deinde revelationem ipsam Filii, ad versum usque 7. tertiò adjuncta revelationis, reliquo cap. Modus autem duplex hoc loco describitur: unus foris sermone, hoc vers. alter intus, apertis Johanni oculis (qui priùs tenebantur) ut videre posset, vers. sequent.

[a] 5. Obtinuit. [6] id est, princeps fortissimus & spectatissimus, ex Hebræorum usu. [7] Summa revelationis. Christus Mediator librum accipit aperiēdi, vers. 6. & 7. Itaque describitur in hac revelatione persona Christi, hoc vers. & factum illius, sequente. Persona hoc modo describitur. Christus mediator inter Deum, Angelos, & homines, ut Sermo æternus Dei, & redemtor noster ut Agnus Dei, consistens ut mactatus, & intercedens pro nobis virtute & merito æterni sacrificii sui, Spiritu Dei instructus est in persona sua, id est, potentia Dei & sapientia Dei essentialiter, ad universitatis hujus gubernationem. [8] Factum Christi Mediatoris, quòd venit ad thronum Patris, de quo præcedente cap. & librum accepit de manu ejus aperturus. Nam aperuisse demum dicitur infr. 6. 1 & sequentibus.

[9] Sequuntur demum adjuncta illius revelationis quæ modò dicta est: quòd sancti omnes Angeli & homines cecinerunt ipsi, tum principes vers. 9. & 10 tum etiam vulgus Angelorum, vers. 11 & 12. & rerum creatarum omnium, vers. 13, principibus utrorumque annuentibus, vers. 14.

illa

illa animalia & viginti quatuor illi Senio res prociderunt in conspectu Agni, habentes singuli [10] citharas & phialas aureas plenas suffituum, quæ sunt [b] preces sanctorum.

9 Et cecinerunt canticum [11] [c] novum, dicentes, [12] Dignus es qui accipias librum, & aperias ejus sigilla: quoniã mactatus es, & redemisti nos Deo per sanguinem tuũ, ex omni tribu, & lingua, & populo, & natione:

10 * Et fecisti nos Deo nostro reges & sacerdotes: & regnabimus in terra.

11 [13] Tum aspexi, & audivi in circuitu throni & animalium & seniorum illorũ vocem Angelorum multorum, [14] * & erat eorum numerus [d] millies centena millia, & decies centena millia:

12 Dicentes voce magna, Dignus est Agnus ille mactatus [e] qui accipiat potestatem, & divitias, & sapientiam, & vires, & honorem, & gloriam, & benedictionem:

13 [15] Sed & res omnes conditæ, quæ in cælo sunt, & quæ in terra & sub terra & in mari, & quæ in eis sunt omnia, audivi dicentes, Ei qui insidet throno & Agno benedictio, & honor, & gloria, & robur, in secula seculorum.

14 [16] Quatuor autem animalia illa dicebant, Amen: & vigintiquatuor illi Seniores prociderunt in facies suas, & adorârunt eum qui vivit in secula seculorum.

[10] Symbola laudis odoræ vel suaveolentis & acceptæ Domino. vide infr. 8. 3.

[b] Vide infr. 8. 3.

[11] nimirum ex re præsente concinnatum, quum Agnus quasi pedibus accepisset librum, & cornibus resetaret, ut in cantico dicitur.

[c] Non vulgare.

[12] Canticum procerum sive principum adstantium throno, constans prædicatione dignitatis Christi, & cõfirmatione a beneficiis ipsius, tum quę accepimus ab ipso, ut sunt perpessio mortis ipsius, redemtio in cruce per sanguinem ejus, hoc vers. & regni ac sacerdotii facta nobiscũ olim communicatio, tum quæ nos speramus adepturos, ut regnũ nostrum futurum in Christo, sequente vers.

* 1. Pet. 2. 9

[13] Σωφδία vulgi Angelorum, principibus qui throno adstabant. accinentium. [14] Numerus finitus, sed propè infinitus, pro verè infinito, ut Daniel. 7. * Dan. 7. 10. [d] Indicatur numerus ingens.

[e] Cui deferatur laus omnis, tamquam potentissimo, sapientissimo, &c.

[15] Σωφδία universi vulgi in rebus creatis. [16] Confirmatio laudis a procerum contestatione facta sermone & signis, ut antè aliquoties.

CAPUT VI.

[1] Aperit Agnus primum libri sigillum, [3] secundum, [5] tertium, [7] quartum, [9] quintum, [12] & sextum. Quibus apertis, cædes, fames, pestis, sanctorum querelæ, terræ motus, & varia cæli prodigia oriuntur.

[1] POsteà vidi, quum aperuisset Agnus primum ex sigillis, & audivi unum ex quatuor illis animalibus dicens, tamquam vocem tonitrui, Veni, & aspice.

2 [2] Aspexi igitur, & ecce *aderat* equus albus: & qui insidebat ei habebat arcum: & data est ei corona, & prodiit vincens, & ut vinceret.

3 [3] Quúmque aperuisset sigillum secundum, audivi secundum animal dicens, Veni & aspice.

4 Et prodiit alius equus rufus: & sedenti in eo, datum est ut tollat pacem e terra, ut alii alios mactent: datúsque est ei gladius magnus.

5 [4] Et quum aperuisset sigillum tertium, audivi tertium animal dicens, Veni & aspice. Aspexi igitur, & ecce equus niger *aderat*: & qui insidebat ei, habebat stateram in manu sua.

6 Et audivi vocem inter illa quatuor animalia dicentem, [a] Chœnix tritici denario, & tres chœnices hordei denario: & [5] vinum & oleum ne læseris.

7 [6] Quumq; aperuisset sigillum quartũ, audivi vocem quarti animalis dicentem, Veni & aspice.

8 Tum vidi, & ecce *aderat* equus pallidus, & ejus qui insidebat ei, nomen erat Mors: & Infernus sequebatur eam: dataq; est eis in quadrantem terræ potestas trucidandi gladio, & fame, & morte, & per terrestres feras.

9 [7] Quum verò aperuisset sigillum quintum, vidi sub altari animas eorum qui mactati fuerant propter verbum Dei, & propter testimonium quod tuebantur.

10 Clamabant autem voce magna dicentes, Usquequo Domine, qui sanctus es & verax, non judicas, & sanguinem nostrũ vindicas, *eum reposcendo* ab iis qui habitant in terra?

11 Tum datæ sunt singulis [8] stolæ albæ, & dictum est eis ut requiescerent adhuc paululum temporis, usquequo [b] compleantur etiam conservi eorum & fratres eorum, qui occidendi sunt sicut & ipsi.

12 [9] Deinde aspexi quum aperuisset sigillum sextum, & ecce terræmotus magnus factus est: & sol factus est niger ut [c] saccus cilicinus, & luna tota facta est ut sanguis:

13 Et stellæ cæli ceciderunt in terram, sicut ficus abjicit grossos suos quum vento magno concutitur.

14 Et cęlum abscessit sicut liber qui cõvolvitur: & omnes montes & insulæ e suis locis emotæ sunt:

15 [10] Et reges terræ, & optimates, & divites, & tribuni, & potentes, omnéf-

[1] 1. hæc prioris historiæ (quam totius mundi communem esse diximus) secunda pars, de factis Dei in mũdi hujus gubernatione. Hujus autem partis tria sunt universè membra: præsignificatio, cautio, & exsequutio malorum omnium quæ fundit Deus in mundum istum pessimè de se meritũ. Ac præsignificatio quidem, hoc cap. cautio περιφυλακτικὴ Ecclesiæ, cap. seq. exsequutio verò cap. 8. & 9. describitur. Præsignificationi cuique tria sunt membra: vocatio singularis Johannis, ut se ad res percipiendas comparet quæ reseratis sigillis fuerunt ipsi exhibendæ: signũ & sermo interpres signi. Etsi vocatio signis tantùm quatuor adhibetur, in posterioribus intelligenda est. Præsignificationum auctor est Agnus, ut Sermo ille Patris Mediator factus, aperiens sigilla libri: instrumenta sunt Angeli plerisque in visionibus, signum & sermonẽ illius exponentes. Primus autem hic versus singularem Johannis vocationem cõtinet ad observandam sigilli primi aperturam. [2] Primum signum sermone conjunctum: quòd Deus propter peccata & horrendam rebellionem mundi in eum sit incursurus, eumq; primùm suis pestilentiæ telis eminus citissimè, potentissimè, gloriosissimèque debellaturus, ut judex, & triumphaturus ut victor. [3] Secundum signum sermone conjunctum post expositam singularem vocationem Johannis, ut antè: quòd Deus accensus ira propter obdurationem mundi minimè resipiscentis antecedente plaga, velut aggrediens cominùs, sit ignem discidiorum inter homines accensurus, & mundi istius incolas perditurus alios aliorum gladio.

[4] Tertium signũ sermone conjunctum, quòd Deus mũdum sit funestaturus fame, annonam supprimens: quæ synecdochicè tritico, vino, oleo comprehenditur.

[a] 2. Magna indicatur caritas annonæ: est enim chœnix mensura aridorum, octava pars modii, olim apud Græcos deméſum diurni cibi settilis.

[5] Legi malim hoc modo, *& vinum, & oleum: non feceris injustè.* in hanc sentẽtiam, vinum & oleum similiter paucissimum denario dabitur: non feceris injustè, puta quũ admetietis paucum pretio gravissimo. sic locus evidens. alioquin certissimum illud est quod ait sapiens, eum qui comprimit triticum, popularibus esse exsecrationi. Prov. 11. 26.

[6] Quartum signũ sermone conjunctum: quòd Deus quadrantẽ mũdi promiscuè morti & interno sive sepulcro addicturus est iis modis omnibus conjunctim, quibus antè seorsim & ex ordine animum illius ad bonã frugem revocaverat. his adduntur etiã terrestres & cruentæ feræ, ex Levit. 26. 22. Sic thesauros potentiæ suæ dispensat Deus pro sapientia sua, justè in omneis, misericorditer in bonos, & tolerantes sive μακροθύμως in adversarios suos. [7] Quintum signum, quòd pii martyres sub altare quo sanctificantur recepti, id est, in fidem & clientelam Christi (cujus in manu sunt positi) inclamaturi sunt justitiam Dei religioso studio in regnum ipsius, ac non privata animi perturbatione, hoc & sequent. vers. Deúsque re, signo, sermone consolaturus eos, vers. 11.

[8] Ut suprà 5. 4. [b] Usquedum compleatur numerus eorum.

[9] Sextum signum, cujus narratio duas partes continet, signum, & eventum. Signum est, quòd terra, cælum, & quæ sunt in eis, horrore peccatorum mundi ad illas prænunciationes Dei gravissimas & sanctorum querimonias percelluntur vehementissimè, contremiscendo, tenebrascendo horribiliter, hoc vers. truendo ex alto, vers. 13. contrahendo sese, & diffugiendo præ commotionis gravitate, vers. 14. adeò sanctè res omnes creatæ a nutu Dei pendent, & in gloria ipsius conquiescunt.

[c] Ita vocabant olim opera pilis texta.

[10] Eventus præcedentis signi: quòd nemo homo illa commotione universali non commovebitur, diffugiet metu, & abscondet se, hoc vers. mortémque sibi acerbissimam præoptabit, Dei & Agni iram (ad quam priùs stupebat) perhorrescens. Est autem hæc commotio non piorum, sed impiorum, quibus sua sors est in hoc mundo, ut Psalmes loquitur Psalm. 17. non illa tristitia secundùm Deum, quæ resipiscentiam efficit ad salutem, cujus nunquam pœniteat, sed tristitia mundi, quæ mortem efficit. 1. Corinth. 7. 9. ut optata illorum docent. Nam hæc mundi est historia, ab historia Ecclesiæ separata, ut antè in cap. 4. 1. ostendimus.

que

que tum ſervi tum ingenui occultarunt ſe in ſpeluncis & in petris montium:

16 Et dixerunt montibus & petris, [11] *Cadite in nos, occultate nos a conſpectu ejus qui inſidet throno, & ab ira Agni:

17 Nam veniet dies ille magnus iræ illius: & quis poterit ſtare?

[11] Hæc verba deſperantiũ de ſalute ſua: cujus deſperationis duo argumenta: præſentia Dei & Agni iraſcentis in mũdum, hoc verſ. & infirmitatis conſcientia, qua ſentiunt homines ſe ad diem iræ Dei minimè poſſe conſiſtere, verſ. 17. ut dicitur Eſai. 14. 27. * *Eſa. 2. 19. Oſea 10. 8. Luc. 23. 30.*

CAPUT VII.

[1] Graſſantes in orbe Angeli, [3] inhibentur donec Electi Domini [5] ex omnibus tribubus ſignentur. [13] Deinde eorum qui Chriſti cauſa perſequutionem ſuſtinuerunt, [16] fœlicitas [17] & gaudium deſcribitur.

[1] POſteà vidi quatuor Angelos inſiſtentes quatuor [a] angulis terræ retinẽtes quatuor ventos terræ, ne flaret ventus ſuper terram, neque ſuper mare, [2] neque in ullam arborem.

2 [3] Et vidi [4] alium Angelum aſcendentem ab ortu ſolis, habentem ſigillum Dei vivi: qui acclamavit voce magna quatuor illis Angelis quibus datum eſt lædere terram & mare,

3 Dicens, Ne lędite terrã, neque mare, neque arbores, quouſq; obſignaverimus ſervos Dei noſtri in frontibus ſuis.

4 Et audivi numerum obſignatorum: [5] centum quadraginta quatuor millia *erant* obſignata ex omnibus tribubus filiorum Iſraël.

5 Ex tribu Judæ, duodecies mille obſignata: ex tribu Ruben, duodecies mille obſignata: ex tribu Gad, duodecies mille obſignata:

6 Ex tribu Aſeris, duodecies mille obſignata: ex tribu Nephthali, duodecies mille obſignata: ex tribu Manaſſis, duodecies mille obſignata:

7 Ex tribu Simeonis, duodecies mille obſignata: [b] [6] ex tribu Levi, duodecies mille obſignata: ex tribu Iſſacharis, duodecies mille obſignata.

8 Ex tribu Zabulonis, duodecies mille obſignata: ex tribu [c] Joſephi, duodecies mille obſignata: ex tribu Benjaminis, duodecies mille obſignata.

9 Poſteà vidi, & ecce, *aderat* turba multa, [7] quã numerare nemo poſſit, ex omnibus gẽtibus & tribubus & populis & linguis: [8] ſtabántque ante thronum & in conſpectu Agni, amicti ſtolis albis: & palmæ in manibus eorum.

10 [9] Et clamabant voce magna, dicentes, Salus a Deo noſtro *eſt*, inſidenti throno, & Agno.

11 Omnes autem Angeli ſtabant in circuitu throni & ſeniorum & quatuor animalium illorum, & procubuerunt ante thronum in facies ſuas, & adorârunt Deũ,

12 Dicentes, Amen: benedictio, & gloria, & ſapientia, & gratiarum actio, & honor, & poteſtas & vires Deo noſtro in ſecula ſeculorum. Amen.

13 [10] Tum me compellavit unus ex illis Senioribus dicens mihi, Iſti qui amicti ſunt ſtolis albis, quinam ſunt, & unde venerunt?

14 Et dixi ei, Domine, tu noſti. [11] Et dixit mihi, Hi ſunt qui venerunt ex afflictione magna: & laverunt ſtolas ſuas ac dealbârunt in ſanguine Agni.

15 Ideo ſunt ante thronum Dei, & colunt eum [d] die ac nocte in templo ejus: & qui inſidet throno, [e] proteget eos umbraculo.

16 * Non eſurient ampliùs, neque ſitient ampliùs, nec in eos cadet ſol, neque ullus æſtus.

17 Quoniam Agnus qui in medio throni eſt, paſcet eos, & viæ dux erit ipſis ad vivos fontes aquarum: * & abſterſurus eſt Deus omnem lacrymam ab oculis eorũ.

[a] P. Secundum hujus partis membrum περὶ τῶν τεσσάρων, ut diſtinximus ſup. 6. 1. id eſt, de cautione qua piis ſuis præcavit & proſpexit Deus, ut exemplo Iſraëlitarũ olim Exodi 8. 23. è flagellis mundi iſtius impii fideles eximerentur. Eſt autem univerſus hic locus interſationis & interductus cujuſdã, toto hoc cap. ſumta occaſione ex prædictione & argumento ſigilli ſexti. Nam primùm caverur electis ab eo malo, uſque ad verſum 9. deinde gratiæ ab electis agũtur eo nomine, verſ. 10. & duobus ſequẽtibus: poſtremò rei complementũ exponitur, ad finem uſq; cap. Primus autem verſus trãſitionis eſt, narrans de Angelis has inferiores partes cuſtodientibus ab omni malo, donec præcipiat Deus. Nam (ut optimè figuratur ab Ezechiele 1. 11. & 12. facies eorum & alæ eorum porrectæ ſunt ſurſum, obſervantes & ſpectantes indeſinenter Dei nutum, & quiſque in tractum faciei ſuæ objectum eunt, quocumque eſt ſpiritus iturus eunt, non divertunt eundo, id eſt, ne pedem quidem latum diſcedunt a via quam ſibi imperat Deus.

[a] 8. In quatuor terræ plagis ſeu cardinibus. [2] id eſt, neque in aërem, quò faſtigia arborum attolluntur. [3] Jam cavet electis Deus, mandato verſ. 2. & 3. & ſigno, tum ex Judęorum gente, inde ad verſum 8. uſque, tum etiam ex gentibus, verſ. 9.

[4] non ſolùm alium ſive differentem numero à communibus Angelis Dei, ſed eſſentia ipſa, officio, & operatione Angelis omnibus anteſtantem: id eſt, Chriſtum Jeſum Angelum vel ſermonem æternum, mediatorémque fœderis: ſic inf. 8. 3. & 10. 1. & 5.

[5] id eſt, ex Judęis numerum certum in ſe coram Deo, & nobis numerabilem: quapropter etiam definitur. At electorum ex Gentibus certus quidem in ſe eſt Deo numerus, ſed nobis innumerabilis, ut dixit Deus, Geneſ. 15. 5. & alibi paſſim, & eleganter figuravit Eſai. 49. & 60. Hoc igitur κατὰ τὸ dictum eſt, quum definitus numerus pro indefinito ponitur, confer cum verſu 9.

[b] Omiſit Dan, & recenſet Levi.

[6] Hic tribus Levi communiter cum aliis recenſetur, quia omnes Iſraëlitæ ex æquo Sacerdotes effecti ſunt cum illis in Chriſto per ſacerdotium ipſius, ſuprà 1. 6. & 5. 10. & Roman. 12. 1. & 1. Pet. 2. 9. Danis verò nomen reticetur, quia Danitæ jam olim omiſſo Dei cultu a ſorte populi Dei ad ſortem Gentium tranſierant, quod malum ante multa ſecula Jacob previderaat, Geneſ. 49. 18. quamobrem etiam nulla habetur ejus recenſio priore libro Chronicorum.

[c] Ephraim alterius filii Joſeph, & qui primogenitura donatus eſt, unde Joſeph dicitur.

[7] Vide ſup. in verſ. 4.

[8] ut ſacerdotes, reges, & victores gloriofi martyrio: quę ſuis ſignis hoc verſ. denotantur.

[9] Laudatio Dei enunciata primùm a ſanctis hominibus, hoc verſ. tum ab Angelis cæleſtibus, duobus ſeq.

[10] Tranſitio ad expoſitionẽ viſi: de qua ut Johannem exciter, Angelus eũ rogat, hoc verſ. & Johannes unica loquendi formula cũm ignorationem ſuam agnoſcit tribuens ſcientiã Angelo; tum modeſtiſſimè explicationem petit, ſeq. verſ.

[11] Expoſitio viſi, qua enarrat Angelus primùm res geſtas ſanctorũ, id eſt, perpeſſiones ipſorũ, & opus fidei in Chriſto Jeſu, hoc verſ. ſecundò gloriã ipſorum, tum præſentẽ duabus in rebus poſitam, quòd ipſi miniſtrant Domino, & quòd protegit ipſos Deus, verſ. 15. tum futuram in perfecta liberatione ab omni incommodo, verſ. 16. & omnis boni communicatione, quam vel memoria mali non ſit unquam minutura, verſ. 17. Horum autem omnium cauſa efficiens & continens eſt unica, Agnus Dei, Dominus, Mediator, & Servator Chriſtus.

[d] Alludit ad diurna & nocturna Levitarum miniſteria: alioqui nulla nox eſt in cælo. [e] Vel habitabit ſuper eos, ut ſignificetur divina defenſio atque protectio quaſi erga illos qui ut ſub divinis tabernaculis ſunt in tuto. * *Eſa. 49. 10.* * *Eſa. 25. 8. Inf. 21. 4.*

CAPUT VIII.

[1] Septimo ſigillo aperto, [3] offeruntur ſanctorum preces per ſuffitus. [6] procedunt ſeptem Angeli cum tubis: [7] & quatuor primis clangentibus ignis decidit, [9] mare turbatur, [10. 11] aquæ amareſcunt, [12] & ſtellæ obtenebrantur.

[1] POrrò quum aperuiſſet ſigillum ſeptimum, factum eſt ſilentium in cælo, fermè per ſemihoram.

2 [2] Et vidi ſeptem illos angelos qui [a] adſtant

[1] 5. Regreſſio ad hiſtoriam ſigillorum libri quę Agnus aperit. Eſt autẽ ſigillum ſeptimum proxima præſignificatio, præciſumq; mandatum de exſequutione ſummorum judiciorum Dei in mundum hunc impium: qua præſignificatione ex ſigillo viſa ſilent & horreſcunt omnia in cælo præ admiratione, donec mandata exſequutionis a Deo ſingillatim dantur adminiſtris ejus. Sic trãſitur ad tertium membrum, de quo ſup. in 6. 1. quod membrum eſt de malorum, quibus Deus mundum juſtiſſimè ſtatuit affligere, exſequutione.

[1] Sequitur membrum tertium communis hiſtoriæ, ut modò diximus: judiciorum Dei in mundum exſequutio. Hæc autem primùm generatim comparatur ad verſ. uſque 8. deinde minutatim ſecundùm adminiſtrorum ordinem exponitur, ad finem uſque ſequent. cap. Ad præparandam exſequutionem narrantur iſta. primùm qui adminiſtri & inſtrumenta illius, hoc verſ. ſecundò quod opus tum principis Angelorum hanc exſequutionem informantis, inde ad verſ. 5. tum adminiſtrorum ejus, in verſ. 6. Adminiſtri exſequutionis dicuntur ſeptem Angeli: eorum inſtrumenta tubæ, quibus arma veluti conclamarent mandato Dei. Septem verò proponuntur numero, quia non placuit Deo iram ſuam unico imperio in mundũ rebellem effundere, ſed per varios paulatim, lentoq; ordine, & quaſi ægrè in creaturas ſuas ſermone & ſignis perdiu ſollicitatas judicia ſua exercere, ſi fortè reſipiſcentiam didicerint. * 2. Qui coram eo apparent ut miniſtri.

stant in conspectu Dei, quibus datæ sunt septem tubæ.

3 [3] Tum alius Angelus venit, & stetit apud aram habens thuribulum aureum: & dati sunt ei suffitus multi, ut offerret cum precibus Sanctorum omnium super altare aureum, quod est ante thronum.

4 [b] Ascendit autem fumus suffituum cum precibus Sanctorum, e manu Angeli ad conspectum Dei.

5 Deinde accepit Angelus thuribulum, & implevit illud ex igne altaris, abjecitq; in terram: & facta sunt tonitrua & voces & fulgura & terræmotus.

6 [4] Et septem Angeli qui habebant septem tubas prępararverunt se ut clangerent.

7 [5] Primus igitur Angelus clanxit, & facta est grando & ignis, mista sanguine, projectáque sunt in terram: & tertia pars arborum exusta est, & omne gramen viride exustum.

8 [6] Deinde secundus Angelus clanxit, & quasi mons magnus igne ardens projectus est in mare: factáque est tertia pars maris, sanguis,

9 Et mortua est tertia pars creaturarum quæ erant in mari, animantia *dico*, & tertia pars navium periit.

10 [7] Tum Angelus tertius clanxit, & cecidit e cęlo stella magna, ardens velut lampa, ceciditq; in tertiam partem fluminum, & in fontes aquarum.

11 Nomen autem stellæ dicitur [8] Absinthium: versa est igitur tertia pars aquarum in Absinthium: & multi homines mortui sunt ex aquis, quòd amaræ factæ essent.

12 [9] Deinde quartus Angelus clanxit, & percussa est tertia pars solis, & tertia pars lunæ, & tertia pars stellarum: ita ut obscuraretur tertia pars eorum, & diei non luceret pars tertia, & noctis similiter.

13 [10] Et vidi, & audivi unum Angelum volantem per medium cęli, dicentem voce magna, Væ, væ, væ incolis terræ, à reliquis sonis tubæ trium illorũ Angelorum qui clangent.

[1] Hic Imperator summus, Dominus Jesus Christus, rex & servator noster: qui tum intercedit apud Deũ & Patrem pro sanctis, odore grato perfundens cæleste sanctuarium, eorumq; preces, ut laboriũ viculos & holocausta, offerens, hoc vers. adeò ut singuli (tanta est Christi ἀρετὴ, & sacrificii illius efficacitas) conciliati contineantur cum Deo, & ipsi sint acceptissimi, vers. 4. tum ex thesauro suo & ab eodem sanctuario effundit in mundũ ignẽ iræ suæ, divinis signis unà accedentibus, eaq; ratione, ut fetiales Rom. olim bellum indicit rebellãti mundo.

[b] Nullius sunt pretii nostræ preces, nisi adsit in primis unicæ illius oblationis verè grat[b] odor, id est, nisi priùs in Filio per fidem justificati placeamus.

[4] Hoc administrorum opus. Angeli, administri Christi clangore & voce sola (sunt enim præcones solùm) efficaciter advocant instrumenta iræ Dei per virtutẽ illius. Hactenus generalia. Sequitur narratio rerum singularium, quas Angeli sex numero operati sunt suo ordine; exposita ad vers. 19. usque cap. sequentis: concluditur verò narratione eventus, qui ex his rebus gestis apud mundum consequutus est, duobus ultimis.

[5] Prima exsequutio ad sonum primi Angeli, in terram, id est, habitatores terræ metonymicè. & in totum proventum ejus. quemadmodum non obscurè demonstrat membri sequent. in vers. 9. cum hoc versu comparatio. [6] Secunda exsequutio in mare, hoc versu, & quæcumque in eo degunt. vers. seq. [7] Tertia exsequutio, in flumina & fontes, id est, in omnem aquam potabilem, hoc vers. cujus effectus, quòd multi amarore aquarum exstincti sunt, vers. seq. [8] metaphoricè, de nomine herbę amaritissimę, & vulgo cognitæ: nisi quis fortè sequutus Etymologeticos malit adjectivè ἄψινθον interpretari quasi ἀπίνθιον, quod præ amaritudine bibi non potest, aut quod amariorem efficit liquorem cui infunditur, quàm ut bibi ab ullo possit.

[9] Quarta exsequutio. in lucida illa cæli corpora huic inferiori mundo ministrantia. [10] Prædictio κατακλειστικὴ reliquarum exsequutionis divinæ partium, & transitiva ad sequentis cap. argumentum. De his autem pleriſque omnibus prædixerat nominatim Christus Luc. 21.24. & sequentibus: & communes sunt plagæ indiscriminatim citra notationem temporis enunciatæ.

CAPUT IX.

[1] *Quinto Angelo clangente,* [3] *locustæ vastatrices prodeunt.* [13] *Sextus autem clangens* [16] *equites educit* [20] *humanum genus devastantes.*

[1] Tum quintus Angelus clanxit, & vidi: stellã e cęlo cecidisse in terram, & data est ei *angelo* clavis putei [a] abyssi.

2 [4] Aperuit igitur puteum abyssi: & ascendit fumus ex puteo ut fumus fornacis magnæ: & obscuratus est sol & aër a fumo putei.

3 [5] Ex fumo autem exierunt locustæ in terram: datáque est illis potestas qualem habent potestatem terrestres scorpii.

4 [6] Sed ipsis est dictum ne lęderent gramen terrę, neque viride quicquam, neque ullam arborem: sed tantùm homines qui nõ haberent signum Dei in frontibus suis.

5 Datum autem est eis, nõ ut occidant eos, sed ut torqueantur menses quinque, *sitq́* tormentum eorum ut tormentum scorpii quum percusserit hominem.

6 * Itaque per eos dies homines quęrent mortem, & non invenient eam: & cupient mori, & fugiet mors ab eis:

7 * [7] Figurę verò locustarum similes

[1] 1. Quinta exsequutio, in homines impios, terræ incolas (ut proximè dixit Angelus) a potestatibus inferorum effecta, hoc loco narratur ad vers. 11. usq; & post eam sexta, inde ad 19. postremò autem cõmunis eventus in mundo ex antegressis exsequutionib[b], duobus ultimis

[a] id est, deorsum irruisse Angelum Dei instar stellæ circumfulgentẽ gloria: sive Christum eũ dixeris, qui habet claves inferni per se & auctoritate principali, suprà 1. 18. sive inferiorem aliquem Angelũ, qui eamdem clavem sibi donatam habeat & occupet eã ministerialiter, sive ex officio ministratorio. hic, & infr. 20. 1. sic accipitur cadendi verbum Gen. 14. 10. & 24. 64. & Heb. 6. 6. [3] data est huic stellæ clavis. Nam potestates illæ malitiæ in tartarum detrusæ & catenis caliginis sunt traditæ, ibidémque servantur damnationi, nisi Deus ipsas ad tempus solverit, 2. Petr. 2. 4. Judæ 6. & inf. 20. cujus capitis historia cum hoc capite habet convenientiam tempore. [a] 1. Abyssum vocat profundissimi tartari tenebras.

[4] Adjunctus spirituum tartareorum seu infernalium, fumus tenebrosissimus & obscurans omnia in cælo & in terra. sunt autem hæ spirituales tenebræ ἀταξίας & omnis confusionis effectrices. Has enim tenebras in suũ regnum certo tempore (de quo vers. 5.) immisit diabolus, ut omnia uno imperu perturbaret, electosq; ipsos, si posset fieri, pervertereret. His autem tenebris lux omnis spiritualis, tum activa ut Solis, tũ passiva ut aëris, qui illustratur a Sole, sublata est. Hoc antecedens spirituum: sequitur de spiritibus ipsis. [5] Descriptio malignorum spirituum mundum infestantium, a natura, potestate, forma, ordine ipsorũ. Naturã, quòd tamquam locustæ sunt quædam agilitate, subtilitate, nocumento, numero. & siqua sunt ejusmodi, hoc vers. Potestate, quòd sunt tamquam terrestres scorpii, occulta nocendi potestate præditi: non enim lucta hic nobis est cum carne & sanguine, sed cum potestatibus &c. Ephes. 6. 12. Hic autem locus de potestate dæmonum generatim hoc vers. indicatus, speciatim deinceps exponitur 3. versibus.

[6] Hic potestas illa dæmonum speciatim describitur secundùm actiones & effecta ipsarum. Actiones circumscriptæ dicuntur consilio Dei: tum quia non omnibus obsunt, sed tantùm reprobis (nam pios, in quibus est vel particula melioris vitæ, & electos decreto suo circũmunit Deus) quos Christus non obsignaverit, hoc vers. tum quòd nec potestatẽ quamvis, nec quovis tempore ne in suos quidem habuerunt, sed modo & tẽpore ex Dei præscripto limitatam, vers. 5. Sic eorum potestas affligendis piis nulla, impiis limitata est actu & effectu per voluntatem Dei. Modus enim fuit eis dictus, ne occidãt, sed torqueant miserũ mundum: tẽpus verò mensium quinque, sive dierũ centum quinquaginta, i. totidem annorũ, quibus diaboli omnia in mundo potentissimè conturbarunt quidẽ, sed tamen citra publicã illam & impunem licentiã occidendi, quam posteà usurpârunt, quàm sextus Angelus clanxit tuba, ut dicetur in vers. 13. Est autem hoc spatium a fine annorũ mille numerandum de quibus inf. 20. 3. id autem est a Põtificatu Gregorii illius VII. necromantæ potentissimi, qui priùs Hildebrandus Senẽsis dicebatur. Hic enim ex impietate & injustitia cõflatus, ut mancipiũ diaboli cui ministrabat, fuit nequissimus mundi incendiarius: Henricũ IIII. Cęsarẽ excommunicavit, fraudibus omnia molitus est ut imperia regnaq; instituerет & destituerет arbitratu suo, & Rodolphum Suevum non dubitavit imperio præficere Henrici loco, missa corona cum adtexto hoc versu,

Petra dedit Petro, Petrus diadema Rodolpho.

denique tam bellè sategit rerum suarum, ut publico incendio totam Christianitatem miserabiliter affixerit, eamdémque incendii facem in posteritatem suam transmiserit: quæ eadem ambitione percita, nunquam destitit illud ipsum incendium alere atque succendere, quo urbes, respub. regna inter se commissa per lanistas optimos vulneribus mutuis conciderunt. Desinit autem hoc spatium centum quinquaginta annorum, tempore Gregorii IX. sive Hugolini Anagniensis (ut appellabatur priùs) qui corpus Decretalium per Raimundum quemdam capellanum & pœnitentiarium suũ curavit compilari, & in orbe Christiano annuentibus Regibus & principibus terræ promulgari, & sanciri pro lege. Nam hac demum arte Pontifices licentiam occidendi sibi, aliis imprudentibus, arrogarunt, & impunè carnificina ex impiis Decretalium capitulis quamplurimis constituta, quam tuba quinti Angeli disertè vetuerat, & impediverat ad hoc usque tempus. Harum verò funestarum actionum effecta in vers. 6. exponuntur, quòd miser mundus in tantis malis contabescens ultrò ad mortẽ concursurus est, eamq; antepositurus vitæ præ malorum prementium acerbitate. * *Sup. 6. 16. Esa. 2. 19. Osea 10. 8.* * *Sap. 16. 9.* [7] Forma spirituum tartareorum & administrorum, signis & figuris aspectabilibus adumbratur in hunc modũ: quòd sunt paratissimi & expeditissimi: quòd regnum ubicumque sunt, in mundo obtinent: quòd res suas agunt cum intelligentia & arte, hoc vers. quòd mollem tenerámque speciem præ se ferentes hominibus inescandis, furunt in maleficia impotentissimè, quòd ad nocendũ sunt potentissimi, vers. 8. quòd expertes omnis læsionis ab hominibus, velut religionis specie & diplomatum auctoritate sancta loticati: quòd horrore complentes omnia, versu 9. quòd fraudulenti, quòd venenati sint ac summè noxii, quamvis limitatã potentiã ipsorum, vers. 10. quæ omnia potestatibus inferorum iusunt per se, & per communicationem quamdam, earum administris atque mancipiis.

erant

erant equis paratis ad prelium: *erantq;* impositæ capitibus earum tamquam coronę similes auro, & facies earum ut facies hominum.

8 Et habebant capillos ut capillos mulierum: & dentes earum ut leonum erant:

9 * Habebant etiam loricas ut loricas ferreas: & sonitus alarum ipsarum ut sonitus curruum, equis multis currentibus ad bellum.

10 Sed & habebant caudas similes scorpionum: erántque aculei in caudis earum: & earum potestas *erat* nocere hominibus menses quinque.

11 [8] Habebant autem sibi impositum regem: Angelum abyssi, cui nomen Hebraicè Abaddon, Græcè verò Apollyon, *id est, perdens.*

12 [9] Væ unum abiit, & ecce veniunt adhuc duo væ posteà.

13 [10] Tum sextus Angelus clanxit, [11] & audivi vocē quamdam ex [b] quatuor cornibus altaris aurei, quod est in conspectu Dei,

14 Dicentem sexto Angelo qui habebat tubam, [12] Solve quatuor illos Angelos vinctos ad magnum illud flumen Euphratem.

15 [13] Soluti sunt igitur quatuor illi Angeli, parati ad horam & diem & mensem & annum, ut occidant tertiam partem hominum.

16 Erátque numerus equestris exercitus bis millies centena millia: nam audivi numerum eorum.

17 Itemq; vidi equos per visionem, & qui ipsis insidebant habentes thoraces igneos & hyacinthinos & sulphureos: erant autem capita equorum ut capita leonum: & ex ore ipsorum prodibat ignis, & fumus, & sulphur.

18 Ab his tribus occisa est tertia pars hominum, *nempe* ab igne, & fumo, & sulphure, quæ prodibant ex ore ipsorum.

19 Potestas enim eorum in ore eorum est, & in caudis eorum. nam [14] eorum caudæ similes sunt serpentibus, habentes capita per quæ lędunt.

20 [15] Porrò reliqui homines qui occisi non sunt his plagis, non resipuerunt ab operibus manuum suarum, ut ne adorarent dęmonia & simulacra aurea & argentea & ærea & lapidea & lignea, * quæ neque cernere possunt, neque audire, neque ambulare:

21 Neque resipuerunt ab cędibus suis, neque a veneficiis suis, neque a scortatione sua, neque a furtis suis.

*Joel.1.6.&2.5.

[8] Ordo potestatum malitiæ, quòd uni regi infernali parēt, quē perdicotē Latinè dixeris, mundum universum apud Judæos & gentes agitanti in pernicię ipsius. Atque haud scio an nomē istud ad Hildebrandi respiciat etymologiam per ἀπαίνειν in sacris scripturis frequētatā: qd'etiā a Germanis aliter verti potest (ut ambigua plurimùm est nominum compositorū ratio) revera tamen perinde sonat ac si fidei incendiū dixeris, id est, eorum qui sibi fidi sunt incendiarium.

[9] Transitio ad sequentem locum, & sequentis temporis historiam.

[10] Sexta exsequutio in mūdū, per tyrannicas Potestates ejus in quatuor partibus terræ operantes, id est, in universo terrarum orbe exercentes sævissimè tyranniciū dominatum suū, mortemq; miseris impunè adferentes, quod priùs nō item licuerat, ut in versum 4. ostēdimus. Hujus autem narrationis duæ sunt partes: mandatum a domino, vers. 14. & mandati exsequutio, versibus sequentibus.

[11] Mandatum a Christo imperatore datum.

[b] Alludit ad aram suffitus, collocatam in atrio sacerdotum e regione Arcæ fœderis, interposito tamen velo.

[12] q.d. isti hactenus sic fuerunt vincti potentia Dei, ut nondum liberē in homines grassari ex animi sui sententia potuerint, sed ad magnum illud flumen Euphratem, id est, in spirituali sua Babylone (hæc enim periphrasis est Babylonis spiritualis, ab aspectabilis Babyloniæ jam olim eversæ termino) hæserunt constricti atque præpediti, ne immanes illas cædes, quas spirant jamdiu, perpetrent. Nunc autem age, solve quatuor illos Angelos, id est, administros iræ Dei, eo numero qui opus est ad quatuor mundi plagas funestandas, excita, habenasq; permitte eis, ut ex illa sua Babylonia, impiorum sede, irrumpentes involent in universum mundum, ubi furant suamq; tyrannidem licentiosissimè exerceant ordinatione Dei. Hoc verò factum est, quum publica auctoritate Gregorius IX. suas Decretales sanxit, quibus liberē hominum imperitorum vitæ insidiaretur. Nam quotus quisque est, qui non videat Decretalium capitula quamplurima esse animatum tendiculas? Ex eo tempore quantæ strages! quantæ lanienæ! Deus bone. Plenæ sunt historiæ & exemplis horrificis abundat hæc memoria nostra.

[13] Exsequutio mandati duplex: unā, quòd soluti sunt isti carnifices, qui ex arce sua spiritualis Babylonis per orbem furibundi discursarēt, tum principes in eo numero expeditissimi ad momenta omnia, hoc vers. tum agmina eorum numerosissima, de quibus numerus definitus prædicatur pro indefinito, vers. 16. & in sese omnibus modis instructissima ad tegendum, & ad lædendum, ver. 17. ut qui igne, fumo, sulphure loricati sint, prout colore thoracum demonstratur oculos omnium præstinguente, & leoninum robur ad nocendum habeant, quo tamquam ex ore funduntur illa Pontificum ignita, fumosa, sulphureāque tela, versu 17. altera quòd isti carnifices mandatum Dei effectum reddiderunt fraude & violentia ver. duobus sequentibus.

[14] id est, amphisbænæ sunt, quacumque manum admoveas, quacumque attigerint, noxii. sic etiam priores dicuntur scorpii, vers. 3.

[15] Restat jam eventus (ut diximus in vers. 1.) ex tot tantisq; judiciis in mundo hoc pessimo consequutus: nempe ἀμετανοησία impiorum obfirmatio in sua impietate & injustitia, quamvis se manu Dei opprimi sentiant vehementissimè. Nam obstinata eorum impietas, hoc vers. injustitia, sequente ostenditur. Atque hactenus historia communis rerum in toto mundo promiscuè futurarum. Quæ historia quia non tantopere ad Christi Ecclesiam attinet, propterea non usque adeò temporibus certis & circumstantiis aliis distinguitur: sed molliore (quod ajunt) brachio pertexitur. Nec alia etiam causa est, cur septimi Angeli historia hoc loco reticetur, quàm quòd ea magis propriè ad historiam Ecclesiæ pertinet: hæc verò accuratiùs secundùm tempora exponitur infrà cap. 11. & 16. ut in eos locos dicturi sumus. * *Psal.115.4 & 135.15.*

CAPUT X.

[1] Alius apparet Angelus amictus nube, [2] libellum apertum tenens, [3] inclamat: [9] & Johanni, [8] oraculi jussu, devorandum tradit.

1 [1] Tūm vidi [2] alium Angelum validum descendentem de cęlo, amictum nube, supra cujus caput erat iris: facies autem ejus *erat* ut sol, & pedes ejus ut columnæ igneæ.

2 Habebátque in manu sua [3] libellum apertum: & imposuit pedem suum dextrū mari, sinistrum autem super terram.

3 Clamavítque voce magna, sicut leo rugit: & quum clamasset, loquuta sunt septem tonitrua voces suas.

4 [4] Et quum loquuta fuissent septem tonitrua voces suas, ego scripturus erā: sed audivi vocem de cęlo dicentem mihi, [a] Obsigna quæ loquuta sunt septem tonitrua, & ne ea scribas.

5 Et Angelus quem vidi stantem super mare & super terram, [b] sustulit manum suam ad cęlum,

6 Et juravit per eum qui vivit in secula seculorum, qui condidit cęlum & ea quę sunt in eo, & terram & ea quę in ea sunt, & mare & ea quę in eo sunt, [5] [c] tempus non fore amplius:

7 Sed diebus [6] vocis septimi Angeli, quū clanget, consummatum iri mysteriū Dei, sicut annunciavit servis suis prophetis.

8 [7] Et vox quam audieram e cęlo, rut-

[1] 1. Nūc trāsit Johānes ad historiam alterā prophetica de Ecclesia Dei: prout distingui librum docuimus oportere supr. 4. 1. Pertinet autē historia hæc ad caput 22. usque: & transitio fit a communi historia mundi ad singularem ecclesiæ, toto hoc capite. Hujus historiæ duo sunt paraceuastica in trāsitione, quæ toto cap. continentur: unū, Christi revelantis mysteria sua, & servum suum vocantis auctoritas, ad vers. 7. alterum, singularis ad hūc locum, repetitaq; Johannis vocatio, ad finem usque. Auctoritatem revelationi adferunt hæc: primùm persona Christi e cælo comparens cum habitu & specie illius, robusta, expedita, gloriosa, collustrans omnia providentia sua, & regens omnipotentiā, vers. 1. secundò quòd ex libello, ac non temerē, hanc revelationem apertam attulit, oculis expositam, quam mari & terræ significaret, ut dominus omnium, vers. 2. tertiò quòd eam non clām pipiens aut mussitans (ut pseudoprophetæ) obtulit, sed inclamans summa voce dormientes, & leonina atque terribili securos excitavit, tonitruis contestantibus, vers. 3. postremò quòd juramento omnia confirmavit, vers. 5. & duobus sequentibus.

[2] Christum Jesum: vide supr. in 7. 2.

[3] Nempe libellum de rebus Ecclesiæ Dei singularem: nam liber universitatis penes Creatorem fuisse dicitur supr. 5. 1. libellus verò Ecclesiæ penes Redemtorem est: atque ex eo libello hausta est reliqua hujus Apocalypseos historia.

[4] Pium studium laudabile, sed cum scientia conjungendum: itaque nihil aggrediendum, nisi ex vocatione: bonis vocatio expectanda.

[a] 2. Teneat occulta.

[b] Hic erat gestus jurantis, ut etiamnum hodiè.

[5] nec tempus, nec ea quæ sunt in tempore: sed propè esse illud futurum seculum, quod totum simul æternitatis est & supra omnia tempora.

[c] Nihil temporis erit ampliùs.

[6] de qua infr. 11. 15. & 16. 17.

[7] Altera pars capitis, de singulari vocatione Johannis ad perceptionem sequentis prophetiæ: quæ mandatur ipsi primùm signo, tribus vers. deinde apertis verbis, vers. ultimo. Ad narrationem signi pertinent ista: quòd Johannes cælitùs instituitur de petendo libello prophetiæ, hoc vers. nam hos ipsos motus studiaque inspirat Deus: quod petenti imperatur percipiendi modus figuratus, & usus illius exponitur, vers. 9. ut Ezech. 2. unde hæc similitudo traducta est: postremò quòd ex mandato Christi Johānes eum percepit, comperitq; usu, quatenus a Christo est, suavem, sed quatenus afflictiones Ecclesiæ prænunciat esse, animo ipsius acerbissimum.

sum loquuta est mecũ, & dixit, Abi, & accipe libellũ illum apertum *qui est* in manu Angeli stãtis super mare & super terram.

9 Abii igitur ad Angelũ, dicẽs ei, Da mihi libellũ. Et dixit mihi, Accipe & devora eũ: & amaritudinem adferet vẽtri tuo, sed in ore tuo erit dulcis tamquam mel.

10 Accepi igitur libellũ e manu Angeli, & devoravi eum: erátque in ore meo dulcis tamquam mel: sed quum devorassem eum, amaruit venter meus.

11 [8] Tum dixit mihi, Oportet te iterum prophetare coram populis & gentibus, & linguis, & regibus multis.

[8] Simplex antecedẽtis signi enarratio, divinã Johannis vocationẽ testificans, impoũnsque necessitatem illius.

CAPUT XI.

[1] Templum metiri jubetur. [3] Dominus testes duos excitat, [7] quos a bestia laniatos, [9] nemo terræ mandat. [11] Deus autem in vitam revocatos, [12] ad cælum evocat. [13] Terrentur impii. [15] Et septimi Angeli tuba, resurrectionis, [18] & judicii nuncia, describitur.

1 DAtus est autem mihi calamus similis virgæ, adstititq; Angelus, dicẽs, Surge & [2] metire templum Dei & altare, & eos qui adorant in eo.

2 [3] Sed [a] atrium quod extra templum est [b] exclude, & ne metiaris illud: nam datum est [4] Gentibus: & Urbem sanctam calcabũt [5] mensibus quadraginta duobus.

[1] 5. Exposita auctoritate revelationis instituræ, & necessitate vocationis illius quæ Johãni singulariter fuit imperata, deinceps historia subjicitur de statu Ecclesiæ Christi, tum certantis sive militantis, tũ vincentis in Christo. Nam & Ecclesia Christi certare dicitur contra pseudochristianã Ecclesiam, cui Antichristus imperat, Christo Jesu fundente Antichristũ spiritu oris sui: & Christus vincere gloriosissimè, donec interemerit Antichristũ revelatione adventus sui, ut optimè docet Apostolus 2. Thessalon. 2. Itaque hujus historiæ partes sunt duæ: una, de statu Ecclesiæ cum tentationibus conflictantis, ad caput 16. usque: altera, de statu ejusdẽ Ecclesiæ vincentis, inde ad caput vicesimũ. Prioris loci membra sunt duo, suis temporibus commodissimè distributa: quorum prius historiam Christianæ Ecclesiæ continet ad annos 1260. quum Evangelium Christi in cælum quasi receptum est é medio hominum: posterius, ejusdem Ecclesiæ historiam ad consummationem usque victoriæ. Ac duo quidem hæc membra summatim, quamvis distinctè in hoc capite proponuntur: sed copiosiùs utrumque posteà suo ordine enarratur: nam certantis Ecclesiæ statum ex cap. 12. & 13. emergentis verò ex 14. & sequentibus duobus cognoscimus. Neque verò Johannes temerè utriusque temporis historiam in hoc capite copulavit: quia de propheria hîc agitur, quam unicam esse justam & immutabilem in Ecclesia agnoscunt omnes, & continuã esse præcepit Christus. Prioris temporis historia ad versum usque 14. pertinet: posterior reliquo cap. perscribitur. In priore narrátur ista: vocatio servorum Dei, versibus quatuor. certamina a fidelibus piè in vocatione pro Christo & Ecclesia ejus obeunda, inde ad versum 10. & resurrectio eorum atque in cælum receptio, ad versum 14. usque. In servorum Dei vocatione recensentur duo: generatio vel constitutio Ecclesiæ, duobus versibus: & educatio, duobus alteris. Generatio Ecclesiæ hîc Johanni commẽdatur signo & sermone: signo calami mensorii, & sermone præcipiente ut metiatur templum Dei, id est, rationem novam informet illius, cùm in templum Jerosolymitanum jam ingrediantur gentes, & brevi totum contaminaturæ ac eversuræ sint. [2] sive Jerosolymitanum, qui typus fuit Ecclesiæ Christi, sive cæleste illud ἀντίτυπον, de quo inf. ver. 19. sed prius magis placet, & respondẽt sequentia omnia. Sensus igitur est, vides omnia fermè inde a passione Christi in domo Dei conturbata, & non urbem solùm Jerosolymorum, verumetiam atrium templi a gentibus, & profanis hominibus, sive Judæi, sive exteri sint, proculcatum: solum verò templum, id est, templi corpus cum altari & paucula bonorum verè adorantium manu restare, quos Deus sanctificet & confirmet præsentia sua. Hoc igitur metire, hanc veram Ecclesiam, vel potiùs verum veræ Ecclesiæ typum, omissis cæteris: omniáque à me sic defini, ut Ecclesia germana Christi sit quasi petexiguum centrum: Antichristi verò Ecclesia, ambitus centri ex omni parte longè latéque circumstans eam: ut prophetando sic declares palãm templi Dei & cultorum ejus fidelium, id est, hujus Ecclesiæ statum multo angustiorem esse quàm sit Ecclesiæ Antichristi. [3] q. d. nihil ad te, ut judices extraneos, 1. Cor. 5. 12. qui sunt innumeri: de domesticis tantummodò dispice, vel Dei viventis domo. [4] a. Loquitur de atrio exteriore, quod atrium populi dicebatur, quoniam omnibus patebat. [b] Ad verbum, ejice foras: ejici autem censetur quod in metiendo tamquam prophanum negligitur. [4] profanis, impiis, & infidelibus Ecclesiæ adversantibus.

[5] sive diebus mille ducentis sexaginta, ut dicitur sequente versu, id est, annis 1260 dies pro anno u. apud Ezechielem & Danielem sæpè: quod jam antè in 2. 10 adnotavimus. Horum autem mille ducentorum sexaginta annorum initium statuimus a passione Christi, qua distupro intergerino pariete ex duobus facti sumus unum, Ephes 2. unum, inquam, ovile sub pastore uno Johan. 10. finis autẽ præcitẽ incidit in Põtificatum Bonifacii VIII. qui sub desinentem annum Christi 1294. Pontificatum Rom. iniit in festo S. Luciæ, ut ait Bergomensis, conjecto in carcerem antecessore Cœlestino, cui fraude per oraculi speciem illuserat: quapropter rectè illud de eo dictum, *intravit ut vulpes, regnavit ut leo*, (alii, ut lupus,) *mortuus est ut canis*. Si enim de mille ducentis nonaginta quatuor annis ætatem Christi, qua vixit in terra, sustuleris, præcisè restare comperias annos 1260. qui hoc loco & compluribus aliis referuntur.

3 Sed [6] dabo illam duobus illis testibus meis, qui [7] prophetabunt diebus mille ducentis sexaginta, amicti saccis.

4 Hi sunt [8] duæ illæ oleæ, & duo candelabra in conspectu Dei terræ posita.

5 [9] Quòd si quis velit eos lædere, ignis prodit ex ore ipsorum & devorat inimicos eorum: nam siquis velit eos lædere, ita oportet eum occidi.

6 Hi habent potestatem claudendi cęlum, ne pluat diebus prophetiæ ipsorum: & potestatem habent super aquas, convertendi eas in sanguinem: & percutiendi terram omni plaga quotiescumque voluerint.

7 Porrò [10] postquam [c] peregerint suum testimonium, [11] bestia illa ascendens ex abysso [12] geret adversus eos bellum, & vincet eos, & occidet eos.

8 Et cadavera eorum jacebunt [13] in plateis vrbis illius magnæ, quæ vocatur [d] spiritualiter Sodoma & Ægyptus, ubi & [14] Dominus noster crucifixus est.

9 Et cernent *homines* ex tribubus & populis & linguis & gentibus cadavera eorum per [15] tres dies & dimidium, & cadavera eorum non sinent poni in monumentis.

10 Et incolæ terræ [16] gaudebunt super illis, & hilares erunt: & munera mittent alii aliis, quoniam hi duo Prophetæ [17] torserint terræ incolas.

11 [18] Sed [19] post dies tres & dimidium

[6] Malim, *dabo illud*. Dicit enim Deus, dabo illud templum & committam duobus testibus meis, id est, Ministris verbi, pauculis quidem illis, infimis, & contemtis, sed tamen duobus, id est, eo numero constitutis, ut alter alterum juvare possit, & apud omneis alter confirmare testimonium alterius, ut ex ore duorum vel trium testium firmum sit apud homines omne verbũ. 2. Cor. 13. 1.

[7] fungentur suo munere a me imperato per illos 1260. annos in mediis afflictionibus, quamvis luctuosissimis: quod synecdochicè lugubri vestitu ostenditur.

[8] id est, ordinaria perpetuáque in Ecclesia mea spiritualis gratię, pacis & lucis instrumenta, quam Deus sola sua virtute conservat in templo suo. sic Zacar. 4. [9] Virtus & efficacia sancti ministerii, ac verè Evangelici, in terra & cælo ostenditur, suos administros tuens, & perdens adversarios, hoc vers. virtus verè divina, in cælo, terra, & mari sese exserens potentissimè, vers. 6. ut describitur 2. Cotinth. 10. 4. ex promissione Christi, Marc. 16. 17. Atque hic secundus locus (ut antè diximus) de certaminibus, quæ pios Dei servos in defungenda vocatione sua obire necesse est, & rebus certaminum istorum consectariis. Certaminibus insunt ista: vincere, his duobus vers. vinci, & occidi, vers. 7. Hæc autem cædis consectaria: sterni palàm piorum cadavera, vers. 8. insepulta proponi ostentui, etiam cum anathemate dirisq; exsecrationibus, vers. 9. & gratulationes propterea publicè privatimq; fieri, ver. 10. [10] i. quum annos illos 1260. de quibus vers. 2. & 3. in testimonio suo dicendo ex officio consumserint. [c] Quum legationem suam obierint. [11] de qua inf. 13. & sequent. Est autem bestia illa Romanum imperium, factum ex civili jam olim Ecclesiasticum, cujus princeps caput tum fuit ille Bonifacius VIII. ut antè diximus: qui *in tantam arrogantiam erexit seipsum*, ait auctor fasciculi temporum, *ut dominum totius mundi se diceret tam in temporalibus, quàm in spiritualibus*. Exstat de ea re scriptum ab eodem Bonifacio arrogantissimè dicam, an impiè? cap. unã sanctam. extra. de majoritate & obedientia: & in sexto Decretalium (qui ab eodem auctore est) multa habentur ejusdem argumenti. [12] i. homines sanctos atrocissimè persequetur, & morti tradet, eorumq; memoriã & scripta cõfodiet ac defiget maledictionibus. Atq; hoc piis quamplurimis fuisse a Bonifacio, & aliis factitatũ, docent historiæ: inprimis autem, ex quo exosam illam & damnatam in vulgus appellationem primùm Waldensiũ sive Lugdunensium fratrum, tum etiam Fratricellorum licuit obducere, ut plausibiliùs excarnificarentur boni. [13] i. in propatulo, Romæ, ubi frequẽtia tum fuit maxima, instituto primùm a Bonifacio per illud tempus ad finẽ istum Jubilæo, anno Christi 1300. cujus exemplum legitur cap. 1. extra. de pœnitentiis & remissionibus. Sic eadem opera duplicem Christo injuriam fecit, qui & veritatem ejus revocato Jubilæi typo aboleret, & de membris ejus superstitione impia triumpharet. Hem, religiosum pectus! Ut autẽ hæc de Roma intelligamus, ipse Johãnes auctor est tum inf. 17. toto fermè cap. tum etiam circumscriptione proximè seq. quum ait, *magnam illam civitatem esse*, (ut cap. 17. vocat) & *spiritualiter Sodomã Ægyptumq; appellari, & ibidem spiritualiter* (nam hoc ἀπὸ κοινοῦ oportet repeti) *Christum crucifixum esse*. Nam duæ priores appellationes testantur mala spiritualia, postrema speciem & prætextum boni, id est, religionis Christianæ atque orthodoxæ. *Sodoma* impietatem & injustitiam licentiosissimam, *Ægyptus* persequutionem populi Dei atrocissimam. *Jerosolyma* præsidentissimam de religione vera gloriationem urbis illius significant in perfidia & impietate summa. Hæc autem omnia quis nescit potiùs & magis Romæ, quàm ulli civitati alteri competere? Pervulgata sunt Romanæ urbis elogia jam ab aliquot seculis, quæ nostrum non est colligere. Hoc unum dicam, optimè illum jam olim vidisse quid Roma sit, qui valedicens hoc disticho utebatur,

Roma vale: vidi: satis est vidisse: revertar,
Quum leno, meretrix, scurra, sinadus ero.

[d] Occultiore quadã singularis intelligentiæ consideratione. [14] nimirùm in mẽbris suis, quemadmodũ & alloquebatur Saũlũ, Act. 9. 5. [15] i. treis annos cũ dimidio: nã tot annos supervixit Bonifacius illi Jubilęo suo, Bergomẽsi teste. [16] eo ampliùs exercebũt hac occasione hilaria jubilæi sui. [17] Evangeliũ Christi, crux mũdi: & ministeriũ illius, odor mortis ad mortẽ iis qui pereũt, 1. Cor. 1. 16. [18] Tertius locus, ut antè adnotavimus, de Prophetarũ resurrectione a mortuis, & evectione in cælum. Nã eorum resurrectio, hoc vers. vocatio & evectio in cælum, sequent. vers. exponitur.

[19] nempè quo tempore Deus scelestũ illũ Bonifacium etiã perditurus.

[20] spirit

[20] i. resurgent quodámodò Prophetę Dei, non illi quidé in persona sua, ut loquũtur, sed in spiritu, id est, virtute & efficacia sui ministerii, quã expressit Johãnes suprà ℣. 5. & 6. Sic enim prędictionem de Elia dictã, de Johãne Baptista intelligendam interpretatur Angelus Luc. 1. 17. Nã ille ipse Bonifacius, qui eos occisos & perditos voluerat, igne oris divini (quem ministerium sacrum nunciat & exhibet) fuit devoratus, miserẽque in carcere vita functus. Sartræ Columnẽsis & Nogareti equitis Galli operã, quẽ Rex Francorũ Philippus Pulcher in Italiam cũ perexigua manu submiserat.

[21] id est, subsistet paulisper gravissimus ille afflictionum & persequutionũ æstus, præ consternationis gravitate ex improvviso illo judicio Dei.

[22] divinitùs vocati in cælũ: & ex mundo hoc maligno in Ecclesiam cælestem, quæ hic quoque in terris latet, recepti sunt ad fungendum clamculùm vocationem suam: ut quibus miser hic mundus indignus esset, Heb. 11. 38. nam Ecclesia implorum, terra vel mundus: piorum Ecclesia cælum comparatè appellatur. Sic apud Israëlitas pios olim, sic apud Judæos temporibus Manassis aliorũmq; Regum, quum cæli hæredes terra respueret, ut cælum in terra legimus latuisse. [23] nec tamen potuerunt abditos Domini (ut Psaltes vocat Psal. 83. 4.) impedire, quin pergerent in opere illius. [24] Bergomensis, *Anno* 1301. inquit, *cometes, futuræ maximæ cladis indictum, hoc anno in cælum apparuit: in quo anno in solennitate sancti Andreæ tantus repentè terræmotus exortus est, quantum antea nunquam: qui & multis diebus per intervalla perdurans multa diruit ædificia.* Hæc ille de anno proximo post jubilæum, quæ Johannes tot ante secula, quasi verbum de verbo expresserat. [25] præsente quidem animi consternatione fracti, at non affecti seria, quam oportuit, resipiscentia. [e] Confessione sua celebrârunt gloriam Dei. [26] Transitio ad secundam historiam, secundam partem capitis. Væ autem secundum & tertium Johannes hoc loco dicit, respiciens ad vers. 12. cap. 9. [27] de cujus clangore nominatim Christus prædixerat, suprà 10. 7. Hæc autem secunda pars capitis, summam historiam complectens Ecclesiæ Christianæ, inde à Bonifacii VIII seculo ad consummationem usq; victoriæ, cælestibus vocibus enunciatam. Hujus autem historiæ tres sunt loci: præparatio per ἔλαγορεν Angeli: narratio per cælestium Angelorum & Seniorum voces: & confirmatio per signum. [28] Narrationis partes duæ: cælestium acclamatio, hoc versu, & Seniorum omnium tum adoratio, versu 16. tum gratiarum actio amplissima, versibus 17. & 18. Sensus acclamationis est, Jam init Dominus regnum suum, & restituit Ecclesiam suam, in qua se glorificet a proculcatione Gentium potentissimè vindicata. Nempè quod instituit Dominus, quum primùm instituit, id jam perfectum contemplatur sanctorum fides. [29] ut suprà 7. 11. Sunt autem hæ gratiæ ejusdem planè argumenti cum verbis superioribus. [30] Hebraismus, pro eo quod est, iratis gentibus advenit ira sua exardescens, & se revelans e cælo, occasione iræ & furoris illarum. [31] Hæc proximæ prophetiæ confirmatio per signum in cælo oblatum duũm generum: quorum alia aspectabilia, cæli discedentis, templi aperti, arcæ fœderis in templo cõparentis & testificantis gratiosam præsentiam Dei, fulgurũmque: alia auribus accidentia & sensibus obtusioribus reliquis, in cælo & terra vetitatem judiciorum Dei contestantia.

CAPUT XII.

[1] *Mulieris [2] parturientis signũ apparet, [4] cujus partui insidiatur Draco, [7] qui a Michaële devictus, [9] dejicitur. [13] Et quo magis vincendus excluditur, eo acriùs pius imminet.*

VIsum [1] est autem signum magnũ in cælo: [2] mulier amicta sole, sub cujus pedibus erat luna, & in capite corona stellarum duodecim.

2 Et [3] gravida clamabat parturiens, & distorquebatur ad pariendum.

3 Et visum est aliud signum in cælo: nã ecce, [4] *adfuit* draco magnus rufus, habens capita [5] septem, & cornua [6] decem: & in capitibus suis diademata septem.

4 [7] Cujus cauda trahebat tertiam partem stellarum cæli, quas abjecit in terrã: [8] stetit autem is draco ante mulierem parituram, ut quum peperisset, [9] filium ejus devoraret.

5 [10] Peperit autem [11] filium masculum rectùrum omnes Gentes virga ferrea: & raptus est Filius ejus ad Deum & thronũ ejus.

6 [12] Mulier verò fugit in solitudinem, ubi habet locum paratum a Deo: ut illic [13] alerent eam diebus mille ducentis sexaginta.

7 Et factum est prælium in cælo: [14] Michaël & Angeli ejus præliati sunt cum dracone, & draco pugnavit & Angeli ejus:

8 Sed [15] hi non prævaluerunt, [a] neque locus eorum ampliùs inventus est in cęlo.

[1] ℣. Hactenus prophetia summa, duabus partibus cõprehensa, ut in caput 11. ostẽdimus. Deinceps prior prophetiæ locus, hoc & seq. cap. posterior cap. 14. & sequentibus exponetur. Ad priorem locũ. de certãte seu militante ecclesia, duo pertinent, ortus, & progressus illius in certãminibus & Christiana luctà: è quibus ortus hoc cap. progressus sequente describitur. Ortum Christianę Ecclesiæ definimus, inde a momento cõceptionis Christi, ad illud usque tempus quo Ecclesia hæc tamquam a mamma vel lacte matris depulsa est: quum videlicet Ecclesia Judæorum cum urbe & templo subversa est judicio Dei. Sic habetur in hoc cap. historia annorum ampliùs sexaginta novem. Partes hujus capitis sunt tres: prima, historia conceptus & gestationis, versibus 4. secunda, historia partus, a ℣. 5. ad 12. usque: tertia denique historia puerperæ, inde ad finem cap. atque hæ partes singulæ suis certaminibus conjunctæ sunt. Itaque prima illa parte duo membra concludunturunum de conceptu & gestatione, duobus vers. alterum de insidiis draconis adversus partum, duobus alteris. Prioris membri sunt, descriptio matris, vers. 1. & dolorum parturientis, 2. vers. omnia cælitùs Johanni demonstrata. [2] typus veræ & sanctæ Ecclesiæ, quæ tum exstiterat in Judæorum gente. hęc autem Ecclesiarum conditio est sanctæ Ecclesiæ catholicæ) in se circumfulgebat gloria a Deo attributa, mutabilitatem proculcabat pedibus, & regnum cælorum obtinebat, tamquam hæres illius. [3] Hæc enim sterilis illa est, quæ non pepererat, de quâ Esai. 54. 1. & Gal. 4. 27. verè autem clamavit & cruciata est per illud tempus, quum judicio omnium moribunda, & jam propemodùm actura animam videretur præ infirmitate & tenuitate sua. [4] diabolus nempè vel Satanas, ut exponitur versu 9. isq; potens, iracundus, & irarum plenus. [5] nempe septem illis Ecclesiis de quibus antè, id est, catholicæ Ecclesię obstitura, & quidem regali apparatu & tyrannica magnificentia, quæ diadematis figuratur in caput impositis, velut ad ipsum citra controversiam pertinentibus jure proprietario: ut etiã ostentabat Christo Matth. 4. vide infrà in 13. 1. [6] plura quàm sint Agni cornua, aut quàm sint Ecclesiarum adeò se ad maleficia quævis instructissimũ esse gloriatur latro. [7] Descriptioni diaboli subjicitur illius actio; putà certamen Ecclesiæ oblatum: partim aspectabili, in qua triticum paleæ, & boni pisces malis conjuncti sunt; & hujus bonam partem de cælo dicitur deturbâsse atque pervertisse (nam si fieri posset, etiam electos perversurus esset, Matth 24. 24.) quamvis specie refulgentem, ut stellę in cęlo fulgent: partim electis membris sanctæ Ecclesiæ catholicæ, in parte secunda versus. De membris ergo Ecclesiæ visibilis plurima, inquit Johannes, evertere, & de iis triumphabat. [8] obstitit priscæ illi Judæorum Ecclesię electę Christianam Ecclesiam parituræ, & partum observavit. Nam tota Ecclesia totumq; corpus, fœminæ: pars verò Ecclesiæ fœtui comparatur, ut copiosè in Cant. 6. observavimus. [9] Christum quem vocant mysticũ, i. totum, ex persona Christi velut capite, & ex corpore eũ capite per Spiritum adunato constantem. sic accipitur Christi appellatio 1. Cor. 12. 12. [10] Secunda historia, de partu Ecclesię: in qua primùm ratio partus & matris describitur, duob. ℣. secundò certamen draconis in partum, & parta in illum victoria, tribus versib. sequentib. postremò cantatur epinicium, tribus alteris ad vers. 12. usque. Partus rationem duplicem ostendit Johãnes: nam describit illum, & stationem illius, hoc versu. [11] Christum, caput Ecclesiæ cum sua Ecclesia conjunctum (cujus principium, radix, & fundamẽtum idem est Christus) potentia regia instructum, & e faucibus Satanæ (qui eum ut draco admordit in cruce) assumtum in cælum, ut e solio illo cælesti imperaret.

[12] Ecclesia Christi Judaica, post illius assumtionem in cælum, delituit in mundo velut in solitudine, sola Dei protectione freta, testis Lucas in Actis Apostolorum. [13] nimirum Apostoli & servi Dei, ad Ecclesiam tum ex Judæis, tum ex Gentibus collectam, verbo vitæ alendam constituti. nisi quis fortè *alerent*, ex Hebræorum usu accipiat impersonaliter, pro eo quod est aleretur. sed prius malo: nam ad duos illos Prophetas respicit, de quibus sup. 11. 1. de illis autem mille ducentis sexaginta diebus consulendus ibidem locus. [14] Christus, princeps Angelorum, & Ecclesiæ caput, virgam gerens illam ferream, versu 5. vide annotata in Dan. 12. 1. Est autem hic delcriptio certaminis, in hoc versu: & victoriæ, duobus sequentibus. Ad hoc autem certamen respiciebat Psaltes Psal. 68. 19. & Paulus Eph. 4. 8. & Coloss. 2. 15.

[15] Victoriæ descriptio ἀ. τ ἀναίρεσις & ἄπαρ, sive per negativam (ut loquũtur vulgò) propositionem, hoc versu, & per affirmativam contrariam, vers. seq. Satanam in cælo nihil obtinuisse; sed virtute Dei in hunc mundum, cujus est princeps, dejectum esse, Christo & electis ejus membris ad thronum Dei consistentibus. [a] 2. Ejecti sunt, ita ut nusquam posteà apparuerint in cælo.

9 Et projectus est draco ille magnus, serpens ille antiquus, qui vocatur diabolus & Satanas, qui seducit totum terrarum orbem: projectus, *inquam*, est in terram, & Angeli ejus cum eo projecti sunt.

10 Et audivi vocem magnam dicentem in cælo, [16] Nunc facta est salus, & potentia, & regnum Dei nostri, & potestas Christi ejus: quia dejectus est accusator fratrum nostrorum, qui accusabat eos in cōspectu Dei nostri die ac nocte.

11 Sed ipsi vicerūt eum per sanguinem Agni, & per sermonem testimonii sui: & [b] animæ suæ prodigi fuerunt usque ad mortem.

12 Propterea hilares estote cæli, & qui habitatis in eis. Væ incolis terræ & maris: nam descendit diabolus ad vos, excandescentiæ magnæ plenus, ut qui sciat se exiguum tempus habere.

13 [17] Quum igitur vidisset draco se projectum esse in terrā, persequutus est mulierem quæ pepererat masculum.

14 Sed [18] datæ sunt mulieri alæ duæ aquilæ magnæ, ut volaret a conspectu serpentis in desertum, [c] in locum suum, ubi aleretur [19] per tempus & tempora & dimidium temporis.

15 [20] Ejecit autem serpens ex ore suo post mulierem, aquam tamquam flumen: ut eam faceret rapi a flumine:

16 [21] Sed succurrit terra mulieri, aperuitque terra os suum, & absorpsit flumē quod ejecerat draco ex ore suo.

17 [22] Iratus est igitur draco adversus mulierem: & abiit ut gereret bellum cum reliquis ex ejus semine, observātibus præcepta Dei, & habentibus testimonium Jesu Christi.

18 [23] Stetitque super arenam maris.

[16] Epinicium, seu triumphale carmen; cōtinēs primùm propositionē gloriæ Dei & Christi, victoria illa demōstratæ, secundò rationem illius propositionis ab effectis, quòd hostis debellatus, hoc versu, & pii in Christo victores ὑπερνικῶντες Rom. 8. 37. effecti sūt, vers. 11. tertiò conclusionem, ad cælestes & sanctos hortatoriam; ad mundū verò propheticam mali gravissimi atque exitii, quod a diabolo procuratur humano generi, ne solus brevi sit miser, ℣. 12.

[b] Ad verb. & non dilexerūt animam suā. Is autem Hebræis dicitur diligere animam suam, i. vitam, qui nihil habet hac vita charius: & e cōtrario nō diligere animam suā, qui non dubitat illam periculis exponere, quoties ita facto opus est.

[17] Tertia pars, historia puerperæ, duo mēbra continens: certamen diaboli contra Ecclesiā Christianam Judæorū gentis, 4. versib. & institutum in semen illius, id est, in Ecclesiam gentium, quæ vocata est sancta in Evangelio Christi, duobus ultimis. [18] id est, divinis vitibus instructa, edoctāq; monitis, effugit velocissimè ab impetu diaboli & cōmuni Jerosolymorū excidio, & in urbem solitariam trās Jordanem, Pellā nomine, commigravit, ut narrat Eusebius lib. 3. histor. Eccle. cap. 5. quem locum oraculo Deus ipsi imperaverat. [c] In eū locū qui est a Deo ipsi destinatus. [19] id est, per annos treis & dimidium. sic accipitur eadem loquutio Dan. 7. 25. Numeratur autē hoc spatium fermè a postrema illa gravissimaq; defectione Judæorum ad urbis & templi excidium usque. Cœpit enim defectio anno duodecimo Neronis: quæ defectio priùs quàm institueretur, præsagia & prædictiones multæ divinitùs oblatæ sunt, ut narrat Josephus lib. 7. de bello Judaico, cap. 12. & Hegesippus lib. 5. cap. 44. inter quas illa est memorabilis, quòd in festo Pentecostes non solùm gravis sonus & strepitus in templo perceptus est, sed vox etiam e sanctuario a quamplurimis exaudita, quæ inclamaverit, transeamus hinc. Post tres autem annos cum dimidio quàm defectio illa a Judæis cœpta est, factāq; prodigia, urbs expugnata est, eversum templum, & repudiatus a Deo locus: atque hoc spatium Johannes hoc loco designavit. [20] id est, Romanos & gētes inflammavit, quæ Judæorum gentem infestis armis persequentes, in Ecclesiam quoque Domini Jerosolymis & e Judæa profectam exundarent. Nam turbas inundantes gētium cum aquis comparari in Scripturis est frequentissimum. [21] Id est, alios Judæos exhibuit Romano & gentibus in Judæorum populum furentibus, effecitque ut Ecclesia ab illa violentia servaretur integra, absumto in aliorum Judæorū exitium illo violentissimo persequutionis flumine, quod draco vomuerat. [22] exardescens cœpit ampliùs furere; quia iteritos suos conatus in Christianam Judæarum reliquiarum Ecclesiam sensit, statuit in semen illius, id est, in Ecclesiam ex Gentibus etiam a Deo collectam, piāq; illius membra irruere. Atq; hoc alterum membrum, ut diximus in versum 13. quo & institutum diaboli, hoc vers. & conatus, sequente ostenditur.

[23] Id est, ut procella vehementissima incubuit toto mundo (cujus est princeps) in commovendos fluctus, & exacerbandas gentes, quæ insanis suis fluctibus Ecclesiam Christi piāq; membra illius exagitaret, procelleret, perderēt que. Sed huic conatui obtitit providentia Dei, ut tenellæ recentisque Gentium Ecclesiæ consuleret. Hujus autem historiæ de dracone reliqua ab Apostolo Johanne infrà cap. 20. optimè pertexuntur. Hic enim conaut em draconem in vincula conjecit Deus.

CAPUT XIII.

[1] Describitur bestia illa multiceps, [8] quæ maximam mundi partem in idololatriam seducit, [11] quæ ab alia bestia ascendente [15] confirmatur.

Tum [1] vidi bestiam [2] e mari ascendentem, quæ habebat [3] capita septem & cornua decem: & [4] imposita cornibus ejus decem diademata, & impositum capitibus ejus [5] nomen blasphemiæ.

2 Erātque hæc bestia quam vidi, [6] similis pardo, & pedes ejus ut pedes ursi, & os ejus ut os leonis: [7] dedit autem ei draco virtutem suam, & thronum suum, & potestatem magnam.

3 Et [8] vidi unum ex capitibus ejus quasi lethaliter cæsum: sed ipsius plaga lethalis curata est: & admirans universa terra sequuta est bestiam.

4 Et adorārūt draconem qui dedit potestatem bestiæ: & adorārunt bestiam, dicentes, Quis similis bestiæ? quis poterit pugnare cum ea?

5 [9] Datúmque est ei os loquens magna & blasphemias: & data est ei potestas [10] agendi menses quadraginta duos.

6 Aperuit igitur os suum ad blasphemiā adversus Deum, ut conviciis afficeret

[1] Exposito Ecclesiæ Christianæ ortu, & cōditione Ecclesiæ illius unde ortum ducit nostra, jam ad historiam progressus transit Apostolus, ut in principiū superioris cap. ostendimus. Atq; hæc quidem historia de progressu Ecclesiæ & certaminibus ipsius in hoc capite exponitur, sed, distinctè duobus membris: quorum unū est de imperio civili Romano, ad vers. 10. usque: alterū, de corpore Ecclesiastico, sive prophetico, inde ad finem cap. In priore membro narratur

Ista: primùm status illius imperii, 4. versib. deinde res gestæ, 3. versib. tum effectus; gloria amplissima, vers. 8. postremò autem usus, & piorum institutio adversus mala ab eo superventura denunciatur, ℣. 9. & 10. Status historia continet amplissimam descriptionem bestiæ, primùm integræ, ℣. 1. & 2. tum etiam instauratæ, ℣. 3. & 4. [2] super cujus arenam stabat diabolus novas procellas in Ecclesiam moliens, proximè præcedente vers. quo tempore imperium Rom. intestinis discidiis periclitatum est, fluctuavisque vehementissimè, & nova subinde capita, novos Imperatores expertum est. vide infrà 17. 8. [3] ea ipsa potentiæ & providentiæ administrationisque peritissimæ instrumenta habens, quæ dictus est habere draco. suprà 12. 3.

4 Draconi septem diadēmata capitibus septem leguntur imposita suprà 12. 3. quia dominum se affirmat prædo proprietarium, principēmque mundi: huic verò bestiæ diademata nominantur decem, cornibus singulis non capitibus imposita, quia bestia est draconis beneficiaria, ℣. 2. nec aliter hæc regnat quàm lege fiduciaria ab illo dicta, nempè ut cornibus suis in Ecclesiam Dei abutatur. Sumtum ex prisco ritu & agendi formula: quā Reges αὐτοκράτορες caput diademate solebant cingere, vasalli verò & fiduciarii capitium. Sic enim diadema isti deponebant commodè, quum in dominorum suorum conspectu compararent: quemadmodum & Seniores adorantes Deum qui insidebat throno, coronas suas coram eo dicuntur abjecisse, sup. 4. 10. [5] contrà quàm olim Deus inscribi jusserat cidari Sacerdotis summi, *Sanctitas Jehova*. Est autem nomen blasphemiæ a dracone inditum, illud (opinor) quod ait Paulus 2. Thess. 2. *tamquam Deus sedet, præ se ferens se esse Deum*. Nam istud nomen blasphemiæ & Romani Impp. jàm tum sibi vindicārunt, prout de Caligula & Domitiano Suetonius & Dion narrant: & post eos, Rom. Pontifices pleno ore de se hoc ipsum prædicārunt, quum res divinas sibi arrogarent: quo genere enunciatorum sextus Decretalium, Clementinæ, & Extravagantes plenæ sunt. His enim id non fuit satis quod Anglicus in poëtria cecinit (cujus principium est, Papa stupor mundi) *Nec Deus es, nec homo: quasi neuter es inter utrumque*, ut glossa in sextum agnoscit: sed nomen ipsum Dei ausus est sibi assumere, & tribuentibus annuere: quemadmodum Sixto quarto antè annos fermè 120. Romam primùm ingresuro in dignitate illa (ut putant) Pontificia, factus est arcus triumphalis, & portæ Rom. qua erat ingressurus, artificiosè impactus, cum inscriptione blasphemi istius distichi,

Oraclo vocis mundi moderatis habenas,
Et meritò in terris crederis esse Deus.

Hæc & sexcenta consimilia quis modestiæ illi deputet, qua servos servorum Dei se appellari olim volebant boni? Aut hoc certè blasphemiæ nomen est, aut nullum est. [6] velox ut pardus, commodè manu prehendens omnia ut ursus pede: & ore conterens exedénsque ut leo. [7] id est communicavit utendam, quum effugere se non posse animadverteret, quin prehenderetur Angeli manu & in abyssum conjiceretur, inf. 20. non autem abjecit a sese planè, quin ipse quoque, dum posset, uteretur. [8] Hic alter locus ad descriptionem bestiæ Rom. pertinens, quòd præter nativam illam quandam dignitatem & amplitudinem Rom. imperii, quæ duob. ℣. preced. fuit adumbrata, accessit altera quasi miraculosa, quòd unum caput quasi lethaliter cæsum, & quasi divinitùs curatum est ante oculos omnium. Est autem hoc caput Nero, in quo stirps illa Cæsarū de imperio decidit, & gubernacula Reipub. fuerunt ad alios transportata: in quorum manu ita curatum est revaluisse imperium, ut eo firmiùs radicatum ac fundatum quàm unquàm anteà omnibus videretur. Atque hinc effecta illa cōsequuta sunt, quæ mox subnectuntur: primùm admiratio quasi sacræ & divinę cujusdam virtutis imperium illud fulcientis regentisq;: secundò obsequium universæ terrę hoc versu: tertiò draconis adoratio, & impia dæmonomania ab Impp. Rom. confirmata: postremò ipsius bestiæ adoratio, quæ in tantā venit existimationem, ut ei divina nomina & cultus divinus tribuerentur, seq. vers. Atque hanc religionem mentibus hominum duæ causæ dicuntur injecisse: species dignitatis, quæ reverentiam adfert: & species potentiæ inexpugnabilis, quæ metum. *Quis similis, aiunt illi, bestiæ? quis poterit pugnare cum ea?* [9] Secundum membrum historiam rerum a bestia gestarum continent, ut diximus in versum primum. Earum autem historia duabus partibus concluditur: principio, & modo ipsarum. Principium est communicatio draconis, qui & impietatē in Deum, & inhumanitatem injustitiāmq; in omneis, præsertim verò in pios & domesticos fidei, indidit & inspiravit bestiæ, versu 5. Modus rerum gestarum sive actionum est duplex: tum impius animo & sermone blasphemus, omninò denique contumeliosissimus in Deum, Ecclesiam, pios, versu 6. tum operibus atrocissimus & injustissimus, qualia ab infensissimis hostibus & victoribus insolentissimis perpetrantur, ℣. 7. [10] nempè actiones suas, de illis autem mensibus quadragiāta duobus diximus antè in 11. 2.

nomen

nomen ejus, & [11] tabernaculum ejus, &
[12] eos qui in cælo habitant,
7 Sed & datum est ei bellum gerere
cum sanctis, & eos vincere: & data est ei
potestas in omnem tribum, & linguam, &
gentem.
8 Itaque adorabunt eam omnes incolæ
terræ, [13] quorum non sunt scripta nomina
in libro vitæ Agni illius mactati *jam indè*
a jacto mundi fundamento.
9 [14] Siquis habet aurem, audiat.
10 Siquis in captivitatem agit, in capti-
vitatem abit: *si quis gladio occiderit, o-
portet eum gladio occidi. hîc est toleran-
tia & fides Sanctorum.
11 [15] Deinde vidi aliam bestiam ascen-
dentem e terra, [16] habentem cornua duo
similia Agni, sed loquebatur ut draco.
12 [17] Ea verò potestatem prioris bestiæ
omnem exercet in conspectu ejus, & fa-
cit ut terra & ipsius incolæ [18] adorent be-
stiam illam primam cujus curata fuerat
plaga lethalis.
13 [19] Editq; signa magna, adeò ut etiam
ignem faciat e cælo descendere in terram
in conspectu hominum.
14 Et seducit incolas terræ, propter si-
gna quæ datum est ei ut faciat in conspe-
ctu bestiæ, dicens incolis terræ ut faciant

[11] id est, Ecclesiam sanctam, veram Dei viventis domum.
[12] id est, pios singulos latitantes à crudelitate ejus. Nam innumeris criminibus cruenta hæc bestia sanctas illas animas obruebat mentiendo propter nomē Christi: ut apud Justinum martyrē, Tertullianum, Arnobium, Minucium, Eusebium, Augustinum de civitate Dei, & alios legimus. Quod exemplū posteriora secula diligentissimè perdendo ovili Christi sequuta sunt, & nos memoria nostra cum incredibili dolore experti sumus. de cælo autem vide suprà 11. 12.

[20] imaginem [21] bestiæ quæ gladio vulne-
rata fuit, sed revixit.
15 [22] Datúmque est ei ut [a] animaret ima-
ginem bestiæ, ut etiam loquatur imago
bestiæ; & faciat ut quicumque non adorā-
rint imaginem bestiæ, occidantur.
16 [23] Sed & facit ut omnes, parvi & ma-
gni, divites & pauperes, liberi & servi ac-
cipiant [b] [24] characterem in manu sua de-
xtra, aut in frontibus suis:
17 Et nequis possit [25] emere aut vende-
re, nisi qui habeat [26] characterem aut no-
men bestiæ, aut numerum nominis ejus.
18 [27] Hîc sapientia est. Qui intelligentia
præditus est, computet numerum bestiæ:
[28] numerus enim hominis est: & numerus
ejus, sexcenta sexaginta sex.

[20] id est, imagines, per enallagen numeri: nam harum cultus inde a Concilio Niceno secundo contra legem Dei institutus est fide & auctoritate publica.
[21] tertio casu in Græco dictum, pro eo quod est, ad cultum honorémque & obsequiū illius: nam hac imaginū propugnatione bestia hæc pseudoprophetica Romanæ bestiæ commodat potentissimè, abs qua jam olim eas acceperat: quapropter optimè deinceps imago bestiæ appellatur, cùm imagines ortum a bestia, modum ex voluntate bestiæ, finémque in commodis bestiæ habeant positum. [22] Et de hoc signo imaginum bestiæ, id est, quas bestia posuit statuminandæ idololatriæ, miraculosè loquentium & judicantium, vel potiùs mirificè, pseudoprophetarum fraudibus, pleni Pontificiorum libri. [a] B. Vitam inderet, nempè sicut Jannes & Mambres Mosis prodigia imitabantur. [23] Tertius locus, impia tyrannis & insolentissima, ut antè dictum, in personas hoc versu & in res actionésque earum usurpata, sequent. vers. Nam & personarum omnium tyrannicam mancipationem dicitur facere, ut tamquā stigmatiæ isti bestiæ serviant: & in res actionésq; omnium tum promercalem abusum exercere indulgentiarum dispensationumq; (ut vocant) erga suos, tum in alios interdicta exercere violentissima, dirásque ejaculari etiam in naturalibus & civilibus, privatis & publicis bonæ fidei contractibus. [b] Notam nominis bestiæ. [24] id est, chrisma illud suum, quo in Sacramento (ut vocant) Confirmationis, personas & actiones obsignando earum frontem manúmque mancipant sibi, & signum Christi de quo suprà 7.3. sanctúmq; baptismum nostrum faciunt irritum. Nam quos Christus baptismo adjunxit sibi, hos bestia hæc Confirmatione vindicat, quam Baptismo non dubitat auctoritate & efficacia præponere. [25] id est, liberum ullum cōmercium aut consuetudinem habere cum hominibus, nisi qui Cōfirmationem istam & consecrationē clericalis tonsuræ, quam vocant, habuerint. Legatur Gratianus de consecrat. distinct. 5. c. omnes spiritus sanctus, & c. de his.

[13] id est, qui non sunt ab æterno electi in Christo Jesu: hîc enim Agnus mactatus ille est, de quo suprà 5.6. Hæc autem verba cum Areta distinguo in hunc modum, *quorum nomina non sunt scripta inde a jactu fundamenti mundi in libro vitæ Agni illius mactati*: atque hæc distinctio simili loco infrà 17. 8. confirmatur. [14] Conclusio hujus sermonis de priore bestia, bimembris: hortatione ad audientiam attentam, hoc ver. & prædictione constans, partim comminationum adversus impios, partímque consolationum ad eos qui in tolerantia & fide exspectaverint gloriosum illum adventum Domini nostri & Servatoris Christi, ver. sequente. *Gen. 9. 6. Matth. 26. 52.

[15] Secundum visionis membrum, de imperio Ecclesiastico, quod Romæ successit politico, & penes corpus pseudoprophetarum est falsæq; doctrinæ artificum. Quapropter eadem bestia, idémque corpus etiam a Johanne donatur pseudoprophetæ appellatione, infrà 16. 13. & 19. 20. Hujus autem bestiæ primùm species describitur, hoc vers. deindè res gestæ illius, sequentibus: & sermo totus concluditur versu ultimo. Est autem ortu hæc bestia, terræ (ut loquuntur) filia, γηγενής, obscurè nata, & pedetentim emergens ex abjectione sua.

[16] id est, specie quidem Agnum simulabat (quid enim mitius, quid abjectius, quàm servum esse servorum Dei?) sed re draconem agebat, & lupum, Matth. 7. 15. ipse enim Satanas transfigurat sese in Angelum lucis, 2. Corinth. 11. 14. quid discipuli probi ejus, servulíque faciant?

[17] Rerum a bestia hac gestarum historia ad tria capita summatim pertinet, hypocrisin, signorum fidem, atque tyrannidem: quarum prima, hoc versu, secunda, tribus seq. tertia, vers. 16. & 17. exponitur. Hypocrisis illa est mendacissima, qua & priorem bestiam ludificatur & universum mundum, quòd etsi ex priore bestia arte sua, ut calce, miserrimum effecit ἐξίτηλον, omnem potestatem illius usurpavit sibi, eámque vidente & spectante illa exercet impudentissimè; sic tamen præ se fert ac si honore summo prosequeretur ipsam, & ab omnibus coli optima fide procuraret.

[18] Nam Romanæ isti bestiæ, quæ ἐκ πολιτικῆς ἀρχῆς facta est ἱεραρχία, divini honores tribuuntur, & divina planè auctoritas, adeò ut etiam supra Scripturas credatur esse; quod vel impio hoc versu glossa Decretalium testatur, *Articulos solvit, synodúmque facit generalem*, de potentia Papali dicto. Sic ortu, fundamento, sede, re denique ipsa bestia una est: speciem & modum solùm variavit Pontifex, qui idem est imperii illius tyrannici, & pseudoprophetarum caput: nam illud imperium assumsit sibi, hoc verò artificium adjecit illi. Ista autem verba, *cujus curata fuerat plaga lethalis*, hîc ponuntur διαγνωστικῶς, & pòst aliquoties, ut jam eo tempore lectores pii quasi in rem præsentem ducerentur hoc signo. q. d. ut adorent hoc ipsum imperium quod nunc est, cujus caput exsectum memoria nostra curatúmque vidimus.

[19] Secundum rerum a bestia hac gestarum caput est ingentium signorum fides, ad confirmandam impietatem istam pertinentium: quorum alia supernè data sunt, ut ignis e cælo demissus dicitur falsis præstigiis, hoc versu: alia hîc exhibita in conspectu bestiæ, ad stabiliendam idololatriam & animas seducendas: quam partem incipiens a posteriori (ut loquuntur) narrat Johannes hoc modo: 1. effectus demonstratur his verbis, *seducit incolas terræ*. 2. communis modus efficiendi duplex: unus, signorum, *propter signa quæ datum est ei ut faciat in conspectu bestiæ*: a ter. sermonis ad signa accedentis & docentis idololatriam signis confirmatam, *dicens incolis terræ, ut faciant imaginem illi bestiæ quæ &c.* 3. singularis modus exponitur quòd *datum est ei ut animaret imaginem bestiæ*, & quidem animatione ejusmodi, ut ea tum loquatur respondens consulentibus, tum mortem immorigeris, nec ipsam adorantibus, pronunciet: quæ omnia signis falsis, procurante & inspirante diabolo in imaginibus, non rarò effecta sunt. Horum enim signorum exemplis plenæ sunt historiæ Pontificiorum plerisque fictis, aliis etiam factis per diabolum in imaginibus, ut in serpente olim, Gen. 3 quibus exemplis non bestiæ auctoritas, sed Dei harúmque prædictionum a Deo veritas confirmatur.

[26] Hîc desiderantur tria a pseudoprophetis, quæ per incrementū enunciantur, character, nomen, & numerus nominis. Sensus est, nisi qui habeat primùm Confirmationem & clericalem illam tonsuram, secundò ordines sacros, quorum perceptione participatur nomen illud bestiæ: aut denique nisi gradum summum scientiæ illius Pontificiæ, & juris (ut vocant) Canonici, mysteriáque illius quasi in numerato habeat. In his enim est numerus nominis illius. Atque hoc sequens versus optimè ἐξηγεῖται. [27] id est, in hoc numero bestiæ consistit Pontificia illa sapientia, quæ summa illis quidem videtur esse. Exponit his verbis Johannes antecedens illud dictum de numero bestiæ, quid habeat suprà characterem aut nomen illius. Hæc, inquit Johannes, character, & nomen bestiæ facilè cuivis contingunt: sed in numero bestiæ habendo est sapientia: non nisi sapientum ac intelligentium est numerum illum assequi: doctores sunt illuminatissimi qui assequuntur ipsum: ut sequētia verba commonstrant. [28] Quantus, & quotus sit numerus bestiæ, ex quo bestia numerat sapiētiam suam, his verbis exponitur. Quantus est, rogas? tātus ut hominem totum occupet, homo semper discat, & numquam ad ejus cognitionem veniat: vir sit oportet, qui numerum illum assequitur. Quotus autem? nempè senarius per omnia, & perfectè resultans ex omnibus suis partibus aliquotis ut vocant: senarius per monadas, decurias, centurias, &c. adeò ut nulla pars aliquota sit in disciplina & ordine Pontificio, quæ ad suum caput ac veluti summam minimè referatur aut contineatur ea: tam benè in hac Hierarchia respondent omnia inter se, & capiti suo. Itaque senario numero trux illa bestia Bonifacius octavus, Decretales a se absolutas prædicat in proœmio sexti: *Quem librum*, inquiens, *quinque libris aliis dicti voluminis Decretalium annectendum, censuimus Sextum nuncupari, ut idem volumen senarium (qui numerus est perfectus) librorum, illo adjuncto, numerum comprehendens, perfectam in rebus agendis formam tribuat, & in moribus disciplinam.* Hîc igitur ille est numerus bestiæ suas partes de se fundentis, & omneis ad se prudentissimè sagacissiméque reducentis disciplina sua. Consulatur, siquis plura desideraverit, glossa in eumdem locum. Non sum nescius alias hujus loci interpretationes adferri: sed bona omnium pace meam sententiam duxi in medium sine cujusquam offensa conferendam: idque hac causa adductus maximè, quòd mihi nec probabile videtur, nec verisimile, numerum bestiæ, sive nominis bestię accipi, ut vulgus interpretum putavit, oportere. Nam hunc numerum bestia docet, dat, imprimit, ut notam publicam suorum, eámque notā maximi præ aliis facit, ut dilectissimorum suorum notam. Illæ autem interpretationes ab hac proprietate & conditione illius numeri videntur abludere: sive ad nomen Latini sive Titanis, sive aliud aliquid respexeris. Hæc enim bestia non docet, dat, imprimit, sed doceri vetat diligentissimè, & audacter negat: non probat sed improbat: & eos qui de hoc numero sic cogitant, odio plus quàm Vatiniano persequitur.

CAPUT XIIII.

[2] *Agno stante super montem Sion,* [4] *unà cum castis suis cultoribus,* [6] *Angelus unus Evāgelium nunciat:* [8] *Alius Babylonis casum prædicit:* [9] *Tertius bestiam vitari monet.* [13] *Vox e cælo beatos illos pronunciat, qui Domini causa moriūtur.* [16] *Mittitur posteà falx Domini in messem,* [18] *& in vindemiam.*

Tunc

TUnc [1] vidi, & ecce *aderat* Agnus [2] stãs super mõtem Sion, & cum eo [3] centum quadraginta quatuor millia habentia nomen Patris ejus scriptum in frontibus suis.

2 Et audivi vocem e cælo tamquam vocem aquarum multarum, & tamquam sonum tonitrui magni: & vocem audivi citharœdorum pulsantium citharas suas:

3 Et qui canebant quasi canticum novum ante thronum, & in conspectu quatuor illorum animalium, & illorum seniorum: neque quisquam poterat discere cãticum illud nisi illa centum quadraginta quatuor millia, ii *videlicet* qui emti sunt e terra:

4 Hi sunt qui cum mulieribus non sunt inquinati: virgines enim sunt. hi sequuntur Agnum quocumq; ierit: hi emti sunt ex hominibus, primitiæ Deo & Agno sacræ.

5 Et in quorum ore non est inventus dolus: sunt enim inculpati ante thronum Dei.

6 [4] Deinde vidi [5] alium Angelum volantem per medium cæli, habentem Evãgelium æternum, ut evangelizaret incolis terræ, & omni genti, & tribui, & linguæ, & populo:

7 Dicentem magna voce, * Timete Deum, & ei tribuite gloriam: nam venit hora judicii ejus: & adorate eum *qui fecit cælum & terram & mare & fontes aquarum.

8 Et alius Angelus sequutus est, dicens, * [6] Cecidit Babylon, urbs illa magna, quia vinum excandescentiæ [a] scortationis suæ potandum prębuit omnibus gentibus.

9 Et tertius Angelus sequutus est illos, dicens voce magna, Siquis [7] adoraverit bestiam & imaginem ejus, & acceperit characterem in fronte sua aut in manu sua,

10 Bibet hic quoque ex vino excandescentiæ Dei, ex mero, *inquam*, infuso in poculum excandescẽtiæ ipsius, & torquebitur igne & sulphure in conspectu Angelorum sanctorum, & in conspectu Agni.

11 Et fumus tormenti ipsorum ascẽdet in secula seculorum: nec habebunt requiẽ die nec nocte qui adorãt bestiam & imaginem ejus, & siquis acceperit characterem nominis ejus.

12 [8] Hic tolerantia sanctorum est: hic qui observãt præcepta Dei, & fidem Jesu.

13 Tunc audivi vocem e cælo, dicentem mihi, Scribe, Beati ab hoc tempore mortui ii, qui [b] Domini causa moriuntur. Etiam, dicit Spiritus: ut requiescant a laboribus suis: & [c] opera eorum sequuntur eos.

14 [9] Aspexi autem, & ecce *aderat* [10] nubes candida: & nubi insidebat *quidam* similis homini, [11] habens impositam capiti suo coronam auream, & in manu sua [12] falcem acutam.

15 [13] Et alius Angelus prodiit e templo, clamãs voce magna ad eum qui insidebat nubi, * Mitte falcem tuam, & mete: quia venit tibi tempus metendi: nã aruit * messis terræ.

16 Misit igitur is qui insidebat nubi falcem suam in terram, & demessa est terra.

17 [14] Tum alius Angelus prodiit e templo quod est in cælo, habens & ipse falcem acutam.

18 Et alius Angelus prodiit ab altari, habens potestatem in ignem: & clamavit voce magna ad eum qui habebat falcẽ acutam, dicens, Mitte falcem tuam acutam, & vindemia botros vineæ terræ: nam maturæ sunt ejus uvæ.

19 Misit igitur Angelus falcem suam acutam in terram, & vindemiavit vineam terræ, & misit in magnum illum lacum excandescentiæ Dei.

20 Et calcatus est lacus extra civitatem: [15] exivitque sanguis e lacu usque ad frenos equorum, per stadia mille sexcenta.

[1] 1. Absoluta historia Ecclesiæ Christi ad annos ampliùs mille trecentos, quo tempore Bonifaciũ VIII. vixisse antè ostendimus; reliqua demùm historia sequitur certantis seu militantis Ecclesiæ, inde ad tẽpora usque victoriæ ultimæ, 3. capitibus. Nam primùm quasi fundamentũ totius historiæ, Agni illius constitutio cum copiis & comitatu ejus describitur, 5. vers. sib. deinde verò res gestę illius, quas fecit, & facit adhuc potentissimè: dum Antichristũ fundit spiritu oris sui, hoc cap. reliquo, & duob. sequentibus. Ad descriptionẽ Agni Ponuntur tria: situs, locus, & comitatus ipsius: quia cætera exposita sunt visis antecedẽtibus, præsertim verò in capite 5.

[2] quasi accinctus ad opus suũ patrandũ, ut Act. 7. 56. in medio Ecclesiæ suæ, quam olim adumbrabat Sion.

[3] ut suprà 7. 2. Hic verò comitatus Agni circumscribitur primùm divino (ut suprà 7. 2.) signaculo, hoc versu: deinde occupatione sancta ipsius, quòd cuncti & singuli in eo comitatu contentissimè suavissimèque, versu 2. cantico singulari coram Deo & Angelis electis ejus Agnum glorificant, quod canticum caro & sanguis exaudire non potest, nec intelligere, vers. 3. postremò rebus eorum antegestis & sanctificatione ipsorum: quòd virgines fuerint, a scortatione spirituali & corporali, id est, impietate & injustitia integri: quòd Agnum ducem omnis boni sequuti sint hærẽtes ei: quòd ei sint sacri, tamquam redemti ab eo per gratiam: quòd ista omnia, sanctificationem vitæ, ductum Agni, & τὴν ἀπολύτρωσιν redemtionis illius, in veritate coluerint & simplicitate Christi: denique (ut generatim absolvatur) quòd inculpati sint coram Domino, vers. 4 & 5.

[4] Altera pars, ut diximus in versum. 1. de rebus gestis Agni. Earum modus exponitur duplex, sermonum, factorúmque. Sermones ad versum 13. hujus capitis; facta ad caput 16. explicantur. Sermone autem Agni, qui idem sermo est Evangelii, docentur hoc in loco ista: piorum officium in reverẽtia Dei intùs, foris glorificatione positum, quarum symbolum adoratio, vers. 7. impiæ Babylonis eversio, vers. 8. & impiorum quoque singulorum casus bestiam adorantium, vers. 9. & 2. sequentibus: postremò piorum Dei servorũm status tum præsens, vers. 12. tũ futurus beatissimus ex promissione Dei, vers. 13.

[5] typum bonorum fidelium̃que servorum Dei, quos Deus maximè a tempore Bonifacii illius VIII. excitavit ad promulgandum Evangelium Christi sermone & scriptis. Sic Deus primùm proximè Bonifacii illius tempora Petro Cassiodoro Italo, pòst Arnoldo de villa nova Gallo, tum Ockamo, Dante, Petrarcha, exinde Johanne de rupe cęsa Franciscano, postmodum Johanne Wikleso Anglo, & sic deinceps his & illis usus est ad restitutionem veritatis & amplificationem Ecclesiæ suæ.

* *Psal. 145. 6.* * *Act. 14. 15.* * *Esai. 21. 9. Jerem. 51. 8. Infra 18. 2.*

[6] id est, actum est de Babylone sententia & judicio Dei: cujus exsequutionem describit Johannes cap. 18. Atque hæc vox Ministrorum successit, ex quo lucem Evangelii divinitùs oblatam Babylon certo consilio certáque malitia oppugnavit.

[a] B. Scortationis suæ, qua Deus est ad iram inflammatus.

[7] id est, Deum solum non adoraverit, sed honores divinos in bestiam hanc transtulerit, sive ex animo faciat, sive simulata significationem qui me negaverit coram hominibus, ait Christus Matth. 10. hunc ego negaturus sum coram Deo Patre meo & Angelis ejus. Atque hæc illa vox est sancti ministerii, qua hoc tempore plurimùm utuntur pii & fideles servi Dei. Animadversa enim jam satis publica Babylonis obstinatione, non laborant ut in eam deinceps ampliùs intonent, sed privata membra terrore servaturi (ut loquitur Judas) & ex flamma publica rapturi, aut seria commiseratione abducturi ostendunt eis mortem æternam quò imprudentes ruũt, nisi tempestivè ad Deum revertantur: pios verè de grege suo ad tolerantiam, obsequium, & fidem Domini Jesu cohortantur, suóque exemplo aliis jubent prælucere.

[8] Patientia, sanctificatio, & justitia ex fide: quarum consectariæ quies, fœlicitas, & gloria æterna in cælesti Dei Angelorũmque consortio.

[b] Ad verbum, in Domino, id est, propter Dominum.

[c] Operum nomine, præmiũ intelligit qd̃ bona opera cõsequitur.

[9] Secũda pars capitis, ut diximus in vers. 1. de rebus gestis vel tactis Christi in fundẽdo Antichristo Ecclesiáq; illius Spiritu oris divini ejus, postquã sermone publicè privatímque revocatus ad officium suũ, edoctus certissimam ruinam suam, nõ desinit suos si bivindicare, & pios infestare atrocissimis persequutionibus. Earũ autem rerũ quas gerit Christus duo sunt genera: unum, cõmune, hoc cap. reliquo: alterum, singulare in ferã illam & contumacem bestiam, atque adoratores illius, capitibus 2. sequent. Communis est bellorum calamitas universam terram pervadẽs, omniáque cruentans promiscuè. Hæc autem duobus typis figuratur, messis & vindemiæ. Quantum verò ex quo tempore emicuit lux illa Evangelii, & prophetia per Dei gratiam resurrexit, quantum, inquam, bellorum exarsorit in orbe terrarum, quantum humanæ carnis messe divina prostratum fuerit, quantum sanguinis (proh dolor) exundaverit ab annis fermè trecentis, clamant omnes historiæ, & tempora hæc nostra, si unquam, horrent istius falcis, quam Antichristus advocat, vehementia. Est autem hoc in loco prior typus, messis.

[10] ardorem suum colore indicans, ut fit in galaxia lacteóve circulo.

[11] tamquam a Deo regnaturus, & Christi functurus vicem in miserabili ista exsequutione.

[12] commodissimum exsequutionis divinæ instrumentum, perdens cæsim & punctim omnia. Deo enim quis obsistat?

[13] Dat Christus mandata, hoc versu; exsequitur Angelus, vers. sequent. * *Joel 3. 13.* * *Matth. 13. 39.*

[14] Alter typus, ut diximus in versu 14. vindemia; cujus eadem est planè cum præcedente ratio, si hoc exceperis, quòd curiosior messe est pervestigandis singulis racematio. Hoc ergo judicium gravius, tum quia priori succedit, tum quia fieri intelligitur quàm antè, accuratiùs.

[15] id est, quàm altissimè, longissimè, latissimèque exundavit. Hyperbole. Atque hi suaves illi sunt fructus spreti Christi, & præoptati Antichristi, quos miser & insanus & cæcus hoc tempore decerpit mundus.

CAPUT XV.

[1] *Apparent septem Angeli habentes plagas septem ultimas.* [3] *Victores bestiæ Deum laudant.* [6] *Angelis septem dantur septem divini furoris phialæ.*

Deinde

DEinde [1] vidi aliud ſignum in cælo magnum & admirabile: [2] Angelos illos ſeptem, habentes plagas ſeptem ultimas, quoniam per illas erit excandeſcentia Dei conſummata.

2 [3] Et vidi [4] tamquam mare vitreum mixtum igni: & [5] eos qui victoriam reportabãt ex beſtia illa & imagine ejus & characte re ejus, ex numero nominis ejus [6] ſtãtes apud mare vitreum, & habentes citharas Dei:

3 Qui etiam cantabant [7] canticum Moſis [8] ſervi Dei, & canticum Agni, dicẽtes, [8] Magna & mirabilia ſunt opera tua, Domine Deus omnipotens, * juſtæ & veræ ſunt [b] viæ tuæ, rex ſanctorum.

4 *Quis nõ timebit te Domine, & glorificabit nomen tuum? Nam ſolus ſanctus es. Nam omnes gentes venient & adorabunt in cõſpectu tuo: nam jura tua manifeſta facta ſunt.

5 [9] Et poſt hæc aſpexi, & ecce, apertũ eſt templum Tabernaculi teſtimonii in cælo.

6 Et prodierunt e templo ſeptẽ illi Angeli, habentes [10] ſeptem plagas, induti [11] lino mundo, & ſplendido, & [12] præcincti circa pectora zonis aureis.

7 Et unum ex [13] quatuor animalibus dedit ſeptem Angelis phialas aureas, plenas excandeſcentiæ Dei viventis in ſecula ſeculorum.

8 Et impletum eſt templum fumo *prodeunte* a majeſtate Dei, & a virtute ejus: [14] nec quiſquam poterat ingredi in templum, donec conſummatæ eſſent ſeptem plagæ ſeptem Angelorum.

[1] Rerum geſtarum Chriſti locus alter, ut ſuprà dixi mus in 14.14. Narratur ergo deinceps ſingulare opus judiciorũ Dei, ad fundẽdum Antichriſtum cum ejus copiis pertinẽs: cujus operis divini præparatio, hoc cap. exſequutio, cap. ſequent. deſcribitur. Hæc autẽ præparatio primùm quidem univerſè ὡς ἐπὶ πᾶν exponitur verſ. 1. deinde minutatim enarratur reliquo capite.

[2] de quibus ſup. cap. 8. & 9. in plagis mũdi effundendis: nam etiam hæ plagæ illis plurimùm reſpondent.

[3] Enarrationis partes duẽ: una ſanctorũ cõfeſſio glorificãtium Deũ, viſa illa judiciorũ præparatione, ad verſ. 4. uſque; altera, inſtrumentorũ quæ Deus ordinavit, vocatio, inſtructio, & cõfirmatio ad exſequutionẽ judiciorum ejus, 4. verſibus alteris. [4] Alludit hæc pars viſionis ad mare æneum, ex quo in aditu Iſraëlitarum templi abluebantur Sacerdotes. In aditu enim cæleſtis templi (ut appellatur infrà ỳ. 5) fuiſſe dicitur mare vitreum, id eſt, lucidiſſimum & διαφανεστατον, ad commoditatem delectus: mixtum igne, id eſt, quaſi theſaurum capiens judiciorum Dei, quæ depromit & diſpenſat arbitratu ſuo. Nam ex illo purgabantur Sacerdotes olim, ex hoc perduntur impii. ſic ſuprà 4.6.

[5] id eſt, pios martyres Chriſti, qui beſtiæ illi ne fignis quidem ceſſerint. de his autem videndum ſuprà 1.17. & 14.9. & 10. [6] ex ſingulari obſervatione armorum & inſtrumentorum ítæ Dei in mari vitreo natantium glorificantes Deum. [7] epinicium illud, Exod. 15. [8] 1. Sic vocatur Moſes per excellẽtiam, ſicut deſcribitur Deut. 34.10. [8] Cantici partes duæ: una, confeſſio tum ſingularis, hoc verſu, tum etiam communis, principio ſequentis verſ. altera, cauſarum narratio ad confeſſionem pertinẽtium: quarum unum genus æternum eſt in ſe, & piis præſentiſſimum, quòd Deus eſt, & ſanctus, & ſolus: alterum futurum, quòd eodem electi ex gentibus (id autem eſt, impiis & infidelibus, ut ſuprà 11.2.) magnificentia judiciorum Dei erant adducendi. ver. ſeq. *Pſal. 145.17. b Geſta tua. *Jer. 10.7.

[9] Enarrationis pars ſecunda, ut verſ. 1. adnotavimus: in qua primùm argumenti totius auctoritas, præeunte typo templi aperti in cælo figuratur, ut ſuprà 11.19. divina videlicet omnia illa eſſe quæ inde proceſſerint, hoc ỳ. ſecundò adminiſtri prodeunt e templo, verſ. 6. tertiò inſtrumentis judiciorum Dei & armis convenientibus cum modo judiciorum Dei inſtruũtur, ver. 7. poſtremò autem confirmantur aſpectabilis gloriæ divinæ teſtimonio, verſu ultimo: cujuſmodi teſtimonium in Lege olim exhibuit Deus, Exod. 40. [10] id eſt, mandata infligendi ſeptem plagas illas: metonymia.

[11] quod dignitatis regiæ olim fuit, aut ſacerdotalis ſymbolum.

[12] præcinctio, ſymbolum diligentiæ; & zona aurea, puritatis ac fidei in mandatis Dei capeſſendis. [13] de quibus ſuprà 4.7. [14] nullus Angelorum ſeptem illorum regredi, niſi abſoluto penſo ipſorum ex decreto Dei.

CAPUT XVI.

2.17 *Effundunt Angeli ſeptem commiſſas ſibi furoris divini phialas: quibus effuſis variæ plagæ in orbe terrarum exoriuntur,* [18] *ad terrendos improbos,* [19] *& magnæ urbis incolas.*

TUnc audivi vocem magnam e tẽplo, dicentem ſeptẽ illis Angelis, Ite, effundite ſeptẽ phialas excandeſcentiæ Dei in terram.

2 [2] Abiit igitur primus *Angelus*, & effudit phialam ſuam in terram: factúmque eſt ulcus malum ac noxium adverſus homines qui habebant [3] characterem beſtiæ, & eos qui adorabant imaginem ejus.

3 [4] Deinde ſecundus Angelus effudit phialam ſuam in mare, [a] factúmque eſt *illud* quaſi cruor cadaveris: & [b] quodcumque animal vivebat in mari, mortuum eſt.

4 [5] Tum tertius Angelus effudit phialam ſuam in flumina, & in fontes aquarũ: & factæ ſunt ſanguis.

5 Et audivi Angelum aquarum dicentẽ, Juſtus es, Domine, Qui es, & Qui eras, & Qui eris, quòd hæc judicãris.

6 Quoniam ſanguinem ſanctorum & Prophetarum effuderunt, & ſanguinem eis dediſti ad bibendum: digni enim ſunt.

7 [6] Et audivi alium e ſanctuario dicentem, Etiam Domine Deus omnipotens, vera *ſunt* & juſta judicia tua.

8 [7] Poſteà quartus Angelus effudit phialam ſuam in ſolem, & datum eſt ei æſtu affligere homines per ignem.

9 Et æſtuaverũt homines æſtu magno, & blaſphemãrunt nomẽ Dei habentis auctoritatem in has plagas: neque reſipuerunt ut tribuerent ei gloriam.

10 [8] Tũ quintus Angelus effudit phialam ſuam ſuper thronum beſtiæ illius, & factum eſt regnum ejus tenebroſum: & mandebant linguas ſuas præ dolore:

11 Et blaſphemãrũt Deum cæli præ doloribus ſuis & ulceribus ſuis, nec reſipuerunt ab operibus ſuis.

12 [9] Tum ſextus Angelus effudit phialam ſuam in flumen illud magnum, *nempè* [10] Euphratem: & [11] exſiccata eſt aqua ejus, [12] ut pararetur via regum ab ortu ſolis *adventantium.*

13 Et vidi ex ore [13] draconis & ex ore [14] illius beſtiẽ, & ex ore [15] pſeudoprophetẽ

[2] Primi Angeli hiſtoria: a quo immiſſa plaga iiſdem propemodum verbis deſcribitur ac illa Ægyptiorum ſexta, Exod. 9. ſed ulcus ſpirituale ſignificat, lanienãq; illam vel carnificinam conſcientiæ κατακρινουσης quę intus impios accuſat, & tũ ſermonis veritate (cujus facem Deus jam prætulit tamdiu) tum acerbitate gladiũ excitat, evincitq;.

[3] Vide ſup. in cap. 23.

[4] Secundi Angeli hiſtoria, commoventis & infeſtantis maria, ut conſciẽtias hominum in vitioſitate ſua torpentium commovear, ſic ſuprà 8.8.

[a] 9. Verſum eſt in ſanguinem, & cum quidem putrẽ & ſanioſum, qualis ſolet eſſe cadaverum.

b ad verb. omnis anima, pro omni animante.

[5] Tertii Angeli hiſtoria, tum percutientis flumina, hoc verſu, tum prædicantis juſtitiam Dei atque efferentis per graviſſimã noxiæ hominum & pœnæ divinæ comparationem; quæ huic loco & præcedẽti cõmunis eſt. Quapropter etiam præconiũ hoc Angelo aquarum tribuitur: quæ appellatio ſecundi tertiſque Angeli communis eſt, prout in aquas uterque immittendus fuiſſe dicitur, licet marinas unus, alter fluviatiles, duobus verſibus.

[6] Confirmatio antecedentis prædicationis e ſanctuario Dei, ſive per Chriſtum immediatè, ſive per aliquem Angelum ipſius: nam & Chriſtus alius Angelus appellatur ſuprà 7.2.3. & 8 & 10.1.

[7] Quarti Angeli hiſtoria, plaga in cælum ſolémque indita, de qua Luc. 21.26. cujus effecta ponuntur duo: unum proprium, quòd homines torrefactura ſit, hoc verſ. alterum κατα συμπτωσιν ex ſuperiore proficiſcens, quòd illorum furor ſit eo ampliùs in Deum exarſurus, ſequente verſu, cùm tamen (ô admirabilem Dei miſericordiam & tolerantiam) omnia priùs ſæpè multũmque manu premantur illius, quàm humanum genus a quo offenditur, ut docent antecedentia.

[8] Quinti Angeli hiſtoria, duabus plagis regnum beſtiæ affligentis, foris tenebris, intùs ulceribus doloribũſque graviſſimis in univerſo regno: quibus malorum conſcientiam afficeret, & obſtirmationem pervicaciſſimam idololatrarum caſtigaret: unde perturbatio orta, & furibunda ex perturbatione indignatio, inſaniáque αμετριοπαθειας in Deum frendens, & in ſeipſam injuria.

[9] Sexti Angeli hiſtoria, facto, & eventu illius diſtincta. Factum eſt, quòd plagam immiſit Angelus æſtus torridiſſimi, quo vel maxima flumina, æſtúque ſolita exundare (ut Euphrates) exarefacta ſunt conſilio Dei, hoc verſu. Eventus autem eſt illa meta inſania qua ferunturi impii, ut judiciis Dei illudant, eáque furioſè vertant in rem ſuam, & exſequutionem impii furoris ſui, verſibus ſequentibus.

[10] Babyloniæ ſpiritualis terminum, & præmunitiones illius, ut ſup. 9.14.

[11] ſic munimentis quibus confiditur ſublatis, nudata præſidio Eccleſiæ impiorum & regnum beſtiæ dicitur.

[12] id eſt, ut etiam longinquiſſimis major ſit commoditas accurrendi ad ſacrificium, quod inſtituit Dominus.

[13] id eſt, diaboli, ut ſuprà 12. [14] de qua ſupra 13.1. [15] id eſt, beſtiæ alterius, de qua ſuprà 15. 11. ſic enim appellatur etiam infrà 19. 20. & 20.10.

[7] F. Superiore cap. conſtituta eſt ad opus divinu præparatio: hìc traditur exſequutio. Ac primùm quidem hic de exſequutione locus habet mandatum commune, in ỳ. 1. deinde verò ſingularem exſequutionis ab unoquoque Angelo factæ hiſtoriam ſuo ordine, reliquo cap. Convenit autem fermè huic ſingulari in Antichriſtum & turbam illius exſequutioni cum ea quæ in mundum communiter effecta legitur, ſuprà 8. & 9. ejuſdémq; planè niſi me conjectura fallit) eſt temporis. Sed eo tamen inter ſe differunt, quòd hæc in principes & coryphæos impietatis mundi ſingulariter, illa communiter in mundum impium effecta eſt: ac proinde hæc judicia acerbiora illis figurantur.

illius [16] tres impuros spiritus [17] similes ranis *prodeuntes*.

14 Sunt enim spiritus dæmoniorum edentes signa, quí*que* abeunt ad reges terræ & totius mundi, ut congregent eos ad prælium magni illius diei Dei omnipotentis.

15 ([18] Ecce venio * ut fur. Beatus qui vigilat & servat vestimenta sua, ne nudus ambulet, & cernantur pudenda ipsius)

16 [19] Congregavit igitur eos in locum, qui vocatur Hebraicè [20] Armageddon.

17 [21] Tum septimus Angelus effudit phialam suam [22] in aërem: & prodiit vox magna e templo cæli [23] a throno, dicens, [24] Fuit.

18 [25] Factique sunt sonitus, & fulgura, & tonitrua: & terræmotus factus est magnus, qualis nunquam fuit ex quo homines fuerunt super terram, terræmotus, *inquam*, adeò magnus.

19 Et dirupta est [26] urbs illa magna in tres partes, & civitates [27] Gentium ceciderunt, & [28] Babylon illa magna venit in memoriam in Dei conspectum, * ut præberet ei poculum excandescentiæ iræ suæ.

20 Et omnis insula fugit, & montes [29] non sunt [c] inventi.

21 [30] Et grando magna, quasi [d] talenti pondo descendit e cælo in homines: & blasphemârunt Deum homines propter plagam grandinis: quoniam magna fuit ejus plaga vehementer.

[15] Id est, singuli suas omneis vites contulerunt, conspiratúntque, ut signis, sermone, opere, in eamdem perniciem secum adducerent omneis reges, principes, & potentiores mundi, ab ipsis nefariè fascinatos per suos spiritus & doctores vanitatis, impuritatisq; bestiæ scortátis cum regibus terræ. Atque hæc temporũ nostrorum descriptio.

[17] importunissimè coaxantes, diémque & noctem provocantes, & conclamátes arma, tubæ, furiæ bellicæ: ut exponitur seq. ℣.

[18] Parenthesis protreptica, in qua Deus pios servos suos fretos exspectatione Christi monet, ut semper ad illius advẽtum animum attendant, sibique caveant ne ab impuris istis spiritibus turpiter nudẽtur circumveniantúrque, & ita miseri imparati sint in adventu domini sui, sic Matth. 24. & 25.

* *Suprà 5. 1. Matth. 24. 40. Luc. 12. 39.* [19] Angelus putà piè, ex mandato Dei sacrificaturi: quamvis imputi illi spiritus idem faciant impiè bestiæ illi in [illegible], non autem Deo, servientes.

[20] id est, (ut de aliis interpretationibus nihil dicam) mons vel montana Megiddonis, sive Megidduntis. Megiddonem sive Megidduntem urbem & agrum esse in tribu Manassis, Issacari & Aseri conterminum, ex sacra scriptura constat, eúmque lugubri illa Josiæ regis clade celebratum, de qua 2. Reg. 23. 30. & 2. Chron. 35. 22. & Zach. 12. 11. Ad hæc autem montana Deus typicè reges populorum bestiæ ministrantes conventuros dicit, eo quòd illam funestam cladem gentes Ecclesiæ Judæorum semper, tamquam probrosam, objecerant: ideòque locum sibi ducebant fore auspicatissimum (ut loquuntur illæ) & inominatum piis. Hic autem Deus probrum illud Ecclesiæ fiduciámque impiorum, eo ipso in loco a se sublatum iri pronunciat, ubi gentes sibi exsultaturæ maximè & triumphaturæ videbãtur in Deum & Ecclesiam ejus.

[21] Septimi Angeli historia ad finem usque capitis: in qua primùm quidem signo & sermone ostenditur rei argumentum, hoc ℣. deinde narratur exsequutio, sequentibus.

[22] unde cælum sursum, terrámque deorsum afficeret.

[23] id est, ab eo qui insidet throno, metonymicè.

[24] id est, actum est de Babylone, ut ℣. 19. posteà, & seq. cap. exponitur. Nam hujus denunciationis primus (ut ita dicam) impetus, hoc cap. ultimus victoriam perfectam continens, capitibus reliquis descriptus est.

[25] Jam narratur exsequutio, ut diximus in ℣. proximum, résque postremò eventuræ ante eversionem bestiæ Babylonicæ in cælo & terra: tum communiter, ℣. 18. tum verò singulariter in urbe maledicta, cæterisque eam contingentibus conjunctione ulla, 3. vers. ultimis.

[26] statio illa Antichristi.

[27] Antichristo adhærentium omnium, & Christum oppugnantium.

[28] illa meretrix, de qua proximè seq. cap. Venite autem in memoriam, Hebraismo frequentissimo enunciatur de Deo humanitùs. * *Jer. 21. 11.*

[29] id est, non adfuerunt. non exstiterunt ampliùs. Hebraismus translatitius.

[c] Disparuerunt: quod Hebræi dicunt, & non ipsi. Gen. 3. 24.

[30] Exsequutionis particularis modus iram divinam evidentissimè testificans ortu & gravitate ipsius: cujus eventus idem est ac suprà 9. 13. & qui fuisse dicitur hoc ca. inde a quarti Angeli exsequutione, pervicax mundi in rebellione sua obfirmatio, & cor impœnitens.

[d] Talentaria: erat autem talentum sexaginta minarum, id est, sexcentarum drachmarum, ut significetur ingens & inauditum pondus.

CAPUT XVII.

[1] *Describitur meretrix illa magna,* [2] *cum qua reges terræ scortantur,* [6] *ebria piorum sanguine:* [7] *& bestia quæ portat illam: mysterium utriusque* [11] *& exitium.* [14] *Postremò agni victoria.*

Tum [1] venit unus ex septem Angelis qui habebant septem phialas, & loquutus est mecum, dicens mihi, Heus tu, ostendam tibi [a] [2] damnationem meretricis illius magnæ, sedentis super aquas multas:

2 Cum qua scortati sunt reges terræ, & cujus scortationis vino inebriati sunt incolæ terræ.

3 [3] Quúmque me per spiritum in desertum absportasset, vidi mulierẽ insidentem bestiæ [b] coccinæ, plenæ nominibus blasphemiæ, habẽti capita septem, & cornua decem.

4 Erat autem [4] mulier illa [5] amicta purpura & cocco, & inaurata auro & lapidibus pretiosis & margaritis, [6] habens poculum aureum in manu sua, plenum abominationibus & immunditia scortationis suæ.

5 [7] Et in fronte sua nomen scriptum, Mysterium, [8] Babylon illa magna, mater illa scortationum & abominationum terræ.

6 [9] Et vidi mulierem illam ebriam sanguine sanctorum & sanguine martyrum Jesu: [10] & miratus sum, quum viderem illam, admiratione magna.

7 [11] Tunc dixit mihi Angelus, Quare miraris? ego dicam tibi mysterium mulieris, & bestiæ quæ portat eam, quæ habet capita septem & cornua decem.

8 [12] Bestia quam vidisti, [13] fuit, & non

[1] Statu Ecclesiæ certantis seu militãtis exposito, sequitur status vincentis, ut antè in principium cap. 10. docuimus. Hic autẽ capitibus 4. deinceps exponitur. Quemadmodũ verò in antecedẽte loco monuimus non semper accuratè observari in historia illa rationem tẽporum: id ipsum in hac tenendum est, secũdùm personas, de quibus agitur, distinctam esse: in singularum verò personarum historia sigillatim servari tempus. Nam primùm traditur historia Babylonis perditæ, hoc & sequ. cap. (atque hæc proculdubio ante bestias & draconem peritura est) secundò utriusque bestiæ, cap. 19. postremò autẽ draconis, cap. 20. In Babylonis spiritualis historia distinctè narrantur, status illius, hoc cap. & subversio facta divinitùs, cap. seq. Est autem hîc transitio ad argumentum primum, hoc & seq. vet. constans ex singulari vocatione prophetæ, ut anteà sæpè, & propositione summa.

[a] 8. Latam sententiam de isto scorto. [2] id est, damnandam meretricem, per hypallagen: nam Johannes eam nondum viderat. Etsi altera interpretatio ferri potest: sed hanc tamen malim. [3] Deinceps proponitur typus Babylonis & status illius, 4. vers. ib. pòst typi declaratio, reliquo cap. Typo describuntur duo: bestia illa, de qua suprà 13. in ℣. 3. & mulier insidens bestiæ ℣. 4. & duobus seq. Bestiæ tempore succedente accessit aliquid amplius, quàm in supetiore visione fuerat expressum: primùm quòd coccino vestita est, paludamento imperatorio atque triumphali, antè non legitur: secundò quòd hæc plena est nominibus blasphemiæ, illa verò in capitibus solùm gestabat blasphemiæ nomẽ. Sic docuit Deus bestiam hanc plurimùm impietate injustitiáque fuisse auctam, & in utraque postremo seculo multo insolentiùs & fastuosiùs (ut fit) quàm unquam antea, triumphare.

[b] Coccineo colore, id est, veste rubra & purpurea: nec sanè temerè factum est, ut hic color Romanæ curiæ placuerit. [4] meretrix, Babylon spiritualis, Roma. Hæc autem describitur ex habitu, professione, & actionibus ipsius.

[5] Habitu: gloriosissima, triumphalis, locupletissima, speciosissima.

[6] Professione: altrix omnium, hoc vers. & omnes docens mysteria, seq. vers. omnia ostentans magnificentissimè: sed re ipsa perniciosissima, soporans poculo suo miseros, veternúmque exitialem adferens.

[7] Fallens religionis titulo, & inscriptione publica mysterii, quam olim non gestaverat bestia. [8] Exegesis, qua Johannes exponit quid hoc sit mulieris. [9] Actionibus; rubens sanguine, eúmque effundens licentiosissimè; ac proinde tincta cruore sanctorum: ut contrà sanguine hostium tinctus figuratur Christus Esai. 63. 1.

[10] Transitio ad secundum locum cap. occasione per Johannem data, ut verba Angeli ostendunt vers. sequente.

[11] Secundus locus, ut diximus in vers. 1. visi enarratio, quæ promittitur hoc vers. pòst autem traditur, sequentibus. Traditur autem primùm enarratio bestiæ & historia ejus, ad versum 14. posteà verò meretricis, ad finem cap.

[12] Enarratio bestiæ triplicem continet circumscriptionem illius. Harum prima est distinctio hujus bestiæ ab aliis omnibus quæ fuerunt unquam: quæ distinctio hoc vers. continetur: secunda est delineatio bestiæ ex rebus præsentibus, quibus jam eo tempore internosci a piis posset: atque hæc delineatio fit secundùm capita illius, ℣. 9. & duob. seq. tertia est historica rerum futurarum actionúmque ab ea prædictio: atque hæc cornibus ejus tribuitur, vers. 12. & duobus seq. Est autem bestia hæc imperium illud Romanum, de quo diximus suprà 13. ex cujus mutationibus, quæ jam tum acciderant, Spiritus sanctus distinxit, & delineavit ipsum. Distinguit verò Apostolus ab omnibus aliis bestiam hãc his verbis, *bestia quam vidisti, erat, & non est.* Sic enim verba expono Apostoli ad evidentiam, ut sequentibus notis explicabimus. [13] Sensus est, bestia illa quam videras suprà 13. 1. & quam modò adhuc vidisti, erat, erat inquam inde a Julio Cæsare secundùm principium, ortum, stationem, speciem, imperium, modum, stirpémq; a gente Julia: & non est tamen illa ipsa, si ad gentem stirpémque respexeris. Nam gentis hujus imperium transivit in gentem alterãm Nerone exstincto, ab altera in tertiam, a tertia in quartam, & sic deinceps mutationibus innumeris variatum. Denique imperium unum est, tanquam bestia una, sed quamplurimùm per gentes, familias, personas variatum. Erat ergo, inquit Johannes, in gente Julia: & jam non est penes gentem illam, sed factum est gentis alterius.

est: &

est: & [14] ascensura est ex abysso, & in exitium abitura: & mirabuntur incolæ terræ, (quorum nomina scripta non sunt in libro vitæ a jacto mũdi fundamento) [15] cernentes bestiam quæ erat, & non est, & tamen est.

9 [16] Hîc est mens quæ habet sapientiã. c [17] Septem capita, septem montes sunt, super quos mulier sedet.

10 Et [18] reges septem sunt: [19] quinque ceciderunt, [20] unus est, *&* [21] alius nondum venit: & quum venerit, oportet illum ad exiguum *tempus* manere.

11 [22] Bestia autem quæ erat, & non est, is [23] octavus est, & [24] e septem illis est, [25] & in exitium abit.

12 [26] Decem autem cornua quæ vidisti, [27] decem reges sunt, qui regnum nondum acceperunt, sed auctoritatem tamquam reges [28] ad unam horam accipient cum bestia.

13 Hi [29] sunt unius sententiæ, & vires ac auctoritatem suam bestiæ tradent.

14 Hi cum [30] Agno pugnabunt, & Agnus vincet eos: * quoniam Dominus dominorum est, & Rex regum, & qui cum eo sunt, vocati, & electi, & fideles.

15 [31] Deinde dixit mihi, Aquæ quas vidisti, ubi meretrix sedet, [32] populi sunt, & turbæ, & gentes, & linguæ.

16 Et decem [33] cornua quæ vidisti in bestia, hi odio prosequentur meretricem, & desertam reddent illam & nudam, & carnes ejus edent, & ipsam igne exurent.

17 [34] Deus enim dedit in corda eorum ut exsequantur quod ipsi visum est, & ut consentiant, déntque regnum suum bestiæ, donec consummentur verba Dei.

18 Et mulier quam vidisti, est [35] urbs illa magna quæ habet regnum super reges terræ.

[14] q. d. & hæc ipsa quæ est, brevi futura non est, sed ascensura ex abysso, sive e mari (ut dictũ est suprà 13.1.) id est, e gentibus promiscuè stirps nova: & in exitium abitura peritura̓que eadem: & ita successivè venturi, abituri, exorituri, occasuri principes novi, manẽte tamen corpore bestiæ, sed mutationibus adeò frequentibus, ut nemo non sit miraturus stare hanc bestiam in tot mutationibus potuisse. Nullũ sanè imperiũ tot & tantas mutationes expertum, & tot quasi fluctibus in alto agitatum duravit tãdiu.

[15] Id est, gravissimas, & frequentissimas mutationes istas mirabuntur quicumq; providentiam Dei secundùm fidem sanctorum non didicerint, quum animadvertent eamdem bestiam, Romanum illud imperium, fuisse, non esse, esse, perpetuísque mutationibus infestari, atque in eis tamen subsistere. Hæc simplicissima judicio meo interpretatio, eventu rerum confirmata. Et si postrema quoque mutatio non obscurè his verbis significata est, quum imperium illud ex politico factum est Ecclesiasticũ: illud in corpora, hoc etiam in animas: illud humano ordine, hoc etiam juris divini ac religionis specie sæviens & cruentans sese piorum sanguine. [16] Hortatio faciens audientiam, eodem argumento cum illa Christi, *qui habet aurem ad audiendum, audiat.* Quamobrem malim ego quidem hoc in loco legi, *hic esto mens quæ h* &c Sic transitur cómodè ad secundum circumscriptionis locum. c Pueri etiam norunt quæ illa sit septicollis civitas tantoperè decantata, de qua Virgilius, Septémque una sibi muro circumdedit arces: de illa videlicet quæ quum hæc scriberet Johannes, habebat regnum super reges terræ: erat & non est, & tamen adhuc est, sed ad exitum tendit.

[17] Hæc delineatio bestiæ ex rebus præsentibus, ut antè diximus: qua Johannes eam descriptam voluit, ut tum eo seculo a piis cognosci posset, tum in posteritatem ampliùs observari. Hujus autem delineationis typus unus est, nimirum capita: sed descriptio duplex, sive anagoge typi: una permanens ex natura, altera facto hominum transiens. Permanens descriptio est ex montibus septem, hoc vers. Transiens verò, ex regibus septem ℣. 10. & 11. Atque hîc observatu dignum, unius typi duas aut plures anagoges interdum exsistere, prout Spiritui sancto visum est rem unam typis pluribus aut plureis unico adumbrare. Sic suprà de spiritibus septem annotavimus cap. 1. 4. Est autem hæc mulier septem montibus insidens, civitas Romana, olim ἑπτάλοφος Græcis, Varroni septiceps (ut hîc) a septem capitibus, aliis septemcollis dicta.

[18] Horum Regum principium sive Imperatorum fermè cum illo Christianæ Ecclesiæ principio idem est quod antè exposuimus cap. 11. 1. nempe ex anno 35. post passionem Domini, quum templum & Ecclesia Judæorum eversa est: quo anno factum est providentia Dei ut compleretur priùs illud dictum, *bestia erat & non est*, quàm Judæorum eversio proximè sequuta accideret. Is autem fuit annus ab urbe condita I Ɔ C C C. I X. ex quo anno Johannes tum Imperatores numerat qui adhuc exstiterunt quum hæc scriberet, tum duos prædicit proximè futuros: idque hoc consilio ut hæc prædictio singularis rerum futurarum quando evenisset, veritas aliarum prædictionum omnium in Ecclesia confirmaretur magis: quod signum Lege indixerat jam olim Deus Deut. 18 & confirmat Jeremias 28. 8.

[19] quorum hæc sunt nomina: primus Ser. Sulpicius Galba, septimus Imperator populi Romani: secundus, M. Salvius Otho: tertius, A. Vitellius: quartus, T. Flavius Vespasianus: quintus, Titus T. f. Vespasianus, ut pater, dictus. [20] Flavius Domitianus Vespasiani prioris filius: nam hujus temporibus ultimis hæc scribebat Johannes, ut auctor est Irenæus lib. 5. adversus hæreses. [21] Nerva, imperio a gente Flavia trãslato: hic autem imperavit solùm annum unum, menses quatuor & dies novẽ, ut narrant historici.

[22] dictum synecdochicè, pro eo quod est, bestiæ caput illud quod erat & non est, quia putatum est, & Nerva tam brevi exstinctus. Quot autem capita, tot bestiæ esse in una videbantur. simile vide suprà 13. 3. [23] Nerva Trajanus, qui hîc vario respectu septimus & octavus idem appellatur.

[24] etsi numero & successionis ordine octavus est, tamen uni ex istis capitibus accensetur, quia Nerva & ipse unum fuerunt caput. Hic enim unà cum Nerva potestatem obtinuit, & consulatu cum eo fungebatur, quando Nerva vita defunctus est. [25] nimirum persequutione infestaturus Ecclesias Christi, ut docent historiæ, & nos suprà 2. 10. perstrinximus.

[26] Tertius circumscriptionis locus, ut diximus in versum 18. prophetica rerum futurarum, quas gestura est bestia, prædictio: quemadmodum verbis sequentibus non obscurè Johannes effatur dicens, *qui regnum nondum acceperunt*, &c. horum enim regum instituitur cum superioribus antithesis. Circumscribuntur autem primùm personæ, hoc vers. deinde facta, duobus sequentib. [27] nempe cum suis regnis ex Rom. illa bestia sobolescentes, quum politicum illud imperium arte Pontificum maximè cœpit labascere. [28] nempe cum bestia illa secunda, quam pseudoprophetissam esse diximus: quæ bestia ascendens e terra omnem potestatem prioris bestiæ vindicavit sibi, eámque exercet coram ipsa, ut dictum est suprà 14. 11. & 12. Nam inclinante politico imperio Occidentali, & Reges enati sunt decem, & secunda bestia oblatam commoditatem arripuit, ut omnem prioris bestiæ potentiam sibi usurparet. Hos autem Reges decem jam olim numeraverunt & circumscripserunt multi: & pars bona eventorum apertè clamat hac ætate nostra.

[29] putà consensione, ut conspirent cum bestia, & pẽdeant a nutu illius. Eorũ autem historia tribus partibus discluditur, consiliis, factis & eventis. Consiliorũ alia in communicatione judiciorum animorúmque posita sunt, alia in cómunicatione virium, quas illi huic bestiæ dicuntur tradidisse, hoc vers.

[30] Christo & Ecclesia ejus, ut sequens αἰτιολογία declarat. Atque hîc facta, & eventa illorum propter Christum & gratiã Dei Patris erga vocatos, electos, & fideles suos in Christo consequuta. *Infrà 19. 16. 1. Tim. 6. 15. [31] Alterum enarrationis membrum, ut in vers. 7. diximus, ad meretricem spectans visione oblatam, vers. 3. In hac autem historia meretricis, distinctè hæc tria proponuntur: quæ amplitudo illius, hoc vers. quæ ruina, & a quibus illi superventura sit duobus seq. ac postremò quænam sit illa meretrix, vers. ultimo. Hic autem locus (quẽ naturæ ordine primum esse oportebat) ultimus eo factus est, quòd ad vinculum sequentis cap. magis pertineret. [32] nempe tam instabiles & varii, quàm sunt aquæ: huic autem fundamento meretrix regina insidet, vana vano. [33] reges decem, ut suprà vers. 12. hujus autem facti atque eventus complementum in dies provehitur hoc nostro seculo, singulari providentia & gubernatione Dei potentissima: quapropter facta hoc vers. proponuntur; causa verò factorum, sequentibus. [34] Ætiologia a summa effectrice causa, nimirum providentia Dei: qua sola Johannes ὕστερον πρότερον affirmat effectum esse, tum ut exsequantur Reges in meretricem quod ipsi placuit, & quod enunciavit proximo præcedente vers. tum ut consensione & consilio uno dent regnum suum bestiæ, &c. suprà ℣. 13. & 14. Ut enim hi priùs excæcati pependerint a nutu bestiæ meretricem attollentis, sic posteà dicitur fore ut resiliant discessionémque faciant ab ea, mutatis in melius animis per Dei gratiam & misericordiam. [35] Roma, civitas illa magna, vel sola civitas (ut Justinianus vocat) cujus tum rex & caput erat Cæsar, nunc verò Pontifex, postquam ratio bestiæ mutata est.

CAPUT XVIII.

[2] *Horrendum Babylonis excidium proponitur.* 11. 16. 18 *lugent negotiatores terræ, qui ex pompa & luxu ipsius ditati sunt.* [20] *Exsultant verò omnes electi ex tam justa Dei ultione.*

ET [1] posthæc vidi [2] Angelum descendentem e cælo, habentem auctoritatem magnã: & terra illuminata fuit ipsius gloria.

2 Exclamavit autem vehementer voce magna, [3] dicens, * Cecidit, cecidit Babylon illa magna, & facta est domicilium dæmoniorum, & custodia omnis spiritus impuri, & custodia omnis volucris immundæ & exosæ:

3 Quia ex vino excandescentiæ scortationis ejus biberunt omnes gentes, & reges terræ cum ea scortati sunt, & mercatores terræ opib. luxus ejus ditati sunt.

4 [4] Et audivi aliam vocem e cælo

[1] 1. Secundus locus (ut diximus suprà in 17. 1.) historiæ Babylonicæ, qui est de funesto casu & ruina meretricis illius Babyloniæ. Triplex autem est historica de ea prædictio: una, ruinæ illius aperta & simplex prædictio, 3. versibus: secunda, figurata prædictio ex adjunctis inde ad ℣. 20. usque: tertia, signo confirmata, ad finem usque capitis. [2] sive Christum sermonem æternum Dei Patris, ut alibi sæpe: sive creatum Angelum & delegatum quempiam, sed potestatis amplitudine & gloriæ luce instructissimum, ut potestatis symbolo.

[3] Prædictio ruinæ continens tum casum Babylonis, hoc vers. tum causam illius allegoricè de spiritualibus & corporalibus maleficiis ejus, id est, impietate injustitiáque summa enunciatam, sequente ℣. Casus autem illius tum simpliciter enunciatur ab Angelo, tum ejus gravitas hîc ab eventis demonstratur, quum dæmoniorum, ferarum, volucriúmque inauspicatarum sedes futura dicitur; ut olim Esai. 13. & alibi passim. *Suprà 14. 8. Esa. 21. 9. Jere. 51. 8.

[4] Altera prædictio, de adjunctis ruinæ Babylonis. Horum autem duo sunt genera: unum, antecedens, quòd antè eximuntur pii, ad vers. 9. usque: alterum, consequens ex ruina ejus, videlicet luctus impiorum, & piorum exsultatio, ad vers. 20.

dicentem, [5] Exite ex ea populo mi, [6] ne participes sitis peccatorum ejus, & ex plagis ejus accipiatis.

5 Nam [a] accumulata peccata ejus pertigerunt usque in cælum, & recordatus est Deus scelerum ejus.

6 [7] Reddite ei sicut & ipsa reddidit vobis: & duplicate ei duplum secundùm opera ejus: in poculo quod propinavit, propinate ei duplum.

7 Quantum sibi gloriæ attribuit & luxuriata est, tantum date ei tormentum & luctum: quia in [b] corde suo dicit, Sedeo regina, [c] nec sum vidua, nec luctum [d] videbo.

8 Ideo [e] una die venient ejus plagæ, mors, & luctus, & fames: & igne exuretur, quia validus est Dominus Deus, qui damnabit eam.

9 [8] Tum flebunt eam & plangent super ea reges terræ, qui cum illa scortati & luxuriati sunt, quum viderint fumum incẽdii ejus:

10 Procul stãtes propter terrorem tormenti ipsius, & dicentes, Vah, vah, Magna illa urbs Babylon, urbs illa valida, una hora venit judicium tuum.

11 [9] Sed & mercatores terræ flebunt & lugebunt super ea: quoniã merces eorum nemo emit ampliùs:

12 Merces auri, & argẽti, & lapidis pretiosi, & margaritarum, & byssi, & purpuræ, & serici, & cocci, & omne lignũ thyinum, & omne vas eburneum, & omne vas ex ligno pretiosissimo, & ære, & ferro, & marmore,

13 Et cinamomum, & suffitus, & unguẽtum, & thus, & vinum, & oleum, & similam, & triticum, & jumenta, & oves, & equos, & [f] rhedas, & mancipia, & animas hominum.

14 [10] Et [g] fructus desiderati ab anima tua abierunt a te: & omnia pinguia & pręclara abierũt a te: nec ampliùs ea invenies.

15 Harum, *inquam*, rerum mercatores ab ea divites facti, procul stabunt, propter terrorem tormenti ipsius, flentes ac lugentes:

16 Et dicentes, Vah, vah, civitas illa magna, quæ amicta erat byssо & purpura & cocco, & deaurata erat auro & lapidibus pretiosis & margaritis! quĩnam una hora vastatæ sunt tantæ divitiæ?

17 [11] Sed & omnes gubernatores, & omnis in navibus versantium turba, & nautæ, & quotquot ex mari quæstum faciunt, procul stabunt.

18 Et clamabunt videntes fumum incẽdii ejus, & dicent, Quæ similis *erat* urbi isti magnæ?

19 Et injecto capitibus pulvere clamabunt flentes ac lugentes, & dicentes, Vah vah, quòd urbs illa magna, in qua omnes qui habebant naves in mari, divites facti sunt ex ipsius copiis, una hora desolata est.

20 [12] Exsulta super ea cælum, & sancti Apostoli & Prophetæ, quoniam nostras de illa [h] pœnas Deus sumsit.

21 [13] Tum sustulit quidam Angelus validus lapidem instar molæ magnæ, & projecit in mare, dicens, Ita cum impetu projicietur Babylon vrbs illa magna: [i] nec ampliùs invenietur.

22 [14] Et vox citharœdorum, & musicorum, & tibia ac tuba canentium non audietur in te ampliùs: nec ullus artifex cujuscumque artis invenietur in te ampliùs: & sonitus molæ non audietur in te ampliùs:

23 Et lux lucernæ non lucebit in te ampliùs: & vox sponsi & sponsæ non audietur ampliùs in te: nam mercatores tui erãt optimates terræ, & veneficiis tuis seductæ sunt omnes gentes.

24 Sed in ea [15] sanguis Prophetarum & sanctorum [16] inventus est, & omnium qui mactati sunt in terra.

[5] Antecedens ruinæ illius imperatur duplex: unum ut pii Babylone exeant, quemadmodum olim ante eversionem Hierosolymorum factum meminimus suprà in caput 12. imperatur autem istud hoc & sequente vers. alterũ ut ipsi suo loco sese in exsequẽdis Dei judiciis occupent singuli, ut olim Levitis dictũ Exod. 32. 27. suásq; manus sanctificẽt ministrantes Domino, vers. 6. & duobus sequentib.

[6] Mandati causæ duæ: tũ ut fugiatur cõtagium peccati, tũ ut vitetur suppliciorum ex peccato communicatio.

[a] 8. Usus est verbo quo significatur peccata mutuò sese consequẽtia & alia nascẽtia ex aliis, in eum tandẽ cumulum excrevisse, ut ad cælum usque pertigerint.

[7] Provocatio piorũ, & mandatum de exsequendis judiciis Dei, tribus causis nititur quæ hic exprimuntur: injusto maleficio meretricis Babylonicæ, hoc vers. impio fastu atque ἀνοσίῳ, omnium maleficiorũ fonte, vers. 7. & damnatione justissima ex sententia Dei, vers. 8.

[b] Secum, sive apud se.

[c] Sum populosa ac potẽs.

[d] Sentiam & experiar.

[e] Brevi, & uno eodémque tẽpore.

[8] Consectaria adjuncta ruinę Babylonis, vel consequẽtia (ut distinximus in ver. 4.) sunt duo: nẽpe impiorum luctus, ad vers. 19. & piorum exsultatio vers. 20. Luctus autem istius acerbissimi secundùm personas lugentes distincta membra constituuntur tria: quorum primum est luctus regum potentiorũmq; terrę duobus vers. secundum est luctus mercatorum negotiantium terra, inde ad vers. 16. tertium denique negotiantiũ mari, inde ad vers. 19. In singulis autem suo ordine causæ luctus, & modus illius describuntur pro conditione lugentium κατὰ τὸ πρεπόντατον. [9] Luctus negotiantium terra, ut proximè distinximus. [f] Lecticas. fuit autem rheda Gallicum vehiculi nomen, quod posteà a Romanis usurpatum, ad Græcos transiit. [10] Apostrophe mimetica ad emphasin, tanquam si mercatores illi more lugentium κατὰ πόλιν Babylonem appellarent, quamvis prostratam & eversam fundितùs. sic Esai. 12. 9. & alibi frequenter. [g] Græcè ὀπώρα: significat autem tempus proximè antecedens Autumnum, quo tempore fructus maturescunt, quorum etiam & nomen est, ὀπώρα, id est, fructus animo expetiti.

[11] Luctus mari negotiantium formula.

[12] Alterum consequens ex ruina Babylonis, piorum exsultatio in cælo & terra: ut versu 9. fuit annotatum.

[h] Ad verbum, judicavit vestrum judiciũ.

[13] Tertia prædictio (ut in versum 1. diximus) constans ex signo, & interpretatione illius. Signi autẽ Iterpretatio duobus modis cõficitur: primùm simplice propositione rei ipsius, hoc vers. deinde eventorum declaratione, vers. sib. sequentibus.

[i] Disparebit.

[14] Evẽtus duplex antithetos ad rei amplificationem: nulla planè, inquit, Babyloni lætitia inerit, hoc & seq. vers. sed omnia tristia ex cruentis justorũ cædibus, & divina ultione propter eas accedente, v. 24.

[15] nimirum cæde cruenta fusus, atque ultionem expetens. [16] i. compertus atq; deprehensus, tamquam instituta a Deo cognitione justa de impietate, inhumanitate, & injustitia illorum.

CAPUT XIX.

1 *Laudant cælestes Deum, quòd vindicârit sanguinem suorũ e manu meretricis.* 9 *Beati scribuntur qui ad cœnam nuptiarum Agni vocati sunt.* 10 *Angelus adorari se prohibet.* 11 *E cælo summus ille Rex regum apparet.* 19 *Bellum oritur,* 20 *in quo apprehenditur Bestia,* 21 *& in stagnum ardens dejicitur.*

POsthæc [1] audivi vocem magnam turbæ multæ in cælo dicentis, [a] [2] Halleluja: salus, & gloria, & honor, & virtus Domino Deo nostro.

2 Quia vera & justa *sunt* judicia ejus, & meretricem illam magnam, quæ corrupit terram scortatione sua, damnavit, & vindicavit sanguinem servorum suorum ex manu ejus.

3 Deinde secundò dixerunt, [3] Halleluja: & fumus ejus ascendit in secula seculorum.

4 Et prociderũt vigintiquatuor illi Seniores, & quatuor illa animalia, & adoraverunt Deum insidentem throno, dicentes, Amen. Halleluja.

5 [4] Tum vox [5] e throno prodiit, dicens,

[1] 1. Hujus capitis duæ sunt omnino partes: una μεταβατικὴ siue transitiva, ad versum 10. usque: altera, historica victoriæ a Christo de bestia utraque parte, ad finem capitis; quam secundã esse diximus historiam hujus argumẽti, sup. 17. 1. Trãsitionis loci duo. unus laudativus, de ruina facta Babylonis, versibus 4. alter itidem laudativus atq; propheticus, de adventu Christi in regnum, & augustissimo ejus conjugio cum Ecclesia sua, inde ad vers. 10. Prioris laudationis membra sunt tria ex prisco usu cantantium distincta: strophe sive πρωτοστροφὴ, duobus vers. antistrophe sive antiphonia, vers. 3. & epodus sive ἐπῳδία, vers. 4. quæ omnia nobis hic certo consilio visum est distinguere, nequis cum Porphyrio aliisve canibus puerilem πανωλεθρίαν ausit Johanni & cælesti Ecclesiæ objicere. [a] 8. Laudate Dominum. [2] Propositio laudis hortatoria, hoc vers. & causæ illius, sequente. [3] Ἀντιφωνητὴς cantio, habens amplificationem divinæ laudis a perpetuo judicii illius divini certissimóque testimonio, ut Sodoma & Gomorrha factum, Genes. 19. [4] Secundus laudationis locus, ut vers. 1. diximus: quæ laudatio primùm divinitùs imperatur, hoc vers. deinde a rebus creatis pronunciatur amplissimè, tum quia regnum illud exoptatissimum Christi videnę advenire, vers. 6. tum quia Ecclesiam in domum viri ducendam: nuptiis sacris ad regni consortium advocati, vers. 7. & 8. quapropter epiphonema divina quadam obsignatione conjunctum jubetur Johannes libro inscribere, vers. 9. [5] e templo divinitus, sup. 11. 19.

Laudate Deũ nostrum omnes servi ejus, & qui timetis eum parvi & magni.

6 Et audivi [6] tamquam sonitum turbæ multæ, & tamquam sonitum aquarũ multarum, & tamquam sonitum tonitruorum vehementium, dicentium, Halleluja: quoniam regnum iniit Dominus Deus ille noster omnipotens.

7 Gaudeamus, & exultemus, & demus gloriam ei: quia venerunt nuptiæ Agni, & uxor ejus [7] paravit se.

8 Et datum est ei ut amiciatur [8] bysso munda & splendida: [9] byssus enim [b] justificationes sunt Sanctorum.

9 Tum [10] dixit mihi, *Scribe, Beati qui ad cœnam nuptiarum Agni vocati sunt. Et dixit mihi, Hæc verba Dei vera sunt.

10 [11] Et procidi ante pedes ejus ut adorarem eum: sed dixit mihi, Vide ne *fecerys*: conservus tuus sum & fratrum tuorum qui habent [c] testimoniũ Jesu. Deum adora: testimonium enim [d] Jesu est Spiritus Prophetiæ.

11 [12] Deinde vidi [13] cælum apertum, & ecce *adfuit* equus albus: & qui insidebat ei, vocabatur Fidelis & Verax, & *qui* [e] justè judicat & pugnat.

12 Oculi autem ejus *erant* tãquam flamma ignis: & in capite ejus diademata multa: habebátque nomẽ scriptum quod nemo novit nisi ipse.

13 *Et amictus erat veste tincta sanguine: vocatúrq; nomen ejus Sermo ille Dei.

14 [14] Exercitus autem qui sunt in cęlo, sequebantur eum equis albis, vestiti bysso alba & munda.

15 [15] Et ex ore ejus prodibat gladius acutus, ut eo percuteret gentes: * ipse enim reget eas virga ferrea: & is est qui calcabit lacum vini excandescentiæ & iræ Dei omnipotentis.

16 [16] Habebátque in vestimento & in femore suo nomen scriptum, * Rex regum, & Dominus dominantium.

17 [17] Tunc vidi quemdam Angelũ stantem [18] in sole, qui clamavit voce magna, dicens omnibus avibus quæ volabant [19] per medium cæli, Adeste & congregamini ad cœnam magni Dei,

18 Ut edatis carnes regum, & carnes tribunorum, & carnes potentum, & carnes equorum, & eorum qui ipsis insident, & carnes omnium liberorum ac servorum, parvorum ac magnorum.

19 [20] Deinde vidi bestiam illam, & reges terræ, & exercitus eorum congregatos ad gerendum bellum cum eo qui insidebat equo, & cum ipsius exercitu.

20 Et comprehensa est [21] bestia, & cum ea [22] pseudopropheta ille qui ediderat signa in ejus conspectu, quibus seduxit eos qui acceperant characterem bestię, & qui adoraverant imaginem ejus: & vivi conjecti sunt ambo in stagnum ignis ardens sulphure:

21 Et reliqui occisi sunt gladio ejus qui insidebat equo, prodeunte ex ore ipsius: & omnes aves saturatæ sunt carnibus eorum.

[21] illa nimirũ bestia septiceps, de qua sup. 13. 1. & 17. 3.

[22] i. bestia illa biceps, de qua sup. 13. 11. videdum ampliùs sup. in 16. 14.

CAPUT XX.

[1] Angelus [2] Satanam vinculis constringit ad mille annos, [8] quibus solutus, Gog & Magog, i. occultos & apertos hostes, in Sanctos concitat. [11] Sed Domini vindicta coërcet illorum insolentiam. [12] Aperiuntur libri, ex quibus judicantur mortui.

1 DEinde vidi Angelum descendentẽ de cælo, habentem clavem [2] abyssi, & catenam magnam in manu sua.

2 Qui apprehendit draconem, serpentem, *inquam*, illum antiquum, qui est diabolus & Satanas, & vinxit eum [3] *ad* annos mille.

3 Conjecitq; eum in abyssum, quam occlusit & obsignavit super eum, ut non [4] seduceret ampliùs gentes, donec consummarentur anni mille: nam posteà oportet eum solvi *ad* [5] exiguum tempus.

4 [6] Deinde vidi [7] thronos, & [a] sederunt super eos, & judicium datum est eis: & animas [8] eorum, qui securi percussi sunt propter testimonium Jesu, & propter sermonem Dei, [9] quiq; non adorant bestiam, neque imaginem ejus, nec acceperunt characterem ejus in frontibus suis, aut in manibus suis: vivéntque & regnabunt cũ Christo mille illos annos.

5 [10] Reliqui verò ex mortuis [11] non re-

[1] F. Tertius locus jam sequitur historiæ prophetica, de victoria qua draconẽ superavit Christus, ut suprà 17. 1. adnotavimus: quem locum necesse est cum historia cap. 12. sub finem conjungi, aptariq; ad justam intelligentiam ipsius. Sunt autem hujus capitis partes duæ: una, de dracone victo, ad vers. 10. usque: altera, de resurrectione judicióque ultimo, inde ad finem. Draconis historia est duplex: una, de priore victoria, ex qua vinctus fuit per Christum, ad vers. 6. altera, de posteriore victoria, qua detrusus in supplicium æternum, inde ad vers. 10. Accidit autem prior historia primis Christianæ illius Ecclesiæ tẹporibus, quũ per Christũ de cęlo dejectus draco recentẽ Ecclesiæ partum in terris vellet cõturbare, sup. 12. 17. & 18. Quapropter hanc draconis historiam monuimus cum eo loco cõtinuari oportere. [2] i. inferni sive tartari, quò detrusos Angelos, qui peccaverunt, Deus catenis caliginis tradiderat, damnationi servãdos, 2. Per. 2. 4. & Judę 6.

[3] quorum primus (continuata nempe hac historia cum fine capitis 12.) est trigesimus sextus a passione Christi, quum Ecclesia Judæorum eversa in Ecclesiam Christianam apud Gentes collectam involare tentaret Satan, & de semine illius perdere, suprà 12. 17. millesimus verò præcisè incidit in scelerati illius Hildebrandi tempora, qui Gregorius VII. est dictus, necromantæ & magi perditissimi: quo instrumento usus est diabolus, quum e vinculis solutus esset, ut sanctos atrocissimis persequutionibus, mundum verò totum discidiis & bellis cruentissimis deinceps infestaret, ut Benno Cardinalis narrat copiosissimè. Atque hæc prior in terris parta de dracone victoria.

[4] Seductione videlicet illa publica atque violenta, quam tentaverat suprà 12. & quam post hos mille annos (proh dolor) in Christiano orbe potentissimè procuravit. [5] quo demum elapso secundum illud certamen victoriaq; futura est, de quo vers. 7. & sequente.

[6] Descriptio status communis Ecclesiæ Christi in terris eo mille annorum spatio, quibus diabolus fuit in vinculis: in qua primùm auctoritas, vita, & gloria communis piorum ostenditur versu 4. secundò aliis vitæ novitas per Evangelium post illud spatium pronunciatur, vers. 5. postremò autem concluditur promissionibus, vers. 6. [7] Hic typus auctoritatis bonorum fidelium q; Dei servorum in Ecclesia, humanitus.

[a] B. Datum est siquidem illis judicium, quatenus videlicet membra capiti sunt conjuncta: non autem quia Christi officium ad eos transfertur. [8] martyrum, qui posteà passi sunt primis illis seculis. [9] martyrum, qui posteà passi sunt quàm bestia utraque exstitit, supr. 13. nam ibi exponuntur ista. [10] quicumq; mortui in peccatis jacebunt, & veritatem Dei ignorabunt. [11] non renovabuntur illa novitate vitæ per illustrationem Evangelii gloriæ Christi: hæc enim prima resurrectio est, qua resurgunt animæ piorum a morte sua: secunda autem resurrectione corpora resurrectura sunt.

[6] extra templum in cælo.

[7] nempe ad sanctas illas nuptias, tum ipsa, hoc vers. tũ verò a sponso instructa donationibus propter nuptias regificis & divinis exornata, & cõparata est, sequente versu.

[8] ut regiæ dignitatis & sacerdotalis signo: qua dignitate Christus nos induit, sup. 1. 6.

[9] donatio est a sponso propter nuptias facta, & ornatus lectissimusquẽ Christus in nos confert, velut sponsam suam.

[b] Bona opera quæ sunt viva fidei testimonia.

[10] nimirum Angelus, ut apparet ex vers. seq.

* Matt. 22. 2.

[11] Hujus versus historia singularis per occasionem quamdam, ac velut παρέκβασις inseritur, ut Johannes suam ipsius infirmitatem palàm, & modestam Angeli sanctimoniã in exẽplum statueret, divinos honores abjudicantis sibi, & servos omneis Dei ad illius unius cultum revocantis, ut inf. 22. 8.

[c] Quibus mandatum est ut de Jesu testificentur.

[d] Ad eum enim tamquã ad certissimũ scopum ferunt tur omnes Prophetiæ.

[12] Secundus locus capitis. ut diximus in vers. 1. de victoria utriusque bestiæ a Christo parta: in quo primùm describitur pugnaturus Christus, ad vers. 16. tum ineunda pugna pronunciatur, inde ad vers. 18. postremò autem victoria narratur, ad finem usque capitis. Hic autem elucent amplissima Christi, ut cælestis judicis & vindicis nostri, attributa. secundùm personam, comitatum, effecta, nominaq; ipsius. [13] Attributa personæ: quòd cælestis est, judex, fidelis, verax, justus, hoc vers. pervestigans omnia, omnibus imperans, nemini pervestigabilis, vers. 12. triumphator, & sermo essentialis Dei, vers. 13.

[e] Exegeticè additum. * Esa. 63. 1. 2. [14] Comitatus Christi sanctus, innumerabilis, cælestis, judicialis, regalis, purus.

[15] Effecta Christi ad pugnam accincti, quòd ore percutit gentes, regit, perdítque. * Psalm. 2. 9. [16] Nomen Christo conveniens secundùm attributa antecedentia, more Hebraico enunciatum. * Supr. 17. 14. 1. Tim. 6. 15. [17] Secundum membrum, ut diximus in vers. 11. sarcastica hostium ad pugnam provocatio: qua non ipsi (cur enim a Rege mundi appellentur, aut provocentur subditi? quod a decoro alienum foret) sed ipsis audientibus volucres cęli depasturæ cadavera ipsorum appellantur.

[18] id est, palàm, ut Num. 25. 4. & 2. Sam. 12. 11.

[19] id est, per hoc cęlum inferius, & nobis propinquius. Hebraismus.

[20] Tertium membrum, (ut vers. 11. dictum) de victoria a Christo parta, Huc autem duo pertinent, congressus cum bestia & copiis ejus, hoc ver. & eventus magnificentissimus, qui ratione humana describitur, versibus sequentibus perspicua omnia.

viviscent, donec consummati fuerint illi anni mille. Hæc est resurrectio prima.

6 Beatus & sanctus qui habet partem in resurrectione prima: in hos *enim* [12] secunda mors non habet potestatem: sed erunt sacerdotes Dei & Christi, [13] & regnabunt cum eo mille annis.

7 [14] Postquam verò cōsummati fuerint [15] anni mille, solvet Satanas e carcere suo.

8 [16] Et exibit ut seducat gentes quæ sunt in quatuor [b] angulis terræ, *Gogum & Magogum, ut congreget eos ad prælium: quorum numerus est sicut arena maris.

9 Ascenderunt igitur [c] super latitudinē terræ, & circumiverūt castra sanctorum, & urbem illam dilectam: sed descendit [17] ignis a Deo e cælo, qui devoravit eos.

10 [18] Et diabolus qui seducebat eos, conjectus est in stagnum ignis & sulphuris, ubi *erat* & bestia illa & ille pseudopropheta, & torquebuntur die ac nocte in secula seculorum.

11 [19] Tum vidi [20] thronum magnū candidum, & [21] quemdam ei insidentem, a cujus conspectu fugit terra & cælum, quorū locus non est inventus.

12 Et vidi mortuos parvos & magnos stantes in conspectu [22] Dei, & [23] libri aperti sunt: & alius *liber apertus est, qui est *liber* [24] vitæ: judicatiq; sunt mortui ex iis quæ scripta erant in libris, secundùm opera ipsorum.

13 [25] Et reddidit mare mortuos quos habebat: Mors quoque & infernus reddiderunt mortuos quos habebant: & judicatum est de singulis secundùm opera ipsorum.

14 [26] Infernus autem ac Mors conjecti sunt in stagnum ignis: quæ est mors secunda.

15 Et qui non inventus est in libro vitæ scriptus, conjectus est in stagnum ignis.

[12] illa nimirum qua corpora & animæ, id est, toti homines addicuntur & traduntur æternę morti. sic supr. 2. 11.

[13] Regressio ad historiam institutam per epanalepsin verborū quæ habentur in fine versus 4.

[14] Secunda historia de posteriore victoria Christi, ut diximus in vers. 1. in qua summatim diaboli opus, eversio, supplicium que æternū describuntur.

[15] de quibus sup. vers. 2. tum ergo copia fiet illi furendi in Ecclesiā Dei, & sanctos infestandi propter peccata hominū, quibus se fideles plus satis consociaverint doctrinæ & vitæ impuritatem imbibentes.

[16] Opus diaboli (primum membrū, qd præcedente vers. distinximus) universum orbē seducere ad gentes usq; extimas, armare in populū Dei, hoc vers. & Ecclesiam totis viribus circumsidere atque opprimere, sequente vers.

[b] Plagis & cardinibus. * *Ezec.39.2.* [c] Quasi diceret, ita ut terræ superficies quantacumque est, completa fuerit. [17] Ira Dei consumens adversarios, everténsque omneis conatus ipsorum. Heb.10 27. Atque hoc secundum membrum quod vers. 7. distinximus, Satanæ eversio.

[18] Tertium membrum, supplicium æternum victis, ut ibidem annotatum. [19] Secunda pars capitis: in qua judex, hoc ℣. judiciūmque ultimum, sequentibus describitur. [20] Solium judiciale amplissimum, & splendidissimum: hoc enim παρ' Ἀτυχεῖ nomine etiam designant Græci.

[21] Christum, coram quo judicium habituro cælum & terra peritura fu nt a majestate ipsius, 2. Pet. 3. 7. & 10. & sequentibus.

[22] Christi judicis, 2. Cor. 5. 10. [23] quasi rationales nostri, id est, conscientia operūmque nostrorum indices ineluctabiles: hæc dicta humanitùs. * *Sup.2.5. Infr.20.27. Phil.4.3.* [24] consilii æterni, quo Deus Pater elegit in Christo secundùm beneplacitum voluntatis suæ hæredes futuros vitæ, & hoc dictum humanitùs. [25] Anticipatio est. Atqui sunt mortui, dixerit quispiam, quos mare, mors, sepulcrum absumsit: quomodo illi coram judice compareant? respondet Johannes, per resurrectionem ex mortuis, cui omnia, quamvis adversa, ex Dei mandato ministratura sunt, ut Dani. 12. [26] Ultimus hostis, mors, a Christo (nequid porrò in nos tenet) abolebitur, 1. Corinth. 15. 26. reprobōsque in inferis depascet judicio Dei sequente vers.

CAPUT XXI.

[2] *Novam Ierusalem descendentem e cælo,* [9] *sponsam uxorem Agni,* [12] *ac illius structuram describit,* [19] *pretiosis lapidibus ornatam, cujus templum est Agnus.*

[1] DEinde * vidi cælum novum & terrā novam: * primum enim cælum & prima terra abierat: & mare non ampliùs exstabat.

2 [2] Et ego Iohannes vidi sanctam illā civitatem Hierusalem novam, descendentem a Deo e cælo, paratam, ut sponsam ornatam viro suo.

3 [3] Et audivi vocem magnam e cælo dicentem, Ecce tabernaculum Dei *est* cum hominibus, & habitabit cum eis: & ipsi, populi ejus erunt, & ipse Deus cum eis erit, Deus ipsorum.

4 *Et absterfurus est Deus omnem lacrymam ab oculis eorū: & mors ampliùs nō exstabit: neque luctus, neque clamor, neque labor exstabit ampliùs: quia præcedentia abierunt.

5 [4] Et dixit is qui insidebat throno, *Ecce, nova facio omnia. Et dixit mihi, Scribe: nam hæc verba vera sunt & fidelia.

6 Et dixit mihi, [5] Fuerunt: * ego sum A & Ω, initium & finis. Ego sitienti dabo ex fonte aquæ vivæ, gratis.

7 Victor, hæreditario jure obtinebit omnia: & ero ei Deus, & ipse erit mihi Filius.

8 Formidolosis autem & incredulis, & exsecrabilibus, & homicidis, & scortatoribus, & veneficis, & idololatris, & omnibus mendacibus [a] portio *assignata* est in stagno ubi ardet ignis & sulphur, quod est mors secunda.

9 [6] Tum venit ad me unus ex septem illis Angelis qui habuerant septem illas phialas plenas septem plagis ultimis: & loquutus est mecum, dicens, Veni, ostēdam tibi sponsam uxorem Agni.

10 Et asportavit me per spiritū in [7] mōtem magnum & sublimem, & ostendit mihi [8] civitatem illam magnam, sanctam, *inquam*, illam Hierusalem e cælo descendentem a Deo:

11 Habentem gloriam Dei: & cujus lumen *erat* simile lapidi pretiosissimo, tamquam lapidi jaspidi instar crystalli splendenti.

12 [9] Habebat præterea murum magnū & sublimem, habentem portas [10] duodecim, & in portis [11] Angelos duodecim, & nomina inscripta, quæ sunt nomina duodecim tribuum filiorum Israël.

13 Ab oriente *erant* portæ tres: ab Aquilone, portæ tres: ab Austro, portæ tres: ab Occasu, portæ tres:

14 Et murus urbis habebat [12] fundamēta duodecim, in quibus *erant* duodecim nomina Apostolorum Agni.

* ℣. Nūc sequit historiæ pphetice pars secūda, ut diximus in cap. 1. & 11. 1. de statu futuro Ecclesiæ cælestis post judicium ultimū usq; ad ℣. 5. cap. seq. Duo autem summatim exponūtur, statio sive sedes & locus illius, ℣. 1. deinde status, sequentibus. Ante statum ergo Ecclesiæ, status universitatis exponitur: cælum fore novum, terrāmque novam, ut Esa. 65. & 66. & 2. Pet. 3. atque hæc sedes vel locus Ecclesiæ, in quo justitia habitat.

* *Esa.65.17. & 66.22.* * *2. Pet.3.13.*

[2] Status Ecclesiæ illius gloriosæ describitur generatim ad ℣. 8. usque, deinde specialitim & minutatim, sequentibus. Generalis descriptio posita est tum in viso eminus oblato, ℣. 2. tū in sermonibus e cælo nunciatis. In genere cōmunia sunt hæc: quòd Ecclesia sancta est, nova, Dei opus, cælestis, ornatissima, sponsa Christi, & consors gloriæ illius, hoc vers.

[3] Ecclesia illa sermone describitur tum Angeli, duobus ℣. tum Dei ipsius, versibus 4. Angeli sermo gloriam describit Ecclesiæ, ex Dei cohabitatione præsentissima, ex bonorum omnium communicatione secundùm fedus, hoc ℣. & ex depulsione malorum omnium, ℣. seq. * *Sup.7.17. Esa.35.8.*

[4] In sermone Dei Ecclesiam describēte primùm exordiū quoddam pōnitur, ℣. 5. tum subjicitur Ecclesiæ descriptio magnifica a præsentibus & futuris bonis illius, tribus sequentibus. Exordio autem restitutionem illam universitatis Deus sibi arrogat, de qua ℣. 1. & Johannis vocationē his perscribendis testatam facit, hoc vers. * *Esa.43.19. 2. Cor.5.17.*

[5] Ecclesiæ descriptio fit tribus modis: terum veterum antiquatione: præsentiū in Deo, id est, æternarum subsistentia: & bonorum omnium cum bonis communicatione, ℣. 6. si modò certaverint, ℣. 7. ex ea verò reprobi excluduntur, 8. vers. * *Sup.1.8. Infr.22.13.*

[a] 2. Sors & tamquam hæreditas, Heb. [6] Transitio ad singularem descriptionem cælestis Ecclesiæ, singulari vocatione Johannis, hoc vers. & raptu ejus per spiritum, veritatem divinam confirmante ℣. seq.

[7] locum sedémque Ecclesiæ celsissimam, monte adūmbratam.

[8] typum Ecclesiæ illius, quæ est una, magna sive catholica, sancta, cælestis, a Deo condita, hoc vers. gloriosa, seq. vers. Hic verò typus communiter propositus, deinceps particulatim exponitur vers. 12 & sequentibus.

[9] Singularis descriptio (ut diximus in vers. 2.) cælestis Ecclesiæ. primùm secundùm partes essentiales ipsius, sub typo civitatis, ad vers. 22. secundò ab exteris accidentibus, ad finem cap tertiò ab effectis, principio capitis seq. Partes essentiales ponuntur materia & forma, in toto opere: ex eis integrales (ut vocant) superficies muri, & fundamentum: quæ partes primùm ὀνόματι ad vers. 14. pòst accuratiùs describuntur.

[10] de numero tribuum, de quibus sup. 7. nam hic superficies veteri Testamento, fundamentum Novo tribuitur.

[11] Prophetas, internuncios Dei, & custodes Ecclesiæ.

[12] id est, lapides fundamenti secundùm portas, ut demonstratur ex vers. 19.

15 [13] Porrò is qui loquebatur mecum habebat calamum aureum, ut metiretur civitatem, & portas ejus & murum ejus.

16 [14] Urbs ipsa verò [b] quadrangularis sita est, cujus longitudo tanta est quanta & latitudo, mensusq; est civitatem illo calamo, ad stadiorum duodecim millia: suntq; longitudo & latitudo & altitudo ejus æquales.

17 Et mensus est murum ejus: [c] centũ quadragintaquatuor cubitorum, mensura hominis, quæ est [d] Angeli.

18 [15] Erat autem structura muri ejus ex jaspide: ipsa verò civitas aurum purum, & similis vitro puro.

19 Et fundamenta muri urbis omni lapide pretioso ornata. fundamentum primum *erat* jaspis: secundum, sapphirus: tertium, chalcedonius: quartũ, smaragdus:

20 Quintum, sardonyx: sextum, sardius: septimũ, chrysolithus: octavum, beryllus: nonum, topazius: decimũ, chrysoprasus: undecimum, hyacinthus: duodecimum, amethystus.

21 Duodecim autem portæ, duodecim margaritæ sunt, & singulæ portæ ex singulis margaritis sunt: & [e] platea civitatis, aurum purum tamquam vitrum perlucidum.

22 Nec templum vidi in ea: Dominus enim Deus omnipotens, templum illius est, & Agnus.

23 *[16] Neque civitas ista eget sole vel luna, ut luceant in ea: nam gloria Dei illustrat eam, & lucerna ejus est Agnus.

24 * Et gentes quæ servatæ fuerint ambulabunt ad lucem ejus: & reges terræ gloriam suam & honorem ad eam adferent.

25 *Nec portæ ejus claudentur interdiu: nox enim non erit illic.

26 Et adferetur gloria & honor Gentiũ ad eam.

27 Non intrabit in eam quicquã quod inquinat, aut abominandum quippiam patrat, vel mendacium *loquitur*: sed qui scripti sunt in libro* vitæ Agni.

[13] Transitio ad accuratiorem descriptionem partium Ecclesiæ, dimensione earum per mensorem explorata.

[14] Mensura, & forma æquissima, duobus ℣.

[b] Quadrati figura est æqualium laterum & angulorum rectorum: vocant autẽ Græci τετράγωνον, firmum, constãs, & omnibus numeris absolutum.

[c] Multiplicatio numeri duodecim in seipsum.

[d] Hoc addidit, quia Angelus hominis speciem referebat.

[15] Materia pretiosissima & splẽdidissima, quam gloriosissimam efficit præsentia Dei.

[e] Sic vocat urbis locum magis patentem.

*Esa. 60. 19.

[16] Secundus descriptionis singularis modus, ut diximus in vers. 12. ab accidẽtibus exteris. Sũt autem hæc: lux a Deo, hoc vers. gloria ab hominibus, vers. 24. summa securitas, ℣ 25. denique ea gloriæ veritas & incorruptio, ver. 26. quæ nihil inglorium in se perferre possit, vers. ultimo.

*Esa. 60. 2.

*Esa. 60. 11.

*Supr. 3. 5. & 20. 12.

Phil. 4. 3.

CAPUT XXII.

[1] *Ostenditur aquæ vivæ fluvius,* [2] *& arbor vitæ.* [6.7] *Sequitur prophetiæ hujus conclusio,* [8] *in qua Johann. ostendit verissima esse quæ hic cõtinentur,* [13] *& jam tertiò repetit dictata hæc omnia ab eo esse, qui est* A *&* Ω.

1 DEinde ostendit mihi purum fluviũ aquæ vivæ, splendidum tamquam crystallum, procedentem ex throno Dei & agni.

2 In media verò platea ipsius, & ex utraque parte fluminis, *erat* arbor vitæ ferens fructus duodecim, per menses singulos edens fructum suum, & folia sua ad sanationem Gentium.

3 Nec ullum adversus quemquam anathema erit ampliùs: sed sedes Dei & Agni in ea erit, & servi ejus colent eum.

4 Et videbunt faciem ejus: & nomen ejus in frontibus ipsorum *erit*.

5 *Et nox illic nõ erit, neque opus est eis lumine lucernæ, neque lumine solis: quoniam Dominus Deus illustrat eos: & regnabunt in secula seculorum.

6 [2] Tum dixit mihi, Hæc verba fida *sunt* & vera: & Dominus Deus ille sanctorum Prophetarum misit Angelum suum ut indicet servis suis quæ oportet fieri citò.

7 Ecce venio citò. beatus qui observat verba Prophetiæ libri hujus.

8 Ego verò Johannes *is sum* qui hæc audivi & vidi. Et quũ audissem & vidissem, *procidi ut adorarem ante pedes Angeli qui mihi hæc ostendebat.

9 *Is* verò dixit mihi, Vide ne *feceris:* conservus enim tuus sum, & fratrum tuorum Prophetarum, & eorum qui observant verba libri hujus. Deum adora.

10 [3] Deinde dixit mihi, [4] Ne obsignaveris verba prophetiæ libri hujus: præstitutum enim illud tempus propè est.

11 [5] Qui injustè agit, injustè agat adhuc: & qui sordidus est, sordescat adhuc: & qui justus est, justificetur adhuc: & sanctus sanctificetur adhuc.

12 [6] Et ecce, venio citò: & merces mea mecum *est** ut reddam unicuique prout opus ipsius erit.

13 *Ego sum A & Ω: principium & finis, primus & ultimus.

14 Beati qui præstant ejus præcepta: [7] ut sit eis jus in arborem vitæ, & per portas ingrediantur in civitatem.

15 Foris autem *erunt* canes, & venefici, & scortatores, & homicidæ & idololatræ, & quisquis amat ac committit mendacium.

16 [8] Ego Jesus misi Angelum meum, ut hæc vobis testificaretur in Ecclesiis. Ego sum stirps & progenies illa Davidis, stella illa splendida & matutina.

17 Et Spiritus & sponsa dicunt, Veni. Et qui audit, dicat, Veni. *& qui sitit veniat: & qui vult, accipiat aquam vitæ gratis.

18 [9] Enimverò unà testor cuivis audienti, verba Prophetiæ libri hujus: siquis adjecerit ad hæc, imponet ei Deus plagas scriptas in libro isto:

[1] ℣. Hic absolvit descriptio Ecclesiæ cælestis (ut sup. 21. 12. docuimus) ab effectis ver. 5. tum verò liber concluditur, reliquo capite. Effecta a Deo, qui in Ecclesia habitat, proficiscentia sunt hęc, perẽnis Dei gratia, hoc vers æternus piorum victus, ut supra 17. fructus æternus, quem pij Deo, sibi, aliisque proferunt, vers. 2. immunitas ab omni malo, conquiescente Deo in servis suis, & his vicissim in Deo suo, vers. 3. contemplatio Dei, piorum obsignatio in æternitatem vers. 4. lux Dei & regnum gloriæque æterna, vers. 5.

* Esa. 60. 19.

[2] Concluditur hic liber totus cõfirmatione, & salutatione. Cõfirmationis loci sunt tres: sermo Angeli, ad vers. 15. sermo Christi, ver. 16. & 17. & obtestatio facta a Johãne divinitùs, inde ad ver. 20. Sermone Angeli prophetia hæc cõfirmatur, ad ver. 8. usque, tũ verò de usu libri instituit dicere, sequentibus. Prophetiam cõfirmat Angelus primùm a natura illius, quòd fida & vera sit: secundò a natura efficientis causæ, tũ principalis, nimirũ Dei, tum instrumentalis, Angeli, hoc ver. tertiò a divinis promissionibus de advẽtu ipsius ad hæc omnia præstanda, & de salute nostra, vers. 7. quartò a Johãnis ipsius testificatione, 8. ℣. Reliquum verò sermonem eodem pertinentem interrupit Johãnes suo actu imprudente adorationis, eodẽ vers. quo prohibito, Angelus ipsum docet non sibi adorationẽ (se enim ea natura & officio esse, ut non sit adorãdus) sed Deo soli tribuendã: ut & sup. 19. 10. factum legimus.

* Supr. 19. 10.

[3] Regressio ad sermonẽ institutum: qua docet Angelus usum hujus libri, tum apud nos, hoc & sequente ver. tum erga Deum in demonstranda veritate ejus inde ad ver. 15.

[4] id est, omnibus palam prophetiam hanc proponito, nec dissimulato illius quicquam. contrarium præcipitur, Esai. 8. 16. & Dan. 8. 26.

[5] Occupatio, At erunt qui occasione hac ad malum abutantur, & hanc Scripturam detorqueant suo ipsorum exitio, ut ait Petrus. Quid tum? inquit Angelus: non sunt propterea obtegenda mysteria Dei quæ placuit communicare. Noceant sanè aliis: sordescant in se magis ac magis, quibus hæc scriptura minimè arriserit: at alii ad justitiam & sanctimoniam ampliùs informabuntur. Horum autem cura & informatio non est negligenda, propter voluntariam & malitiosam offensam istorum.

[6] Alter locus ad usum libri pertinens, ut diximus in ver. 10. Tum etiam (inquit Deus per Angelum) ut nullus inter homines usus libri extet, hic tamen usus mihi futurus est, quòd veritatis meæ testis est ad gloriam meam: qui brevi adventurus, justum judicium facturus & exsequuturus sum, hoc ver. qui hæc omnia in me docui subsistere, ver. 13. & beatitatem servis meis in Ecclesia, ver. 14. reprobationem impiis denunciavi, ver 15. * Rom. 2. 6.

* Supr. 1. 8. & 21. 6. Esai. 41. 4. & 44. 6.

[7] Piorum beatitas in jure, & fructu posita.

[8] Secundus confirmationis locus (ut in ver. 6. diximus) sermo Christi, confirmans vocationem Johannis, auctoritatẽmque vocationis & testimonii illius, tum a conditione personæ suæ ἐστὶ, ὁ ὢν, in qua omnes Dei promissiones sunt etiam & amen, 2. Corinth. 1. 20. tum ab aliarum personarum testificatione: Spiritus sancti, velut paranymphi: Ecclesiæ, velut sponsæ: singulorum piorum, velut membrorum, acclamatione: tum denique a re præsente, quòd scientes volentesqi ad participationem bonorum Dei provocantur, ver. 17. * Esa. 55. 1.

[9] Obtestatio Johannis (tertius confirmationis locus, ut annotatum in ver. 6.) exsecratione conjuncta, ad veritatem libri integram conservandam, duobus versibus.

19 Et siquis abstulerit *aliquid* ex verbis libri prophetiæ hujus, auferet Deus partem ejus e libro vitæ, & ex urbe illa sancta, & ex iis quæ scripta sunt in libro isto.

20 [10] Dicit qui testatur ista: etiam, venio citò. Amen. Veni igitur Domine Jesu.

21 [11] Gratia Domini nostri Jesu Christi cum omnibus vobis. Amen.

[10] Obtestationis divina confirmatio vel obsignatio: primùm a Christo eam asserente, & iis qui sacrilegam manum admoverint denunciante adventum suum: tum a Johanne voto sanctissimo Christum vindicem appellante.

[11] Salutatio Apostolica, alter conclusionis locus, ut diximus in vers. 6. omnium ferè Epistolarum clausula: quam Ecclesiæ, & piis omnibus illius membris, adeóque electis exoptamus in Domino Jesu Christo usque in adventum ipsius. Veni Domine Jesu, & fac. Amen, iterum Amen.

LECTOREM MEVM SALVERE IVBEO.

ANNI *sunt jam fermè quatuor, quum Eitelbergæ in privatos usus ex doctissimis D.D. Tremellii p.m. & D. D. Junii Annotationibus ad S. Biblia quædam enotare cœperam: ex quibus ut sensi me haud exiguum fructum & accrementum eruditionis percipere, cogitavi non incommodè me facturum si ea candidè cum pietatis studiosis omnibus communicarem. Quam rem quum D.D. Junio aperuissem, nec ipsi consilium meum displiceret, imò laudaret, meq; ut ea quæ collegeram lucem videre sinerem hortaretur, nolui hac meam opellam diutius mihi soli servare, sed novæ huic editioni tanquam ἐπίμετρον adjungendam volens libens Typographo tradidi. Cæterùm, amice lector, hæc te scire tua, scire te mea interest:* I. *Auctores quorum nomina hic posuimus non citari tantùm ad confirmandum aut illustrandum id quod in textu S. Scripturæ dicitur, verùm etiam in eum modum adduci ut ipsi interdum aut illustrentur aut emendentur: nec tantùm lucem inferunt illi, sed ipsis etiam fax præbetur.* II. *Quum vocē Hebræam aut Græcam ponimus, & indicamus Auctorem exponere eius significationem, tum intelligimus alio modo eam ab Auctore accipi, quàm vulgo fieri solet.* III. *Non annotavimus omnes locos in quibus est vel Metaphora vel Allegoria, vel Synecdoche, vel similis figura, eo quòd hujusmodi loquutiones singulis fere capitibus aliquoties occurrant, præsertim in libris propheticis & poëticis.* IIII. *Etsi interdum unum tantùm locū indicamus quo hoc aut illud docetur, tamen pluribus locis id sæpe confirmatur, quos Auctor eo quem ponimus loco tanquam digito indicavit. Exempli gratia, annotamus* Homines numeri *pro eo quod est* Pauci homines *reperiri Gen.34.30. ibidem indicat Auctor hanc phrasim quoque reperiri Deut.4.27. & 33.6. &c. Sic* Odio esse, *pro, minus amari non reperitur tantùm Gen.29.31. quem locum indicavimus, sed etiam, ut Auctor ibidem ostendit, Mat.6.24. & Luc.14.26. &c.* V. *Quæ in his indicibus citantur, non tantùm desumta sunt ex Annotationibus cuiq; capiti subjunctis, sed etiam ex margine textus. Hæc sunt, amice Lector, quæ te scire volui. His mecum utere eo animo quo a nobis dantur, & vale: Campis ad Issulam, 10. die Feb. Anni 1596. veteri Christianorum supputatione.*

Wilhelmus Baudartius Flander.

INDEX

RERVM ET LATINARVM VOCVM,

QUÆ IN HIS NOTIS AD TESTAMENTUM VETUS EXPLICANTUR.

Abel quàm varia significet, Num.33.49.
Abib mensis, Exo.12.2. & 13.14. & Num.2.1.
Abimelec, nomen commune Regum Pelischthæorum, 1.Schemu.21.11.
Abram iusseritne uxorem mentiri, Gen.12. ejus integritas, Gen.13.9. & 14. fides & obedientia, Gen.17.23. & 22.5. hospitalitas, Gen.18.2. ab infideli docetur, Gen.22.1. fuerítne digamus, Gen.25.1. quamdiu vixerit peregrinus, Gen.25.7. ejus & Saræ nomini eadem litera additur, Gen.17.5. ejus risus quid differat a risu Saræ, Gen.17.17.
Abstracta pro concretis, Exo.14.9. & 17.12. & 25.4.
Acetabulum femoris, quid, Gen.32.25.
Acontias, serpentis genus, Gen.49.17.
Acuere, erudire, Gen.4.22.
Adamantinum saxum. Deut.8.15.
Adami sapientia, Gen.2.19. quare diu ἄπαις vixerit, Gen.5.3. quot liberos habuerit, Gen.5.8.
Adar mensis, H'ezræ 6.15.
Adeps quid, Levit.3.16. Deo consecrandus, ibi. non comedendus, Levit.3.17. adipe quorum animalium vesci licuerit, Levit.7.13.
Adiabena regio, Hezræ 8.15.
Adjuratio, fedus iuramento cōfirmatum, Deut.29.20.
Adubeni sive Agubeni vnde dicti, Gen.25.13.
Adulter, Prov.6.26. & 27.
Ægyptii olim dicti Cham, & unde, Psalm.78.51. a cæde & sacrificiis animalium quorumdam abhorrebant, Exo.8.26.
Ægyptus cur domus servorum dicta, Exo.13.3. quot urbes olim habuerit, Jirm.46.23.
Æsitæ populi unde dicti, Gen.25.13.
Ætas hominis, Gen.15.16.
Æternum singulari significatione sumtum, Ge.17.8. Prov.21.28.
Agag, Agagus, nomen Regū H'amalekitarum, Num.24.7.
Agnus, nūmus signatus pecudis nota, Ge.33.19.
Agnus anniculus, qui non excessit annum, Exo.12.5.
Agnus Paschalis integer assabatur, Exo.12.9.
Agubeni, Adubeni.
Aharon typus Christi, Num.17.13.
Allegoria, Jud.14.19. 2.Schemu.12.1. 2.2.Reg.19.3. 2.Chron.29.6. Ijob 5.26. & 6.15. & 8.16. & 15.32.35. & 18.16. & 19.12. & 24.18. & 29.4.19. & 34.7. & 37.1. & 38.9. Psal.21.13. & 36.9. & 57.7. & 66.10.11. & 92.13. & 95.1.2. &c. & 109.18. & 126.5. & 129.1. & 144.5. Prov.3.22. & 4.25. & 5.15.19. & 7.22. & 9.1.2. &c. Eccles.11.1.2. &c. & 12.4. Jescha.1.22. & 2.13. & 4.4. & 5.1.2.3. & 7.18.20. & 8.7. & 10.14. & 11.6.7. & 13.10. & 14.12. & 15.2. & 19.14. & 24.18. & 29.6.10. & 41.16. &c. Jirm.3.1. & 4.11.16.31. & 5.6. & 6.27. & 11.15. & 50.17.24. Jechezk.13.10. & 24.6.
Altare quàm altum fuerit. Exo.20.26.
Amœbæus versus, 1.Schem.18.6. 2.Schem.1.25.27. Psal.49.21. & 56. & 57.6.12. & 59.15. & 62.7. & 99.1. & 107.1.
Amiculus vestis sacerdotum, 1.Schem.22.10. amiculum applicare, quid, 1.Schem.21.10.
Ambulare coram Deo, quid, Gen.17.1. & 1.Reg.8.25.
Amitam ducere ante legē latam licuit, Exo.2.1.

Amgar mons, 2. Schem. 8. 1.
Amphibolia, Iescha. 8. 10.
Amuleta quid, Baruc 6. 69.
Amygdali natura, & Hebræum etymon, Iirm. 1. 12.
Anadiplosis Hebræa, Gen. 14. 10.
Anaphora, Iescha. 24. 16. quorsum adhibeatur, Iechezk. 7. 6.
Anastrophe, Ijob. 5. 5. & Psalm. 110. 1.
Ancobaritis, Gen. 25. 20.
Angariæ quid, Hezræ 8. 17. Est. 3. 15. & 8. 10.
Angeli, nuncii & exploratores a Deo missi, Zecar. 1. 10. apparent virili specie, Gen. 18. 22. angelorum nomina, quibus Iudæi tribuunt singulorum dierum administrationem, Tob. 12. 15.
Anima pro cadavere, Num. 9. 6. pro vita, etiam Græcis & Latinis, Gen. 19. 17. & 2. Schem. 1. 9. & 4. 8. pro persona, Gen. 46. 15. Anima hominis est substantia, bestiæ anima, facultas, Levit. 17. 14.
Animalium terrestrium tres tantùm species aptæ sacrificiis. Levit. 1. 2.
Animus pro indignatione, Iud. 10. 16. pro desiderio, 1. Schemu. 20. 4.
Anni civilis & sacri initium, Exo. 12. 3. anni 400. quibus Israëlitæ servituri erant, quando inceperint, Gen. 15. 13. 16. anni 430. quibus egressi sunt quando inceperint, Gen. 11. 31. annorum supputatio quibus fuerunt in Ægypto, Exo. 12. 4. anni ducenti, breve tempus, Iesch. 13. 22.
Antanaclasis, Iescha. 31. 2.
Antaradii populi, Gen. 10. 18.
Antecedens pro relativo, Gen. 16. 16. Levit. 7. 9. Deut. 11. 12. & 28. 64. 1. Chron. 15. 1. Ijob 37. 9. Eccles. 2. 27.
Anthropologia sive Anthropopathia. Exo. 20. 3. & 33. 22. Levit. 26. 24. 30. Num. 14. 33. Deut. 5. 10. & 32. 40. 1. Schemu. 15. 11. 1. Reg. 8. 16. 29. 2. Reg. 19. 28. Ijob 1. 6. & 4. 9. & 6. 9. & 13. 26. & 16. 9. & 27. 23. & 37. 11. & 39. 21. Psal. 6. 5. & 10. 1. & 13. 2. & 81. 14. & 83. 2. & 85. 14. & 104. 1. 2. &c. & 106. 45. Prov. 1. 26. & 15. 29. Iescha. 1. 14. & 14. 1. & 30. 27. & 33. 10. & 38. 17. & 43. 11.
Ἀνθρωποθυσία, hominum sacrificatio prohibita, Iudic. 11. 38.
Anticipatio, Gen. 12. 5. & 13. 10. Iehoschu. 4. 19. 1. Schem. 4. 11.
Antiqua, æterna, Prov. 8. 18.
Antonomasia, 2. Reg. 23. 13. Iescha. 24. 16.
Aphæresis, Ijob 32. 2. Iescha. 21. 11.
Apocope, 1. Chron. 6. 19.
Aposiopesis, Ijob 32. 7. Psal. 13. 2. & 35. 21. vsitata in juramentis, Gen. 14. 23. 1. Schem. 24. 22. 1. Chron. 4. 10. Iirm. 44. 26.
Apostasia quantum displiceat Deo, Deut. 19. 16.
Apostrophe, Iud. 4. 4. Iescha. 10. 24. & 30.
Aqua viva, quæ, Gen. 26. 19. aqua e saxo, Deut. 8. 15.
Aquilæ senectus, Psal. 103. 5.
Aradii populi, Gen. 10. 18.
Aramæi vnde dicti, Gen. 10. 22.
Ararat, Gen. 8. 4.
Arbor vitæ vnde sic dicta, Gen. 3. 22.
Arca dicitur Iehova, Iehos. 4. 13. adducebatur in magnos conventus, 1. Schem. 12. 2. 2. Sche. 11. 1.
Arena pro mari, Deut. 33. 19.
Ariel quid propriè & figuratè, Iescha. 29. 1.
Arsaces, nomen Regis Parthorum, 1. Mac. 14. 2.
Artaba, quæ mensura, adjection. ad Dan. 14. 2.
Arumphæi populi, Gen. 10. 3.
Asaph, præfectus musicorum, 1. Chron. 25. 2.
Ascanius fluvius unde, Gen. 10. 3.
Aschidæi qui, 1. Mac. 2. 42.
Aschmadæus diabolus unde dictus, Tob. 3. 8.
Asinus pro omni animali inepto ad sacrificium, synecdochicè, Exo. 13. 13.
Asiones aves, Iescha. 13. 21.
Asphaltites lacus, Iechezk. 47. 8. 1. Mac. 9. 33.
Assuerus unde dictus, Ester 4. 6.
Assur, vel Assyria, generale nomen regionum multarum, Num. 24. 22. Est. 6. 22. unde dicta, Gen. 10. 22.
Astabari populi, Gen. 10. 7.
Astra non colenda, Deut. 4. 19.
Asyla cur constituta, Exo. 21. 13.
Asyndeton, celeritatis index, 1. Schem. 15. 6.
Ἀτεχνία olim probrosa, Iesch. 3. 28.
Atergatis Dea, 2. Mac. 12. 26.
Atossa regina, Ester 4. 5. 6.
Aulici, Gen. 12. 12.
Aulones qui, & ubi siti, Iudith 1. 9.
Aures olim servis perfodi solitæ, Psal. 40. 7.
Aurum præstantissimum quodnam, Ijob 22. 24. auri & argenti nominibus quoties numeralia nomina adjunguntur sine substantivo, siclus intelligitur, Gen. 24. 22.
Ausanitis regio, Gen. 10. 23.
Avus vocatur pater, Exod. 2. 18. 1. Schem. 9. 11. & avia, mater, 1. Reg. 15. 10.
Azotus civitas obsessa annis 28. Iescha. 19. 15. ubi sita, & qualis, Iescha. 20. 1.

B

Babel, Babylon, quid, Gen. 11. 9. urbis amplitudo, Iirme. 51. 25.
Babylonici agri fertilitas, Iirm. 51. 25.
Bahalzebub quid, 2. Reg. 1. 2.
Balsamum unde, Exo. 30. 23.
Barbaricarium opus, quid, Exo. 26. 1.
Bath, vel Bathus mensura, 1. Reg. 7. 26. Iescha. 5. 10.
Battologiæ sintne in sacris literis, Num. 35. 5.
Bdellium quid, Gen. 2. 12.
Beer-schebah, nomẽ civitatis & regionis, Gen. 26. 33.
Bel quis, & unde dictus, Iescha. 46. 1.
Beltschatzar unde componatur, & quid sit, Dan. 4. 8.
Benedicere quid, Ieho. 22. 10. 1. Reg. 8. 14. pro salutare, 1. Schem. 13. 10. 2. Reg. 4. 29. pro maledicere, 1. Reg. 21. 10. Ijob 1. 5.
Benedictio Abrahami, Gen. 11. 34. 35. & 13. 5.
Bestiæ quare etiam puniantur, Gen. 6. 7.
Beth-schean civitas, 1. Mac. 5. 52.
Bibere, pro convivari synecdochicè, Genes. 43. 34.
Binjamin quid significet, Gen. 35. 18.
Binomines viri, Gen. 36. 3. 11. 21. &c. & 46. 10. 13. &c. Num. 1. 14. & 10. 29. & 26. 12. 13. 15. &c. & 33. 31. Iehos. 7. 1. & 17. 2. 1. Schemu. 1. 1. & 8. 2. & 9. 1. 4. & 12. 13. & 14. 50. & 16. 7. 10. & 21. 11. & 25. 44. 2. Schem. 2. 8. & 3. 3. & 4. 4. & 5. 14. 15. 16. & 8. 3. 10. & 11. 3. & 17. 25. & 19. 38. & 20. 25. & 21. 18. 19. & 23. 25. 28. &c. & 24. 16. 1. Reg. 4. 6. 31. & 7. 13. 2. Reg. 8. 24. 25. & 11. 4. & 12. 22. & 14. 21. & 15. 29. & 18. 2. & 20. 12. & 22. 12. 14. & 23. 30. & 24. 8. & 25. 26. 1. Chron. 2. 7. 9. &c. & 3. 1. 5. 6. &c. & 4. 1. 2. &c. & 6. 1. 2. &c. & 7. 6. 18. &c. & 8. 1. 2. &c. & 9. 4. 5. &c. & 23. 6. 9. & 25. 2. 3. &c. & 26. 1. 21. 2. Chron. 9. 29. & 12. 16. & 15. 1. & 21. 17. & 31. 10. Hezræ 2. 2. 10. 18. &c. & 3. 2. 9. & 4. 10.

10.Nechem.6.6.& 9.4.& 12.2.3.4.&c. Esther 2.3. Hirme.40.8.Zecar.6.10.
Binomines fœminæ, Genes. 36.2.3. 2.Schemu. 11.3.& 17.25.1.Reg.15.2.2.Reg.11.2. 2.Chron. 11.20.
Binomines gentes,loca,flumina,Gen.36.20.39. & 38.5. Num.32.3.& 34.10.Deut.2.20.23.& 4. 43. Hehos.3.16.& 13.3.&c.& 15.7.8.21.&c.& 16. 3.7.& 17.11.& 18.17.& 19.2.5.6.&c.& 21.11.22. Hud.2.9.& 7.24.& 9.21.31.& 11.1.28. & 18.29. 1.Sche.17.1. & 22.3.& 30.28.& 31.10. 2.Sche. 6.6.& 8.5.8.& 10.16.& 23.26.&c.1.Reg.15.20. 2.Reg.5.12.& 11.6. 1.Chron.11.13. Heschah.16. 1.2.
Blasphemia,Levit.24.11.
Blasphemus quomodo puniendus, Hehoschu. 7.15.
Blatta byzantia, Exo.30.34.
Botzra urbs, 1.Mac.5.26.
Bul mensis,1.Reg.6.3.

C

Cæcias ventus,Prov.25.23.
Cæli nomine quid significet Moses, Genes.1.8. cælum pro orbe terrarum,Deut.4.32.
Cæsarea Paneadis,CæsareaPhilippi, Genes.14. 14.
Calceus,possessionis signum, Deut.25.9.
Callinisum opidum,Gen.10.10.
Calvitium, pro capite, Num.1.2.& 3.47. calvitium imperatur in resipiscentia,Hesch.22.12.
Candace Regina,Gen.10.7.
Canon,quid,1.Mac.10.29.
Cappadoces unde oriundi, Gen.10.2.
Caprea ad sacrificium immunda, Deut.12.15.
Caput,pro re aliqua præstanti,Deut. 33.15.
Caput aquæ,quid,Gen.2.10.
Caro pro homine, Gen.6.12.
Carræ opidum Mesopotamiæ, Gen.11.31.
Catachresis, Gen.37.25. Exo.27.21.& 28.27. Levit.26.30. Num.3.46. & 9.18. 1.Reg.1.22. & 7. 18.2.Reg.23.10. 2.Chron.6.13.Ijob 4.12. Psal. 63.11. Hirm.13.12. Hechezk.28.14.
Cauda ovium cur offerenda in Hudæa,Lev.3.9.
Cedræi unde dicti, Gen.25.13.
Cemosch,idolum Moabitarum,Num.21.29.
Cenahanæus,generale & speciale nomen,Gen. 10.15. speciale, Exo.3.8.
Cerethæi,vulgo Crethi, qui fuerint, 2.Schem. 8.4.
Cervus ineptus sacrificiis, Deut.12.15.
Cestra quid, Hirm.51.20.
Cete nomine quid significetur, Gen.1.21.
Chabora civitas, Gen.25.19.
Chaldæi unde dicti, olim Chasdim, Gen.10.22. Mesopotamiæ nomine interdum comprehẽsi, Gen.10.10.
Chami posteri quem tractũ orbis possederint, Gen.10.6.
Chami terra pro Ægypto,ibid.
Chami nomen quare omittatur, Gen.10.21.
Chamath civitas, Num.13.21.
Chemmis opidum, Gen.10.6.
Chobab idem qui Hithro, Num.10.29.
Chœnix mensura,Exo.16.37.
Cholle opidum, Gen.10.23.
Choreis puellæ olim laudabant Deum, Psalm. 68.12.
Choreb mons Dei, Exo.3.1.
Christus apparet Hagaræ,Gen.16.7.Loto,Gen. 19.14. Hehoschuhæ, Hehos.6.1.Gidhoni, Hud. 6.11.vocatur Angelus, Gen.16.7.& 18. & 19. & 22.11.& 24.7.& 48.16. Exo.3.2. & 23.20. Iud. 6.11.& 13.3.luctatus cum Iacobo, Gen.32.24. est complementum legis, Exod. 12.14. cujus passio adumbrata, Num.19.3.sapientia Patris, Deut.18.15.Pro.1.20.& 8.12.sermo Ichovæ, 1. Schem.3.21.2.Schem.7.21.
Chaggai 2.5.præfiguratus in Aharone, Exo.28. 38.æternus cum Patre & Spiritu sancto, Pro. 8.21.Deus nobiscum,Pro.30.1.&c.servator populi,Ieschah.10.27.& 11.1.& 2.&c.vocatur Uriel,4.Hezræ 4.1.
Cimbri,& Cimmerii unde, Gen.10.2.
Cisleu mensis, Hezræ 10.9. Nechem. 1.1.Zecar. 7.1.1.Mac.1.57.
Circumcisio cur octavo die fieret, Gen. 17. 12. Levit.12.3.neglecta a Mose, Exo.4.24. cur ab Israëlitis intermissa in deserto, Iehos.5.4.& 8. cur viris tantùm adhibita, Gen.17.10.
Clamare, tacitè Deum inuocare, Exo.14.10.& 15.
Clamor, scelera ad clamorem afflictos impellentia,Gen.18.20.
Collegia prophetarum studiosorúmque libera & tuta olim apud omneis, 1.Schem.19.18.
Columbam cur emiserit Noach, Gen.8.8.
Columna ignis & nubis quid profuerit Israëlitis,Exo.13.21.
Comedere,pro frui,Deut.20.14.
Compatres infantibus baptizandis assumere an laudabile,Iescha.8.2.
Conciones quando, & quoties haberi solitæ, Nechem.8.18.
Conscientia inquieta, Gen.4.12.
Consortium malum quàm periculosum, Exod. 23.33.
Contratenor Musicorum,Psal.9.1.
Convivia messis vindemiaéq; tempore, Ruth 3.7.
Cordæ pecudes.Gen.30.41.
Corescb,vel Cyrus quid, Iesch.45.4.
Cornu,robur seu amplitudo,1.Chron.25.5.Ijob 16.15.
Cornu salutis,2.Schem.22.3.
Corpus,pro uxore & liberis,Pro.5.11.
Correctio,figura Rhetorum,Iud.15.16.
Corus,mensa aridorum quanta,1.Reg.4.22.
Coruum cur emiserit Noach, Gen.8.7.
Corui quomodo invocent Deum,Ijob 39.3.
Cranium pro capite, 1. Chron.10.10. & 23.2. pro homine,Exo.16.17.
Cras,pro posthac, Gen.30.33. Iehos.4.6. & 22. 21.& 27.
Cubitus geometricus sacer duplo major communi,Num.35.5.1.Reg.13.18.
Curiositas reprehensa, Gen.4.22.& 10.1.
Currus ferrati,Iehos.17.16.
Cusch appellatione quæ regiones intelligantur,Gen.2.13.

D

D,in R,commutatur apud Hebręos,1.Mac.5. 10.
Dæmon,horrificus dictus,Lev.17.7.
Dagon & Triton,idem idolum, Iud.16.23.
Dan opidum,Gen.14.14.
Darius nothus,Esther 4.24.
Davidis fides vacillans,1.Schem.27.1.
David nõ probè fallit Acischum regem, 1.Sche. 27.10.
Dea Tzidoniorum,Iehos.2.13.
Decies,pro multoties,Gen.31.7.
Decumæ Levitis debitæ,Deut.14.28.

Dchtium laus triplex, 1.Chron.4.2.
Deportationis Babylonicæ initium, 2.Chron. 36.21.
Deus vester ero, quid, Gen.17.8.
Dei nomen addunt Hebræi, quando rem maximam significare volunt, Ijob 1.16.
Deus angelus dicitur, Gen.21.11. est invisibilis, Exo.20.23. zelotes, Iehos.24.19. auctor prophetiæ, 1. Schemu. 10.12. solus καρδιογνώστης, Pro.17.3. interdum servis suis adscribit quod ipse facit, Exo.14.16. interdum partem aperit sui consilii, partémque reticet, Exo.3.18. malis instrumentis utitur, Iud.14.1. mavult obedientiam quàm sacrificium, Pro. 21.3. ejus verbo habendus honor, Gen.49.33.
Deum cur homines videre non possint, Exod. 3.6.
Deus sancti, locutio mystica, Iehos.24.19.
Deus, dii, falsi Ethnicorum, Exo.12.12. & 20.3.
Diana vocatur Nanæa, 1.Mac.6.2. 2.Mac.1.13.
Dicere bonum de aliquo, id est, promittere, Num.10.29. 2.Chron.2.1.
Dicere, pro cogitare, Iehos.15.2. 1.Schem.18.10. 2.Schem.21.16. 1.Reg.5.5. 2.Reg.5.20. 2.Chro. 13.8. & 25.19. Nech.6.9.
Diei initium & distributio apud Hebræos, Exo. 12.6.
Dies pro nocte, synecdochicè, Iescha.10.17.
Digamia, Gen.4.23. Deut.21.10. & 25.5. 1.Schem. 1.6.
Digitus Dei, Exo.8.19. & 31.18.
Diluvium quoto anno a condito mundo acciderit, Gen.7.11.
Dissimulatio, Iudic.4.20. & 14.13.
Distinctiones Hebræorum diligenter observandæ, Deut.24.4.
Dives, pro docto & sapiente, Eccles.10.3.
Dolus & virtus in bello, Iehos.8.2.
Dores unde dicti, Gen.10.4.
Dotem dabant olim viri, 1.Schem.18.22.
Drachma quid, 1.Chro.29.7. Hezræ 2.69.
Dumæi unde dicti, Gen.25.13.

E

Ebrietas, Prov.23.29.
Ebur quod præstantissimum, & periphrasis elegans illius, Iechez.27.6.
Ecclesiæ, conventus piorum instituuntur seorsim a mundo, Gen.4.26.
Edere & bibere, pro vivere, Exo.24.11.
Edere signum, prænunciare, Deut.13.1.
Ego sum Iehovi, quid significet, Gen.15.7.
Eheje, nomen Dei, Exo.3.14.
Elamitæ, Elymæi, Gen.10.22.
Eleutherus fluvius, 1.Mac.11.7.
Ellipsis Hebræis frequens, 1.Reg.22.36. analogica, Ge.7.8. & 24.22. nominis cognationem significantis, 2.Schem.21.8. nominis conjugati, Num.11.14. & 21.14. Deut.1.27. & 7.8. 1.Sch. 20.16. 2.Schem.24.1. 1.Reg.8.9. Ijob 4.18. verbi conjugati, Exo.25.2. Iud.5.6. Psal.68.19. antecedentis membri, Gen.3.22. 2.Schem.6.21. 2.Reg.2.16. & 9.27. & 10.15. Nechem.4.12. Ijob 22.12. Iescha.14.24. 1.Mac.10.20. consequentis membri, 2.Schem.5.8. 1.Reg.20.34. Nechem.13.25. numeralium, 2.Schem.8.4. & 10.17. 2.Reg.25.6. Iechez.40.30. oppositi, 1. Chro.2.7. & 47. & 3.18.20. & 4.7. Iechez.41. 12. contrarii, Gen.33.10. Ijob 4.21. Psal.107.39. Prov.19.1. Eccl.9.3. Iirm.4.11. & 15.15. Dan.3. 15. Eccl.3.14. relativi, Levit.21.4. 1.Reg.13.12. Prov.5.19. & 16.28. Iechezk.22.10. & 40.26. particulæ 2 in gerundiis, 1.Reg. 22.30. particulæ solùm, Gen.32.28. 1.Schem.8.7. zeugmatica, Psal.9.19. Eccles.9.3. nominis pro se & relativo sumpti, 1.Reg.2.27.
Eloquentia, Prov.16.21.
Esul mensis, Num.6.15. 1.Mac.14.27.
Elymæi sive Elamitæ, Gen.10.22.
Elymais civitas, 1.Mac.6.1.
Enallage nominis Gen.14.4. numeri, Gen.1.11. & 7.2. & 31.45. 1.Schem.18.5. 1.Chron.4.17. Psal.34.8. & 49.19. & 89.38. Prov.2.12. & 30. 27. Eccl.3.15. pluralis pro sing. 1.Schem.17.43. Eccl.5.8.
Ἑν διὰ δύο, 1.Chron.22.8. 2.Chron.16.14. & 22. 6. Esth.8.16. Ijob 10.17.
Engadda opidum, Gen.14.7.
Ephraim quomodo Menaschi prælatus, Iehos. 17.1.
Ephraimi nomine denotatur regnum Israëlis, & quare, Psal.78.9.
Ephraimitæ blæsi, Iud.12.6.
Epiphonema, Ijob 22.18. Eccl.2.17.
Episcopus domui suæ bene præesse debet, Exo. 4.24.
Epithalamia cantandi mos vetus, Psal.78.63.
Epitheton nominis pro ipso nomine, Ijob 20. 25.
Estheræ liber ex actis publicis concinnatus, Est.9.32.
Ethnici Iudæos in multis imitati, Deuter.26.2. inter Iudæos se accommodabant moribus ipsorum, Exo.12.19.
Ethopœia, Prov.6.10.
Evangelica promissio, Deut.4.29.
Eunuchi non præficiendi reipub. Deut.23.1.
Eunuchus pro aulico, satrapa, 1.Schem.8.15.
Euphemismus, Gen. 9.22. Levit.6.3. & 15.3. & 18.6. Deut.23.12. 1.Schem.24.4. Nechem.6.7. Ijob 1.5. 40.12. Pro.30.20. Iechez.16.26. 2.Mac. 9.24.
Euphrates ubi oriatur, Gen.2.10.
Excommunicatio, Gen.4.11.
Exegeses frequentes in sacris literis. Numer. 35.5.
Exsistere quid Latinis, Gen.7.10.
Exta & crura animalium in sacrificiis absumebantur igne, Levit.1.9.
Extraordinariè in cultu divino aliquid facere quando liceat, Levit.17.7.

F

Facies, pro adventu vel conspectu, Gen.36. 6.1. Schem.7.6.
Facere, offerre, Exod.29.38. observare & celebrare, Deut.5.21.
Facere bonum, pro eo quod est prædicare & affirmare rem bonam esse, Iirm.2.33. Iechezk. 33.31.
Familia, pro populo, Levit.20.5.
Fedus quàm latè pateat apud Hebræos, Genes. 9.9.
Fedus, symbolum federis, Gen.17.10.
Fedus salis, quid, Num.18.19. 1.Chron.13.5.
Festi dies cur a vespere initium ducerent, Exo. 12.18.
Festis licebat parare victum, Exo.12.16.
Fibula, munus honorarium, 1.Mac.10.89.
Filii, filiæ, nepotes & posteri, Exo.2.18. Num.36. Iehos.15.17. 1.Schemu.17.12. 1.Chron.6.2. 2. Chron.2.14. Esth.3.2.
Filii, pro filio, per enallagen, Genes.46.9.23. 1. Chron.4.17. 2.Chron.24.25.

Filii

Filii pro filia, 1.Chron.2.31.34.
Fœminæ deficiente ſobole maſcula an heredes olim fuerint, Num.27.5.
Fœtere, exoſum eſſe, Exo.5.21.
Fœtificandi verbo quid Hebræi ſignificent, Gen.1.22.
Flatus narium Dei, ventus, Exo.15.8.
Florifertum quid, Levit.23.10.
Fontes amari, Exo.15.23.
Formæ ambitio quàm antiqua ſit, Gen.4.22. & 6.2.
Fortè, non ſemper dubitantis eſt, Exod.32.30. Num.22.33.
Frater, pro patruo, 2.Chr.36.10. agnato, 2.Reg. 10.13. collega, 2.Reg.9.2.
Frit quid olim, Ijob 24.24.
Fuit, pro evenit, Gen.24.15.
Funiculus, pro hæreditate, Iehoſchu. 17.5. & 19.9.
Fur quomodo puniendus, Exo.22.3.4.5.
Fures nocturni, Exo.22.2.
Furtum, pro re occulta, Gen.31.20.
Fut fluuius, Gen.10.6.

G

Gaddes quis dicatur 1.Mac.2.2.
Gammadæi populi qui, & unde dicti, Iechezk. 27.11.
Gauga opidum, Iechez.23.23.
Gehennæ nomen unde, Iehoſ.15.8.
Gentium converſio prædicitur, Gen.9.27.
Genus ſæpe reſtringitur ad ſpeciem pro ratione loci, Exo.13.15. & 14.7. Levit.2.11. Num.16. 32. & 29.2.
Gibhonitæ unde dicti Nethinæi, Iehoſchu. 9. 21.
Gigantes, Gen.6.4.
Gilhad, emporium, Gen.37.25.
Gindarus opidum, Gen.10.23.
Gladius quomodo dicatur inebriari, Ieſchah. 34.5.
Gloria, pro lingua, Gen. 49.6.
Gog quid ſignificet, & unde, Iechezk.38.3.
Gonorrhœas genera duo, Levit.15.3.
Gopher, Gen.6.14.
Goſchen regio, Gen.45.10.
Gynæcia, & gynæconitides quid olim, & quid gynæciarii, Tob.2.11.

H

Hakrabbatheni populi, Num.34.4.
Hamalekitas cur Deus penitus deleri voluerit, & πόλεμον ἀαστονδον indixerit, Exod. 17. 18. Deut.25.
Hazza civitas, Gen.10.19.
Hebræi unde dicti, Geneſ.10.21. eorum lingua antiquiſſima, Gen.11.1. compoſitis parum utuntur, 1.Reg.10.13.
Heden quid propriè ſignificet, & varia nomina illius, Gen.2.8. ſitus, Gen.2.14.
Helepolis, machina bellica, 1.Mac.13.43.
Hellenes ſive Græci unde dicti, Geneſ.10.4.
Hephron civitas, 1.Mac.5.46.
Herbarum mentio antè cur fiat quàm arborum, Gen.2.5.
Heri, pro nuperrimè, 2.Schem. 15.20.
Heri nudius tertius, pro antehac, Gen. 31.2. Deuter. 4. 42. Iehoſchu. 3.4. & 4.18. & 20.5. 1. Schemu. 10. 11. & 14.22. & 19. 7. 2. Schemu. 3.17. & 5.2. 1. Reg. 22.11. 2.Reg. 13.5.
Hilarem donatorem amat Deus, Deuter. 26. 14.
Hin, menſura liquidorum quæ, Exod. 29. 40.
Hirudo, Prov.30.15.
Homer, Exo.16.37.
Homicidium, Gen.9.5.6.
Homo, nomen commune maris & fœminæ, Gen.1.26
Hominis juſta dimenſio, Exo.27.1.
Homines numeri, pro paucis, Geneſ.34.30. & Iirm.44.28.
Honorem ſupra quàm humanum regibus an habere liceat, Eſther 3.2.
Hor mons appellatur variè, Num.34.7.
Hoſpitalitatis antiqua ratio, Gen.19.8.
Hoſtia prodiga quid, Exo.29.18.
Hypallage, Exod.28.11. & 39. 41. Levit. 5.15. & 6. 14. & 7. 11. 25. & 12. 4. & 15. 16. & 22. 4. & 25. 9. Numer. 4. 20. & 6. 9. & 11. 6. & 16. 27. & 24. 11. & 30. 13. Deuter. 2. 34. & 12. 3. & 15. 17. & 24. 1. & 32. 10. Iehoſch. 1. 7. & 16. 6. & 22. 32. & 24. 14. Iud. 1. 8. & 4. 21. & 14. 13. & 20. 48. 1. Schemu. 2. 4. & 9. 21. & 23. 7. 2. Schemu. 12. 27. & 14. 8. 1. Regum 8. 64. & 9. 11. & 17. 14. & 18. 5. 2. Reg. 7. 12. & 17. 14. & 19. 24. 30. 1. Chron. 12. 22. 2. Chron. 4. 3. Nechem. 10. 35. Ijob 4. 10. & 5. 16. & 8. 6. & 9. 9. 30. & 19. 9. & 20. 18. & 22. 6. & 24. 18. & 33. 18. & 34. 10. & 36. 29. & 41. 15. Pſal. 63. 10. & 119. 160. & 150. 1. 2. Prover. 1. 25. et 12. 17. 20. et 24. 31. et 26. 23. et 29. 25. Eccleſ. 12. 6. Ieſchah. 1. 18. et 5. 14. et 7. 20. et 9. 20. et 30. 32. et 33. 3. et 35. 8. et 42. 25. et 47. 3. et 60. 15. Iirm. 14. 17. et 18. 14. et 22. 4. 15. et 33. 9. et 36. 7. Iechez. 22. 15. Tzeph. 1. 19. 3. Mac. 2. 14.
Hyperbaton, Gen.36.1. Exo.35.31. Deut. 5.11. et 10.1. et 12.1. Iehoſ. 2.1. et 4.1. et 10.15. 1. Schem. 17.1. 1. Reg. 9.2. 2. Chro. 2.7. et 34.10. Nechem. 10.2. et 12.1. Eccl. 12.11. Iirm. 32.28. 1. Mac. 8.2.
Hyperbole, Gen.11.4. et 13.10. et 39.9. et 49.11. Exod. 3. 8. et 8.17. et 10. 21. et 13. 9. Num. 11. 5. et 22. 5. Deuter. 1. 10. et 28. 24. et 30. 4. et 33. 24. Iud. 5. 4. 5. et 20. 16. 1. Schemu. 7. 5. et 24. 15. 2. Schemu. 1. 21. et 2. 18. et 17. 13. 1. Reg. 1. 40. et 10. 5. 21. 27. et 20. 10. 2. Reg. 19. 24. 1. Chron. 16. 31. Hezræ 9. 8. Ijob 3. 6. et 6. 3. et 8. 9. et 17. 6. 13. et 18. 13. et 20. 17. et 21. 33. et 22. 24. et 26. 5. et 29. 6. et 32. 18. et 40. 12. 18. et 41. 18. Pſal. 6. 7. et 39. 6. et 44. 26. et 46. 3. et 58. 11. et 68. 12. et 78. 51. Proverb. 1. 12. et 21. 28. et 27. 6. Eccleſ. 10. 17. Cant. 6. 19. Ieſchah. 11. 6. et 13. 5. et 14. 8. et 28. 15. et 30. 24. 26. et 34. 3. et 35. 1. 2. 3. &c. et 55. 12. et 57. 13. Iirm. 4. 23. et 8. 16. et 51. 48. Iechez. 27. 28. et 38. 20. Ioël 2. 24. Mic. 6. 7. Bar. 6. 42. adject. ad Dan. 14. 2. 4. Hezræ 9. 26. 3. Mac. 2. 8. 1. Mac. 11. 1. Eccle. 24. 28.
Hyſteron proteron, Levi. 11. 47. Ijob 19. 26. et 27. 5. 6. 7. Ieſchah. 42. 13. Iirm. 35. 16. Iechez. 28. 12.

I

Iabal primus inſtituit pecuaria, Gen.4.21.
Iannes et Iambres, Exo.7.15.
Iarden exundat quotannis, Iehoſ.3.15.
Iberi, olim Thobali, unde orti, Gen.10.2.
Idola gentium, Pſal.115.4. deſignantur interdum Regum appellatione, Iechez.43.7.
Idololatræ ſimiæ Dei, Exo.20.26.
Idololatriæ auctores apoſtatæ lapidandi, Deut. 17.8.
Iehova, Exo.3.15. et 6.2. Deus deorum, Deuter. 10.17. vir dicitur, Iehoſ. 6.1. ejus præſentia, Exo.4.34.

Iehova & Iehovi quid differant, Gen.15.2.
Iehoschuah quot annos consumpserit in debellandis Cenahanæis, Iehos.14.10.
Iehu propheta unus ex scriptoribus historiæ Regum, 2.Chron.20.34.
Iehuda anno ætatis 17. uxorem duxit, Genes. 38.1.
Iehuda, pro tribu Iehudæ, Iud.1.2. quare seorsim a cæteris tribubus recenseatur, 1.Schem.11.8.
Ieruschalaim, olim Iebus, Gen.10.16. & Iud.17.1. cur efferatur duali numero, Iud.1.18.
Ieschurun, Israël, Deut.32.15.
Ignis a Deo quomodo exire dicatur, Levit. 9. 24. & 10.2.
Ignis sacrificiorum cælitus missus, Levit.1.7. semper alendus a Sacerdotibus, ibid.
Iiphtach utrum filiam immolarit, nécne, Iud. 11.38.
Iirmeja ubi & quamdiu prophetaverit, in argumento libri.
Iischmahelis posteritas quanta, Gen.16.12.
Iischmahelitæ pro Midjanitis, Gen.37.25.28.
Imago Dei in homine quid, Gen.1.26.
Impii coguntur servire piorum commodis, Ge. 12.13. eorum interitus, Prov.1.18.32.
Impone, sine imponi, Num.12.11.
Incredulitas, Levit.22.32.
Incurvandi se mos, Gen.18.2.
Indictio Latinis, quid, 1.Mac.10.29.
Indicum quid, Iirm.22.14.
Indignari, adducere in indignationem, Numer. 23.11.
Ingredi coram Iehova, ministrare, Exo.28.35.
Innoxius, pro eo qui est a supplicio liber, Gen. 44.10.
Infinitum pro adverbio, 1.Schem.17.16. pro indicativo, Psalm.8.2. Prov.12.5. & 15.22. & 25. 16. & 26.8. Ieschah.59.4. pro nomine, 1.Chro. 26.36. 2.Chro.5.5. Ijob 17.2. Psalm.101.3. Pro. 19.18. Iechez.24.10. Dan.10.1. pro participio, Prov.18.2.
Instrumenta ferrea quando primùm inventa, Gen.4.22.
Intercessio piorum quantum valeat, Ijob 22. 29.
Interrogationum Hebraicarum vis, Gen.13.9. & 19.20. Levit.1.9. Iud.4.6. 2.Schem.15.27. 2. Reg.20.19.
Intra portas esse, pro eo quod est sub jurisdictione, Exo.20.10.
Iones unde nomen traxerint, Gen.10.2.
Iosephi mausoleum, Iehos.24.32.
Ironia, 1.Reg.22.15. Ijob 8.19. & 12.2. & 26.2.3. 4. &c. & 38.5.20. & 40.9. Ieschah.2.20. & 43. 34. Iirm.8.15.
Ironia an utatur Deus, Gen.3.22. Ijob 38.5.20. & 40.9. Ieschah.14.10.
Isis Dea, Iechezk.8.14.
Israël quid significet, Gen.32.28. idem dictus Ieschurun, Deut.32.15.
Israëlitarum opus in Ægypto, Exod.1.11. Psalm. 81.7.
Israëlitæ quot præfectos in deserto habuerunt, Exo.18.21. quomodo & quare in deserto circumducti, Deut.1.2. quamdiu in Kadesch cõmorati, Deut.1.46. & 2.14.
Ithiel quid, Prover.30.1.
Ituræi unde dicti, Gen.25.13.
Iudæorum classes quatuor, 1.Chro.9.2. cur non gustent coxam animalium, Gen.32.32. eorum misera conditio prædicta, Deut.28.68. superstitio in die sabbathi & festis cæteris, Iudith 8.6. lingua Syra utebantur reduces, Hezræ 4.7.
Iuramentum, pars divini cultus, Deut.6.13. servandum etiam impiis, Iehos.9.19.20. temere præstitum, Iud.21.1. illicitum nõ placet Deo. Num.29.2. & 30.2.
Iuramentum, pro voto, 1.Chron.4.10.
Iurare per vitam principis, Gen.42.15.
Iustitia qualis Deo placeat, Gen.7.1.

K

Kadesch civitas, Num.13.26.
Kadmonæi unde dicti, Gen.25.13.
Kandac regina, Candace, Gen.10.7.
Kedareni unde dicti, Gen.25.13.
Kir, Mediæ pars, unde dicta, 2.Reg.16.9.

L

Labra Ægyptiis quid, Gen.8.4.
Lachai roi puteus, Gen.16.14.
Lamentationes Iirmejæ 2.Chron.35.25.
Latera olim cędebantur servis, Iehos.23.13. Ijob 18.12.
Lectio duplex & varia in Testamento vetere, 1. Reg.1.18.19. & 3.10. 1.Chron.9.35. 2.Chron.35. 3. Ijob 9.21. & 18.5. & 31.3. Psalm.22.17. & 30.9. Prov.21.24. Eccles.5.9.
Lecti accubitorii, Est.1.6.
Legislator idem qui princeps, Gen.49.10.
Lemec, primus digamus, Gen.4.19.
Lepra Ægypti propria, Deuter.28.27. quænam deterrima, Exod.4.6. ejus indicia certissima, Levit.13.3. ea infecti quomodo tractarentur. Psal.88.6.
Levitæ quo anno inciperent ministrare, Num. 8.24. quo anno desinerent, Num.8.25. quamdiu essent catechumeni, & quibus gradibus ascenderent, 1.Chro.23.26. res mundi neglexerunt, Deut.33.9.
Legis præceptum decimum non potest omitti, Exo.20.17.
Liber, pro catalogo, Gen.5.1.
Libros Regum qui conscripserint, 2.Chron.26. 22. libros Schemuelis qui conscripserint, 1. Chron. 29.29. liber Hiddonis prophetæ, 2. Chro.12.15. & 15.8. libri forenses multi perierunt, Iud.10.13. 2.Chro.33.19.
Libertini qui, & unde dicti, Gen.8.4.
Linguarum divisio, Gen.10.5. lingua Syra eadẽ cum Babylonica, Esther 4.7.
Lites politicæ multum differunt a causis Ecclesiasticis, Deut.17.8.
Litotes, figura Rhetorum, Gen.24.27. 2.Reg. 6.10. Psal.22.6. & 102.2. & 107.38. Iirm.2.61.
Locus sanctus quî vocetur, Exo.3.5.
Locustæ quibus Deus afflixit Ægyptios, grandes, Exod.10.14. locustas edunt Orientales, Levit.11.22.
Lot quid significet, Gen.37.25.
Loti uxor in statuam salis conversa, Gen.19.26.
Lubar mons, Gen.8.4.
Luctus immoderatus prohibetur, Levit.19.27. & 21.5. Deut.14.8.
Luctus veste coram regibus apparere non licebat, Gen.41.14. & 50.4.2. Schem.5.8.
Ludæi populi qui, Gen.10.13.
Ludere, pro pugnare, 2.Schem.2.14.
Lura quid, & unde dicta, Exo.28.32.
Lux pro prosperitate, Psal.118.27.
Lydi unde dicti, Gen.10.22.

M

Macbæi unde dicti, 1.Mac.1.1.

Magistr

Magiſtratus vocantur dii, Exo. 22.28. puritatem doctrinæ tenentur conſervare, Deut.19.16.
Magog qui, Iechez.38.4.
Magi Ægypti, unde ſumſerint aquas vertendas in ſanguinem, Exo.7.25. ubi ſigna ediderint, Exo.8.22.
Malcitzedek rex Salem, Gen.14.18.
Maledicere parentibus, pro dicto offendere, Levit.10.9.
Mamphulæ quid, Levit.6.14.
Mamre, Gen.13.18.
Man qua forma, colore, ſapore, Num.11.7.8. Sap.19.20. ubi ſervaretur, Exo.16.34.
Mane quærere, pro diligenter, Prov.1.28.
Manus pro inſtrumento, Exo.4.13. pro poteſtate, 1.Schem.21.14.
Manus Dei, vel Iehovæ, pro plaga, Exo.7.7. & 9.3. manus implere, pro miniſterium conſecrare, Exo.28.41. & 29.9. &c. Iechez.43.26. manuum impoſitio, Num.6.27. & 26.18. manus jungebant ineuntes fedus, Levit.5.21.
Manus vacillantes, quid, Levit.25.35.
Mare quàm latè pateat apud Hebræos, Græcos, & Latinos, Gen.1.10.
Mare pro occaſu, Iehoſ.4.25. mare algoſum, erythræum, rubrum, Exo.10.19. mare poſterũ, mediterraneum, Deuter.11.24. mare campeſtrium, mortuum, lacus Sodomæ, Deut.5.6. Iechez.47.8.
Maria virgo θεοτοκος, non fuit ſine peccato, Levit.12.8.
Mariti officium erga uxorem, Gen.20.16. & uxoris erga maritum, Num.29.8. & 30.8.
Maſani unde dicti, Gen.25.13.
Maſius mons unde, Gen.10.30.
Matrimonium inſtituitur, Geneſ.2.24. quibus gradibus liceat, Levit.18.18. cur prohibeatur cum propinquis, Levit.18.6. cum impiis contractum fuit irritum, Hezr.9.2.
Meditrinaliorum epulum quid, Iud.9.42.
Medi unde dicti, Gen.10.2.
Meioſis, μείωσις, Iud.5.19. 1.Reg.2.4. Ijob 1.11. & 14.17. & 33.27. & 37.3. Pſal.34.6. Iirm.23.10.
Mel fermentandi vim habet, Levit.2.11.
Mel acœtum, Pſal.19.11.
Melandrya quid, Ijob 41.23.
Melas fluvius, Iudith 1.14.
Memphis civitas, Ieſchah.19.13.
Menaſtor Indus, magus, Tob.12.15.
Mendacium per errorem, Levit.5.24.
Mentiri ſpiritui ſancto, 2.Reg.5.27.
Menſis dierum, quid, Num.11.20.
Meretricum mos ut velentur, Gen.38.15. earum pœna, Gen.38.24. Baruc 6.42.
Meridiari quid, Gen.18.1.
Meritorii vocantur canes, Deut.23.18. 2.Schem. 3.8.
Merodac quid ſignificet, Iirm.50.2.
Meſcha regio, Gen.10.30.
Meſopotamia, pars olim Syriæ, unde dicta, Ge. 24.10.
Metalepſis, Geneſ.12.12. & 37.36. Exod.20.7. 2. Schem.21.8. Ijob 3.20. Pſal.111.2. Eccl.1.8.
Metallorum nomina Hebr. plurali carent, Gen. 24.22.
Metaphora, Deut.8.4. & 10.16. & 29.18. & 30.6. & 32.14.32. & 33.2. Iud.6.34. & 7.4.15. & 18.9. & 20.45. 1.Schem.2.29. & 25.29. 2.Schem.14. 8. & 22.2.3.4. &c. 1.Reg.2.12. 2.Reg.19.28. & 21.13. 2.Chron.24.13. Ijob 1.10. & 12.5. & 14. 10. & 16.13. & 21.20. & 22.10. Pſalm. 38.10. & 39.6. & 44.20. & 73.4. & 79.12. & 81.17. Prov. 16.27. Ieſchah. 3.2. & 6.10. & 24.11. & 29.9. Iirm.15.16. Iechezk.43.8. Dan.7.15.4. Hezræ 11.46. 2.Mac.8.30.
Metatheſis, 2.Schem.8.8. 1.Chron.4.9.
Metonymia, Exo.7.15. & 10.17. & 12.11. & 15.2. & 19.5. & 24.8. & 29.14. Levit.2.14. & 4.3. & 18. 3. & 19.29. & 26.41. Num.5.2.18. & 14.9. & 16. 26. & 32.23. Deut.9.1. & 25.13. & 28.5. et 32.9. et 33.19. Iehoſ.6.4. et 8.7. et 11.17. et 13.14. et 17. 5.16. Iud.15.14. & 20.42. 1.Schem.14.24. et 25. 37. 2.Schem.8.2. et 11.15. et 12.8. et 14.20. et 15. 23. et 17.13. et 20.19. 1.Reg.4.10. et 8.21. et 10. 28. et 19.10. 2.Reg.3.15.25. et 6.25. et 11.7. et 13. 17. et 19.32. 1.Chron.16.22.23. Hezræ 1.6. Nechem.12.31. Eſth.8.15. Ijob 5.15.16. &c. et 13.21. et 15.15. et 23.2. Prov.3.20. et 5.10. et 15.11.30. et 23.18. et 26.7. Eccl.5.13. et 8.10. et 9.3. et 10.22. Cant.5.15. Iirm.11.19. et 12.7. et 13.22.
Midjanitæ cur vocentur Cuſchitæ, Num.12.2.
Militiæ veteris evidens deſcriptio, Iechez.23. 24. Chab.1.10.
Mimeſis, Ijob 22.12. Prov.5.12. et 7.15. Eccl.9.9. Ieſchah.10.28.
Mina idem quod pondo, 1.Mac.14.24.
Miniſtri Eccleſiæ non debent reſilire a munere ſuo, 1.Schem.12 25.
Miſchmaroth, id eſt, cuſtodiæ quatuor in die civili, Exo.12.6.
Mitzpa, civitatum aliquot nomen, Iehoſ.11.3.
Mitzraim, Ægyptus unde nomen habeat, Gen. 10.6.
Mnaſæmanenſes unde dicti, Gen.25.13.
Modeſtiæ exempla, Gen.35.10.
Molec idolum, Levit.18.21.
Morija mons ubi ſitus, Gen.22.2.
Moſche quantopere Dei gloriæ ſtuduerit, Exo. 32.32. dubitaritne de potentia Dei, Numer.11. 21. vocatur rex, Deut.33.5. quomodo viderit Deum facie ad faciem, Exod.33.11. Num.12.8. quo die ſit mortuus, Deut.1.3. ejus ſepultura quare ſit incognita, Deut.34.6.
Mulcta ejus qui virginem compreſſerit, Deut. 22.29. ejus qui virginem fuiſſe negaverit, Deut.22.19.
Muli quando, et a quo inventi, Gen.36.24.
Mulieres olim ſeparatim habitabant, Geneſ.18. 10. et 23.1.
Multi, pro omnibus, Ijob 36.28.
Mundus ſitne periturus, Eccl.1.4.
Munera utrimque mittebantur federibus ineũdis, Gen.21.27.
Muſica, 2.Reg.3.15. Pro.25.20. Eccl.2.9. et 12.6.
Mus montanus, Levit.11.5.
Mutare conſiliũ quomodo dicatur Deus, Deut. 1.26.
Myxaria quid, Gen.37.25.

N

Nabathæi unde, Gen.25.13.
Naſus, pro facie, Deut.33.10.
Naziræus, Num.6.2.4.
Neceſſitas non habet legem, Deut.16.5.
Neronia opidum, Gen.14.14.
Nervi mutui, Gen.32.32.
Nitri natura, Prov.25.20.
Nilus ſolus Ægypto potum præbet, Exod.7.25. ejus varia nomina, Gen.10.7.
Niſan menſis, Exo.3.7. Num.2.1.
Nimrod ſit ne Zoroaſtres, Gen.10.8.9. pòſt Belus dictus, tyrannus fuit, ibidem.
Nobilitas, 1.Schem.17.25.

Noëma, Num.35.8. Iud.16.9.1.14. Schem.11.13.& 28.15. 1.Chron.6.18.Prov.21.4. Lament.3.39. Iechezk.13.23. 1.Mac.9.1.
Nomina personarum triplice ordine recensentur, Gen.5.32.& 10.1.& 11.26. quædam propria, pluralia terminatione, Gen.25.3.propria pro gentilibus, Gen.28.9. sunt omina, Iesch. 7.3. mutabantur ab iis qui ad regnum perveniebant, Esth.4.22.infantibus imponebantur in circumcisione, Ieschah.8.2. nomina civitatum ab idolis ducta mutabantur, Num.32. 38. nomina regionum confundũtur, Gen.37. 28.nomen pro adverbio, Num.24.18.1.Reg. 21.27.etiam geminatum, Exo.16.6.22.nomina retinent constructionem verborum a quibus derivantur, Ieschah.13.19.
Nominis divini abusus, 1.Sche.23.21.
Novilunio solennes epulæ, 1.Schem.20.5.consulebantur Prophetæ, & audiebatur verbum Dei, 2.Reg.4.23.Hamos 8.5.
Nubes profectionē Israëlitis imperabat, Num. 9.17.
Nudare caput, signum luctus, Levit.10.6.
Nuditas pro pudendis, Gen.9.22.
Numerale cardinale pro distributivo, Gen.7.2. Num.7.72.1.Schem.18.20. pro ordinali, Ieschah.20.3.
Numerus Israëlitarum tẽpore Davidis, 2.Sche. 24.9.
Numerus finitus pro infinito, Gen.4.15.Levit. 26.18.26.Num.14.22.Iudic.16.19.1.Schem.2. 1.& 18.6.Ijob 5.19.& 19.3.& 42.10. Prov.6.31. & 26.16. Eccl. 11.2. Cant.8.4. Ieschah. 61. 7. Iirm.15.9. Iechez.39.9.
Numerus rotundatus, Num.32.13. Iud.20.46.2. Schem.5.5.1.Reg.7.15.
Nuptiale convivium, septemdiale, Gen.29.27. Tob.8.17.

O

Oblatio voluntatia, Levit.2.11. plures sæpe concurrebant, Num.28.27. oblatio, pro reatu, 1.Schem.6.3.
Obolus quid, Exo.30.13.
Obstetrices síntne Pharaoni mentitę, Exo.1.19.
Oculus malignus, pro immisericorde, Deuter. 15.9.
Odio esse, pro minùs amari, Gen.29.1.Deut.21. 15.Prov.19.7.
Odor quietis, Gen.8.21.
Oeconomiæ ratio apud veteres, Gen.40.13.
Oleum quod præstantissimum, Exo.27.20.cõsecrationis signum, Gen.28.18.quo honorantur Deus & homines, Iud.9.9. & delibuti erant homines venustatis causa, Psal.23.5.
Omne, pro omnigeno. Exo.9.6.2.Reg.8.9.
Opidi nomen pro agro sæpe usurpatur, Levit. 13.2.& 24.1.
Opera an justificent, Deut.6.25.
Orichalcum sive aurichalcum, Esth.8.27.
Orientalium peculiares cibi, Levit.11.22.
Origo omnium gentium cur a sancto Spiritu descripta sit, & quantum, Gen.10.1.
Orion, Ijob 9.9.
Os, pro sermone, Deut.17.6.& 19.15.
Ore uno, pro uno animo, Iehos.9.2.
Ossa Iosephi & Patriarcharum ex Ægypto exportata, Exo. 13.19.
Os meũ es, id est, consanguineus, 2.Sche.19.14.
Osculum, signum subjectionis, Genes.41.40.1. Schem.10.1.Ijob 31.27.
Osiris, deus Ægyptiorum, Iechez.8.14.

P

Palæstina, Gen.10.14.
Panes faciei, Exo.25.30.
Paphlagonum quis auctor, Gen.10.31.
Parabolæ vox quàm latè pateat, Psal.78.2.
Paralepsis, 1.Schem.9.26. 2.Schem.14.6.
Paralipomenon libri a quo scripti, 1.Reg.11.43.
Parecbasis, Gen.2.8.& 38.1.Prov.7.11.
Parere, pro eo quod est natos educare, μεταληπτικῶς, 2.Schem.21.8.
Paronomasia, Psal.127.2.Ieschah.65.12.
Particulæ universales sæpe restringendæ, Gen. 29.22.
Pascha vocatur oblatio, Num.9.7.non vescuntur immundi, Num.9.6. semel in deserto celebratum, Exo.12.25.
Pastores cur abominationi fuerint Ægyptiis, Gen.43.32.
Pater, auctor, Gen.4.21.avus, 2.Schem.9.11.antecessor, 1.Reg.20.34. institutor, 1.Schemu. 10.12.
Patrem sequitur sua proles, Lev.18.9.
Patomus, vel Patumos opidum unde dictum, Exo.1.11.& 13.20.
Pauper mente, Eccl.4.10.
Peccator, cujus vita in discrimen vocatur, Gen. 44.10.
Peccatum, pœna peccati, Gen.4.7.
Pecunia unde dicta, Gen.33.10.
Pecudes mundæ, Gen.7.2. ante diem octavum ineptæ sacrificiis, Levit.22.27.
Peletæi qui, 2.Schem.8.4.
Pelusium, Exo.1.11.
Peniculamentum quid, Num.15.37.
Penis quid olim, & unde, Levit.1.9.
Pẽtecoste, dies septem septimanarum, Tob.2.1.
Pentecostes die lex lata, Exo.19.11.
Perissologiæ síntne in sacris literis, Num.35.5.
Peregrinatio, vita nostra, in prologo Eccles. vers.11.
Peregrinos decet modestia, 1.Schem.27.5.
Periphrasis balænæ, Ijob 26.13. Crystalli, Iechezk.1.22.Dei, 2.Schemu.1.19. 4.Hezræ 5. montium, 2.Schem.22.8.Ijob 26.11. mortis, Ijob 10.21.& 18.14.perpetuitatis, Gen.38.14. & 49.26.Exo.6.11.sepulcri, Ijob 10.21. Psalm. 94.17.terræ, Psal.116.9.
Permutatio, antiquissimum alienandi genus, 1. Reg.4.7.
Perpetuum quomodo sæpe capiatur, Gen.17.8. pro, usque ad Christi mortem, Exo.12.14.
Pes, pro pudendis, Iirm.2.25. pro inferioribus artubus, Iechezk.1.7.
Pesach, figura Christi, Exo.12.46.
Pharana, civitas & mons, Gen.14.6.
Pharao blasphemus in verbum Dei, Exod.5.9. pervertit Israëlitarum verba, Exo.5.8.ejus cor a Deo obfirmatur, Exo.4.21. ejus sævitia in Israëlitarum liberos, Exo.1.22.
Phœniciæ nomen unde, Iechezk.27.17.
Pignori non licet accipere ea quibus homo sustentat vitam, Deut.24.6.
Pinguedo terræ, Gen.45.18.
Pinguis, dives, Iud.3.29. potens, Ieschah.10.16. sensus expers, Ieschah.6.10.
Pisces in diluvio non perierunt, Gen.6.17,19.
Pithom unde nomen habeat, Exo.13.20.
Pleiades, Ijob 9.9.
Pleonasmus, Gen.5.15.& 13.16.Exod.18.17.& 30. 23.Num.4.29.& 31.3.1.Schem.14.8.& 20.20. 2.Schem.16,20. 1,Reg.1.30. 2.Chron.22.2.

Iirm.

Hirm.5.5.& 6.26.
Poculum quid allegoricè.Psal.75.9.
Populus,κατ' ἐξοχὴν Israël,Deut.33.3.
Populus terræ,vulgus.Levit.4.27.
Portis olim erat curia, Gen.34.20.Deut.17.5.& 21.19.Ruth 4.1.
Portam inimicorum possidere,Gen.22.17.
Porta oculorum,bivium,Gen.38.14.
Posteriora Dei videre quid,Exo.33.22.
Potus inebrians Sacerdotibus prohibitus,Lev. 10.10.
Præ foribus,proximum,Gen.4.7.
Præceptum cum conditione intellectum,Deut. 7.2.
Præcepta temporaria,Exo.20.24.
Prædestinatio æterna,Exo.33.19.Heschah.4.2.
Præfiscine quid,Baruc 6.69.
Præputium quid interdum significet, Hirm. 6. 10.a præputiatis uxorem ducere Hudæum nefas,Hud.14.4.
Præsens pro paulo post futuro, Gen.19.13. pro tempore perpetuo,Psal.78.4.
Prandii tempus,Gen.18.1.& 43.16.
Preces quantum valeant,Exo.32.10.Ijob 22.29.
Primogeniti sacra curabant ante Levitas, Exo. 19.22.& 24.5.Num.8.19. duplam portionem habebant,Gen.48.6.Ijob 18.13.primogenitus, pro summo,Ijob 18.13.
Principes olim equitabant asinas nitidas, Hud. 5.10.
Prisci sedendo edebant,Gen.27.21.
Procidere in faciem,Gen.17.3.
Prolepsis,Exo.7.9.& 16.33.1.Schem.17.54.
Promissio Abramo facta quomodo impleta, Gen.13.15.
Prophetæ nomen latè patere,Tob.4.13.prophetarum amictus,Zecar.13.4.prophetæ interdũ ludificantur gentes ipsarum lingua, Zecar.9. 1. propheta mendax, Hud. 18. 6. propheticæ prædictiones,2.Chron.21.12.prophetico more agere,quid,1.Schem.18.9.prophetissa,prophetæ uxor,Hesch.8.3.
Prophetiæ donum,etiam temporarium, Num. 11.25.
Proseda quæ,& unde,Gen.38.15.
Prosopopœia, Ijob 8.18. & 28.22. Heschah.5.14. & 14.8.& 15.4.& 16.5.& 24.23.Hirm.31.15.Hechezk.32.21.
Prostibulum unde,Gen.38.15.
Providentia divina,Exo.4.14.
Prudentia semper adhibẽda,Exo.13.17. 2.Sche. 3.39.prudentia civilis,Iud.14.13.
Pseudoprophetas dignoscendi ratio, Deut.13.5. & 18.22.
Ptolemais duplex,3.Mac.7.15.
Puella desponsata vocatur uxor,Deut.22.24.
Puer,minister, Gen.14.24.& 37.2.Exo.33.11. 1. Reg.11.28.& 20.14.2.Reg.19.6.
Puncta multiplicata quid significent, Gen.33.4.
Purgationis tempus quot dierum esset, Num. 12.14.

Q

Quæstores rerum capitalium,Gen.37.36.
Quinarius numerus,militaris aciei, Exod.13.18. Iehos.1.14.& 4.12.Iud.7.11.
Quid mihi & tibi?pro tecum.Iehos.22.27.Iud. 11.14. 2.Schem.16.10. & 19.23. 1.Reg.17.18. 2. Reg.3.13.

R

Rachab an mentita sit?Iehos. 2.4.
Radicatus,pro indigena,Lev.25.47.
Rarum,pretiosum,1.Reg.4.17.& 7.9.
Recensio Israëlitarum in deserto,Exo.30.12.
Rechob civitas,Num.13.21.
Rechoboth urbs,quid significet,Gen.10.11.
Regama urbs, Gen.10.7.
Regnandi cupido,Gen. 36.32.
Regnum,domus,regio,2.Chron.2.1.
Regula in cubilibus,quid,Iudith 13.7.
Relativum cum remoto antecedente constructum, Gen.10.12. 1.Schem.7.16. 2.Schem.21. 14.præponitur antecedenti,1.Reg.12.28.Ecc. 23.1.
Rephaël angelus,Tob.3.25.
Reptile quid, Gen.9.3. quo vesci licuerit, Lev. 11.21.22.
Renibus voluntatis sedes tribuitur, Psalm.51.8. Prov.23.16.
Res idololatricæ abominabilem reddebant domum,Deut.7.26.
Respicere,favere,Gen.4.4.
Resurrectio carnis probatur,Gen.4.10.
Rex,gubernator summus, Gen.36.31. Hud.17.6. 1.Schem.21.12.
Regibus dissimulanda multa,Gen.10.7.qui legitimo ordine succedunt,non ungũtur, 2.Reg. 23.30.
Rhodii unde dicti,Gen.10.4.
Ribkæ simulatio,Gen.27.48.
Riphæi montes unde dicti, Gen.10.3.
Ritus apponendi fercula,Gen.43.34.condiendi cadavera, Gen.50.3. ducendi sponsam in domum viri, Gen.29.23. extrahendi calceos in loco sacro,Exo.3.5.iurantium,Genes.24.2.& 42.15.lugentium,Gen.37.29.Levit.19.27. Hehos.7.16. 2.Schem.3.31.& 13.31.& 15.30. Ijob 10.20. salutantium,Genes.18.2.ungentium, 1. Reg.3.3.
Robur,arca Dei,1.Chron.16.11.laus amplissima, 1.Chron.16.28.
Rufus color hominis,1.Schem.17.42.
Rupes,epitheton Dei,Deut.32.4.

S

Sabbathi benedictio,Genes.2.3.benedictionis causa,Exo.20.11.observatio,Exo.31.13.& 35.3. observationis causæ,Exo.16.30.
Sabbatho Israëlitæ egressi ex Ægypto, Deut.5. 21.
Sabbathum, hebdomas vel septimana, Levit. 28.8.
Sabbotha urbs habens 60.templa,Gen.10.7.
Sacerdos summus, typus Christi, Numer.35.25. ungebatur solus,Exo.29.29.& 30.30.& 40.15.
Sacerdotes manus imponebant victimis suis, Exo.29.10.jugulabant sacrificia,Levit.1.5.responsa dabant, Iehos.9.14. eis cedebant primogenita,Deut.15.20.communia jura cum aulicis obtinebant, Gen.47.22.eorum peccatũ quàm grave sit, 1.Schem.2.25. mitiùs puniebantur,2.Reg. 23.9.
Sacrificia quomodo placent Deum,Gen.8.21.
Sagittæ olim arundineæ,Psal.68.31.
Sal in omnibus sacrificiis,Lev.2.13. sale conserebãtur destructa in maledictionẽ loca,Iud.9.45.
Salinæ,vectigales,1.Mac.10.29.
Salus,salutare consilium,1.Schem.11.9.
Sanctuarium,pro sancto loco,Iehos.24.26.
Sanctus locus,Levit.16.23.
Sanguis,sedes animæ,Levit.17.11.14.sanguinem edere,vetitum,Levit.3.17.quare vetitum, Levit.17.11. sanguis, pro cæde, Gen.4.10.Deut. 17.8. 2.Schem.1.16.& 3.28. 2.Reg.9.7.

Sapientiæ definitio, Pro.1.3. laus, Eccl.2.15.
Sara alio nomine Iisca, Gen.11.29.& 20.12. ejus pudicitia, Gen.12.14.
Sarcasmus, Deut.32.38. Iud.10.14. 2.Reg.18.23. Ijob 2.9.& 12.2. Psal.9.7.& 11.1. Ieschah.2.10. & 8.9.& 14.7.& 19.11.& 23.7.& 47.10.12. Iir. 2.28.& 22.20.& 46.9.
Sarmatæ unde orti, Gen.10.2.
Satum, mensura quanta, Gen.18.6.
Scapha, supplicii genus, Iirm.29.26.
Schave, nomen uxoris Kajini, ut putant, Genes. 4.17.
Schaül quamdiu regnavit legitimè, 1.Schemu. 13.1.
Schelomo, typus Christi, 2.Schem.12.25. an resipuerit, 2.Chron.11.7. ejus regni amplitudo, Psal.72.8.
Schimhon accensitus Iehudæ, Deut.33.7.
Schimhonitæ quidam a Iehuda defecerunt, 2. Chron.15.9.
Schœniculæ Latinis unde dictæ olim, Baruc 6. 42.
Scortatio, Gen.38.23. Prov.6.26.27.&c.
Scortari dicitur etiam is qui novit puellam sibi desponsatam, Iud.19.2.
Scytharum origo unde, Gen.10.2.
Scythopolis civitas, Iud.2.14. 1.Mac.5.52.
Sea, satum.
Seculum, vita hominis, 1.Schem.1.22.& 13.13.2. Schem.12.10. Jubilæum, Deut.15.17.
Sedes, partes inhonestæ, Num.24.17.
Sedom civitas, Gen.10.19.
Sedomitarum scelera, Gen.19.5.
Seminis nomen latè patet, Gen.1.11. pro liberis, Gen.38.8.9.
Seminis profusio, Levit.15.3.
Senatus ecclesiasticus, 2.Chron.19.8.
Senectus, Eccl.12.3.4.5.&c.
Seniores ab officio dicti, Exo.3.16.
Septenarius numerus, Levit.4.6. 2.Chron.29. 21. Prov.9.1.
Septemdialia justa, Gen.50.10.
Septies, multoties, Gen.33.3.
September vocatur mēsis horridus, 1.Reg.8.2.
Sepulchra multi adhuc vivi sibi exstruebant olim, Gen.50.5.
Serpens, aptissimus ad fallendum, Gen.3.1. ejus astutia, Psal.58.5.
Serra, via per fauces montium, Iud.3.13.
Servus servorum, rex regum, & similia quid significent, Gen.9.25.
Si, pro quando, Ge.28.20. pro quandoquidem, Gen.23.13.
Siclus argenteus duplex, & pretium ejus, Gen. 23.15. Exo.21.32.& 30.13.& 38.25.
Siclus aureus, Num.31.52. Iud.8.26.
Signum, pro re signata, Exo.12.11. Levit.5.6.
Signum petere a Deo quando liceat, Ge.24.14.
Simpulum quid, & unde, Iud.5.25.
Simulatio Ribkæ, Gen.27.48.
Singaras mons, Gen.10.10.
Sivan mensis, Eccl.8.9. Baruc 1.8.
Sol & Luna qua ratione dicantur majora luminaria, Gen.1.16.
Sol pro die, Num.25.4.
Somnia divinitus immissa, Gen.40.6.
Sorte electus rex Iisraëlitarum, 1.Schem.10.20.
Sortes, Exo.16.8. 1.Chro.24.5.
Species pro genere, Exo.34.17.
Spiritus sancti divinitas probatur, Gen.1.2.
Spiritus, pro ira, Iud.8.3.
Sponsæ quomodo olim ad maritum ducerentur, Gen.29.23.
Spurius non est præficiendus Reipub. Deut.23. 2.Iud.11.5.
Stare coram aliquo, pro ministrare, 1.Schemu. 16.22. stantes olim audiebant Dei oracula, 1. Schem.9.27. Nechem.23.22. Ieschah.32.9. & stantes annunciabant, 1.Chron.28.2.
Stella & sidus quid differant, Ieschah.13.10.
Sterilitas olim fœminis probrosa, Gen.30.23. 2.Schem.6.23.
Subarmalia quid, Exo.28.27.
Substantivum pro adjectivo, Genes.3.6. Iud.15. 14. 2.Schem.1.21.
Succoth unde, Exo.12.37.
Sud fluvius, Baruc 1.4.
Sunt, pro significant, Gen.40.12.
Suspensus quomodo dicatur Deo exsecrationi esse, Deut.21.23.
Syllepsis, Levit.25.14. Iehos.18.6. 2.Reg.3.3.& 10.17. Psal.21.13. Ieschah.1.3.& 21.7.
Symbolum & symbola quid differant, Eccl.9. 10.
Synagogæ plerumque in colle & loco editiore sitæ, 1. Schem.10.5.
Synchysis, Gen.13.10.
Synecdoche, Gen.16.13.& 35.26. Exo.1.6. & 8.7. 25.& 11.8.& 12.40.& 13.13. & 20.23.& 21.3.& 29.36.& 35.22.& 39.37. Levit.1.16.& 5.21.& 8. 2.& 9.11.17.24.& 10.2.6.9. & 15.3. & 16.4.& 17.14.& 19.29.& 20.5. & 22.19.& 25.8. & 26. 16. Numer.8.11.& 10.6.& 13.27.30.& 14.16.& 18.8.& 20.18.& 22.8.& 24.7.& 32.17.39. Deut. 1.36.& 8.3.& 25.14.& 28.5.& 33.7.8. Iehos. 2. 11.& 7.11.& 8.7.20. & 9.2.& 13.14.& 18.7.& 22.21. Iud.9.5.18.& 10.15.& 14.20. 1.Schem.8. 2.& 9.13.& 10.1.& 14.26.28.& 17.20.45.& 23. 16.& 24.12. 2.Schem.1.6.& 2.9. & 3.19.& 7. 7.& 11.8.& 14.27.& 16.4.20.21.& 17.2.& 19.5. 30.& 21.22. 1.Reg.2.16.& 4.25.& 5.11.& 6.15. 21.& 7.14.29.36.& 8.31.38.66.& 9.17.25.& 10. 11.& 11.32.35.& 18.2. & 19.18.20. & 20.34. 2. Reg.2.3.& 3.11.14.17. & 4.29. & 16.18.& 17. 18.20.& 19.21.& 23.11.& 24.10.16. 1.Chron.6. 31.& 7.21.& 10.10. 2.Chron.11.5.12.& 17.3.& 22.9.& 24.14. & 26.19. & 29.27. & 32.28.& 35.20. Hezræ 3.12.& 4.5. Nechem.4.24.& 5. 13.& 10.35.& 12.1.46.& 13.6. Esth.3.15.& 4.2. & 7.1.& 10.3. Ijob 5.5.11.& 7.1.4. & 20.20.& 21.24.& 22.16.& 27.15.& 30.1.2.4. & 35.3. & 36.14.& 39.6.13.& 40.10. Prov.6.1.17.& 7.14. & 10.1.& 15.13.25. & 20.8. & 23.10. & 26.8.& 27.14.20.& 29.3.8.& 31.25.7.8. Eccl.5.6.& 9. 4.10.& 11.1. Iescha.6.5.& 7.2.& 8.6. & 9.1. & 10.17.& 11.3.16.& 31.4. Iir.17.27. Zecar.14.21.
Syræ voces cur interdum inserantur Hebræo textui, Psal.74.6.

T

Tabularum publicatum emtionis & venditionis modus, Gen.23.17.
Talentum auri quantum, 2.Schem.12.30. 1.Reg. 16.26. sacrum, Exo.25.29.& 38.24. 1.Chr.29.7.
Talionis lex, Levit.24.19.
Tarsus unde nomen habeat, Gen.10.4.
Tebeth mensis, Exo.2.16.
Templa non habēt Persæ, & quare, 2.Mac.1.13.
Tenebræ priores luce, Gen.1.5. quantæ in Ægypto fuerint, Exo.10.21.23.
Terebinthus quid, Gen.43.11.
Termini terræ promissæ, Gen.15.19.
Terra ornata ante cælum, Gen.2.4. ejus distributio

bitio post diluvium, Gen.10.1.
Terrestres formæ inanimatę cur fuerint creatæ ante cælestes, Gen.1.11.
Themanæi unde dicti, Gen.25.13.
Thescheb patria Elijæ, unde nomen habeat, 1. Reg.17.1.
Thraces unde orti, Gen.10.2.
Thus ex vino potum maniam atque etiam mortem adfert, 3.Mac.5.1.
Timor Domini prolongat dies, Deut.6.2.
Titivillitium quid, Baruc 6 42.
Tittex quid, Levit.13.45.
Toga, olim vestis Prophetarum, 1.Reg.19.9.
Tracta panis quid, Exo.29.23.
Tradere, pro funere abduci, Num.21.29.
Trajectio in Hebræo textu, Numer.36.1.Iehos. 22.20. 1.Schem.24.20. & 25.30. 1.Chron.4.10.& 7.15.& 10.13. 2.Chron.22.2.& 34.9.Ijob 2.12.Psalm.109.17.& 118.10. Eccles.5.18.Cant. 1.13.
Trichilæ Latinis quid, Exo.12.37.
Tribus Binjaminis minima, Psalm.68.28.Danis miserrima, Gen.49.18.
Triens sive triental, Psal.80.6.
S. Trinitas probatur, Gen.1.26.& 3.22.& 11.7. & 20.13. 2. Schemu.23.2. Ijob 35.10. Eccl.5.8. Cant.1.11.Ieschah.6.8.& 63.10.Chag.2.5.Sap. 7.21.Eccl.51.14.
Triton & Dagon, idem, Iud.16.23.
Tubis clangebatur lętitiæ tempore, Numer.10. 10.
Tumex quid, Gen.4.23.
Turci a quo orti, Gen.10.2.
Turris Babylonica, Gen.11.4.
Tygranes, Regum Armeniæ nomen, Genes. 10.3.
Tympanum, tormenti genus, 2.Mac.6.19.
Tzahtar quid, Exo.12.22.
Tzidon civitas, Gen.10.19.

V

Ventus, pro aëre, Eccl.1.6.
Ventorum non adeò distinctam rationem scriptura observat, Prov.25.23.
Verbalia nomina sæpe includuntur verbis cognatæ significationis, Gen.18.21.
Verbum personale pro impersonali, Psalm.58. 10.Eccl.2.13.Iechezk.34.30.& 35.15. & 36.38. & 44.26.Dan.1.12.
Vespera quæ sit Hebræis, Exo.12.6. duæ vesperæ quid, Exod.12.22.
Vestes polymitæ olim prohibitæ, Levit. 19.19. propheticæ quales. Ieschah.20.2.
Veteres accumbentes, non sedentes epulabantur, Esther 1.6.Cant.2.6.Iudith 10.15.
Via, vitæ institutum, Gen.6.12.& 18.19.Numer. 22.32.
Vinum generosum quibus rebus indicatur, Prover.23.31.lętificat Deum & homines, Iud. 9.13.
Vir habet imperium in mulierem, Genes. 3. 16.
Vir justus, qui non afficit alios injuria, 2.Sche. 4.11.
Viri & mulieres interdum eodem utuntur nomine, Gen.36.40.
Vira, probum Latinis vocabulum, Gen.2.23.
Virgo, pro meretrice, Pro.30.19.
Visceratio, genus sacrificii, 2.Mac.6.7.
Visio quid, Ieschah.1.1.
Visitare quid, Gen.21.1.Exo.4.31.
Vituli aurei pulverem cur Mosche bibendum populo dederit, Exo.32.20.
Vivere, secundis rebus uti, Ijob 21.7.
Vivere dicuntur etiam res expertes vitæ, Gen. 18.10.
Ultio divina, Exo.20.5.2.Schem.3.39.privata, 1. Schem.11.13.& 25.26.
Umbilicus terræ, Iud.9.37.
Ungi non solent reges qui legitimè succedunt propinquo gradu, 2.Reg.23.30.
Unus, pro primo, 1.Schem.16.19.
Volucres quæ aptæ sacrificiis, Levit.1.14.
Vota quatenus habenda rata, Num.29.2.3.&c.
Voluntas censetur pro facto, Gen.12.15.
Urim & Thummim, Exo.28.30.
Usura prohibita, Exod.22.25.a quibus accipere eam licuerit, Deut.23.20.
Vultus, pro ira, Genes.32.20. pro persona, ibidem.
Uxor concubina, quæ, Gen.22.24.uxor fratris mortui quando a fratre altero duceretur, Ge. 38.6. ad uxorem quando non licuerit accedere, Levit.18.19.

X

Xerxes Persarum Rex, Esther 1.1.

Z

Zeugma opidum, 2.Chron.35.20.
Ziv mensis, 1.Reg.6.1.
Zoroastres an etiam Nimrodi nomen, Gen.10. 8.fuit Bactrianus magus, Tob.12.15.

INDEX HEBRAEARVM VOCVM

QUÆ IN HIS NOTIS AD TESTAMENTUM VETUS EXPLICANTUR.

אָבִיב *mensis, Exod.12.2.& 13.14.Num.2.1*
אֵבֶל *varia significat, Num.33.49*
אַגְוָן *quid, Cant.6.8*
אָחַב, *sat habeo, Psal.116.1*
אֶחָה *interjectio, Iud.6.22*
אֵזוֹב *quid, Exo.12.22*
אִיָּה, *pica, unde, Levit.11.14*
אִיתִיאֵל *quid, Prov.30.1*
אֻכָל *quid, Prov.30.1*
אֲלִילִים *unde, Levit.19.4*
אִם, *non semper dubitantis, Gen.28.20*
אָשָׁם *quid, Gen.26.10*
בּוּל, *mensis, 1.Reg.6.38*
בִּלְעָדַי *quid, Gen.41.14*
בָּרָא *quid propriè, Gen.1.1*
גָּבִיעַ *unde, Gen.44.2*
גָּמָל *quid, 1.Schem.1.22*
דָּבַק *de conjugibus dictum, Num.36.7*
דָּבָר *quid interdum, Psal.47.4.& 127.5*
דּוּדָאִים *quid, Gen.30.14*

דור *quid, Psal.* 81.7
רוֹשׁוּ *quale animal, Deut.* 14.5
רֵלָה *quid, Ieschah.* 38.12
דָּמִים *cædes, sanguis cæde fusus, Gen.* 4.10
דַּרְדַּר *quid, Gen.* 3.18
דָּרַשׁ *quid, Iechezk.* 14.3
ה *literæ usus & vis, Gen.* 1.31
הִין *quid, Exo.* 29.40
הַצָּב *testudo, unde, Levit.* 11.29
ו *disjunctivum, Gen.* 2.6. *Deut.* 17.9. *Iud.* 11.33. 1. *Schem.* 6.3. & 27.10. 2. *Sche.* 3.29. ἐξαιρετικῶς, *Num.* 13.19. *Deut.* 5.16. 2. *Schem.* 17.12. *pro autem*, 2. *Schem.* 10.14. *pro igitur, Zecar.* 8.18
וְאֵת, *idque, præter*, 1. *Reg.* 11.1
זֶבַח *quid, Gen.* 31.54. 2. *Schem.* 16.3
זִרְזִיר *quid, Prov.* 30.31
חֵיץ *quid, Iechezk.* 13.10
חֲכַמֵּל *quid, Psal.* 78.47
חֵץ *quid, Prov.* 7.23
חַשְׁמַל *quid, Iechezk.* 1.4
טַבָּחִים *qui, Gen.* 37.36
יָדַע *quid interdum, Eccl.* 9.3
יוֹלַדְתִּי *compositum quid, Gen.* 16.11
יוֹנָה *quid, Psal.* 56.1
יוֹרֶה *quid, Deut.* 11.14
יַחְמוּר *quid, Deut.* 14.5.
יָלַל *quid interdum, Psal.* 137.3
יִתֵּר *quid*, 2. *Schem.* 6.8
כִּדְכֹד *quid, Ieschah.* 54.12
כֹּהֵן *quid, Gen.* 41.45. & *Ieschah.* 28.7
כּוּמָז *quid, Exo.* 35.22
כּוּבִים *quid, Iirm.* 7.18
כִּיּוּן *quid, Zecar.* 12.6
כַּפֹּרֶת *quid, Exo.* 25.17
לְבִיבָה *quid*, 2. *Schem.* 13.8
לְבֹנָה *quid, Gen.* 30.37
לַהַט *quid, Gen.* 3.48
לוּז *quid, Gen.* 30.37
לַמְנַצֵּחַ *quid, Psal.* 4.1
מִגְדָּנוֹת *quid, Gen.* 24.53
מִגְרָשׁ *quid, Iechezk.* 27.28
מִכְמֶרֶת *quid, Iesch.* 19.8
מֶלַח, *Gen.* 19.26.
מָלַל *quid interdum, Psal.* 58.8
מַלְקוֹשׁ *quid, Deut.* 11.14.
מִמְלָח *quid, Exo.* 30.35.
מִסְפַּחַת *quid, Iechezk.* 13.18.
מָעַל *quid, Levit.* 5.15.
מַפָּץ, *Iirme.* 51.20.
מֵצָא *satis est, Num.* 11.22.
מַקֵּל, *Gen.* 32.10.
מָשָׁה *Prov.* 30.1
מִשּׁוּשׁ *Ieschah.* 32.13
מַשְׂכִּיל *Psal.* 45.1
מִשְׁמָרוֹת *quatuor diei, Exo.* 12.6.
נָא, *Exo.* 12.9
נָאַף *Exo.* 20.14
נְחִילוֹת *Psal.* 5.1
נָחַשׁ *Gen.* 44.5.
נְחֻשֶׁת *Iechez.* 16.36
בְּעֲצוּצִים *Iescha.* 7.19
נָצַר *Prov.* 23.26
נְצוּרִים *Ieschah.* 65.4
נֶשֶׁךְ *Exo.* 22.25
סֹבֶךְ *Cant.* 6.2
סֶלָה *quid, Psal.* 3.3
סַמִּים *quid, Exo.* 30.7
סְנוּרִים *Gen.* 19.11
סִפְרַד *quid, Hobadjæ* 20
סַרְפַּד *quid, Ieschah.* 55.13
ע *exprimitur per* g. *Gen.* 10.7. *Iehoschu.* 13.4. 2. *Reg.* 18.34. *Iechezk.* 23.23
עַד־אֲשֶׁר *pro nunquam, Gen.* 28.5
עוֹר *deinceps, Num.* 19.13
עוּר *quid, Ieschah.* 16.5
עוֹ *pro laude, Psal.* 8.3
עוֹנִיּוֹת *unde, Levit.* 11.13
עָטָה *quid interdum, Iechez.* 21.20
עֲטָלֵה *quid, Exo.* 25.37
עִם *pro tamquam, Psal.* 120.5
עָרַב, *Ieschah.* 38.14
עָרָה *Iescha.* 19.7
עַרְמוֹן, *Gen.* 30.37
עַרְעָר *Psal.* 102.18
פִּגּוּל *quid, Levit.* 7.8.
פִּקֵּחַ *quid, Exo.* 4.11
פֶּרַח *quid, Exo.* 25.31
פְּרִי *termes, Levit.* 23.40.
פֶּרֶס *Levit.* 11.13. *ossifraga.*
צָאן *quàm latè patcat, Levit.* 1.2
צָחֹק *quid. Exo.* 32.6
צִינוֹק *quid, Iirm.* 29.26
צַלְחַת *Prov.* 19.24
צַמֶּרֶת *quid & unde, Iechezk.* 17.3
צִפֹּר *avis, Levit.* 14.4
צֹר *culter acutus, Exo.* 4.25
קָאַת, *platalea, Levit.* 11.18
קִבָּה *Num.* 25.8
קַבַּעַת *Ieschah.* 51.17
קָוֶה *Genes.* 1.9
קִיקָיוֹן *Ionæ* 4.6
קֶסֶם *Prov.* 16.10
קִפֹּד *Iescha.* 14.23
קִפּוֹד *Ieschah.* 34.15
רָאָה *invisere*, 1. *Schemu.* 16.1
רֹאשׁ, *Psal.* 140.10.
רָחָם *merops, Levit.* 11.18
רָכִיל *Levit.* 19.16
רִעְלוֹת, *Ieschah.* 3.19
רֶשַׁע *quid, Psalm.* 9.6
שְׁאוֹל *Psal.* 49.15
שִׁגָּיוֹן *Psalm.* 7.1
שְׂדֵה *Eccl.* 2.9
שׁוֹאָה *Prov.* 1.27
שֶׁכֶם *Gen.* 48.22
שְׁלִישִׁי *Iirm.* 38.14
שָׁמִיר *Iirm.* 17.1

שעיר *Ieschah.*13.21
שפיפן *unde, Gen.*49.17
שק *quid, Gen.*37.34
שר *Ieche*ℨ.16.4
שש *Exo.*25.4.
ששר *Ieche*ℨ.39.2.
תאשור *Ieschah.*41.19
תכיים 1.*Reg.*10.22
תלפיות 1.*Chron.*4.4
תנינים *Gen.*1.21.*Lament.*4.3

INDEX GRAECARVM VOCVM

QUÆ IN HIS NOTIS AD TESTAMENTUM VETUS EXPLICANTUR.

ἀγορασὴς, Tob.1.14.
αἷμα, cædes cruenta, Gen.4.10.
ἀτέλεςον, Sap.3.16.
αὐλὴ, Tob.2.9.
βάϊον, ἢ βαῖον, 1.Mac.13.37.
βακτηρία, Gen.32.10.
γένος, familia, Levit.20.5.
διάβολος, Exod.19.13.
διοικητὴς, Tob.1.25.
δῶμα, Iud.8.5.
δῶρον, palma, Baruc 6.26.
ὀπτοφαλὴς, Prov.9.14.
εὐδοκιμήσας, præfat.Eccles.vers.8.
εὐμελὴς, Sap.17.19.
ζῶα ἄφεσα, Levit.16.8.
θύειν, Gen.31.54.
καλιὰ, Gen.6.14.
καμπὴ, Gen.1.21.
κάρπωσις, Eccles.30.19.
καταςροφὴ, 3.Mac.3.3.
κῦφος, Gen.44.2.
κώθων, 3.Mac.6.28.
κωνωπεῖον, Iud.13.10.
λάβαρον, ἢ λάβωρον, Gen.8.4.
λῶβαρ mons, Gen.8.4.
μυθόλογος, rhetor, Baruc 3.23.
μυσάρχης, 2.Mac.5.24.
ξηρὸν, Gen.1.9.
ὀδὼρης, 1.Mac.9.66.
ὁμοιότροπος, Eccles.26.33.
πέραν, 1.Mac.9.34.
περιόμιον, Exo.28.32.
πέτασος, καὶ πέταυρον, 2.Mac.4.12.
πολιορκέω, Eccl.50.5.
προβασκάνιον, Baruc 6.69.
προφύλακες, 1.Mac.12.27.
πλύνειν, 2.Mac.6.20.
πύργος, 2.Mac.13.4.
ῥάβδος, Gen.32.10.
σάλος, Eccles.26.26.
σκῦφος, ἢ σκύμφος, Gen.44.2.
τελειωθεὶς, Sap.4.13.
τρύγη, Eccl.24.30.
τυμβία, Gen.40.20.
ὑπάρχειν, Eccles.38.11.
φάτνωμα, 2.Mac.1.16.
χοιρογύλιος, Levit.11.13.

INDEX

AVCTORVM QVI IN HIS NOTIS AD TESTAMENTUM VETUS ADDUCUNTUR.

*Abben Hezra, Gen.*1.26. & 4.26. & 9.21. & 19.11. & 24.2. & 29.27. *Exo.*2.10. & 20.14. & 34.3. *Levit.*2.11. 2.*Schemu.*21.8. *Psal.*47.4. & 56.3. & 81.7.
*Actuarius, Gen.*47.25.
*Aelianus, Levit.*11.22.
*Aëtius, Gen.*37.25.
*Ambrosius, Gen.*9.23. & 17.12. *Tob.*2.13. 2.*Mac.*3.10.
*Ammianus Marcellinus, Gen.*2.14. & 10.2. 10.12. & 11.28. & 22.11. & 25.19. & 50.10. & 2.*Reg.*19.2. & 2.*Chron.*35.20. & *Hezr.*8.15. & *Prov.*6.19. & 23.34. & *Ieschah.*18.5. & *Ieche*ℨ. 26.9. & 1.*Mac.*13.43. & 2.*Mac.*4.13.
Appianus, 1.*Mac.*8.7.
*Aristoteles, Gen.*1.8. & 6.5. & 10.1. *Levit.*11.22. & 20.5. 1.*Reg.*4.7. *Ijob* 39.6.21. & 40.12.16. *Psal.*42.2. & 58.9. & 74.19. & 103.5. *Prov.*5.19. & 6.6.7. & 25.20.23. *Eccles.*1.7. *Ieschа.*21.7. *Iirm.*14.6. 2.*Mac.*6.19.
*Arnobius, Gen.*8.4. & 10.1. 3.*Mac.*3.12.
*Arrianus, Dan.*9.24.
Asconius Pædianus, 1.*Mac.*10.29.
*Augustinus, Gen.*6.5.16. & 10.1. & 11.1.29.35. & 15.13.16. & 17.8. & 27.35. & 35.26. *Exo.*1.19. & 3.22. & 8.26. & 11.9. & 12.40. & 13.17. & 32.32. & 33.20. *Levit.*17.14. *Num.*11.21. & 18.12. *Deut.*30.6. & 33.17. *Iehos.*6.28. & 7.25. *Iud.*3.2. *Ijob* 4.21. *Psal.*35.15. & 58.5. *Zecar.*3.5. *Iudith* 9.2. 2.*Mac.*14.37.
*Avicenna, Ieche*ℨ.16.4.
*Basilius, Gen.*1.1.2.16. & 3.23. & 11.5. & 18.21. & 46.26. *Eccles.*37.20.
*Bernardus, Exo.*22.25.
*Berossus, Gen.*8.4. *Iirm.*50.15. *Nachum* 3.10.
*Cæsar, Levit.*23.34.
*Cassiodorus, Psal.*58.5.
*Cato, Exo.*29.23.
*Chrysostomus, Gen.*2.19. & 25. & 14.21.
*Cicero, Gen.*1.8. & 20. & 4.1. & 17.8. & 44.16. *Num.*4.3. *Deut.*9.25. & 28.68. 1. *Schem.*31.12. *Est.*2.18. *Psal.*7.1. & 51.8. *Pro.*25.11. & 12. *Eccl.*2.1. & 15. & 12.3. *Ieschа.*13.10. *Iirm.*16.5. & 22.19. *Dan.*2.2. 1.*Mac.*15.16. 2.*Mac.*1.13.
*Columella, Ieche*ℨ*k.*17.9.
Ctesius, 1.*Schem.*4.7. & 6.10. *Esther* 2.7. & 15. & 9.1. *Ieschа.*21.21. *Chab.*2.15.
*Q.Curtius, Gen.*1.26. & 6.14.
*Cyprianus, Gen.*3.15. & 17.12. & 49.10. 1.*Schem.*2.25.
*R. David Kimchi, Gen.*25.18. & 37.25. & 34. *Levit.*11.18. *Psal.*45.1.

Demetrius Triclinus, Gen.24.22.
Dio Nicæus, Gen.2.14. Ijob 14.12.
Diodorus Siculus, Gen.47.22. Exod.2.10. Levit.19. 27.1. Reg.14.25. & 16.32. Ieschа.19.2. & 21.21. Iechez.8.13. Nach.2.3. Eccles.24.28.
Dionysius Halicarnasseus, 2. Chron.36.23.
Dioscorides, Gen.2.12. Iirm.22.14.3. Mac.5.1.
Donatus, Psal.59.8.
Dorotheus, Tob.1.25.
Ennius, Num.15.37.
Epiphanius, Gen.1.26. & 2.9.21. & 4.10.17. & 6. 14.18. & 8.4. & 10.1.2.6.11.12.26. & 14.7. & 38.9. & 49.10. Exo.25.5. Deut.21.23. Iehos.11.3.1. Reg.9.26. 2. Reg.18.34. Tob.12.15. 3. Mac.4.9. Eccle.50.27.
Euripides, Gen.4.23. & 24.22.
Eusebius, Gen.2.14. & 8.4. & 49.10.1. Schem.5.4. Iirm.44.30. Iechezk.8.13. & 15.20. Dan. 6.1. & 9.26. 3. Mac.6.35. Eccles. præf. vers.9.
Eustathius, Iechezk.40.7.
Festus Pompeius, Gen.4.20. & 40.13. Levit.6. 14. & 21.34. Deut.32.14. Esther.8.7. Iechez. 23.24. Hos.6.9. Baruc 6.69.2. Mac.4.12. Sap. 14.5.
Florus, Dan.11.40.
Frontinus, Gen.1.10. Pro.4.23. & 25.26.
Galenus, Iechezk.16.4.
Gellius, Exo.20.26. Iechezk.1.22.
Gregorius Nazianzenus, 2. Reg.1.2.
Harmenopulus, Tob.1.25.
Hegesippus, Gen.49.10. Dan.9.26.
Hermogenes, Iirm.25.26. Iechezk.7.10.
Herodianus, Gen.1.16. & 50.10.
Herodotus, Genes.10.2.3.6.18. & 11.3. & 15.16. & 19.17. & 40.20. & 50.2. Exod.1.11. & 2.10. & 25.4. Levit.19.27. Iehos.6.4. Hezræ 4.6.7. & 6. 2.22. Esther 1.1.3. & 2.7.15. & 4.11. & 8.10. & 9.1. & 10.1. Psal.78.51. Prov.21.1. Ieschа 14.27. & 16.7. & 18.4. & 19.1.2.3.5.8.13.15. & 20.1. 3. & 21.1.7. & 39.4. & 43.3. & 45.4. Iirm.9. 26. & 25.25.26. & 43.13. & 44.30. & 46.23. 26. & 49.34. bis. & 50.15.16.21.36. & 51.25.30. 31.44.46. Iechezk 8.14. & 29.3.10.12.13. & 31. 2. & 40.5. Dan.4.4. & 5.1.10. Nach.2.3. & 3. 10. Chab.2.15. Baruc 6.42. adject. ad Dan.14.2.4. Hezræ 9.26.1. Mac.1.13.2. Mac.2.1. Eccl.24.28.
Hesiodus, 1. Mac.3.29.
Hieronymus, Gen.4.1. & 10.1.10.14.19. & 14.1. & 30.32. & 41.45. & 45.10 & 49.10. Exo.32.20. Levit.11.5. Iehos.24.32. Psalm.58.5. & 78.51. & 120.4. Prov.30.26. Ieschа.7.14. Iechezk.47.10. Ioël 1.1. Tob.1.3. & 3.4. & 5.15.26. & 9.7. & 10. 4. Iudith 8.15. & 10.5. 4. Hezræ 3.1. 1. Mac.2.1. & 5.8.15. & 6.37. & 7.40. & 9.66. & 11.3. & 12.34. & 13.37. & 14.28. 2. Mac.6.1. Sap.12.6. Eccl.20.18. & 39.35. & 41.14. & 47.20.
Homerus, Genes.21.27. & 24.22. & 27.21. & 37. 29. Hezræ 8.15. Ieschа.13.21. Iechez.27.19. Dan.3. 25. Eccl.38.11.
Horatius, Gen.17.8. Deut.23.18. Pro.21.28. Baruc 6. 69. Eccl.40.22.
R. Iehuda, Exod.25.29. Levit.11.16. Deut.14.5. Iud.6.11.1. Reg.6.4. Psal.47.4. Pro.29.21. Iechez.27.28.
Ionathan Paraphrastes, vide in Thargum.
R. Iona, Iechezk.21.20.
Iosephus, Gen.2.15. & 6.14. & 8.4. & 10.2.7.13. 16.23. & 41.45. & 49.10. Exo.12.3. Deut.32.32. 1. Reg.9.13.18.28. 2. Reg.2.19. Nechem.3.6. & 12. 10. & 13.28.29. Psal.74.4. & 79.3. Ieschа.23.1. & 32.14. Dan.2.1. & 4.30. & 9.26. & 11.5.12. 14. Zecar.11.5. 3. Hezr.2.16. & 3.1.9. & 4.29.43. adject. ad Esther 11.1. 3. Mac.2.1.1. 1. Mac.1.12.16. 57. & 2.1. & 5.4.8.26. & 6.2.32. & 7.1. & 9. 4.66. & 10.1. & 11.34. & 12.6.7.16.36. & 13. 13.20. & 15.27. 2. Mac.1.1.13. & 2.8. & 3.1.4.7. 11. & 4.5.13.26. & 7.37. & 11.1. & 12.13. & 13. 4.19. & 14.18.
Iulius Capitolinus, Ieschah.3.20.
Iulius Pollux, Iirm.51.20.
Iustinus historicus, 1. Reg.14.25. 2. Reg.23.11. Esth.1. 1. & 3.2. Ieschah.23.1.17. & 45.4. & 66.19. Dan.7.11.
Iustinus martyr, Tob.12.12.
Iuvenalis, Gen.19.17. Iirm.7.18.
Livius Andronicus, Gen.1.10.
T. Livius, Gen.14.24. Iechez.13.18. & 39.2. 1. Mac. 6.37. & 8.7. & 10.89. & 12.7. 2. Mac.8.30.
Lucanus, Gen.10.11.
Lucilius, Levit.6.14. Num.15.37. 2. Mac.4.12.
Lucretius, Deut.28.27.
Martialis, Hamos 6.10. 2. Mac.4.12.
Massorithæ, 1. Schem.27.5. Psal.22.17. Iechez.36.22.
Mela, Gen.2.14. & 10.7. & 24.10.
Menander, Gen.4.1.
Minutius, Dan.1.8.
Nicander, Gen.1.10.
Nicetas, Gen.25.13.
Nonius Marcellus, Eccl.12.5.
Ovidius, Eccles.2.9.
Pacuvius, Iechez.21.28.
Pandectæ, Gen.2.10. & 4.1.10. & 14.24. & 32.19. & 42.16. Ijob 1.16. Ieschah.19.6.
Paulus Ægineta, Gen.37.25.
Pausanias, Gen.37.36. Iudic.16.19. 2. Chron.36.23.1. Mac.12.7. 2. Mac.8.20.
Phavorinus, 3. Mac.6.28. 2. Mac.4.12. & 13.4. Eccles.24.30. & 50.5.
Philo Iudæus, Gen.49.10.
Pindarus, Gen.24.2. adject. ad Esther 16.3.
Plato, Psal.51.8.
Plautus, Gen.31.20. Exod.26.1. Iud.9.20. Ieschah. 19.8.
Plinius, Gen.1.8.10. & 2.10.1.14. & 3.23. & 6. 14. & 7.11. & 10.2.3. 4.6.7. 10.11.13.14.16.18. 22.23. & 11.4.28. & 24.10. & 25.13. & 30.37. 42. & 49.17. & 50.2. Exo.7.25. & 10.19. & 15. 23. & 25.4. & 30.23.34. Levit.3.9. & 11.18.22. & 15.3. Num.11.7. Deut.14.5. & 34.3. Iehos.11. 8. & 13.4.5. & 19.26.1. Schem.14.48. & 31.12.2. Schem.8.1. 1. Reg.4.24. & 5.18. & 10.11. 2. Reg. 1.2.2. Chron.3.6. & 12.3. & 31.5. Hezræ 2.59. & 6.22. Nechem.1.1. & 2.8. Ijob 1.16. & 2.11. & 3. 7. & 22.24. & 28.6.10.18. & 37.8. & 39.6.21. 29.30. & 40.16.19. & 41.23.31. Psal.11.6. & 19. 11. & 58.5. & 68.32. & 103.5. Prov.5.19. & 6.6. & 7.16. & 24.27. & 30.15.28. Eccl.1.6.7. Cant. 1.14.17. & 6.1.18. Ieschah.13.19.21. & 14.12.23. & 18.4.5. & 19.7.9. & 21.1.7. & 45.14. & 46. 1. & 51.17. Iirm.1.12. & 5.6. & 6.1. & 13.23. & 14.6. & 17.1. & 22.14. & 25.25. & 50.13.16. 36. & 51.25.27. Lam.4.3. Iechezk.1.22. & 26. 2. & 27.6.11.15. & 38.4. Dan.2.2.4. & 7.15. Ionæ 4.10. Tob.6.9. Iudith 1.6. & 2.18. Baruc 6.26. 1. Mac.15.36. 2. Mac.12.26. Sap.17.19. Eccles.24.28.
Plutarchus, Iirm.29.26. Iechezk.8.13.14. Eccles.8. 5. & 16.15.
Polybius, Dan.8.23. & 11.10.11. 2. Mac.1.13.
Prudentius, Gen.8.4.
Psellus, Gen.37.25.
Ptolemæus, Gen.2.14. & 8.4. & 10.6.7.11.13.14. 16.

16.17.23. & 25.2.13.19. & 36.32.39. & 41.45. Iud. 11.35. 2. Schem. 8.8. & 10.16. 1. Reg. 9.18. 2. Reg. 8.22. & 17.6.24. & 19.12. Hezræ 2.59. & 8.15. Nechem. 2.8. Ieschah. 14.25. & 16.2.7. et 34.6. Iirm. 50.21. Iechezk. 1.1. & 2.25. & 23.23. & 27.18. & 30.10. & 47.16.19. Dan. 3.1. Hamos 1.5. Iud. 1.9. & 2.12.3. Mac. 7.15. 1. Mac. 4.15. & 15.37. 2. Mac. 4.30. & 12.17. & 13.19.

Ruffinus, 1. Mac. 11.34.

Ios. Scaliger, Dan. 9.24.

R. Schelomo, Gen. 10.2. Levit. 11.18. 2. Chron. 26.7.

Schglastici, Levit. 17.14.

Seneca, Gen. 4.23. et 10.1. Iirm. 16.5.

Septuaginta, Gen. 10.11.23. et 27.35. et 37.36. Exod. 12.40. Levit. 11.5. et 16.8. Deut. 4.15. et 33.6. Iehos. 14.20.

Servius, Iud. 16.19. Ijob 15.24.

Solinus, Gen. 2.11.14. et 10.3.7. Levit. 11.22.

Sozomenus, Gen. 8.4.

Strabo, Gen. 10.7. et 20.10.14. 2. Reg. 19.9. et 23.11. Esther 6.2. Ieschah. 18.4. Iirm. 19.12. Dan. 2.4.

Suetonius, Gen. 22.6. Levit. 16.8.1. Schem. 13.8. Eccl. 6.8. Iechezk. 7.11.

Suidas, Exo. 8.10. Ieschah. 16.5.

Symmachus, Gen. 2.17. et 6.16. et 41.14.

Tacitus, Gen. 40.13. Deut. 32.32.

Terentius, Gen. 17.8. et 18.1.

Theophilus Institutis, Ijob 34.13. Tob. 1.25.

Tertullianus, Gen. 8.4.

Thargum Hierosolymitanum, Gen. 10.2.3.4.10.11.12.13.14.17.18. et 11.2.2. Reg. 19.12.

Thargum Chaldaicum, Gen. 14.7. et 17.17. et 30.37. et 37.25. et 41.45. Exo. 30.23. Levit. 23.40. Num. 15.37. 1. Schem. 21.10. 2. Schem. 15.27. Psal. 22.17. et 85.5. Ieschah. 10.27. et 30.4. Iechez. 36.22. Hobad. 1.20.

Trebellius Pollio, Exo. 28.27.

Varro, Gen. 1.9. et 26.19. et 30.42. Ijob 15.24. et 24.24. Iesch. 26.23. et 28.28. Iechezk. 13.20.

Vegetius, Ieschah. 42.13. 2. Mac. 8.23.

Virgilius, Gen. 1.9.10. et 2.14. et 24.22. Psal. 21.13. et 29.9. et 68.31. et 147.16. Iirm. 15.12.

Vitruvius, Genes. 18.10. Psalm. 78.26. Iirm. 17.1. Iechez. 40.11.16. et 41.7. Tob. 2.11. Baruc 6.26. 2. Mac. 8.30. Sap. 17.19.

Vopiscus, Gen. 10.6.

Xenophon, Iescha. 21.5. Dan. 5.1.30. Nachum 2.3.

Zonaras, Dan. 11.40.44.

FINIS.

795
B6794